Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
G
100
NAPOLI

XXX
G
100

Sc. I.
G
61.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

L. APVLEI
MADAVRENSIS
PHILOSOPHI
Platonici
OPERA,

Quæ extant, omnia.

Cum PHILIPPI BEROALDI in Asinum aureum eruditissimis Commentarijs: recénsque GODESCALCI STEVVECHI Heusdani in L. Apuleij opera omnia quæstionibus & coniecturis, nec non aliorum doctorum virorum in eundem emendationibus adiectis.

Noua Editio emendatior, variis lectionibus locupletior.
Cum INDICE.

Curæ nouæ elenchum auersâ pagellâ habes.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

LVGDVNI,
IN OFFICINA
Hug. à Porta, Sumpt. Io. Degabiano & S. Girard.
CIↃ IↃ CIV.

Digitized by Google

Quæ hoc libro continentur hæc ſunt.

TOMO I.

Marci Hopperi Baſilienſis ad Staniſlaum & Ioannem Pieniaſzek fratres germanos Polonos, Epiſtola.
Raphaelis Volaterrani, Apuleij librorum argumenta.
Fulgentij Mythologicon de Pſyche & Cupidine.
Vita L. Apuleij ſummatim relata per Philippum Beroaldum.
L. Apuleij de Aſino aureo libri XI. cum Philippi Beroaldi Commentarijs ad D. Petrum Archiepiſcopum Colocenſem.

TOMO II.

Eloquentiæ Libri IIII.
Interpretate Platonis Liber I.
De Philoſophia, ſiue de Deo Socratis, Liber I.
Apologia, ſiue Orationes duæ pro ſeipſo.
De mundo, ſiue Cosmographia Liber I.
De medicaminibus herbarum Liber I.
Mercurij Triſmegiſti Aſclepius, de voluntate Dei, L. Apuleio interprete Liber I. in Baſilienſi editione prætermiſſus, à nobis ex Aldina repoſitus.
De Syllogiſmo categorico. Liber I. olim à Sichardo ſeparatim editus.
Godeſcalci Stheuechi Heuſdani in L. Apuleij, opera omnia quæſtiones & coniecturæ.
Aliquot doctorum virorum in L. Apuleium emendationes, & variæ ex m.ſ. exemplaribus lectiones.

Digitized by Google

NOBILIBVS AC GENEROSIS, MAGNÆQVE SPEI ADOLESCENTIBVS, STANISLAO ET IOANNI PIENIASZEK fratribus Germanis Polonis,

MARCVS HOPPERVS Basilienſis S.P.D.

SIverum eſt, Generoſi magnęque ſpei adoleſcentes, quod dici ſolet, id eſſe philoſophos animis, quòd Medici ſunt corporibus, (quemadmodum enim hi corporum, ita animorum illi morbos curant: ſicuti prętereà gratis nũc Medici ac dulcibus, nunc verò amaris & ingratis pharmacis vtuntur, aliâs item lenientia, aliâs verò corrodentia atque pũgentia nõ ſine magno ęgri dolore loco affecto applicãt: Ita philoſophi gratis quãdoq; philoſophię prę ceptis ac ſentẽtiis, quãdoque verò verbis mordacibus, interdũ etiam iucundis fabularum inuolucris beluinos animorum motus detegi, corripi & extirpari ſatagunt) nõ minimam profectò gratiam merentur ij, qui libris eorum eruendis, repurgãdis ac reſtituendis omnẽ ſuã operam, diligentiam, laborem atque ſumptum impendunt. Horũ verò de numero hic quoque noſter L. Apuleius eſt, cuius lucubrationes varię veteris quoq; illius,

hoc eſt, Pythagoricę & Platonicæ philoſophiæ condimenta ſapiunt. Ex quibus primum eſt illud de AVREO ASINO vndecim libris diuiſum opus: quo, Græcum eius argumenti authorem Samoſatenſem illum Lucianum imitatus, mortalium in primis ſtoliditatem, & ineptam quorundam, ne dicam impiam curioſitatem perſtringere voluiſſe videtur: eorum videlicet, qui, dum captus ſui & naturæ virium ratione non habita, experiri omnia non minus impiè quàm ſtultè conantur, tandem non ſine vel facultatum vel valetudinis damno, aut etiam (quod magis eſt) interdum vitæ ac ſalutis periculo, ſe brutis ſtupidiores eſſe ſentiunt: quorum, proh dolor, mundus plena ſtultorum cauea eſt. Vel, vt quidam interpretantur, totius humanæ vitæ imaginem quandam ſub hoc luſu propoſuere voluit, quàm videlicet varij caſus, quàm fallax & inconſtans fortuna, quàm incerti conſiliorũ exitus, quamque inſperati quandoque earum rerum, quas nunquam cogitaris, euentus eſſe ſoleant. Et ſanè nihil eſſe abſurdi, nec etiam philoſopho indignum eiuſmodi mutatas dicere formas, ex eo apparebit, cũ non tam fabulosè quàm re uera tales accidere tranſmutationes oſtendero. Si etenim ex philoſophorum, imò ipſius Naturæ præſcripto rei cuiuſque forma & εἶδος nõ ab externo illo habitu foriſque apparente cortice æſtimanda, ſed ab intus vi latente & iis quas ἰδιότητας διαφορὰς Græci vocant, iudicanda eſt (alioquin enim orichalcum eſſe aurum, plumbum argentum, noctilucas ignem, truncum plantam, ſtatuã hominem, & fictum quodque, quia veri ſpeciẽ habeat, verum eſſe neceſſe ſit) nimirum homini quoque non externa illa corporis figura, vel membrorum oculis expoſita diſpoſitio, ſed mens ſiue animus ſua intus munia per externa obiens, ſuũ τὸ εἶναι) præſtat. Id quod variis, veterũ quidam, modis ſignificare voluere. Nam quid

aliud

ſibi voluit ille, qui interdiu lucerna accenſa, in media hominum turba, hominem ſe quærere dicebat? Quid item Socrates? qui cum formoſum adoleſcentem diutulè tacentem conſpicatus eſſet, Vt te videam, inquit, aliquid eloquere: ſcilicet quaſi tacentem hominem non videret, eo quòd animo; cuius ſermo index eſt, non perſpecto, homo ipſe ignorari dicatur. Et Plato, τὸ μὲν σῶμα (inquit) ὄξιν ὑμῖν σῆμα, quem ſecutus Maro: Clauſæ (inquit) tenebris & carcere cæco. Quin & Apoſtolus: Miſer ego (inquit) homo: quis me eripiet ex hoc corpore mortis? quibus nimirum omnes illi dicere volunt, hominem non foris, ſed conditum intus, extrorſum elucêre. Quinimo ſi nil aliud, tamen verbum illud primi rerum conditoris Dei opt. Max. FACIAMVS HOMINEM AD IMAGINEM NOSTRAM, efficaciſſimè id arguit. Quapropter animo mutato hominem eſſe tranſmutatum, etiam corporis figura manente, fateri oportet. Quod & Ciceronem voluiſſe dicere videtur, dum alicubi inquit: Quid enim intereſt, vtrum ex homine ſe conuertat quis in beluam, an in hominis figura immanitatem gerat beluæ? Hinc igitur fit, vt alij in porcos, in lupos rapaces alij, alij in ſimias, in aſinos alij, alij in libidinoſos hircos, quidam etiam in truncos abire, non tam fabulosè quàm reuera dicantur: dum videlicet infernalis illius Circes poculis epotis, hoc eſt, Sathanæ præſtigiis atque carnis propriæ cõcupiſcentiis victi, propria relicta natura, harum inſtar pecudum bruteſcunt, vel trunci in modum ſtupeſcunt: ſæpe etiam vnus idémque dum ſuis dat locum affectibus, varias, Protei inſtar, figuras referet, atque ora ferarum. Fiet enim (quod cecinit Maro) ſubitò ſus horridus, atráque tigris: Squamoſúſque draco, & fulua ceruice leæna, Aut acrem flammę ſonitum dabit: donec ſalutiferæ ſapientiæ roſis demorſicatis ad ſe reuerſi, verã

Digitized by Google

aliquando rationem reſipiſcẽtes,humanã recepiſſe formam dicantur. Quæ ſanè cum ita ſe habeant,non fabulæ tantum,ſed tranſmutationum etiam hiſtoriæ huiuſmodi deſcriptiones appellari poſſunt:vt non iam officij ſui nullam habuiſſe rationem ſit dicendus, ſi quis etiam non ligata oratione eiuſmodi μεταμορφώσεις,velverius μεταμψυχώσεις deſcribat. Sed admonuiſſe hoc fortè ſuperuacaneum,cùm in ſacris etiam vtriuſq; Teſtamẽti voluminibus crebræ eiuſmodi tranſmutationes cognoſcendæ nobis proponãtur.Quid enim aliud ſignificare prophetæ voluêre per dracones,leones, vrſos leopardos,tigrides,ſtruthiones,ſerpẽtes,vaccas,& ſimiles quibus ſæpe vtuntur denominationes,quàm, homines earum naturam beluarũ indutos? Hac quoque ratione prophetarum nouiſſimus Iudæorum quoſdã ad ſe venientes,viperarum progeniem: & Chriſtus Dominus ipſe, Herodem vulpem appellare non dubitauit. Sic etiam, vt præſentis operis exemplo vtar, non ineptè quiſpiam aureos aſinos omnes eos dixerit, qui ſapientiæ prætextu comparandæ, longinquas profectiones magno maiorum ſuorum ſumptu ſuſcipientes, pro literarum & ſapientiæ ſtudio Photidas ſeu Palæſtras ſibi ſuas,hoc eſt,libidines apud exteros quærunt, à quibus adulterinæ pixidis vnguento inuncti, pro auibus altum intellectu ſuo volantibus, hoc eſt eruditis hominibus, inertes ac imperiti, aſini, quaſi magna auri & argenti copia empti parentibus ſuis donum redeunt. Quod de vobis, Generoſi adoleſcentes,ſi quẽadmodum cœpiſtis, perrexeritis, veſtríque præceptoris,viri pietate & eruditione probati, ALBERTISYLVII piis monitis (quod non dubito) paruerítis, minimè metuendum eſt.Quinimo φιλόγυνοι quoque illi omnes,qui ſolius auri & argenti accumulandi, conſeruandíque oneribus preſſi,omnis rei honeſtæ atque

virtu-

Digitized by Google

virtutis solatio animos suos vacuos sinunt, aurei nomen Asini merentur: & in asinos corpore soluti migrare, iuxta Lucian. Menippum, iubentur. Et hæc quidem de Aureo asino dicta nobis sint: sub cuius tegmine, præter ea quæ diximus iam, dubio procul alia quoque mysteria latent abscondita, quæ diuinare aut meum non est, aut non satis tutum est. Cæterum narrationis huius totius cùm argumentum, tum intentionem pleniùs cognoscere est, partim ex Beroaldi illa operis principio adiecta præfatione, partim verò ex singulorum librorum periochis, quæ suis singulę locis sunt appositę. Porrò (vt & hoc silentio non prętream) horum quoque Commentariorum, quibus Asinus hic explanatus est, vsus longè maximus apparet. Nam pręter verborum illam & sententiarum expositionem, fabularum enucleationem, historiarum explicationem, etiam loca quasi innumera tam sacrorũ quàm prophanorum authorũ, corrupta anteà, genuinę lectioni restituta sũt, vt iã vir ille nõ in vnũ tãtùm, sed plures authores eadẽ opera Cõmentaria scripsisse videri queat. Venio nunc ad alterum Apuleianorum tomũ, qui post Asinũ, septem diuersi argumẽti opuscula in se continet. Quorum primum, FLORIDORVM inscriptũ, quatuor libris distinctum est, quæ quatuor sunt orationes Carthaginensi in auditorio ab ipso authore recitatæ. Cuius inscriptionis non alia causa esse videtur, quàm quòd campi instar, florum varietate amœni, suis quoque flosculis, hoc est, exemplis, historiis, fabulis, sententiis, tropis & figuris, quibus orationes istę scatent, florere dicantur. Secundũ, DE PLATONIS DOGMATE inscribitur: quo præter Platonis ortum, parentes, patriam, formam, præceptores, studia & conditionem, etiam naturalis philosophiæ totius ex eiusdem traditione summa capita, quæ reliquorum quoque

exercitato memoriam refricant, complectitur. Tertio est nomen datum, De Philosophia, nimirùm κατ' ἐξοχὴν, eo quòd præcipuam totius Philosophiæ partem, nempe ἠθικὴν, siue Moralem, ex Platonis iterùm mente ibi tractet: quasi quæ sola ob sui eminentiam & dignitatem Philosophia dici mereatur, cùm finem eum habeat propositum, ad quem velut scopum omnes hominum cogitationes, dicta, facta collimare debent, nempe fœlicitatem: quæ non in voluptate, nec honore, nec diuitiis, nec etiam ócioſa virtute, sed in actione & vsu virtutum consistit κύριαι δέ εἰσιν (inquit Aristoteles) αἱ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι· δύο δ' αἱμονίας, αἱ δὲ αἰκτικὴ τῆς ἑτέρου. Quartum sequitur, cui titulus est De deo Socratis: quę in hoc mihi videtur instituta Oratio, vt seculi sui homines vel Socratis exemplo ad vitæ pietatem (quę, dicente Apostolo, πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστι) virtutísque studium cohortaretur: vt nimirum, quemadmodum hic inconsulto Deo suo (quem præsentem sibi semper dictorum factorúmque & cogitationum omnium inspectorem ac testem certissimum credidit) nihil vnquam attentasse, nedum feciſſe fertur: Ita isti quoque, nisi dęmone, hoc est, genio suo digna, nil faciant, dicant, cogiténtve. Quo tamen Socratis ceu ethnici exemplo, siue testimonio, nobis hodie nihil opus est, qui per gratiam diuinam eius rei longè certiora oracula habemus: nempe Prophetarum, Apostolorum, & ipsius Dei filij, Christi Iesv Domini nostri, responsa: quibus edocemur, non Genios solũ nostros, sed Deum ipsum vnicum ac verum καρδιογνώστην, cuncta quæ loquimur, & quæ in animo voluimus, intueri, ac perspecta cognitáque habere. Errores meos (inquit Dauid) inspiciunt oculi tui, & in libro cuncti scribuntur. Ac iterum: Cogitationes meas intellexisti de longè. Idem: Ne verbulũ quidẽ vllum est in lingua mea, quod

antè

antè tu Domine non pernoueris. Et Hieremias cap. 32. Tui, inquit, Domine oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorũ Adam, &c. Sic CHRISTVS quoque, Dominus noſter, peruerſas Iudęorũ ac Phariſęorũ cogitationes de ſe, nec nõ Iudę proditoris ſui animũ cognouit: vnde rectè Apoſtoli Actorũ primo, Σὺ, inquiunt, κύριε καρδιογνῶστα πάντων. Huius ergo ſumma authoritas, diuina Maieſtas, immẽſa bonitas, ineffabilis paterna charitas, niſi in officio nos contineant, à peccandi ſtudio abſterreant, nõ video quę Dęmonis ſiue Genij pręſentis imaginatio, recordatio, metus, coërcere corruptos carnis noſtrę affectus poſſit. Quintũ ſibi locũ vendicant duę APOLOGIAE, quibus apud Claudiũ Maximũ Proconſulẽ, aduerſus Æmilianũ quendã calumniatorẽ, de obiectis ſibi quibuſdã criminibus, Apuleius magno artificio ſeſe defendit: quorũ elenchũ in poſterioris Orationis epilogo ipſemet repetit his verbis. Cęterũ, inquit, ad hęc, quę obieciſtis innumera, binis verbis reſpondeã: Dentes ſplendidos, ignoſce mundiciis: ſpecula inſpicis, debet philoſophus: verſus facis, licet fieri: piſces exploras, Ariſtoteles docet: lignũ conſecras, Plato ſuadet: vxorẽ ducis, leges iubent: prior natu is eſt, ſolet fieri: lucrũ ſectatus es dotis, dotalẽ accipe, donationẽ recordare, teſtamentum lege. hęc ille. Penultimus eſt DE MVNDO libellus, breuis quidẽ ille, at valde eruditus & pius, pręſertim vbi tã piè de Vniuerſi architecto & rectore Deo Opt. Max. loquitur. Poſtremus ad Medicorũ ſcholã pertinet, qui plerorunq; SIMPLICIVM & nomina & virtutes varias, breui quidẽ, at eleganti ſtilo exponit. Hęc ſunt, Generoſi adoleſcentes, authoris illius, quę hodie extant, σωμάτια in quib. omnis propè τέχνη καπηλικὴ artifex, aliquid à profeſſione ſua non alienum reperiet. Quorũ noua hęc atq; renata editio (quid ni enim ſic eã appellẽ, quæ à tot errorũ monſtris, quib. an-

Digitized by Google

tea ſcatebat,emaculata nunc,& repurgata ſit?) cum digna nobis viſa eſſet quæ pro recepta hodie cõſuetudine,de nouo quoque alicui inſcriberetur:pręterea lectio eius iuuenili quoque ętati accõmodata videretur:cœpi de auditorum aliquo meorum cogitare,cui hoc quicquid eſt,nũcuparem.Ibi tu mi STANISLAE, iuxta alia humanitatis ſtudia,elementorum quoque Iuris ciuilis, me profitẽte,auditor aſſidue:nec non tu mi IOANNES, primarum adhuc artium ſtudioſiſſime(quos quemadmodum ſanguinis neceſſitudo ac maternus vterus copulauit,ita hic quoque cõiũctos volui') digni mihi viſi tuiſtis, quorum nomini hæc inſcriberem:non tam ob veſtram illam,præter nobilitatẽ,probatã quoque omnibus morum integritatem ac probitatem , quàm etiã maiorum veſtrorum,in primis autem parentis veſtri, per Diuinam clementiam adhuc ſuperſtitis, Equeſtris ordinis viri Ampliſſimi generoſiſſimíq; laudes cumulatiſſimas:quas , præter multos alios etiam ornatiſſimus veſter πατρὼν GASPAR LAETVS,Philoſophus ac Iureconſultus eximius(vt eſt mihi familiaris,veſtrique amantiſſimus) pluribus certè verbis apud me non ſemel commendauit.Quarũ hæc non minima fuit,quòd videlicet is genitor veſter , omni reuerentia digniſſimus,rara illa ſua prudentia,ſapientia,pietate,ac fortitudine,plurimùm Reipublicæ ſuæ,imò toti ſanctæ Polonicæ Eccleſiæ , præſertim in pio hoc Euangelij IESV CHRISTI propagandi negotio, profuerit : ac etiamnum,diuina fauente clementiæ,proſit.Cuius velut auitæ virtutis exemplum,ad ſimile vos ſtudium cohortari meritò,ac incitare debet.quod vt fiat,faxit Omnipotens. Vos igitur,Nobiles ac Generoſi adoleſcentes,animo meo clariſſimi,philoſophum hũc,quem vobis hîc offero,læto vultu accipite,boníque conſulite,ac me viciſſim amare pergite.Baſilęę Rauracę,Anno poſt partum virginis Deiparę 1560,Kalendis Auguſti.

NICOLAVS GALLOTVS
IN APVLEI OPERA.

QVÆRIS Madauri quæ ſit lãus maxima Apuli?
VNa poteſt dici, quòd Polyhiſtor erat.
Attamen hæc fuerit doctrinæ gloria ſimplex,
Cætera ſi tanti perlegis acta viri.
Non mihi Plinius hîc, non detur multa Solini
Lectio: ſint vario hæc vomere cultus ager.
Aſt mihi Apuleiam ſcriptorum cernuo formam,
Naturæ ingenium dictáque ſcripta vides.
Dictio primigenis altiſque ex eruta thecis,
Et rebus, propriis accommodata locis.
Res ibi coniunctæ, non longè diſſita verba:
Et tamen in variis te tenet ille iocis.
Humanum docto deſcribit viuere Aſello:
Illic humanas cernis vbique vices.
Ex quo dulcior eſt ſapienti carduus, Enni:
Quàm quæ Virgilio ſtercora præbueris.
Indeque non paruam, qui condimenta paraſti.
Docta, tibi laudem nunc Beroalde refers.
Tranſi & ad arcanas paßu grauiore Camœnas,
Rhetora ibi, medicum, philoſophúmque vides.
Nam plantas ſcribit medicus, deſcribit & orbem
Philoſophus, coram iudice Rhetor agit.

Digitized by Google

VOLATERRANVS ANTHROPOLOGIA, QVI EST COMMENT. VRBANORVM Lib. XIII.

LVCIVS Apuleius Philosophus Platonicus è Madaura Africæ oppido, patrem habuit Theseum, matrem Saluiam, vt ipsemet in Metamorphoseos libris testatur. Athenis liberales artes adsecutus, Platonis decreta sibi proposuit ante omnia sectanda. Omnigenæ vir eloquentiæ, & diuersam ab antiquis ingressus viam, nouum dicendi genus adsumpsit. In verbis enim nouus, in sententijs creber, in translationibus audax, in inuentione acutus, in elocutione varius, vt in ipsius operibus licet deprehendere. Nam libros XI. Metamorphoseos scripsit de Asino aureo, Lucianum imitatus Sophistam, qui Græcè simili ferè argumento scripserat. Ob eam rem fabulam hanc Græcanicam vocat. In qua fingit sese ingenij fortunæq; periclitandæ gratia, cùm aliò, tum in Thessaliam profectum: ibique à saga, dum in auem cuperet, in asinum esse immutatum, pristinum tamen sensum retinentem: multa quoque se passum, multa per ærumnas, & labores didicisse. Vt planè hoc commento mores humanos, variósque euentus, quis possit ex ea fabulæ lectione perspicere. Quin obiter anum quandam solatricem puellæ captiuæ referentem indùcit: quam qui nosce melius cupit, Fulgentium super hoc ipso figmento quæ enarrauerit, Inuestiget. Denique post varios labores, Lunæ auxiliatricis ope, vt ipse ait, rosis de manu AEgyptij sacerdotis acceptis ac deuoratis, homini est restitutus priori, & religionibus magnis initiatus. Deinde Floridorum libri IIII. quòd florum modo varietate doctrinæ, multiplicique eorum cognitione delectent: versantur enim in genere demonstratiuo. Orationes continent ad Africos locos, habitas. Duos item libros in Apologiã Magicæ: fuerat enim à Sicinio Aemiliano, cùm allis, tum Magicæ criminibus accusatus coram Claudio Maximo Africæ Procos. De Deo Socratis librum vnum, in quo Platonis Theologiam collaudat: postremò Deum hunc, quem ille vti consiliarium audire videbatur, tollere videtur. Super quo Augustini verba de Ciuitate licet in medium adferre. Apuleius librum de Deo Socratis scripsit, vbi disserit ex quo genere numinum Socrates habebat adiunctũ & amicitia quadã cõuerbiatum Deum, à quo

à quo perhibetur ſolitus admoneri, vt deſiſteret ab agendo quando non feliciter fuerat euenturum. Dicit apertiſſimè non eum Deum fuiſſe, ſed Dæmonem, diligenti diſputatione pertractans iſtam Platonis de Deorum ſublimitate, & hominum humilitate, ac Dæmonum mediocritate ſententiam. De Magica verò ipſius idem Auguſtinus ſic ait. Apuleij Philoſophi Platonici extat Oratio copioſiſſima, qua à crimine artium Magicarum ſe alienum eſſe defendit: ſéque aliter non vult vitio carentem videri, niſi ea negando, quæ non poſſunt ab innocente conuinci. ac omnia miracula Magorum, quos rectè ſentit eſſe damnandos, declarat fieri & in operibus Dæmonum. Hæc ille. Scripſit & de dogmate Platonis, eius decreta breui epitome complectendo, cum altero libello qui de Philoſophia inſcribitur ad Fauſtinum filium, qui pars prima eſt.

De mundo item librum vnum ad eundem, qui naturalem continet Philoſophiam, Triſmegiſti poſtremò antiquiſſimi Philoſophi dialogum conuertit.

* * *
*

FVLGENTIVS MYTHOLOGICON LIBR. III. DE PSYCHE ET CVPIDINE.

***

APVLEIVS in libris Metamorphoseon hanc fabulam planissimè designauit, dicens esse in quadam ciuitate regem & reginam habere tres filias: duas natu maiores esse tẽperata specie: iuniorem tam magnificæ esse figuræ, vt crederetur Venus esse terrestris. Denique duabus maioribus, quæ erant temperata specie, connubio Venere. illam verò veluti Deam, non quisquam amare ausus, quàm venerari pronus, atque hostiis sibimet deprecari. Contaminata ergo honoris maiestate, Venus succensa inuidia, Cupidinem petit, vt in contumacem formam seueriter vindicatet. Ille ad matris vltionem aduenies, visam puellam adamauit: pœna enim in affectum conuersa est, & vt magnificus iaculator ipse se suo telo percussit. Itaque Apollinis denunciatione iubetur puella in montis cacumine sola dimitti, velut feralibus deducta exequiis, pennato serpenti sponso destinari. perfecto namque choragio puella per montis decliuia Zephyri flantis leni vectura delapsa, in quandam domum auream rapitur, quæ pretiosa sine pretio, sola consideratione laude deficiente poterat existimari. Ibique vocibus tantummodò seruientibus, ignota atque mansionario vtebatur coniugio. Nocte enim aduenies maritus, Veneris præliis obscurè peractis, vt inuisè vespertinus aduenerat, ita crepusculo incognitus etiam discedebat. Habuit ergo vocale seruitium, ventosum dominium, nocturnum commercium, ignotum coniugium. Sed ad huius mortem deflendam sorores aduenient: montisque conscenso cacumine, germanum lugubri

bri voce flagitabant vocabulum. Et quamuis ille coniunx lucifuga sororios ei comminando vetaret aspectus, tamen consanguineæ charitatis inuincibilis ardor maritale obumbrauit imperium. Zephyri ergo flagrantis auræ anhelante vectura ad semet sororios perducit affectus: eaṁque venenosis consiliis de mariti forma quærenda consentiens, curiositatem suæ salutis nouercam arripuit: & facilimam credulitatem, quæ semper deceptionum mater est, postposito cautelæ suffragio arripuit. Denique credens sororibus se marito serpenti coniunctam, velut bestiam interfectura, nouaculam sub puluinari abscondit, lucernámque modio contegit. Cúmque altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata, lucernáque modio custodita eruta, Cupidine cognito, dum immodesto amoris torretur affectu, scintillantis olei desputamento maritum succendit. Fugiénsque Cupido, multa super curiositate puellæ increpitans, domo extorrem ac profugam dereliquit. Tandem multis iactata venenis, persecutionibus, post à Ioue petente, in coniugio Cupidinem accepit. Poteram quidem totius fabulæ ordinem hoc libello percurrere, qualiter & ad infernum descenderit, & ex Stygiis aquis vndam delibauerit, & Solis armenta vellere spoliauerit, & seminum germina confusa discreuerit, & de Proserpinæ pulchritudine particulam moritura præsumpserit. Sed quia hæc Satutantius & Apuleius penè duorum continentia librorum tantam falsitatum congeriem enarrauerit, & Aristophantes Athenæus in libris, qui Dysereστia nuncupantur, hanc fabulam enormi verborum circuitu discere cupientibus prodit: ob hanc rem superuacuum duximus ab aliis digesta nostris inserere libris, ne nostra opera aut propriis exularemus officiis, aut alienis adiicaremus negotiis. Sed dum his, qui fabulam legent, in nostra hæc transeat, sciturus quòd sibi illorum falsitas sentire voluerit, ciuitatem posuerunt quasi in modum mundi, in qua regem & reginam velut Deum & materiam posuerunt. Quibus tres addunt, carnem vltrò metantem, quam libertatem arbitrij dicimus, & animam: ψυχὴ enim Græcè anima dicitur. quam ideo iuniorem voluerunt, quod corpori iam facto postea inclytam esse dicebant. Hanc igitur ideò pulchriorem, quòd & libertate superior, & carne nobilior. Hinc inuidet Venus, quasi libido, ad quam perdendam Cupidinem mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animam diligit, & ei velut in coniunctionem miscetur: quam persuadet ne suam faciem videat, id est cupiditatis delectamenta discat: vnde & Adam, quamuis videat

nudum ſe, non videt, donec de concupiſcentiæ arbore comedat. Neue ſuis ſororibus, id eſt, carni & libertati, de ſuæ formæ curioſitate perdiſcenda conſentiat: ſed illarum compulſamento percita, lucernam de ſubmodio eiecit, id eſt, deſiderij flammam in pectore abſconſam depellit, viſam taliter dulcem amat, ac diligit: quam ideò lucernæ ebullitione dicitur incendiſſe, quia omnis cupiditas quantùm diligitur, tantùm ardeſcit, & peccatricem ſuæ carni confingit maculam. Ergo quaſi cupiditate nudata, ex potenti fortuna eruitur, & periculis iactatur, & regia domo expellitur. Sed nos, quia longum eſt, vt dixi, omnia perſequi, tenorem dedimus ſentiendi. Si quis verò in Apuleio ipſam fabulam legerit, noſtra expoſitionis materia, quæ non diximus, ipſe reliqua cognoſcat.

VITA

Digitized by Google

VITA L. APVLEII SVMMATIM RELATA.

LVCIO Apuleio Afro, nobili Platonico, patria fuit Madaura, Romani populi colonia olim splendidissima, & sub Syphacis ditione collocata, quæ in Numidiæ Getuliæque confinio sita est. Ex quo seminumidam & semigetulum semet ipse profitetur: & Madaurensis Platonicus à Sidonio est dictus. Pater nomine Theseus, cunctis in patria honoribus perfunctus, mater nomine Saluia, inter fœminas probitate præcellens: cuius nobilitas satis clara, vt potè à Plutarcho illo inclyto Cheronensi, ac Sexto philosopho Plutarchi nepote deriuata. Vxor Pudentilla, opulentiis virtutibúsque, quæ in fœminam cadunt, dotatissima. Ipse verò succulenta proceritate, oculis cæsiis, flauo capillitio speciosus: floruit Carthagine, sub Loliano Auito & Claudio Maximo proconsulibus: vbi pueritiam disciplinis liberalibus excoluit, plurimúmque sub doctoribus Carthaginensibus profecit. Vnde haud immeritò sese Carthaginis alumnum gloriabundus prædicat: eámque Africæ Musam cœlestem & magistram venerabilem appellat. Dein Athenis (vnde omnium doctrinarum fluenta antiquitùs hauriebantur) ebibit Musarum crateras multiiugas, Poëticæ commenticiam, Geometriæ limpidam, Musicæ dulcem, Dialecticæ austerulam, vniuersæ verò philo-

ſophiæ nectarcam:nouémque Muſas, hoc eſt nouẽ diſciplinas ingenuas,magno ſtudio,nec caſſo ſudore percoluit.Mox Romæ ſtudiorum Latinorum cultor aſſiduus & vigilax, ad id facundiæ Romanæ faſtigiũ peruenit, vt eloquentiſſimus, doctiſſimúſque iuxtà cõſpiceretur, poſſétque meritiſſimò polyhiſtor(hoc eſt,:nultiſcius) nuncupari : ibíque ſacris Oſiridis initiatus,in numerum paſtophororum, quod ſacroſancti erat collegij nomen,cooptatus,patrocinia forenſia ex Dei præceptis libens obibat. Hic non minùs eloquio pollens,quàm eruditione prępollens,negocium agens poſteritatis, non parùm multa volumina condidit, quæ partim iniuria temporum intercepta deſiderantur,partim ad poſteros tranſmiſſa affatim declarant quantùm vir ille ingenio doctrináque præſtiterit,quantúmque inter barbaras atque incultas nationes virtus eluceſcat.Sic & olim apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis natus fertur. Ex Apuleianis monumentis cùm alia compluſcula, tum de conuiua lib. quæſtionibus, de piſcibus, de genitu animalium, & epigrammata, & Hermagoras deſiderantur.Ex his verò,quæ hoc tempore extant,circunferuntur libelli quatuor Floridorum, in quibus florida facundia & odorata eruditio lectorem mirum in modum oblectat,tenet,amœnat:vbi veluti ſaltuatim varietas rerum contexta conuiſitur. Oratorias omneis virtutes complectitur copioſiſſima & diſertiſſima oratio, qua crimen magiæ ab aduerſariis obiectum, à ſe alienum eſſe defendit,tantis eloquentiæ doctrinæque viribus,vt ſemetipſum viciſſe videatur. Liber eſt vnus de Deo, ſiue dæmonio Socratis inſcriptus, cuius teſtimonium identidem citat Diuus Auguſtinus in diffinitione dæmonum,& deſcriptione ho-

ne hominum: De dogmate Platonis libri duo, vbi quæ à Platone pluribus voluminibus disperſim latéque explicantur, ſtrictim & in arctum collecta, miro breuiloquio perſcribuntur. De Coſmographia vnus, non pauca continens ex meteoris Ariſtotelicis. Dialogus Triſmegiſti ab eodem Latinitate donatus, ita vt non tam eleganter atticiſſare, quàm latialiter diſſerere videatur. Cum primis verò volumina xi. de Aſino aureo, tanto lepôre, tanta elegantia, tanta florulentæ narrationis varietate condita ſunt, vt nihil lepidius, floridius, amabilius eſſe quicquam poſſit: adeò vt meritò Aſinus aureus ob ſtilum bracteatum, & nitidiſſimam pulchritudinem inſcribatur. Quid enim pulchrius hoc Aſino, verè aureo, verè bracteato? Quanquam non pauci ſunt, qui metamorphoſin (hoc eſt transfigurationem, ſiue transformationem) ex rei argumento malint apellitare. Cæterùm cum nitor haluſce Aſini pleriſque omnibus non aureus ac fulgens, ſed tenebricoſus ac pallens videatur, exiſtimaui me facturum operæpretium, conſulturúmque pro virili parte ſtudioſis Apuleianæ eruditionis, ſi commentarios excudiſſem ea incude, eáque officina tornatos, ex qua commentarij in Propertium, in Suetonium Tranquillum formati, in publicum iam pridem prodierunt. Ex qua annotationes, orationes, poëmata, innumeráque opuſcula fluxere. Itaque non minùs libenter quàm diligenter ſuſcepi hanc commentandi prouinciam, vt meo labore aſpredines ſalebrarum (ſi quæ ſunt) in aſino Apuleiano lænigarentur, omníſque nocturna caligo immiſſa luce diſcuteretur. Spero hæc noſtra qualiacunque ſunt annotamenta, minimè futura ingrata, miniméque pœnitenda candidatis doctrinæ politioris: tibíque potiſſi-

mùm, qui ſemper ſititor cupitórque extitiſti Apuleiani lepôris atque facundiæ, qui libellos meos in cælum fers, qui noſtros etiam næuos amare conſueuiſti. Hiſce autem commentariis de induſtria habenas modò laxiores dedi, modò datas preſſi, prout res, locus, tempeſtiuitas exigere videbantur. Interdum ex inſtituto propè peculiari floſculos ex doctrinarum prato decerptos decenter intexui, & more pictorum parerga frequenter adieci, quibus laſſeſcens lector reficeretur. & ſanè id genus additamenta, niſi amor inſtituti operis me fallit, non minùs languidum ingenium reſouent, quàm ſtomachum nauſeantem ſubamara & ſubauſtera eſculentioribus obſoniis immixta reficiunt.

PHI

PHILIPPI BEROALDI
Hendecasyllabon ad Asinum aureum.

I dextro pede, sidere & secundo,
Fœlix Pannoniam petas Aselle.
Te non aspera saxa, non viarum
Scrupi, flumina, cespites, lacunæ,
Cliuorum salebrosa senticeta
Delassent: iter hoc laborioſum
Transcurras sine claudicatione.
Commentaria nostra, sarcinásque
Perfer nauiter, offerásque munus
Petro pontifici, pio, eloquenti:
Quo nil doctius, elegantiúsque,
Quo nil sanctius est, benigniúsque.
Is te comiter, obuióque gressu
Gratanter capiet: statim refectum
Vnguento ambrosio, thoro fouebit.
Tunc molli satur educatione
Fies delicium tui patroni,
Gustabísque rosas, eris torosus,
Splendens, floridus, aureiúsque Asellus.
I dextro pede, sidere & secundo,
Fœlix Pannoniam petas Aselle.

COELII CALCAGNINI
Ferrarienſis epigramma.

Exi lucidus vndecunque Luci,
Terſus, frugifer, elegans, rotundus:
Nec graues metuas ſubiſſe rhonchos,
Adeptus modò priſtinum decôrem,
Quem doctus Beroaldus & diſertus
Lima reſtituit ſeueriore.
Nec ſolùm tibi reddidit priorem
Cultum: at ſi quid erat parum remotum
Conſuetudine, diſpulit tenebras,
Et lucem dedit enitentiorem.
Quare ſub ſtudium eruditiorum
Exi lucidus vndecunque Luci.

PHILIP-

Digitized by Google

PHILIPPI BEROALDI IN COMMENTARIOS APVLEIANOS

Præfatio.

MAGICA ars, quæ in maxima fuit apud priſcos dignatione, tres alias artes imperioſiſsimas humanæ mentis complexa, in vnam ſe redegiſſe creditur: videlicet Medicinam, Religionem, ac Aſtrologiam. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici vinculo, in tantũ faſtigiũ adoleuit, vt in Oriente regum regibus imperaret: ſine dubio illic orta à Zoroaſtre conditore. Quippe inter prima regalia docebatur: nec vllus apud Perſas regnare poterat, niſi Magiã calleret. Auctor eſt Plato, pueris regũ doctores quatuor attribui, quos regios pædagogos appellant: quorum primus Magiam peculiariter docet. Tota penè Homeri Odyſſea non aliunde quàm ex Magia conſtat: ſiquidem Protei transfigurationes, & Sirenũ cãtus, & Circes pocula, & Inferorũ enocatio, magico intellectu cõuelantur. Primum de ea commentatum Hoſthanem eſſe memoriæ prodiderunt: qui Xerxen regem bella Græciæ inferentem comitatus, ad rabiem, non auiditatem modò, huiuſce artis Græcorum populos egit: tantáque antiquitùs claritas gloriáque ex hac ſcientia penè ſemper petita eſt, vt Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, lumina doctrinarum, ad hanc diſcendam nauigauerint, peregrinationibus ſuſceptis, hanc reuerſi prædicauerint, hanc in arcanis habuerint. Hyſtaſpes quoque, rex prudẽtiſſimus, Darij pater, cùm Indiæ ſecreta penetraret, ad nemoroſam quandam venit ſolitudinem, cuius tranquillis ſilentiis præcelſa Brachmanum ingenia potiuntur: eorúmq; monitu edoctus puros ſacrorũ ritus, ex his quæ didicit Magorum ſenſibus infudit, quæ illi cũ diſciplinis præſentiẽdi futura per ſuam quiſque progeniẽ poſteris atatibus tradiderunt. Ex eo per ſecula multa vna eadémque proſapiæ multitudo creata, Deorum cultibus dedicatur. Quinetiam Moſes, ille Iudaicarum legum conditor & famigeratus, Magices factionem illuſtraſſe proditur. Et planè, quod inter auctores conſtat, orbem terrarum Magia peragrauit: Oceanum quoque tranſgreſſa & in Britanniam vſque prouecta, quæ illam attonitè celebrauit. Gallias quoque poſſedit, Druydis (quæ Gallorum Magi ſunt) illuſtrata. Eſ

autem Magia(vt interpretatur Plato)Deorum cultura:sic enim ait in Alcibiade primo, μαγία ἐστὶ τῆς θεῶν θεραπεία. Vnde ab Apuleio dicta cælitum antistita, colendíq; eos ac venerandi gnara.Duplicem Magiam esse eruditi autumant: quarum altera Platonica est & philosophica,quæ nihil aliud esse traditur quàm naturalis philosophiæ absoluta cõsummatio:cuius cultor religioso sanctóq;vocabulo Magus appellatur.Etenim Persarũ lingua Magus est,qui nostra sacerdos. Altera dæmonum potentia cõstat:res medius fidius excecranda,detestabilis,portentosa,quam nomine detestabili γοητείαν goëtian, vel horribilióri theurgian vocant.quanuis Porphyrius Platonicus quandam quasi purgationẽ animæ per theurgian promittit:qui tamen hanc artẽ modò tanquam fallacẽ,legibúsq;prohibitam,cauendam monet:modò vtilem mundanæ animæ parti esse dicit. Cæterùm vulgari more magum eum esse dicunt,qui communione quadam loquẽdi cum diis immortalibus,ad omnia quæ velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat. Et vulgo Magi,malefici,ob facinorum magnitudinem, nuncupantur:vt scribit Diuus Augustinus, & repetitum est in decretis Canonicis xxxvi.q.quinta. Hi sunt,qui elementa concutiunt, mentes hominum turbant violentia cantaminũ,citra tamẽ veneni hausti. Ex quo cecinit Lucanus: *Mens hausti nulla sanie polluta veneni*
Excantata perit.--- Magos dici arbitratur Porphyrio Cõmentator, quasi magnagos,à magnisvidelicet rebus,quas se perficere posse gloriantur. Aítq; eos carminib. conuertere sensus animósq; mortalium. hinc(teste Tertuliano) sunt phantasmata castorum,& aqua cribro gestata,& nauis cingulo promota,& barba tactu irrussata. Magia legib.duodecim Tabularũ fuit antiquitùs interdicta.Verba ipsarum legum decemuiralium sunt hæc: Qui fruges excantasset, qui malum carmen incantasset.& illud: Néve alienam segetem pellexeris.Hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros transferri posse credebantur.Ideóq;duodecim Tabulis ei qui hoc fecerit, supplicium(vt Cicero memorat.) constitutũ fuit.Hinc ait Dido Virgiliana,--- Magicas se inuitã accingier artes.Species Magiæ plures:est enim ex aqua quæ Hydromantia nuncupatur: ex securibus, quæ Axinomantia. Alia fit per specula, quam Catoptromantiam nominant, de qua intelligi volunt Spartianus in Didio Iuliano his verbis: Carmina prophana incatauerunt, & ea quæ ad speculum dicunt fieri,in quo pueri præligatis oculis incantando ventura respicere dicuntur, Iulianus fecit. Est & Lecanomantia, quæ ex peluibus diuina promittit,quas Græci lecanas vocant. Et apud Persas erant Magi(Strab.teste in xvi.)lecanomantici cognominati,quasi ex peluibus diuinantes.Psellus quoque libro de Dæmonib. tradit, Lecanomantiam apud Assyrios frequen-

frequentatam, ſcribens vaticinantes accipere peluim aqua plenam, dæmonibus congruentem, in profunda repentibus: vbi autem dæmon illapſus eſt, aquæ edi ſonum quendam fatidicum. Præterea *notiſſimæ ſunt* Pyromantia, Geomantia, Chiromantia: *videlicet per ignem, terram, & inciſuras manuũ factæ diuinationes.* Necromantia, *ſiue* Necyomantia *ea eſt, qua vmbrarum euocationes fiunt, & inferorum colloquia celebrantur: à qua* Necromantici illi famigerati *nomen ſortiuntur, quorum incantamentis mortui reſuſcitati, diuinare & ad interrogata reſpondere videntur. Nec fit talis diuinatio ſine ſanguine. Talis eſt apud Homerum euocatio manium facta ab Vlyſſe: talis apud Silium à Scipione, apud Valerium Flaccum ab Aeſone, apud Papiniũ à Tireſia, apud Horatium à fœminis veneficis. Quidam Necyomantiam Sciomantiámque ita diſtingunt, vt Necyomantiæ ad erigendum cadauer ſanguis ſit neceſſarius, in Sciomantia verò ſola ſufficiat vmbræ euocatio, vnde & nomen. Eſt & Capnomantia ars quædam, ex fumo aræ verum prævidendi, & ex motione fumi quæ ſunt futura cognoſcendi: cuiuſmodi diuinaculos à fumo Capnomantas appellant. Ex hoc Magiæ fonte deriuati ſunt apud Romanos Etruſci auſpices, apud Indos Brachmanes & Gymnoſophiſtæ, apud Gallos Druydæ & Barbi, apud Siculos Galeatæ, apud cunctas nationes Planetarij, ſiue Mathematici ſunt, & vulgò Aſtrologi nominantur. Plin. vbique alacriter oppugnat, illuditq; placita Magorum, atque promiſſa, Magicáſq; ferè ſemper vanitates appellat, nec veritus eſt ſcribere, Magiam artem eſſe inteſtabilem, irritam, inanem. Quintus Curtius Magiam non artem eſſe profitetur, ſed vaniſſimi cuiuſque ludibrium. Eccleſiaſtici conditores magicas præſtigias vocitant, tanquam fallacia quadam præſtringentes hominum mentes rerum veritatem ementiantur, & ita curioſitati mortalium callenter illudant. Cæterùm non parùm multi credulitatem ſuam addixerunt magicæ doctrinæ, perinde ac rerum cunctarum potentiſſimæ: inter quos (vt cæteros præteream) L. Lucianus Patrenſis diuinationis gnarus, nec minus elegans ſophiſta quàm mordax, ſcripſit ſe petiiſſe Theſſaliam, deſiderio noſcendæ Magiæ flagrans: ibiq; dum ſe in auem verti cuperet, in aſinum à Paleſtra ancilla vnguenti potentia eſſe demutatum. Et ita ſub aſinali effigie, humano tamen ſenſu & mente incolumi retenta, multas ærumnas exantlaſſe, multũq; & ſq; labores toleraſſe commemorati donec guſtatis roſis, in priſtinum Lucium reformaretur. Hic igitur apud Græcos ſtilo pereleganti luſit Aſinum aureum: quem noſter Apuleius æmulatus, & ipſe apud Latinos conſimili argumento ſtiló q; nitidiſſimo condidit vndecim volumina de Aſino aureo, ſiue Metamorphoſeon; in quib. elegans eſt, eruditus, emunctus. Et cùm*

haud dubiè ex racemis Luciani sibi fecerit vindemiam, eóq; vno archetypo propè peculiariter sit vsus, magna tamen inter Græcum Latinúmq; asinum differentia est. Ille brevis, hic copiosus: ille vniformis, & summatim ex homine in asinum, ex asino in hominem transformationem reformationémque præscribens: noster verò multiplex, & fabellis tempestiuiter interstritis omne aurium fastidium penitus abstergit. Græcus ille Magiam primoribus labris gustasse videri potest, quamuis de se scripserit, μάντις ἀγαθὸς vaticinus bonus: hic verò noster plenis faucibus hausisse, in tantùm vt Magorum maximis crederetur. Et, vt auctor est Augustinus, Apuleium & Apollonium dixere non minora quàm Christum fecisse miracula. Et vt Lactantius refert, solēt Apuleij & multa & mira memorari: ipse tamen Magi nomen respuēs, aduersus calumniātes, qui ei magicarū artium crimen intenderant, eloquentissimè se defendit. Sunt præterea in Lucio nostro verba non parum multa interseminata, quibus magis delecter, quàm vtar: plurima verò, quibus perinde vtar ac delecter. Et sanè nonator plerunque verborum est elegantissimus: tantóque cum decore & venere, vt nihil decentius, nihil venustius fieri possit. Denique hic noster Asinus, sicut verbo dicitur, ita re ipsa aureus conspicitur: tanto dicendi lepōre, tanto cultu, tanta verborum minimè trivialium elegantia concinnatus, compositúsq; vt de eo id dici meritissimò possit, Musas Apuleiano sermone loquuturas fuisse, si Latinè loqui vellēt: & (vt dicā quo i sentio) plurimùm conferre Apuleij frequens lectio ad excolendā linguā potest, & ad eā eloquētiæ partē quā sermocinatricē appellant, maximè est accōmodata. Cuius eloquentiam Sidonius Apollinaris velut fulminā ē præconio virtutis extollit: & Diuus Augustinus in epistolis Apuleiū eloquentissimū esse testatur. de quo sic scribit: Apuleius Afer honestis patriæ suæ loco natus, & liberaliter educatus, magnáq; præditus eloquētia. Eundē in libris de Ciuitate Dei, Platonicum Græca & Latina lingua nobilē appellat. Quamobrem te lector oro, moneo, hortor, vt familiaris tibi fiat hic scriptor, sitq; tuū quasi manuale & enchiridion: in quo si quid durum videbitur, id nostrorum commentariorum expolitione emolietur, ac lænigabitur: quorum ianuam repandet præcursoria hæc, & veluti prodromos enarratio compendiaria, de Lucij Apuleij patria, ingenio & libris. Solet enim & hæc quoque studiosis esse iucunda cognitio.

SCRIPTORIS INTENTIO atque consilium.

IN exponendis auctoribus id quoque spectari quæriq; solet, quæ fuerit scribentis intentio, consiliúmque. Ego Apuleium quidem nostrum confirmo, Lucianū, Græcum scriptorem, argumento consimili imitari,

imitari. Verùm ſub hoc tranſmutationis inuolucro naturã mortaliũ & mores humanos quaſi trãſeunter deſignare voluiſſe: vt admoneremur ex hominibus aſinos fieri, quando voluptatibus beluinis immerſi, aſinali ſtoliditate bruteſcimus, nec vlla rationis virtutiſq; ſcintilla in nobis elucеſcit. Sic enim homo (vt docet Origenes in libris περὶ ἀρχῶν) fit equus & mulus, ſic tranſmutatur humanum corpus in corpora pecuina. Rurſus ex aſino in hominem reformatio ſignificat, calcatis voluptatibus, exutisq; corporalibus deliciis, rationem reſipiſcere & hominẽ interiorẽ, qui verus eſt homo, relicto ergaſtulo illo carnoſo, ad lucidũ habitaculũ, virtute & religione ducib⁹, remigraſſe. Ita vt dicere poſſem⁹, iuuenes illice voluptatũ poſſeſſos, in aſinos trãſmutari: mox ſeneſcẽtes, oculo mẽtis vigẽte, matureſcẽtibúsq; virtutibus, exuta bruti effigie humanã reſumere. Scribit enim Plato in Sympoſio, quòd tũc mẽtis oculꝰ acutè incipit cernere, cùm primùm corporis oculꝰ defloreſcit. Quinetiã Proclus nobilis Platonicus monet, multos eſſe in vita lupos, multos porcos, plurimos alia quadam bruti ſpecie circunfuſos. Quod minimè mirari nos oportet, cùm terrenus locus Circes ipſius ſit diuerſorium, cùm animæ aut vnguentis delibutæ, aut pharmacis epotis inebriatæ trãsfigurentur in brutas animantes. Pharmaca autem ſunt, oblinio, error, inſcitia: quib. anima cõſopita bruteſcit, donec guſtatis roſis, hoc eſt, ſcientia, quæ mentis illuſtratio eſt, cuiúsq; odor ſuauiſſimus, auidè hauſta in humanã formã, hoc eſt rationalẽ intelligentiã reuertatur, exuto aſinali corio, id eſt depoſito, inſcitiæ & rerũ terrenarũ craſſiore velamento. Et ſanè reperiuntur animæ quã pauciſſimæ, quæ corporeis pedicis inuolutæ, & brutalibus voluptatib. irretitæ, exiſtant ſobriæ, puræ, imperturbatæ, nulla in aſinum aliáſque brutas animantes facta transfiguratione. Poteſt & Metamorphoſeos cauſa referri ad multiiugos humanæ vitæ labores, multiformésq; varietates quibus homo penè quotidie tranſmutatur. Illa verò eruditioribus principalis huiuſce tranſmutationis cauſa valdéq; probabilis videri poteſt, & vt ſub hoc myſtico prætextu noſter Pythagoricæ, Platonicæq; philoſophiæ conſultiſſimus, dogmata vtriuſq; doctoris oſtenderet, & ſub hac ludicra narratione palingeneſiam atq; metempſychoſin, id eſt regenerationem trãnſmutationémque diſſimulanter aſſereret: & vt ſimul, quanta eloquentia Latiali homo Afer, quanta elegantia, quanta rerum verborúmque copia præditus eſſet, euidenter edoceret. Cæterùm cùm iſtæ Præfationes libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducant, eiúſque euidentiorem præſtent intellectum, ſingulis libris hypotheſin ſiue argumentum præmittam, ſummatim, breuitérq; conſcriptum, vt quid in quoq; volumine contineatur, ſtatim lector intelligat.

HYPOTHESIS SIVE ARGVmentum libri.

Lucius Apuleius, Magiæ noſcendæ cupiens, Theſſaliam petit, vbi artes magicæ pollebant. In itinere duobus viatoribus ſe tertium comitem adiungit. Narrantur inter eundum mira quædam & incredunda de circulatore, déque Meroë & Panthia lamia ac ſagis. Mox acceſſus Lucij ad Hypatam ciuitatem, hoſpitiúmq; Milonis, & hoſpes ipſe deſcribitur. Fuit, opinor, operæ pretium hæc carptim deguſtaſſe, ne illotis (vt aiunt) pedibus lector ingrederetur: & vt tyrocinium ſchola ſticorum commodius inſtrueretur, libuit aliquantum euagari, & quod dam quaſi themá futuræ interpretationis anteloquio iſto præmittere.

Sed iam tempus eſt, vt cum Cõmentariis noſtris Apuleium curioſius inſpicias: quem in vita philoſophum, in ſcriptis amatorem, res ipſa demonſtrat, & teſtatur Auſonius.

L. APV-

L. APVLEII MADAVRENSIS, PHILOSOPHI PLATONICI, METAMORPHOSEOS, SIVE de Asino aureo Liber primus.

AT ego sermone.] Lusurus Asinum aureum, exordicur ab epigrammate iambico bimembri, quo Faustinum filium siue lectorem alloquēs, instar poëtarum summatim proponit quid sit toto in opere edissertaturus. Docilitas autem captatur, & attentio colligitur. At particula interdum inceptiua est, ad ornatum pertinens, vt docet Seruius in nono Commentario. Ait Donatus, principium esse increpationi aptum: vt Virgil. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis. Consimile illud Horatianum: At ó Deorum quisquis in cœlo regis. *Sermone Milesio.*] fabuloso, lepido, iocoso, delicato, ludicro,

AT ego tibi sermone isto Milesio
Varias fabellas conferam, atque aures tuas
Benevolas lepido susurro permulceam:
Modò si papyrũ Ægyptiã tu, argutia
Nilotici calami inscriptã, nõ spreueris
Inspicere: figuras hominum in alias imagines
Cõuersas, & in se rursum nexu mutuo
Refectas vt mireris, hic exordior.
Quis ille, paucis accipe.

Hoc enim significat sermo Milesius, à Milesiorum Ioniæ populis dictus,qui deliciis luxúque notabiles fuere: quorum est illud memoratissimum; Nemo nostrûm frugi esto, alioquī cum alijs eijciatur.Hinc Milesias prisci appellauerunt poëmata & fabulas lasciuientes: siue, vt quidam putant,Milesiæ dicuntur fabulæ aniles & vanidicæ,in quibus nec pes nec caput appareat: nec instar apologorum epimythion vllum morale continentes. Iulius Capitolinus in Clodio Albino sic ait: Agri colendi peritissimus,ita vt etiam Georgica conscripserit. Milesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur,quamuis mediocriter scriptæ sint. Extat epistola Seueri Imperatoris ad Senatum missa, in qua id, quod ad hanc rem maximè pertinet,scriptum legimus. Sic enim ait: Maior fuit dolor quòd illum pro literato laudandum plerique duxistis,cũ ille næniis quibusdã anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleij sui,& ludicra literaria cõsenescceret. Ex his Seueri verbis apparet, Milesiis Apuleij significari fabellas huiusce Asini aurei,quas ipsemet sermone Milesio cõtextas & cõditas esse significat. Martianus quoque Capella in libro de nuptiis Philologiæ inquit: Diuersitatis delicias Milesias Aristides poëta Græcus composuit. Milesias,hoc est,poëma Milesiacõn perquàm impudicum: cuius rei Plutarchus & Appianus meminerunt. Quod & Ouid.lib.Tristium secundo apertè docet, sic scribens: Iunxit Aristides Milesia carmina secum, Pulsus Aristides nec tamen vrbe sua est. Emaculandus est hoc loco maculosus diui Hieronymi codex, vbi de Milesiis hisce fit mẽtio,& in sinceram lectionem restituendus. Namque in libris contra Ruffinum sic passim legitur: Quasi non curatorum turba Milesiorum in scholis figmenta decantent. Vbi non curatorum,sed cirratorum legendum est, hoc est, comatulorum puerorum: iuxta illud vulgatissimum, Ten' cirratorum centum dictata fuisse,Pro nihilo pendas? Præterea Milesiarum lego,non Milesiorum: quoniam, vt iam docuimus,fœminino genere Milesias dicere maluerunt, quàm neutro Milesia: nisi quis tutari velit, Milesia neutraliter dici posse, vt Georgica, Argonautica,& alia consimiliter. *Lepido susurro.*] eleganti quadam sermocinatione, cuius sonus veluti susurrus blandus & suauis,aures permulceat. Potest & ob hoc videri vsus hac dictione susurro, vt ostendat, hæc non esse inuulganda, neque prophanis palàm nuncianda, sed clam apud aures religiosas promenda,instar mysteriorum,quæ in sanctuariis,&, vt Græci

dicunt

dicunt λεπίδωτα habentur. Lepidus dicitur,qui politus eſt,authore Donato, vt λεπίς, id eſt, lama. Plin.lepidas vocari tradit ſquamas æris minutiſſimas. Vnde & lepidotes gemma dicta, quæ ſquamas piſcium imitatur. *Papyrum AEgyptiam.*] chartam papyraceam.Eſt enim Papyrum,ſiue papyrus(vtroque enim modo dicitur) frutex naſcens in paluſtribus Ægypti , aut quieſcentibus Nili aquis,vnde Niliacas papyros appellauit Epigrammatarius poëta:brachiali craſſitudine , decem cubitorum longitudine,in gracilitatem faſtigiatur. Ex libro papyri texunt veſtem,& ſtragula. Hinc Illud Satyrographi,Succinctus prima quondam Criſpine papyro. Ex hoc fiunt chartæ multiplices.Plin.in 13.quomodò fiant papyraceæ chartæ luculenter , vt omnia ſolet,enarrat : à quo commendatur Auguſta charta,cui principatus fuit in epiſtolis,ob tenuitatem:quæ antiquitùs appellata eſt Hieratica, quaſi ſacrata , religioſis tantũ voluminibus dicata. Emporetica dicitur charta quaſi mercatoria,inutilis in ſcribendo,ſed inuolucris vſum præbet in mercibus.Inter principales chartas fuere Fanniana,Liuiana,& prælata omnibus Claudiana.In chartis ſpectantur tenuitas, denſitas,candor,læuor. Sacerdotes Ægyptij calceos papyraceos geſtant,nec alia calciamenta eis induere fas eſt: auctor Herodotus. Chartis legatis,papyrum ad chartas paratum non continetur,vt docet Vlpianus volumine 3.de legatis. *Argutis.*] lepõre & feſtiuitate , & ſalibus Ægyptijs : illi enim nequiſſimi molliſſimíque fuerunt.ex quo eſt illud: Niliacis primùm puer hic naſcatur in oris,Nequitias tellus ſcit dare nulla magis.Idẽ aliubi ſales Niliacos memorat. Scribit Flauius Vopiſcus,Ægyptios eſſe verſificatores,epigrammatarios , & ad cantilenas publicas propenſos. Quintilianus delicias Alexandrinas,vt omnium molliſſimas,nominatim taxat. *Nilotici calami.*]Calamos Ægyptios ad ſcribendum idoneos maximè probant,qui, vt ait Plin. 16. inſeruiunt chartis cognatione quadam papyri: probatiores tamen Gnidij exiſtimantur.Sagittis autem nullus aptior calamus eſt , quàm qui naſcitur in Rheno Bononienſi amne,cui plurima eſt medulla. De calamis Nicoticis ait Epigrammatiſta:Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus, Texantur reliqua tecta palude tibi. *In alias imagines conuerſas.*] An homines in alias imagines,vt luporum & aſinorum , verti poſſint,magna inter eruditos & ſubtiles quæſtio eſt. Vulgò enim in tantùm infixa eſt fama hæc , vt in maledictis habeant verſipelles.Ex quo eſt illud Plautinum: Verſipellem ſeſe facit,

quando lubet. Plin. Græcæ vanitatis hæc esse mendacia, figmentáque asserit. Diuus quoque Augusti. autumat hæc esse fabulosa, & dæmonum ludificationes. Quidam nomine Præstantius olim denarrauit patri suo contigisse, vt veneno magico in caseo sumpto fieret caballus, annonámque inter alia iumenta militibus baiularet. *In se rursum refectas.*] Hoc ideò dicit, quia ex homine asinus factus est, mox ex asino in pristinum hominem reformatus, refectúsque. *Mutuo nexu.*] Per quasdam quasi vicissitudines: vt scilicet vicissatim ex homine asinus, ex asino homo fieret, mutua quadam conuersione, eadem subsistente materia. *Quis ille.*] Extrinsecùs subintelligendum sit, qui in alias imagines conuersus, & id se rursum refectus fuerit. Significatur autem ipsemet Apuleius.

Hymettos Attica.] Post anteloquium epigrammatis, ingreditur narrationem prosa oratione, docens se magis Græco quàm Latino sermone linguã excoluisse. loca Græciæ famigerata recensiet, perinde ac veterem prosapiam, tanquam natus sit in Aphrica, sed oriundus fuerit ex Græcia. Hymettus mons est in Attica, inclytus marmore & melle. L. Crassus orator columnas habuit Hymettias sex, duodenûm pedum longitudine. Mel Hymettium, quod & Atticum appellatur, primatum obtinet bonitatis: vnde Plinius & Galenus mel Atticum cum primis probant in medicamentis. Strabo quoque libro 9. Hymettium reliquis anteponens, id ait esse probatissimum, quod acapnistum vocant, quasi nullo fumo infectum, quo & apes & mella inficiuntur. Ideóque ait Plin. noster, id mel seruari, quod acapnon vocant, quasi dicas sine fumo. Solinus de Hymetto scribit hæc: Hymetto meritissimò tribuitur principatus, quòd apprimè florulentus, eximio mellis sapore & externos omnes & suos vincit. *Isthmos Ephyræa.*] Angustiæ Peloponnesi inter duo maria Ægæum & Ioniũ coërcitæ, Isthmos appellan-

Hymettos Attica, & Isthmos Ephyræa, & Tænaros Spartiaca, glebæ felices, æternum libris felicioribus creditæ, mea vetus prosapia est. Ibi, inquã in Atthide, primis pueritiæ stipendijs merui. Mox in vrbe Latia aduena, studiorum Quiritium indigenam sermonem, ærumnali labore, nullo magistro præeunte aggressus, excolui.

appellantur. In medio Isthmo Corinthus est, quam Cicero totius Græciæ lumen appellat, antea Ephyre dicta: ex quo Poëta æra dixit Ephyræa, intelligi volens Corinthia. Isthmos ludis quinquennalib. & delubro Neptuni inclytus perhibetur. Quos ludos, autore Solino, ea propter institutos ferunt, quòd maria quinque allatrant oram Peloponnensem. Pinea corona victores apud Isthmum coronabantur, vt refert Plin. in xv. Plutarchus tradit, Isthmia à Theseo primitùs instituta fuisse in honorem Neptuni, Herculis æmulatione, qui Ioui Olympia primus instituit. Alij Isthmia in honorem Palæmonis instituta fuisse dicunt, vt Archias poëta: cuius extat nobile epigramma Græcum, inclita Græcorum certamina complexum. Athenienses ad spectaculum Isthmiorum accedentes, sedendo cæteris spectatoribus præferebantur. De Isthmo, quem perfodere tentauerunt dictator Cæsar, C. Caligula, Nero & Demetrius, scripsimus affatim in Tranquilli commentariis. *Tænaros Spartiaca.*] In Laconia promontorium est Tænaros & oppidum: est & spiraculum eodem nomine, ex quo descensus ad inferos patet. Est in ipso Tænaro templum Neptuno dicatum: Pomponius Mela & Solinus autores. Dicitur Spartiaca, à Sparta ciuitate, quæ Laconiæ metropolis est, condita à Sparte filia Phoronei, vt docet Eusebius chronographus: vnde Spartani siue Spartiatæ, qui alio nomine Lacedæmonij, celebratissimi. Fuit autem Sparta priscis temporibus, vt Græci dicunt, πόλις ἀτείχεος, id est, ciuitas sine muris, tanquam vera vrbis sepimenta essent armati viri, non saxa constructa. Vnde olim interrogatus Agesilaus, Quamobrem Sparta esset sine muris? ostendens ciues armatos dixit: ταῦτ' ἐστι λακεδαιμονίων τείχη quod Latinè dicitur, Hi sunt Lacedæmoniorum muri. Lacones & loquendo & scribendo amatores fuerunt breuitatis propè peculiariter. Vnde & Laconismus breuiloquium significat, de quo Cicero in epistolis: Laconismo tuo non vtar. & à Symmacho itidem in epistolis dictum est: Memini, breuitatem Spartanam quondam laudi fuisse. Annotanda hoc loco est eloquutio Apuleiana, à quo genere fœminino Isthmos, Tænaros & Hymettos enunciantur, cùm cæteri ferè masculino genere vsurpauerint: sed videtur Lucius noster non tam locos, quàm vrbes ibidem conditas, signare voluisse. *Glebæ felices.*] Sensus est, Hæc loca prædicta vbere glebæ & fœcunditate segetũ felicia creduntur: quoniam ita libris scriptorum proditum est, qui haud dubiè feliciores sunt, vtpotè ipsi æterni, & æternitatem donantes his, de quibus sermocinantur. Glebæ autem patrius est casus, qui vulgò dicitur genitiuus: sic enim loquimur Latinè & elegãter, Felix æui

Silius: Felix heu nemorum, & vitæ laudandus opacæ. *Profapia.*] generis origo,& familiæ, dicta à proſerpendo. Alio nomine proſapiens nominatur. Dictio eſt vetus, & vt ait Quintilianus ab vltimis,& iam obliteratis repetita temporibus. *In Athide.*] Athenas ſignificat. Atthis enim eſt Attica regio,cui Cranai filia nomine Atthis nomen dedit: quod & Iuſtinus refert. De qua Strabo libro Geographiæ ix.ſic refert.Ab Actæone Actiuam dicunt. Atthidem verò & Athicam ab Athide Cranai filia,à qua & inquilini Cranai vocantur: ipſa autem ciuitas Athenarum nomen ſortita eſt à Dea Minerua, quam Græci Ἀθήνην, hoc eſt Athenam vocant. *Pueritiæ ſtipendys.*] Signat ſe prima Græcarum literarum elementa Athenis didiciſſe, quæ ciuitas domicilium fuit & veluti officina ingenuarum diſciplinarum. *Merui.*] militaui. Militia autem puerorum militariáque ſtipendia ſunt in gymnaſio literatorio: merere enim ſignificat militare. Varro: E quo publico merent.& apud Suetonium in Iulio Cæſare ſcriptum eſt:Meruit & ſub Seruilio Iſaurico in Cicilia. Merere interdum pro mereri vſurpatur,vt apud Plautum: Et ſi aliter meres,pro mereris. Eſt etiam merere,ſordiſſimum quæſtum capere. Hinc mercenarij & meretrices dicuntur.Aulus Gellius: Lais, inquit, Corinthia ob elegantiam venuſtatémque formæ grandem pecuniam demerebat. *In vrbe Latia.*] Romam ſignificat:non ſolùm Latij,ſed & cunctarum terrarum caput,quæ communis patria,autore Seneca,dici poteſt. *Studiorum Quiritium.*] Studia Romanæ linguæ ſeſe didiciſſe in ipſa vrbe Roma ſignificat.Quirites autem Romanos dici,nemo eſt qui neſciat. Indigenam ſermonem appellat vernaculum & peculiarem Romanorum,qui ſermo Latinus eſt. Latinitas enim(vt inquit Diomedes Grammaticus) eſt incorrupta loquendi obſeruatio, ſecundũ Romanam linguam. Omnes antiquitùs tam docti quàm indocti,tam fœminæ quàm viri,tam pueri quàm ſenes,apud Romanos Latinè loquebantur,nec tamen grammaticè. Aliud enim eſt Latinè,aliud grammaticè loqui, vt docet Quintilianus in primo:qui libro xij. prodidit,fuiſſe quoſdam qui illam tantùm eſſe naturalem putarent eloquentiam, quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima,qua cum amicis, coniugibus,ſeruis loquamur, nihil accerſiti elaboratíque requirentes.Item M.Tullius ait in Bruto, populum eloquentiæ & oratoris iudicem eſſe: qui in tertio de Oratore tradidit, vulgum in verſu videre ſi peccatum eſt, & ſi quid in oratione claudicat ſentire, quod profectò facere non poſſet inſcius Latinitatis. Item: Nemo, inquit,vnquam eſt oratorem,quod Latinè loqueretur,admiratus; ſi eſt aliter, irridemt,

neque

neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. Hoc haud dubiè non diceret, si Latinè loqui fuisset in paucis, sicut in præsentia est. Idem refert, mulieres conseruare facilius incorruptam antiquitatem, quòd multorum sermonis expertes, ea tenent per quæ prima didicerunt. Ex quo L. Crassus orator socrum suam Læliam sic audire se solitum testatur, vt Plautum sibi aut Næuium audire videretur. Quæ res euidentissimè omnẽ dubitationem eliminat, ne dubitemus priscos omneis Latinè loqui solitos indiscriminatim. Quod eo copiosiùs retuli, quia super hac re altercatio non modica fuit temporibus nostris inter viros eruditos. Indigena autem, vt ad propositum reuertamur, opponitur aduenæ, & significat inde genitum, non alienigenam, non aduentitium, sed vernaculum, proprium, & quasi peculiarem. *Æ Erumnali labore.*] difficili, molesto. Ærumnæ enim labores onerosos significant. Maiores nostri, vt autor est M. Tullius 2. de Finib. labores non fugiendos ærumnas nominauerunt: vnde labores Herculis ærumnæ dicuntur. Plaut. in Persa: Superauit ærumnis suis ærumnas Herculis. Ausonius: Prima Cleonei tolerata ærumna laboris. Idem M. Tullius in 4. Tusculana: Ærumna, inquit, est ægritudo laboriosa. Ærumnulas furculas appellauerunt, quibus religatas sarcinas viatores gerebant: quarum vsum quia C. Marius retulit, muli Mariani postea appellabantur. Operæpretium est hoc in loco obiter annotare super mulis Marianis quædam digna cognitu, nec indigna relatu, quæ apud Frontinum legimus, qui lib. 4. Strategematicôn scribit hæc: C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset: vnde & in prouerbium tractatum est, Muli Mariani. Aliam huiusce prouerbij causam refert Plutarchus in Mario, qui id quoque memorat, quòd scilicet Marius imperator eadem ferebat obibátque onera in re militari, quæcunque militibus imperabat: quare post hæc cum labores & iussa imperatoris milites libenter subirent, muli Mariani vocabantur. Vulgus hodiéque hinc, vt opinor, ducta origine, caballos Marianos appellat homines, qui pedibus suis ambulantes se in equo sedere & vehi mentiuntur in ludicro spectaculo. *Nullo magistro præeunte.*) sine doctore. Insinuat se didicisse perinde ac si fuerit αὐτοδίδακτος: sic. n. Græco vocabulo dicitur, qui seipsum magistrũ habet. Talis fuit antiquitùs Manilius Senator Romanus, quẽ Plini⁹ maximis nobilẽ doctrinis doctore nullo fuisse didit.

Diuus quoque Augustinus libro Confessionum 4. gloriatur, per semetipsum solum, citra doctorem, legisse libros artium liberalium, & intellexisse. Aristotelica quoque prædicamenta, inquit, quas appellant Categorias, solus legi, & intellexi. Fuit & Syllanion statuarius nullo doctore nobilis.

Exotici sermonis.] Exoticum sermonem appellat Romanâ linguam, veluti alienigenam ac insiticiam, sibique meritò peregrinam, cùm ipse natione Apher atticissare didicisset, & in patria stridulam Barbariam puerilibus labris degustasset. Exoticus enim significat peregrinum & externum, vocabulo quidem Græco, sed apud Latinos vsitatissimo. Hinc apud Plin. & Plautum vnguenta exotica, apud Gellium vinum exoticum, pro alienigena & peregrino. *Forensis.*] Vel Romani, quo oratores vtuntur in foro, vnde & forensis eloquētia, & forenses apud Sidonium tabulæ, & forenses apud Ciceronem literæ, quibus vtimur in foro: vel externi, ab hoc aduerbio foris deriuatur. omnino Romanus sermo significatur. Apud Liuium forensis factio, & turba accipitur pro humili, sordida, insincera: quam Fabius excretam ab integro populo in quatuor tribus conuertit, vrbanásque eas appellauit *Ipsa immutatio.*] Tanquam nunc primùm Latinè cœperit scriptitare, cùm priùs eloquio Græco vteretur. Hinc in Deo Socratis ait: Satis oratio nostra atticissauerit. *Desultoriæ scientiæ.*] Decenti quadam translatione desultoriam scientiam appellat, ludicram, voluptariámque, veluti desilientem à studio pristino seueriore: sicuti desultorij equi vocantur, ex quibus homines agilitate corporis præditi repentè desiliebant. De quibus lege quæ annotauimus in primo Suetonij commentario, illud enarrantes: Equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Relege illa quoque, quæ scripsimus in quarto Propertij commentario, super eo versu: Traiicit alterno

En ecce præfamur veniam, si quid exotici ac forensis sermonis rudis locutor offendero. Iam hæc quidem ipsa vocis immutatio, desultoriæ scientiæ stilo, quem accepimus, respondet. Fabulam Græcanicam incipimus: lector intēde, lætaberis. Thessaliam (nam & illic originis maternæ nostræ fundamenta, à Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto Philosopho nepote eius prodita, gloriam nobis faciunt) eam Thessaliam ex negotio petebam.

alterno qui leue pondus equo. vbi docuimus, desultorem designari, qui equos desultorios alit, & exercet illa transili pernicíq; saltatione. Martianus quoque eadem penè translatione vsus, qua & Apuleius: Decenter, inquit, leuitate pernix desultoria gestiebat. Illud adde, quod à Cassiodoro traditur, equos desultorios repertos esse, per quos Circensium ministri missos denunciant exituros. Erit ergo hic sensus: Vt desultores ex equo in equum, sic ego ex Græca lingua & scientia in Romanam desilio. Potest & dici condecenter scientia desultoria, historia de asino, in qua ex homine in asinum desilit, & vertitur, videlicet in mores belluinos propensior: mox ab asino in hominem reformatur, cum relictis voluptatum pedicis, duce ratione emergit in viam virtutis, & hominem sese verum præstat. Verus autem homo est animus. Apud scriptores qui transfigurantur in beluas, ad huùc intellectum referri possunt. Prouerbium illud, ab asino cadere, quod quidam huic loco agglutinare contendunt, mihi haudquaquàm conuenire videtur, cuius meminit Aristophanes in Nubibus, & retulit Plato in Gryllo, qui & in tertio de Legibus sic tradit: Cur hæc nobis dicta sunt, repetendum videtur, vt oratio quasi equus retrahatur, ne si os effrenatum habeat, dicendi concita impetu, ab asino (vt prouerbio ferunt) excutiatur. *Fabulam Græcanicam.*] Ideò Græcanicam appellat, quia ad exemplar Luciani Græci scriptoris condita est, ex quo Asinum aureum penè transcribit: vel quia in Thessalia, regione Græca, hæc res gesta est. Differt autem Græcanicus à Græco. Nam, vt docet M. Varro libro VI. de Analogia, Græcanica aduentitia sunt, de Græcis veluti notha, vt Hectores, Nestores: & ita hæc fabula ex Græco Luciano deducta deriuatáque est. *Thessaliam.*] Fabulam Asini aurei auspicatur ab eo principio, à quo exorsus est Lucianus, cuius initium est hoc: *ἀπιὼν ποτὲ εἰς Θεσσαλίαν*, id est, Olim in Thessaliam proficiscebar. Thessalia autem prisco seculo Pyrrhea, à Pyrrha Deucalionis vxore denominabatur, mox Hæmonia ab Hæmone, à cuius filio Thessalo Thessalia vocata est. Homerus Argos Pelasgicon appellat. *Nam & illic.*] Hoc per interpositionem, quæ Græco vocabulo parenthesis, dictum est. *Originis maternæ.*] Annotauimus in vita Apuleij, matrem eius fuisse Saluiã, à Plutarchi familia prognatam. Fuit autem Plutarchus Chæronensis, quæ ciuitas est Bœotiæ: quòd & ipse testatur in Sylla, scribens patriam suam Chæroneam, ab Archelai impetu incolumen euasisse, prouidentia Syllæ, qui eo in loco victoriam ex hostibus victis adeptus est. Idem in Lucullo ait, Chæronenses municipes suos Luculli testimonio euasisse periculum, quod

Orchomenij per calumnias intentabant, ex quo ſtatuam lapideam in foro Chæroneæ publica impenſa Lucullo dicauerunt. Et ob id beneficium non ſolùm confitetur, ſed etiam palàm profitetur, ſe plurimam gratiam debere Romano Lucullo. Idem in Demoſthene refert, quemadmodùm apud Chæroneam patriam ſuam Philippus Macedoniæ rex prælio magno Athenienſes vicit, finiſque libertati Græcorum impoſitus eſt : ex quo prælio Demoſthenes, qui alios ad pugnam animare ſolebat, ſalutem fuga quæſiuit. Cúmque id ei, quòd fugerat, probrosè obiiceretur, verſu illo notiſſimo eluſit: ἀνὴρ, inquit, ὁ φεύγων κὴ πάλιν μαχήσεται, id eſt, Vir fugiens & denuò pugnabit. Floruit autem Plutarchus ſub Traiano & Adriano imperatoribus. Traiano libros Apophthegmaton dedicauit, vir hauddubiè primæ notæ inter eruditos, & multiiuga eruditione mirabilis, fœcundus ſanè ſcriptor, & qui iure polygraphotatos nominari poſſit, à copia voluminum. Vnde nunc non immeritò gloriatur Apuleius maternam originem à Plutarcho deriuatam, ſibi gloriam parere. *Sexto philoſopho.*]Hic Sextus Philoſophus doctor fuit Marci Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capitolinus : Audiuit & Sextum Philoſophum Chæronenſem, Plutarchi nepotem. & ab Euſebio in Chronicis ſcriptum eſt : Plutarchus Chæroneus, & Sextus, Philoſophi inſignes habentur Adriani principatu. *Ex negotio patebam.*] Imitatus eſt Lucianum, qui ait ſe Theſſaliam petiiſſe, ob negotium quoddam paternum, cum homine Theſſalico.

Poſtquàm arduæ montium.] Exornatio Rhetorica eſt, quæ compar appellatur : & altera ſimiliter cadens. In his autem figuris felicissimè audax eſt noſter Apuleius: & quamvis affectatione nihil odioſius ſit, tamen talis affectatio in hoc penè peculiariter eſt amabilis, imita-

Poſtquàm arduæ montium, & lubrica vallium, & roſcida ceſpitum, & gleboſa camporum emerſi, ne equo indigena peralbo vehens, iam eo quoque admodùm feſſo, vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem, in pedes deſilio, equi ſudorem & frontem curiosè extrico, aures remulceo, frenos detraho, in gradum lenem ſenſim proueho, quoad laſſitudinis incommodum alui ſolitum ac naturale præſidium eliquaret. Ac dum is ientaculum ambu-

lato-

latorium, pratáque præterit, ore in latus detorto pronus allectat, duobus comitum, qui fortè paululùm proceſſerant, tertium me facio: & dum auſculto quid ſermonis agitaretur, alter exorto cachinno: Parce, inquit, in verba iſta, hæc tam abſurda, támque immania mentiendo. Iſto accepto, ſititor alioqui nouitatis, immò verò, inquam, impartite ſermonem, non quidem curioſum, ſed qui velim ſcire vel cuncta, vel certè plurima: ſimul iugi, quod inſurgimus, aſperitudinem, fabularum lepida iucunditas læuigabit.

bilíſque. Ardua autem montium dixit, arduos montes intelligi volens: ſicuti per lubrica vallium lubricas valles, & roſcida ceſpitum roſcidos ceſpites, & gleboſa camporum gleboſos campos. Sic Virgil. vrbem Patauii circumlocutione vſus pro Patauio, fontem Timaui pro ipſo Timauo dixit. *Lubrica vallium.*] Lubricus locus dicitur, in quo facilè labimur: lubrica res, quæ labilis eſt, & è manu elabitur, vixque contineri poteſt ob læuorem. A Virgilio lubricus anguis, & loca lubrica dicuntur. *Roſcida ceſpitum.*] Roſcidus ſignificat rorulentum, & rore conſperſum. A Virgil. luna roſcida eleganter ſcientérque dicta eſt, veluti roris humoríſque parens fœcundiſſima: ex quo ſidus lunæ fæmineum ac molle nominatur ab eruditis, quæ nocturnum ſoluit humorem, & (vt ait Plin.) cuncta humifico ſpiritu laxat. Rores exiſtunt neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec niſi ſerena nocte. In confeſſo eſt, roſcidas æſtate Aphricæ noctes eſſe. Scribit Ariſtot. in primo Meteororum, rorem fieri ex vaporatione modica, cùm pluuia ex largo vapore progeneretur. Apuleius in libr. de mundo. Ros, inquit, nocturnus humor eſt, quem ſerenitatis tenuitas ſpargit. Græcè δρόσος dicitur ros, & δροσερὸς roſcidus. Ceſpes autem terra eſt, cum herbarum radicibus circumciſa ferramentis. Ex ceſpitibus caſtra circundantur, & aggeres caſtrenſes fiunt, vt docet Vegetius in tertio de Re militari. Hinc illud Plinianum ex libr. trigeſimo quinto. Ceſpitum natura caſtrorum vallis accommodata contra fluminum impetus aggeribus. Ex ceſpite fiunt aræ, dictæ ob id ceſpititiæ.

Digitized by Google

Iulius Capitolinus: Centum aræ vno in loco cæſpiticiæ extruuntur, ad eas centum ſues, centum oues mactantur. *Gleboſa.*] glebis grandibus plena & extantia. Columella id genus glebas appellat ſcamna, de quibus Plin. in 18. Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Græcè Χάλαξ, ὁ Χῶλος nominatur. Inde ab Homero, Phthia ἰμβρίθεξ dicta ab vbere glebæ. *Emerſi.*] Difficulter ſe ſuperaſſe aſpredines locorum ſignificat. *Indigena.*] Theſſalico, quaſi inde genito, nec aliunde aſcito. Vel indigenam appellat equum patrium, veluti vernaculum & domeſticum. *Fatigationem ſedentariam.*] Eleganter ſedentaria fatigatio dicitur illa, qua, ſedentes in equo, ex diutina equitatione vexamur. Columella in 13. ſcribit, operam villici non eſſe ſedentariam: intelligi volens, non eſſe deſidioſam & ignauam, vt ſedens operetur. A Plinio quoque Panegyriſta decenter dicitur ſedentaria ſenatus aſſentiendi neceſſitas, qui ſedens aſſentiri cogebatur principi truculento. Quinetiam ſedentarias artes, & ſellularias eruditi appellant, quæ à ſedentibus per otioſitatem exercentur, quas Numæ lex à peregrinis & ſeruis tantùm exerceri ſanxit, ciuibus interdictas, tanquam his animi vigor & corporis pariter elangueſcat. Plautus in Aulularia ſedentarios nominat, qua dictione ſignare illos videtur, qui ſedes fabricant, & ſellas. *Frontem extrico.*] Numeroſa oratione & ſimiliter deſinente indicat, ſe omnia illa factitaſſe, quæ fieri ſolent ab equitariis ſiue equiſonibus erga equos labore exhauſtos, & ſudore diffluentes; vt ſcilicet frontem extricaret, aures remulceret, frænos detraheret. Fronte autem maximè ſudant animalia, & potiſſimùm homines, propterea quòd caput humidum laxúmque eſt: cerebro autem humectiſſimo frons prima ſubdita eſt: Ariſto. auctor in ſecundo Problematum. Frontem à fomitu oculorum nominatam Varro exiſtimauit, & credidit Lactantius in lib. de Opificio. A fronte dicti Frontones, quod cognomentum eſt nobiliũ Romanorum. Hinc ait Cicero in primo de Natura Deorum: Silos & Flaccos, Frontones, Capitones, quæ ſunt in nobis. Sili, vt hoc quoque in tranſcurſu declaremus, dicti ſunt, quorum naſus ſurſum verſus eſt repandus. vnde galeæ quoque à ſimilitudine ſilæ appellantur. Flacci verò nominati, quorum aures demiſſæ erant, pendulæ & languidæ ac flacceſcentes. Ab his enim, vt ait Plin. ſunt Flaccorum cognomina. *Senſim prouecho.*] Non potuit ſignificantiùs exprimere id, quod quotidie vſurpari videmus in equis ex curſura diſſudantibus, & laſſitudine defectis, qui ſcilicet gradu lentiſſimo, dorſualibus opertì ſenſim prouehuntur, ne ex refrigeratione periclitentur. *Alui præſidium.*] Excrementa

ſignat,

ſignat, & vrinam, quo naturæ præſidio maximè equi fatigati recreantur. *Eliquaret.*] emitteret, redderet, & veluti liquidiora ſtercora fiſtulatim excuteret, quæ ab antiquis foria dicebantur. Vnde foriolus dictus, qui foria facilè emittat, ſolutioris ſcilicet ventris. *Ientaculum ambulatorium.*] Ientaculum, auctore Fulgentio Placiade, dicitur guſtatio, & eſt quaſi præguſtatiua comeſtio. Eſt enim cibus matutinus, quaſi ieiuna anima ſumptus: & ientare vetus verbum eſt, quod ſignificat ientaculum capere. Afranius: Hæc ieiuna ientauit. Vitellius Imperator epulas quadrifariam diſpartiebat, auctore Tranquillo, in ientacula, prandia, cœnas, & comeſſationes. Græci ientaculum ἀκρατισμὸν vocant, καὶ ἀκράτισμα. Hinc Ariſtot. lib. de Animalibus 9. ſcribit, aquilam non operari, ſed quieſcere, μέχρι ἀκρατίσματος, hoc eſt, vſque ad horam ientaculi. In quibuſdam codicibus Ariſtot. legitur, μέχρι ἀγορᾶς, quòd Plin. Ariſtotelis interpres emunctus ita tranſtulit: Donec impleantur hominum conuentu fora ignauæ ſedent. Antiqui prandium ſiue prandiolum vocauere ientaculum, quaſi paruum prandium, quod M. Tull. eleganti vocabulo prandiuſculum dixit, & ita legas in ſincerioribus codicibus Epiſtolarum ad Atticum. Nunc oppidò quàm eleganter ab Apuleio dicitur ientaculum ambulatorium, quod ſenſim ambulando carpit equus in prato. Ambulatoria hominis voluntas vſque ad mortem eſt, vt tradunt iuriſconſulti, hoc eſt, mobilis, varia, mutabilis. Porticus quoque ambulatoria dicitur, quæ ambulationis cauſa extructa eſt. *Pronus allectat.*] Solent equi os in latus detorquentes delectare, & quaſi demulcere. Allectat enim ſignificat illicit, & delectat. *Tertium me facio.*] Id eſt, copulo, adiungo me tertium comitem, duobus comitibus progredientibus. *Alter.*] ex duobus ſcilicet comitibus. *Cachinno.*] riſu ſoluto, qui reprehenſibilis eſt. Hinc ait Seneca: Sit riſus ſine cachinno. Præterea cachinnus non riſum tantùm, ſed ſonum quoque vehementiorem ſignificat, ſicut apud Catullum ita ſcribentem: Procedunt letitérque ſonant plangore cachinni. Cachinnare etiam non de riſu tantùm, ſed de ſonitu ſtrepitúque maiore vetuſtas dici voluit. Hinc illud Accianum: Sæua ſonando crepitu clangentes cachinnant. Eſt autem cachinnus, verbum ſecundùm ὀνοματοποιίαν fictum, à ſono riſus. *In verba iſta.*] Subintelligendum eſt, alterum ex duobus comitibus denarrauiſſe inter eundum multa de diuina potentia magices incredibilia, ita vt alter ſurdis auribus diceret, ſuperſedendum eſſe talibus verbis, quæ mera mendacia & immania portenta reſonarent. *Iſto accepto.*] cùm hoc audiuiſſem. *Sitior nouitatis.*] cupitor rerum nouarum. Nam,

vt inquit Ouidius, Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum. Et, vt auctor eſt Seneca in Declamationibus, Ad noua homines concurrunt, ad noua conueniunt. Idem ſcribit libro Quæſtionum naturalium nouiſſimo: Quòd naturale eſt, magis noua quàm magna mirari. Qui ſidere capræ oriente naſcentur, erunt curioſi omnium rerum, vt ſemper noua quæque curioſa deſiderij cupiditate ſectentur: auctor Iulius Firmicus in 7. matheſeos. *Non quidem curioſum.*] In libro Annotationum noſtrarum hic lócus copiosè ſatis, opinor, explicatus eſt: ex quo poteris, ſi quid ampliùs deſideraueris, mutuari: vbi docuimus, curionem pro miniſtro atque præcone vſurpari, in quo ſignificatu Plinius, Iulius Capitolinus, Martialis, Euſebius, itidémque Apuleius vſurpant. Apud Plautum, agnus curio ſignificatur macilentus, quaſi nimia cura gracilis & emaceratus: ſicuti è contrario incurioſum agnum dixit Apuleius in Floridis, intelligi volens opimum & ſucculentum. Videtur autem curio hoc in loco à cura feſtiuiter deduci, quaſi curioſus, qui curat & ſatagit noſſe curiosè res nouas. Eſt itaque ſenſus: Non ſum ego quidem curioſus, cùm curioſitas ſit ſignum loquacitatis: & nemo curioſus ſit, qui non ſit malcuolus. *Verumtamen cupio noſſe plurima*] Atqui ipſe tamen toto opere teſtatur, ſe genuina curioſitate præditum fuiſſe: & natura, vt inquit Seneca, nobis curioſum dedit ingenium. Curioſitatem vt noxiam taxat Fulgentius Mythologus his verbis: Curioſitas ſemper periculorum germana, detrimenta ſuis amatoribus nouit parturire potiùs quàm gaudia. *Iugi.*] collis, & loci editioris. *Inſurgimus.*] aſcendimus. *Læuigabit.*] Hæc duo opponuntur veluti per antitheton, aſperitudo & læuigatio. Eſt enim læuigare, læuore quodam expolire quod aſperum eſt. In itinere autem comes facundus, vt dicere ſolebat Publius mimographus, pro vehiculo eſt. Vnde fit, vt aſperitas vitæ ſermocinatione comitis iucunda læuigetur.

At ille qui cœperat: Næ, inquit, iſtud mendacium tam verùm eſt, quàm ſi qui velit dicere, magico ſuſurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirare, ſolem inhiberi, lunam deſſumari, ſtellas euelli, diem tolli, noctem teneri. Tunc ego in verba fidentior:

Hem,

Næ.] certè. Græcum eſt aduerbium, Latinis quoque vſitatiſſimum, quo Plautus, Teren. M. Tul. cæteri frequenter vtuntur. *Iſtud mendacium.*] Quod ſcilicet dixiſſe videbatur ille aſſer-

ens, tu, inquam, qui ſermonem iece-priorem, ne pigeat te, vel tædeat iquæ pertexere.

tor magicę factionis, qui quædam incredenda ad comitẽ narrauerat. Inter mẽtiri autẽ, nendaciũ dicere diſtat. Qui.n.mentitur, ipſe non fallitur, ſed erum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipſe fallitur: aur Pub. Nigidius, qui hoc quoque addit. Vir bonus, inquit, prę-re debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Diuus guſt. in libro de Mendacio, colligit octo genera eſſe mendaorum, quibus abſtinendum eſſe in totum præcipit, vbi indiſminatim mentiri & mendacium dicere vſurpantur. Quod in decretis Canonicis 22. quæſtione 2. repetitum eſt. Nati ſub ere ingeniculi, erunt mendaces, frugaces, callidi. *Suſurramine.*] cantamento: quod clam, & voce ſummiſſa, ne prophani perpiant, fieri ſolet. Magna enim, vt idẽ Apuleius aſſerit in Apolo a, occulta res eſt, plerunq; noctibus vigilata, & tenebris abſtru ,& arbitris ſolitaria, & carminibus murmurata: cui pauciſſimi ihibeantur. Lib. 4. Inſtitutionũ, ſuſurros magicos dici legimus ıcantamenta magicorũ, & quę à Lucio noſtro ſuſurramina nonınãtur. *Amnes reuerti.*] Perſuaſum eſt, vi magici cantaminis cũta, quæ naturaliter impoſſibilia ſunt, fieri poſſe: flumina ad fones reuocari, mare glaciari, vẽtos tranquillari, deniq; omnia quæ ic memorat Apuleius, poſſe confici. Cui ſentẽtię aſtipulatur po vpharmaca, hoc eſt, triuenefica illa Medea, quę ſic ait apud Oui iii: Cùm volui, ripis mirãtibus, amnes In fontes rediere ſuos, cõ ıſſaq; ſiſto, Stantia cõcutio cantu freta, nubila pello, Nubiláq; nduco, ventos abigóque vocóque. Te quoque luna traho. Illud uoq; Maronianum ex Æneidos quarto huc pertinet: Siſtere aquã fluuiis, & vertere flumina retrò. *Mare colligari.*] Id eſt, congeaſcere, contra naturã ſuam. Mare enim omne incongelabile eſt, icut Philoſophi autumant, & memorat Gellius in 16. Noctium Atticarum. Tametſi Herodotus, Græcæ hiſtoriæ ſcriptor, ſcripit in 4. Hiſtoriarum, mare Scythicum cõgelaſcere: vnde à Iuuenale dictus Oceanus glacialis. Auctor eſt Plinius, ſeptentrionalem Oceanũ Marimaruſam à Cymbris vocari, hoc eſt, mortuũ mare. Hecatæus Amalchium appellat, quod nomen lingua Scythica ſignificat congelatum. *Ventos inanimes expirare.*] Id eſt, ventos eſſe ſine ſpiritu: quod impoſſibile eſt. Ventus enim nomen venti perderet, cùm eſſet inanimis: id eſt, ſine anima, & ſpiritus agitatione. A Græcis dicitur ἄνεμος, vnde animus & anima deducuntur, ex quo animæ interdũ pro ventis vſurpantur. Horatius:

Digitized by Google

Impellunt animæ lintea Thraciæ. Virgilius: Quantùm ignes animæque valent. Eſt autem ventus, fluens aër & agitatus: vt Hippocrates in libro de flatibus, Ariſtoteles, Seneca, & cæteri Quæſtionum phyſicarum conditores prodiderunt. Nihil autem eſt in rerum natura potentius ſpiritu. Ignem ſpiritus concitat. Aquis ventum detrahas, inertes ſunt. Poteſt ſpiritus diſſipare ſpatia terrarum, & nouos montes extollere, qui eſt cauſa tremoris terræ. Vnde Epicuro nullus motus placet, præter ſpiritum, qui poſſit tanta conari. *Expirare.*) Spiritum exhalare & mori: ſicut animantia expirant, ſpiritu emiſſo deficientia, ſine quo nihil vitale eſt. *Solem inhiberi.*) Sol, qui eſt mundi oculus & cor cœli, & iucunditas diei, & cœli pulchritudo, naturæ gratia, vt inquit Ambroſius in 4. Hexameri: qui, vt aſſerit Plinius, naturæ regimen ac numen eſt, ſiderum ipſorum cœlíque rector, creditur potentia magici carminis poſſe inhiberi, quo minùs curſum ſuum ſtatũ & nunquam erraticum circumagat. Hinc Lucanus cecinit in 6. Pharſaliæ: Ceſſauere vices rerum, dilatáque mundi Hæſit nocte dies. Priſca illa rudis & indocta mortalitas, in deliquio ſolis ac lunæ, ſtellarúmque defectibus, ſcelera aut mortem aliquam ſiderum pauebant. *Lunam deſpumari.*) Carminibus præſtigiíſque magorum lunam cœlo deduci poſſe creditum eſt: ex qua credulitate eſt illud notiſſimum: Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Credebant quoque lunam cantu magico depreſſam cogi, vt deſpumaret in herbas ſuppoſitas, & lunare virus infunderet, quibus mox ad magicen vtebantur. Quod & idem Lucanus inſinuat, cùm ſic ait in 6. de luna loquens: Et patitur tantos cantu depreſſa labores, Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas. Item alibi: Et virus largè lunare miniſtrat. Mortalitas ignara cauſarum naturalium, in lunæ defectu veneficia arguebat: & ob id crepitu diſſono auxiliabatur, auctor Plinius in 2. & Liuius in 26. Diſpoſita, inquit, in muris. Campanorum imbellis multitudo, tantum enim æris crepitu, qualis in defectu lunæ ſilenti nocte fieri ſolet, edidit clamorem. Hinc illud Satyrici poëtæ: Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Igitur luna deſpumatur, quando ſpuma depurgatur, quam cogitur infundere in herbas ſubiectas magis. Itidem mel deſpumatum dicitur, quando ſpuma detracta purum, liquidum, defecatum relinquitur: &, vt ait Plin. in 22. vſus deſpumati mellis ſemper aptior eſt. *Stellas euelli.*) Martianus Capella in lib. de Aſtrologia, ſtellas à ſtando, ſidera à conſidendo dicta fuiſſe commemorat. Cùm itaque ſtellæ cœlo affixæ ſint, cantamine magico reuelli poſſe putantur. Interdum ſtellas ex cœlo labi, & volitare conſpicimus. Ex quo illud Maronianum:

ium: Stellas vento impendente videbis Præcipites cœlo la-
Plin.in 18:Diſcurrere,inquit,ſtellæ videntur interdum,venti-
protinùs ſequuntur,in quarum parte ita præſagiuere. Inibi
nteruallo:Si volitare,inquit,plures ſtellæ videbuntur,quò fe-
tur albeſcentes,ventos ex his partibus nunciant. Vulgus exi-
nat aliquem extingui cum ſtella decidua:verùm, vt inquit ve
imè idem Plinius, non tanta cœlo ſocietas nobiſcum eſt, vt
tro fato mortalis ſit ille quoque ſiderum fulgor.Verùm cùm
cidere videntur, id fit nimio alimento tracti humoris: ſicuti
minibus accenſis, id ex liquore olei notamus accidere. Græci
ῥοῖαι vocant defluxus quoſdam aërios, qui ad terram laben-
ſtellarum caſus imitantur. *Diem tolli.*) Tanquam arte magi-
poſſit dies mutato canonico curſu interpellari,& nox conge-
nari,iuxta illud Lucani:Ceſſauere vices rerum,dilatáque lon-
Hæſit nocte dies,legi non paruit æther.

*Et ad alium: Tu verò craſſis auri-
us,& obſtinato corde reſpuis, quæ for-
an verè perhibeantur. Minùs her-
lè calles, prauiſſimis opinionibus ea
utari mendacia, quæ vel auditu no-
a,vel riſu rudia, vel certè ſupra ca-
tum cogitationis ardua videntur: quæ
paulò accuratiùs exploraris, non mo
ò comperta euidentia, verùm etiam
ictu facilia ſenties. Ego denique veſ-
era, dum polentæ caſeatæ mordico ſe-
uriùs offulam grandiorem in conuiuas
mulos contruncare geſtio,mollicie cibi
luminoſi faucibus inhærentis & ima
ulæ ſpiritus detinentis,minimò minùs
nteri.*

Et ad alium,) cõuerſus ſcilicet, ad illum qui exorto cachinno dixerat, ſuperſedẽdum eſſe talibus verbis, tanquam abſurdis & incredibilibus. *Minùs herculè calles.*) Sẽſus eſt:Profectò neſcis multa, quæ vera ſunt, ideò exiſtimari mendacia, ob deprauatam hominum opinionem, quia ſunt noua,& ſupra vires noſtras ſublimata. In hãc ſententiam ait Salluſtius in Catilina: Quę ſibi quiſque facilia factu putat,æquo animo accipit,ſupra ea,veluti ficta pro falſis ducit. *Veſpera.*) hora veſpertina,&(vt ait Sidonius)creuſculaſcente.Dies ciuilis,qui à media nocte incipit, ita diuiditur.Primum tempus dicitur mediæ noctis inclinatio:deinde gallicinium:inde conticinium,cùm & galli conticeſcunt,& homi-

Digitize / Google

nes etiam tunc quiescunt, cuius meminit Plautus in Asinaria, cùm ait: Videbitur, factum volo, redito conticinio. Deinde est diluculum: id autem est, cùm incipit dignosci dies. Inde manè, dum dies clarus. Legibus duodecim tabularum ortus tantùm & occasus nominabatur. Post aliquot annos adiectus est & meridies. Nouissimum diei tempus, suprema tempestas nominatur. Hinc illud 12. Tab. Solis occasus suprema tempestas esto. Quamuis plurimi ex his verbis supremam potestatem post occasum solis esse existimauerint. Post supremam dicitur vespera, à stella, quam Græci hesperam, Plautus vesperuginem, Ennius vesperum, Martianus phosphorum, Virg. hesperon appellant. Inde crepusculum, à crepero, quod dubium significat, dictum: tanquam lux dubia id horæ sit, incertúmque existat, id temporis noctis ne sit, an diei. Inde crepusci nominati à Sabinis, qui eo tempore erant nati: & à Lucretio dictum est creperum bellum, cuius anceps & dubius est euentus. Oracula quoque crepera vocitarunt, quasi ancipitia, ambagiosa. Hinc senes decrepitos dici quidam autumant, quasi dubiæ sint vitæ. Post crepusculum id sequitur tempus, quod à luminibus accensis prima fax dicitur. Deinde concubia, siue concubium, quòd ferè omnes tunc cubarent. Alij ab eo quòd sileretur, id tempus silentium noctis appellauerunt, sicut Liuius. Nouissimo loco intempesta nox, dicta ex eo, quòd non habet idoneum tempus rebus gerendis, & eo tempore nil agi tempestiuum est. Cassius: nocte intempesta nostram deuenit domum. Hæc est diei ciuilis à Romanis obseruata diuisio: quam pluribus verbis explicaui, propterea quòd hæc enarratio est futura conducibilis studiosis antiquarum lectionum. Auctores M. Varro, Macrobius, Plin. Censorinus, cæteri.

Polentæ caseatæ.] Polenta, cuius meminit Plautus in Asinaria, cibus fuit antiquitùs Græciæ peculiaris, &, vt ait Plin. in 18. videtur polenta tam ignota Italiæ fuisse, quàm puls Græciæ. Plurib. fit hæc modis. Græci perfusum aqua hordeum siccant nocte vna, ac postero die fingunt: deinde molis frangunt, nec aliunde laudatior, quàm ex hordeo conficitur. Vicenis autem libris ternas seminis lini, & coriandri selibras miscent. Ouidius neutro genere polenta dixit, illo versu: Dulce dedit testa quod coxerat antè polenta. Placentam Apuleius caseatam vocat, veluti caseo indito subactam: sicut libum & placentam fieri docet Cato in libro de Re rustica. Ad eundem modum & scriblita fit, adhibito caseo, coquitúrque: de qua Epigrammatista: Circumlata diu mensis scriblita secundis. Plautus quoque in Pœnulo: Nunc, dum scriblitæ æstuant, occurrite. Videtur autem Apuleius nomine

ine caſeatæ polentæ ſignificare obſonium conſimile epityro, t autem epityrum vocabulum cibi, quo frequentiùs Sicilia iàm Italia vſa eſt, vt auctor eſt M. Varro. De quo Plautus in ilite: Si vnum epityrum edam apud illum eſuriens inſanè. In autinis codicibus coniunctim & interciſim implicata eſt le-io. Sic enim impreſſi codices habent, Epityredam, pro epity-im edam. Dictum autem eſt epityrum, vt ego opinor, à caſeo, quo fit id cibi genus, perinde ac caſeatum ſit: τυρὸς enim Græ-, caſeus Latinè ſignificatur: & τυρόκνησις dicitur id inſtrumen-im coquinatorium, quo foraminato caſeus minutatim diſte-tur. Hinc illud Callippi falsè ſimul & dolenter dictum celebra ir apud Græcos, qui dum Catinam Siciliæ ciuitatem capere dortus, Syracuſas amiſiſſet, dixiſſe fertur: Tyrocneſtin habeo ro ciuitate. Non me præterit apud Columellam libro Rei ru-icæ 13. epityrum vocari genus condituræ ex oliuis fractis con-innatum, quod in ciuitatibus Græcis plerunque vſurpabatur, uod quidam pityrum dicere malunt. Cato quoque docet, epi-yrum album, nigrum fieri ex oliuis, addito coriandro, fœnicu-o, ruta, menta, citra caſei mentionem. Non inuitus in hæc nterdum veluti diuerticula tranſilio, vt ita varietate rerum aſtidium abſtergatur, quod nulla res magis quàm vniformis arratio parit. Apud Iuriſconſultos taberna caſearia decen-er eſt dicta, vbi fit caſeus. Sed antequàm digrediamur ab epi-yro & caſeo, conducibile videtur explicare, quid ſit apud M. Tullium Tyrotarichus: de quo multi multa, perpauci bene. In piſtolis ad Papyrium Pætum, in epiſtolis ad Atticum, tyrota-ichus, & patina tyrotarichi perſæpe memoratur: qua dictio-ne ſignificari puto genus obſonij ex caſeo ſalſamentíſque con-ecti: vnde ex vtroque compoſitum nomen: *Τυρὸς* enim, vt iam liximus, Græcè dicitur caſeus: τάριχος, ſalſamentum. Pro-nde tyrotarichos legendum, vt ſit nomen pentaſyllabon. Qui yrotarichum accipiunt pro nomine coqui, ſiue villæ, à vero leuij hallucinantur. *Mordico.*] Mordicare eſt, morſu ca-ere. Quidam legunt Modicò ſecuriùs, tanquam aduerbium it, ſignificétque paulò licentiùs fruſtum, ſiue buccellam ex lla caſeata polenta contruncaſſe. Ego legere malim mordi-cùs, vel (ſi ita placet) mordicò, vt aduerbium ſit, quod ſi-gnificat cum morſu & dentibus, &, vt veteres dixerunt, morſicatim. Senſus autem ſic ordinatur: Cùm morſu contrunca re voluiſſem buccellam ex polenta caſeata grandiorem, propter-eà quòd conuiuæ voratores raptim tubercinantes vorant, pau-lùm abfuit quin interirem, dum faucibus inhæret, ac ſpiritum

ſtrangulat cibus ille glutinoſus, ex caſei mollicie & lentore. *Offulam.*] Offula hic accipitur pro buccea, ſiue buccella, & fruſtulo polentæ. Offa enim, cuius diminutiuum eſt offula, & tertio gradu offella, ſignificat fruſta eſculenta, in quæ potiſſimùm caro cõciditur. Columella, de ſalſura ſuillæ carnis ſcribens, ait: Caro in libralia fruſta conciditur, deinde offulæ carnis ſpiſſæ componũtur, & alternis ſalingeritur. Claudius Imperator, cùm de laniis ageretur, exclamauit in curia: Rogo vos, quis poteſt ſine offula viuere? Vbi offula accipi videtur pro eſca ſcitiſſimi ſaporis, quæ ſit ex iecinore porcino in fruſtula conciſo, vulgò iecuſcula dicuntur. Per tranſlationem dixit decenter Satyrographus: Et patruo ſimiles effunderet offas: intelligi volens imperfectos fœtus, & fruſta carnis, qualia ſunt in abortiuis. Dicitur offa quoque de ijs quæ non manduntur, vt apud Plinium: Offæ bubuli fimi. Vulgatiſſimum eſt vetus prouerbium, Inter os & offam: quod pro buccella & fruſtulo cibi capitur. Cuius meminit Cato, idem fermè ſignificans quod Græcus ille παροιμιώδης verſus: πολλὰ μεταξὺ πίλναι κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Et quoniam incidimus in hoc prouerbium, non ab re eſt notaſſe cauſam, vnde prouerbialis verſus factus eſt, quem noſtri in tranſcurſu attingunt, nec ſatis enarrant. Apud Græcos talis narratur hiſtoria: Ancæus, Neptuni filius, cùm vineam plantaſſet, famulorúmque veſtigiis interdixiſſet, vnus ex illis dixit, non eſſe fas domino fructum vineæ carpere, neque vinum nouum guſtare. Mox maturis vuis, Ancæus gaudibundus cùm poculum eſſet labris admoturus, iuſſit ſeruum meminiſſe verbi quod dixerat. Interea venit nuncius, domino referens, vineam ab apro immenſo vaſtari: tunc Ancæus abiecto poculo, dum concitatus currit ad aprum perimendum, ab eo percuſſus occubuit: & ita, vt ſeruus prædixerat, guſtare non potuit vinum, quod iam habebat paratum, labriſque propinquum. Alij tradunt hanc parœmiam ab Antinoi caſu ortam eſſe, vnius ex procis Penelopes: qui cùm poculum labris admoueret, bibiturus, corruit moribundus, ab Vlyſſe ſagitta confixus. Quidam referunt ad Calchantem, quem vites ſerentem, quidam augur vicinus præteriens dixit errare: non enim ei fas eſſe nouum vinum guſtare. Conſimile eſt illud apud noſtros minùs notum, Inter manum & mentum. *In conuiuas æmulos.*] Solemus in conuiuio hoc ſæpe factitare, vt auidè cibos tranſuoremus in fruſta enormia conciſos vixque commanducatos, dum timemus ne cõuiuæ gulones cuncta voraciter in barathrum coniiciant. Et ob hoc in æmulos conuiuas dixit Apuleius ſe contruncaſſe mordicùs offulam grandiorem. Alij exponunt, dum cibum vellet fruſtatim

n ſecare, vt ſingulis conuiuis ſuæ partes diſtribuerentur.
).] cupio. Aliàs geſtire ſignificat, vel lætum eſſe & geſtu
ɔris læticiam ſignificare, vt Nonius Seruiúſque notificant,
:antes illud Virgilianum: Et ſtudio incaſſùm videas geſtire
ıdi. Geſtit ille, qui (vt ait Feſtus Pompeius) ſubita felicitate
aratus, nimio corporis motu præter conſuetudinem exul-
Glutinoſi.] Vulgò talis cibus viſcoſus appellatur. *Imagulæ.*]
ımum gulæ fauces vocantur, poſtremum ſtomachus. *Spiri-*
letinentis.] Significat intercluſum fuiſſe à cibo deerrante ſpi
n, meantem per fiſtulam ſpiritalem. Duæ enim ſunt fiſtulæ,
ıaſi canaliculæ à faucibus deorſum proficiſcentes, per qua-
alteram delabuntur in ſtomachum eſculenta omnia, & po-
ıta, ex quo cibalis dicta: per alteram ſpiritus à ſummo ore
ılmonem, atque inde rurſum in os & in nares commeat,
ue eandem viam vocis quoque fit meatus. A ſpiritu ſpirita-
ec fiſtula nominatur, quam Græci vocant τραχεῖαν ἀρτηρίαν,
eſt, aſperam arteriam. M. Varro capite de capris & hœdis.
antius in lib. de Opificio, gurgulionem appellat. Aliquando
s potúſque labitur in hanc fiſtulam, per quam ſpiritus reci-
atur, eáque offenſione intercluditur animæ meatus. Quod
accidiſſe ſignificat Apuleius, dum ait cibum glutinoſum re-
aſſe ſpiritum meantem, & deerraſſe in alienum tramitem.
hoc, arte quadam & ope naturæ, duabus fiſtulis, cibali ſcili-
& ſpiritali, interpoſita eſt lingula, quæ dicitur epiglottis, quæ
r edendum bibendúmque operit canaliculam ſpiritalem, ne
ɔus potúſve in alienum deerrauerit tramitem, hominem
ueat. Auctores Ariſtoteles, Plinius, Gellius, & Eraſiſtratus.
imo minùs.] Vix minimùm abfuit quin interirem.

Proximo.] appropinquo. Verbum eſt. *Ante Pœcilen porticum.*] Pœcile porticus fuit Athenis, in qua Stoici philoſophabantur. Latinè dici poteſt varia, ſiue variegata, à pictura ſcilicet multiplici, quæ illic viſebatur. Polygnotus pinxit

: tamen Athenis proximo, & an-
Pœcilen porticum, iſto gemino ob-
, circulatorem aſpexi equeſtrem,
ham præacutam mucrone infeſto
oraſſe: ac mox eundem inuitamen-
rigua ſtipis venatoriam lanceam,
parte minatur exitium, in ima vi-
a condidiſſe. Et ecce ponè lancea
um, quà bacillum inuerſi teli ad
ɔitium, per inguinem ſubit, puer in

gratuitò porticũ hanc Pœcilen, cũ partem eius Mycon mercede pingeret: vnde maior fuit Polygnoto auctoritas. Siquidem Amphictyones, quod est publicum Græciæ concilium, hospitia ei gratuita statuêre. De hac porticu intellexit Persius, cum ait: Bracchatis illita Medis Porticus. De eadem sic scribit Æmylius Probus: In hac porticu Pœcile cùm pugna depingeretur Marathonia, tributus est hic honos Miltiadi, vt in decem prætorum numero prima eius imago poneretur. In 6. Suetonij commentario scripsimus copiosissimè de Pœcile porticu, emaculantes maculosum Spartiani locum illinc poteris mutuati, si quid ex curiositate vberius fusiúsque desideraueris. ποικίλον Græci varium vocant, ποικιλίαν varietatem: vnde Pœcile porticus dicta, à varietate picturarum. Hinc & pyropœcilon vocarunt lapidem punctis ignei coloris variegatum. Et gemmam sideropœcilon, quæ ferro similis est guttis variantibus. Fuit & in Elide porticus Pœcile, vt Pausanias tradit, quæ à Plinio Heptaphonos appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur. *Gemino obtutu aspexi.*] ambobus oculis. Figura est, quam grammatici pleonasmon vocant: quæ fit, vt auctor est Quint. in 8. cum superuacuis verbis oratio oneratur: vt Ego oculis meis vidi: sat enim est, vidi. Et, Sic ore loquuta est: cùm vtique sufficeret, sic loquuta est. Obtutus aliàs significat aspectum, vt illud: Dum stupet, obtutúque hæret defixus in vno. Dicitur autem obtutus, quasi obtuitus, à verbo tuor, quod significat video. Hoc gemino obtutu, asseuerantis est. sic Terentius: Hisce oculis. *Circulatorem.*] Circulatores sunt circumforanei, qui præstigiis quibusdam magicis videntur deuorare gladios acutos, irritare serpentes venenatos, & alia id genus incredunda efficere, maxima spectatorum admiratione, pecuniarum maximi æruscatores. Ex hoc genere sunt pharmacopolæ, & Marsi, qui anguium virulentorum domitores sunt: quos Iulius Firmicus in 7. Matheseos, nasci ait oriente sidere Ophiucho. Qui sint circulatores, docet Paulus Iurisconsultus,

molliciem decorus insurgit. Inq; flexibus tortuosis eneruam & exossam saltationem explicat, cum omnũ qui aderamus admiratione. Diceres, Dei medici baculo, quod ramulis seminampuatis nodosum gerit, serpentem generosum lubricis amplexibus inhærere.

Digitized by Google

titulo De extraordinariis criminibus, ſic ſcribens: In cir-
ores, qui ſerpentes circumferunt & proponunt, ſi cui ob
:n metum damnum datum eſt, pro modo admiſſi actio
ur. A circulo & circumferendo nomen circulatoris de-
ım eſt, cuius fœmininum eſt circulatrix. Ouid. in Priapeis:
quando Telethuſa circulatrix. Videtúrque fœmina circula-
:a dici, quæ lucri gratia vibem circuit, & ſaltando alióve
:ri genere mercedulam aucupatur. Circitores verò in re
:ari dicuntur, qui vigilias circumeunt, vt renuncient ſi quæ
rſerit culpa: quos olim circuitores appellabant, vt auctor
egetius. De circitore in Priapeis: Quid mecum tibi cir-
: moleſte? Vlpianus Iuriſconſultus, titulo de inſtitoria a-
ne, circitores quoque eos dici vulgò oſtendit, quibus ve-
ij dant veſtem circunferendam, & diſtrahendam. Plin. in
:olis, circulatorem eum intelligit, qui in foro, in corona
ılarium, legendo, canendóque oblectat, quales hodiéque
parùm multi in foro noſtro audiuntur. *Spatham.*] Mul-
ınt Græca vel Græcanica vocabula Latinis notiora, vſita-
áque quàm noſtratia: quòd oppidò quàm mirum videri
et. Et vt exempli cauſa, pauca quædam breuiloqua ora-
ıe ſuccingam, nónne multa inter morborum nomina Græ-
ica ſunt notiſſima, vſitatiſſimáque perinde atque vernacula
dicis noſtri temporis, quorum aures Latinas eorundem
rborum dictiones penitùs aſpernantur? Quid ſit dyſenteria,
ſint dyſenterici, norunt omnes, quæ Græca ſunt. At ſi tor-
ıa & torminoſos dixeris (ſic enim Latinè dicuntur) verbi
ıitate perculſi obſtupeſcent. Item, quid ſit apud Hippocra-
ı & Galenum ſynanche, norunt, quam tamen perperàm ſqui-
tiam dicere conſueuerunt: quid verò ſit angina neſciunt,
: Latina dictio eſt, ſynanchénque ſignificat. Lienteriam, quæ
ſtinorũ læuitas eſt & ſolutio, probè callent, aluinos neſciunt:
enim Latinè lienterici vocantur. Hepaticos ſciunt dici, qui
rbo laborant hepatario, quæ Græca dictio eſt: iecoroſos dici
ciunt, quæ Latina vox éſt. Conſimiliter, vt ad propoſitum re-
tar, Spatham tam viri quàm fœminæ vulgò nominant, cùm
tio Græca ſit, quæ Latino ſermone dicitur gladius, enſis,
ero: ſed illud Græcum, quàm hæc Latina, cognobilius, vul-
iúſque. Vegetius gladios maiores ſpathas vocari docet, mi-
es verò ſemiſpathas. Præterea ſpatha ſignificat ramuſculum
næ cum balanis, hoc eſt, ipſis dactylis, vt tradit Iulius Pollux.
ıe apud Martial. Lema eſt ſpathalion cariotarũ. Qua dictio-

ne ſignificatur ramulus cum cariotis, id eſt, dactylis palmarum dependentibus. Item in Leuitico ſcriptum legimus: Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatuláſque palmarum. Pro eo eſt, ramuſculos palmarum cum fructibus. Sed, quod cum pace bonáque venia eruditiſſimorum virorum dictũ ſit, ſpathalion apud Plin. & Plautum, vt ego opinor, non à ſpatha, id eſt, palma deducitur, ſed à verbo Græco σπαθάω, ſiue σπαθαλάω. quod ſignificat delicias ago, & laſciuio inclinatur. Quo verbo vſus eſt Ariſtophanes cùm ait ἐν ταφίλαις, ἃ γυνὴ λίθῳ σπαθᾷ. Eſt enim ſpathalion ornamentum muliebre, inter delicias fœmineas annumeratum. Ne fortè quæras vbi Plin. meminerit ſpathalij, ſic ait in 13. Spathalia eo facere, & monilia fœminas. Et Plautus in Menæchmis: Amabo Menæchme, inaureis da mihi faciendas, pondo duûm nummûm ſpathalia, vt te libenter videam cum ad nos veneris. Præterea à Plinio ſpatha eſt inſtrumentum & rudicula, qua vtimur in verſandis rebus quæ coquuntur. *Mucrone infeſto.*] cuſpide noxia, ac lethifera. Mucronatus dicitur à mucrone, mucronis effigiẽ gerens. Plin. lib. 23. Xiphiam piſcẽ, i. gladium, roſtro mucronato eſſe ait. Interdum mucro ſignificat ipſum gladium, &, vt docet Quin. Proſa oratio mucronem pro gladio recipiet. Priſcianus: Synonyma ſunt, inquit, quæ diuerſis nominibus idem ſignificant, vt enſis, mucro, gladius. *Exiguæ ſtipis.*]minimi pretij incitamento. Stipem pecuniam dicebant, à ſtipando, vt interpretatur M. Varro: quia qui aſſes, hoc eſt nummos librales habebant maiori numero, non in arca ponebant, ſed in aliqua ſella ſtipabant, id eſt componebant. A ſtipe ſtipendium dictum: & ſtipendiarij, qui ſtipem pendebant. Hinc diſpenſator, ab ſtipe pendenda nominatus. Hinc pecunia ſtipulari dicitur, & reſtipulari, in obligationibus. *Lanceam.*]Hiſpanicum vocabulum eſt, vt ait Varro, & repetit Gellius. A lancea lanceatus, id eſt, lancea percuſſus. Qui habuerit horoſcopum in 17. parte Aquarij, auctore Firmico Materno, lanceatus morietur. Lancearios noſtri vocant, quos Græci λογχηφόρους καὶ λογχοφόρους appellant, à λόγχη, id eſt, lancea, ſiue lanceam geſtando. *Qua parte.*]id eſt, cuſpide. *Pone ferrum.*]poſt ferrum. Virg. Ponè ſubit coniunx. Et alibi, Ponè ſequens. Et vt ait Priſcian. in 17. aduerbium eſt, quod ſoli accuſatiuo adiungitur: vt, pone tribunal, vel pone domum. *Bacillum.*]Diminutiuum à baculo. Iuuen. Nullo dextram ſubeunte bacillo. Liuius: Lectores cum bacillis. *Inuerſi teli.*] Senſus eſt: circulatorem illum præſtigijs præpotentem, per partes inguinũ infernas, pétque viſcera immiſiſſe ferrum lanceæ, quæ adacta vſque ad occipitium emerſit, oſtentans in mucrone puerum ſaltatorium:

ɔrium : quæ res inter mira miracula referri poteſt, qualia ex tentoſa vanitatis magicæ officina depromuntur. *Per inguinum.*]Lego,per inguem.Inguina autem tam viri quàm fœminæ enda ſignificantur. Martial.Accedo quoties ad opus,mixtíſque mouemur Inguinib.Inguina ſunt ſub ſcorpione. Manilius: ſcorpius inguine gaudet. Hinc inguinaria dicta herba, quæ at inguinis dolores,quam quidam argemonem vocant,cuius minuit Plin.in 26. *Ad occipitium.*]Occiput & occipitium vonus partem capitis poſteriorem. Occipitium,vt docent phiɔphi,& tradit Macrob.in vltimo Saturnalium, nunquam cal n viſitur,ob ſiccitatem. Sub arietis dominio caput colloca-. Manilius in ſecundo Aſtronomicôn: Aries caput eſt ante nia princeps Sortitus. *In molliciem decorus.*] In quibus decor corporis,iunctus fortitudini: & talis pulchritudo ornat,vt ait natus,virum fortem. In quibuſdam forma eſt cum mollicie ɔulata: & tales magis inter fœminas, quàm inter viros ſunt merandi. Qui naſcentur orientibus pleiadibus, corpus in fœnam transferent, effœminati, molliter ambulantes,veſtigia pendent: pœnitebit eos,quòd viri nati ſint: auctor Maternus 3.Matheſeos. *Eneruam ſaltationem.*]Decentibus vocabulis ſalionem molliculam infractámque depinxit. Enerua enim & ɔſſis, quaſi ſine neruis & oſſibus ſignificatur: quales non pam iam multos vidimus,qui ſinuoſis flexibus & corpore plicai oblectant ſpectatores cum admiratione. Nati ſub ſidere leris,leuitate corporis aues ſuperare videbuntur. *Dei medici baɔ.*]Æſculapius ſignificatur,cuius geſtamen eſt baculus ſerpen inuolutus: Apollinis filius, vetuſtiſſimus medicinæ reperror: m tantùm medicina cæteris præſtaret, vt non ſatis ei videre: hominum dolores leuare, niſi etiam mortuos ad vitam recaret, fertur Hipolytum diſcerptum ad vitam reuocauiſſe. ɔnnulli Glaucum Minois filium eius opera reuixiſſe dixerunr, ɔ qua re fulmine Iouiali incenſus periit, qui deinde inter ſira conſtitutus fuiſſe proditur, anguem teneus. Hac de cauſa guem tenere dictus,quòd, cùm Glaucum ſanaret, manúque cillum cùm quid ageret, agitaret, dicitur anguis ad bacillum is arrepſiſſe. quem Æſculapius mente commotus interfecit, cillo ſæpius feriens fugientem. Poſteà fertur alter anguis eóm veniſſe,ore ferens herbam,& in caput eius ſerpentis impoiſſe:quo facto,vtroſque illinc fugiſſe. Quare Æſculapius eadé rba vſus,Glaucum reuocauit ad vitam. Itaque in aſtris dicitur llocatus eſſe, anguem tenens, qui Græcè ophiuchus, Latinè guitenens nominatur. In tutela quoque Æſculapij dracones

conſtituti ſunt. Et ex hac conſuetudine poſteritas inſtituit, vt Medici anguibus vterentur : auctor Higinus, in lib. de ſignis. Plin. verò libr. 29. ideò anguem Æſculapio dicatum eſſe refert, quia ei ineſſe remedia multa credantur. Macrob. in 1. Saturnalium auctor eſt, ſimulachris Æſculapij ideò ſubiungi draconem, quia ſit acie acutiſſima, & peruigili : vnde ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, id eſt, videre, nuncupetur. Medicum autem talem eſſe debere præſcribit, qui acie mentis vel commoda vel incommoda in corpore mortalium prænoſcat. Vt enim ait veriſſimè Hippocrates in prognoſticis , Oportet Medicum dicere de ægroto præterita, præſentia, & futura. Cornel. Celſus ſcribit, Æſculapium in Deorum numerum receptum eſſe, cùm medicinam adhuc rudem paulò ſubtiliùs excoluiſſet, illuſtraſſetque. Fabulantur Græci Æſculapium collegiſſe ſanguinem fluentem ex venis cæſæ Gorgonis, ita vt qui fluxerat ex ſiniſtris venis, eo ſanguine ad hominum perniciem : qui verò ex dextris, πρὸς σωτηρίαν, id eſt, ad ſalutem vteretur. Chirurgiæ quoque inuentum Æſculapio aſſignat Diodor. in 6. Senſus Apuleij eſt, puerum repentinum ex magicis præſtigiis inſurrexiſſe in lanceæ cuſpide, tam flexuoſum, tam lubricum, vt credere poſſes ſerpentem eſſe illum, qui in baculo Dei Æſculapij ſinuoſus figuratur. Sidonius mentionem facit baculi, tanquam id peculiare inſigne ſit Æſculapij. ſic enim ait in 2. Epiſtolarum: Tenere non abnuit cum Orpheo plectrum, cum Æſculapio baculum, cum Archimede radium, cum Victruuio perpendiculum. Augũſtinus in tertio Æſculapium appellat Archiatrum, quaſi principem præſidémque Medicorum. Græcè enim ἰατρὸς Medicus, & ἀρχιατρὸς primus Medicorum. Græci Aſclepiõn vocant Æſculapium. Vnde ait Martianus: Aſcribit Aſclepio Græcia medicinam. De hoc Æſculapij geſtamine ſic ſcribit Quidius: Hic modò ſerpentem, baculum qui nexibus ambit, Perſpice. *Quod gerit.*] Neutro genere baculum vſurpat, ſicut & veteres factitauerunt. Silius: Paſtorale Deo bacũlum. Ouidius: Baculúmque tenens agreſte ſiniſtra.

Cedo.] Idem ſignificat cedo, quod, dic mihi, vt ait Donatus, & da. Verbum eſt comicum. Plaut. Cedo manum. M. T. in Oratore: Libenter, inquit, etiã

Sed iam cedo tu ſodes, qui cœperas fabulam, remetire. Ego tibi ſolus hic pro iſto credam, & quod ingreſſui primum fuerit ſtabulum prandio participabo. Hic tibi merces poſita eſt. At ille, Iſtud quidem quod polliceris, æqui bonique

bonique facio. Verùm quod inchoaueram, porrò exordiar. Sed tibi priùs deierabo solem istum, videntem Deum, me vera comperta memorare, ne & vos vlteriùs dubitetis, si Thessaliam proximam ciuitatem perueneritis, quòd ibidem passim per ora populi sermo iactetur, quæ palam gesta sunt.

copulando verba iungebant: vt sodes, pro si audes: sis, pro si vis: & capsis, in quo tria verba sunt, quod significat, cape si vis. Est autem Sodes vox exhortantis, vt ait Donatus in Andria. Diomedes dixit esse aduerbium precationis. *Stabulum.*]Hospitium significat: & stabularium vocant ipsum cauponem, qui vulgò hospes appellatur. Vlpianus Iurisconsultus: Caupones, ait, & stabularios eos accipimus, qui cauponam vel stabulum exercent. Et Caius ait, stabularium accipere mercedem, vt permittat iumenta apud eum stabulari: custodiæque nomine tenetur. Augustinus lib. de Ciuitate Dei, 8. stabularias vocat mulieres, quæ exercent stabulum, & viatores mercede pascunt. Stabularij sunt Catoni, famuli villatici, qui stabulario præsunt. Sic enim, inquit, oportet habeat villicus stabularios 4. Obiter annotandum, Græco vocabulo stabularium dici πανδοχία, vt intelligas illud Iosephi ex libro 3. Antiquitatum: Neque ancillam, neque captiuam eis nubere voluit, & eas quæ de cauponibus & pandochibus vitam agunt. *Prandio participabo.*]Id est, mecum prandebis asymbolos, & immunis. Ego enim pro te resoluam, & stabulario satisfaciam. M. Varro tradit, locarium dici pretium, quod datur in stabulo & taberna pro loco vbi consistant. *Hic.*]pro hæc. Locutio est frequens, & propriè peculiaris Apuleij: interdum significat tunc, vt docet Priscianus. *Æqui bonique facio*]Prouerbialiter locutus, quod significat, in bonam partem accipio. Ita enim loqui consueuimus, quando benignitate verborum prosequimur pollicitatores, inuitatorésque. Potest accipi & eo intellecta, vt exponas non magni pendo. Cui consimile est illud, Súsque déque facio, Terentius: Cæterùm equidem istuc, Chreme, æqui bonique facio, Titus Liuius: Ne serpat latiùs contagio eius mali, nos æqui bonique facimus. Marcus Tullius in Epistolis ad Atticum sine particula coniunctiua, quod decentius est, dixit, Æqui boni facit. *Porrò.*] in futurum, deinceps: futuri temporis aduerbium est: aliàs coniunctio est expletiua, vt docet Donatus, qui alibi ait aduerbium esse modò temporis, modò ordinis. *Deierabo.*]valdè iurabo. De enim interdum significat

intentionem,vt demiror.Apud Terent.Deamo te Syre,pro valde amo. Tertul.in Apologetico: Sacra faciebant pro ſalute Imperatoris,& genium eius deierabant. Hinc deiurium dictum iuſiurandum. A Gel.Deiurio vincti forent. Deierare autem,ſiue iurare Deum,ornatior elocutio eſt, vt ait Ser.in 12. commentario,quàm ſi velis addere præpoſitionem. Sic Virg.Terram,mare,ſidera iuro. Hoc enim elegantius eſt, quàm ſi dicas, per terram iuro,per mare,per ſidera. Plaut. tamen elegantiſſimus ſcriptorum dixit:Per omneis Deos & Deas deierauerit, occiſurum eum hac nocte, quicum cubaret. *Videntem Deum.*]Plin.de ſole ſcribens ait: Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens.Ab Ouid.dictum eſt: Videt hic Deus omnia primus. Græcè dicitur πάνθ' ὁρᾷν, καὶ πάντ' ἀκούειν:hoc eſt,cuncta videns,cuncta audiens.Eſt enim ſol oculus mundi.Tolle ſolem de mundo, cuncta nocteſcent.Hinc illud Heracliti:εἰ μὴ ἥλιος (φησὶ) ἦν, ἔφειη ἂν ἦν, id eſt,ſi non ſol eſſet,nox eſſet. *Theſſaliam.*]hic Theſſalia non pro regione accipitur,ſed pro oppido. [Quòd ſi legas Theſſalicam nomine adiectiuo, ſignificatur Hypata ciuitas Theſſaliæ. *Quæ palàm geſta ſunt.*] Subintelligendum eſt,de his, vel horum, vel aliquid conſimile. vt ſit ſenſus: Sermonem iactari per ora populi Theſſalici ſuper his rebus quæ illic palàm geſtæ fuerant.

Cuiatis.] Nomen eſt gentile,& ſignificat cuius gentis. Antiqui enim, vt ait Priſc. nominatiuũ proferebant cuius,& cuiatis communi genere.Plaut.Rogitant cuiatis ſit. *Quæſtum.*]ad quærendum lucrum ritu mercatorio. *Eam.*]vadam:verbum eſt. *Æginenſis quidem ſum.*]Ægina, cuius hic ſe municipem eſſe ait, inſula eſt, ab Ægina Æaci ma-

Sed vt priùs noritis qui ſim,& cuiatis,& quò quæſtum nũc eam, audite. Aeginenſis quidem ſum, Atheneo melle,vel caſeo,& huiuſcemodi canponarum mercibus,per Theſſaliam,Aetoliam, Bœotiam vltrò citrò diſcurrẽs. Cõperto itaque quòd Hypatæ,quæ ciuitas cunctæ Theſſaliæ antepollet, eſſet caſeus recẽs & ſciti ſaporis,admodùm cõmodus pretio dyſtrahi, feſtinus adcucurri,id omne præſtinaturus.Sed, vt fieri aſſolet,ſiniſtro pede profectum me ſpes compendij fruſtrata eſt.Omne enim pridie Lupus negotiator magnarius coëmerat.

tre di-

Digitized by Google

tre dicta,cùm priùs Oenopia nominaretur.Ouid.Oenopiam veteres appellauere: sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit. Æs Ægineticum,teste Plin.fuit in laude,ex quo candelabrorum superficiem elaborabant. Quidam codices habent Ægiensis,tanquam ab Ægio deducto nomine. Est enim Ægium oppidum Peloponnesi,quo in loco Iouem à capra caprino lacte nutritum fabulantur,sicut Aratus prodidit. Vnde & loco nomẽ: αἶγα enim capram vocant. Sunt & Ægæ Euboicæ,à quibus Ægæum mare dici autumat Strabo. Sunt & Ægæ Achaicæ,penes quas Cratis amnis labitur. *Æthnæo melle.*] Id est,Siculo,quod bonitatis nota censetur.Prima nobilitas est Attico,quod Hymettium vocant:proxima Siculo,quod Hyblæum ab oppido nuncupatur:mox Calymnæ insulæ.Hinc ait Ouid. fœcundâque melle Calymne.Apuleius Æthnæum mel appellat,intelligi volens Hyblæũ,siue Siculũ ab Æthna monte, quæ ardet noctibus semper. Quidam legunt, Ænnæo, ab Ænna ciuitate Siciliæ in colle sita, in qua sacra Cereris ædes est, vt docet Strab.in 6. Hinc illud in Carmine obscœno:Ænnææ Cererem nurus frequentant.*Cauponarum mercibus.*] Esculentas merces significat,quæ pertinent ad edulia cauponarum. Est autem caupona,& mulier, & taberna. Potest referri & ad cauponationem,quam vt illiberalem improbat Plato,lib.11.de Legibus,de quo suo loco mox plura. *Ætoliam.*] Ætolia regio est proxima Epiro,quam ab Acarnania diximit amnis Achelous Hinc Ouidius Acheloum appellat Acarnanum fluuium,illo versu:Amnis Acarnanus lætissimus hospite tanto. In Ætolia oppidum est nomine Naupactum,à quo idem Achelous Naupacteus ab eodem poëta est dictus. Ætoliæ oppidum est Calydon:vnde Calydonius ille aper famigeratus. *Bœotiam.*] Cùm Latini Græcos in omnibus penè sequantur, vt ait Priscianus , Barbarismus fit Boëtiam Boëtiósque scriptitando, pronunciandóque , sicut obtinuit,inueterauítque falsa & pertinax consuetudo neotericorum. Bœotiam enim & Bœotios scribere ac proferre debemus ex Græcorum ratione,apud quos Βοιωτία, Βοιωτοὶ, nec vnquam aliter scribuntur. Et ita illud Flacci legendum est: Bœotum in crasso iurares aëre natum. Homer.in Catalogo:Βοιωτῶν μὲν πληΐλικες ἡγεμόνευον. Auctoritatem tamen rationem,& regulam consuetudo superauit, quæ (vt ait Gellius)domina rerum est,maximéque verborum. In ore enim omnium est Boëtia,cùm Bœotiæ insoleus,inauditum,aspernabi- verbum esse videatur. Cæterùm ego ipse sequar Fabium ũint.qui vocat consuetudinem sermonis, consentum eruditorum,non vsum triuialium Grammatistarum. *Comperto.*] cùm

comperiſſem. Abſoluta elocutio eſt apud veteres vſitatiſſima. Cor. Tacitus: Igitur Zoſines diu penſitato, Mithridatiſne rebus externis, an patrio regno conſuleret. Silius: Auditóque furens ſocias non defore vires. *Hypatæ.*] Itidem Lucianus ſe Hypatam acceſſiſſe commemorat, Theſſaliæ ciuitatem, quam Apuleius ſignat fuiſſe metropolim, & quaſi principalem totius regionis. Liuius meminit Hypatæ in 36. ſcribítque conſulem Romanum eſſe depopulatum agrum Hypatenſem. *Caſeus ſciti ſaporis.*] Caſeo Nemauſenſi, quæ ciuitas Galliarum eſt, laus fuit apud antiquos præcipua, & muſteo tantùm, hoc eſt, recenti commendatio. Caſeus Lunenſis magnitudine conſpicuus celebratur, quippe qui ad ſingula millia pondo premebatur, vt docet Plin. in 11. Hinc illud Epigrammatarij poëtæ: Caſeus, Ethruſcæ ſignatus imagine Lunæ, Præſtabit pueris prandia mille tuis. Caſeus à coacto lacte dictus, vt interpretatur M. Varro: ſiue à coëundo, vt ait Feſtus. Caſei recentes & molles ſunt alibiles magis, quàm veteres & aridi. Inter cibos caſtrenſes caſeus quoque numeratur. Spartianus: Ne Adriano hæc, cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter vtens: hoc eſt, larido, caſeo, & poſca, exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli, & auctoris ſui Traiani. Galenus lib. de alimentis 3. recentem caſeum, veluti omnium probatiſſimum, ſaluberrimúmque, quem vocari ait à Pergamenis municipibus ſuis oxygalacticum, miro præconio extollit. Vt autem intelligas quid ſit caſeus oxygalacticus apud Galenum, ſcito oxygalam dici quaſi acetoſum lac: nam Græci ὄξος acetum vocant, γάλα lac. Vnde Galactopotæ dicti populi, quibus lac victum commodat, quorum meminit & Columella in 8. Oxygala autem, vt docet Plin. volumine 28. fit è lacte quod in ſummo fluit, addito ſale. Oxygala alio modo fit, acido lacte addito in recens quod dum aceſcit vtiliſſimum eſt ſtomacho. Hippacem vocat antiquitas caſeum equinum, cui eoſdem affectus, quos bubulo caſeo Seſtius aſſignat. Genus eſt caſei, quod ſaprum vocant, quaſi dicas marcidum: qui cum ſale & ſorbis ſiccis è vino tritus, potúſque medetur cœliaci. In vniuerſum hæc de caſeis traduntur: ſtomacho vtiles ſunt, qui non ſunt ſalſi, id eſt, recentes: veteres alum ſiſtunt, corpúſque minuunt. *Sciti ſaporis.*] probi iucundíque guſtatus. Scitus interdum dicitur elegans. Teren. ſcitum puerum appellat pulchrum & elegantem. Fiſcellus dicebatur à priſcis, caſei mollis appetitor. *Pretio diſtrahi.*] Vendibilem fuiſſe caſeum ſignificat, qui leui pretio coëmi poſſet. Diſtrahere enim eſt vendere, Oratoribus & Iuriſconſultis. Inde, merces diſtractæ: & diſtractio, venditio. Vlpian. titulo de tranſactionibus: Si vni, pluribúſve

ribúſve fundus ad alimenta fuerit relictus, velítque eum diſtrahere, neceſſe eſt emptorem de eius diſtractione & tranſactione arbitrari. Aliàs ſignificat diſſeparare, atque diuellere. *Præſtinaturus.*] empturus. Præſtinare verbum vetus eſt, quod ſignificat emere. Plaut. in epidico: Vt præſtines argènto, priuſquàm venit filius: & apud eundem ſæpiſſime. À quo deſtinare quoque, quod vſitatius eſt, vſurpatur in eodem ſignificatu, cùm ait in Perſa: Dij Deæque te agitent irati, ſcelus, qui hanc non properes deſtinare. *Siniſtro pede.*] improſpero omine, & inauſpicato. Si enim (vt Donatus, Virgilianus interpres, ſcitè inquit) dexter pes bonus eſt, proculdubiò ſiniſter malus accipiendus eſt. A contrario dixit Virg. in 8. Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo: hoc eſt, vt Ser. interpretatur, propitius, & proſpero omine. Diuus Auguſtin. quod mehercule ſcitu memoratúque eſt dignum, refert in epiſtolis, Phanionem dici boni pedis hominem, cuius aduentus afferat aliquid fœlicitatis. Sic, inquit, ſolemus dicere, ſecundo pede introiſſe, cuius introitum proſperitas aliqua conſecuta ſit. Illud obiter annotandum, in auguriis ſiniſtrum accipi pro proſpero & ſalutari: & ſiniſtras aues, quæ portendunt fœlicitatem. Autumat Feſtus Pomp. & Seruius, auſpicium ſiniſtrum à ſinendo dici, quòd nos agere aliquid ſinat. M. Varro in lib. Epiſtolicarum quæſtionum ait, ad ſiniſtram partem eſſe mundi exorientes, ad dextram occidentes: vnde factum arbitrantur, vt ſiniſtra meliora auſpicia, quàm dextra eſſe exiſtimentur. Idem ferè ſentiunt Capito & Cincios, vetuſtiſſimi ſcriptores. Plin. quoque fulmina læua, hoc eſt, ſiniſtra, refert proſpera exiſtimari: quoniam læua parte mundi ortus eſt. Idem Don. refert, in ſacris ſignis iccircò proſpera accipi, quæ ſunt læua, quia ſacrificantis, vel precantis latus læuum, dextrum eſt eius qui poſtulata largitur. Ex hac augurij conſuetudine dixit Ennius: Contonuit læuum bene tempeſtate ſerena. Et Ennium æmulatus Virgil. cecinit in ſerio opere: Subitóque fragore Intonuit læuum: ſignificare volens ſiniſtrum, hoc eſt, proſperum factum eſſe augurium. E contrariò Græcis & barbaris dextra meliora videntur, quàm ſiniſtra. Vnde Homericus Aiax: Neſcio quid hoc modo nunciet: proſpera Iupiter his dextris fulgoribus edit. Quanquam haud ignoramus, vt inquit M. Tul. in 2. de Diuin. quæ bona ſint, ſiniſtra dici, etiam ſi dextra ſint. *Spes compendij.*] lucri. Contrà diſpendium ſignificat detrimentum. *Lupus.*] Nomen proprium negotiatoris. Aliàs dicitur inſtrumentum vncinatum, quod vulgus lingua vernacula graphium

vocat. Palladius lupos ferrulas manubriatas interpretatur,nume ráteque inter ruſtica ferramenta.Aliàs lupos dicimus frenos, & lupata,iuxta illud:Accipit ore lupos. De lupo piſce,& animali quadrupede,nemo eſt qui neſciat. *Magnarium.*] Non à regione quæ Magneſia dicitur,inclinatum eſt hoc nomen: ſed à magno,magnitudinéque negociationis:veluti famigeratus,clarus in obeundis magnis mercaturis.

Commodum.] Non parùm multæ particulæ ſunt in Latina lingua vſitatiſſimæ quidem , ſed paucis bene cognitæ,intellectæque : ſicut eſt aduerbiũ hoc, Commodũ,quod ſignificat tunc , id temporis, eo momento. Qua dictione non ſolùm Apuleius noſter ſæpicule , ſed & Plau. & M. Tull. Gel.&omnis claſſicorum ſcriptorũ ordo vſus eſt.Donatus enarrans illud Terentianum ex Phormione:Id cùm hoc agebam commodùm : dixit aduerbium eſſe temporis,& tantùm ſignificare. Idem alicubi apertiùs& planiùs exponit , Commodùm huc aduerterat,ipſo eodémque tempore. *Ad balneas.*]Propriè & ſignificanter fœminino genere balneas publicas appellamus,cum priuata neutro genere balnea appellitentur: quod docet M.Varr. Et ita ferè ſemper apud idoneos auctores inuenies dici

Ego igitur inefficaci celeritate fatigatus,commodùm veſpera oriẽte ad balneas proceſſeram. Ecce Socratem contubernalẽ meum conſpicio:humi ſedebat, ſciſſili palliaſtro ſemiamictus,penè alius,lurore ac miſera macie deformatus:qualia ſolẽt fortunæ deterrima ſtipes in triuiis errogare. Hunc talem, quanquam neceſſarium & ſummè agnitum, tamẽ dubia mẽte propiùs acceſſi. Hem(inquam)mi Socrates, quid iſtud? qua facies?quod flagitium? At verò domi tuæ iam defletus & conclamatus es : liberis tuis tutores iuridici prouincialis decreto dati : vxor præſolutis feralibus officijs,luctu & mœrore diutino deformata, diffletis penè ad extremam captiuitatem oculis ſuis: domus infortunium , nouarum nuptiarum gaudijs,à ſuis ſibi parentibus hilarare compellitur. At tu hic laruale ſimulacrum cum ſummo dedecore noſtro viſeris.

dici pro publicis thermis. Attamen M. Tul. balneas vocat,balnea Marci Bruti priuata.Sic enim ait in 2.de Orat. Quàm multa de balneis, quas nuper ille vendiderat. Idem in oratione pro Cluentio: Eas,inquit,balneas non ex libris patris sed ex tabulis, & ex censu quærere. Græci βάλανον appellant,ab eo quòd anxietatem pellat ex animo:quod & diuus Aug.testatur libr.9. Confessionum , & nos fusiùs scripsimus in commentariis Suet.vnde nostri balineum dicunt,& per syncopam balneum. *Ecce.*]Proprium Ciceroni & Virg. hoc est, in rebus improuisis & repentinis:vt, Ecce autem gemini à Tenedo: &,Ecce trahebatur passis Priameïa virgo. *Palliastro.*]A pallio,quæ Græcorum vestis est, vt toga Romanorum, inclinatur palliastrum : cuiuscemodi nomina autumant Grammatici significare diminutionem.& profectò quædam sunt in aster, vel in astrum definentia,quæ diminutionis regulam seruant:vt surdaster, quasi obsurdus : & recaluaster,modicè caluus.Cic.in 5.Tuscul. Erat,inquit,surdaster M. Crassus.In Leuitico ait Moses : Et si à fronte ceciderint pili,recaluaster & mundus est. Vnde & recaluatio dicta , non plenum caluitium,sed pusilla capillorum deglabratio. Itidem palliastrum accipi videtur , pro pallio mutilo & breuiculo. Compluscula tamen sunt ex hoc inclinatu deriuata , quæ imitationem potiùs significant,quàm diminutionem:vt Pinaster,quo non parua pinus significatur,sed (vt ait Plin.in 16.) nihil aliud est, quàm pinus syluestris mira altitudine. Ita apiastrum, quod herbæ genus melissophyllon Hyginus vocat.Ita mentastrum, quæ menta syluestris est. Consimiliter à Cic. dicitur Fuluiaster & Antoniaster,contra Priscia.sententiam , quasi Fuluiæ Antoniique imitator.Et à Ter.in Adelphis parasitaster dictus,non tam paruus parasitus,quàm æmulus imitatórque parasitorum. De palliastro in Floridis: Niceno procinctu palliastri magistratum in secreto defendisset.*Sciβili.*]lacero,& diuulso. Aliàs scissile dicitur,vt fissile,quòd facilè scindi potest.*Semiamictus.*]Ex hoc apertè liquet, palliastrum,pusillum & breue pallium significare,quo Socrates non totus vestiebatur,sed semiuestibus conspiciebatur. *Lurore.*] squallore,& pallore buxanti. Est enim luridus,supra modum pallidus:vnde rana lurida Varroni,& venena lurida poëtis dicuntur. *Deformatus.*]sentus,incultus,& dehonestamento formæ demutatus. Aliàs deformare,est figurare,fabricare,& noua forma insignire. Vitruuius in 5. Tragicæ scenæ deformantur columnis,signis,& regalibus rebus.*Stipes erogare.*]Significat,contubernalem ad incitas, hoc est, egestatem fortunæ fulminantis sæuitia redactum esse, adeò vt mendicare cogeretur. Quod genus

homines Plautus eleganter appellat mendicabula : & Laberius mendicitatem dixit mendicimonium. In triuiis autem potiſſimùm mendici ſtabulantur, vtpotè locis frequentioribus, per quę vltrò citróque commeant homines negotia obeuntes. *Quanquam neceſſarium.*] quamuis mihi neceſſitudine contubernalitatéque coniunctum, & conſequenter cognitiſſimum. Neceſſarij enim dicuntur , qui iure affinitatis familiaritatiſve coniuncti ſunt: vt docet Gellius lib. 12. Noctium Atticarum. *Quæ facies.*] Admiratur in Socrate contubernali tantam deformitatem, tantámque vultus ac totius corporis illuuiem. Eſt enim facies, forma omnis , & modus & factura quædam corporis totius, à faciendo dicta: auctor Gellius in 12. Plaut. quoque in Pœnulo, faciem pro totius corporis coloriſque habitu dixit , his verſibus. Sed earum nutrix qua ſit facie mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo eſt. Aquilum corpus à colore aquilo dictum, qui fuſcus eſt, & ſubniger, ab aqua nominatus. Cæterùm quotidianæ locutionis conſuetudo faciem vſurpat pro oris ſpecie , quod Græci πρόσωπον dicunt, in quo ſignificatu eſt illud Plin. ex 11. Facies homini tantùm, cæteris os, aut roſtra. *Defletus.*] Ieploratus, delamentatus. Participium, ab eo quod eſt fleor, vt ait Ser. Vir. Tum membra thoro defleta reponunt. *Conclamatus es.*] tanquam de vita tua tranſactum, finitúmque ſit. Donatus enarrans illud Teren. ex Eunucho, Iam conclamatum eſt: modò interpretatur tranſactum ac finitum , vt corpora nihil reliqui habent ad vitæ officia : modò manifeſtum , vt in conclamatis funeribus nulla dilatio eſt doloris ac luctus , Conclamatum pro ſatis deploratum, ſatíſque vociferatum eſſe exponit. Ser. verò in expoſitione illius hemiſtichij 6. Æneid. Pars calidos latices : ait morem fuiſſe apud veteres , vt mortui calida aqua abluerentur , & per interualla conclamarentur , propterea quòd ſolet plerunque vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere: ideóque ſeruabantur cadauera ſeptem diebus , & calida aqua abluebantur, & poſt vltimam conclamationem comburebantur. Et hinc tractum eſſe refert illud Terentij : Deſine, iam conclamatum eſt. Conſimile eſt illud Lucani ex 2. Pharſaliæ : Corpora nondum Conclamata iacent. *Iuridici prouin.*] Iuridicus prouincialis ſignificatur is magiſtratus, qui ius dicit in prouincia , ſiue is prætor ſit, ſiue proconſul, ſiue pręſes, ſiue alius qui prouinciam regat. Titulus eſt apud Iuriſconſultos , de officio iuridici Alexandriæ, vbi ſic ait Vlp. Iuridico qui Alexandriæ agit , datio tutoris conſtitutione diui Marci conceſſa eſt. Senſus eſt, datos eſſe tutores

filiis

iis Socratis,qui demortuus credebatur, ex auctoritate decre-
›que iuridici,qui prouinciam illius patriam regebat. Nam,vt
:fert Vlpian.titulo de iurisdictione iudicum,Ius dicentis latissi-
num est. Nam & pupillis non habentibus tutores constituere
›otest. Tutores autem sunt,vt docet Paulus lib.26. digestorum,
qui vim ac potestatem habent tuendi eum, qui propter ætatem
suam sponte se defendere nequit:dicti quasi tuitores atq; defen-
sores. Mutus & surdus tutor dari non potest. Tutorum alij le-
gitimi,alij fiduciarij,alij honorarij nuncupati. Analogistas,siue
analogos appellat tutores Iulianus Iurisc. eos, qui non tenentur
reddere rationem administratæ tutelæ. Ius dandi tutores datum
est,vt ait Vlp.omnibus magistratibus municipalibus. Prætor ip-
se se tutorem dare non potest.Illud semper constitit, præsidem
posse tutorem dare, tam absentem, quàm præsentem: & tam
præsenti,quàm absenti,necnon ignoranti,& inuito. *Liberis.*]Li-
berûm appellatione non solùm filij, sed nepotes continentur,vt
tradit Vlpian.titulo de testamentaria tutela. Liberos, secundum
Cassium,& vltra trinepotem accipimus. Antiqui oratores hi-
storicique etiam vnum filium,filiámve liberos multitudinis nu-
mero appellauerunt. Sempronius Asellio libro rerum gestarum
quinto,de Tiberio Gracchо ita scripsit:Orare cœpit vt se defen-
derent, liberósque suos, eum quem virilis sexus tum in eo tem-
pore habebat, produci iussit, populóque commendauit propè
flens. *Feralibus officijs.*]Feralia officia appellamus,quæ inferis de-
functísque exhibentur. Scribit Ouid.in 2. Fastorum,feralia dici
diem mense Februario, qua feruntur iusta manibus parentum,
& celebratis parentalibus placant animas defunctorum. Festus
quoque Pomp.ait,feralia esse festa sacrata Dijs manibus, à feren
dis epulis,vel à feriendis pecudibus appellata. Hinc fœdera fera
lia,& tedas ferales,& arma feralia dixit Lucan.pro mortiferis &
pernicialibus: & ferales cultus Ouid.pro funebres & lugubres.
Vxor apud veteres decem menses à funere maritali lugebat ma
ritum, quia annus id temporis erat decimestris, vt docet O-
uid.Scribit Seneca libro 7. Epistolarum annuum tempus fœmi-
nis ad lugendum constitutum fuisse à maioribus, non vt tandiu
lugerent, sed ne diutius. Viris nullum lugendi legitimum tem-
pus est, quia nullum est honestum. Lugentes diebus luctus e-
rant in pellibus. *Deformata.*]deturpata,sordidatáque. *Diffletis
oculis.*] Tandiu, támque continenter defleuisse fœminam
significat, vt penè luminum siue oculorum captiuitatem or-
bitatémque pateretur. In hanc sententiam Quintilianus in

Digitized by Google

declamatione, quæ inſcribitur Inſepultus, ſic inquit : Cognita clade rariſſimi vxor exempli totos effleuit oculos, fontémque illum perennium lacrymarum tantùm cæcitas clauſit. *A ſuis parentibus.*]patre & matre. Interdum parentes vulgari more,vt ait diuus Hieronymus,dicuntur affines & cognati,& ita nos vulgò vernacula lingua ſermocinantes vſurpamus. In hoc ſignificatu parentes appellat Spartianus,cùm ait: Omnibus parentibus ſuis tantam reuerentiam,quantam priùatus, exhibuit. Præterea appellatione parentum omnes ſuperioris gradus vſque ad tritauũ quidam appellari aiunt: ſed Caius Caſſius,cui Vlpianus aſtipulatur,omnes in infinitum dici parentes aſſeuerat. *Nouarum nuptiarum gaudijs.*]luctus finiebatur nuptiarum cauſa. *Hilarare infortunium.*] exhilarare & diſcuſſo pectoris nubilo diſſerenare,ac noua immiſſa hilaritate diſcutere, & in læticiam gaudiúmque demutare.Hilaria veteres diem appellauerunt 8.Kalendas Apriles, quo fit æquinoctium vernum : quo primùm tempore ſol diem longiorem nocte protendebat. perinde ac tunc primùm exordium lætitiæ & hilaritudinis celebraretur : auctor Macrobius. Hæc hilaria ſignificauit Vopiſcus, ſic ſcribens in Aureliano:Hilaribus, quibus omnia feſta & fieri debere ſcimus,& dici impletis ſolennibus. *Suis ſibi.*]Vetus locutio eſt.ita Terentius: Suo ſibi hunc gladio iugulo:vbi exponit Donatus,veteres ſic ſolitos loqui. *Laruale ſimulachrum.*] Auguſtinus in 9.de Ciuitate Dei,Martianus Capella in Nuptiis Philologiæ, & noſter Apuleius in Dæmonio Socratis, laruas dici tradunt animas hominũ deprauatas,& malis vitæ meritis maculoſas : quæ à corpore ſeiugatæ terriculamentum ſunt mortalibus, & occurſacula nocturna. Hinc laruale ſimulachrum dicitur deformatum,pallens, luridum,euiſceratum, emaciatum, ac prorſus horrendum,ſicuti larua eſt. In Priapeijs ſcriptum eſt, Ad me nocte ſolet venire,& affert Pallorem maciémque larualem.Vbi annotandum,in carmine phalæcio larualem pronunciari debere per diereſim. A larua,laruati dicuntur,furioſi, & mente moti, quaſi laruis exciti. Apuleius in Apologia: Hunc denique,qui laruam putat,ipſe eſt laruatus. Idem: Tertium,inquit,mendacium fuit macilentam, vel omnino euiſceratam formam, diri cadaueris fabricatam, prorſus horribilem,& larualem. In hanc ſententiam eſt illud Sidonij Apollinaris : Facies veluti vmbris mœſtificata larualibus. Apud Horatium,quod neſcio an alibi facilè reperias,larua accipitur pro perſona, ſicut vulgò vſurpatur eo verſu : Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.

Ariſto-

Aristomene, inquit, nætu fortunarum lubricas ambages, & instabiles incursiones, & reciprocas vicissitudines ignoras? Et cum dicto, sutili centuculo faciem suam, iamdudum punicantem præ pudore, obtexit: ita vt ab vmbilico pube tenus, cætera corporis renudaret. Nec denique perpessus ego tam miserum ærumnæ spectaculum, iniecta manu, vt adsurgat enitor. At ille, vt erat capite velato: Sine, sine, inquit, fruatur diutius tropæo Fortuna, quod fixit ipsa, effeci sequatur. Et simul vnam ex duabus lacinijs meis exuo, eámque properè vestio (dicam, áme contego?) & illicò lauacro trado: quod vnctui, quod tersui, ipse præministro, sordium enormem eluuiem operosè effrico. Probè curato, ad hospitium, lassus ipse, fatigatum ægerrimè sustinens perduco, lectulo refoueo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo.

Aristomene.] vocatiuus casus est, qui apud veteres salutatorius quoque vocabatur. Verba sunt Socratis respondentis amico Aristomeni. Ita enim nominabatur sermocinator hic, introductus à Lucio nostro. *Fortunarum lubricas ambages.*] Sæpe diximus, sæpe annotauimus, fortunam volubilem, vagam, inconstantem, lubricam, brutam appellari: quam antiqui fine pedibus esse dixerunt, eámque in pila stantem figurantes, manuatam pennatámque fecerunt: quæ cùm manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. Fortunarum autem pluraliter dixit, quia multiplex est multinomiísque fortuna, sicuti à nobis scriptum est in libro De fœlicitate. Refert Macrobius, simulachra Fortunarum apud Antium conueniri solita ad danda responsa. Papinius quoque Syluula quadã præneſtinas sorores appellauit Fortunas, quæ apud Præneste sub figie sororum colebantur. Romæ fuit ara malæ Fortunæ in Esquiliis, & nos olim ludentes scripsimus in libello elegiaco: Et fortuna mala, est conuertens, est bene sperans: Fortis habet men, mascula culta Dea est. Vt tua multiiuga est variæ & nu rosa potestas, Sic sunt multa tibi nomina facta Deæ. In cœlo ἀγαθὴ τύχη & κακὴ τύχη, id est, bona fortuna & mala fortuna: tor Iulius Firmicus. Aliàs fortunæ pro diuitiis opulentiísque piuntur. *Cum dicto.*] Frequens & penè peculiaris Apuleij lo-

cutio,quæ ſignificat ſtatim poſt verba, & vixdum finito ſermone. *Sutili centuculo.*]Quod ſuprà palliaſtrum ſciſſile dixit, modò ſutilem centuculum appellat,à centone κεντονίσκιον, id eſt, per diminutionem deducto vocabulo. Eſt autem cento veſtis craſſior,viliórque,ex pannis diuerſorum in vnum conſutis coagmẽtatíſque, cuius vſus in re militari apud veteres fuit frequentiſſimus,ad incendium atcendum. Hinc præcipit Vegetius lib.4. turres & vineas, quæ machinæ ſunt militares, centonibus eſſe aut crudis coriis extrinſecùs operiendas, communiendáſque,ne immiſſo concrementur incendio. Cæſar quoque commentario belli ciuilis Pompeiani ſecundo refert, in oppugnatione Maſſiliæ turrim latericiam à ſuis ſtructam fuiſſe,cui centones inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulatione perfringerent,aut ſaxa ex catapultis latericium diſcuterent. Idem in ſtructura muſculi, quæ & ipſa machina oppugnatoria eſt,ait coria inducta fuiſſe,ſuper coria centones iniectos,ne igni ac lapidibus corrumperetur. Docet Portius Cato,centones fieri ex veſtimentis familiæ veteribus,cùm ait:Quotienſcúnque tunicam aut ſaga familiæ dabis, priùs veterem accipito, vnde centones fiant, Macrobius in 1.Saturnalium centones accipit pro veſte ſtragula, lectíque operimento,cùm ait: Scrophæ cadauer ſub centonibus collocat,ſuper quos vxor cubabat. Laus ſarcinatoris eſt,ſi bene centonem ſuere nouerit,quia ex diſſimilibus minutíſque conſarcinatur.Hinc illud,Lucianum ſarcinatorem eſſe ſummum,ſuere centonem optimè.Conſimiliter cento apud Iuuenalem accipitur pro veſtitu familiari, craſſo & ſordido, ſic ſcribentem: Intrauit calidum veteri centone lupanar. Centonibus enim inuoluta veſtitáque Meſſalina,ibat in luſtra,ne agnoſceretur. Seneca quoque in 11.Epiſtolarum ait : Diurnum accipit, in centuculo dormit.Vbi centuculus pro vili & plebeia veſte ſtragula vſurpatur. Frontinus & Liuius centuculos accipere videntur pro dorſualibus & inſtratis iumentorum.Similitudine veſtis centunculi,herba centunculus dicta,de qua ſcribens Plinius noſter,innuit centunculum eſſe penulam.Cuius verba ſubſcripſi ex volumine 24 quæ ſunt hæc:Itali centunculum vocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis.Propterea cẽto,vt ſcienter docet Auſonius,eſt opuſculum ſtructum ex variis diuerſíſque carminibus, cuius ſtructura ita ſolidatur, vt coëant aut cæſi duo verſus,aut vnus & ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum eſt.Ita ipſe centonem formauit nuptialem,ex filiis poëmatis Maroniani conſutum. Hinc Homerocentonas & Virgiliocentonas legiſſe ſeſe, diuus Hieronymus refert in pro-

in prologo veteris instrumenti, significare volens opuscula contexta ex Homeri Virgiliique carminibus, transducta accommodatáque ad sensum conditoris. Sutilis autem dicitur centuculus, consutus, contextúsque, à suendo. Cymbam Charontis subtilem vocat poëta, hoc est (vt exponit Seruius) intextam, sutámque. *Punicantem præ pudore.*] rubentem ob verecundiam. Puniceus enim color ruffus est, & exuberantiam splendorémque significat ruboris. Græcè dicitur φοινικοῦς: auctor Gellius in 2. Facies autem pudibundi verecundíque hominis erubescere consuecuit, quoniã (vt inquit Arist. in Problematis) sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur pudentibus, ita vt superficiẽ occupet. Est autẽ verecundia bonũ, vt dicit Seneca, in adolescente signũ, & (vt dicere solebat Cynicus Diogenes) rubor, virtutis est color. Nihil fuisse mollius ore Pompeij, annotauerunt eruditi, qui nunquã nõ coram pluribus erubuit, vtique & in concionibus Plaut. in Asin. Verecundum esse decet adolescentem Argyrippe. Quintilianus verecundiã vitium esse dicit, sed amabile, & quod virtutes generet. *Pube tenus.*] vsq; ad pubẽ. Hæc particula iungitur cum ablatiuo singulari numero: vt, Capulo tenus abdidit ensem. Plurali verò cum genitiuo, vt, Crurũ tenus à mento palearia pendent: quo in loco, vt Prisc. ostendit, vsus est poëta hellenismo. Plin. quoque dixit: Corporũ tenus curiosus. *Fruatur tropæo fortuna.*] Verba sunt Socratis ærumnosi, Aristomeni respondentis, sinendũ esse fortunam de seipso triumphare, & ipso trophæo diutissimè frui. Tanquam ipse sit trophæum fixum à victrice fortuna: sicut trophæa figi solebant à victoribus, vt essent monumenta victoriarũ sempiterna: quæ vetustate consumpta nephas erat refici ac resarciri, vt docet Plutarchus in quæstionibus. De trophæis affatim scripsimus in 1. Tranquilli commentario: illinc poteris siquid desideras mutuari. *Ex duabus lacinijs.*] vestibus. Est autem propriè lacinia, vt inquit Sextus Pompeius, pars vestimenti flexuosa sinuosáque. Vnde lacinioſum deriuatur, quod tortuosum implicatúmque significat. Hinc lacinioſa oratio, Hieronymo: & lacinioſus fibris splẽdes in ostreis, Plin. Lacinioſa cõuallis Apuleio dicta. Et aduerbiũ inde fit laciniatim, quod significat in lacinias. Columella præcipit gregẽ pecoris ouilli in lacinias distribuendũ: hoc est, in particulas, &, vt aduerbialiter dicã, particulatim, videlicet à laciniis, quæ partes sunt vestimentorum, & interdum pro tota veste accipiuntur. *Quod cursui.*] Emenda, quod tersui. Significat enim, se ministrasse amico balnei vtensilia: videlicet ampullam oleariam, & strigilem, & linteam teritoriam, quibus ad tergendum vtebantur. *Enormem elunem.*] immodicam spur-

ized by Google

eiciem & illuuiem. Plin. & Iuuenalis, eluuiem dixere feculentiã cloacalem. *Probè curato.*]cum diligenter lotus curatúſque eſſet. *Leſtulo refoueo.*]cibo ſatio. Homœoteleuton, & homœoptoton, quæ Latinè dicuntur ſimiliter deſinens, ſimiliter cadens. Exornationes ſunt, quæ rarenter interſparſæ, concinniorem faciunt feſtiuiorémque elocutionem, in quibus nitidus eſt & prępollens Apuleius: ſi immodicè hæc fiant, tranſeũt in vitium, vt in quarto Rhetoricorum proditum eſt. Ideóque dixit A. Gellius, inſipida & inertia & puerilia eſſe id genus in collocandis verbis ſcitamenta, ſi immodicè fiant, & rancidè, ſicut facetiſſimè luſit Lucilius. Sed ad propoſitum: Omnis animi impetus, omníſque triſticia cibo mollitur, potúque diſcutitur. Vinum diſſipat curas edaces, vt ait Horatius: & Plinio teſte, ſomno eſt accommodatum, ac ſecuritatibus. Et hoc fuit illud poculum Nepenthes, quod Helena illa Homerica Telemacho miniſtrauit, quod obliuionem triſtitiæ, veniámque afferebat: quod vtique foret cunctis mortalibus ab Helena propinandum. Sed de hoc Nepenthe, quod ſine luctu ſignificat, plura in libro Annotationum.

Ad lubentias.]A lubendo, ſiue libendo, lubentia, & libentia dicta eſt, vt docet M. Varro libr. 2. Lat. liing. Plau. in Aſin. Lubentiorem te faciam, quàm lubentia eſt. Lubentias appellat hilaritates, lætitias, & voluptates ſermonum & iocorum, ad quas iam procliuem factum eſſe Socratem, ſeiugata pauliſper triſtitudine, ſignificat. A. Gellius in 14. Nam cui lubentiæ gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ

Iam ad lubentias procliuis eſt ſermonis & ioci, & ſcitũ eſt cauillum: iam dicacitas timmula: cùm ille imo de pectore cruciabile ſuſpiriũ ducẽs, dextra ſæuiẽte frontẽ replaudẽs, Me miſerum, inſit, qui dum voluptatẽ gladiatorij ſpectaculi ſatis famigerabilis cõſector, in has arumnas incidi. Nam, vt ſcis optimè, ſecundum quæſtum Macedonia profectus, dum menſe decimo ibidem attentus ſummatior reuertor, modico priùs quàm Lariſſam accederem, per tranſitum ſpectaculum obiturus, in quadam aſpera & lacunoſa conualle à vaſtiſſimis latronibus obſeſſus, atque omnibus priuatus, tandem euado: &, vt potè vltimè affectus, ad quandam cauponam Meroën anum, ſed admodùm ſcitulam, deuorto, eíque cauſas & peregri-

nationis

nationis diuturnæ, & domitionis anxiæ, & spoliationis diurnæ aperio.

sint, quíque illarũ omnino expers sit.

Scitum cauillũ.] elegans & faceta cauillatio, iocatióque. Cauillum enim pro cauillatione & irrisione accipitur: auctor Festus: & cauillari, est iocari. Quæ Græci sophismata vocant, Cicero & Seneca cauillationes interpretantur. *Dicacitas tinnula.*] Dicacitas, sicuti docet Quintil. in 7. propriè significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideò Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant. A dicendo ducta est. Hac potissimùm vtuntur scurræ: vnde dicacitas scurrilis appellata, quæ oratori magnoperè fugienda est. Duo sunt genera facetiarum, vt inquit Cæsar, & Cicer. in 2. de Oratore: alterum fusum, alterum peracutum. Illa à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Apud veteres Ganio præcone nemo dicacior fuit, de quo multa Lucilius, & non pauca M. Tullius in oratione pro Cn. Planco. Hic Nasicæ non pepercit. Idem M. Drusum, hominem potentissimum, dicacitate pulsauit. Idem L. Crassi & M. Antonij oratorum voluntates asperioribus facetiis sæpe perstrinxit impunè. *Tinnula.*] sonora, & obstrepera, sublatiore sermone. Tinnire est sonare, verbum fictum ex onomatopœia: vnde tinnitus aurium. Plin. in 29. Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se receptum est. *Frontem replaudens.*] manu percutiens, retegénsque, capillis reiectis. Quod in luctu tristitiáque vsitatum est. Plaudo enim, quod & plodo dicitur, manibus pulso & strepitum facio: vnde Plausus dictus, quo boni excipiebantur, cùm mali exsibilarentur. Hinc complodere, supplodere, explodere, explodere deriuantur, quæ inter se finitima, vtpotè ab eodem ente deriuata, aliquo tamen interstitio discriminantur: quod antiquarum lectionum curioso facilè liquet, & à nobis perinde vt in legendo fuerint obuia, annotabuntur. *Infit.*] inquit, aliàs initit. In carmine Næuiano legimus, Fieri impendio infit: pro, fieri impensè incipit. *Famigerabilis.*] inclytus, clarus, opulentus. Famigerabilis enim, & famigeratus, in eodem significatu, pro nobilis & fama notus vsurpatur. Famigeratores autem dicitur rumigeruli, quasi famæ rumorúmque gestores, seminatíve, de quibus Plautus in Trinummo: Ego de verbis eorum famigeratorum insçius prosilui, Amicum castigatum innoxiũ, quod si exquiratur vsque ad stirpem auctoritas, Vnde quicquid autum, nisi id appareat, famigerator ne sit cum detrimento & dedecore. *Ærumnas.*] calamitates, laboréque. Animus æquus

comperiſſem. Abſoluta elocutio eſt apud veteres vſitatiſſima. Cor. Tacitus: Igitur Zoſines diu penſitato, Mithridatiſne rebus externis, an patrio regno conſuleret. Silius: Auditóque furens ſocias non defore vires. *Hypatæ.*] Itidem Lucianus ſe Hypatam acceſſiſſe commemorat, Theſſaliæ ciuitatem, quam Apuleius ſignat fuiſſe metropolim, & quaſi principalem totius regionis. Liuius meminit Hypatæ in 36. ſcribítque conſulem Romanum eſſe depopulatum agrum Hypatenſem. *Caſeus ſciti ſaporis.*] Caſeo Nemauſenſi, quæ ciuitas Galliarum eſt, laus fuit apud antiquos præcipua. & muſteo tantùm, hoc eſt, recenti commendatio. Caſeus Lunenſis magnitudine conſpicuus celebratur, quippe qui ad ſingula millia pondo premebatur, vt docet Plin. in 11. Hinc illud Epigrammatarij poëtæ: Caſeus, Ethruſcæ ſignatus imagine Lunæ, Præſtabit pueris prandia mille tuis. Caſeus à coacto lacte dictus, vt interpretatur M. Varro: ſiue à coëundo, vt ait Feſtus. Caſei recentes & molles ſunt alibiles magis, quàm veteres & aridi. Inter cibos caſtrenſes caſeus quoque numeratur. Spartianus: Ne Adriano hæc, cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter vtens: hoc eſt, larido, caſeo, & poſca, exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli, & auctoris ſui Traiani. Galenus lib. de alimentis 3. recentem caſeum, veluti omnium probatiſſimum, ſaluberrimúmque, quem vocari ait à Pergamenis municipibus ſuis oxygalacticum, miro præconio extollit. Vt autem intelligas quid ſit caſeus oxygalacticus apud Galenum, ſcito oxygalam dici quaſi acetoſum lac: nam Græci ὄξος acetum vocant, γάλα lac. Vnde Galactopotæ dicti populi, quibus lac victum commodat, quorum meminit & Columella in 8. Oxygala autem, vt docet Plin. volumine 28. fit è lacte quod in ſummo fluit, addito ſale. Oxygala alio modo fit, acido lacte addito in recens quod dum aceſcit vtiliſſimum eſt ſtomacho. Hippacem vocat antiquitas caſeum equinum, cui eoſdem affectus, quos bubulo caſeo Seſtius aſſignat. Genus eſt caſei, quod ſaprum vocant, quaſi dicas marcidum: qui cum ſale & ſorbis ſiccis è vino tritus, potúſque medetur cœliaci. In vniuerſum hæc de caſeis traduntur: ſtomachio vtiles ſunt, qui non ſunt ſalſi, id eſt, recentes: veteres aluum ſiſtunt, corpúſque minuunt. *Sciti ſaporis.*] probi iucundíque guſtatus. Scitus interdum dicitur elegans. Teren. ſcitum puerum appellat pulchrum & elegantem. Fiſcellus dicebatur à priſcis, caſei mollis appetitor. *Pretio diſtrahi.*] Venditilem fuiſſe caſeum ſignificat, qui leui pretio coëmi poſſet. Diſtrahere enim eſt vendere, Oratoribus & Iureconſultis. Inde, merces diſtractæ: & diſtractio, venditio. Vlpian. titulo de tranſactionibus: Si vni, pluribúſve

Digitized by Google

ribúſve fundus ad alimenta fuerit relictus, velítque eum diſtrahere, neceſſe eſt emptorem de eius diſtractione & tranſactione arbitrari. Alias ſignificat diſſeparare, atque diuellere. *Præſtinaturus.*] empturus. Præſtinare verbum vetus eſt, quod ſignificat emere. Plaut. in epidico: Vt præſtines argènto, priuſquàm venit filius: & apud eundem ſæpiſſime. A quo deſtinare quoque, quod vſitatius eſt, vſurpatur in eodem ſignificatu, cùm ait in Perſa: Dij Deæque te agitent irati, ſcelus, qui hanc non properes deſtinare. *Siniſtro pede.*] improſpero omine, & inauſpicato. Si enim (vt Donatus, Virgilianus interpres, ſcitè inquit) dexter pes bonus eſt, proculdubiò ſiniſter malus accipiendus eſt. A contrario dixit Virg. in 8. Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo: hoc eſt, vt Ser. interpretatur, propitius, & proſpero omine. Diuus Auguſtin. quod mehercule ſcitu memoratúque eſt dignum, refert in epiſtolis, Phanionem dici boni pedis hominem, cuius aduentus afferat aliquid fœlicitatis. Sic, inquit, ſolemus dicere, ſecundo pede introiſſe, cuius introitum proſperitas aliqua conſecuta ſit. Illud obiter annotandum, in auguriis ſiniſtrum accipi pro proſpero & ſalutari: & ſiniſtras aues, quæ portendunt fœlicitatem. Autumat Feſtus Pomp. & Seruius, auſpicium ſiniſtrum à ſinendo dici, quòd nos agere aliquid ſinat. M. Varro in lib. Epiſtolicarum quæſtionum ait, ad ſiniſtram partem eſſe mundi exorientes, ad dextram occidentes: vnde factum arbitrantur, vt ſiniſtra meliora auſpicia, quàm dextra eſſe exiſtimentur. Idem ferè ſentiunt Capito & Cincius, vetuſtiſſimi ſcriptores. Plin. quoque fulmina læua, hoc eſt, ſiniſtra, refert proſpera exiſtimari: quoniam læua parte mundi ortus eſt. Idem Don. refert, in ſacris ſignis iccircò proſpera accipi, quæ ſunt læua, quia ſacrificantis, vel precantis latus læuum, dextrum eſt eius qui poſtulata largitur. Ex hac augurij conſuetudine dixit Ennius: Contonuit læuum bene tempeſtate ſerena. Et Ennium æmulatus Virgil. cecinit in ſerio opere: Subitóque fragore Intonuit læuum: ſignificare voluit ſiniſtrum, hoc eſt, proſperum factum eſſe augurium. E contrariò Græcis & barbaris dextra meliora videntur, quàm ſiniſtra. Vnde Homericus Aiax: Neſcio quid hoc modo nunciet: proſpera Iupiter his dextris fulgoribus edit. Quanquam haud ignoramus, vt inquit M. Tul. in 2. de Diuin. quæ bona ſint, ſiniſtra dici, etiam ſi dextra ſint. *Spes compendij.*] lucri. Contrà diſpendium ſignificat detrimentum. *Lupus.*] Nomen proprium negotiatoris. Aliàs dicitur inſtrumentum vncinatum, quod vulgus lingua vernacula graphium

vocat. Palladius lupos ferrulas manubriatas interpretatur, numerátque inter ruſtica ferramenta. Aliás lupos dicimus frenos, & lupata, iuxta illud: Accipit ore lupos. De lupo piſce, & animali quadrupede, nemo eſt qui neſciat. *Magnarium.*] Non à regione quæ Magneſia dicitur, inclinatum eſt hoc nomen: ſed à magno, magnitudinéque negociationis: veluti famigeratus, clarus in obeundis magnis mercaturis.

Commodum.] Non parùm multæ particulæ ſunt in Latina lingua vſitatiſſimæ quidem, ſed paucis bene cognitæ, intellectæque: ſicut eſt aduerbiũ hoc, Commodũ, quod ſignificat tunc, id temporis, eo momento. Qua dictione non ſolùm Apuleius noſter ſæpicule, ſed & Plau. & M. Tull. Gel. & omnis claſſicorum ſcriptorũ ordo vſus eſt. Donatus enarrans illud Terentianum ex Phormione: Id cùm hoc agebam commodùm: dixit aduerbium eſſe temporis, & tantùm ſignificare. Idem alicubi apertiùs & planiùs exponit, Commodùm huc aduerterat, ipſo eodémque tempore. *Ad balneas.*] Propriè & ſignificanter fœminino genere balneas publicas appellamus, cum priuata neutro genere balnea appellitentur: quod docet M. Varr. Et ita ferè ſemper apud idoneos auctores inuenies dici

Ego igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodùm veſpera oriẽte ad balneas proceſſeram. Ecce Socratem contubernalẽ meum conſpicio: humi ſedebat, ſciſſili palliaſtro ſemiamictus, penè alius, lurore ac miſera macie deformatus: qualia ſolẽt fortunæ deterrima ſtipes in triuiis errogare. Hunc talem, quanquam neceſſarium & ſummè agnitum, tamẽ dubia mẽte propiùs acceſſi. Hem (inquam) mi Socrates, quid iſtud? qua facies? quod flagitium? At verò domi tuæ iam defletus & conclamatus es: liberis tuis tutores iuridici prouincialis decreto dati: vxor præſolutis feralibus officijs, luctu & mœrore diutino deformata, diffletis penè ad extremam captiuitatem oculis ſuis: domus infortunium, nouarum nuptiarum gaudijs, à ſuis ſibi parentibus hilarare compellitur. At tu hic laruale ſimulacrum cum ſummo dedecore noſtro viſeris.

dici pro publicis thermis. Attamen M. Tul. balneas vocat, balnea Marci Bruti priuata. Sic enim ait in 2. de Orat. Quàm multa de balneis, quas nuper ille vendiderat. Idem in oratione pro Cluentio: Eas, inquit, balneas non ex libris patris sed ex tabulis, & ex censu quærere. Græci βάλανον appellant, ab eo quòd anxietatem pellat ex animo: quod & diuus Aug. testatur libr. 9. Confessionum, & nos fusiùs scripsimus in commentariis Suet. vnde nostri balineum dicunt, & per syncopam balneum. *Ecce.*]Proprium Ciceroni & Virg. hoc est, in rebus improuisis & repentinis: vt, Ecce autem gemini à Tenedo: &, Ecce trahebatur passis Priameïa virgo. *Palliastro.*]A pallio, quæ Græcorum vestis est, vt toga Romanorum, inclinatur palliastrum: cuiuscemodi nomina autumant Grammatici significare diminutionem. & profectò quædam sunt in aster, vel in astrum definentia, quæ diminutionis regulam seruant: vt surdaster, quasi obsurdus: & recaluaster, modicè caluus. Cic. in 5. Tuscul. Erat, inquit, surdaster M. Crassus. In Leuitico ait Moses: Et si à fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est. Vnde & recaluatio dicta, non plenum caluitium, sed pusilla capillorum deglabratio. Itidem palliastrum accipi videtur, pro pallio mutilo & breuiculo. Compluscula tamen sunt ex hoc inclinatu deriuata, quæ imitationem potiùs significant, quàm diminutionem: vt Pinaster, quo non parua pinus significatur, sed (vt ait Plin. in 16.) nihil aliud est, quàm pinus syluestris mira altitudine. Ita apiastrum, quod herbæ genus melissophyllon Hyginus vocat. Ita mentastrum, quæ menta syluestris est. Consimiliter à Cic. dicitur Fuluiaster & Antoniaster, contra Priscia. sententiam, quasi Fuluiæ Antoniique imitator. Et à Ter. in Adelphis parasitaster dictus, non tam paruus parasitus, quàm æmulus imitatórque parasitorum. De palliastro in Floridis: Niceno procinctu palliastri magistratum in secreto defendisset. *Scissili.*]lacero, & diuulso. Aliàs scissile dicitur, vt fissile, quòd facilè scindi potest. *Semiamictus.*]Ex hoc apertè liquet, palliastrum, pusillum & breue pallium significare, quo Socrates non totus vestiebatur, sed semiuestibus conspiciebatur. *Liuore.*]squallore, & pallore buxanti. Est enim luridus, supra modum pallidus: vnde rana lurida Varroni, & venena lurida poëtis dicuntur. *Deformatus.*]sentus, incultus, & dehonestamento formæ demutatus. Aliàs deformare, est figurare, fabricare, & noua forma insignire. Victruuius in 5. Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. *Stipes erogare.*]Significat, contubernalem ad incitas, hoc est, egestatem fortunæ fulminantis sæuitia redactum esse, adeò vt mendicare cogeretur. Quod genus

homines Plautus eleganter appellat mendicabula : & Laberius mendicitatem dixit mendicimonium. In triuiis autem potiſſimùm mendici ſtabulantur, vtpotè locis frequentioribus, per quę vltrò citróque commeant homines negotia obeuntes. *Quanquam neceſſarium.*] quamuis mihi neceſſitudine contubernalitatéque coniunctum, & conſequenter cognitiſſimum. Neceſſarij enim dicuntur , qui iure affinitatis familiaritatiſve coniuncti ſunt: vt docet Gellius lib. 12. Noctium Atticarum. *Quæ facies.*] Admiratur in Socrate contubernali tantam deformitatem, tantámque vultus ac totius corporis illuuiem. Eſt enim facies, forma omnis , & modus & factura quædam corporis totius, à faciendo dicta: auctor Gellius in 12. Plaut. quoque in Pœnulo, faciem pro totius corporis coloriſque habitu dixit , his verſibus. Sed earum nutrix qua ſit facie mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo eſt. Aquilum corpus à colore aquilo dictum, qui fuſcus eſt, & ſubniger, ab aqua nominatus. Cæterùm quotidianæ locutionis conſuetudo faciem vſurpat pro oris ſpecie , quod Græci πρόσωπον dicunt, in quo ſignificatu eſt illud Plin. ex 11. Facies homini tantùm, cæteris os, aut roſtra. *Defletus.*] Deploratus, delamentatus. Participium, ab eo quod eſt fleor, vt ait Ser. Vir. Tum membra thoro defleta reponunt. *Conclamatus es.*] tanquam de vita tua tranſactum, finitúmque ſit. Donatus enarrans illud Teren. ex Eunucho, Iam conclamatum eſt: modò interpretatur tranſactum ac finitum , vt corpora nihil reliqui habent ad vitæ officia : modò manifeſtum , vt in conclamatis funeribus nulla dilatio eſt doloris ac luctus , Conclamatum pro ſatis deploratum, ſatíſque vociferatum eſſe exponit. Ser. verò in expoſitione illius hemiſtichij 6. Æneid. Pars calidos latices : ait morem fuiſſe apud veteres , vt mortui calida aqua abluerentur , & per interualla conclamarentur , propterea quòd ſolet plerunque vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere: idcóque ſeruabantur cadauera ſeptem diebus , & calida aqua abluebantur, & poſt vltimam conclamationem comburebantur. Et hinc tractum eſſe refert illud Terentij : Deſine, iam conclamatum eſt. Conſimile eſt illud Lucani ex 2. Pharſaliæ : Corpora nondum Conclamata iacent. *Iuridici prouin.*] Iuridicus prouincialis ſignificatur is magiſtratus, qui ius dicit in prouincia , ſiue is prætor ſit, ſiue proconſul, ſiue prę ſes, ſiue alius qui prouinciam regat. Titulus eſt apud Iuriſconſultos , de officio iuridici Alexandriæ, vbi ſic ait Vlp. Iuridico qui Alexandriæ agit , datio tutoris conſtitutione diui Marci conceſſa eſt. Senſus eſt, datos eſſe tutores

filiis

filiis Socratis,qui demortuus credebatur , ex auctoritate decretóque iuridici,qui prouinciam illius patriam regebat. Nam,vt refert Vlpian.titulo de iurisdictione iudicum,Ius dicentis latissimum est. Nam & pupillis non habentibus tutores constituere potest. Tutores autem sunt,vt docet Paulus lib.26. digestorum, qui vim ac potestatem habent tuendi eum , qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit:dicti quasi tuitores atq; defensores. Mutus & surdus tutor dari non potest. Tutorum alij legitimi,alij fiduciarij,alij honorarij nuncupati. Analogistas,siue analogos appellat tutores Iulianus Iurisc. eos , qui non tenentur reddere rationem administratæ tutelæ. Ius dandi tutores datum est,vt ait Vlp.omnibus magistratibus municipalibus. Prætor ipse se tutorem dare non potest.Illud semper constitit, præsidem posse tutorem dare , tam absentem , quàm præsentem : & tam præsenti,quàm absenti,necnon ignoranti,& inuito. *Liberis.*]Liberûm appellatione non solùm filij, sed nepotes continentur,vt tradit Vlpian.titulo de testamentaria tutela. Liberos, secundum Cassium,& vltra trinepotem accipimus. Antiqui oratores historicique etiam vnum filium,filiámve liberos multitudinis numero appellauerunt. Sempronius Asellio libro rerum gestarum quinto,de Tiberio Gracchio ita scripsit:Orare cœpit vt se defenderent, liberósque suos, eum quem virilis sexus tum in eo tempore habebat , produci iussit , populóque commendauit propè flens. *Feralibus officijs.*]Feralia officia appellamus,quæ inferis defunctísque exhibentur. Scribit Ouid.in 2. Fastorum,feralia dici diem mense Februario , qua feruntur iusta manibus parentum, & celebratis parentalibus placant animas defunctorum. Festus quoque Pomp.ait,feralia esse festa sacrata Dijs manibus, à ferendis epulis,vel à feriendis pecudibus appellata. Hinc fœdera feralia,& tedas ferales,& arma feralia dixit Lucan.pro mortiferis & pernicialibus: & ferales cultus Ouid.pro funebres & lugubres. Vxor apud veteres decem menses à funere maritali lugebat maritum , quia annus id temporis erat decimestris, vt docet Ouid.Scribit Seneca libro 7. Epistolarum annuum tempus fœminis ad lugendum constitutum fuisse à maioribus, non vt tandiu lugerent , sed ne diutius. Viris nullum lugendi legitimum tempus est , quia nullum est honestum. Lugentes diebus luctus erant in pellibus. *Deformata.*]deturpata,sordidatáque. *Diffletis oculis.*] Tandiu , támque continenter defleuisse fœminam significat , vt penè luminum siue oculorum captiuitatem orbitatémque pateretur. In hanc sententiam Quintilianus in

Digitized by Google

declamatione, quæ inſcribitur Inſepultus, ſic inquit: Cognita clade ratiſſimi vxor exempli totos effleuit oculos, fontémque illum perennium lacrymarum tantùm cæcitas clauſit. *Aſſus parentibus.*]patre & matre. Interdum parentes vulgari more, vt ait diuus Hieronymus, dicuntur affines & cognati, & ita nos vulgò vernacula lingua ſermocinantes vſurpamus. In hoc ſignificatu parentes appellat Spartianus, cùm ait: Omnibus parentibus ſuis tantam reuerentiam, quantam priùatus, exhibuit. Prætereà appellatione parentum omnes ſuperioris gradus vſque ad tritauũ quidam appellari aiunt: ſed Caius Caſſius, cui Vlpianus aſtipulatur, omnes in infinitum dici parentes aſſeuerat. *Nouarum nuptiarum gaudijs.*]luctus finiebatur nuptiarum cauſa. *Hilarare infortunium.*] exhilarare & diſcuſſo pectoris nubilo diſſerenare, ac noua immiſſa hilaritate diſcutere, & in lætiam gaudiúmque demutare. Hilaria veteres diem appellauerunt 8. Kalendas Aprileis, quo fit æquinoctium vernum: quo primùm tempore ſol diem longiorem nocte protendebat. perinde ac tunc primùm exordium lætiæ & hilaritudinis celebraretur: auctor Macrobius. Hæc hilaria ſignificauit Vopiſcus, ſic ſcribens in Aureliano: Hilaribus, quibus omnia feſta & fieri debere ſcimus, & dici impletis ſolennibus. *Suis ſibi.*]Vetus locutio eſt. ita Terentius: Suo ſibi hunc gladio iugulo: vbi exponit Donatus, veteres ſic ſolitos loqui. *Laruale ſimulachrum.*] Auguſtinus in 9. de Ciuitate Dei, Martianus Capella in Nuptiis Philologiæ, & noſter Apuleius in Dæmonio Socratis, laruas dici tradunt animas hominũ deprauatas, & malis vitæ meritis maculoſas: quæ à corpore ſeiugatæ terriculamentum ſunt mortalibus, & occurſacula nocturna. Hinc laruale ſimulachrum dicitur deformatum, pallens, luridum, euiſceratum, emaciatum, ac prorſus horrendum, ſicuti larua eſt. In Priapeijs ſcriptum eſt, Ad me nocte ſolet venire, & affert Pallorem maciémque larualem. Vbi annotandum, in carmine phalæcio larualem pronunciari debere per diereſim. A larua, laruati dicuntur, furioſi, & mente moti, quaſi laruis exciti. Apuleius in Apologia: Hunc denique, qui laruam putat, ipſe eſt laruatus. Idem: Tertium, inquit, mendacium fuit macilentam, vel omnino euiſceratam formam, diri cadaueris fabricatam, prorſus horribilem, & larualem. In hanc ſententiam eſt illud Sidonij Apollinaris: Facies veluti vmbris mœſtificata larualibus. Apud Horatium, quod neſcio an alibi facilè reperias, larua accipitur pro perſona, ſicut vulgò vſurpatur eo verſu: Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.

Ariſto-

*Aristomene, inquit, nætu fortuna-
a lubricas ambages, & instabiles
rsiones, & reciprocas vicissitudines
ras? Et cum dicto, sutili centuculo
em suam, iamdudum punicantem
pudore, obtexit: ita vt ab vmbili-
ube tenus, cætera corporis renuda-
Nec denique perpessus ego tam mi-
im ærumnæ spectaculum, iniecta
nu, vt adsurgat enitor. At ille, vt
t capite velato: Sine, sine, inquit,
atier diutius tropæo Fortuna, quod
t ipsa, effeci sequatur. Et simul v-
n ex duabus lacinijs meis exuo,
que properè vestio (dicam, áme
ego?) & illicò lauacro trado: quod
tui, quod tersi, ipse præministro,
lium enormem eluuiem operosè ef-
o. Probè curato, ad hospitium, lassus
, fatigatum ægerrimè sustinens per-
o, lectulo refoueo, cibo satio, poculo
go, fabulis permulceo.*

Aristomene.] vocatiuus casus est, qui apud veteres salutatorius quoque vocabatur. Verba sunt Socratis respondentis amico Aristomeni. Ita enim nominabatur sermocinator hic, introductus à Lucio nostro. *Fortunarum lubricas ambages.*] Sæpe diximus, sæpe annotauimus, fortunam volubilem, vagam, inconstantem, lubricam, brutam appellari: quam antiqui sine pedibus esse dixerunt, eámque in pila stantem figurantes, manuatam pennatámque fecerunt: quæ cùm
ius porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. Forrum autem pluraliter dixit, quia multiplex est multinomique fortuna, sicuti à nobis scriptum est in libro De fœlicitate. ert Macrobius, simulachra Fortunarum apud Antium conri solita ad danda responsa. Papinius quoque Syluula quadã nestinas sorores appellauit Fortunas, quæ apud Prænestę sub ie sororum colebantur. Romæ fuit ara malæ Fortunæ in uiliis, & nos olim ludentes scripsimus in libello elegiaco: ortuna mala, est conuertens, est bene sperans: Fortis habet en, mascula culta Dea est. Vt tua multiiuga est variæ & nu sa potestas, Sic sunt multa tibi nomina facta Deæ. In cœlo ἀγαθὴ τύχη καὶ κακὴ τύχη, id est, bona fortuna & mala fortuna: or Iulius Firmicus. Aliàs fortunæ pro diuitiis opulentiisque iuntur. *Cum dicto.*] Frequens & penè peculiaris Apuleij lo-

cutio,quæ ſignificat ſtatim poſt verba, & vixdum finito ſermone.*Sutili centuculo.*]Quod ſuprà palliaſtrum ſciſſile dixit, modò ſutilem centuculum appellat,à centone κεντονίσκος, id eſt, per diminutionem deducto vocabulo. Eſt autem cento veſtis craſſior,villórque,ex pannis diuerſorum in vnum conſutis coagmẽtatíſque, cuius vſus in re militari apud veteres fuit frequentiſſimus,ad incendium arcendum. Hinc præcipit Vegetius lib.4. turres & vineas, quæ machinæ ſunt militares, centonibus eſſe aut crudis coriis extrinſecùs operiendas, communiendáíque,ne immiſſo concrementur incendio. Cæſar quoque commentario belli ciuilis Pompeiani ſecundo refert, in oppugnatione Maſſiliæ turrim latericiam à ſuis ſtructam fuiſſe,cui centones inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulatione perfringerent,aut ſaxa ex catapultis latericium diſcuterent. Idem in ſtructura muſculi, quæ & ipſa machina oppugnatoria eſt,ait coria inducta fuiſſe,ſuper coria centones iniectos,ne igni ac lapidibus corrumperetur. Docet Portius Cato,centones fieri ex veſtimentis familiæ veteribus,cùm ait:Quotienſcúnque tunicam aut ſaga familiæ dabis, priùs veterem accipito, vnde centones fiant, Macrobius in 1.Saturnalium centones accipit pro veſte ſtragula, lectíque operimento,cùm ait: Scrophæ cadauer ſub centonibus collocat,ſuper quos vxor cubabat. Laus ſarcinatoris eſt,ſi bene centonem ſuere nouerit,quia ex diſſimilibus minutíſque conſarcinatur.Hinc illud,Lucianum ſarcinatorem eſſe ſummum,ſuere centonem optimè.Conſimiliter cento apud Iuuenalem accipitur pro veſtitu familiari, craſſo & ſordido, ſic ſcribentem: Intrauit calidum veteri centone lupanar. Centonibus enim inuoluta veſtitáque Meſſalina,ibat in luſtra,nę agnoſceretur. Seneca quoque in 11.Epiſtolarum ait : Diurnum accipit, in centuculo dormit.Vbi centuculus pro vili & plebeia veſte ſtragula vſurpatur. Frontinus & Liuius centuculos accipere videntur pro dorſualibus & inſtratis iumentorum.Similitudine veſtis centunculi,herba centunculus dicta,de qua ſcribens Plinius noſter,innuit centunculum eſſe penulam.Cuius verba ſubſcripſi ex volumine 24 quæ ſunt hæc:Itali centunculum vocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis.Propterea cẽ to,vt ſcienter docet Auſonius,eſt opuſculum ſtructum ex variis diuerſíſque carminibus, cuius ſtructura ita ſolidatur, vt coẽant aut cæſi duo verſus,aut vnus & ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum eſt.Ita ipſe centonem formauit nuptialem,ex filiis poëmatis Maroniani conſutum. Hinc Homerocentõnas & Virgiliocentõnas legiſſe ſeſe, diuus Hieronymus refert in pro-

rologo veteris instrumenti, significare volens opuscula con-
a ex Homeri Virgiliique carminibus, transducta accommo-
que ad sensum conditoris. Sutilis autem dicitur centuculus,
sutus, contextúsque, à suendo. Cymbam Charontis subtilem
at poëta, hoc est (vt exponit Seruius) intextam, sutámque. *Pu-
ntem præ pudore.*] rubentem ob verecundiam. Puniceus enim
or ruffus est, & exuberantiam splendorémque significat ru-
is. Græcè dicitur φοινικοῦς: auctor Gellius in 2. Facies autem pu
undi verecundíque hominis erubescere consueuit, quoniã (vt
uit Arist. in Problematis) sanguis de corde in omnes corporis
tes diffunditur pudentibus, ita vt superficiẽ occupet. Est autẽ
ecundia bonũ, vt dicit Seneca, in adolescente signũ, & (vt di-
e solebat Cynicus Diogenes) rubor, virtutis est color. Nihil
se mollius ore Pompeij, annotauerunt eruditi, qui nunquã nõ
am pluribus erubuit, vtique & in concionibus Plaut. in Asin.
ecundum esse decet adolescentem Argyrippe. Quintilianus
ecundiã vitium esse dicit, sed amabile, & quod virtutes gene-
. *Pube tenus.*] vsq; ad pubẽ. Hæc particula iungitur cum ablati
singulari numero: vt, Capulo tenus abdidit ensem. Plurali ve-
cum genitiuo, vt, Crurũ tenus à mento palearia pendent: quo
loco, vt Prisc. ostendit, vsus est poëta hellenismo. Plin. quoque
it: Corporũ tenus curiosus. *Fruatur tropæo fortuna.*] Verba sunt
cratis ærumnosi, Aristomeni respondentis, sinendũ esse fortu-
m de seipso triumphare, & ipso trophæo diutissimè frui. Tan-
am ipse sit trophæum fixum à victrice fortuna: sicut trophæa
i solebant à victoribus, vt essent monumenta victoriarũ sem-
erna: quæ vetustate consumpta nephas erat refici ac resarciri,
docet Plutarchus in quæstionibus. De trophæis affatim scripsi
is in 1. Tranquilli commentario: illinc poteris siquid desideras
ituari. *Ex duabus lacinijs.*] vestibus. Est autem propriè lacinia,
inquit Sextus Pompeius, pars vestimenti flexuosa sinuosaque.
de lacinioſum deriuatur, quod tortuosum implicatúmque si-
ificat. Hinc lacinioſa oratio, Hierouymo: & lacinioſus fibris
ẽdes in ostreis, Plin. Lacinioſa cõuallis Apuleio dicta. Et aduer
i inde fit laciniatim, quod significat in lacinias. Columella pre
it gregẽ pecoris ouilli in lacinias distribuendũ: hoc est, in pat
ulas, &, vt aduerbialiter dicã, particulatim, videlicet à lacini is,
æ partes sunt vestimentorum, & interdum pro tota veste ac-
piuntur. *Quod cursui.*] Emenda, quod tersui. Significat e-
n, se ministrasse amico balnei vtensilia: videlicet ampul-
n oleariam, & strigilem, & linteam teritoriam, quibus ad
gendum vtebantur. *Enormem eluuiem.*] immodicam spur-

ciciem & illuuiem. Plin. & Iuuenalis, eluuiem dixere fœculentiã cloacalem. *Probè curato.*]cum diligenter lotus curatúſque eſſet. *Lectulo refoueo.*]cibo ſatio. Homœoteleuton, & homœoptoton, quæ Latinè dicuntur ſimiliter deſinens, ſimiliter cadens. Exornationes ſunt, quæ rarenter interſparſæ, concinniorem faciunt feſtiuiorémque elocutionem, in quibus nitidus eſt & prępollens Apuleius: ſi immodicè hæc fiant, tranſeũt in vitium, vt in quarto Rhetoricorum proditum eſt. Ideóque dixit A. Gellius, inſipida & inertia & puerilia eſſe id genus in collocandis verbis ſcitamenta, ſi immodicè fiant, & rancidè, ſicut facetiſſimè luſit Lucilius. Sed ad propoſitum: Omnis animi impetus, omníſque triſticia cibo mollitur, potúque diſcutitur. Vinum diſſipat curas edaces, vt ait Horatius: & Plinio teſte, ſomno eſt accommodatum, ac ſecuritatibus. Et hoc fuit illud poculum Nepenthes, quod Helena illa Homerica Telemacho miniſtrauit, quod obliuionem triſtitiæ, veniámque afferebat: quod vtique foret cunctis mortalibus ab Helena propinandum. Sed de hoc Nepenthe, quod ſine luctu ſignificat, plura in libro Annotationum.

Ad lubentias.]A lubendo, ſiue libendo, lubentia, & libentia dicta eſt, vt docet M. Varro libr. 2. Lat. ling. Plau. in Aſin. Lubentiorem te faciam, quàm lubentia eſt. Lubentias appellat hilaritates, lætitias, & voluptates ſermonum & iocorum, ad quas iam procliuem factum eſſe Socratem, ſe iugata pauliſper triſtitudine, ſignificat. A. Gellius in 14. Nam cui lubentiæ gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ

Iam ad lubentias procliuis eſt ſermonis & ioci, & ſcitũ eſt cauillum: iam dicacitas timmula: cùm ille imo de pectore cruciabile ſuſpiriũ ducẽs, dextra ſæuiẽte frontẽ replaudẽs, Me miſerum, inſit, qui dum voluptatẽ gladiatorij ſpectaculi ſatis famigerabilis cõſector, in has ærumnas incidi. Nam, vt ſcis optimè, ſecundum quæſtum Macedonia profectus, dum menſe decimo ibidem attentus ſummatior reuertor, modico priùs quàm Lariſſam accederem, per tranſitum ſpectaculum obiturus, in quadam auia & lacunioſa conualle à vaſtiſſimis latronibus obſeſſus, atque omnibus priuatus, tandem euado: &, vt potè vltimè affectus, ad quandam cauponam Meroën anum, ſed admodùm ſcitulam, deuorto, eíque cauſas & peregri-

nationis

ionis diuturnæ, & domuitionis an-
,& ſpoliationis diurnæ aperio.

ſint, quíque illarũ omnino expers ſit.

Scitum cauillũ.]

ans & facetæ cauillatio,iocatióque. Cauillum enim pro ca-
tione & irriſione accipitur: auctor Feſtus:& cauillari,eſt io-
Quæ Græci ſophiſmata vocant,Cicero & Seneca cauilla-
es interpretantur. *Dicacitas timnula.*]Dicacitas,ſicuti docet
ntil. in 7. propriè ſignificat ſermonem cum riſu aliquos in-
ntem. Ideò Demoſthenem vrbanum fuiſſe dicunt,dicacem
int. A dicendo ducta eſt. Hac potiſſimùm vtuntur ſcurræ:
: dicacitas ſcurrilis appellata, quæ oratori magnoperè fu-
da eſt. Duo ſunt genera facetiarum, vt inquit Cæſar,& Ci-
n 2.de Oratore: alterum fuſum, alterum peracutum. Illa à
ibus ſuperior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata eſt.
d veteres Ganio præcone nemo dicacior fuit,de quo multa
lius, & non pauca M.Tullius in oratione pro Cn.Planco.
Naſicæ non pepercit.Idem M.Druſum,hominem potentiſ-
m,dicacitate pulſauit. Idem L.Craſſi & M.Antonij orato-
voluntates aſperioribus facetiis ſæpe perſtrinxit impunè.
ula.] ſonora,& obſtrepera, ſublatiore ſermone. Tinnire eſt
re,verbum fictum ex onomatopœia: vnde tinnitus aurium.
in 29. Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermo-
le ſe receptum eſt. *Fremitem replaudens.*]manu repercutiens,
;énſque,capillis reiectis.Quod in luctu triſtitiáque vſitatum
laudo enim, quod & plodo dicitur, manibus pulſo & ſtre-
n facio:vnde Plauſus dictus, quo boni excipiebantur, cùm
exſibilarentur. Hinc complodere,ſupplodere,explodere,
dere deriuantur, quæ inter ſe finitima, vtpotè ab eodem
deriuata, aliquo tamen interſtitio diſcriminantur: quod
uarum lectionum curioſo facilè liquet, & à nobis perinde
legendo fuerint obuia,annotabuntur. *Infit.*]inquit,aliàs in-
In carmine Næuiano legimus, Fieri impendio infit:pro,
mpenſè incipit. *Famigerabilis.*] inclytus,clarus,opulentus.
gerabilis enim, & famigeratus, in eodem ſignificatu,pro
obilis & fama notus vſurpatur. Famigeratores autem di-
ir rumigeruli, quaſi famæ rumorúmque geſtores, ſemina-
re, de quibus Plautus in Trinummo:Ego de verbis eorum
geratorum inſcius proſilui, Amicum caſtigatum innoxiũ,
ſi exquiratur vſque ad ſtirpem auctoritas, Vnde quicquid
um,niſi id appareat, famigerator ne ſit cum detrimento &
o. *Ærumnas.*]calamitates,laboréſque. Animus æquus

Digitized by Google

optimum eſt ærumniæ condimentum , vt inquit Plautinus ſeruus. *Secundum quæſtum.*]poſt factum lucrum.Secundum enim aliquando ſignificat iuxta,& poſt. Liuius:Secundum orationem prætoris murmur ortum.Idem,in epiſtolis ſolitum ſcribi ſecundum ſalutem,teſtis eſt hiſce verbis: Prætores Syracuſani Marcello ſecundum ſalutem,vt aſſolet:pro eo quod eſt,poſt ſalutem M. Tull,in epiſtolis ad Quintum fratrem: ille mihi ſecundum te & liberos noſtros ita eſt, vt ſit penè par. Idem in ſecundo Officiorum:Proximè & ſecundum Deos,homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt,id eſt,poſt Deos. Secundũ flumina dixit Virg. pro iuxta. Secundum aurem pugione percuſſum fuiſſe M.Marcellum,ſcribit Seruius Sulpitius:quod ſignificat, iuxta aurem,ſiue poſt aurem. Accipitur aliquando ſecundum,pro eo quod eſt, pro: vt,Secundum te litando,pro te. Notiſſima eſt illa ſignificatio,ſecundum Plaut.ſecundum Ariſtot. Lucanus:Secundum Emathiam lis tanta datur. Græci in hac ſignificatione dicunt,vt ait Priſcianus,κατὰ, ἐν μετά. *Macedonia*] Caſus eſt ablatiuus.olim Emathia dicta,duobus inclyta legibus , Philippo & Alexandro: quondãmque terrarum imperio famigerata , cui Macedo Deucalionis nepos nomen indidit : auctor Solinus in Polyhiſtore. *Nummatior.*]pecunioſior,& nummis ſuffarcinatus.Qui benè nũmatus eſt,is more Romano dicitur diues : vt feſtiuiter iocatur M.Tull.in epiſtolis ad Trebatium. Stoici verò dicunt,omnes eſſe diuites,qui cœlo & terra frui poſſunt. *Lariſſam.*] Ciuitatem Theſſaliæ ſignificat,quam Penſilem & Pelaſgiam cognominãt, à qua Latiſſæus Achilles dictus. Multas autem fuiſſe Lariſſas,ex multiplici lectione diſcimus. Fuit enim Lariſſa in Creta, & in Aſia:altera iuxta Cymam,In agro quoq; Attico Lariſſa eſt.Trallianus quoque vicus nomine Lariſſa , à qua Lariſſus Iupiter cognomen ſumpſit. Eſt & Lariſſa pagus monti Hæmo finitimus. Quin etiam in Peloponneſo Argiuorum arx Lariſſa memoratur, quam Cyclopes condiderunt , quos Gaſtrochiras, id eſt,ventrimanos vocant,quoniam ſuo artificio alebãtur. ob hoc Lariſſęus apex appellatur à Statio arx Argiuorum: qui alibi dixit,Cyclopũ fabricatam manu. *Obiturus.*]edituru s,ſpectaturus. *Auia conualle.*] inacceſſa & difficili.Auia enim loca dicuntur,ſine via,& ob hoc imperuia,minimèque commeabilia. Lucretius: Auia Pieridum peragro loca,nullius antè Trita ſolo.Et homo auius,longè à via remotus. Item,auius,à vera longè ratione vagatus. Hinc illud per annotationem ſiue traiectionem celebratum,Auium dulcedo ad auium ducit. *Laciniosa.*] flexuoſa & plicatili , ſicut iam docui-

ocuimus. *Vltimè affectus.*]ad extremã redactus calamitatẽ vel mia laſſitudine defectus,exhauſtúſve. *Meroë.*]Nomen eſt cauonæ ex re fictum, tanquam eſſet merobiba. Sicut apud Auſoium iocus eſt de fœmina bibaciſſima,cui ideò Meroës nomen ditum facetiſſimè ludit,quia vinum dilutum non bibebat,pore immixtum ſueta,merúmque merum. Aliàs Meroë inſula t clariſſima Niliacarum inſularum,in qua & ciuitas cognomi s à matre Cambyſæ regis nuncupata. *Scitulam.*]elegantem & gutulam. Nec enim ad corporis formam referri poteſt,cùm ſet anus, & interdum hæc diminutiua vrbanitatis & blandiienti cauſa vſurpantur. *Deuorto.*]diuertor,accedo veluti ad dierſorium. Frequentiſſima apud Apuleium locutio.Inde taberna diuerſoria Plauto,in quam viatores diuertunt. M.Tullius dierſores decenter appellat eos, qui in tabernam cauponámque iuertuntur:& eſt propriè verbum viatorum. *Domuitionis.*]Comonunt dictiones ex duabus integris, vt tribunuſplebis: aut inegro & corrupto,vt maleuolus,extorris:aut ex corrupto & intero,vt noctiuagus:aut ex duobus corruptis, vt pediſſequus, pinirapus:auctores Quint.& Priſc.Domuitio copulatur ex corruto & integro,quaſi domumitio. Significat autem reditum ad enates.Itiones autem dici,ſicut reditiones,& abitiones,teſtis eſt Terentius,qui ait in Phormione: Hæccine erant itiones crebræ & manſiones diutinæ? Hac dictione deinde vt elegantiſſima vitur & M.Tullius,qui ſic ſcribit in primo de Diuinatione: Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domuitionem dari. Domicœnium nouo vocabulo finxit, non magis licenter quàm lecenter, Epigrammatiſta Martialis pro cœna domeſtica. *Spoliationis diuinæ.*] Lego diurnæ. Diurnam enim appellat ſpoliationem,quam de die paſſus erat: cùm rarenter homines de die ſpoiari ſoleant, nocturnæ verò ſpoliationes & graſſaturæ ſint crebrrimæ.

Et dum miſerè refero,quæ memini,illa me quàm humanè tractare adorta, cœnæ gratæ atque gratuitæ,ac mox, vrigine percita cubili ſuo applicat. Et ſtatim miſer,vt cum illa acquieui,ab vnico congreſſu annoſam ac peſtilentem cõ-

Cœnæ gratæ.] Senſus ſic ordinatur: Applicat me cœnæ gratuitæ, pro qua nulla mercẽdula exigebatur. *Vrigine percita.*]ardore libidinis extimulata, & tentigine veluti,

quadam concita. Est enim vrigo, vredo quædam, & pruritus libidinis, ab vrendo dicta. *Ab vnico congressu.*] Pudenter concubitum significat. *Annosam ac pestilẽtem.*]

traho: & ipsas etiam lacinias, quas boni latrones contegendo mihi concesserant, in eam contuli: operulas etiam, quas adhuc vegetus saccariam faciens merebam. Quò me ad istam faciem, quam paulo antè vidisti, bona vxor & mala fortuna perduxit.

Cauponam intelligit, ex cuius vetulæ concubitu se contagione quadam pestilenti infectum esse significat. Anatem veteres appellauerunt morbum anuum, id est vetularum: sicut senium, morbum senum. Anus autem dicta est ab annorum multitudine vel quòd iam sit sine sensu, qui Græcè dicitur νοῦς. Aniculatum enim propria est deliratio. *In eam contuli.*]Significat se pro pretio concubitus, quicquid vestium sibi reliquerant latrones, dono dedisse cauponæ. *Operulas etiam.*]scilicet contuli in cauponam. Qua dictione significat reculas quasdam operosè fabrefactas, quas acquisiuerat dum exercet sagariam negociationem. Ab opera hypocoristicôs fit opella & operula. Quid autem sit facere sagariam, copiosè explicauimus in libro Annotationum: vbi hic quoque locus enarratur. Verũ, quia (vt ait Plato) non nocet bis idẽ dicere, & Græcũ prouerbium est, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν, id est, bis térque pulchra dicenda: scito sagariam nuncupari negotiationem, vocabulo à sagis inclinato, quando scilicet saga & alia id genus vestimenta emimus & distrahimus lucri faciendi causa. Quod iurisconsulti euidenter docent, apud quos tit. pro socio, talis casus explicatur: Quidam sagariam negotiationem inierunt, alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit, suámque pecuniam perdidit: serui quoque eius vulnerati sunt, résque proprias perdidit. Dicit Iulianus, damnum esse commune. Tit. quoque de tributoria actione sic scribitur: Duas negotiationes exercebat, putà, sagariam & lintearium. Dicitur autem sagaria simpliciter, & significatur huiuscemodi negotiatio, sicuti nomine linteariæ intelligitur negotiatio linteorum. Itidem absolutè dixerunt argentariam, sequestriariam, aliáque consimilia. Sagariam autem, quàm saccariam, legere malim. Quod si nihil placet immutare, saccaria in eodem significatu accipietur, quasi à saccis deriuata, quæ sunt viliora vestimenta. Aliquando sacci, & per diminutionem sacculi, & saccelli, sunt nummorum receptacula, vt docet Pedianus Asconius. Saccariũ

Vlpia-

Digitized by Google

Vlpianus titulo de contrahenda emptione, accipit non pro negotiatione saccorum, sed pro baiulo, scribens: Si quid ex sacco saccarii cecidisset. *Merebam.*] parabam, acquirebam. *Bona vxor.*] Eironicôs caupona significatur, quæ illi fuit detrimentosa, cuius concubitu perinde ac vxoris potitus est. *Mala fortuna.*] propter latrocinalem spoliationem. Romæ fanum malæ Fortunæ fuit in Exquiliis, Græcè dicitur κακὴ τύχη.

Pol quidem tu dignus, inquam, es extrema sustinere, si quid est tamẽ nouissimo extremius, qui voluptatem venereã & scortum scorteum lari & liberis prætulisti. At ille digitum à pollice proximum ori suo admouens, & in stuporem attonitus: Tace, tace, inquit. & circumspiciens tutamenta sermonis: Parce, inquit, in fœminam diuinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas. Ain' tandem? inquam: potens illa & regina caupona quid mulieris est? Saga, inquit, & diuinipotens, cœlum deponere, terram suspendere, fontes durare, mõtes diluere, manes sublimare, Deos infirmare, sidera extinguere, tartarum ipsum illuminare.

Extrema.] suprema exitia. *Nouissimo extremius.*] tanquam nihil peius deteriúsque inueniri possit ea labe, cladéque, quam perceperat ex complexu cauponæ: quod facinus illi extremũ, & pessimo peius fuit, quod & vltimo loco perpetratum contigit. Nouissimum enim extremum significat. Quod verbum (auctore M. Varrone) Lælius & senes aliquot, quòd nimis nouum esset, vitauerunt: & sicut à vetere, vetustus ac veterrimus, sic à nouo declinatur nouissimum, quod est extremum; sic ab eadem origine nouitas & nouitius. Autumat Gellius, libro 9. Noctium Attic. M. Ciceronem noluisse vti isto verbo, tanquam non Latino, & improbo. Sed (quod pace veniáque tanti viri dictum sit) M. Tullium vsum esse hoc verbo obseruauimus, sic scribentem in Oratore: Nec in hac modò re, quæ ad vulgi sensum spectet, & ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad iudicandum nouissima. Verùm sicut ille qui semel risit, nunquam risisse traditur: ita qui semel ac dictione vsus est, haud immeritò dici poterit ea nunquam vsus fuisse. Nam, vt inquit Asconius, semel, vicinum est a prope nunquam. *Scortum scorteum.*] Scorta dici meretrices: & scorteã,

meretriculas ducere, nemo est qui nesciat: à pelle, quam antiqui dicebant scortum, ducto verbo: quia sicut pelliculæ subigantur. Scortea quoque dicimus ea, quæ ex corio ac pellibus sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis nefas erat aliquod scorteum adhiberi. Proinde Ouidius in Fastis ait: Scortea non vlli fas est inferre sacello. In Attellanis fabulis licebat antiquitùs animaduertere, rusticos ioculariter dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam. Donatus enarrans illud ex Eunucho, Fortè habui scortum: ait, abdomen, quod in corpore fœminarum patiens est coitus, scortum dici. Vel ἀπὸ τοῦ σκιρτᾶν, quòd Græcè est, palpitare, quod faciunt meretrices crissando, vt ita concinniorem Venerem exhibeant viris: aut vt sibi abigant conceptum semen, quod in vulua fœminæ in ipso coitu non se mouentis inhæresci. In commentariis Tranquilli docuimus, scorta dici diobolaria, quę duobus obolis, hoc est, vilissima mercedula conducuntur. Vbi emendauimus locum M. Var. mendosissimum. Festiuiter appellat Apulcius scortum scorteum, meretricem annosam, vietam, deformem, inamabilem, perinde atque esset instar pelliculæ & corij, rugosa, flaccida, languida, minimèque succulenta. Meretrices autem id genus sordidæ, duobus apud veteres vocabulis elegantibus appellantur, Scractiæ, & Scrupeæ. Dicuntur autem scractiæ ab excreando, quod vitium est in vetula: scrupeæ verò, siue scrupidæ, à duritie molestiáque lapillorum, qui scrupi, & per diminutionem scrupuli dicuntur. Hoc ideò transeunter apposui, vt emendares, intelligeréque illud Plautinum, quod refertur à Gellio in 3. Noctium Attic. Stratæ scruppæ destrato vuluæ sordidæ. tu corrige, Scractiæ scrupeæ. *Digitum à pollice proximum.*] Indicem significat, quo oti admoto silentium indicimus, commonemúsve quod maximè salutare est. Vnde & salutarem dictum esse à vetustis scriptoribus existimo, sicuti à Tranquillo, qui ait Augustum habuisse digitum salutarem sinistræ manus imbecillũ: vbi non parùm multa digna scitu annotauimus. Marcianus Capella & ipse sic scribit: Verùm quidam reditus puer ad os compresso digito salutari, silentia commonebat. Is digitus exprobrando & indicando vnde ei indicis nomen est, plurimùm valet. Quo vsum esse optimè Crassum oratorem, Cicero Quintilianúsque notificant. *Tutamenta sermonis.*] vt tutò loqui posset, ne quispiam arbiter clanculùm arbitraretur. Sic & Captiuus Plautinus: Secede huc, inquit, ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Sæpe enim dicuntur voces, quæ posteà mortiferæ fiunt ipsis sermocinatoribus, redúnque per iugulum, excipientibus delatoribus. Vnde illud in vsu vulgi frequens: Plures necat lin-

gua,

gua,quàm gladius.Sententiæ vulgari ſubſcribit verſus ille ſententialiter prolatus, ἡ γλῶσσα πολλοὺς ἐς ἄλεθρον ἤγαγε, id eſt, lingua multos egit in perniciem. *Parce in fœminam.*] abſtine à maledictis fœminæ, quæ arte magica pollens, meritò veluti diuina metuenda eſt. *Ne quam noxam.*] aliquod periculum & detrimentum. Aliàs noxa accipitur pro culpa & delicto,vt alibi latiùs explicauimus. *Ain'.*] Aíſne. *Regina.*]tanquam regia poteſtate præſtans. *Quid mulieris eſt.*]Scire te conuenit,cùm interrogatio per obliquum caſum,maximéque genitiuum profertur,contemptum ſignificari:vt, Quid hoc eſt hominis? Quid ornatus? Auctor Donatus. *Saga.*] Sagas dici mulieres,docet Porphyrius, magicarum herbarum ſcientes, tanquam ſatis agas, & multùm agentes. Tibullus:Pollicita eſt magico ſaga miniſterio. Lactantius, ſiue is Luctatius eſt, Papinij Statij commentator, ſagos clangores,in 8. Thebaidos interpretatur diuinos. Vnde præſagia,prædiuinationes mentis dicta.M.T.libro primo de Diuinatione:Sagire,inquit, eſt acutè ſentire, ex quo ſagæ,& ſagarij dicti, qui ſcire multa volunt:& ſagaces canes. *Cælum deponere.*] Quæ impoſſibilia naturaliter ſunt, ait effici poſſe poſſibilia,poteſtate & vi ſagæ mulieris. Et hoc totum decenter poſitum eſt per antitheta, ſiue contrapoſita, quæ in ornamentis elocutionis, vt inquit Auguſtinus in 8.de Ciuitate Dei,ſunt decentiſſima.Eſt & in hoc loco exornatio illa,quæ dicitur Similiter deſinens,Græcè homœoteleuton.Eſt & figura Grammaticalis diſſolutum ſiue diſiunctio,quod Græcè dicimus dialyton,& aſyntheton. *Montes diluere.*]Quod eſt aquarum & liquoris. *Deos infirmare.*]Mundior & purior lectio eſt, infimare, quod eſt infimos facere. Idem ait in Dæmonio Socratis: Ingenia illa ad beatitudinem ſublimata ſint, hæc ad miſerias infimata. Sublimare autem & infimare inter ſe oppoſita decenter attende, ſicuti Manes & Deos.Manes enim inferni ſignificantur, Dei verò ſuperni. De Manibus ſatis multa in commentariis Propertianis. *Tartarum.*] Plato in Phædone Tartarum eſſe ſcribit barathrum in profundo terræ & inferorum, ex quo origo ſit omnium aquarum & fons, & quò confluant flumina. Quod impoſſibile ait eſſe Ariſtot. apertè diſſidens à præceptore lib 2. Meteororum.Poëtæ Tartarum appellant carcerem inferorum. De quo Tertullianus in Apologetico ſic:In imum Tartarum demerſerit,quem carcerem pœnarum infernarum cum multis affirmatis. A Tartaro,tartareus & tartarinus deducitur.Hinc illud:Corpore tartarino prognata paludevirago.Tartari origo,vt ait M.Varr.Græca

eſt.namq; ἀπὸ τῆς ταραχῆς, id eſt perturbatione dicitur, quia illic omnia perturbata: vel ἀπὸ τοῦ ταράζειν, quod ſignificat tremere & frigere. Ex Tartaro, vt ait Plato, nunquã egrediuntur nocentes.

Oro te, inquam, aulæum tragicum dimoueto, & ſiparium ſcenicum complicato, & cedo verbis communibus. Vis, inquit, vnum vel alterum, imò plurima eius audire facta? Nam, vt ſe amens efflictim, non modò incolæ, verùm etiam Indi vel Æthiopes vtrique, vel ipſi Antichthones, folia ſunt artis, & nugæ meræ. Sed, quod in conſpectu plurimum perpetrauit, audi. Amatorem ſuum, quòd in aliam temeraſſet, vnico verbo mutauit in feram caſtorem: quòd ea beſtia captiuitati metuens, ſe ab inſequentibus repræciſione genitalium liberat: vt illi quoque ſimile, quòd Venerem habuit in aliam, proueniret. Cauponem quoque vicinum, atque ob id æmulum, deformauit in ranam: & nunc ſenex ille dolium innatans vini ſui, aduentores priſtinos, in fece ſubmiſſus, officioſis ronchis raucus appellat.

Aulæum tragicum.] Magna caligo verborum, quibus ſubobſcurè ſignificat talẽ de ſaga fœmina ſermocinationem magis tragicam eſſe, quàm narrationi familiari accommodatam: ideóque remouendam eſſe ſuadet. Nam dum aulæũ tragicum dimouendum eſſe dicit; & ſiparium ſcenicum complicandum, intelligi vult talem narrationem eſſe ſequeſtrandã, quæ tragico argumento conueniat, tragiciſque portentis Aulæum enim tragicum dicitur, quo ſcena in agendis tragœdijs exornatur, quod leuabatur tollebatúrque, cùm finita fabula cantor dicebat, Valete, plaudite. Hinc illud Horatij: Si plauſoris eges aulæa manentis, & vſquè Seſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Ait Donat. aulæa in ſcena ſterni ſolita, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam vſque perlatus. Annotauimus alibi, aulæa dici vela picta, quæ alio nomine dicuntur periſtromata, & peripetaſmata, ab aula Attali regis Aſiæ, qui populum Romanum ſcripſit hæredem. Ait Plin. in 8. Attalum primum inueniſſe aurum intexere in veſtibus: vnde nomen Attalicis eſt. Hinc illud Propertij: Porticus aulæis nobilis

bilis Attalicis. *Siparium ſcenicum.*]Feſtus & Donatus ſcribunt,ſiparium eſſe velum minutum. Ego exiſtimo non minutum,ſed mimicum legendum eſſe : vt ſit id quod Apuleius appellat ſcenicum. Eo enim vtebantur Mimi,ſcenicíque artifices, ad ſcenam velandam,quod populo obſiſtebat. Et hæc ſiparia pro aulæis ætas poſterior vſurpauit. De hoc intellexit Satyrographus poëta illo verſu : Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti Siparío. Significat enim, Damaſippum mercedula conductum feciſſe hiſtrionicam, & egiſſe fabulas ſcenicas. Idem Apuleius in 10.ait conſimiliter : Aulæo ſubducto, & complicitis ſipariis ſcena diſponitur. Impreſſi codices pro aulæo ſubducto, habent alueo ſubducto,quæ dictio mendoſa expungenda eſt. Quidam ſuparium legunt, cùm inter u & i maxima cognatio ſit. Seneca in lib.de tranquillitate vitæ, appellat verba cothurno & ſipariis fortiora, quæ grandia ſunt, & ſupra ſublimitatem tragicam euehuntur. Idem 11.epiſtolarum ait Supara, vnde per diminutionem ſuparia inclinari. Videntur eſſe inſignia nauium Alexandrinarum, quibus ſolis licet ſuparum intendere, quod in alio non omnes habent naues. Et Lucan.ſupara velorum dixit. Aliàs ſuparum veſtimentum puellare lineum eſt,de quo Affranius:Puella non ſum,ſi ſuparo induta ſum. Eiuſdem meminit Plaut.in Epidico. Significat Apuleius ſymbolicôs, tollenda eſſe è medio ſermocinationis ea,quæ ad tragœdiam pertinent. *Cedo.*] dic. *Communibus.*] quibus in communi quotidianóque ſermone vti ſolemus. *Efflictim.*]vehementer,& ardenter. *Æthiopes vtique.*] Homer.in 1.Odyſſeæ Æthiopas bipartitos eſſe auctor eſt,alteros ad orientem,alteros ad occidentem ſpectare. Sic enim ait: εἰ μὲν δυσομένῳ ὑπαὶ ἠελίοιο, οἱ δ' ἀνίοντος : id eſt, Solis ad occaſum quidam, quidam ſed ad ortum. Super quo verſu non parùm multa Strabo in 1.Geographiæ. Sunt autem Æthiopes, vt idem aſſerit, ἔσχατοι ἀνθρώπων, id eſt,poſtremi hominum. Plin.in 5.ſic ait: Veriſſima opinio eſt eorum, qui deſertis Aphricæ duas Æthiopias ſuperponunt, & ante omnes Homerus, qui bipartitos tradit Æthiopas,ad ortum occaſúmque verſus. Idem in 6. Æthiopiam appellatam eſſe memorat ab Æthiope Vulcani filio. Alij à colore populorum,quos ſolis vicinitas torret. Cauſas refert Ariſtoteles in Problematis, cur Æthiopes ſint blæſis pedibus,candidis dentibus,longæve vitæ,animo timidiore. *Antichthones.*]Qui habitant in zona Chimerina, hoc eſt, hyemali, quos ſeparat à nobis torrida. Appellantur Antichthones, ἀπὸ τῶν ἐναντίων χθόνα, quaſi cõtrariam terram habitantes:auctor Probus. Hos alio nomine Græci ἀντίποδες vocant. De quib.multa Macrob.2.in Som.Scipionis.

Ex his colligimus, Antipodas non esse Antichthones, quos transuersos nobis stare autumat M. Tul. inferiorem zonæ nostræ partem tenentes. Verùm an esse possint hi Antipodes, multa quæstio est apud eruditos: aliis astruentibus, aliis destruentibus Marcianus Antichthones seiungit ab Anticis & Antipodibus cuius verba hæc sunt ex libro Geometriæ: Antici habitant contrariam zonam: qui infernatem nobis obuersam habitant; Antipodes memorantur: qui contra illos quos Anticos dicimus, Antichthones appellantur. *Folia sunt artis.*]id est, leuia & nugatoria, comparatione eorum, quæ maiora mirabilioráque facit ex artis magicæ potentia. *In aliam temeraſſet.*]cum alia puella concubuisset. *Repræcisione genitalium.*]Æsopus ille è Phrygia fabulator, festiuiter refert, castora; ex genere quadrupedum, degere ἐν λίμναις, id est in lacubus: cuius genitalia medicis vtilia esse ferunt. qui ob id se peti gnarus, abscindens sibi genitalia, ita à persecutionibus salutem consequitur. Hinc illud Satyrographi: Imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno Testiculi, adeò medicatum intelligit inguen. Plin. & M. Varro fibros appellant, qui circa oras fluminum extremas videri solent: vnde & nomen. Fibrum enim antiqui dicebant extremum. Vnde & in vestimentis fimbriæ: & in iecore fibræ dictæ, quæ sunt extremæ. Animal est horrendi morsus, arbores iuxta flumina vt ferro cædit: hominis parte comprehensa, non antè quàm fracta concrepuerint ossa, morsu resoluit. Cauda piscium castori est, cætera species lutræ, pilus mollior pluma. Germani biferam vocant. E genere sunt amphibio: sic enim philograeci vocant animalia, quibus in aqua & terra victus est. Illud annotatu scitúque dignum, quod à Sestio, diligentissimo medicinæ conditore, proditum est. Negat enim testes amputari ab ipso castore cùm capitur: quinimo paruos esse ait, substrictósque, & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse: verùm folliculos geminos ex vno nexu dependentes, qui amputentur, quorum vis medica sit. Castorea vocant medici, quæ medentur pluribus morbis, & imprimis vertigini, tremulis neruorum vitiis, stomachicis, paralyticis, ischiadicis, quos vulgus sciaticos appellat, & opisthotonis: ita enim dicuntur, quorum ceruix rigida & inflexibilis dolor est, quod aliubi fusiùs vberiúsque enarrauimus. Castorea magnificat Galenus, adhibétque pluribus medicinis. Demiror Albertum Magnum, & Isidorum, qui castoris nomen à castrando deducant: cùm dictio Græca sit, & ita à Græcis passim nominetur. Nomen autem Græcum etymologiam Latinam nõ recipere,

recipere, sat notum est, & Grammatici prodiderunt. Memorant quidam, quod post amputationem genitalium, si iterùm petatur à venatoribus, erigere se soleat, ostentantem nihil in se præcisis testibus esse amplius expetendum. *Ob id æmulum.*] Æmulatio enim & inuidentia est inter vicinos, & eiusdem artificij professores, vt inquit Hesiodus: ἡ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων: inuidet figulus figulo, & faber fabro. Æmulum autem dici aliquando imitatorem, sciunt omnes, & tradit Donatus in commẽtariis Æneidos. De æmulatione M. Tullius in 4. Tusculana. *Senex ille.*] caupo. *Dolium innatans vini.*] Deformatus in ranam caupo, natabat in vino, contra naturam ranarum, quibus aqua vita est, vinum aspernantibus. Vnde & parœmia, βατράχους οἶνον ἐγχεῖς, id est, ranis vinum infundis. Quod prouerbium dicitur de his, qui ea præbent, quæ nulli vsui futura sint accipientibus. Cui contrarium est alterum prouerbium, βατράχῳ ὕδωρ, id est, ranæ aqua: de his qui ea dant, quibus maximè lætantur & gestiunt accipientes, sicut aqua gaudet rana. *Aduentores.*] Viatores intelligit, qui in cauponis cauponam soliti erant deuortere. Hodiéque vulgò aduentores dicuntur, qui propè peculiariter frequentant officinam quampiam ac tabernam. Meretrices quoque suos habent aduentores. Hinc Plautina meretrix in Truculento: si æquum facies, aduentores meos non incuses. *Officiosis ronchis.*] id est, coaxatione & natium sonitu obstrepero. Ronchus enim significat propriè sonum illum nasi, qui à stertentibus fit dormiendo: à quo inclinatur verbum rhonchisso, quod est sterto, & naribus insono. Plaut. Dum dormit ronchissat. Et quia derisores solent talem nasi sonitum in derisu conficere, inde fit vt ronchi pro derisionibus derisoribúsque vsurpentur. Martialis: Maiores nusquam ronchi. Hinc ronchisonus, qui sonat ronchos, & derisor est. Sidonius: Nec nos ronchisono Rhinocerote notat. Quidam existimant vocabulum esse factitium à sono, sicut tinnitus & clangor. Ego dictionem Græcanicam esse autumo. Græcè enim ῥόγχος dicitur stertendi sonus, καὶ ῥόγχω sterto. Vnde pararenchos dictus est Cipius is, qui simulabat dormientem, quo securiùs impunitiúsque eius vxor mœcharetur, cuius meminit Lucilius. A quo natum est prouerbium: Non omnibus dormio. quod Cicero sciens inuertit, qui in epistolis ait: Non omnibus vigilo.

Alium de foro quidem, quòd aduer-

Alium de foro.] Forensem oratorem, siue ra-

bulam ſignificat. *Cauſas agit.*] tanquã priſtinũ inſtitutũ obliuiſci nõ poſſit. *Dicaculè.*] Aduerbium eſt,& ſignificat mordaciter, & cum ſalſa dicacitate. *Probrum.*] cõuicium. Liuius: Occurſant portis, probra ingerunt. Aliàs probrum pro ſtupro flagitióque accipitur. Probrum virginis Veſtalis vt capite puniretur, veteres ſanxerunt. *Obſito.*]Lego obſepto, quaſi clauſtris quibuſdã munito, obturatóque. *Vtero.*]Vterus in fœmina iunctus eſt veſicæ, ſignificátque matricem. Alio nomine locos appellant, vt docet Plin.in 11. Inde loci in fœmina virioſi dicuntur Catoni, qui appetentes ſunt concubitus virilis. Seruius, Virgilianus interpretes: Vterus, inquit, eſt mulierũ aluus, quò effluũt ſordes: venter, qui videtur. Vter, pro vterus, dixit Cæcilius: Nunc vter creſcit, non poteſt celari. *Repugnato fœtu.*]interdicta prohibitáque partitudine. Tunc enim fœtus repugnatur,

ſus eam locutus eſſet, in arietem deformauit: & nunc aries ille cauſas agit. Eadem amatoris ſui vxorem, quòd in eam dicaculè probrum dixerat, iam in ſarcinam prægnationis obſepto vtero, & repugnato fœtu, perpetua prægnatione damnauit. Et, vt cuncti numerant, octo annorum onere miſella illa, velut elephantum paritura, diſtenditur. Quæ quum ſubinde ac multi nocerentur, publicitùs indignatio percrebuit: ſtatutumque eſt, vt in eam die altera ſeueriſſimè ſaxorum iaculationibus vindicaretur. Quod conſilium virtutibus cantionum anteuertit Et vt illa Medea, vnius diecula à Creonte impetratis inducijs, totam eius domum, filiámque cum ipſo ſene, flammis coronalibus deuſſerat: ſic hæc deuotionibus ſepulchralibus in ſcrobem procuratis, vt mihi temulenta narrauit proximè, cunctos in ſuis ſibi domibus tanta numinum violentia clauſit, vt toto biduo non clauſtra perfringi, non fores euelli, non denique parietes ipſi quiuerint perforari: quoad mutua hortatione cõſonè clamitarent, quàm ſanctiſſimè deierantes, ſeſe neque ei manus admolituros, & ſi qui aliud cogitarint, ſalutare laturos ſubſidium: & ſic illa propitiata, totam ciuitatem abſoluit.

gnatur, cùm iam maturus exire non poteſt ex vtero materno, quaſi coërcitus, vinctúſque. *Diſtenditur.*] impletur & turget. Virg. Diſtendunt nectare cellas: vnde diſtentus, plenus. *Velut elephantum paritura.*] Decem annis geſtare elephantum in vtero, vulgus exiſtimat: ex quo eſt illud prouerbiale; Celeriùs elephanti parient. Ariſtoteles tamen biennio tantùm ferre ventrem elephantum aſſerit. Ab elephanto alterum quoque prouerbium impoſſibilitatis factum eſt apud priſcos, quod vſurpat Ennius ſic ſcribens: Priùs pariet locuſta lucam bouem, id eſt, elephantum. Cur autem elephas dicatur luca bos, docent Plin. Solinus, & M. Varro, & nos alibi annotauimus. *Subinde.*] Identidem, frequenter. Aliàs ſignificat, mox, & deinde. *Nocerentur.*] læderentur, & nocumento afficerentur. Paſſiuum verbum eſt vetus, quod & iuriſconſulti vſurpant, à quibus dicitur: Niſi ei nocitum ſit, ex quo aquam ducit. *Publicitùs.*] publicè, aduerbium eſt. Plautus: Hoſpitio publicitùs accipiet. Cæcilius: Ad plebem pergitur publicitùs, defendendum eſt. *Saxorum iaculationibus.*] Lapidationem in fœminam magam publicè decretam fuiſſe ſignificat. *Cantionum.*] incantamentorum. Aliàs cantiones cantilenæ dicuntur. In Floridis: Hanc putat cantionem, vbi omnia quæ didicit maledicta percenſuit. Cantio Græca, Plauto in Sticho dicitur conuiuale. *Antecertit.*] præuenit, anticipauit. *Dieculæ.*] Diecula ſignificat paruam diem, & tempuſculum. Teren. in Andria: Non ſat eſt quòd tibi dieculam addo? Vbi ait Donatus, διανύκτερευμα eſt dieccula, hoc eſt, tempuſculum, & ſumitur ab eo quod eſt hęc dies. Diecula, mora, & quaſi parua dies. Aſcon. Dies fœminino genere tempus, & ideò diminutiuè diecula dicitur breue tempus & mora. *Medea.*] Medea illa fabuloſa, perdito patre, perempto fratre, relicta genitali patria, ſecuta Iaſonem eſt, amoris æſtu flagrans: cum quo annos circiter decem vixiſſe proditur, filióſque ex eo peperiſſe: Didymum, Theſſalum, Alcimenum, & Tiſandrum. Mox Iaſon captus amore Glaucæ, vel, vt alij tradunt, Creuſæ Creontis filiæ, regis Corinthiorum, virginem à patre vxorem petit: à quo annuente, certúmque nuptiarum diem conſtituente, Iaſon Medeæ nititur vltroneum diuortium ſuadere: quam id ægerrimè ferentem, Deóſque teſtes fidei datæ implorantem, vrbe expulit, oblitus priſtinorum beneficiorum. Illa breuem fugæ moram à Creonte perit: qui dieculam dedit, qui apud Senecam ſic ait: Vnus parando dabitur exilio dies. Tunc veneno infectam pallam miſit ad nouam nuptam, veluti munus nuptiale. Quo dono exiliens ignis, regiam cum Creonte & noua nupta deuſſit. Baiuli tam exitialis doni fuerunt, ipſius Medeæ filij. Hinc ait

Horat.in Epodo : Cur dira barbaræ minùs Venena Medeæ valent? Quibus ſuperba fugit vlta pellicem, Magni Creontis filiam, Cùm palla, tabo munus imbutum, nouam Incendio nuptam abſtulit? Hoc, idem memorat Seneca in Medea. Diodor. vero auctor eſt, Medeam impetrato à Creonte dici vnius tempuſculo, noctu regiam ingreſſam eſſe, quibuſdam medicamentis factam verſipellem, & radice quadam magica, cuius ea vis eſt, vt ignis indidem factus extingui nequeat, incendiſſe regium domicilium: quo conflagrante Iaſonem euaſiſſe, Creonte, & filia igne abſumptis. Quidam prodiderunt, Medeæ filios dona quædam ſponſæ attuliſſe, illita venenis: quæ cùm illa corpori applicuiſſet, inciditſſe in morbum, & patrem auxilium filiæ ferentem, cùm corpori illius hæſiſſet, illicò expiraſſe. Sed Apuleius noſter, & Plin. coronam fuiſſe aſſerunt, quæ à Medea dono miſſa ad Iaſonis ſponſam ſit, cuiuſque veneno pellex cum regia cremata ſit. Autumat Plin. 2. volumine, venenum id fuiſſe naphtham, quod genus eſt bituminis, cuius vis ardens ignium naturæ cognata, tranſilientium protinùs in eam vndecunque viſam. Ita, inquit, ferunt à Medea pellicem crematam, poſtquàm ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta. Idem in 35. meminit eiuſdem naphthæ inter genera bituminis. Galenus lib. 3. complexionum, mentionem facit huiuſce medicamenti, quo Medea vſa eſt ad pellicem vlciſcendam, aitque id ex ſulphure & aſphalto fuiſſe compoſitum. Aſphalton autem Græci bitumen appellant, & piſſaſphalton, ex argumento picis & bituminis. Hinc aſphaltites lacus Iudææ dictus, qui nihil præter bitumen gignit. *Inducijs.*] Lycaon primus inducias inuenit, auctore Plin. Sunt autem inducie, pax in paucos dies: ex eo dictæ, vel quòd in diem dentur, vel quòd in dies otium præbeant, vt docet Donatus. Alibi locum mendoſum apud Gellium ex libr. 1. repurgauimus. Græci ἐκεχειρίαν vocant, ex eo quòd tempore inducirum manus cohibeantur. M. Varro feſtiuiter: Inducie, inquit, ſunt pax caſtrenſis paucorum dierum. Item alio in loco: Induciæ, inquit, ſunt belli feriæ. *Deuotionibus ſepulchralibus.*] Seruius deuotiones interpretatur imprecationes: vnde deuotor & deuotrix dicti, qui imprecantur diris incantationibus magicíſque carminibus. Deuotiones enim execrationes ſunt, & diræ: & deuouere ſignificat interdum deteſtari, execrarique. Ouid. Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin. Hinc deuotum, dirum & execrandum. Idem ait: Viuite deuoto fœmina vírque thoro. Hinc carmina deuotoria, apud Liuium, & Macrobium, quibus homines vrbéſque deuouentur: quibus Decij, pater, filius, & nepos, ſe deuotauerunt.

tunt. Sepulchrales appellat, quibus vti solebant sagæ fœminæ euocatione Manium ad sepulchra defunctorum. Tibullus: Manésque sepulchris Elicit. Consimiliter Erichtho illa apud Lucanum in 6. Pharsaliæ adhibet & deuotiones sepulchrales. *In scrobem procuratis.*] Tangit ritum magicum, cuius meminit Homerus in 11. Odysseæ, referens Vlyssem scrobem cubitalem gladio fecisse ad euocandos Manes: inibíque melicraton, id est, mulsum cum aqua & polenta commiscuisse, dein cruorem victimarum eôdem infudisse. Quod æmulatus Silius est in 13. Punicorum, dũ itidem memorat à Scipione factam esse scrobem, & illic procurato magico sacro euocatos esse Manes. Ob id dixit Apuleius in Apologia: Nec Vlysses scrobem pisculento medicauit. Apud Senecam, Valerium Flaccum, Horatium, poëtas ferè omnes, inuenitur id genus sacrificij magici, quod in scrobem fit. *Consonè.*]concorditer, communique sententia. *Deierantes.*]valdè iurantes. Non solùm Grammatici, sed & Iurisconsulti docent, tit. depositi, præpositionem hanc, De, augere in compositione. *Admoliturus.*] nullam violentiam illaturos sese sagæ illi deierabant. *Propitiata.*]placata, & exorata. *Absoluit.*]cùm omnes intra domos inclusos violentia magica coërcuisset.

At verò cœtus illius auctorem nocte intempesta, cum tota domo, id est, parietibus & ipso solo, & omni fundamento, vt erat clausa, ad centesimum lapidem in aliam ciuitatem, summo vertice montis exasperati sitam, & ob id ad aquas sterilem transtulit. Et quoniam densa inhabitantium ædificia locum nouo hospiti non dabant, ante portam proiecta domo discedit. Mira, inquam, nec minùs sæua, mi Socrates, memoras. Denique mihi quoque non paruam excussisti solicitudinem, imò verò formidinem, iniecto non scrupulo, sed lancea, ne iniquo numi-

Cœtus illius auctorem] Sensus ordinatur sic: saga illa transtulit, hoc est, transportauit in ciuitatem longinquam, illum qui fecerat cœtum, primúsque suaserat, vt saxorum iaculationibus fœmina vindicaretur. Cœtus conuentus est, vel congregatio à coëundo dictus. Quod & in decretis canonicis leges, d. 15. Qui cœtũ fecerit, vt inquit Seneca in declamationibus capitalis

sit. Cœtus autem, vt ipse docet, multitudinis magnæ nomen est, coëuntis ex consensu quodam. *Nocte intempesta.*]Media nocte. Dicta ex eo, quòd non habeat idoneum tẽpus rebus gerendis. Quod alij cõcubitum appellarunt, quod ferè omnes tunc cubarent. Alij, ab eo quòd sileretur, silentium noctis, quod tempus à Plauto dicitur cõticinium. Sed de hoc in superioribus multa. *Et ipso solo.*]Terram ipsam, quæ alioqui immobilis est, vnà cum parietibus translatam significat. Membra autem domus sunt, fundamentum, parietes, & tecta: quæ simul coniuncta, vt ait Boëtius in commentariis Topicorum, totum efficiunt, & domus dicuntur: cùm fundamenta sola domus vocabulo minimè nuncupentur, neque parietes, neque tecta. *Ad centesimum lapidem.*]ad centesimum miliarium. Antiqui enim miliaria lapidibus fixis designabant. Auctor est Plutarchus, C. Gracchum singulis miliariis columnas lapideas spatiis signa præferentes constituisse. Mart. Ad lapidem Torquatus habet præconia quartum. Iuuen. Ad primum lapidem vectari cùm placet, hora Sumitur ex libro. *Vertice montis.*] Vertex est, vt docet Quint. in 8. contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Inde propter flexum capillorũ, pars summa capitis vertex dicitur. Ex hoc in montibus eminentissimum rectè dicimus verticem. Virg. accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Antiqui vortices dicebant per literam o, sicut & vorsus, cæteráque consimilia, quæ primus Scipio Africanus in e literam vertisse dicitur. Montibus dantur à scriptoribus latera, iuga, vertices, radices. *Ad aquas sterilem.*]Montana oppida, & in verticibus editis sita, ferè semper laborant aquarum sterilitate: cuius in ædificando ratio cum primis habenda est. Quoniam,

nis ministerio similiter vsa, sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaque maturiùs quietinos reponamus, & somno leuata lassitudine noctis, ante lucẽ aufugiamus istinc quàm putas lõgissimè. Hæc adhuc me suadente, insolita violentia ac diuturna fatigatione pertentatus bonus Socrates, iam sopitus stertebat altius. Ego verò adducta fore, pessulísque firmatis, grabatulo etiam ponè cardines suppositò, & probè adgesto, super eum me recipio: ac primùm præ metu aliquantisper vigilo, dein circa tertiam fermè vigiliam paululùm conniueo.

niam, vt auctor est Victruuius, si animalia fuerint sine humoris potestate exanguinata & exucta, à principiorum liquore intera-rescent. Aristoteles quoque in 7. Politicorum præcipit, cisternas in ciuitatibus faciendas, vt aqua deesse non possit, & aquas salubres inducendas. *Ante portam.*]Saga ante portam ciuitatis illius montanæ proiecit domum, cùm intra vrbem, ob frequentiam ædificiorum, locus non esset recipiendo nouo domicilio, nouóque hospiti. *Iniecto non scrupulo.*] Scrupi, & per diminutionem scrupuli, lapilli sunt, qui pressi solicitudinem faciunt. Vnde prouerbiale est illud Terentianum: Inieci scrupulum, pro solicitudine. Et Plin. in epistolis ait: Exime mihi hunc scrupulum. Et scrupulosa quæstio, quæ difficilis est explicatu. *Numinis ministerio.*]Deum artis magicæ ministerialem significat. Tertullianus auctor est, dæmonas præesse magicis præstigiis. Et Plato, Platonicúsque Apuleius & Proclus autumant, magorum varia miracula regi à dæmonibus, qui inter mortales, cœlicolásque vltrò citróq; portant hinc petitiones, inde suppetias, veluti quępiam mediæ potestates inter homines ac Deos. *Sermones ipsos cognoscat.*]Omnis dæmon ales est: igitur (vt ait Tertullianus in Apologetico) momento vbique sunt: quid vbique geratur, tam facilè sciunt, quàm enuntiant. Meritò ergo timet hic, ne anus illa maga cognoscat sermones suos, nuntiante videlicet dæmone, qui vbique præstò est, cuius ministerium magos infatuat. *Somno leuata lassitudine.*]Somnus donum est Deorum, mortalibus ægris concessum ad refectionem. Vnde ait Seneca: Placidus fessum lenísque foues, Pauidum lethi genus humanum Cogis longam discere mortem. *Adducta fore.*]clausio cubiculi ostio. Antiqui singulari numero forem vsurpabant, cùm nos fores pluraliter enuntiemus. Plautus in Amphitryone: Orationem comprimam, crepuit foris. Horatius: Exclusus fore, cũ Longarenus fores intus. Fores ex eo dici Grammatici tradunt, quòd foris aperiantur: sicut apud veteres vsitatũ. Fores domus publicolarum extrà aperiebantur, & ianua in publicum reiiciebatur. Hoc erat, vt verbis Virgilij vtar, clarissimum insigne inter triumphales quoque domos. Forculum Deum prisci coluerunt, qui foribus præesset: auctor diuus Augustinus in 4. *Pessulis.*] Pessuli sunt instrumenta, quibus ostia seu fores clauduntur. Terentius in Eunucho: Pessulum ostio obdo. Plautus in Gurgulione: Pessuli vos soluto lumbos. Et mox paulò: Tandem ædepol mihi morigeri pessuli fiũt. Vnde pessulatas fores dicimus, pessulis clausas, munitásque. *Grabatulo.*] lectulo, quod Lucianus Græcè clinidion vocat, id Apu-

leius ferè grabatulum interpretatur. Martialis: In grabatulis tegetibúsque concepti. Vox quoque Græca est. Illi enim κραββατον, ἢ διακεκισμένως κραββάτιον vocant: nos grabatum & grabatulum. Hinc illud ex Euangelio cantatissimum: Tolle grabatum tuum, & ambula. Quod Græcè dicitur, ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράβαττον, καὶ περιπάτει. Vbi annotandum, quòd apud Græcos hæc dictio scribitur duplici ββ, prima syllaba producta: cùm apud nostros per simplex, b, scribatur, prima correpta: quod satis liquet vel ex illo Maroniano: Membra leuat sensim vili demissa grabato. *Pone cardines.*] post ostij cardines. Alio quodam diuerticulo significationis cardo in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à meridie ad septentrionem: sicut decumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab exortu ad occasum: auctores Plin. & Columella. Fuit apud antiquos Dea Cardea, quæ cardinibus præerat. *Circa tertiam vigiliam.*] post mediam noctem. Nox enim in quatuor vigilias diuiditur, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur, vt tradit Hieronymus in expositione Psalmorum. Quod ex disciplina castrensi factitatum est. Nam quia impossibile videbatur, per totam noctem vigilantes singulos in speculis permanere, ideò in quatuor partes ad clepsydram sunt diuisæ vigiliæ, vt non ampliùs quàm tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine, vt auctor est Vegetius in tertio, omnes vigiliæ committuntur, & finitis horis à cornicine reuocantur. Tribuni idoneos eligebant, qui vigilias circuirent, quos circuitores appellabant: dein circitores dicti sunt. Frequentissima apud historicos mentio est primæ vigiliæ, secundæ, tertiæ, & quartæ: totidem enim sunt. Ob hoc dixit Lucanus in 5. Pharsaliæ: Tertia iam vigiles commouerat hora secundos. Cùm significare vellet, finita prima vigilia, cuius horæ tres sunt, excitatos esse vigiles secundæ vigiliæ. *Paululùm conniueo.*] oculos claudo, non tam somno vacans, quàm succumbens. Conniuere enim est, oculos genis claudere. Graviores alites, auctore Plin. inferiore gena conniuent: columbæ verò, & similia, vtraque conniuent.

Commodùm quieueram] Sunt in Latina lingua res paruæ quidem, & minutę, & hominibus malè eruditis aspernabiles, sed ad vete-

Commodùm quieueram, & repentè impulsu maiore, quàm vt latrones crederes, ianuæ reserantur, immò verò fractis & euulsis funditùs cardinibus prosternuntur, Grabatus alioqui breui-

rum

ilus, & vno pede mutilus ac putris,
petus tanti violentia proſternitur:
e quoque euolutum, & excuſſum hu-
i, recidens in inuerſum cooperit ac te
t. Tunc ego ſenſi naturaliter quoſ-
m affectus in contrarium prouenire.
Tam vt lacrymæ ſæpiculæ de gaudio
odeunt, ita & in illo nimio pauore ri
m nequiui continere, de Ariſtomene
ſtudo factus. Ac dum infimum deie-
us, obliquo aſpectu quid rei ſit graba
li ſolertia munitus opperior, video
ulieres duas altioris ætatis: lucer-
m lucidam gerebat vna, ſpongiam
nudum gladium altera. Hoc habitu
ctatem bene quietum circumſtetere.

rum ſcripta penitus noſcenda cum primis neceſſariç: veluti eſt hæc dictio commodùm. Aduerbium eſt temporis, ſignificat tunc, &, vt ait Donatus, tantùm. A. Gellius in 2. Noctium Atticarum: Taurus ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubiculi ſui foribus. M. Tullius in epiſt. ad Atticum: Commodùm diſceſſeras heri, cùm Trebatius venit. Quod

gnificat vix, & tunc. idem Donatus exponens illud Terentianum, Commodùm huc aduerterat: ait, ipſo eodémque tempore. *eſerantur.*] aperiuntur. *Ianuæ.*] Ianua eſt primus domus ingreſſus dicta, vt ait Seruius, quia Iano conſecratum eſt omne principium. *Imo verò.*] Correctio eſt, quæ exornatio tollit id quod dictum eſt, & pro eo quod magis idoneum eſt reponit, hoc pacto: iſte ſuos hoſpites rogaſſet, imò inueniſſet. Hæc exornatio, vt M. Tullius in 4. Rhetoricorum, item facit inſignioremi. *Vno de mutilus.*] imminutus. Mutilare enim, vt ait Donatus in Heræ commentario, eſt imminuere. Vnde mutili dicti ſunt boues & capri ſine cornibus. Hinc illud veluti prouerbiale apud Oid. Turpe pecus mutilum. Ait Plin. quòd mutilis capris eſt lactis aior vbertas. In codicibus Plinianis inoleuit mendum: nã pro utilis, paſſim legitur multis. Columella libr. 1. Agricolationis, ter curari ait caprinum pecus mutilum & raripilum, aliter rnutum & ſetoſum. Idem in 8. Meliorem eſſe ait arietẽ mutiquàm cornutũ: quia mutilus, inquit, cùm ſe tanquam exarmaintelligat, nec ad rixã promptus, & eſt in venere mitior. Scur Horatianus per feſtiuã tranſlationem mutilus dicitur, qui alte oculo tanquam cornu execto erat deformatus. Verba Horatij

Digitized by Google

hæc sunt:O tua cornu Ni foret execto frons,inquit,quid faceres, cùm Sic mutilus miniteris? at illi fœda cicatrix Setosam lævi frontem turpauerat oris. Mutulus verò in ædificiis est proiectura prominens: &, vt docet Victru. in 4. in operibus lapideis & marmoreis mutuli inclinatis sculpturis deformantur. Mutulos capita trabium eminentia esse autumant Grammatici, qui & proceres dicuntur: vnde & nos principes ciuitatis proceres nominamus,quasi eminentes in vrbe,vt mutuli,quos proceres vocant,eminent in ædificiis. *Pedem*] Ingens copia rerum est sine nomine,quas non propriis appellationibus noramus, sed alienis commodatisque,vt refert Seneca lib.2. de Beneficiis. Sic & pedem nostrum dicimus,& lecti,& carminis. Sic canem & venatieum,& marinum,& sidus:quia non sufficimus, vt singulis singula signemus, quoties opus est mutuamur. Plin. tradit 24. herbam quampiam nominari clinopodion, quia in speciem lecti pedem præbeat. *Recidens in inuersum.*]Significat,cùm inuerteretur grabatus, & quod erat in imo fieret summum, ex concussu se fuisse coopertum,cõuelatúmque. *Quosdã affectus.*]Philosophi Latini affectus vel affectiones vocant animorum motus, quibus afficimur,veluti cupiditatem, iram,metum,amorem,odium:& (vt latissimè scribit Aristot.in 2. Ethicorum) affectus non sunt neque virtutes, neque vitia; ideóque secundum affectus neque laudamur,neque vituperamur. Græci πάθη appellant. Apud Quint.lib.6.caput est de affectib. vbi docet duas esse species affectuum:alteros concitatos,alteros mites dici.Concitatos tragœdiæ,mites comœdiæ similes esse. *Sæpicule.*] Aduerbium est diminutiuum à sæpe, sicut à sæpius comparatiuo fit sæpiusculè,vt docet Prisc.in 4.Plaut.in Casina:Sæpiusculè peccas. *Lacrymæ præ gaudio prodeunt.*] Vulgatum est illud Terentianum in hanc sententiam:Ohe,lacrymo præ gaudio. Et apud Liuium in 5. Certatim patribus plebique manare gaudio lacrymæ. Quintil.in 11. Lacrymas natura mentis indices dedit, quæ erumpunt dolore, aut lætitia manant. *De Aristomene testudo factus.*]Quia lectio interso, veluti tegumento quodam coopertus latebat, ideò dicit se factum testudinem, quæ sub suo tegumento tota contegitur, & quasi delitescit. Pacuuius testudinem appellat domiportam, ex eo quòd domum portet:tardigradam,à gradu tardo & lento; vnde & Plauto testudineus gradus dictus. Apud mythicum fabulatorémque illum Æsopum apologus est,quemadmodum olim Iupiter ad nuptias animalia cuncta inuitauerat: quæ cùm in tempore affuissent, præter vnam testudinem,quæ nouissima omnium venit,sciscitatur Iupiter causam tarditatis. Illa ait domo

Digitized by Google

ἥδιλε, οἶκος ἄριστος: Domus dulcis, domus optima: scilicet, fuit lentitudinis causa. Ex quo indignatus Iupiter, affecit eã hac pœna, vt domũ semper circũferret. Græci χελώνην vocant: vnde Chelonophagi dicti populi, testudinũ carne vescẽtes: quarũ tanta magnitudo est, vt singularũ superficie habitabiles casas integant, & his nauigent cymbis. Prouerbium Græcum est, ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Quod significat: Ex carne testudinis vel multùm edendum, vel nihil edendum, quoniam modica in cibis dolores intestinorum facit, copiosa purgat & sanat. A testudinis similitudine dicitur testudo in ædificiis. Virg. Media testudine templi. Testudinatum ædificium, fornicibus structum: qualia sub septentrione facienda esse præcipit Victruuius in 6. In machinis bellicis testudo est arietaria cognominata, in qua (vt ait Victruuius in 10.) suspensus erat aries: quæ, auctore Vegetio, vocabulum sumpsit à similitudine veræ testudinis; quia sicut illa modò reducit, modò educit caput, ita machinamentum bellicum interdũ reducit trabem, interdum exerit, vt fortiùs feriat. Testudo quoque apud poëtas pro cithara vsurpatur. *Infimùm deiectus.*] in infimam partem. Aduerbium est. Infimatis dicitur, qui in imo est, sicut summatis, qui in summo. Plaut. Infimatis infimus.

Infit illa cũ gladio: Hic est, soror Panthia, charus Endymion: hic catamitus meus, qui diebus ac noctibus illusit ætatulam meam: hic qui meis amoribus subterhabitis, nõ solùm mediffamat probris, verùm fugam instruit. At ego scilicet *Vlyssi æstu deserta sum, & Calypsonis æternam solitudinem flebo. Et porrecta dextera méque Panthiæ suæ demonstrato: At hic, inquit, bonus consiliator Aristomenes, qui fugæ huius autor fuit, & nunc morti proximus, iam humi prostratus, grabatulo succumbens iacet, & hic omnia conspexit, impunè se relaturum meas contumelias putat. Faxo eum serò, immò statim, immò verò iam nunc, vt & præcedentis*

Infit.] ait. *Oppetior.*] expecto, attendóque. *Altioris ætatis.*] magnas natu, longæuas, quarúmque ætas vergebat in seniũ. *Panthia.*] Modò nomen est magæ: aliàs Panthia, fœmina fuit speciosissima, & vxor Abradatæ, cuius amore captus Araspas vrebatur intimus: quæ historia facundissimè latissiméque perscribitur à Xenophõte in Pædia. Ob hoc nos, in libello Erotico atque ve-

Digitized by Google

nerio, sub nomine Panthiæ amicam, immò dominam celebrauimus. *Charus Endosmyon.*] Ironicôs pronuntiandũ videtur, & legendum Hedyosmiõ, quod Græcè significat dulciculum: noménque est amatori conueniens, sicut à Plauto blandimenti causa dicitur dulciculus caseus. Præterea ὑδύσμον vocant mentam, herbam hortensem, odoratam iucundámque, vt inde nomen amatoris deriuari posse videatur: tanquam odoratus suauísque amicæ sit, vt menta est, cuius odor, vt ait Plin. in 20. animum excitat, & sapor auiditatem in cibis. Vsus est Plin. hac dictione aliquot in locis. Subiiciam quod suppetit ad præsens, illud ex 35. Vtuntur & ad quartanas bituminis drachma hedyosmi pari pondere, cum myrrhæ obolo subacti. Quid si legas, Charus Endymion: vt ita appelletur amator, propter Endymionem illum famigeratum, quem Luna dilexit. De quo Propertius: Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororem Dicitur, & nudæ concubuisse Deæ. Sunt auctores, Endymionem primum hominem deprendisse naturam Lunæ multiformem, & ob id amore eius captum fama proditum. Lego apud eundem Plinium in 13. Hedysmata dici vnguenta pretiosa: ad quem intellectum non absurdè referri posset hic sensus, vt Hedysmion vocetur nomine vnguenti, perinde ac suauissimus amasius, pretiosissimúsque. *Catamitus meus.*]Ganymedes meus, delicium meum. Nam dixerunt Catamitum veteres pro Ganymede, qui fuit Iouis concubinus, & deliciolum: auctor Festus. Hinc Lactantius libr. 1. Rapuisse dicitur in aquila Catamitum. Plau. in Menæchmis: Vbi aquila Catamitum raperet, aut vbi Venus Adonium. Seruius quoque Grammaticus pueros meritorios, qui corpore prostituto quæstum faciunt, Catamitos interpretatur. Hinc illa atrox M. Tullij in M. Antonium prroratio: Ô hominem nequam (quid enim aliud dicam magis propriè, nihil possum dicere.) Ergo te vt catamitum, neq; opinatò cùm offendisses, præter spem mulier aspiceret, idcircò vibem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? *Illusit statulam.*]Illudo tibi, dicimus propriè per datiuum: Illudo te figuratum est, si credimus Seruio, ita scribenti in enarratione illius Virgiliani: Verbis virtutem illude superbis. *A Statulam.*]

dicacitatis, & instantis curiositatis pœniteat Hæc ego vt accepi, sudore frigido miser perfluo, tremore viscera quatior: succussúsque sum adeò, vt grabatulus etiam inquietus super dorsum meum palpitando saltaret.

Lepidè

Lepidè dixit ætatulam, quæ eſt puellarum: cùm ipſa eſſet vetula, atque annis obſita, ſed quæ tamen appeteret luſus amoréſque puellares. M. Varro: Properate viuere pueræ, quas ſinit ætatula ludere, eſſe, amare, & veneris tenere bigas. A Varrone pueræ dicuntur, pro puellæ, ex priſca locutione. *Subterhabitis.*] vel furtim vſurpatis, vel poſthabitis, & per contemptionem conculcatis. *Diffamat probris.*]infamat conuitiis probroſis. *Fugam inſtruit.*]parat. Veteres dicebant, Pedem ſtruit, pro fugam parat. *Vlyſſi aſtu.*]Comparat Socratem, amoris ſui deſertorem, Vlyſſi, qui Calypſonem deſeruit, domumitionem ad Penelopem deſideranter capeſſens. Vlyſſi autem caſu patrio, hoc eſt genitiuo, dixit, ſicuti veteres vſurparunt, apud quos Vlyſſeus Vlyſſei proferebatur, vt docet Priſcian. in ii. Horatius: Remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei. Ouid. Neritius Mactareus, comes experientis Vlyſſei. Ex quo videtur ſcribendum eſſe Vlyſſei, & per ſynæreſin proferendum: niſi dicere velis Vlyſſi pro Vlyſſis, ſicut Virgil. dixit Achilli pro Achillis, euphoniæ cauſa detracta, s, litera quæ plerunque (vt ait Seruius) pro ſibilo habetur, & apud veteres detrahebatur. Quintilian. in i. ſic genitiuos Vlyſſi & Achilli fecit, ſic alia plurima. *Aſtu.*] ἄστυ Græci vocant ciuitatem, vt Homerus perſæpe. Sic Athenienſes vocabant vrbem ſuam, vt ait Donatus, & indicat Terentius in Eunucho, cùm ait: An in aſtu venit. Probus quoque Æmilius in Alcibiade: Poſtquàm aſtu venit, concione aduocata verba ſic fecit. Hinc aſtutiæ, aſtus, aſtuti dicti: quoniam qui in vrbibus degunt, callidiores ſunt in agro degentibus. Interdum aſtu pro aſtutè ponitur, & eſt aduerbium: nunc verò nomen. Aſtutiſſimum autem fuiſſe Vlyſſem, callidiſſimúmque mortalium, quis ignorat? qui à Virgilio ſcelerum inuentor dictus, ab Homero polytropos, à varietate ſcilicet morum, ingenióque verſatili: cuius vita nihil aliud fuit, quàm verſutiarum conciliabulum, & dolorum officina: qui technarum architectus totus erat ex fraudibus aſtutiiſque conglutinatus. *Calypſonis.*]Vſus antiquorum Latinorum comprobat, dici Didônem, Iónem, Calypſônem: contra rationẽ græcam declinandi, quæ Calypſûs dicit pro Calypſônis, Calypſo pro Calypſônem: Priſcianus auctor in ſexto, qui vtitur auctoritate Liuij Andronici: à quo in Odyſſea ſcriptum eſt, apud nympham Athlantis filiam Calypſônem: quamuis Phocas Grammaticus reclamet huic declinationi. Cæſar quoq; Calypſônem ita dicebat, vt Iunônẽ, media ſcilicet prolucta: ſed (vt auctor eſt Quin.) auctoritatẽ conſuetudo ſuperauit. uit autẽ Calypſo, vt ait Homerus, filia Athlantis; quæ δῖα θεάων,

hoc eſt,generoſa Dearum , in inſula Ogygia αντὸν ἐν γλαφυρῷσιν, id eſt in antris voluptariis concauíſque Vlyſſem retinebat amorabunda:quem iuſſu Mercurij abire,& in patriam redire permiſit,quamuis inuita & gemebunda:& ita in ſolitudine relicta,dolenter tulit abitum Vlyſſis. Ouidius : Ah quoties illum doluit properare Calypſo. *Grabatulo ſuccubans.*] ſubiacens. *Faxo.*]faciam:verbum vetus. *Immò ſtatim.*] Correctio eſt.*Præcedentis dicacitatis.*]qua vſus erat Ariſtomenes,appellando ſcilicet ſcortum ipſam Meroën. *Accepi.*]audiui. *Sudore frigido.*Inter ſigna ægrotantium eſt frigidus ſudor,vt inquit Cornel. Celſus in ſecundo: peior, ſi in capite & ceruice tantùm eruperit, vt refert Hippocrates in Prognoſticis.Virg.in Georgic.Sudor & ille quidem morituris frigidus hæret. Item:Frigidus è toto manabat corpore ſudor. Haud abſimile eſt illud Plautinum:Non temerè eſt,quando qui ſudat tremit.*Tremore viſcera quatior.*]Metuentibus cor,cui eſt viſcerum principatus , cùm primis palpitare conſueuit. Vnde Plaut.Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram,atque in pectus emicare.Idem in Caſina feſtiuiſſimè inquit: Cor lieno ſum opinor habeo,ita iamdudum ſalit de labore,&c. Scribit Ariſtot.in Problematis encycliis,metuentes tremere,quoniam deficit calor atque contrahitur:ex quo fit, vt aluus pleríſque ob timorem ſoluatur. Hinc illud Satyrographi:Soluunt tibi cornua ventrem Cum lituis audita. Ventrem quoque eorum qui metuunt crepere ſolitum,idem refert. *Suc uſſus ſum.*]ſurſum excuſſus,agitatúſque præ formidine. Succutere enim & ſuccuſſare eſt,frequenter excutere ſuccum;vnde ſuccuſſores & ſuccuſſatores equi dicti , qui ſeſſorem concutiunt & vexant ex gradu moleſto & incondito : diſſimiles gradariis , quorum mollis eſt gradus,& ſine ſuccuſſatura. Lucilius: Succuſſatoris tardi ratíque caballi.Idem:Campanus ſonipes, ſuccuſſor nullus ſequitur. Hinc & ſuccuſſatura dicta , ipſa agitatio vexatióque, quæ fit ab equo ſuccuſſore:greſſum quoque ipſum talis equi ſignificat.

At bona.] Ironicôs. Terent.Ille autem bonus vir nuſquam apparet. *Bacchatim diſcerpimus.*] dilaniamus, more ritúq; bacchantiũ , quæ furore bacchico extimulatæ, olim

At bona Panthia: Quin igitur,inquit , ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus? vel membris eius deſtinatis virilia deſecamus? Ad hæc Meroë (ſic enim reapſe nomen eius, quàm fabulis Socratis conuenire ſentiebam:) Immo,ait ,ſuperſit hic ſaltem , qui mi-

ſelli

ſelli huius corpus parua contumulet humo. Et capite Socratis in alterum dimoto latus, per iugulum ſiniſtrum capulo tenus gladium totum ei demergit, & ſanguinis eruptionem vterculo: admoto excipit diligenter, vt nulla ſtilla compareret vſquam. Hæc ego meis oculis aſpexi: nam etiam, ne quid demutaret, credo, à victimæ religione, immiſſa dextera per vulnus illud ad viſcera penitus, cor miſeri contubernalis mei Meroë bona ſcrutata protulit: cùm ille impetu teli præſecata gula, vocem, immò ſtridorem incertum per vulnus effunderet, & ſpiritum rebulliret. Quod vulnus, quàm maximè patebat, ſpongia effulciens Panthia, Heus tu (inquit) ſpongia caue in marinata, per flumen ne tranſeas. His editis ab vna, remoto grabatulo, varicus ſuper faciem meam reſidentes, veſicam exonerant, quoad me vrinæ ſpurciſſimæ madore perluerent.

Orphea diſcerpſerunt, & Penthea obtruncarunt. Orgia enim Bacchi fiunt à bacchantibus, hoc eſt, furentibus fœminis: vnde ὀργὴ τῆς ὀργῆς, id eſt à furore, orgia dicta ſunt: vnde & à bacchantibus Bacchum dictum eſſe autumat Diodor. Inde bacchari ſignificat furere. Vir. 4. Æn. Sæuit inops animi, totámque incenſa per vrbem Bacchatur, id eſt, vt exponit Seru. furit more bacchantum. Loca quoque, in quibus ſit debacchatum, bacchata dixerunt. Virg. in 2. Georg. Et virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Plaut. in Aululari a, Bacchanal vocat locum furoris & veſaniæ, ſic ſcribens: Ad bacchas inueni bacchanal conquinatum. Et mox paulò: Aperit bacchanal, adeſt. *Membris deſtinatis.*] deligatis. Propè peculiariter ſignificat hoc apud Apuleium id verbum deſtinare, ſicut infrà frequenter. Interdum deſtinare ſignificat emere, & idem quod præſtinare, Lucilio & Plaut. *Re ab ſe.*] Corrigo, reapſe: hoc eſt, re ipſa, vt veteres dicebant Pacuuius: Si non eſt ingratum, quod reapſe feci. Senſus eſt: Ex re ipſa, inquit, magis quàm ex fabula Socratis, ſermocinatione, cognoui Meroën meritò nominari à mero, ſcilicet cuius eſſet auidiſſima. *Hic*] Ariſtomenes. *Saltem.*] Particulam hanc, Saltem, quidam autumat, ſi aliter: ídque ipſum dici pro defectione, tanquam plena ſententia ſit: ſi aliter non poteſt. Fuerunt

& qui dicerent,ſaltem dici,V,media litera extrita, ſalutem antè dictum,quod nos ſaltem diceremus: nam cùm alia quædam petita & non impetrata ſunt, tum ſolemus (inquiunt) quaſi extremum aliquid petituri, quod negari miniмè debeat,dicere, Hoc ſaltem fieri aut dari oportere: tanquam ſalutem poſtremò petentes, quam & impetrari certè & obtineri ſit æquiſſimum.Sed hæc A.Gellio videntur eſſe commentitia, ideóque libr.11.cenſet ampliùs quærendum. *Miſelli huius.*]Socratis. *Contumulet.*]ſepeliat. *Humo.*] Antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuit,vt humo iniecta corpora contegerentur. Redditur enim terræ corpus,& quaſi operimento matris tegitur: vnde humati dicuntur, humo contecti:ſepulti verò,& ſiti,quoquomodò conditi. Locus autem ipſe nihil habet religionis,priuſquàm iniecta gleba eſt tumulis: & tunc humatus vocatur, & religioſa iura complectitur: auctores Plin.& M.Tullius.lib.2.de Legibus. Hoc genus ſepulturæ tetigit Virg.illo verſu: Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram Iniice,namque potes. In eandem ſententiam eſt illud Horatianum: licebit Iniecto ter puluere curras. *Per iugulum ſiniſtrum.*]Plin.in 11.Terreſtrium,inquit, ſolus homo bipes,vni iugu li,vni humeri, cæteris armi. Duplex autem eſt iugulum:dextrum & ſiniſtrum. Cor.Celſus in 8.A dextro iugulo,ſi id fractum eſt,ad alam ſiniſtram: à ſiniſtro ad dextram, rurſúſque ſub ala ſua faſciari debet.Ouid. Pérque latus ſummum iugulo eſt exacta ſiniſtro.Et quia iuguli locus maximè mortifer eſt, inde fit iugulare: quod non ſolùm de ferro dicitur,ſed etiam de morbo. Idem Celſus: Quartana neminem iugulat. Quid ſit petere iugulum in cauſis forenſibus, in commentariis Suet. leges explanatum.*Capulo tenus.*]Sic Virg. Et lateri capulo tenus abdidit enſem. Eſt enim capulus,manubrium gladij, ex eo dictus,quòd manu capiatur. Tradit Plin. Indos ex ſardonyce gemma capulos factitare Capulum quoque veteres dici voluerunt ſarcophagum,id eſt, ſepulchrum,quòd corpora capiat. Plaut. in Aſi. Vt oſculatur carnifex capuli decus: & dicet mox Apul.in 4. Ibi capulos carie & veruſtate contectos, quos inhabitant puluere mortui.Inde capularis ſenex, capulo proximus. Lucilius: Incedit capulare cadauer. Idem Plaut.capulare ſtamen appellat filum Parcarum, pertinens ad ſenem & Acheronticum hominem: ſic enim ab eodem vocatur,qui iam Acheronta & Manes eſt ex ſenio petiturus. Quidam capulum accipiunt pro pheretro,quo cadauera efferuntur. *Vterculo.*]puſillum vtrem ſignificat,ſiue veſicam. Similiter Plin. vterculos vocat in apibus,ventriculos,in quos congeritur mellis liquor acris. *Stilla.*]gutta. Interrogatus

Rhemnius

Rhemnius Palæmon, quæ differentia foret inter guttam & ſtillam: Gutta, inquit, ſtat, ſtilla cadit. Stillaticiam reſinam vocant, quæ ruſſo colore lenteſcit, ex eo opinor, quòd guttatim diſtillaret. *A victimæ religione.*] In immolatione victimarum ſolet victimarius viſcera interiora educere, vt aruſpex ex eorum contemplatu ac inſpectione prænoſcat prædicátque futura. Quod diſciplinæ genus aruſpicinam vocant, & extiſpicium. Itidem nunc, tanquam aruſpicina fiat, expromitur ex interioribus viſceribus cor Socratis, ſicut ex victima reuelabat aruſpex. *Contubernalis mei.*] Socratem ſignat, cum quo ſibi contubernalitas erat: ſic enim Cyprian. appellat ius contubernij. *Protulit.*] extulit in apertum, & ex penitioribus præcordiis exprompſit. *Teli.*] modò gladium ſignificat, vt apud Virg. Silium, & cæteros poëtas frequenter vſurpatur: aliàs telum, quicquid longè iaci poteſt, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν: & vt ſcriptum reliquit Caius Iuriſconſultus, ex interpretatione legũ 12. Tabularũ, teli nomine ſignificatur omne quod manu mittitur: vnde lignum & lapis & ferrum hoc nomine cõtinetur. *Spiritum rebulliret.*] quaſi per bullas æſtuantes refunderet. Ebullire eſt ferueſcere, & rebullire referueſcere. *Spongia effulciens.*] Septimus caſus eſt: & ſignificat Panthiam ſpongia obturaſſe occluſiſſéque ipſum vulnus. Offulcire enim eſt, fulciendo ſarcire, implere, obturare. *Spongia in mari nata.*] Spongiarum tria genera celebrant ſcriptores: naſcuntur in petris: fracturæ & vulnera ſpongiis vtiliſſimè ſouentur: vulnerum inflammationibus imponuntur, ſanguinis profluuium ſiſtunt ex aceto aut frigida. Medici Africanas laudant, quarum firmius ſit robur: & Rhodiacas, quæ ad fouendum molliores ſunt. Poly. auctor eſt, ſuper ægrum ſuſpenſam ſpongiam quietiores facere noctes. De his ſatis multa Plin. in 9. & 31. qui ſpongiã animal eſſe autumat, & inter aquatilia marina percenſet. Senſus Apuleianus eſt. Ait Panthia: ô ſpongia, quæ marina es, noli tranſire per fluuium: hoc eſt, cùm ad amnem bibendi cauſa acceſſerit Socrates, egredere & éxili, ne aqua amnica ſiue fluuiali contingaris: quod infrà factũ eſſe monſtrabitur, A ſpongia verbum fit ſpongiare, quod ſignificat ſpongia extergere: quo frequenter vtitur Apicius. *Varicùs reſidentes.*] Aduerbiũ eſt, ſignificátq; cruribus diuaricatis, diuiſiſq;: quod fieri ſolet à fœmina micturiente. Vaticare.n. eſt, crura aperire, diſiungere, extẽdere, & diuerſum ſeparare. Quint. in 11. Varicare ſupra modũ & ſtando deforme eſt, & accedẽte motu propè obſcœnũ: inde varica fœmina dicta ab Ouid. quę non tã incedit, quã ambulat, gradibus pregrãdibus gradiẽs: quod fœminã parũ decet. Verſus Ouid. Ex poëmate Erotico hic eſt: Ambulat, ingẽtes

varica fértque gradus. Diuaricare quoque ſignificat diſtendere, & in diuerſum ſeparare:quod à proſtitutis meretricibus fit.Hinc ait Hieron.in epiſtola ad Euſtoch. Diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti. Quod tranſtulit ex Ezechiele Propheta,qui in Inſtrumento veteri ſic inquit : diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti,& multiplicaſti fornicationes tuas.Marcell.Cruribus innexis diuaricatum ſine ſpiramento vllo aduſque prætorium traxere præfecti. Vari quoque dicuntur homines obtortis plantis:vnde & varices venæ dictæ in ſuris,inuerſæ vel obtortæ , vt Nonius M. refert.M.Varro libr.2 de Re ruſt.ſcribit,canes eſſe debere cruribus rectis,ac potiùs variis,quàm vaciis.Idem M.Varro lib.5.Latinæ linguæ : Si quis puerorum,inquit, per delicias pedes malè ponere atque imitari vacias cœpit,hoc corrigi oportere,ſi concidat : contrà ſi quis conſuetudine ambulandi iam factus ſit vacia,aut compernis. Vaciæ autem (vt id quoque Varronianum verbum obiter explicemus) contrarij ſunt variis,& in exteriorẽ partem inflectuntur.Hinc vaciæ apud Ro.cognati,vt refert Plin. quorum ſcilicet crura erant obtorta.Et Seneca in epiſtolis moralibus meminit cuiuſdam Seruilij Vaciæ , qui nulla alia re quàm otio notus , in villa conſenuit: & hoc vnum felix habebatur,de quo dicere ſolebant homines ſynchroni , hoc eſt contemporanei: O Vacia,tu ſolus ſcis viuere. Valuum etiam intortum à veteribus dictum,& vatrax & vatricoſus , qui erant pedibus vitioſis. *Veſicam exonerant.*] Onus veſicæ eſt lotium ſiue vrina,quæ exoneratur micturiendo.Omnia animalia quæ veſicam habent, aluum etiam habent: at verò quæ aluum habent , non & omnia veſicam poſſident. Humidi excrementi conceptaculum veſica eſt,ſicci aluus:auctor Ariſtot.in 2.de Animalibus.Veſicæ fœminarum,vt ait Plinius, iunctus vterus eſt, quam vulgo matricem vocant.Veſicæ morbum ſtranguriam appellant:quo veſica exonerari non poteſt,& ægrè lotium it, fitque ſubſtillum: ita enim appellat Cato vrinæ difficultatem. *Madore.*] Nomen eſt à madendo inclinatum,vt fluor à fluendo.Se autem profluuio vrinæ, veluti per ſiphones emanantis,madefactum ſignificat.

Commodùm.]vix tunc , tunc, eóque ipſo temporis momento:id enim ſignificat hoc aduerbium, vt ſuprà demonſtrauimus. *Poſtes ad repagula*

Commodùm limen euaſerant, & fores ad priſtinum ſtatum integræ reſurgunt, cardines ad foramina reſident,poſtes ad repagula redeunt, ad clauſtra peſſuli recurrunt.At ego,vt eram etiã

redeunt.]

num humi proiectus, inanis, nudus, & frigidus, & lotio perlitus, quasi recens vtero matris editus, immò verò semimortuus, verùm etiam ipse mihi superniuens & posthumus, vel certè destinatæ iam cruci candidatus: Quid, inquam, de me fiet, vbi iste iugulatus manè paruerit? Cui videbor verisimilia dicere, proferens vera? Proclamares saltem suppetiatum, si resistere vir tantus mulieri nequibas. Sub oculis tuis homo iugulatur, & sile s? Cur autem te simile latrocinium non peremit? Cur sæua crudelitas, vel propter indicium, sceleris arbitro pepercit? Ergo quoniam euasisti mortem, nunc illò redi. Hæc identidem mecum replicabam, & nox ibat in diem.

redeunt.] In hostio duo sunt postes, qui cardinibus cõtinentur, & repagulis clauduntur. Sunt enim repagula, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, vt contrario pangantur. Hæc & repages dicuntur M. Tull. in primo de Diuinatione: Herculis valuæ clausæ, repagulis subitò seipsæ aperuerunt. Inde repagula pro omnibus claustris obicibúsque vsurpantur. Lucanus de equo cursore loquens: Pedibúsque repagula laxat. *Etiam nunc.*] Nitidior lectio est, & tersior, Etiamnum: quod veteres vsurpant pro etiam, qua dictione scatet Plinius. *Inanimis.*] quasi sine anima, nulla respiratione, nullo anhelitu, qui indicat animal viuere. Argumentum enim apud Dialecticos est, & oratores, quod recurrit, & retrorsum idem valet: vt, Viuere hominem qui spirat, & spirare qui viuit. In anima veteres dici voluerunt, quæ sine anima sunt, nec spirant: vulgò inanimatum vocant, Græci ἄψυχον. M. Tullius: Quæ ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, vt aurum & argentum: sic & homo inanimis, qui sine anima & spiritu est vegeto & vitali. Tales sunt intermortui, & ingenti pauore perculsi: talem fuisse se significat Aristomenes. *Et lotio perlitus.*] vrina perfusus: lotium enim vrinam veteres dixerunt. Columella: Stercore suillo & humano lotio veteri radices rigato. Suetonius in Vespasiano: Hæc è lotio est. Perlitus autem ea figura dicitur, quia illitus & delitus: sicut enim à delino delitum nascitur, quod Grammatici Probus & Caper cõprobant, sic ab interlino interlitũ inclinatur. M. Tul. Tulit molestè, quòd literæ delitæ sunt mihi à te redditę. Idem in quarto Verrinarum: Tabulę sunt in medio,

quæ ſe corruptas atque interlitas eſſe clamant. Vlpianus tit. ad legem Aquiliam de falſis, legis Corneliæ pœna damnari ſcribit eum, qui teſtamentum deleuerit, interleuerit, reſignauerit dolo malo. *Quaſi recens.*]Modò aduerbium eſt, pro recenter: aliàs nomen. Virg. Georgicis. Sole recèns orto, aut noctem ducentibus aſtris. Expoſuit Seruius, recèns, ſtatim. Diuus Auguſtin. lib. de Grã matica, citat hoc Maronianum, & exponit recens, id eſt, recenti tempore. Verbum eſt vetus recentare, quod ſignificat renouare, & iterùm fieri recens: vt Nonius Gelliúſque notificant. Hinc illud Cn. Marij in Mimiiambis: Iam iam albicaſcit polus, & recentatur. *Vtero matris editus.*]Significat ſe ita madentem fuiſſe, ſicut infantes ſunt, cùm primùm ex vtero materno egrediuntur, inuoluti ſecundis, rubentes, ſcilicet erumpente menſtruo, & perliti profluuio ſanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poëtæ: Modò primos incipientem Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem. Albius Imperator, auctore Iulio Capitolino, exceptus eſt vtero candidiſſimus, contra conſuetudinem puerorum qui naſcuntur, & ſolent rubere. vnde Albius eſt dictus. *Superuiuens.*] Superuiuere is dicitur, qui cùm iam mortuus videretur, refocillatus reſpirauit, ac veluti reuixit. *Et poſthumus.*]Eleganter ſe poſthumum ſibimet ait fuiſſe Ariſtomenes, tanquã poſt mortem renatus ſit: ſicut poſthumos illos vocant, qui poſt mortem patris naſcuntur, quaſi poſt humationem parẽtis nati ſint, vt interpretatur Seruius, enarrans illud Virgilianum ex ſexto Æneidos: Syluius Albanum nomen, tua poſthuma proles. Ceſelius tamen in commentario lectionum antiquarum: Poſthuma, inquit, proles non eum ſignificat, qui patre mortuo, ſed qui poſtremo loco natus eſt. Ceſelium refellit A. Gel. libro ſecundo Noctium Atticarum. Hinc fit verbum poſthumare, quod ſignificat poſtremo loco eſſe, quaſi poſt humationem anteceſſorum. Tertullianus in Apologetico ait: Cæteri quoque Moyſi poſthumãt, id eſt, Moyſe poſteriores ſunt. Sidonius Apollinaris decenter poſthumam dixit ætatem, pro poſtera & ſequente. *Candidatus.*]Sicut candidati dicuntur petitores magiſtratuum, à toga candida, quã petitores induebant, ita candidatus crucis eleganti tranſlatione dicitur is, qui petit crucem, hoc eſt, qui futurus eſt iamiam crucifixus & (vt veteres dicebant) directus. A Quint. dicitur candidatus eloquentiæ, qui eloquentiam auſpicatur: ab altero ſeniore Quin. candidata ſacerdotij, quæ petit ſacerdotium: à Hieronymo candidatus fidei, qui ad fidem inſtruitur: à Plin. panegyriſta, candidatus gloriæ & immortalitatis. De candidatis, & toga candida affatim ſcripſimus in primo Tranquilli commentario. Vnde mu-

de munus candidatorium M.Tullio dictum,pro omni officio & labore petitorio : & Plautino sale crucisalus dictus candidatus crucis,quasi in crucem saliens. *Paruerit.*]visus fuerit,comparuerit:nam parêre idem est quod apparere,aliàs obsequi. *Verisimilia dicere.*]Ex disciplina rhetorica etenim narratio fit verisimilis, credibilísque : sunt enim plurima,vt ait Quintilianus in quarto, vera quidem,sed parùm credibilia , sicut falsa quoque frequenter verisimilia.*Proclamares saltem suppetiatum.*]Prosopopœia est, quæ Latinè conformatio appellatur. Fit autem hæc figura cùm aliqua quæ non adest persona confingitur quasi adsit,&ei oratio attribuitur:vt hoc in loco verba memorantur , quæ dici possent ab aduersariis ita argumentantibus,socium ab Aristomene fuisse interfectum,tanquam sic culpantes dicant:Debuisses saltem,si vera autumas,inclamare auxilium,& suppetias,Nam suppetiatũ dixit,pro auxiliatum : & suppetiæ dicuntur auxilia,& suppetiari est auxiliari: super quo verbo satis multa in decimo Tranquilli commentario,vbi ait : Consularem suppetias ferentem rapta aquila fugauerunt. Vbi exposuimus,supperiatum posse inclinari tanquam nomen quarti ordinis:vt arbitratus, vt allegatus,vt sacrificatus,vt multa consimilia inclinantur.*Vir mulieri nequibas.*] Antitheton est:quasi dicas,fortis imbelli,robustus infirmæ.Parũ enim probabile argumentum est,virum à fœmina vinci,cũ mulier naturaliter imbecillis sit & meticulosa, vir verò robustior & audentior:vnde vir nominatus est,quòd in eo maior vis est quã in fœmina: & hinc virtus nomen accepit,vt docet Lactantius in libro de Opificio Dei. Item mulier à Varrone interpretatur,à mollicie dicta.Ob hoc ait Aristoteles in Problematis:Mulierem interfeciſſe iniquius esse quàm virum,quamuis mas fœmina præstãtior sit:quia scilicet fœmina imbecillior est,id est,minùs facere iniuriam potest.Item,Eniti aduersus id quod longè infirmius est,nihil virile,immò stolidum atque iniquissimum est. Hoc signare voluit Æneas Virgilianus,cùm ait:Etsi nullum memorabile nomen Fœminea in pœna est , nec habet victoria laudem. *Vel propter indicium.*]Sensus est:si contubernalis tuus,vt asseris,interfectus est crudelitate fœminea , cur eadem crudelitas te quoque non peremit, vel ob hoc, ne tu arbiter & contemplator sceleris patrati , posses indicare auctores homicidij. *Arbitro.*] speculatori, inspectorique homicidij. Arbitrari est, inspicere & speculari. Plaut. in Captiuis : Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Arbiter dicitur iudex , qui rei arbitrium habet & facultatem. Arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur:& arbitrari est iudicare,vt apud Iurisconsultos tit.de receptis.

arbitrarium verò, cùm adhuc res apud arbitrum geritur. De arbitri iudicíſque differentia, non indiligenter ſcripſimus in commentatijs Tranquil. & docet M. Tul. in oratione pro Roſcio Comœdo. *Nunc illò redi.*] ſcilicet ad mortem regredere, quam euaſiſti. *Identidem.*] frequenter, ſubinde.

Optimũ itaque factu viſum eſt, anteluculò furtim euadere, & viã licèt trepido veſtigio capeſſere. Sumo ſarcinulam meam, ſubdita claui peſſulos reduco. At illæ probæ & fideles ianuæ, quæ ſua ſponte deſeratæ nocte fuerant, vix tandem & ægerrimè tunc clauis ſuæ crebra immiſſione pateſiunt. Et, Heus tu, inquam, vbi es? valuas ſtabuli abſolue, anteluciò volo ire. Ianitor pone ſtabuli hoſtiũ humi cubitans, & iam nũc ſemiſomnus: Quid tu, inquit, ignoras latronibus infeſtari vias? quid hoc noctis iter incipis? Hem, & ſi tu alicuius facinoris tibi conſcius, ſcilicet mori cupis, nos cucurbitæ caput nõ habemus, vt pro te moriamur. Non longè, inquam, lux abeſt: ſed & præterea quid viatori de ſummâ pauperie latrones auferre poſſunt? An ignoras inepte, nudum nec à decem palæſtritis te ſpoliari poſſe? Ad hæc ille marcidus & ſemiſopitus, in alterum latus euolutus: Vnde autem, inquit, ſcio, an conuectore illo tuo, cum quo ſerò deuerteras, iugulato, fugæ mandes præſidium? Illud horæ memini me, terra debiſcente, ima tartara, ínque his canem Cerberum, prorſus eſurientem mei, proſpexiſſe.

Antelucùlò.] horã antelucana, hoc eſt, matutina, & ante ſolis exortũ. Aduerbium eſt. Iuſtinus in primo ait: Antelucano tẽpore ruri iter ingreſſus Cyrus, obuium habuit ſeruum de ergaſtulo. Refert Plin. mel venire ex aëre ſublucanis temporibus: intelligi volens, hora matutina, quæ ſub lucẽ & auroram eſt. Terent. in Adelphis: Cras rus cũ filio cum primo lucu ibo hinc. Vbi exponit ſcienter Donatus, quòd veteres dicebant lucum pro luce, maſculino genere, ponentes pro ſole. Sicut ergo apud Terent. cum primo lucu ſignificat, cùm primùm ſol cœperit illuceſcere: ita antelucùlò, quod aduerbium eſt, ſignificat, antequam lux

Digitized by Google

oriatur,& ſol tenebras illuminet:ſicuti diluculò, cùm iam diluceſcit. Diluculum enim eſt,vt Macrob.docet, cùm iam incipit dignoſci dies. *Licet trepido.*]quamuis titubanti,vel potiùs propero:cùm formido homines volaticos faciat, & pennatos. *Summo ſarcinulam meam.*] Quod Lucianus dicit Græcè τὸ σκεῦν,id Apuleius ſarcinulam appellat. *Peſſulos reduco.*] hoſtium cubiculi repando : quod reductis retractíſque peſſulis fit. In Cantico legimus : Peſſulum hoſtij mei aperui dilecto meo:id ridiculè exponit,& cum delirio, Nicolaus de Lira,peſſulum eſſe hoſtiolum in magno hoſtio. *Deſeratæ.*]reſeratæ,patefactæque. *Valuas ſtabuli abſolue.*]Verba ſunt Ariſtomenis,ſtabularium inclamantis,vt ianuam ſtabuli adaperiat,quæ ex valuis conſtat.Sunt autem valuę ex eo dictæ,vt Varro & Seruius interpretantur, quòd reuoluuntur & ſe velant. Abſoluere valuas,eſt liberare à clauſtris,repagulíſque,quibus alligatæ continentur:tranſlatio à debitore. *Anteluciò.*] Aduerbium eſt,idem ſignificans quod anteluculò,de quo iã dictum eſt. ſed hoc,quaſi ante lucrum, ſicut veteres vſurpabant: illud quaſi ante lucem,videri poteſt inclinatum. *Pone.*] poſt, quod graui ſono antiqui enuntiabant,differentiæ cauſa. *Semiſomnus.*]ſemiſopitus. Sicut exanimus dicitur & exanimis , inermus & inermis,ita ſemiſomnus & ſemiſomnis, ſecunda & tertia declinatione. *Hoc noctis.*]hac hora nocturna,hoc tempore. vetus locutio eſt. Plaut.in Amphytryone : Qui hoc noctis ſolus ambulem. *Facinoris conſcius.*]Scius & conſcius hoc differunt, quòd ſcius ſecum , conſcius cum alio ſcius eſt:vt docet Nonius, cui ſubſcribunt Iuuen. cùm ait : Quis nunc diligitur niſi conſcius?& Mar. Vis fieri diues Bithynice,conſcius eſto. Sed conſcium indifferenter poſitum legimus, vt hoc loco : namque hic conſcius accipitur pro eo,qui ſecum ſcius eſt flagitij. *Nos cucurbitæ caput non habemus.*] Veluti prouerbialiter ſignificat, capita hominum non eſſe vilia,obiiciendáque trucidarioni : ſicuti cucurbitæ caput, quæ inter hortenſia vulgaris eſt & plebeia. Plin. libr.22. tradit eſſe genera cucurbitarum:camerarium,quod leui vmbra cameras ac pergulas operit:alterum plebeium, quod humi creditur. Videtur Apuleius veluti alludens feſtiuiter id dixiſſe,quia ſeminoſæ ſunt cucurbitæ , & ita appellantur ab Ouid.in Priapeis:ex quo fit,vt ſingula ſemina ſingulæ quaſi animæ cucurbitarum videri poſſint:ex quo fit, vt cucurbita vicariam & quaſi ſuccedaneam pro aliena anima animam impendere poſſit, cùm infinitas hoc pacto animas poſſideat,quod ſecùs eſt in nobis.Cucurbitæ quò longiores tenuioréque ſunt , eò gratiores: ſemina, quæ proxima collo fuerint , proceras pariunt : quæ in medio,

rotundas:quæ in lateribus,craſſas:auctores Colum.& Plin.A cucurbita fit cucurbitarium, accipitúrque pro loco in quo cucurbitæ ſeruntur:ſicuti cucumerarium,vbi cucumeres.Eſaias:Sicut inquit, tugurium in cucumerario. Cyprianus vſurpans hoc Eſaiæ teſtimonium, non dixit tugurium, ſed (quod elegantius eſt) cuſtodiarium. Hieronymus cucurbitarios vocat, veluti cucurbitæ amatores, dum diluit ac refellit in epiſtola ad Auguſtinum obiectam cucurbitæ calumniam. Cucurbitula verò non tam paruam cucurbitam ſignificat, quàm vaſculum illud, quo medici vtuntur ad ſanguinis detractionem.Cor.Cel.in 2. Vſus, inquit,cucurbitulæ præcipuus eſt, vbi non in toto corpore,ſed in parte aliqua vitium eſt. Idque auxilium vt minùs vehemens,ita magis tutum,nec vnquam periculoſum eſſe autumat. In hanc ſententiam eſt illud Satyrographi poëtæ: Vacuúmque cerebro Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita quærit.Græci colocynthida vocant cucurbitam: à Plin. coloquintis dicitur cucurbita ſylueſtris, quam minorem eſſe ait quàm ſatiuam. *De ſumma pauperie.*]Pauperies immunda eſt,& mendacitas egeſtáſq; ſignificatur: vnde ait Horat. Pauperies immunda procul domus abſit:paupertas verò,vt inquit Porphyrio,honeſtæ parſimoniæ nomen eſt,& vſurpatur pro fortuna mediocri. Laudes paupertatis graphicè Apuleius noſter, vt omnia, ſpecioſéque perſcribit in Apologia,vbi ait,paupertatem fuiſſe in Ariſtide iuſtam,in Phocione benignam, in Epaminonda ſtrenuam, in Socrate ſapientem,in Homero diſertam. Aliàs pauperies damnum ſignificat: quod ſatis liquet ex titulo illo apud iuriſconſultos notiſſimo, Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.Conſimiliter apud Græcos πενία & πτωχεία diſparantur: cùm appellatione πενίας paupertas ſignificetur,πτωχείας verò ipſa egeſtas, mendicitáſque, ſicut apud Ariſtophanem claret,qui in Pluto ait πτωχείαν eſſe ἀδελφὴν,id eſt, ſororem τῆς πενίας:& πτωχὸν,id eſt,egenum, eſſe eum qui nihil habet, πένητα verò, id eſt pauperem dici, cui ſuppetunt neceſſaria. *Nec à decem palæſtritis.*] In hanc ſententiam ait Hieronymus: Nudus viator non timet latronis inſidias: quod tranſtulit ex illo vulgatiſſimo,Cantabit vacuus coram latrone viator.Conſimiliter Plautus in Aſinaria: Nudo detrahere veſtimenta me iubes. Appellatione autem palæſtritarum, robuſtiores exercitatioréſq; intelligi vult:ſunt enim palæſtritæ magiſtri luctationis, & gnari omnis palæſtricæ exercitationis. Græci πάλην vocant palæſtram & luctam,vnde palęſtritæ.Autumat Seruius,palæſtram dici poſſe ἀπὸ τῆς πάλης,id eſt à motu vrnęiquoniã ducti ſorte luctabãtur: Luctatores in certamine palæſtrico nudabãt corpora,&oleo vngeban-

gebantur:quod primi Lacedæmonij factitarunt,auctore Thucydide.Apalæstros Græci vocãt,ignaros palæstræ:de quibus M.T. in Oratore: Itaque qualis eorum motus, quos apalæstros Græci vocant,talis horum mihi videtur oratio,qui non claudunt numeris sententias. Domitianus clinopalem vocabat assiduitatem concubitus, veluti lecti palæstram. Papinius & Sidonius Apollinaris palem pro palæstra vsurpant, Græca dictione:quod vberius à nobis scriptum reperies in Tranquilli commentariis. Putat Quintilianus, ne illos quidem oratores reprehendendos esse, qui paulum etiam palæstritis vacauerunt. vbi indicat palæstritas non solùm dici qui vitam partim in oleo, partim in vino consumunt, qui corporum cura mentem obruunt: sed & eos quoque à quibus motus gestúsque formatur. De palæstritis magna est mentio apud Ciceronem in Verrinis. *Conuectore.*]Socrates significatur. Conuectores dicimus eos,qui simul iter faciunt, simúlque vehuntur: quæ dictio propriè nauticorum est,qua Iurisconsultus crebrò vtitur. *Deuerteras.*]in stabulum hospitiúm que deueneras. *Illud horæ.*]illa hora,id temporis,eo tempore:Archaismos est. *Debiscente.*]patente.*Canem Cerberum.*]Mythici fabulantur, canem Cerberum custodem esse aulæ Plutonicæ, de quo Silius:Lacrymosæ ianitor aulæ:quem latratu trifauci regna inferna personantem, Hercules ad superos traxerit reluctantem. Historici verò prodiderunt, & memorat Eusebius Chronographus, Orcum regem Molossorum habuisse canem ingentis magnitudinis,nomine Cerberum, qui Pirithoum ad raptum Proserpinæ eius vxoris venientem deuorauit. Grammatici terram interpretantur. De Tricerbero causæ nescio quid indictum dicit Fulgentius in Mythologiis.

Ac recordabar profectò, bonam Meroën non misericordia iugulo meo peperciſſe, ſed ſæuitia cruci me ſeruaſſe. In cubiculum itaque reuerſus de genere tumultuario mortis mecum deliberabam. Sed cùm nullum aliud telum mortiferũ fortuna, quàm ſolum mihi grabatulum ſubminiſtraret: Iam iam grabatule, inquam, animo meo chariſſime, qui mecum tot ærumnas exanclaſti, conſcius & arbiter quæ nocte geſta ſunt,

Cruci me ſeruaſſe.] vt perinde atque homicida, & Socratis contuberna lis mei interfector, crucis supplicio afficeret. *De genere tumultuario mortis.*] Tumultuarium dici voluerunt, quod tumultu quodã fit, & sine consultatione, festinanter & incondite.

quem ſolum in meo reatu teſtem innocentiæ citare poſſum, tu mihi ad inferos feſtinanti ſubminiſtra telũ ſalutare. Et cum dicto reſtim, qua erat intextus, aggredior expedire, ac tigillo, quod feneſtræ ſubditum altrinſecùs prominebat, iniecta atq; obdita parte funiculi, & altera firmiter in nodũ coacta aſcẽſo grabatulo, ad exitũ ſublimatus, & miſſo capite laqueum induo. Sed dum pede altero fulcimẽtum quo ſuſtinebar repello, vt ponderis deductu reſtis ad ingluuiẽ adſtricta ſpiritus officia diſcluderet, repentè putris alioquin & vetus funis diſrumpitur. Atque ego de alio recidens, Socratem (nam iuxta me iacebat) ſuperruo, cúmque eo in terram deuoluor.

A. Gellius tumultuarium ſtudium nominat, quod raptim & per ſubceſſiua tempora fit. Oratio quoque tumultuaria dicta, quaſi extemporalis & tumultuoſè condita. Tumultuarius dux à Liuio dicitur L. Marcius, tumultu militari creatus, non formula legitima. Ita tumultuarium genus mortis nunc appéllat Apuleius, quod perturbatè & tumultuariè paratur. Eſt enim tumultus (vt docet M. Tullius in 8. Antonianarum) perturbatio tanta, vt maior timor oriatur: vnde etiam nomen dictum eſt tumultus. Ita maiores noſtri tumultum Italicum, quòd erat domeſticus: tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Grauiùs autem fuiſſe tumultum quàm bellũ, hinc intelligi licet, quòd bello vocationes valent, tumultu non valent. *Ærumnas exanclaſti.*] tot labores exhauſiſti & perpeſſus es: id enim eſt ærumnas exanclare. M. Tullius in prima Tuſculana: Quòd cùm exanclauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. Anclare, quod & antlare, verbo Græco ſignificat haurire: exanclare, exhaurire. Hinc anclabra, vaſa quibus ſacerdotes vtebantur: & anclabris, menſa miniſteriis apta diuinis. Græci ἀντλέω dicunt pro haurio, vnde & Latini antlare vſurparunt: & ita potiùs legendum videtur exantlare, per literam t, quàm per c. Liuius: Florem antlabant Liberi ex carcheſiis: cùm ſignare vellet, vinum ex poculis hauriri. Hinc antlia accipitur pro vaſe accommodo adhauriendi miniſterium: de quo Epigrammatarius: Antlia tollit aquas. Quo in loco labitur, opinor, interpres. Hinc Phreantles cognominatus eſt Cleanthes, eo quòd

quòd puteos hauriret. *Arbiter quæ nocte.*] ſubintellige eorum:vt ſenſus integer ſit, ſpectator earum rerum omnium, quæ geſtæ ſunt noctu:quaſi dicere velit,lectulum ſolum eſſe conſcium ſuæ innocentiæ. *In meo reatu.*]accuſatione & cauſæ dictione.Meſſala primus(auctore Quintiliano)reatum dixit. Reus autem,vnde reatus nomen ductum eſt,is dicitur,qui cauſam dicit,qui arguitur:& item qui quid promiſit, ſpopondítve, ac debet.Gallus Ælius libr. ſecundo ſignificationum verborum quæ ad ius pertinent: Reus eſt,inquit, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is egit,ſiue cum eo actum eſt. In eadem ſententia eſt Capito Atteius.Reos olim,vt refert M. Tullius in ſecundo de Oratore,appellabant,non eos modò qui arguuntur, ſed omnis quorũ de re diſceptatur. Reum fieri quid eſt,inquit Pedianus Aſconius, niſi apud prætorem legibús interrogari? Agi dicitur reus,cùm accuſatur:peragi, cùm damnatur:vt apud Tranquillum & Propertium explicatum eſt. *Et cum dicto.*] ſtatim,vix talibus dictis, cùm talia dixiſſem. Frequens locutio apud Apuleium, & propè peculiaris in hoc ſignificatu. Prouerbium Græcum eſt, ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον:quod dicitur de his,qui ocyſſimè & cum dicto rem expediunt:ſic enim interpretamur,ſimul verbum,ſimul opus. *Reſtim.*] funem:& prouerbiale eſt apud priſcos,ad reſtim res redit: quod ſignificat,res deperditas eſſe,& de ſuſpendio cogitandum. In ſaltatione reſtim ducere dicuntur chori puerorum, puellarúmque manu conſerti: ex quo ſenſu dictum eſt illud Terentianum,Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis: item Liu.in 27. Per manus reſte data virgines, ſonum vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt.A reſte fit ὑπαλλαγὴ reſticula: à qua ſimilitudine,alliorum connexa capita reſtes dicuntur. Plin.in 20. Allium ad ſerpentium ictus potum cum reſtibus ſuis. Reſticula ficorum Varroni decenter dicta eſt,ſicut & vulgò nuncupatur.Quod autem lecti reſtibus & faſciis contineantur, indicat Porphyrio, explicans illud Horatianum: Tenta cubilia,tectáque rumpit:lectum dici ait reſtibus ſiue faſciolis ſubtentum. A reſte fit reſtio: accipitúrque apud Plautum oppidò quàm decenter, pro eo qui ſe penſilem facit,laqueo reſtis ſtrangulatus.ſic enim in Moſtellaria loquitur laniſta: Illi erant bucædæ potiùs quàm ego ſim reſtio: quod ſignificat, illi potiùs cædentur bubulis loris,quàm ego me ſuſpendam.*Tigillo.*]trabi.A tigno ſit tigillum. Tigni autem appellatione in legibus 12. Tabularum, omne genus materiæ,ex qua ædificia conſtant,ſignificatur. Idem docet Iuriſconſultus tit.de tigno iniuncto. Præterea,tignum inuenies,antiquitùs dicebatur:quod & Feſtus docet. Tigillum ſororium Romæ

fuit,ex eo dictum,quia transmisso per viam tigillo,Horatius sororicida adoperto capite veluti sub iugo missus est: Liu.auctor. *Altrinsecus.*] Aduerbium est,quod hîc significare videtur,in altiore parte: cùm aliàs ex vtraque parte, ex vtroque latere dicatur. *Obdita.*] alligata,& firmiter apposita. *Funiculi.*]Quam modò restim dixit, nunc funiculum nominat. diminutiuum à fune.Quintilianus in 1.Diminutio genus,vt funem masculinum esse funiculus ostendit. Napuras prisci funiculos vocauerunt,vt in commentario sacrorum vsurpatur, Pontifex napuras nectito: id est,funiculos facito.Illud adde,funeta dici in vineis,cùm palmites inter se funium modo iunguntur, & arcus fiunt, quorum meminit Plin.in 17.Reperio apud auctores,Gratianum Valentiniani Imperatoris patrem, appellatum esse Funarium, eo quòd venalitium funem portanti quinque milites nequiuerint extorquere. *Ad exitium sublimatus.*]ad subeundam vltroneam mortem sublcuatus,ita vt pensilis fieri posset. *Fulcimentum.*] grabatulum significat,quo sustentabatur: fulcire enim sustinere est, & stabilire:fulcimentum & fultura, pro stabilimento. *Ad ingluuiem.*] ad gulam.& propriè intelligit gurgulionem, siue asperam arteriam,qua spiritus ab ore in pulmonem, atque inde rursum in os & in nares vltrò citróque semper commeat: quo tramite intersepto,homo statim extinguitur,cùm spirare non possit.Ideóque ait Hippocrates in libro de Flatibus, triplici alimento corpora nutriri,cibo,potu, & spiritu: qui adeò corpori necessarius est, vt possit homo sine esca & potione multos dies viuere, sine spiritu verò intra breue tempusculum moriatur. Inde eleganter dixit, spiritum patrem esse & auum morborum omnium. Ob hoc dixit Cor.Celsus visum esse Hippocrati,omne vitium in spiritu esse.Plin.pœnam laquei scitè præposteram vocat:quia scilicet includitur spiritus,cui quæri debet exitus. Aliàs ingluuies significat ventris capacitatem, si credimus Seruio,sic exponenti illud Maronianum:Improbus ingluuiem ranísque loquacibus explet. Ego existimo ingluuiem non tam ad ventris quàm ad gulæ capacitatem esse referendum: ex quo interdum accipitur pro gulonum helluatione,& voratrina. A.Gellius: Nomina,generáque edulium & domicilia ciborum profunda ingluuies inuestigauit.Macrob.in tertio: Nec contenta illa ingluuies fuit maris sui copiis. *Discluderet.*] excluderet,dissepararet,interciperet,Virgil. Tum durare solum & discludere Nerea ponto. Lucretius: Cum paribus iungi res, & discludere mundum. M. Tul.Semotas à mente & disclusas putat.

Et ec-

Et ecce in ipso momento, ianitor introrupit, exertè clamitans: Vbi es tu, qui alta nocte immodicè festinabas, & nunc stratis inuolutus? Ad hæc nescio an casu nostro, an illius absono clamore, experrectus Socrates, exurgit prior: &, Ne, inquit, merito stabularios hos omnes hospites detestantur. Nam iste curiosus dum importunè irrumpit, credo studio rapiendi aliquid, clamore vasto, marcidus alioqui, me altissimo somno excussit. Emergo lætus atque alacer, insperato gaudio perfusus: & Ecce, inquam, ianitor fidelissime, comes & pater meus, & frater meus, quem nocte ebrius occisum à me calumniabaris: & cum dicto, Socratem deosculabar amplexus. At ille, olore alioqui spurcissimi humoris percussus, quo me lamiæ illæ infecerant, vehementer aspernatur: Apagete, inquit, fœtorem extremæ latrinæ: & causas cœpit huius oloris comiter inquirere. At ego mirè adficto ex tempore absurdo ioco, in alium sermonem intentionem eius denuò diriuo: & iniecta dexiera, Quin imus, inquam, & itineris matutini gratiam capimus? Sumo sarcinulam: & pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam.

Exertè clamitans.] voce sublatissima, Aduerbium est, quod significat apertè & denudatè, qualis est vox sublatior. Exerere & exertare significat nudare. Quadrigarius in Annalibus: Gallus irridere cœpit, atq; linguam exertare. *Stratis inuolutus.*] Extrinsecùs subintelligendum, Es: vt integrum sit, stratis inuolutus es, & nunc quiescis in lecto. *Absono.*] barbaro, incondito, agresti vociferatu: Hoc enim est absonum. Qui ait absonum dici, parui & ferè nullius soni, fallitur. Quod hîc ait clamore absono, pòst etiam paulò dicit, vasto: vt absonus & vastus clamor idem significetur.
Ne immeritò.] num immeritò.
Hospites.] aduẽtores, qui à stabula-

riis ſtabulo hoſpitióque recipiuntur. *Marcidus*.]vinolentus & ebrius. Vina quoque marcida dici,quòd marcidos faciant homines,teſtis eſt Papinius,qui ait in Syluis:Illi marcida vina largiuntur.A Martiali quoque marcentes vuæ dictæ ſunt. Epitheton eſt Bacchi,quem marcidum poëtæ cognominant. *Comes & pater meus*.]Nomina ſunt affectus noſtros teſtantia, quibus Ariſtomenes Socratem contubernalem ſuum appellat. *Cum dicto*.] ab his verbis.*Olore*.]odore & fœtore:ab oleo dictum. Aliàs olor ſignificat cygnum. *Spurciſſimi humoris*.]vrinæ,ſiue lotij.*Infecerant*.]fœdauerant,maculauerant. Inficere enim ſignificat tingere:inde infectum,tinctum:infectores,tinctores:infectus, ipſa tinctura:ex quo infectum dicimus pollutum, & maculoſum maculis inelui bilibus.Seneca:Vitijs,inquit,infecti ſumus. Aliàs infectum dicitur non factum,vt illud: Sunt auri pondera facti,Infectíque mihi:& illud Plautinum prouerbiale;Quod vis fieri,factum eſt,fieri infectum non poteſt. *Lamiæ*.]Lamias priſci magas & voratrices puerorum vocant. Horat.in arte poëtica:Neu pranſæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo.λαμὶαι Græcè dicitur ingluuies:vnde lamiæ dictæ, vt autumat Porphyrio. vnde & lamiæ voragines:de quibus idem Horatius in epiſtolis:Viribus vteris per cliuos,flumina,lamas. Græci ſcribunt, lamias terriculamenta eſſe puerilia,quibus oculi ſint exemptiles.Philoſtratus in Apollonio ait,lamias à quibuſdam laruas & lemures appellari : eſſéque ad amorem & venerem propenſas,& carnes humanas,maximéque formoſorum eſurienter appetere : qui libidinis cupiditate alliciant eos,quos poſteà cupiant deuorare.Talem lamiam Apollonius Tyanæus olim Corinthi deprehendit. In inſtrumento veteri ait Hieremias:Lamiæ nudauerunt mammam,lactauerunt catulos ſuos.quo in loco,non pro fœminis,ſed pro feris lamiæ accipi videntur.*Apagete fœtorem*.]remoueto & abducito. Apage & apagete dictio comica eſt,ducta à verbo Græco ἀπάγω,quod ſignificat abduco & abigo. Et Plautus in Gurgulione:Apage hãc caniculam. *Latrina*.]Latrina conceptaculum eſt immundiciarũ & excrementorum,quæ in cloacas corriuantur.Columella:Immundis quæcunque vomit latrina cloacis. Quicunque habuerit horoſcopum in 28.parte Arietis,latrinas ſemper cloacáſq; mundabit. Item,cuius horoſcopus fuerit in ſecundo gradu Tauri,bajulabit ſtercora,latrinas purgabit:auctor Maternus in 7.Matheſeos.*C miter*.]bonignè,ſuauiter:vel(vt interpretatur M.Varro)hilarè ac libenter,aduerbium eſt. Ennius: Menſam ſermonéſque ſuos rerúmque ſuarum Comiter impartit.M.Tullius in oratione pro Cor.Balbo: Comites,inquit,benigni,faciles,ſuaues homines eſſe

esse dicuntur : qui erranti comiter monstrat viam, benignè, non grauatè. *Loco.*]lege ioco. *Mansionis.*]A manendo mansio dicta, sicut à remanendo remansio. M. Tul. in epistola ad Q. fratrem: Primùm tuam remansionem etiam atque etiam probo. Plin. in 6. scribit mansiones esse dispositas aquationum ratione, qua camelis itur in Arabia: ex quo hydreum & hydrema, ab aqua dicuntur. Idem in 12. tradit, regionem, qua thus conuehitur, diuidi in mansiones camelorum sexaginta duas. Vbi pro mansionibus non nummos dant, sed thus pendunt.

Aliquantùm processeramus, & iam iubaris exortu cuncta collustrantur: & ego curiosè sedulò arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapsum videram. Et mecum: V esane, aio, quin poculis & vino sepultus, extrema somniasti? ecce Socrates integer, sanus, incolumis. vbi vulnus? spongia vbi? postremò cicatrix tam alta, tam recens? Et ad illum: Ne meritò, inquam, medici fidi cibo & crapula distentos sæua & grauia somniare autumant. Mihi denique, quòd poculis vesperi minùs temperaui, nox acerba diras & truces imagines obtulit, vt adhuc me credam cruore esse humano aspersum, atque impiatum. Ad hæc ille subridens: At tu, inquit, non sanguine, sed lotio perfusus es. Verumtamen & ipse per somnium iugulari visus sum mihi: nam & iugulum istum dolui, & cor ipsum mihi auelli putaui: & nunc etiam spiritu deficior, & genua quatior, & gradu titubo, & aliquid cibatus refouendo spiritui desidero. En, inquam, paratum tibi adest ientaculum. & cum dicto man-

Iubaris exortu.] Iubar dicitur stella lucifer, quæ in summo habet lumen diffusum, vt leo in capite iubam: auctor M. Varro. Hic ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt sol alter, diémque maturans: claritatis quidem tantæ, vt vnius huius stellæ radiis vmbræ reddantur. Plin. auctor. Itaque meritò, ait, exoriente iubare cuncta illustrari & lucida fieri. Virg. It portis iubare exorto delecta iuuentus: vbi exponit Seruius, nato lucifero, qui iubar dicitur, quòd iubas lucis effundat: vnde quicquid iam splendet, iubar dicitur, vt iubar auri, argenti, gem-

marum. Quapropter exortum iubaris accipere malim pro ſole, cuius exorientis ſplẽdor cuncta colluſtrat: ſicut poëtæ appellant iubar ſolis. & Senecá ait in Hercule Œteo: Dum lapſum Titan mergat oceano iubar. *Sedulò arbitrabar.*] diligenter inſpiciebam. Donatus ſedulò interpretatur, ſine dolo, impenſè & diligenter. Et *mecum: Veſane aio.*] Sermocinans ſecum Ariſtomenes, opinatur ſe crapula & vinolentia obrutum, ſomniaſſe illa quæ viderat: cùm Socrates integer & illæſus viſeretur. *Extrema ſomniaſti.*] portentoſa, tumultuoſáque: qualia temeto ingurgitatus, aut cibo diſtentus ſomniare ſolet, quod phantaſma Græci vocant: quod Cic. viſum appellat. In quo genere eſt, vt ait Macrob. ἐφιάλτης, quem Auicenna incubum nominat: quem publica perſuaſio opinatur quieſcentes inuadere, & pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. *Spongia vbi.*] Cùm ſpongia illa nuſquam appareret, qua vulnus Socratis Panthia obfulciuerat, ita ſecum per interrogationem attonitus Ariſtomenes ſermocinatur. Et *ad illum.*] ad Socratem conuerſus dixi. *Diſtentos.*] plenos, & ſaturos, fartos. Vinum capitis dolorem & vertigines facit. Ab hoc, vt inquit Plinius in 23. dicta crapula eſt. Eſt autem crapula, vt docet Ariſtoteles in Problematis, feruor quidam & inflammatio, quæ plus conflictat, quàm temulentia. Crapulam, eodem auctore, ſedat braſſica. Ex hac Ariſtotelica ſententia dixit Cato in libro De re ruſtica: Si voles in conuiuio multùm bibere, cœnaréque libenter, ante cœnam eſto braſſicam crudam

ticam meam humero exuo, caſeum cum pane properè ei porrigo : &, luxta platanum iſtam reſidamus, aio: quo facto, & ipſe aliquid indidem ſumo. Eúmque auidè eſitantem aſpiciens, aliquanto interiore macie atque pallore buxeo deficientem video. Sic denique eum vitalis color turbauerat, vt mihi præ metu nocturnas etiam furias illas imaginanti, fruſtulum panis quod primum ſumpſeram, quamuis admodùm modicum, medijs faucibus inhæreret, ac neque deorſum demeare, neque ſurſum remeare poſſet: nam & breuitas ipſa commeantium metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitum, alterum ſine alterius noxa peremptum crederet?

Digitized by Google

crudam quantùm voles, ex aceto: & item vbi cœnaueris, comesto aliqua folia, quæ reddent te quasi nihil ederis biberísque, bibes quantùm voles. *Autumant.*] dicunt, opinantur, censent: id enim significat autumo, vt docet Gell, in 14. P. verò Nigidius id compositum esse ex ab præpositione & verbo extimo coniectat: dictúmque intercisè autumo, quasi ab extimo, quod significat totum existimo, tanquam ab numero: sed Nigidianum hoc interpretamentum argutius esse videtur, quàm verius. *Saua & grauia somniare.*] Socrates in Platonis politia dicit, quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis est particeps, sopita langueat: illa autem, in qua feritas quædam sit atque agrestis immanitas, cùm sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exultare eam insomnio, immoderatéque iactari. Ita huic omnia visa obiiciuntur à mente ac ratione varia, vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut trucidare aliquem, & impiè cruentari, multáque facere impura atque tetra cum temeritate atque impudentia. Iubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorem animis perturbationémque afferat. Ex quo & Pythagoras interdixit, ne faba vescerentur: quòd is cibus habeat inflationem magnam, & insomnia grauia faciat. *Vesperi.*] hora vespertina & cœnatica. *Minùs temperans.*] Sapientis viri super mensam celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. *Diras ima.*] Violenti sæpe, cùm dormire vix cœperint, aspicere videntur irruentes, vel passim vagantes formas, à natura seu magnitudine, seu specie discrepantes, variásque tempestates rerum velatas, vel turbulentas. Interdum (vt Macrobius ait) temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, extimat se vel abundantia præfocari, vel grauantibus exonerari: interdum esuriens cibum, sitiens potum inuenisse videtur. *Impiatum.*] contaminatum, impuratum, maculatum. Impiare enim maculare est: piare verò, expiare. Vnde & piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita: quam sagam alij vocant: & Piacularis porta Romæ dicta, propter piacula quæ ibidem fiebant. *Iugulari visus sum.*] Quod reuerà passus erat Socrates, id se per somnium vidisse significat: tanquam totum hoc negotiũ magicum phantasticúmque sit, & per præstigias quasdam illudat hominibus. Et hoc est quod ait Augustinus in 18. de Ciuitate Dei, phantasticũ hominis varias formas carpere posse. Memorátque exemplũ cuiusdã, cui vi magica cõtigerat, vt iacêret in lecto suo quasi dormiens, nec vllo modo posset excitari: post aliquot

autem dies eum euigilaſſe, & quaſi ſomnia narraſſe quæ paſſus ſit:caballum ſe ſcilicet factum, annonam inter alia iumenta baiulaſſe militibus.Quod ita vt narrauit,factum fuiſſe compertum eſt:quæ tamen illi ſua ſomnia videbantur. Indicauit & alius,ſe domi ſuæ per noctem vidiſſe venientem ad ſe quendam philoſophum,ſibíque expoſuiſſe quædam Platonica,quæ anteà interrogatus exponere noluiſſet:& cùm ab eodem philoſopho quæſitum fuiſſet,Cur tunc fecerit,quod priùs petenti negauerat?non feci,inquit, ſed me feciſſe ſomniaui. ac per hoc alteri per imaginem phantaſticam exhibitum eſt vigilanti, quod alter vidit in ſomnis. *Nihil nam.*]Lego nihil non,vt ſit,non nihil:quod ſignificat aliquid,& aliquantùm.*Iſtum.*]Dicticôs eſt. *Spiritu deficior.*] Annotauimus in commentariis Suetonij λειποψύχους dici,qui anima & ſpiritu deficiuntur:quos Plin.appellat defectos. Lipothymia & lipopſychia Græcè dicitur,Latinè defectus animi,ſiue defectus animæ. Apud Plin. Syntectici eſſe videntur in eodem ſignificatu,accipíque pro defectis: & ſyntexis,pro ipſa defectione animi,ſiue defectu. *Genua quatior.*] Conſimile eſt illud,Genua labant. *Cibatus.*]cibi:Caſus patrius eſt, quem genitiuum grammatici vocant. *Refouendo ſpiritu.*]cibo vinóque refici corpora, & roborari vires,quis ignorat?Virg. Tum victu reuocant vires. Homer.in 6.Iliad.ὑπὸς μέγα οἶνος ἀνίξει: id eſt,robur magnum auget vinum. Et Columella in 7. roborandum eſſe præcipit largo cibo equum admiſſarium,vt Veneri ſuperſit. Liuius frequenter ait,cibo corpora refecta eſſe. Lucretius:Capitur cibus,vt ſuffulciat artus. *Ientaculum.*] cibus matutinus,& guſtulum.Antiqui prandicula dixere ientacula,& ientare pro ientaculum capere:ſuper quo verbo ſatis multa in ſuperioribus, & apud Suet.in nono commentario. Græci ἀκρόπαστα vocant ientaculum. *Mantica.*] Quod ſuprà ſarcinulam dixit,nunc manticam appellat:eſt enim pera viatoria,quia viatores circumferunt vtenſilia. Æſopus fabulator tradit,ſingulos homines duas manticas habere:vnam antè, alteram retrò: in priorem aliena vitia mitti, in poſteriorem noſtra. Quo apologo ſignificat,nos in alienis vitijs ſpectandis eſſe oculatos,in noſtris cæcutientes. Ex hac Æſopica fabula eſt illud Catullianum velut prouerbiale: Nemo videt manticæ quod in tergo eſt:& illud Perſianum; Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.Seneca vocabulo Græco hippoperas appellat ſarcinas,quę à tergo equi geſtantur: quaſi dicas peras & manticas equeſtres: hippos enim Græcè equus,ἡ πήρα pera. Verba Senecæ ex libro Epiſtolarum moralium hæc ſunt: M.Cato Cenſorius canterio vtebatur, hippoperis quidem impoſitis, vt ſecum vtenſilia portaret,

taret. Idem mox paulò : Quantum erat ſeculi decus, imperatorem triumphalem, cenſorium, & quod ſuper omnia hæc eſt, Catonem vno caballo eſſe contentum? & ne toto quidem : partem enim ſarcinæ ab vtroque latere pendentes occupabant. Ita non omnibus obeſis mannis, & aſturconibus, & tollutaribus præferes illum vnicum equum ab ipſo Catone defrictum? Libuit plura ex Seneca tranſcribere, vt cognoſceres, viros illos graues & imperatorios, ſeculo illo priſco & ſancto fuiſſe contentos vnico equo, in quo ipſimet ſarcinulas ſuas circumferebant: cùm hac tẽpeſtate luxus efferueſcens ſuaſerit Cardinalibus, vt nunquam minùs ducentis equis antecedentibus egrediantur, ídque pompabiliter : ipſi verò vehuntur mannis & aſturconibus, qui ſunt equi gradarij & molles. Habent & mulas tollutares, hoc eſt, quæ tollutim, id eſt, volubiliter & quadam pedum glomeratione gradiũtur: ita enim appellãtur equi tollutares, vt alibi annotauimus. A mantica, vt ad propoſitũ reuertamur, fit manticula. Mãticularum vſus pauperibus in nummis recondendis fuit : vnde deductum eſt verbum vetus manticulati: quod ſignificat doloſè quid agere. Pacuuius: Ad manticulandum aſtu aggreditur. item: Deinde aggrediar aſtu regem, manticulandum eſt hîc mihi. *Iuxta platanum.*] Arbor peregrina eſt, vmbræ gratia tantùm ex alieno petita orbe. Commendatio platani non alia maior eſt, quàm ſolem æſtate arcere, hyeme admittere. mero infuſo nutriuntur : compertum id maximè prodeſſe radicibus. Docuim úſque vt inquit decenter Plin. etiam arbores vina potare. Idem aliubi tradit, latiſſima folia eſſe ficó, viti, platano. Ab Ouidio genialis nominatur, quaſi voluptaria, & ad delicias reperta. Chamæplatani vocantur puſillæ & breues, quaſi abortus platanorum: nam & in genere arborum pumiliones ſunt: ſicuti chamædaphne dicitur humilis laurus, chamæmyrſine puſilla myrtus, & breuitate ſpectabilis. Platanonas vocant loca conſita platanis. Hortenſius orator, auctore Macrob, platanos ſuas vino irrigare conſueuerat. *Indidem.*] ex caſeo & pane: aduerbium eſt. *Eſitantem.*] Ab edo, frequentatiuum fit eſito. *Pallore buxeo.*] Inter ea, quæ pallore notabilia ſunt, maximè notabilis eſt buxus : etenim pallidiſſima eſt, vnde in comparationem palloris vſurpatur. Ouid. in carmine obſcœno: Buxo pallidior, nouáque cera. Hinc pallorem buxantem & buxeum optimo epitheto dixerunt. Plin. in 16. buxum eſſe ait quadam duricia ac pallore commendabilem, cuius materies honorata eſt. plurima naſcitur in Pyræneis ac Citoro montibus: vnde à Catullo dictum eſt, Amaſtri Pontica & Citore buxifer. Virg. quoque in Georgicis : Et iuuat vndantem buxo ſpectare

Citorum. Ex buxo pecten fit laudatus: indéque Citoriacus dictus ab Ouidio, quasi buxeus, à Citoro monte: sic enim ait in 4. Metamorphoseon: Sæpe Citoriaco deducit pectine crines. Impressi codices habent Cytheriaco, quod grammatici exponunt pro venereo: sed tu lege Citoriaco, & expone pro buxeo, vt docuimus. *Nocturnas furias.*]Metoën & Panthiam magas intelligit. Sic & Horatius veneficas fœminas, & præstigiis magicis infames, appellat furias, illo versu: Horruerim voces, furiarum & facta duarum. *Frustulum panis.*]buccella: diminutiuum est à frusto, quod significat particulam. Virg. Pars in frusta secant. Inde aduerbia sunt, frustatim, & frustillatim. Plautus in Curgulione: Ego te faciam vt hîc formicæ frustillatim differant. *Neque deorsum demeare.*] Non potuit significantiùs exprimere, quod interdum vsuuenire solet in ægrotis & anxiis, vt scilicet cibus quodam veluti lentore inhærens faucibus, neque descendere possit in stomachum, neque superna repetere. Auctor est Plin. in 28. Siquid è pisce hæserit faucibus demissis in aquam frigidam pedibus cadere: si verò panis hæreat, ex eodem in vtranque aurem addito pane, quod inhæserit decidere. *Breuitas commeantium.*]paucitas simul euntium. Duo tantùm erant. Abusio est, quæ Græcè catachresis appellatur, quæ verba finitima vsurpat: hoc modo, Vires hominis breues sunt, oratio magna: longum in homine consilium, paucus sermo. Ita breuitas commeantium, pro paucitas viatorum. *Sine alterius noxa.*]Modò culpa: aliàs periculum, damnúmque significat, vt in notis Seruij fusiùs explicauimus.

Verùm ille vt satis detruncauerat cibum, sitire impatienter cœperat. Nã & optimi caſei bonam partem auidè deuorauerat, & haud ita longè radices platani lenis in ſpeciem placidæ paludis ignauiùs ibat, argento vel vitro æmulus in colorem: En, inquam, explere latice fontis lacleo. Adſurgit, & opertus paululum, planiorem ripæ marginem complicitus in genua appronat ſe, auidus adfectans poculum: nec-dum ſatis extremis labiis ſummum aqua rorem attigerat, & iugulo eius vul-

Lenis *fluuius.*] leniter, & citra impetum fluens. *In ſpeciem placidæ paludis.*]Paluſtres aquas placidas esse & stagnantes videmus, quas meritò damnant medici, vtiliores quæ profluunt existimantes. quod & Plinius noster memorat libro trigesimo primo. *Ignauiùs*]lentiùs, contatiúsque fluebat.

vulnus debiſcit in profundum patorem, & illa ſpongia repentè de eo deuoluitur, eáque paruus admodùm comitatur cruor. Denique corpus exanimatum in flumen penè corruerat, niſi altero ego eius pede retento, vix & ægrè ad ripam ſuperiorem attraxi: vbi defletum pro tempore comitem miſellum arenoſæ humo in amnis vicinia ſempiterna contexi. Ipſe trepidus & eximiè metuens mihi, per diuerſas & anias ſolitudines aufugi: & quaſi conſcius mihi cædis humanæ, relicta patria & lare, vltroneum exilium amplexus, nunc Ætoliam, nouo contracto matrimonio, colo. Hæc Ariſtomenes.

Æmulus in colorem.] Laus aquæ fluuialis, quæ ita limpida erat, vt vel argentea vel vitrea videri poſſet. Antiqui aquilum colorem dixere ſubnigrum, quaſi inter album nigrúmque intermedium: ab aqua, cuius incertus eſt color. Tria namque elementa ſunt ſine ſapore, ſine odore, ſine ſucco: aqua, aër, ignis. Aquilex elegantivo cabulo dictus eſt, aquę veſtigator & ductor. Plin. Subeſſe aquis credũt, & hoc habẽt ſignũ aquileges. *Explere.*] Pro exple te. Imperatiuus eſt paſſiuus, quẽ veteres frequẽter vſurpãt pro actiuo. Ouidius: Cingere littorea flauentia tempora myrtho. *Latice lacteo.*] aqua pura & nitida. Latex, vt ait Seruius grammaticus, propriè aqua eſt, ab eo quòd intra terrę venas lateat. Et vinũ, laticem dicimus, quòd latet intra vuam. Denique omnis liquor, latex dici poteſt, ſicut Lucretius dixit laticẽ abſinthij: & Ouid. latices Palladios, pro olei liquore: & Maro laticem Lyæum, pro vino. Solinus quoque in Polyhiſtore licentiùs paulò ſic ſcripſit: Non coibunt in corpus vnũ latex vineus, & latex aquę. *Marginem complicitus.*] Significat, Socratem manibus apprehendiſſe tenaciùs marginẽ ripæ herbaſcẽtem, inſtar eorum qui aquã amnicam poturi apprehendunt herbam, complicántque marginẽ manibus, ne præcipites ruant in flumen. *In genua appronat ſe.*] Eleganter dictũ, pro eo quod eſt, inflectit genua: &, vt veteres dicebant, ingeniculatur. In cœlo ſignũ eſt, quod Græco vocabulo Engonaſis, Latinè ingeniculus nominatur: de quo ſic ſcribit Maternus Firmicus in 6. Ingeniculus, qui Engonaſis, in extremis partib. piſciũ oritur: hoc ſidere nati erunt mendaces, fugaces, callidi. Ouid. dixit in 8. Metamorphoſeon: Qui mędius, nixíq; genu eſt, anguémq; tenẽtis. vbi Nixus genu, eleganter ſignificatur Ingeniculus, qui Hercules eſt, vt docet Hi

Digitized by Google

ginus:qui dextro genu nixus,ſiniſtro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur.Æſchylus ait, Herculem cum Ligurib. manus contuliſſe, & complures eorum ſagittis confixiſſe: ſed cùm iam deficeret, defeſſum ſe ingeniculaſſe, multis iam vulneribus acceptis.Iouem autem miſertum filij, curaſſe vt circa eum magna lapidum copia eſſet: quibus ſe Herculem defendiſſe,& hoſtes fugaſſe.Ita Iouem in ſimilitudinem pugnantis inter ſidera conſtituiſſe.De hoc intelligi voluit Manilius in 5.Aſtronomicôn,illo verſu:Nixa genu ſpecies,& Graio nomine dicta.Nam Nixa genu,Ingeniculum ſignat: Graio nomine dicta, Engonaſin deſignat,quiGręco nomine nixus genu interpretatur: ἐγγονάζομαι enim eſt,flecto genua. *Dehiſcit.*]vehemẽter aperitur, &patet.Hiſcere.n.eſt hiare,id eſt,aperire,quod veteres hietare & hiatare dixerunt.Laberius,Hietantur fores dixit,pro eo quod eſt hietant,id eſt,patent.Item Cælius:Sequere me tu,qui mihi oſcitans hietánſque reſtas. *Patorem.*]hiatum & apertionem : nomen eſt à patendo deductum:cui conſimile eſt vagor pro vagitu,qua dictione vſus eſt Ennius:& fluor pro fluxu.*Spongia deuoluitur.*]ne ſcilicet per flumen tranſiret. quod Panthia ſuperiùs cauendum eſſe præceperat,cùm inquit:Heus tu ſpongia, caue in mari nata per flumen ne tranſeas. A ſpongia verbum eſt Apitianum Spongiare,quod ſignificat ſpongia extergere. *Exanimatum.*] Modò mortuum,aliàs conturbatum.Inter exanimatum & exanimum, vt ait Donatus,hoc intereſt : exanimatus eſt conterritus, & conturbatus,vt illud Terentianum,Ibi tum exanimatus Pamphilus: exanimus,eſt occiſus,vt Virgil.Corpus vbi exanimum.Nonnunquam exanimatus accipitur pro extincto & mortuo : vt hoc in loco,& apud Hiſtoricos perſæpe. *Vix & ægrè.*] Aduerbia ſunt, difficultatem conatúmque laborioſum ſignificantia. *Pro tempore.*] Sunt res quædam ex tempore & ex conſilio, non ex ſua natura conſiderandæ:quibus in omnibus quid tempora petant,aut quid perſonis dignum ſit,conſiderandum eſt : & non quid fiat, ſed quo tempore fiat,attendendum eſt: quod & M.Tul.docet in 11.Rhetoricorum. *In amnis vicinia.*]Significat ſe in prærupiis fluminis,& iuxta fluuialem ripam humaſſe inter arenas defunctũ Socratem. *Eximiè.*]valdè,& excellenter,ſupráque morem hominum.*Auias ſolitudines.*]inacceſſas,inuias,& via carentes. Lucretius:Auia Pieridum peragro loca.Sic & homo dicitur auius,extra viam rationis. Idẽ: Auius à vera longè ratione vagaris.Notũ eſt illud apud Rhetoricos doctores, Auium dulcedo auium ducit.*Relicta patria & lare.*] Larem pro domo vſurpant:ſunt enim Lares Dei domeſtici, de quibus ſic ſcribit Tertullianus in Apologeti-

logetico: Domesticos Deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis. De Laribus & lărario, quod sacrarium domesticũ est, plura in secundo Tranquilli commentario. Apuleius noster in libro de Deo Socratis: Lar, inquit, dicitur familiaris, qui ex lemuribus posterieorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet. *Vltroneum.*] spontaneum. Hieron. in epistola ad Marcellam: Tritum quippe est prouerbium, Vltroneas puterẽ merces. *Nunc Aetoliam colo.*] inhabito. Deos non ob aliud appellant Cœlicolas, vt auctor est August. in 10. de Ciuitate Dei, nisi quòd cœlum colant: non vtique venerando, sed inhabitando, quasi quosdam cœli colonos. *Hæc Aristomenes.*] Scilicet, sermocinatione satis longa fabulatus est.

At ille comes eius, qui statim initiò obstinata incredulitate sermonem eius respuebat: Nihil, inquit, hac fabula fabulosius, nihil isto mẽdacio absurdius. & ad me conuersus: Tu autem, inquit, vir (vt habitus & habitudo demonstrant) ornatus, accedis huic fabulæ? Ego verò, inquam, nihil impossibile arbitror: sed vtcunque fata decreuerint, ita cuncta mortalibus prouenire. Nam & mihi, & tibi, & cunctis hominibus multa vsuuenire mira, & penè infecta, quæ tamen ignaro relata fidem perdant. Sed ego huic & credo Hercules, & gratas gratias memini, quòd lepidæ fabulæ festiuitate nos auocauit: asperam denique ac prolixam viam sine labore & tædio euasi. Quod beneficium etiam illum vectorem meum credo lætari, sine fatigatione sui mè vsque ad istã ciuitatis portam, non dorso illius, sed meis auribus prouecto. Is finis nobis & sermonis & itineris communis fuit. Nam comites vtrique ad villulas pro-

Sermonem respuebat.] Respuere sermonem hominis, nihil aliud est, quàm non approbare, neque recipere, perinde ac vanum & fabulosum. *Vt habitus & habitudo demonstrant.*] Habitus formam corporis & liniamenta, ipsamque corporaturam significat. Liuius: Habitum oris liniamentáque intueri. Plautus: Qualis habitus oris? Habitudo quoque, vt tradit Festus Pomp. habitus corporum significatur. Habitior dicitur pinguior & corpulentior, apud Plaut. Habitissimus, pinguissimus. A. Gellius in 4. Equum

nimis ſtrigoſum *ximas læuorſum abiere.*
& malè habitum,
ſed equitem eius vberrimum & habitiſſimum viderunt. Vbi ſtrigoſus equus accipitur pro macro, ſiue emaciato: ſtrigoſus enim quaſi ſtringoſus, dictus ab eo quòd corpora ſtringat. Liuius equos ſtrigoſiores appellat, macriores & exiliores. Præterea habitus dicitur veſtitus. Plin. Qui ad nos lugubri habitu aduenerat, & capillatior ſolito. Apud philoſophos habitus in alia ſignificatione vſurpatur: Græcè dicitur ἕξις, de quo Ariſtoteles in ſecundo Ethicorum ſatis multa. Ipſe autem habitus & habitudo ſæpe declarant hominis conditionem & dignitatem: vnde meritò ornatum virum vocat ex habitus elegantis habitudiníſque ingenuæ coniectura: vbi habitus referri poteſt ad veſtitum quoque, habitudo ad corporaturam. *Accedis huic fabulæ?*]credíſne hanc fabulam? Interrogatiuè legendum eſt. *Vtcunque fata decreuerint.*] In hanc ſententiam ait Manlius: Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege. Tertul. in Apologetico: Scitè, inquit, fato ſtat Iuppiter ipſe. Idem ſignificat Græcus ille in hanc ſententiam verſus: Fatum ſummum exuperat Iouem. Significanter autem & propriè, Decreuerint, dixit: eſt enim decernere, conſtituere ex poteſtate: vnde decreta fatorum & ſiderum dicta. Iulius Firm. frequens eſt in hac elocutione, vt dicat ſidera decernere fœlicitates infœlicitatéſque mortalibus: & Plin. ait, Deo ſemel decretum in omnes futuros vnquam. Hinc ſenatus decretum: quod à conſulte Helius Gallus ſic diſtinguit, vt decretum dicat particulam quandam eſſe ſenatuſconſulti, veluti cùm prouincia alicui decernitur. Idem Firmicus Maternus ait in primo; Fatum nobis vitæ ianuas pandit, finémque viuendi fatalis legis neceſſitas ſtatuit. Et nihil non poſitum eſt in fati poteſtate. Seneca quoque libro de Mundi gubernatione: Fata, inquit, nos ducunt, & olim conſtitutum eſt quid gaudeas, quid fleas. *Vſu euenire.*]contingere. *Euenire.*]Archaiſmos eſt: *Penè infecta.*]quaſi nunquam priùs facta, & ob hoc incredibilia. *Hercules*]certè, mediusfidius: aduerbium eſt iuriſiurandi, quod Mehercules dicitur, quod ſolis viris conuenit. Fœminæ enim per Herculem non iurant, & Herculaneo ſacrificio abſtinent; de quo in commentariis Propertij copioſiùs. *Auocauit.*]amouit, abduxit, abſtraxit à ſenſu laboris per voluptariam ſermocinationem. Comes enim facundus, vt inquit Publius mimographus, in via pro vehiculo eſt. Auocare enim eſt remouere, alienare, auertere. Virgil. Oblectat hortus, auocat, paſcit, tenet. Calliſtratus iuriſconſultus tit. de nundinis: Auocentur, inquit, agrorum cultores ab opere ruſtico, & Pomp. ait: Cùm conſules

sules auocarentur bellis finitimis. *Vectorem meum.*] Equum significat, qui meritò lætatus est, se tantisper exoneratum fuisse sarcina sessoris sui, dum ille pellectus festiuitate fabulatoris, sititórque audiendi prouectus est vsque ad Hypatam. *Meis auribus.*] Prouehi dicimus eleganter & festiuiter, quando audientes aliquid auditu dignum & delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures nos vehant non pedes. Dixit olim Xerxes Persarum rex, animum in auribus hominum habitare. Qui bene audit, voluptate perfunditur: qui verò malè, is perturbatur & excandescit. *Finis sermonis & itineris.*] Cõsimiliter Horatius: Brundusium nobis finis chartæque viæque. *Læuòrsum abiere.*] siniſtrã partem peregerunt: læuorsum enim significat, ad læuam partem. aduerbium est, sicut & siniſtrorsum. Horatius: Ille siniſtrorsum, hic dextrorsum abit. Aliorsum dixit Cato, & illorsum, pro in aliam partem, & in illam partem.

Ingressu.] Pro ingressui. Casus dandi est: quo ita vsi sunt veteres, vt dicerent victu pro victui: anu, dominatu, pro anui & dominatui, & cætera his consimilia. Lucilius: Quòd sumptum atque epulas victu præponis honesto. Virgil. quoque in Georgicis ait: Quòd nec concubitu indulgẽt. Idẽ: Téque aspectu ne subtrahe nostro. Cęsar dictator in Anticatone: Vnius inquit, arrogãtiæ, superbiæq; dominatúsq;. Caput est apud Gellĩũ in 4. Noctiũ Atticarũ super hac re sciens ter conditum: &

Ego verò quòd primum ingreſſu ſtabulum conſpicatus ſum acceſſi, & de quadam anu caupona illicò percontor: Eſtne, inquam, Hypata hæc ciuitas? Annuit. Noſtíne Milonem quendam è primoribus? Arriſit. Et verè, inquit, primus iſtic perhibetur Milo, qui extra pomerium, & vrbem totã colit. Remoto, inquam, ioco, parens optima, dic oro & cuiatis ſit, & quibus diuerſetur ædibus. Vidésne, inquit, extremam feneſtras, quæ foris vrbem proſpiciunt, & altrinſecus fores proximam reſpicientes angiportum? inibi iſte Milo diuerſatur, ampliter nũmatus & longè opulentus: verũ extremæ auaritiæ, & ſordis infimæ, infamis homo: fœnus denique copioſũ ſub arrhabone auri & argẽti crebriter exercẽs, exiguo lare incluſus, & ærugini ſemper intẽtus, cũ vxore etiã calamitatis ſuæ comite habitat: neq; præter vnicam paſcit ancillulam, & habitu mendicantis ſemper incedit.

Digitized by Google

grammatici obſeruauerunt. *Stabulum.*] cauponam,hoſpitium, de quo ſuprà. *Et de quadam anu.*]Splendida locutio eſt,vt dicamus. Percontor de te,quæro de te, pro à te. Ita M. Tull.decenter vſurpat: Quæſiui de mea Tullia,quid egiſſet. Ita veteres omnes frequenter locuti ſunt. Horatius in ſecundo Sermonum:Quærit de pueris,num ſit quoque fracta lagena. *Cauponam.*]Cauponam tam mulierem dicimus, quàm tabernam, vt docet Priſcian.in quinto.καπήλους, hoc eſt, caupones, appellat Plato in ſecundo de Republica, qui ſe în foro ad venditionem emptionémque conſtituunt,quos neceſſarios eſſe ait in ciuitatibus magnis, benéque inſtitutis.Idem tamen in libris de Legibus interdicit ciuibus cauponationem, tanquam tota hæc res per peregrinos ſit exercenda.Iuriſconſultus tit. de nundinis, meminit Platonicæ ſententiæ de cauponationibus. *Percontor.*]interrogo,perquiro.verbum eſt à conto deductum, quo nautæ vtuntur ad loca nauibus opportuna:& ita ſcribitur per o.Si verò percunctor ſcribatur, per v,& c,tunc dicitur ab eo, quòd à cunctis perquiratur, auctor Donatus in Hecyræ commentario. *Annuit.*]nutu id eſſe ſignificauit. Inter annuere, & nutare, & nictare veteres hoc intereſſe voluerunt,vt annuere ſit narium vel labiorum, nutare capitis, nictare oculorum. Et ita grammatici verſum illum Plautinum ex Aſinaria interpretantur: Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Sed & grammaticorum ſubtilitas ſcrupuloſior eſt, quàm verior. Annuere enim eſt,ipſo capitis nutu approbare,affirmaréque.cuius contrarium eſt renuere:vnde nutus & renutus.Plin.in primo Epiſtolarum: Nam ego ſimili nutu & renutu reſpondere voto tuo poſſum.Græci dicunt νεύειν καὶ ἀνανεύειν. *Ex primoribus.*]ſummatibus,& primi ordinis hominibus. *Arriſit.*] quia ſcilicet Milonem è primoribus Hypatæ appellauerant. *Primus iſtic.*] Ironicôs dictum, cùm à contrario ſignificare velit, infimum & ſordidum fuiſſe Milonem, vix inter Hypatinos ciues numerandum: cùm eſſet exopolis, id eſt, extra muros vrbis habitaret. *Extra pomerium.*]Pomerium locus eſt circa murum,quem in condendis vrbibus conſecrabant, quod ſpatium neque habitari, neque arari fas erat:cuius verbi vim ſolùm intuentes, poſtmœnium interpretantur eſſe. Sed vt ait Liuius,non magis quod poſt murum eſſet, quàm murus poſt id,pomerium Romani appellauerunt. Pomerium augures Romani ita diffinierunt: Pomerium eſt locus intra vrbem effatus, per totius vrbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus,qui facit finem vrbani auſpicij. Ex ſeptem vrbis montibus, Auentinus ſolus extra pomerium fuit, quaſi ominoſus,quòd in eo monte Remus auſpicauerit,auéſque

irritas

irritas habuerit, ſuperatúſque à Romulo in auſpicio ſit: vel ob id,quòd plebes eò ſeceſſiſſet,vt innuit Seneca in libro de Breuitate vitæ. Mos fuit apud antiquos,proferre pomerium agro non prouinciali,ſed Italico acquiſito. Legimus apud hiſtoricos,Seruium Tullium regem Romanum, Lucium Syllam,diuum Iulium,diuumAuguſtum,protuliſſe pomerium.Claudius quoque, vt inquit Cor.Tacitus,pomerium vrbis auxit more priſco,quo his qui protulere imperium,etiam terminos vrbis propagare datur.*Parens optima.*] Nomen venerationis,quo anum cauponam appellat.*Vidéſne,inquit.*]Dictico's eſt:demonſtrat enim manu & geſtu,Milonis diuerſorium. *Altrinſecus.*]in altiori parte,vel ex altera parte,vel potiùs ex vtraque parte:hoc enim ſignificat altrinſecus apud auctores. *Angiportum.*]Quod exitum non habet,ac peruium non eſt,id angiportum appellarunt,quaſi anguſtum,ab angendo & portu:auctor M.Varro. In Adelphis ait Terent. Id quidem angiportum non eſt peruium: id eſt, vt exponit Donatus,anguſta & curua via: quaſi angiportus, vt angicia:alij,quòd inter portus ſit locus anguſtus,hoc eſt,inter domos,quas vel portus,vel inſulas veteres dixerunt. De inſulis in hoc ſignificatu ſatis multa apud Suetonium. Horatius dixit angiportũ,tanquam nomen ſit quarti ordinis.ſic enim ait in Sapphico carmine: Flebis in ſolo leuis angiportu.vbi commentatores expoſuerunt,angiportum dici vicum ſine exitu,anguſtum & flexuoſum in modum anguis.*Diuerſatur.*]habitat,colit. *Ampliter nummatus.*]bene nummatus. Græcè dicitur polychrematos,& polyplusios,quod genus ait Plaut.eſſe honoratiſſimum, in Captiuis. *Et ſordis infimæ.*] Auaros homines, & deparcos,meritò ſordidos appellant, cùm auaritia ad incuriam vſque corporis graſſetur: vt per illam vnam neque virtutis,neque virium,neque corporis,neque animi adſit cura:victus autem ſordidus, à tenui victu diſtabit,Oſello iudice,vt ait Horatius. *Sub arrhabone auri.*] ſub pignore. Arrhabonem pignus veteres dixerunt,quod alio nomine arram. Teren. Ea relicta huic arrhaboni eſt pro illo argento.Claudius Quadrigarius in annalibus,arrhabonem dixit obſides: & id maluit quã pignus dicere, quoniam vis huius vocabuli in ea ſententia grauior acriórque viſa eſt, vt curiosè penſitat A.Gellius. Sed nunc arrhabo, vt idem Gellius autumat in 16.in ſordidis verbis haberi cœptus, ac multò rectiùs videtur arra. De arra frequens eſt mentio apud Iuriſconſultos,& verſiculus ille notiſſimus: Vtilis hæc,arram ſi dederitis, erit. & nunc vulgò ita vſurpatur,cùm in quotidiano ſermone negotiatorum ſit: Da arram, pro,pignus. Plin.in 33.Nondũ,inquit,erat arra velocior, de annulo loquens,

qui ad ſponſiones exilit,& pro pignore opponitur. De arrhabone ait M.Varro hæc: Arrhabo ſic dicta, vt reliquum reddatur hoc verbum à Græco ἀῤῥαβών. *Exiguo lare.*]domuncula & tugurriunculo. Hoc proprium eſt diuitis ſordidi,vt exiguo lare includatur,diſſimulator opulentiæ,ſimulator inopiæ.Saturnus,auctore Firmico Materno, ſi fuerit in ſecundo ſigno ab horoſcopo per diem,reddit abſconſos,latentes,& animo pauperes,& habere ſe aliquid ſemper negantes.Infruniti eſt,inquit Seneca,iactare diuitias:timidi,abſcondere. *Æruginiintentus.*] rei nummariæ incubans, inhiánſque : æruginem enim pecuniam intelligi voluit,quæ ex ære fit.Ita Horatius : At hæc animos ærugo & cura peculi, Cùm ſemel imbuerit. Iuuenalis : Si reddat veterem cum tota ærugine follem.Eſt autem ærugo propriè,rubigo æris:ſicut ferrugo,ferri.Æruginis magnus eſt vſus,pluribúſque fit modis, vt docet Plinius noſter in 34. Victruuius quoque in ſeptimo ait, ex lamellis æreis in aceto obturatis fieri æruginem : cùm autem ex ære ſignato fit nummi vſus & pecuniæ : vnde & ærarium,& tribuni æratij,& æra militum,& obærati dicti. Hinc fit,vt ærugo quoque pro ipſa pecunia accipiatur.Cruda ærugo vulnerariis emplaſtris miſcetur,& cellum fiſtulárum erodit. *Calamitatis.*]auaritiæ.Quid enim calamitoſius auaro?qui in omnes malus eſt, in ſe peſſimus:qui tam deeſt quod habet,quàm quod non habet: qui inter opes inops degit vitam calamitoſam.*Præter vnicam ancillulam.*] Conſimiliter Lucianus in Aſino aureo tradit,ſe vſum eſſe hoſpitio Hypatani Hipparchi,qui μίαν θεράπαιναν τρέφει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν, μόνας: id eſt ancillam & vxorem ſolas domi alebat, cùm eſſet (vt ipſe ait) φιλαργυρώτατος, id eſt, auariſſimus mortalium.

Benignè & perſpicuè.] liberaliter &nitidè.aduerbia ſunt. ironicôs legendum. *Nec nidoris nebulam.*] In domo auari & ſordidi nunquam culina colitur,nec edulia lautiora diſcoquuntur, quorum nidor nares permeet. Plauti-

Ad hæc ego riſu ſubiicio: Benignè inquam, & perſpicuè Demeas meus in me conſuluit, qui peregrinaturum tali viro concilianit, in cuius hoſpitio nec fumi, nec nidoris nebulam vererer. Et cum dicto modicò ſecus progreſſus, hoſtium accedo, & ianuam firmiter oppeſſulatam pulſare vocaliter incipio. Tandem adoleſcentula quædam procedens: Heus tu,inquit,qui tam firmiter

fores

fores verberaſti, ſub qua ſpecie mutua-ri cupis? An tu ſolus ignoras, præter aurum argentúmque nullum nos pignus admittere? Meliora, inquam, omina-re: & potiùs reſponde, an intra ædes herum tuum offenderim? Planè, in-quit: ſed quæ cauſa quæſtionis huius? Literas, ei à Corinthio Demea ſcri-ptas, ad eum reddo. Dum annuncio, in-quit, hæc, ibidem operiminor: & cum dicto rurſum foribus oppeſſulatis, intrò capeßit. Modicò deinde regreſſa, pa-tefactis ædibus: Rogatte, inquit. Intuli me: eúmque accubantem exiguo admo-dùm grabatulo, & commodum cœnare incipientem inuenio. Aſſidebat pedes vxor, & menſa vacua poſita. cuius monſtratu: En, inquit, hoſpitium. Bene, ego: & illicò ei literas Demeæ trado. Quibus properiter lectis: Amo, inquit, meum Demeam, qui mihi tantum con-ciliauit hoſpitem. Et cum dicto iubet vxorem decedere, vtque in eius locum aßideam iubet, méque etiamnùm vere-cundia cunctantem, abrepta lacinia de-trahens: Adſide, inquit, iſtic. Nam præ metu latronum nulla eſt fibula. An-ne ſufficientem ſupellectilem parare nobis licet? Feci.

nus Euclio ari-dior pumice, Di-uûm atque ho-minum inclamat fidem, de ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras. Idem minitans Staphilæ aniculæ inquit: Si ignis viuet, tu extin-guêre extemplò. Eſt autem ni-dor, odor qui ex eduliis coctis olfactum exci-tat in tantùm, vt quandoque deſi-deremus illud Ca-tullianum: Quod cùm olfacies, Deos rogabis, Totum vt te fa-ciant Fabulle na-ſum. De nidore epularum illud celeberrimum: Ca ptum te nidore ſuæ putat ille culinæ. Græcè dicitur νίαινα. Vn-de illud Homer. ex prima Iliados rhapſodia, νίαινε δὲ κῆρι μέλαινα κνίσσης ἧσιν ὀλυ-σσομένῃσιν ἄρωγή. Interdum nidor pro putore vſtrinæ accipitur, vt apud Virgil. Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit, Nidorémque ambuſta de-dit. *Modicè ſecus.*]non longè à caupona. O*ſſeſſulatam.*]clauſam, & peſſulis immiſſis munitam. *Pulſare vocaliter.*]Morẽ expreſſit

Digitized by Google

vſitatiſſimum, vt ſcilicet qui pulſat hoſtium, etiam forinſecùs inclamet. Lucianus, ἐγὼ κἰπὶω προσελθὼν τῇ θύρᾳ, Ego accedens ianuam pulto. *Sub qua ſpecie mutuari cupis.*] ſub quo pignore: quorum multæ ſunt ſpecies. Vſus eſt verbo iuriſconſultorum, qui ita ſcribunt titul. de rebus creditis: Mutuum damus, recepturi non eandem ſpeciem, quam dedimus (alioquin aut commodatum erit, aut depoſitum) ſed idem genus. Hoc autem ideò dixit puella, tanquam nullus vnquam accederet domum Milonis, niſi qui pecuniam mutuaticiam, vel potiùs fœneraticiam oppoſitis pignoribus ſumere vellet. Mutuum autem à fœnore hoc diſtat, quòd mutuum ſine vſuris, fœnus cum vſuris ſumitur. Hinc ait Plautinus amator in Aſinaria: Nam ſi mutuari non potero, certum eſt, ſumam fœnore. Paulus iuriſconſultus: Mutuum, ait, appellatum ab eo, quod de meo tuum fit. Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſuráve conſiſtunt. Mutuari autem non ſignificat mutuam pecuniam dare, vt ſemidocti literatores opinantur, ſed mutuum ſumere. Macrobius ait de Virgil. quòd ſcilicet ad excolendum ſe quædam ab antiquioribus mutuatus ſit, id eſt, mutua vſurpauerit. & hæc eſt proba & erudita eloquutio. Aduerbium eſt, mutuò, vſitatiſſimum: eſt & mutuiter, minùs frequens, quod idem ſignificat Varro: Viue, méque ama mutuiter. *Meliora ominare.*] non ſolùm Deorum voces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum quæ vocant omina: quæ maiores noſtri (vt ait M. Tul.) plurimùm valere cenſebant. Ideò ait Apul. ad ancillam: Dic, quæſo, meliora verba. Itidem apud Macr. Bona verba quæſo, Prætextatus ait. Antiqui ominare, & ominari, dixerunt in eadem ſignificatione. Pomp. Ita ſit & tibi bene, qui rectè ominas. Eſt autem ominari, quaſi verbis diuinare & augurari. *Offenderim.*] inuenturus ſim. *Quæſtionis.*] inquiſitionis. Teren. Caue in quæſtione ſis. *A Corinthio Demea.*] Imitatur Lucianum, qui ad hoſpitem Hipparchum literas Decriani ſophiſtæ deferebat. *Operiminor.*] Elegantiùs leges, Operitor, quod ſignificat expecta, & præſtolare. *Modicò deinde.*] pòſt paulùm. *Accubantem.*] Accubare verbum eſt conuiuale. M. Tul. Qui mihi accubantes in conuiuiis. Fuit enim mos priſcorũ, vt cubantes in lectulis cœnitarent: qui mos apud Græcos, Turcáſque hodie quoque eſt vſitatiſſimus: vnde diſcumbere & accumbere, & accubare, recubare vſurpata. Scribit Val. Maximus, fœminas cum viris cubantibus ſedentes cœnitare conſueuiſſe. *Commodùm.*] tunc, id horæ, eo momento, de hac dictione in ſuperioribus ſatis multa. *Exiguo grabatulo.*] Lucianus conſimiliter, κατέκειτο ὀπὶ κλινιδίου τινός: id eſt, diſcumbebat in lectulo admodùm angu-

anguſto. *Aſſidebat pedes.*]ſedebat ad pedes.Ego autem corrigo, penes, pro pedes:vt ſignificet,vxorẽ penes,id eſt,iuxta maritum Milonem aſſediſſe:conueniátque cum verbo Luciani,qui ait, γυνὴ δὲ αὐτοῦ καθῆστο πλησίον,id eſt,vxor autem ipſius propè aſſidebat. *Menſa vacua.*] ex Lucani filis textura concinnatur:ille enim ait, καὶ τραπέζα μηδὲν ἔτι ἔχουσα παρέκειτο,id eſt,menſa nihil continens adiacebat. *Bene,ego.*]quaſi dicat,Gratias ago pro hoſpitio oblato. *Illico.*]ſtatim. *Eis.*]Lege,ei,ſcilicet,Miloni. *Proſperiter.*]Legendũ, properiter,quod ſignificat properè & feſtinanter. Catullus:Animula miſerrima properiter adit. *Eam.*]Corrige,etiam. *Verecundia contantem.*]Pudor & verecundia homines facit contabundos & renitentes:nec non fari prohibemur ex pudore:vnde non ineleganti epitheto dictus infans ab Horatio,quia nos infantes effi ciat,& mutos. Infans namque pudor prohibebat plura profari. *Lacinia.*]veſte. De lacinia & lacinioſa conualle iam dictum eſt. *Nulla eſt fibula.*]Cauſa redditur,cur vocauerit Apuleium,vt aſſi deret in vxoris ſella.Quoniam,inquit,nihil ſatis clauſum,ſatíſq; munitum eſt ab incurſu latronum, qui nullas nobis ſellas reliquas fecerunt:& ita fibula accipietur pro clauſtro & obice. Sed elegantior lectio eſt,& verior:Sellula, ſiue ſeſſibula:vt ſit ſenſus, nullam aliam domi ſuæ eſſe ſellam ſiue ſedile, præ metu latronum,qui ſunt in cauſa ne ſupellex idonea paretur. Eſt enim ſellula diminutiuum à ſella,quaſi parua ſella:ſedes autem,& ſedile,& ſella,& ſubſellium,& ſolium,à ſedendo dicuntur,d litera in l conuerſa.M.Varro & Feſtus Pompeius auctores. Selliquaſtra quoque ſedilia,ab idoneis ſcriptoribus appellantur,à ſedendo & ipſa dicta. Higinus:Caſſiopea ſedens in ſelliquaſtro collocata eſt. Idem alibi ait:Inter ſidera ſedens in ſelliquaſtro conſtituta eſt.Menda eſt in codicibus impreſſis,in quibus paſſim legitur ſil liquaſtro,pro ſelliquaſtro.Magna enim differentia eſt in ſignificatu inter ſilliquaſtrum & ſelliquaſtrum, quamuis in ſcripto ſit puſillum diſſidium:eſt enim ſelliquaſtrum,vt iam docuimus,ſedile:ſilliquaſtrum verò herba eſt hortenſis, quæ alio nomine piperitis appellatur,cuius meminit Plin.in 19.& 20.lib.Natural.hiſtoriæ. *Feci.*]vt iuſſit Milo,aſſedi in vxoris ſella. Quoniam incidit mentio ſedilis, declarandum eſt Gellianum verbum, in quo plerique omnes hæſitant. In 18.Noctium Atticarum ſic ſcriptũ eſt:Offendimus eum cubantem in ſymphodio Græcienſi.vbi lege,in ſcimpodio, & expone in ſedili, vel potius, in grabatulo. Græci enim σκιμπόδια vocant ſcabellum & grabatum: cuius diminutiuum eſt ſcimpodion.Lucianus,τῷ δὲ παιδὶ τὸ σκιμποδίον ἀντὶ κραβατίου:id eſt,ſeruo tuo grabatulum ipſi conueniẽs apponam.

Et sic: Ego te, inquit, etiam de ista corporis speciosa habitudine, déque hac virginali prorsus verecundia, generosa stirpe proditum, & rectè conjicerem. Sed & meus Demeas eadem literis pronuntiat. Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas peto: erit tibi adiacens & ecce illud cubiculum, honestum receptaculum. fac libenter diuerseris in nostro. Nam & maiorem domum dignatione tua feceris, & tibi specimen glorioſum arrogaris. sis contentus lare paruulo: Thesei illius cognominis patris tui virtutes æmulaueris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue. At vocata anciʃlula: Fotis, inquit, sarcinulas hospitis susceptas cum fide conde in illud cubiculum. Ac simul ex promptuario oleum unctui, & linteа tersui, & cætera huc eidem vsui profer ocyter: & hospitem meum produc ad proximas balneas: satis arduo itinere atque prolixo fatigatus est. His ego auditis, mores atque parsimoniam ratiocinans Milonis, volénsque me arctiùs ei conciliare: Nihil, inquam, rerum istarum, quæ itineris vbique nos comitantur, indigemus. Sed & balneas facilè percontabimur. Planè quod est mihi sume præcipuum: equo, qui me strenuè peruexit, fœnum atque hordeum, acceptis istis numulis, tu Fotis emito.

Et sic.] Lege etsi. Verba sunt Milonis ad Lucium. **Virginali verecundia.**] Laudamus in iuuene verecundiam: est enim virtutis color. Plaut. Adolescentem decet esse verecundum, Argyrippe. Sed in sene, vt ait Aristot. in 4. Ethic. digna laude non est: cùm non omnem deceat ætatem verecundia. Optimum autem verecundiæ epitheton est, vt virginalis appelletur: est enim virginum propè peculiaris pudor. Claudianus: Flammea sollicitum præuelatura pudorẽ. Maro quoque de Lauinia virgine scribens, affectum naturalem decenter expressit: Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit. **Rectè conjcerem.**] coniectarem, coniectatoriè cognoscerem. **Eadem te.**] scilicet esse generosa stir-

ſa ſtirpe genitum. *Gurguſtioli.*]tuguriunculi,caſulæ,domunculæ.Gurguſtium enim,cuius diminutiuum eſt gurguſtiolum, ſignificat genus habitationis anguſtum, à gurgulione dictum. *Dignatione tua.*] Domus non ſolùm domino honeſtatur,ſed etiã hoſpitum dignitate nobilitatur. Hodiéque gloriari ſolemus,domi noſtræ fuiſſe hoſpites illuſtres: vt verum ſit illud Sidonij; Gloria magna viri, gratia parua loci. *Specimen arrogaris.*]gloriam tibi vendicabis ex humanitate, quoniam laudaberis non ſpreuiſſe tenue hoſpitiolum. *Contentus lare parumlo.*]In hanc ſententiam eſt illud Virgilianum:Aude hoſpes contemnere opes,& te quoque dignum Finge Deo,rebúſque veni non aſper egenis: & illud Naſonis,Subiere minores Sæpe caſas ſuperi. *Theſei illius cognominis patris tui.*]Hinc liquet,patrem Apuleij appellatum eſſe Theſeum. Eſt autem ſenſus:Si hoſpitiolum meum non ſpreueris, videberis eſſe imitator Theſei illius inclyti & famigerati, qui olim non erubuit vti hoſpitio Hecales ruſticæ vetulæ, quæ illi appoſuit olera, vel potiùs herbas ſylueſtres pro eduliis,veluti ſonchon & crethmon, vt ſcribit Callimachus, & retulit Plin. Corrige autem pro Ales anus,Hecales anus:ſicut in lib.Annotationum corrigendum eſſe docuimus. Hæc eſt illa Hecale, quæ in carmine obſcœno ſignatur,cùm ait; Æqualis tibi, quam domum reuertens Theſeus repperit in rogo iacentem.Hecales meminit & Plutarchus in Theſeo. De hac opinor intellexit Ouid. in libris de Remedio ſic ſcribens: Cur nemo eſt Hecalem,nulla eſt quæ ceperit Irum? Nempe quòd alter egens, altera pauper erat. Scio in codicibus Ouidianis Hecatem legi,non Hecalem. *Cognominis.*] Cognomines dicuntur,eiuſdem nominis:vt docet Serúius,enarrans illud Virgilianum, Gaudet cognomine terra. Hinc Plautus in Bacchidibus: Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines? Theſeum appellat cognominem patris Apuleij:quia & ipſius pater dictus eſt Theſeus. *Æmulaueris.*]imitatus fueris.locutio vetus. Antiquitus enim æmulare pro æmulari dicebatur, ſicut luctant dixerunt pro luctantur, & præliant pro præliantur,& conuiuant pro conuiuantur:& hoc genus propè infinita, quod multorum exemplis ſatis liquet,& grammaticorum obſeruatione declaratur. Æmulari autem eſt imitari,& inuidere:vnde æmulatio dicitur,imitatio virtutis cũ laude.Eſt& ægritudo,ſi eo quod quis cõcupiuerit,alius potiatur, ipſe careat. *Photis.*]Apud Lucianum ancilla hoſpitis Hipparchi Paleſtra nõ inſcitè appellatur,tanquã omnis luctę venerię ſcia & gnara.Photis verò Apuleiana videri poteſt dicta ἀπὸ τῦ φωτὸς,quod ſignificat lucẽ & lumen, tanquã eſſet lucida puella,& ardeſcens in veneré.

Cum fide conde.]fideliter repone. *In illud cubiculum.*]Lucianus Græcè inquit,δὸς κοιτῶνα,id eſt,da cubiculum. Interpres Luciani hallucinatur,interpretatus,Da tunicã : videlicet deceptus proximitate vocis & literarum : ſi quidem Græcè χιτὼν eſt tunica, κοιτὼν verò cubiculum:in ſignificatu autem tam diſtant,κοιτὼν & χιτὼν, quantùm Hypanis Veneto diſſidet Eridano. *Ex promptuario.*] Cellarium ſignificat,ex quo promuntur vſui neceſſaria, à promendo dictum : ſicut & promos dici voluerunt, miniſtros qui præſunt cellæ promptuariæ,vt promant de intus vſuaria,& condos,qui condant:auctor Fulgentius Placiades. Hinc Plautinum illud,Sum promus,condus, procurator peni. Apuleius in Apologia,promum librorum eleganter vocat miniſtrum à libris. Symmachus promptuarium decenter appellat ingenium,perinde ac repoſitorium theſaurúmque doctrinarum. Verba Symmachi ex epiſtolis hæc ſunt : Vtinam mihi falſis laudibus blandiaris,cùm ais te aliquid ex noſtro deſiderare promptuario. Plautus dixit carcerem promptuariam cellam. *Vnctui.*]ad vnguentum:in balneis enim oleo corpora perungebant, quod in lecytho continebatur:ſic enim vocauerunt ampullam oleariam, quàm Cyprianus capſacem nominat, Iuuenalis guttum:cuius meminit M. T. in libris de Finibus & nos ſcripſimus in libro annotationum. Loti diſtringebantur ſtriligibus, mox tergebantur linteis, quæ M. Varro appellat termentaria,quòd corpore terantur:de quibus Epigrammatarius poëta, Nõ tam ſæpe teret lintea fullo tibi. *Terſui.*]ad tergendum.Plinius in Epiſtolis: Nam dum diſtringitur, tergitúrque,audiebat aliquid,aut dictabat. *Eidem vſui.*]ſcilicet balneario. Ad balneare autem inſtrumentum pertinebant & ſtrigiles:de quibus plurima mentio eſt apud ſcriptores. *Ocyter.*]velociter. *Satis arduo itinere fatigatus.*]Lucianus,πέμπε αὐτὸν εἰς βαλανεῖον,οὐχὶ μικρὰν γὰρ ἐλήλυθεν ὁδόν:produc,inquit ipſum ad balneũ, non enim paruam viam fecit. *Itineris vbique.*]in omni itinere. Sic enim dicimus,vbique locorum, vbique gentium. Ipſe alibi dixit,quod minùs frequens eſt,Vbique imaginum,pro in omnibus imaginibus. *Strenuè.*]nauiter,& perniciter. Strenua mors dicitur à Curtio,quæ citò conficit. *Hordeum emito.*]Lucianus,κριθῆς ἀξίαν πέμψω εἰς τὸν ἵππον:id eſt,pretium hordei pro equo. Græcè enim κρίθη dicitur hordeum,& ὑποκοριστικῶς κριθάριον, quaſi hordeolum. Hordeum autem quadrupedum refectibus vita tradidit,vt auctor eſt Plinius. Iuuenalis: Et infundens iumentis hordea laſſis. Ex hordeo fit ptiſana,Hippocratis præconio celebrata. Apud Indos panis ex hordeo præcipuus fit : & gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur,adparet antiquiſſimum in ci-

in cibis hordeum fuiſſe, ex quo polentam Græci præcipuam cõficiebant. De panibus hordeaciis meminit Galenus libro de Alimentis primo. Plinius ſic ait: Panem ex hordeo, antiquis vſitatum, vita damnauit.

His actis, & rebus meis in illo cubiculo conditis, pergens ipſe ad balneas, vt priùs aliquid nobis cibatui proſpicerem, forum cupedinis peto: inque eo piſcatum opipærem expoſitum video. & percontato pretio, quod centum nummis indicaret aſpernatus, 20. denarios præſtinaui. Inde me commodùm egredientem continuatur Pythias, condiſcipulus apud Athenas Atticas meus, qui me poſt aliquantulùm multùm temporis amanter agnitum inuadit, amplexúſque ac comiter deoſculatus: Mi Luci, ait, ſat pol diu eſt, quod interuiſimus te. At Hercules exinde è Veſtio magiſtro digreſſi ſumus. Quæ autem tibi cauſa peregrinationis huius? Craſtino die ſcies, inquam. Sed quid iſtud voti? gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorſus magiſtratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait, & ædilem gerimus: & ſi quid obſonare cupis, vtique commodabimus. Abnuebam: quippe qui iam cœnæ affatim piſcatum proſpexeramus.

Forum Cupedinis.] Numerius Cupes, ſiue Cupedius, & Marcellus, conſules Romani, ob latrocinium damnati, actíque in exilium ſunt, bona eorum publicata, & ædes dirutæ: ibíque ædificatus eſt locus, in quo vendebantur ea quæ veſcendi cauſa in vrbem erant allata: itaque ab altero macellum, ab altero forum cupedinis appellatũ eſt: auctores M. Varro & Donatus. Alij à cupiditate forum cupidinis dici autumant locum, vbi æſculenta & poculenta veneunt. Alij forum piſcariũ hoc nomine ſignificari tantũmodò arbitrantur. De foro cupedinis Feſtus Pompeius. Cæterùm inde cupedinarij, quorum meminit Terentius, dicti omnes qui æſculenta vendunt, & poculenta. Symmachus forum cupedinarium appellat: Coëmpta, inquit, ex foro cupedinario. Cupedias antiqui lautiores cibos nominabant, ſiue à cu-

piditate,siue à cupidinis foro. A.Gell.in septimo: Atque has vndique vorsum indagines cupediarum maiore detestatione dignas censebimus. Idem in sexto:Conuectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum,sed argutias quæstionum. M.Tull.vt sentit Nonius,cupediam dixit pro cupiditate, cùm ait in quæstionibus Tusculanis:Auaritia,ambitio,mulierositas, peruicacia,liguritio,temulentia,cupedia,& si qua sunt similia. Sed quod cum venia Nonij dictum sit,Cupedia dicitur à Cicerone non simpliciter quæcunque cupiditas,sed opinatio vehemens de ganea,tanquam lautiores cibi sint valde expetendi. Forum autem à ferendo dictum,quò feruntur quæ vendere velint : vbi quod generatim,additum ex eo cognomen,vt forum olitorium,forum piscarium,forum boarium. *Piscatum opiparem.*] pisces copiosos & pretiosos. Opiparum enim copiosum significat:opiparè,copiosè & abundanter.M.Tull.in 3.Officiorum:Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.Dicitur opiparus,& opiparis,in secundo & tertio ordine. *Indicaret.*]æstimaret,& vt vulgò dicitur, appretiaret. Vtendum enim interdum est vulgaribus verbis,& vernaculis dictionibus,ad rem dilucidandam, iuxta Græcum vetus verbum & peruulgatum,quod ait, ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ, ἢ σαφέστερον: hoc est,indoctiùs loquere,& apertiùs. Indicare autem verbum negotiationis est,& rebus venalibus accommodatum , quod in mercibus distrahendis vsurpatur,quando ille,cuius est merx,pretium facit rei quam venundat.& in hunc significatum accipiunt Latinissimi vetustissimíque scriptores. Plautus in Aulularia:Venio ad macellum,rogito pisces,indicant charos. Idem in Persa: Indica,fac pretium. & mox : Age indica prognariter. M.Tul.in tertio de Officiis : Cùm postulasset vt sibi fundus,cuius emptor erat,semel indicaretur: ídque venditor ita fecisset.dixit se pluris æstimare. Nonius Marcellus parùm prospicienter pensitauit verbum Ciceronianum,exponens indicare pro addicere & promittere:cùm non tam vendere significet, quàm æstimare, & pretiũ facere rei venalis,quæ res propriè pertinet ad venditorem, vt ipse dicat quãti mercem suam vendat.Vnde ait Plautinus leno in Persa:Tua merx est : vbi indicatio accipitur pro æstimatione,ac pretio,& (vt dicí solet)appretiatione,quæ & indicatura nominatur.Plin.in procœmio Nat.historiæ ; Hæc fiducia operis, hæc est indicatura. Item libr. nouissimo : Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura. Idem in assignatè, vt omnia,inquit: Eadem ex causa emi lienem viruli,quanti indicatus sit, iubent.Quod significat,quanti æstimatus,& quantùm à venditore pretium petitum sit.Sed vt ad Apuleium reuertamur, sensus est:

Piscato-

Piſcatorem petiiſſe centum nummos pro pretio piſcatus expoſi-
ti:quod cùm immodicum Apulcio viſum fuiſſet,emit piſciculos
viliores,pretio viginti denariorum. *Præſtiram.*]Expone emi,vt
ſuprà. *Commodùm.*]ipſo eodémque temporis momento. *Con-
timuatur.*]ſubſequitur. *Apud Athenas Atticas.*]Emphaticoteron
Atticas dixit,vel differentiæ cauſa,cùm trinæ fuerint Athenæ:ab
vna dicti Athenæi,ab altera Athenienſes, à tertia Athenæopoli-
tæ:auctor M.Varro in lib.de Analogia primo. *Inuadit.*]aggredi-
tur:& in bonam partem accipitur. *Comiter.*]hilarè,ſuauiter,beni
gnè. *Mi Luci.*]Prænomen Apuleij eſt Lucius,quo priſci nomina-
tim quempiam appellantes vtebantur. Horatius: Quinte putà,
aut Publi,gaudent prænomine molles Auriculæ.Eos qui luce na-
ti eſſent,Lucios dicebant,ſicut Manios,qui manè:auctor M.Var-
ro in libris de Analogia. Pueris non priùs quàm togam virilem
ſumerent, puellis non antè quàm nuberent, prænomina imponi
moris fuiſſe,auctores tradunt. Liber homo,vt Quintilianus do-
cet,prænomen,nomen,cognomen,tribum habet. Hinc à Iuue-
nale dictum eſt,Tanquam habeas tria nomina:hoc eſt,tanquam
liber ſis,& ingenuus.Cui ſententiæ ſubſcribit illud Auſonij:Tria
nomina nobiliorum. Romulus & Remus conditores vrbis Ro-
mæ,neque prænomen vllum, neque cognomen habuerunt. *Sat
Pol diu.*]ſatis longum tempus eſt.& interponit iuſiurandum Pol,
quod ſignificat certè, quaſi per Pollucem Deum: ſicut ædepol,
quod iuſiurandum(vt inquit Gellius)& viro & fœminæ commu-
ne eſt:quamuis M.Varro aſſeuerat, antiquiſſimos viros neq; per
Caſtorē neq; per Pollucē deierare ſolitos,ſed id iuſiurandū fuiſſe
tantum fœminarum. *Interuiſimus.*]quaſi ex interuallo inuiſimus.
Alias interuiſo ſignificat,totum video. Hæc enim particula In-
ter,totum ſignificat:vt intercipit apud Terentiū, pro, totum ca-
pit:interbibere apud Plautum,pro totum bibere.Interlegere ve-
rò agricolationis ſcriptoribus eſt, poma per interualla decerpe-
re,ne turba oneret parentem. Palladius:Si ſpiſſa poma ramos o-
nerabunt,interlegenda ſunt quæque vitioſa,vt alimentum cæte-
ris ſuccus æquiparet.*Hercules.*]mediusfidius.Hercules,meherculè,
iuſiurandū per Herculē:per quē ſoli viri deierant,ſicut fœmi-
næ ſolę perCaſtorē.Mos fuit antiquorū Romanorū,vt pueri per
Herculē deierantes,id ſub dio facerent,non ſub tecto.Cauſam re-
fert Plutarchus in Problematis:quia ſcilicet Herculē ferunt non
vmbratilē vitam domi egiſſe,ſed foris ac ſub dio ſemper vixiſſe.
Vel illud potiùs per hāc rē occultè agitur,ne pueri inſuescāt deie
rare:ſicut Fauorin' exiſtimabat.Hoc.n.dū ſub dio progrediūtur,
& in propatulū,quaſi de induſtria morā efficit, & deliberādi da-

ſpatium. Præterea proditum eſt,Herculem cùm primis religioſum fuiſſe,& ad iuſiurandum verecundiſſimum : quippe qui ſemel in omni vita iurauerit. *Cum à Veſtio magiſtro.*]Poſt digreſſum ex ſchola literaria , in qua fuerunt condiſcipuli , nunquam niſi hac hora ſe Apuleium inuiſiſſe ſignificat. Veſtius nomen eſt doctoris,ſub quo in condiſcipulatu literas Græcas didicerat.*Sed quid iſtud.*] Ex cultu, crebróque famulitio,quod circa Pythiam condiſcipulum videbat,ſic interrogat. *Voti gaudeo*] ex animo gaudeo,te voti compotem factum eſſe lætor. Conſtructio priſca.Ita Virg.in 11.Nec veterum memini lętórve malorum:quod figura Græca dictum eſſe ait Seruius. *Lixas.*] modò miniſtros magiſtratui ſeruientes. Aliàs lixæ miniſtri ſunt militares , quorum officium eſt vt militibus aquam ſubminiſtrent , quam veteres lixam vocauerunt:vnde elixum dicimus,aqua coctum. Alij lixas à Lyca Herculis puero appellatos dicunt : quidam à liguriendo quæſtum,cuius gratia exercitum ſequantur. Apud Liuium,miles gregarius ſeditionis princeps appellatur à Scipione ſemilixa,quaſi ſemimancipium,nomine ſordido & ignominioſo : quod & in ſecundo Suetonij commentario annotauimus. Siluius ait,lixarum vulgus eſſe inutile Marti.Lixula verò quamuis diminutiuum à lixa eſſe videatur, non tamen paruum lixam ſeruulúmque ſignificat : ſed,vt docet M. Varro,lixulæ & ſemilixulæ dicuntur,cibi ex farina,caſeo & aqua commixtis, vocabulo Sabino. *Virgas.*]quas miniſtri magiſtratuum pręferunt. Quærit Plutarchus in Quæſtionibus, cur magiſtratuum virgæ ſecuribus alligatæ præferuntur. An quia ſignum eſt non oportere magiſtratus iracundiam diſſolutam eſſe,ſed cohibitam?An dum virgæ diſſoluuntur ad plectendum,intereà mora & tarditate ira magiſtratus infringitur,& impetus mitigatur.Ex arbore betula, quæ candore atque tenuitate præcellit,fiebant hæ virgæ: ideóque Plinius 16. betulam appellat terribilem magiſtratuum virgis.*Habitum.*]veſtitum,qui in magiſtratibus conſpectior erat, & propè peculiaris,vt toga prætexta : de qua ſic ait Liuius in 34. Magiſtratibus in coloniis municipiiſque togæ prætextæ habendæ ius eſt:nec id vt vivi ſolùm habeant tantum inſigne , ſed etiã vt cum eo crementur mortui. Præterea tunica palmata,& toga picta,erant conſulum triumphantiúmque geſtamina.*Annonam curauit.*] De præfecto annonæ ſcribit Liuius in quarto, aíque Lucium Minutium primum creatum annonæ præfectum,cùm fame laboraret res Romana Hic non tam ſignificatur pręfectus annonæ frumentariæ,quàm macelli. Annona enim non ſolù ad fruges,ſed etiam ad obſonia refertur:vnde annonam macelli

dixit

dixit Tranquillus. Et à M. Tullio ſcriptum eſt: Putarem annonã in macello cariorem fore. Satyrographus quoque licenter quidem, ſed decenter dixit: His opibus nunquam cara eſt annona veneni. Cæſar in commentariis naues annotinas vocat: quibus annona frumentaria comportatur. Ab annona, lex annonaria eſt dicta, pertinens ad annonam. Olim Clodius legem tulit annonariam, quæ (vt inquit Pedianus Aſconius) ſummè popularis fuit. Vegetius annonarias expenſas vocat, eas frugum pabuli ſpecies, quas prouinciales militibus expendunt. *Ædilem gerimus.*] ædilitatem, ſiue (vt veteres dicebant) ædilatum agimus. De ædilibus relege quæ ſcripſimus in primo Tranquilli commentario. In hoc loco ſignificatur ædilis, is qui edictiones ædilitias habet, ad moderanda pretia cibariorum, qui agoranomus dicitur: ita enim Græci appellant præfectum fori, & obſoniorum quę in foro venduntur, vt iuſto ſcilicet & moderato pretio diuendantur: ἀγορὰ forum Græcè, & νόμος: vnde agoranomos, quaſi lex & regula fori, rerúmque in foro venalium. Plato in ſexto de Legibus curatores appellat rerum venalium eos magiſtratus, qui fori venditioníſque curam habuerint. In hanc ſententiam eſt illud Plautinum ex Captiuis: Euge editiones ædilitias hic quidem habet: Mirúmque adeò eſt niſi hunc fecerunt ſibi Ætoli agoranomum. Idem in Gurgulione: Nec ſtrategus, nec tyrannus quiſquã, nec agoranomus. Vbi ſtrategus ſignificatur dux exercitus, Græco vocabulo. Scribit Dionyſius Halicarnaſſeus, ædiles tribunorum miniſtros fuiſſe: eóſque & annonæ forenſis, vt affatim ſuppeteret, curam habuiſſe: ſimiléſque, inquit, quodammodò ſunt apud Græcos agoranomis. Pomponius Iuriſconſultus prodidit Iuliũ Cæſarẽ ædiles duos conſtituiſſe, qui frumento præeſſent, & à Cerere Cereales appellatos. Pręerant etiã ędiles cibariis, quę in popinis cocta venduntur. Ob hoc dixit Seneca in libro ad Gallionem de vita beata: Voluptatem inuenies latitantem ſæpius, ac tenebras captantem circa balnea & ſudatoria, ac loca ædilem metuentia. Ædiles ſacroſanctos & dici & eſſe, Liuius Feſtúſque notificant. *Abſonare.*] Legendum eſt Obſonare, quod ſignificat obſonia parare. vnde obſonatores dicti, coëmptores obſoniorũ, de quibus copioſè diligentérque perſcripſimus in libro Annotationum. Dixit Seneca, obſonatoribus noticiam eſſe ſubtilem dominici palati. Apud Plautum in Moſtellaria, obſonare pollucibiliter ſignificat, parare obſonia lauta & copioſa. Pollucibiliter idem pollet, quod ſplendidè & magnificenter: & pollucibilem cœnam appellat Macrobius, intelligi volens lautam, adii-

cialem,eſculentam. Pollucibilitas quoque dicta pro lauticia & epularum magnificentia. Demiror Fulgentium in Mythologijs, pollucibilitatem interpretari humanitatem : niſi fortè humanitatem capit pro benignitate ac largitate,qua in apparatu conuiuali vti ſolemus. Plautinum teſtimonium,quod Fulgentius citat,nihil admodùm fulcit roborátque hominis interpretamentum,cùm Plautina verba à nobis ſint,non à Fulgentio. Polluctũ quoque Herculis antiqui dixerũt,ſacrificium,quod Herculi decuma data fiebat,quod erat ſplendidum:& pollucere eſt,libamẽta Herculi in aram porricere. Corrigenda eſt obiter apud Macrob.dictio mendoſa.Sic enim paſſim in tertio Saturnalium ſcriptum eſt:Proprie autem catilones dicebantur , qui ad pollutum Herculis vltimi catilos liguribant. Tu illud, Ad pollutũ,immiſſa litera c,lege, Ad polluctum:ſic enim ſignificatur Herculis ſacrificium, cùm pollutum dicatur maculoſum & fœdum. Catilones autem(vt id quoque Macrobij verbum intelligas)antiqui guloſos appellabant,à carne videlicet catulina , quam eſitauiſſe, hoc eſt comeditſſe Romanos,Plauti fabulæ fuit iudicio.Plin.quoque in 29.auctor eſt,catulos lactentes exiſtimatos eſſe adeò puros ad cibum, vt etiam placandis numinibus hoſtiarum vice vterentur, Ius catuli namque in cœnis Deorum poni ſolitum : vnde Lucilius catilonem appellat piſcem lupum, quaſi liguritorem & guloſum qui ſtercus ſectaretur. *Commodabimus.*] Poteſt & qui ædilis eſt facere vt minoris obſonia amicus comparet,cùm ipſe præſit rebus venalibus. Plato libr.8.de Legibus præcipit cenſoribus venalia curæ eſſe,ne quid vendatur ematurque pluris minoriſve quàm lex iuſſerit,quàm rerum venalium menſuræ & pretia conſtituta ſint. *Affatim.*} copiosè,admodum,abundanter:aduerbium eſt.Salluſt in Iugurtha: Frumentum, & alia omnia quæ vſui forent affatim præbita. Hanc dictionem prima acuta,non media, veteres pronuntiabant,vt docet Gellius : necnon Probus grammaticus hunc Plauti verſum prima acuta legere ſolebat : Aliorum eſt affatim qui faciant. Coniungitur ſæpe cum genitiuo,vt apud Liuium: Habetis affatim lignorum.

Succuſſíque. } concuſſu & agitatu eiectis. *Quiſquilias.* } Verba ſunt Pythiæ ædilis, qui piſciculos viles conſpiciens, friuolóſque, coemptos

Sed enim Pythias viſa ſportula, ſuccuſſíque in aſpectum planiorem piſcibus: At has quiſquilias quanti parasti? Vix, inquam, piſcatori extorſimus accipere 20.denarios. Quo audito, ſta-

tim

tim abrepta dextra, poſtliminio me in forum cupedinis reducens: A quo, inquit, iſtorum nugamenta hæc comparaſti? Demonſtro ſeniculum, qui in angulo ſedebat. Quem confeſtim pro ædilitatis imperio voce aſperrima increpās: Iamiam, inquit, nec amicis quidem noſtris, vel omnino vllis hoſpitibus parcitis? Quid tam magnis precijs piſces friuolos indicatis? & florem Theſſaliæ regionis, inſtar ſolitudinis, & ſcopuli edulium caritate deducitis? Sed non impunè: iam enim faxo ſcias, quemadmodum ſub meo magiſterio mali debeant coherceri. Et profuſa in medium ſportula, iubet officialem ſuum inſuper piſces inſcendere, ac pedibus ſuis eos obterere. Qua contentus morum ſeueritudine meus Pythias, ac mihi vt abirem ſuadens: Sufficit mihi, ô Luci, inquit, ſeniculi tanta hæc contumelia.

ab Apuleio, eos quiſquilias appellat, quaſi ſpurcitias piſcium, & purgamẽta. Quiſquiliæ enim purgamenta dicuntur, vt docet Seruius in primo cõmen. Georg. & vt auctor eſt Pompeius Feſtus, Quiſquiliæ putantur dici, quicquid ſurculorum foliorúmque minutim cadit ex arboribus, velut quicquid cadiæ. Næuius: Abi, deturba te ſaxo quiſquilię, quid eſt? Plin. volumine ſextodecimo, quiſquilium vocari tradit frutices paruos aquifoliæ ilicis. *Poſtliminio.* Verbum iuris. Titulus eſt apud iuriſconſultos, de captiuis & poſtliminio reuerſis: vbi Paulus, quid ſit poſtliminium, ſcienter explicat his verbis. Poſtliminium, eſt ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos omnes populos regéſque moribus legibus conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam citra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimus poſtliminio recipere: idque naturali æquitate introductum, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines ſuos rediſſet, priſtinum ius ſuũ reciperet. In bello & in pãce poſtliminiũ eſt. Poſtliminio redeũt, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ fræna recipere ſolet, id eſt, domita, vt auctor eſt Boëtius in commentariis Topicorum. Marcellus iuriſconſultus negat arma poſtliminio reuerti, quòd turpiter amittantur. De poſtliminio receptis copioſè ſcribit Gallus lib. 1. ſignificationũ quæ ad ius pertinent. Quod autẽ ſit ipſũ poſtliminij ius, poteſt ex ipſius nominis interpretatio-

ne cognoſci:poſtliminio enim redit,quiſquis captus ab hoſtibus ad patriam remeauerit.Namque dum captiuitatem hoſtium patitur,ius ciuium amittit:omnia autem iura recipit,ſi poſtliminiò reuertatur.Itaque poſtliminij vocabulo quædã reuerſio ſignificatur,vt docti autumant:qui ex aduerbio Poſt,vim nominis interpretantur, reliquam vocabuli partem protractionem ſolam & additamentum eſſe oſtendentes, tanquam liminium nihil ſignificet,ſicuti tullium ſupplementum eſt in meditullio. Igitur Apuleius poſtliminiò ſcitè & decenter dixit per aduerbium, quaſi reuerſionem quandam & reditum ſignificans in forum cupedinis:de quo paulò antè ſatis multa.*Nugamenta.*]Quod ſuprà qui'quilias dixit,nunc nugamenta appellat ex varietate elocutionis elegantiam captans: ſicut Virg.in 3.Æneidos,nunc ſyluam,nunc virgulta,nunc vimina, nunc arborem dicit pro eodẽ. Plin.in 16.nucamenta, per literam c, appellat panniculas quaſi quaſdam,dependentes ex ramis abietis & piceæ. Verùm nugamenta à nugis,nucamenta à nuce inclinari videntur.*Seniculum.*] ſenecionem : à ſene enim fit diminutiuum ſeniculus,& ſeneciò. Afranius:Tu ſenecionem hunc ſatis eſt ſi ſeruas anus. *Pro ædilitatis imperio.*]pro poteſtate magiſtratus. Magna eſt in oratione Latina varietas huiuſce particulæ Pro:aliter enim dicitur Pontifices pro collegio decreuiſſe, aliter teſtem pro teſtimonio dixiſſe,aliter pro roſtris,aliter pro tribunali, aliter magiſtratum pro poteſtate interceſſiſſe.Iſtam autem varietatem eiuſdem quidem fontis & capitis, non eiuſdem tamen eſſe finis,non inſubtiliter differit Gellius in 10.& ita facilè putabit, ſi quis habeat bonorum ſcriptorum noticiam celebriorem. *Piſces friuolos indicatis.*] Suprà docuimus, quemadmodùm indicare non tam ſignificat vendere,quàm æſtimare,& pretium facere rei venalis. Caſtigatio eſt ædilis in piſcatores, quòd magnum nimis pretium petant pro piſciculis vilioribus, nugatoriiſque : id enim eſt friuolum: cùm friuola ſint propriè, vaſa fictilia quaſſa. Vnde dicta verba friuola,quæ minùs ſunt fide ſubnixa : & res friuolæ, quæ nullius pretij ſunt,contemptibiles ſcilicet, & abiiciendæ. *Flovem.*] Hyparam ſignificat, quæ veluti flos & metropolis erat Theſſaliæ. *Inſtar ſolitudinis*]Senſus eſt:Ciuitatem,quæ alioqui florentiſſima eſt,& primaria,facitis veluti deſolatam viduatámque cultoribus,caritate cibariorum. Illa enim loca naturaliter frequentantur ab hominibus, vbi annona vilis eſt,& edulia minimo conſtant. *Edilium.*]Corrige edulium,hoc eſt,cibariorum. *Caritate.*]pretij enormitate. *Faxo.*]faciam. *Sub meo magiſterio.*] magiſtratu & ædilitate. Magiſterium enim aliquando accipitur

pro

pro ipſo magiſtratu:vt apud Plinium dicitur magiſterium equitum,pro ipſa dignitate magiſtri equitum.Ita magiſtri dicuntur, maiores magiſtratus: vnde M giſter populi apud antiquos is dicebatur,quem nos Dictatorem dicimus: auctores M.Tul.Seneca,& Varro. Magiſtrare enim,moderari eſt,& regere:vnde magiſteria,& magiſtri,& magiſtratus dicti. M.Varro & Paulus iuriſconſultus autumant, magiſtratus dici quaſi per diminutionẽ, à magiſtris,tanquam minores hi magiſtri ſint. *Officialem.*]miniſtrum.Antiqui prætores quia cum officio mittebantur in prouincias,officia prouinciæ nominauerunt:vnde officiales dicti apparitores,miniſtríque ipſorum magiſtratuum. & hæc eſt vera verbi ſignificatio. Vulgò officialis accipitur pro ipſo magiſtratu Iulius Capitolinus officia Palatina appellat,intelligi volens officiales,hoc eſt, miniſtros imperatorios.ſic enim ſcribit in Gallienis: Cùm iret ad hortos nominis ſui,omnia Palatina officia ſequebantur. *Obterere.*]conterere,conculcare,ignominiæ cauſa.Plautus in Rudente, euidenter oſtendit ædilis officium hoc fuiſſe,vt merces venales,ſi improbæ forent,iactaret,conculcarétque: ſic enim ſcribit: Neptunus quamuis faſtidioſus ædilis eſt,ſi quæ improbæ ſunt merces,iactat omnes. *Seueritudine.*]ſeueritate,acerbitatéque caſtigatoria:ſicut quoque nihil intereſt, ſuauitudo dicas an ſuauitas, ſanctitudo an ſanctitas,acerbitudo an acerbitas, caſtitudo an caſtitas,ita nihil refert, ſeueritudo dicas an ſeueritas.Plaut.in Epidico: Quid illuc eſt,quòd illi caperat fons ſeueritudine?vbi caperare ſignificat,rugis frontem contrahere & aſperare:vnde caperata frons dicta,pro triſti & ſeuera. *O Luci.*] Apuleius ſignificatur. *Senicule.*] piſcatoris. A ſene diminutiuum nomen:cui ſubeſt occulta contemptio.

His actis conſternatus, ac prorſus obſtupidus, ad balneas me refero,prudentis condiſcipuli valido conſilio, & nũmis ſimul priuatus,& cœna: latíſque ad hoſpitium Milonis, ac dehinc cubiculum me reporto. Et ecce Fotis ancilla, Rogatte,inquit, hoſpes. At ego iam inde Milonis abſtinentiæ cognitor, excuſaui comiter: quòd viæ vexationem non cibo,ſed ſomno cẽſerem diluẽ-

Prudentis.]Ironicôs: intelligi enim vult à contrario imprudentem fuiſſe Pythiã ædilem, qui tali conſilio Apuleiũ priuauerit & nũmis, quos impenderat piſcatori;& cœna, cùm piſces pedibus miniſter obtriuiſſet. *Lauem.*] modò lotus

in balneis. aliàs splendidus & nitidus: vnde & lautitia dicitur, epularum magnificẽtia. Epigrammatarius poëta: Lauta quidem cœna est, fateor, lautissima. Locus extra vrbẽ Romam dictus est Lautulæ: quia cùm illuc aqua flueret ꝙ lauandi vsum exercebant. *Hospes.*] Milo significatur. hìc enim hospes accipitur pro eo qui recipit: aliàs pro eo qui recipitur. hinc illud notissimum: Non hospes ab hospite tutus. Græcè xenos dicitur: vnde xenios Iupiter, hospitalis. quem inuocat Dido Virgiliana illo versu: Iuppiter, hospitibus nã te dare iura loquuntur. *Abstinentiæ.*]parsimoniæ, vel potiùs auaritiæ. modò ad vituperationem, aliàs ad laudem ponitur. *Somno diluendam.*]Moraliter locutus. Contingere enim ferè semper solet, vt lassitudo magis somno discutiatur, quàm cibo: & vt homo delassatus ex itinere magis somnum cupiat, quàm cœnam. *Ista accepto.*]cùm hæc accepisset, audiuissetque ex Photide Milo. *Dum contor.*] remoror, & quasi resisto. *Ingratis.*]inuitum & nolentem. aduerbium est, & vt ait Donatus, significat non vltrò: sicut ingratus significat inuitus, & coactus. quæ enim vltronea sunt, grata sunt: ingrata verò, quæ

dam. Isto accepto pergit ipse, & iniecta dextra clementer, me trahere adoritur. Ac dum contor, dum modestè renitor: Non priùs, inquit, discedam, quàm me sequaris. Et dictum iureiurando secutus iam obstinationis suæ, me ingratis obedientem perducit ad illum suum grabatulum, & residenti: Quam saluè agit, inquit, Deme as noster? quid vxor, quid liberi, quid vernaculi? Narro singula. Percunctatur accuratius causas etiam peregrinationis meæ, quas vbi probè protuli, iam & de patria nostra, & eius primoribus. ac denique de ipso præside scrupulosissimè explorans, vbi me post itineris tam sæui vexationẽ sentit fabularum quoque serie fatigatum, in verba media somnulentum desinere, ac nequicquam defectum iam in certa verborum salebra balbutire, tandem patitur cubitum vt conderem. Euasi alquando rancidi senis loquax & famelicum conuiuium, somno, non cibo grauatus, cœnatus solis fabulis: & in cubiculum reuersus, exoptatæ me quieti reddidi.

rò,quæ ab inimicis fiunt,ac recuſantibus. Plautus in Amphitryone:Hæc heri immodeſtia coëgit me,qui hoc noctis à portu ingratis excitauit. *Grabatulum.*]Græcè κλινίδιον Lucianus appellat. *Ad illum.*]quaſi contemptibilem & faſtidiendum.Hæc enim pronomina,Iſte & ille,vt ſcienter inquit Donatus, ſæpe ad contemptum,aut ad odium referuntur. In pronominibus magnum eſt pondus.Virg.Ille Sichæum Impius ante aras:ille,hoc eſt,ſceleratus & nefarius,vt Donatus exponit. *Reſidenti.*]mihi. *Quàm ſaluè.*]quàm proſperè,quàm fœliciter. Aduerbium eſt,in hac loquendi conſuetudine frequens. Apud Liuium quærit maritus de Lucretia:Satin' ſaluè?Illa reſpondens:Minimè,inquit:quid enim ſalui eſt mulieri,amiſſa pudicitia? Apud eundem in 10.Satin' ſaluè,inquit Appius,Luci volumini,vt ſeſe infamiores habent? *Quid vxor?*]Breuis interrogatio:quæ tamen multa complectitur,dum quærit quid agat vxor Demeæ,quid filij,quid tota familia. *Quid vernaculi?*]ſcilicet agunt. Vernas autem ſeruos dici voluerunt: qui,vt ait Pompeius Feſtus,ex ancillis nati eſſent vêre,quod tempus anni maximè naturalis fœturæ eſt.Inde vernula,& vernaculus voce diminutiua,ſeruus dictus. Hinc vernaculum,domeſticum appellant,& domi quaſi noſtræ natum,ac peculiare.M.Varro lib.de Analogia nouiſſimo, tria genera verborum eſſe prodidit:vnum vernaculum ac domi natum , alterum aduentitium, tertium nothum. Vernaculum eſt inquit,domi natum:vt ſutor & piſtor. Idem in tertio de Re ruſtica: Prætereà quoque volucres,cùm partim aduenæ ſint,vt hirundines & grues:partim vernaculæ,vt gallinæ , ac columbæ. Columella in gallinaceis probat fœcunditatem vernaculam, hoc eſt noſtratium & domeſticorum gallorum.A verna fit aduerbium vernaliter, quod ſignificat ſeruiliter.Horatius in ſecundo Sermonum: Necnon vernaliter ipſis Funditur officijs, prælambens omne quod affert. Vbi expoſuit Acron,vernaliter,id eſt,luxurio è:quæ interpretatio an ſatis proba ſit,ipſe viderit.Nonius Marcellus vernaliter exponit, pro adulatoriè,à vernis,quibus hæc viuendi ars eſt. A Cicerone dicta eſt feſtiuitas vernacula,pro vrbano lepôre, ſalibúſque Romanis. *Cauſa peregrinationis.*]Conſimiliter Hypparchus Lucianum interrogat, quæ illa ſit via, & quò proficiſcatur. *Pertuli.*] enarraui atque percenſui . *Præſide.*] quis ſcilicet ſit præſes prouinciæ noſtræ. Romani enim præſides prouinciarum rectores miſſitabant : quo nomine & proconſules & legati Cæſaris , & omnes prouincia regentes appellantur. Eſt enim Præſidis generale nomen , vt iuriſconſulti prodiderunt. Præſides autem prouinciæ ſuæ celebrat Apuleius in Floridis & Apo-

logia, Orfitum, & Seuerianum, & Maximum Claudium. *Somnulentum desinere.*] Expressit id quod naturaliter accidere solet, vt somnulenti & iam dormitantes in mediis verbis deficiamus, veluti balbutientes : nec explicatè satis, explanatéque loquamur. *Verborum salebra.*]asperitate. Verba enim salebrosa & asperata meritò dici possunt in balbutiente & somnulento , propterea quòd neque facilè, neque expeditè, neque tota enuntiantur, quasi aspredine quadam & salebra atque offensaculo fistulam spiritalem offendentia. Salebras appellant asperitates, & loca aspera. M. Tullius in quinto de Finibus: Venit ad extremùm, hæret in salebra. Idem de Oratore: Alter sine vllis salebris, quasi sedatus amnis fluit. Hinc salebrosum dixere. Virgil. Non tam salebrosus vt antè. *Rancidi senis.*]Rancidum senem festiuiter, necnon & mordaciter appellat hospitem Milonem, vocabulo inamabili, & auaritiæ sordes exprimente. Horatius, rancidum aprum appellat insuauem. Ita à M. Tullio caro rancida dicitur in eo significatu, quo vulgus vsurpat. *Loquax & famelicum conuiuium.*]Tales sunt cœnæ sordidorum & deparcorum, vt plus loquacitatis habeant, quàm liquaminis esculenti. *Cœnatus solùs fabulis.*]Ioculariter, tanquam in cœna verba tantùm & fabulas propinauerit, vice obsoniorum. Cœnatus autem & pransus, & potus, diuersum valent quàm indicant, vt docet Quint. in primo.

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

Dum Hypatæ loca singula curiosiùs contemplatur, Byrrhenam matronam opulentam recognoscit: statuámque in eius domo faberrimè factam explicat. A qua commonitus, vt ab vxore Milonis hospitis caueat, perinde ac maximæ magarum, in anum illæ amorem propensus labitur, cum qua complexus & colluctationes veneriæ referuntur. Cœnaticus Byrrhenæ apparatus describitur. Inibi inseruntur & fabellæ conuiuales, lacentiosique cachinni constrepentes: mortui custodia: cuspodis naues auresque præcisæ mox regressio Lucij nocturna ad hospitium, non sine sudore & cæde, qua non tam homicida factus est, quàm vtricida.

Vt pri-

VT primùm nocte discussa sol nouus diem fecit, & somno simul emersus & lectulo, anxius alioquin; & nimis cupidus cognoscendi quæ rara miráque sunt: reputánsque me media Thessaliæ loca tenere, quò artis magicæ natiua cantamina totius orbis consono ore celebrantur: fabulámque illam optimi comitis Aristomenis, de situ ciuitatis huius exortam, suspensus alioquin, & voto simul & studio curiosè singula considerabam. Nec fuit in illa ciuitate, quod aspiciens, id esse crederem, quod esset: sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem tránslata: vt & lapides quos offenderem, de homine duratos, & aues, quas audirem, indidem plumatas, & arbores, quæ pomerium ambirent, foliatas similiter, & fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. Iam statuas & imagines incessuras, parietes locuturos, boues & id genus pecua dictura præsagium: de ipso vero cœlo, & iubaris orbe, subitò venturum oraculum. Sic attonitus, immò verò crucia bili desiderio stupidus, nullo quidem initio vel omnino vestigio cupidinis meæ reperto, cuncta circumibam. Tamen dum in luxu nepotali simul hostiatim singula pererro, repente me nescius forum cupidinis intuli.

VT primùm.] Apuleius post somnum excussum in Milonis Hypatini hospitio, singula loca illius ciuitatis cœpit curiosè contẽplari: vtpotè magiæ noscendæ cupidissimus. & cùm videret se esse in media Thessalia, quæ domicilium & officina est magicarum vanitatum, existimabat, quicquid spectaret, id totum vi cãtaminum esse in alias effigies trãsfiguratũ. Ex hac contemplandi curiositate incidit in matronam summatem, nomine Byrrhenam, cuius opulentia & cultus graphicè referuntur. *Sol nouus.*] recenter exortus. Virgil. Carpamus, dum manè nouum, dum gramina canent. *Emersus.*] Optimo verbo est vsus, tanquã sopitus mersus sit in barathrũ obliuionis. *Anxius alioqui.*] Ordinatio verborum sic struitur: Anxius curiosè singula considerabam. *Media Thessaliæ loca.*]

Et ecce mulierem quæmpiam, frequenti ſtipatam famulatione, ibidem gradientem, adcelerato veſtigio comprehendo. Aurum in gemmis, & in tunicis, ibi inflexum, hîc intextum, matronam profectò confitebatur. Huius adhærebat lateri ſenex, iam grauis in annis. qui vt primùm me conſpexit: Eſt, inquit, Hercules hic Lucius: & offert oſculum. & ſtatim, incertum quidnam, in aurem mulieris obgannit. Quin, inquit, etiam, vel ipſam parentem tuam accedis, & ſalutas? Vereor, inquam, ignotæ mihi fœminæ. & ſtatim rubore ſuffuſus, reiecto capite reſtiti. At illa obtutum in me conuerſa: En, inquit, ſanctiſſimæ Saluiæ matris generoſa probitas: ſed & cætera corporis ἐξαλλαγὴ qualiter ad regulam, qua diligenter alii quid adfingunt, ſunt congruentia. Inenormis proceritas, ſuccolenta gracilitas, rubor temperatus, flauum & inaffectatum capillitium, oculi casy quidem, ſed vigiles, & in aſpectus micantes prorſus aquilinos, quoquò verſum floridus, ſpecioſus & immediatus incеſſus.

famulatione.] famulorum ancillarúmque multitudine, quod & famulitium dicitur, vt idem Apuleius ait in Floridis: Frequens famulitiũ, domus amplo ornata veſtibulo. Græcè ait Lucianus, πολὺς πυχνὸς, id eſt, frequentes miniſtri. *Aurum in gemmis.*] Lucianus: ἱμάτια αἰγυπτιακὰ καὶ χρυσοῦν πυκνὸν: id eſt, veſtimenta floria, & aurum copioſum. *Inflexum.*] ſcilicet in gemmis. Sabinus iuriſconſultus ait, gemmas incluſas auro cedere. Etenim cedit, cuius maior eſt ſpecies. Vnde ſi margaritæ auro ornandi gratia adhibitæ ſunt, auro cedunt: ſi contrà, aurum margaritis cedet. Idem, vt Vlpianus inquit, & in gemmis eſt, annulis incluſis: ſed ſi gemmæ vt habiliter geri poſſunt, incluſæ auro fuerint, tunc aurum gemmis cedere autumat Paulus. *Hic intextum.*] ſcilicet in tunicis. Aurum intexere veſtibus, inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis: auctor Plin. in 8. Fiunt ex auro textili veſtimenta, ſine alia materie: quali paludamento indutam Agrippinam vidiſſe ſe refert idem Plin. netur enim aurum, ac texitur lanæ modo, & ſine lana. Tunica aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum, Verrius tradit.

Matro-

Matronam confitebatur.] ex cultu ornatúque matronali apparebat eam esse matronam summatem. Cultus magnificus, vt Græco versu testatum est, addit hominibus auctoritatem. *Hercules.*] certè. *Lucius.*] Apuleius. *In aurem obgannyt.*] Ita Mart. Gannis in aurem semper omnibus Cinna. Vnde & obgannire ductum est, quod significat murmurare. Et gannitio apud veteres, significat canum querulam murmurationem. Gannitum quoque nonnulli humanam vocem vocauerunt. Vnde obgannire in aurem, est secretò loqui, & veluti immurmurare. Afranius: Gannire ad aurem nunquam didici. *Vel ipsam parentem.*] Verba sunt senis, hortantis Apuleium, vt matronam salutet, veluti parentem ac matrem: id enim venerationis nomen est. *Ignotæ mihi fœminæ.*] Extrinsecùs subintelligendum, me offerre, vel tradere, vel aliquid simile. *Obiutum conuersa.*] oculis in me defixis. *En, inquit*] Verba matronæ Byrrhenæ ad Apuleium, quem recognouit ex lineamentis vultúque materno: nihil enim dubium est (vt Columellæ verbis vtar) quin ipsa natura fœbolem matri similem esse voluerit: & parentum notæ plærunque natis inhærent. *Saluiæ.*] Nomen est matris Apuleij. Aliàs herba est cana, odorata, mentæ similis, vulgò nota. Herbarij Græcè Elelisphacon vocant: à qua fortassis saluiatum deducitur, quod genus est liquaminis siue potionis, cuius Columella & Plinius meminerunt. Quidam non saluiatum legunt, sed saliuiatum, à saliua, hoc est succo, inclinata dictione. *Æqualiter ad regulam*] quasi dicat, cuncta corporis in Apuleio membra congruere maternis membris, veluti ad amussim, quæ regula est fabrorum, qua architecti vtuntur ad opus probandum. de qua ait & Maro: Nil vt deliret amussis. *Succulenta proceritas.*] Dictiones præpositeræ, quæ ita in ordinem redigendæ sunt: Inenormis proceritas, succulenta gracilitas, vt quasi per antitheton, singulis singula opponantur: quæ locutio splendida est. Vult enim significare, in Apuleio fuisse corporis proceritatem, sed inenormem: hoc est moderatam, non immodicam: & ob hoc decoram fuisse gracilitatem, sed succosam, vt ita ex contrariis fiat temperamentum formositatis. Tale enim corpus habilissimum est, vt ait Cor. Celsus. Nam longa statura, vt in iuuenta decora est, sic matura senectute conficitur. Gracile autem corpus infirmum, obesum, hebes est. Talis statura quadrata ab eruditis nuncupatur: de qua scripsimus in 10. commentario apud Suetonium: qui tradit, Vespasianum fuisse statura quadrata. Inenormis significatur non enormis, hoc est, non nimia, neque immodica. Cic. in Topicis priuatiua appellat, quæ Græcè στερητικὰ dicuntur, in quibus adiecta est præpositio in: hęc

enim syllaba cùm fuerit appositа , demit ferè aliquid ex ea vi quam esset res quælibet habituta, si In syllabam præpositam non haberet: vt humanitati inhumanitas, dignitati indignitas. In namque appositа, id de quo dicitur humanitate ac dignitate priuauit. Vnde & Boëtius scienter, hanc orationis particulam priuatoriam syllabam vocat, in quarto commentario Topicorum. Sicut autem enormis dicitur grandis & prolixus, ita inenormis proceritas significatur statura quidem longa, sed non enormitate deformis , & quæ mediocritatis temperamento decora sit. Consimiliter gracilitas succulenta dicitur, cùm neque nimis gracile, neque nimis obesum corpus est: quæ res hominem venustat. Succulentum dicimus succi plenum , & quasi succosum, quod tamen neque obesum aut pingue sit: qualis habitudo laudatur. Sidonius Apollinaris tradit, Theodericum regem fuisse colli non obesi, sed succulenti. *Rubor temperatus.*] Galenus ἐν μιxτικῷ, inter signa crasεos, hoc est, complexionis, vel (vt Latiniùs loquar) constitutionis bonæ , enumerat colorem ex rubore candoréque concretum, capillos flaueſcentes, & modicè crispos. *Capillitium.*] coma & capilli. Sic enim à capillo dicitur capillitium, vt à famulo famulitium, à satellite satellitium. *Inaffectatum.*] Ipse in Apologia capillos sese habuisse tradit non ameos ac delicatos, nec ad lenocinium decoris promissos, quales affectati dicuntur , cùm affectatione quadam & cura studioſè colantur ab his qui (vt ait Seneca) solicitiores sunt de capitis sui decore, quàm de salute: qui inter speculum pectinémque occupati sunt, qui concinniores esse malunt, quàm honestiores, qui rempublicam suam turbari minùs curarent, quàm comam. Archigenes medicus cosmotica, hoc est medicamenta ad capillos venustandos composuit: quibus docet, flauos & crispos capillos fieri spuma salis, myrrha commixta. Galenus quoque non parùm multa commemorat cosmoticorum, quæ nigricant, candicant, ruffant capillos : quæ fœminarum effœminatorúmque peculiaris cura est. Aítque vidisse mulieres compluſculas immodica affectati capillitij curiositate defunctas, cùm caput huiuscemodi pharmacis medicamentísque lethifera frigiditate vexarint. Calliblephara dicuntur à Græcis, & à Plin. nostro, medicamenta, quibus oculorum palpebræ & supercilia venustantur, & capilli inficiuntur: quod & alibi annotauimus. *Oculi cærij.*] cærulei, viridísque coloris. Cæsius enim color viridis cæruleúsque significatur, quem & alio nomine glaucum nuncupant. à Latinis veteribus cæsia dicta est, quæ Græcis Glaucopis dicitur : vt Nigidius ait , de colore cœli, quasi Cœlia. Catullus cæsium leonem appellat, à colore

Digitized by Google

lore oculorum cæruleo. Cor. Celsus in 7. Pupillæ, inquit, color vel niger est, vel cæsius, cùm summa tunica tota alba sit. Aristot. in primo de Animalibus, cæsium in oculis colorem aliis esse tradit: aliis caprinum, quod morum optimorum indicium est, & ad cernendi claritatem primatum obtinet: & hoc est quod intelligi voluit Plin. cùm ait in 11. Conditos oculos clarissimè cernere, sicut in colore caprinos. *Micantes.*] fulgentes, & mobiles. *In aspectus aquilinos.*] Aquila clarissima oculorum acie præcellens est, vt Plin. in 10. & Apuleius in Floridis prodiderunt: vnde aspectus aquilinus dictus, quo acutissimus clarissimúsque significatur. Antiqui aquilum colorem, qui est fuscus & subniger, ab aquila dictum esse autumant: alij ab aqua denominauerunt, cuius incertus est color. Aristoteles in nono de animalibus: Aquila, inquit, acie oculorum valens sedulò aduolat. Halietus, quod aquilarum genus est, & interpretari potest marina aquila, inter cæteras clarissima oculorum acie præditus est: pullósque adhuc implumes cogit intueri aduersus solis radios: & si conniuentem flentémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum ac degenerem: illum cuius acies firma contrà steterit, educat. Hoc intelligi voluit Silius, cùm ait: Phœbea dubios explorant lampade fœtus. *Quoquò versùm floridus.*] Ex omni parte corporis speciosum, & decenter amabilem Apuleium fuisse significat. Et hic erit distinguendum, vt floridus ad hominem referatur. In hanc sententiam est illud Tibulli, in laudem Sulpitiæ depromptum: Illam, quicquid agit, quoquò vestigia mouit, Componit furtim sequitúrque decor. Potes connectere & cum subsequentibus, vt ita sensus ordinetur: Quoquò versùm floridus incessus. Post laudationem superiorum membrorum, laudatur & incessus, ex eo quòd floridus esset, nec affectatus, quamcunque in partem vestigia mouerentur: impudicum enim, vt inquit verissimè Seneca, ostendit incessus, & relatus ad caput digitus. M. T. præcipit in primo de Officiis, cauendũ esse, ne incessu molliores simus, ne similes pomparũ ferculis videamur. Quinetiã in decretis canonicis, d xli. monẽtur sacerdotes, vt incessu ornati sint, vt grauitate itineris mẽtis maturitatẽ ostẽdãt. Incõpositio. n. corporis, vt Aug. ait, qualitatẽ indicat mẽtis. Vnde Sallusti⁹ inter cętera hoc quoq; Catilinę probro dedit, ⁊ eius incessus modò cit⁹, modò tard⁹ foret. Laus ergo incessus in homine est, vt immeditat⁹ sit, neq; affectione infract⁹, suspẽsúsq;. Scribit Iulius Firmic⁹, eos qui Pleiades habẽt in horoscopo, molliter ambulãtes vestigia suspẽdere: eósq; pœnitere, quòd viri nati sint. Ambrosius olim clericũ, ne sibi vnquã prȩiret, cõmonefecit: quia velut quodã insolẽtis

inceſſus verbere oculos ſanctiſſimi hominis feriebat, qui mox ab eccleſia receſſit: in cuius inceſſu lucebat imago quædam leuitatis, ſcurriliſque diſcurſatio. Greſſus autem probabilis eſt, vt idem Ambroſ. refert in primo de Officijs, in quo ſit ſpecies auctoritatis, grauitatis pondus, tranquillitatis veſtigium.

Et adiecit: Ego te, Luci, meis iſtis manibus educaui: quid ni parentis tuæ non modò ſanguinis, verum alimoniarum etiam ſocia? Nam è familia Plutarchi ambæ progniatæ ſumus, & eandem nutricem ſimul bibimus, & in nexu germanitatis vnà coaluimus: nec aliud nos quàm dignitas diſcernit, quod clariſſimas illa, ego priuatas nuptias fecerimus. Ego ſum Byrrhena illa, cuius forte ſæpicule nomen inter tuos frequentatum educatores retines. Accede itaque hoſpitium fiducia: immò verò iam tuum proprium larem. Adhæc ego iam ſermonis ipſius moram rubore digeſto: Abſit, inquam, parens, vt Milonem hoſpitem ſine vlla querela deſeram. Sed planè quòd officiis integris poteſt effici, curabo ſedulò: quoties itineris huius ratio naſcetur, nunquam erit vt non apud te deuortar.

Quid ni?] Dictio comica eſt, quæ ſignificat, cur non? Horat. Militia eſt potior: quid ni? concurritur horæ Momento. *Eãdem nutricem.*] idẽ lac nutriciũ hauſimus. Vult intelligi, ſe fuiſſe collacteos. Collacteus enim dicitur, qui vno eodémque lacte educatus eſt: auctor Caper grãmaticus. *Innexu.*] vinculo. vna dictio eſt. *Vnà coaluimus.*] ſimul creuimus, adoleuimúſque. hoc enim ſignificat coaleſcere: ſicut inoleſcere eſt coaugmenti, exoleſcere euaneſcentis, vt docet Agretius. *Diſcernit.*] diſſeparat, diſiungit. *Illa.*] mater ſcilicet Apuleij. *Priuatas nuptias.*] Semel poſitum nuptias, bis debemus accipere, vt ſit ſenſus: Illa mater tua clariſſimas nuptias fecit, ego verò priuatas nuptias. Fœminæ autem nubentes clariſſimarum perſonarum appellatione continentur, vt ſcribit Vlpianus. Radiis enim maritorum coruſcare vxores dicuntur. *Byrrhena illa.*] Apud Lucianum conſimilis matrona Ἀβρόα, hoc eſt Abrœa nũcupatur, quæ amicam familiarémque Luciani matris ſeſe fuiſſe demonſtrat. *Fiducia.*] cum fiducia, hoc eſt, fidenter, & vt vulgo dicitur, fiducialiter, Lucianus in hanc ſententiam: εἰ σωῖ ἐχὶ παρ' ἐμοὶ

ἐμοὶ

ἐμοὶ κατακλύσῃς: id est, quid igitur, apud me non deuorteris? *Rubore digesto.*] sequestrata verecundia, & depulso rubore, qui faciem occupauerat. *Parens.*] mater. reuerentiæ nomen: sic & Lucianus, ὦ μῆτερ. *Officijs integris.*] Tanquam officium mutiletur, si hospes deseratur. *Deuortar.*] Verbum est hospitale. sic & Plautus in Pseudolo: Ego deuortor extra portam huc in tabernam.

Dum hunc & huiusmodi sermonem altercamur, paucis admodùm confectis passibus, ad domum Byrrhenæ peruenimus. Atria longè pulcherrima, columnis quadrifariam, per singulos angulos stantibus, attollebant statuas Palmaris Deæ. Facies quæque pinnis explicitis, sine gressu pilæ volubilis, instabile vestigium plantis roscidis decitantes: nec vt maneant inhærent, & iam volare creduntur. Econtrà lapis Parius in Diamam factus, tenet libratam totius loci medietatem: signum perfectè luculentum, veste reflatum, pro cursu vegetum, introëuntibus obuium, & maiestate numinis venerabile. Canes vtrinque secùs Deæ latera muniunt, qui canes & ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigant, nares hiant, ora sæuiunt: & sicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire: & in quo summum specimen operæ fabrilis egregius ille signifex prodidit, sublatis canibus impetus arduus, pedes imi resistunt, currunt priores. Pone tergum Deæ saxum insurgit, in speluncæ modum muscis & herbis, & folijs & virgulis, & sicubi pampinis & arbusculis, alibi de lapide florenti-

Altercamur.] altercationem quasi quandam vsurpamus, vicissatim intendentes, depellentésque. Altercari pars est rethoricæ disciplinæ, constans aut intentione, aut depulsione. Præcipit Quint. in 6. vt bonus altercator vitio iracundiæ careat, & ne turbidus & clamosus sit. Valet in altercatione plurimũ acumen. *Atria longè pulcherrima.*] Descriptio est Byrrhenæ domus: cuius atria cum primis extollit, quæ proxima ianuis sunt. Indicat M. Tull. epistola quadam ad Quintum fratrem, atriolum quasi minusculũ atrium fieri solitũ in maioribus ædificiis, in quibus est atrium maius. Atriorum longitudines & latitudi-

nes quomodò formari debeant, docet Victruuius. Grammatici atrium ab Adriatibus populis, siue ab atro fumo deduci autumant. Græci in ædificiis non vtebantur atriis. *Columnis quadrifariam stantibus.*] Quadratum atrium fuisse significat: sicuti in magnis domibus cauum ædium, peristylónque conspicimus. *Vndique cólumnis septum.*]quæ quadrifariam, hoc est, in quatuor partes excurrunt. Columnæ autem in angulis stantes, hoc est, vltimæ, dicuntur antes, quibus fabrica maximè sustinetur. Præcipit Victruuius in 3. columnas angulares crassiores faciendas esse quàm medianas, propterea quòd graciliores esse videntur aspicientibus. Columnarum genera quatuor: Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, & Corinthiæ: quæ cæteris graciliores. Præter has sunt Atticæ, quæ tenuis angulis quadratæ. Græci στύλον columnam dicunt. Inde tetrastylon, decastylon, à numero columnarum. Inde & pycnostylon dictum ædificium, in quo densæ spissæque sunt columnæ. *Deæ palmaris.*] Victoria significatur, quæ à palma arbore. Palmaris nominatur: quam in certaminibus victoriæ signum placuit esse. Aug. in 4. Victoriæ Deæ meminit, qua fauente & propitia, ait gentes omnes subditas futuras, etiam Ioue feriato. Idem alibi ludens, vel potiùs illudens ait: Si victoria Dea est, cur Deus non & triumphis & victoriæ iungitur, vel maritus vel frater filius. A palma quoque manus dicitur palmaris, vt apud Quintilianum in pariete palmato, palmare vestigium dictum, quòd ex palmæ impressæ nota factum sit. *Pinnis explicitis.*] In singulis columnis angularibus singula erant simulachra Victoriæ, ex lapide effigiata: tam fabrè, támque eleganter, vt pennis expansis volare viderentur. Idque decenter: figuratur enim Victoria alata, pinnatáque: vnde & præpes est cognominata à poëtis. Victoriolas aureas simulachrorum porrectis manibus sustineri solitas, M. T. Valeriúsque notificant, *Pilæ.*]columnæ. A pila fit aduerbium pilatim,

bus. Splendet intus vmbra signi, de nitore lapidis. Sub extrema saxi margine poma & vuæ faberrimè politæ dependent, quas ars æmula naturæ, veritati similes explicuit. Putes ad cibum inde quædam, cùm mustulentus autumnus maturum colorem afflauerit, posse decerpi: & si fontes, qui Deæ vestigio discurrentes in lenem vibrantur vndam, pronus aspexeris, credes illos, vt rure pendentes racemos inter cætera veritatis, nec agitationis officio carere.

pilatim, quod per columnas significat: quo vtitur Victruuius. *Volubiles.*] Laus structuræ, vt volubiles volaticæque viderentur effigies Victoriarum, cùm tamen pilę essent stabiles. *Decitantes.*] Nouè dictum, sed eleganter: pro eo quod est, decorantes, venustantéque forma frequentatiua, ab hoc verbo Decet, decitat: vnde decitantes inclinauit. *Lapis Parius.*] Paros insula est vna ex Cycladibus, marmore nobilis: quam primò Plateam, posteà Minoida vocauerunt: auctor Plin. in 4. Idem scribit in 36. marmor Parium fuisse candidum, cœptúmque appellari lapidem Lychnitē, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur. Ob candorem lapidis Parij Virg. niueam Paron appellauit, qui alibi quoque ait: Patiúsque lapis circundatur auro. De lapide Pario sic refert Strabo in 10. Paros lapidem producit, quem Parion appellant, ad marmoreas sculpturas aptissimum. Quintil. in 2. Etsi Praxiteles signū aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude. Ex Paro fuit Archilochus poëta, iambici carminis repertor. Mendum est apud Strabonem, apud quem non Archilochus, sed Antilochus, Parius fuisse legitur. Ob hoc dixit Horatius in Epistolis: Parios ego primus iambos Ostendi Latio: vbi exposuit Porphyrion, Parios iambos dici quasi Archilochios quia Parius fuit Archilochus, iambici carminis repertor. *In Dianam.*] simulachrum Dianę. *Signum.*] statua, simulachrum. *Luculentum.*] nitidum, pulchrum perspicuum, à luce dictum: lutulentum verò, cœnosum, sordidúmque à luto. *Vt este reflatum.*] quasi flante vento renudatum. Consimile est id, quod scribit Plin. Venerem reiectam nudámque à Praxitele factam fuisse, inter cæteras statuas famigeratam. Reflatus nomen est quarti ordinis, quo significatur contrarius & noxius M. T. in epist. ad Atticum: Nauis relata in Vticam reflatu. *Procursu vegetum.*] Laus statuæ, quæ procurrere & moueri videbatur. Canes vtrinque secùs à lateribus statuæ erant fabrefacti ex eodem lapide, canes quasi laterones, hoc est, latera Deæ cingentes. Dianæ enim sunt dicati canes, vtpotè Deę venatrici. Hinc turba Diania dicuntur, poëtica periphrasi. Laribus quoque canes assignantur, vt docet Ouidius in Fastis. *His oculis.*] Laus artificij, manúmque artificis, quæ veritatem sic fuerant imitatæ, vt mutæ ac inanimales formæ viuere ac moueri viderentur: quasi fiant ex natura, quæ fieri videntur ex arte. Canes autem hi potissimùm laudantur, veluti generosiores, qui oculis sunt nigrantibus aut rauis. Columella villaticū canē describens, ait eum esse eligendū, qui conspectu terreat, qui deiectis & propendētibus auribus sit, vasti latratus, sonoríq;. *Nares hiāt.*] patulæ sunt. Nares autē appellari putāt, quòd per ea quasi foramī

logia, Orfitum, & Seuerianum, & Maximum Claudium. *Somnulentum desinere.*] Expressit id quod naturaliter accidere solet, vt somnulenti & iam dormitantes in mediis verbis deficiamus, veluti balbutientes : nec explicatè satis, explanatéque loquamur. *Verborum salebra.*]Asperitate. Verba enim salebrosa & asperata meritò dici possunt in balbutiente & somnulento, propterea quòd neque facilè, neque expeditè, neque tota enuntiantur, quasi aspredine quadam & salebra atque offensaculo fistulam spiritalem offendentia. Salebras appellant asperitates, & loca aspera. M. Tullius in quinto de Finibus: Venit ad extremùm, hæret in salebra. Idem de Oratore: Alter sine vllis salebris, quasi sedatus amnis fluit. Hinc salebrosum dixere. Virgil. Non tam salebrosus vt antè. *Rancidi senis.*]Rancidum senem festiuiter, necnon & mordaciter appellat hospitem Milonem, vocabulo inamabili, & auaritiæ sordes exprimente. Horatius, rancidum aprum appellat insuauem. Ita à M. Tullio caro rancida dicitur in eo significatu, quo vulgus vsurpat. *Loquax & famelicum conuiuium.*]Tales sunt cœnæ sordidorum & deparcorum, vt plus loquacitatis habeant, quàm liquaminis esculenti. *Cœnatus solis fabulis.*]Ioculariter, tanquam in cœna verba tantùm & fabulas propinauerit, vice obsoniorum. Cœnatus autem & pransus, & potus, diuersum valent quàm indicant, vt docet Quint. in primo.

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

Dum Hypatæ loca singula curiosùs contemplatur, Byrrhenam matronam opulentam recognoscit: statuámque in eius domo faberrimè factam explicat. A qua commonitus, vt ab vxore Milonis hospitis caueat, perinde ac maxima magarum, in ancillæ amorem propensus labitur, cum qua complexus & colluctationes veneriæ referuntur. Cœnaticus Byrrhenæ apparatus describitur. Inibi inseruntur & fabellæ conuiuales, licentiosique cachinni constrepentes: mortui custodia: custodis naues auréque præfectæ mox regressio Lucij nocturna ad hospitium, non sine fudore & cæde, qua non tam homicida factus est, quàm vtricida.

Vt pri-

VT primùm nocte discussa sol nouus diem fecit, & somno simul emersus & lectulo, anxius alioquin; & nimis cupidus cognoscendi quæ rara mirágue sunt: reputánsque me media Thessaliæ loca tenere, quò artis magicæ natiua cantamina totius orbis consono ore celebrantur: fabulámque illam optimi comitis Aristomenis, de situ ciuitatis huius exortam, suspensus alioquin, & voto simul & studio curiosè singula considerabam. Nec fuit in illa ciuitate, quod aspiciens, id esse crederem, quod esset: sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata: vt & lapides quos offenderem, de homine duratos, & aues, quas audirem, indidem plumatas, & arbores, quæ pomerium ambirent, foliatas similiter, & fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. Iam statuas & imagines incessuras, parietes locuturos, boues & id genus pecua dicturæ præsagium: de ipso vero cœlo, & subaris orbe, subitò venturum oraculum. Sic attonitus, immò verò crucia bili desiderio stupidus, nullo quidem initio vel ommino vestigio cupidinis meæ reperto, cuncta circumibam. Tamen dum in luxu nepotali simul hostiatim singula pererro, repente me nescius forum cupidinis intuli.

Vt primùm.] Apuleius post somnum excussum in Milonis Hypatini hospitio, singula loca illius ciuitatis cœpit curiosè contẽplari: vtpotè magiæ noscendæ cupidissimus. & cùm videret se esse in media Thessalia, quæ domicilium & officina est magicarum vanitatum, existimabat, quicquid spectaret, id totum vi cãtaminum esse in alias effigies trãsfiguratũ. Ex hac contemplandi curiositate incidit in matronam summatem, nomine Byrrhenam, cuius opulentia & cultus graphicè referuntur. *Sol nouus.*] recenter exortus. Virgil. Carpamus, dum manè nouum, dum gramina canent. *Emersus.*] Optimo verbo est vsus, tanquã sopitus mersus sit in barathrũ obliuionis. *Anxius alioqui.*] Ordinatio verborum sic struitur: Anxius curiosè singula considerabam. *Media Thessaliæ loca.*]

Tanquam Hypata in meditullio Theſſaliæ ſita ſit. *Natiua cantamina.*]Significat autem magicam ſedes habere originales in ipſa Theſſalia,perinde ac ibidem nata ſit,non aliunde aduecta.Ita Lucanus in ſexto Pharſaliæ, cantamina,hoc eſt, incantamenta magica, veluti natiua atque vernácula peculiariáque Theſſaliæ fuiſſe demonſtrat. Menander quoque apud Græcos,Theſſalam cognominauit fabulam,complexam ambages fœminarum detrahentium lunam. Autumat Plinius, Magiam in Perſide inuentam a Zoroaſte,tranſiſſéque illinc ad Theſſalas vrbes. Hinc Plautus Theſſalum veneficum ſcitè dicit, intelligi volens maximum præſtigiatorem, omníſque magici ludibrij gnariſſimum. *Fabulámque illam.*]ſubaudi reputans,hoc eſt recolens. *Ciuitatis.*} Hypatæ. *Id eſſe crederem.*} Lucius habens perſuaſiſſimum,in Theſſalia plurimùm poll re magicas artes, credebat, quæcunque videbat, ea eſſe omnia vi cantaminum transformata, demutatáque. *Feralimurmure.*} magico cantamine,ſuſurraminéque peſtifero. *Lapides de homine dderatos.*} Lucianus in hanc ſententiam, θαύσαιδ' ἂ παράδοξον, ἢ πτηνὸν ἄνδρα, ἢ λιθάδη: Cupiebam,inquit,ſpectare aliquid inopinabile,vel hominem volaticum,vel lapideum. *Indidem.*]ex homine. *Foliatas ſimiliter.*]ſcilicet ex humanis corporibus:tanquam homines potentia magica in lapides, in aues, in arbores, in fontes transfigurari poſſent: ſicuti metamorphoſis poëtica multiformiter tradit. *Latices.*} aquas. Suprà dictum eſt,laticem dici omnem liquorem. *Fluxos.*} ſolutos,liquefactóſque. Alluſit ad naturam aquarum fluidam ac fluentem. Aliàs fluxus dicitur mollis & effœminatus,vt Martialis:Cinædo cuiratior fluxo. A Cypriano fluxura accipitur pro libidine,& mollicia veneria:ſcribit enim, caſtitatem exarmaturam eſſe fluxurarum,hoc eſt libidinum. *Statuas & imagines.*} Statua propriè lapidea eſt, ſiue ænea, & ex quacunque materia ſolidiore. Imago cerea eſt,& picta. Sed ſæpe indiſcriminatim ponuntur. Senſus eſt: Ex perſuaſione magicæ diſciplinæ credebam incredibilia,&,vt Lucianus dixit Græcè, παράδοξα, hoc eſt, inopinabilia: quòd imagines ambularent,boues pecudéſque loquerentur:quod ſanè prodigioſum eſt,& contra naturam. *Incessuras.*}ambulaturas. *Id genus*}huius generis. Eloquutio elegans, ſcriptoribúſque vſitatiſſima, Id genus,hoc genus,pro eius generis,& huius generis. *Pecua*}Vetuſtiſſimi hoc pecu ſingulariter, & hæc pecua pluraliter dicebant, vt docet Priſcianus in ſexto. Nonius Marcellus:Pecua,inquit,& pecuda,ita vt pecora,veteres dixerunt.Plautus in Mercatore:Nec pecua ruri paſcere,nec pueros nutricare. Idem in Rudente: Squamoſum pecu,pro piſcibus poſuit,

posuit,& Solinus in Polyhistore sic refert: Ita pabulosa,vt pecua, nisi interdum æstate à pastibus arceantur,ad periculum agat satietas. Mendosi codices non pecua habent,sed pecuaria. Næuius in gymnastico: Homines,pecua,belluásque. Hinc pecuarius homo dictus à M.Tullio, qui habet pecuarias grandes: hoc est,qui pascit armenta & greges. Ex quibus exuberant vberes quæstus. M.Varro in secundo de Re rustica: Et ipse pecuarias habui grandes in Apuleia ouiarias,& in Reatino equarias. Et hoc est quod intelligi voluit Porcius Cato, agricolationis totius sciētissimus, qui quærenti quid maximè in re familiari expediret respondit, Bene pascere: quid secundū? Satis bene pascere. Hoc.n.verbo declarauit,rē pecuariā esse in agricolatione quęstuosissimā. *Dictura præsagiū.*]Apud priscos in prodigiis erat,bouē loquutū esse: quo nuntiato,senatū sub diuo haberi,refert Pli.qui alibi quoque sic tradit: Canē loquutū in prodigijs,quod quidē annotauerim, accepimus: & serpentē latrasse, cùm pulsus est regno Tarquinius. Inuenitur in annalibus,olim in villa Galerij locutū esse gallinaceū semel: quæ omnia quia fiunt contra quā est nota natura,prodigiosa existimantur,creduntúrque facere præsagiū,hoc est,prognosticon rerū futurarum. *Iubaris orbe.*]Solis globosum corpus significat. *Venturum oraculi.*]Quæcunq; incredibilia impossibiliaq; naturaliter sunt,ea credebat Apul.fieri posse Hypatę magici cantaminis vi atq; potentia. *Attonitus.*]stupefactus. Attonitos propriè appellamus,vt auctor est Cor.Cellus,quorū & corpus & mens stupet. Quod genus mali fit interdū ictu fulminis, interdū morbo. hunc apoplexiā Greci appellant. De attonito Seruius sic: Attonitus propriè dicitur,cui casus vicini fulminis,& sonitus tonitruū dant stuporē. *Immò verò.*]Correctio est. *Cupidinis meæ.*]cupiditatis,scilicet magię noscendę. Interdū masculino genere cupido accipitur pro cupiditate. Hor. Cupido sordidus aufert. Idē in Sermonibus: At bona pars hominū decepta cupidine falso. *In luxu nepotali.*]Luxus nepotalis significat immodicā profusionē, & victus largitatem: nepos enim prodigus dicitur: vnde nepotalis deriuatur. Eleganter à Tertulliano dictum est, Aristippus in purpura nepotatur: pro eo quod est, luxuriatur, & lautiùs viuit. Nepotatus quoque, vt apud Tranquil.annotauimus, dicitur ipse luxus atque prodigentia. *Hostiatim.*}per singula hostia: aduerbium est. Consimilia sunt templatim,vicatim,pagatim,& id genus propè infinita. Quintil.in 5.Scrutanda singula, & velut hostiatim pulsanda. *Forum cupedinis.*}forum piscarium,& in quo esculenta venduntur. Relege quæ in primo commentario copiosiùs annotata sunt super hac dictione.

Et ecce mulierem quampiam, frequenti ſtipatam famulatione, ibidem gradientem, adcelerato veſtigio comprehendo. Aurum in gemmis, & in tunicis, ibi inflexum, hîc intextum, matronam profectò confitebatur. Huius adhærebat lateri ſenex, iam grauis in annis. qui vt primùm me conſpexit: Eſt, inquit, Hercules hic Lucius: & offert oſculum. & ſtatim, incertum quidnam, in aurem mulieris obgannit. Quin, inquit, etiam, vel ipſam parentem tuam accedis, & ſalutas? Vereor, inquam, ignotæ mihi fœminæ. & ſtatim rubore ſuffuſus, reiecto capite reſtiti. At illa obtutum in me conuerſa: En, inquit ſanctiſſimæ Saluiæ matris generoſa probitas: ſed & cætera corporis ęxæqualiter ad regulam, qua diligenter aliquid adfingunt, ſunt congruentia. Inenormis proceritas, ſucculenta gracilitas, rubor temperatus, flauum & inaffectatum capillitium, oculi casij quidem, ſed vigiles, & in aſpectus micantes prorſus aquilinos, quoquò verſum floridus, ſpecioſus & immediatus inceſſus.

famulatione.] famulorum ancillarúmque multitudine, quod & famulitium dicitur, vt idem Apuleius ait in Floridis: Frequens famulitiũ, domus amplo ornata veſtibulo. Græcè ait Lucianus, πολὺς πυχνὸς, id eſt, frequentes miniſtri. *Aurum in gemmis.*] Lucianus: ἱμάτια αἰθυιὰ καὶ χρυσὸν πολὺν: id eſt, veſtimenta florida, & aurum copioſum. *Inflexum.*] ſcilicet in gemmis. Sabinus iuriſconſultus ait, gemmas incluſas auro cedere. Etenim cedit, cuius maior eſt ſpecies. Vnde ſi margaritæ auro ornandi gratia adhibitæ ſunt, auro cedunt: ſi contrà, aurum margaritis cedet. Idem, vt Vlpianus inquit, & in gemmis eſt, annulis incluſis: ſed ſi gemmæ vt habiliter geri poſſunt, incluſæ auro fuerint, tunc aurum gemmis cedere autumat Paulus. *Hic intextum.*] ſcilicet in tunicis. Aurum intexere veſtibus, inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis: auctor Plin. in 8. Fiunt ex auro textili veſtimenta, ſine alia materie: quali paludamento indutam Agrippinam vidiſſe ſe refert idem Plin. netur enim aurum, ac texitur lanæ modo, & ſine lana. Tunica aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum, Verrius tradit.

Matro-

Matronam confitebatur.] ex cultu ornatúque matronali apparebat eam esse matronam summatem. Cultus magnificus, vt Græco versu testatum est, addit hominibus auctoritatem. *Hercules.*] certè. *Lucius.*] Apuleius. *In aurem obgannÿt.*] Ita Mart. Gannis in aurem semper omnibus Cinna. Vnde & obgannire ductum est, quod significat murmurare. Et gannitio apud veteres, significat canum querulam murmurationem. Gannitum quoque nonnulli humanam vocem vocauerunt. Vnde obgannire in aurem, est secretò loqui, & veluti immurmurare. Afranius: Gannire ad aurem nunquam didici. *Vel ipsam parentem.*] Verba sunt senis, hortantis Apuleium, vt matronam salutet, veluti parentem ac matrem: id enim venerationis nomen est. *Ignotæ mihi fœminæ.*] Extrinsecùs subintelligendum, me offerre, vel tradere, vel aliquid simile. *Obtutum conuersa.*] oculis in me defixis. *En, inquit*] Verba matronæ Byrrhenæ ad Apuleium, quem recognouit ex lineamentis vultúque materno: nihil enim dubium est (vt Columellæ verbis vtar) quin ipsa natura fœbolem matri similem esse voluerit: & parentum notæ plærunque natis inhærent. *Saluiæ.*] Nomen est matris Apulei. Aliàs herba est cana, odorata, mentæ similis, vulgò nota. Herbarij Græcè Elelisphacon vocant: à qua fortassis saluiatum deducitur, quod genus est liquaminis siue potionis, cuius Columella & Plinius meminerunt. Quidam non saluiatum legunt, sed saliuiatum, à saliua, hoc est succo, inclinata dictione. *Æqualiter ad regulam*] quasi dicat, cuncta corporis in Apuleio membra congruere maternis membris, veluti ad amussim, quæ regula est fabrorum, qua architecti vtuntur ad opus probandum. de qua ait & Maro: Nil vt deliret amussis. *Succulenta proceritas.*] Dictiones præposteræ, quæ ita in ordinem redigendæ sunt: Inenormis proceritas, succulenta gracilitas, vt quasi per antitheton, singulis singula opponantur: quæ locutio splendida est. Vult enim significare, in Apuleio fuisse corporis proceritatem, sed inenormem: hoc est moderatam, non immodicam: & ob hoc decoram fuisse gracilitatem, sed succosam, vt ita ex contrariis fiat temperamentum formositatis. Tale enim corpus habilissimum est, vt ait Cor. Celsus. Nam longa statura, vt in iuuenta decora est, sic matura senectute conficitur. Gracile autem corpus infirmum, obesum, hebes est. Talis statura quadrata ab eruditis nuncupatur: de qua scripsimus in 10. commentario apud Suetonium: qui tradit, Vespasianum fuisse statura quadrata. Inenormis significatur non enormis, hoc est, non nimia, neque immodica. Cic. in Topicis priuatiua appellat, quæ Græcè στερητικὰ dicuntur, in quibus adiecta est præpositio in: hęc

enim ſyllaba cùm fuerit appoſita, demit ferè aliquid ex ea vi quam eſſet res quælibet habitura, ſi In ſyllabam præpoſitam non haberet: vt humanitati inhumanitas, dignitati indignitas. In namque appoſita, id de quo dicitur humanitate ac dignitate priuauit. Vnde & Boëtius ſcienter, hanc orationis particulam priuatoriam ſyllabam vocat, in quarto commentario Topicorum. Sicut autem enormis dicitur grandis & prolixus, ita inenormis proceritas ſignificatur ſtatura quidem longa, ſed non enormitate deformis, & quæ mediocritatis temperamento decora ſit. Conſimiliter gracilitas ſucculenta dicitur, cùm neque nimis gracile, neque nimis obeſum corpus eſt: quæ res hominem venuſtat. Succulentum dicimus ſucci plenum, & quaſi ſuccoſum, quod tamen neque obeſum aut pingue ſit: qualis habitudo laudatur. Sidonius Apollinaris tradit, Theodericum regem fuiſſe colli non obeſi, ſed ſucculenti. *Rubor temperatus.*] Galenus ἐν μιγτικῷ, inter ſigna craſcos, hoc eſt, complexionis, vel (vt Latiniùs loquar) conſtitutionis bonæ, enumerat colorem ex rubore candoréque concretum, capillos flaueſcentes, & modicè criſpos. *Capillitium.*] coma & capilli. Sic enim à capillo dicitur capillitium, vt à famulo famulitium, à ſatellite ſatellitium. *Inaffectatum.*] Ipſe in Apologia capillos ſeſe habuiſſe tradit non ameos ac delicatos, nec ad lenocinium decoris promiſſos, quales affectati dicuntur, cùm affectatione quadam & cura ſtudioſè colantur ab his qui (vt ait Seneca) ſolicitiores ſunt de capitis ſui decore, quàm de ſalute: qui inter ſpeculum pectinémque occupati ſunt, qui concinniores eſſe malunt, quàm honeſtiores, qui rempublicam ſuam turbari minùs curarent, quàm comam. Archigenes medicus coſmotica, hoc eſt medicamenta ad capillos venuſtandos compoſuit: quibus docet, flauos & criſpos capillos fieri ſpuma ſalis, myrrha commixta. Galenus quoque non parùm multa commemorat coſmoticorum, quæ nigricant, candicant, ruffant capillos: quæ fœminarum effœminatorúmque peculiaris cura eſt. Atque vidiſſe mulieres compluſculas immodica affectati capillitij curioſitate defunctas, cùm caput huiuſcemodi pharmaceis medicamentíſque lethifera frigiditate vexarint. Calliblephara dicuntur à Græcis, & à Plin. noſtro, medicamenta, quibus oculorum palpebræ & ſupercilia venuſtantur, & capilli inficiuntur: quod & alibi annotauimus. *Oculi cæſij.*] cærulei, viridíſque coloris. Cæſius enim color viridis cæruleúſque ſignificatur, quem & alio nomine glaucum nuncupant. à Latinis veteribus cæſia dicta eſt, quæ Græcis Glaucopis dicitur: vt Nigidius ait, de colore cœli, quaſi Cœlia. Catullus cæſium leonem appellat, à co-

lore

lore oculorum cæruleo. Cor. Celsus in 7. Pupillæ, inquit, color vel niger est, vel cæsius, cùm summa tunica tota alba sit. Aristot. in primo de Animalibus, cæsium in oculis colorem aliis esse tradit: aliis caprinum, quod morum optimorum indicium est, & ad cernendi claritatem primatum obtinet: & hoc est quod intelligi voluit Plin. cùm ait in 11. Conditos oculos clarissimè cernere, sicut in colore caprinos. *Micantes.*] fulgentes, & mobiles. *In aspectus aquilinos.*] Aquila clarissima oculorum acie præcellens est, vt Plin. in 10. & Apuleius in Floridis prodiderunt: vnde aspectus aquilinus dictus, quo acutissimus clarissimúsque significatur. Antiqui aquilum colorem, qui est fuscus & subniger, ab aquila dictum esse autumant: alij ab aqua denominauerunt, cuius incertus est color. Aristoteles in nono de animalibus: Aquila, inquit, acie oculorum valens sedulò aduolat. Halietus, quod aquilarum genus est, & interpretari potest marina aquila, inter cæteras clarissima oculorum acie præditus est: pullósque adhuc implumes cogit intueri aduersus solis radios: & si conniuentem flentémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum ac degenerem: illum cuius acies firma contrà steterit, educat. Hoc intelligi voluit Silius, cùm ait: Phœbea dubios explorant lampade fœtus. *Quoquò versum floridus.*] Ex omni parte corporis speciosum, & decenter amabilem Apuleium fuisse significat. Et hic erit distinguendum, vt floridus ad hominem referatur. In hanc sententiam est illud Tibulli, in laudem Sulpitiæ depromptum: Illam, quicquid agit, quoquò vestigia mouit, Componit furtim sequitúrque decor. Potes connectere & cum subsequentibus, vt ita sensus ordinetur: Quoquò versùm floridus incessus. Post laudationem superiorum membrorum, laudatur & incessus, ex eo quòd floridus esset, nec affectatus, quamcunque in partem vestigia moverentur: impudicum enim, vt inquit verissimè Seneca, ostédit incessus, & relatus ad caput digitus. M. T. præcipit in primo de Officiis, cauendũ esse, ne incessu molliores simus, ne similes pomparũ ferculis videamur. Quinetiã in decretis canonicis, d xli. monẽtur sacerdotes, vt incessu ornati sint, vt grauitate itineris mẽtis maturitatẽ ostẽdãt. Incõpositio. n. corporis, vt Aug. ait, qualitatẽ indicat mẽtis. Vnde Sallusti⁹ inter cętera hoc quoq; Catilinę probro dedit, q⁹ eius incessus modò cit⁹, modò tard⁹ foret. Laus ergo incessus in homine est, vt immeditat⁹ sit, neq; affectione infract⁹, suspẽsúsq;. Scribit Iulius Firmic⁹, eos qui Pleiades habẽt in horoscopo, molliter ambulãtes vestigia suspẽdere: eósq; pœnitere, quòd viri nati sint. Ambrosius olim clericũ, ne sibi vnquã præiret, cõmonefecit: quia velut quodã insolẽtis

inceſſus verbere oculos ſanctiſſimi hominis feriebat, qui mox ab eccleſia receſſit: in cuius inceſſu lucebat imago quædam leuitatis, ſcurriliſque diſcurſatio. Greſſus autem probabilis eſt, vt idem Ambroſ. refert in primo de Officijs, in quo ſit ſpecies auctoritatis, grauitatis pondus, tranquillitatis veſtigium.

Et adiecit: Ego te, Luci, meis iſtis manibus educaui: quid ni parentis tuæ non modò ſanguinis, verùm alimoniarum etiam ſocia? Nam è familia Plutarchi ambæ progniatæ ſumus, & eandem nutricem ſimul bibimus, & in nexu germanitatis vnà coaluimus: nec aliud nos quàm dignitas diſcernit, quod clariſſimas illa, ego priuatas nuptias fecerimus. Ego ſum Byrrhena illa, cuius forte ſæpicule nomen inter tuos frequentatum educatores retines. Accede itaque hoſpitium fiducia: immò verò iam tuum proprium larem. Adhæc ego iam ſermonis ipſius mora rubore digeſto: Abſit, inquam, parens, vt Milonem hoſpitem ſine vlla querela deſeram. Sed planè quòd officiis integris poteſt effici, curabo ſedulò: quoties itineris huius ratio naſcetur, nunquam erit vt non apud te deuortar.

Quid ni?] Dictio comica eſt, quæ ſignificat, cur non? Horat. Militia eſt potior: quid ni? concurritur horæ Momento. *Eãdem nutricem.*] idẽ lac nutriciũ hauſimus. Vult intelligi, ſe fuiſſe collacteos. Collacteus enim dicitur, qui vno eodémque lacte educatus eſt: auctor Caper grãmaticus. *Innexu.*] vinculo. vna dictio eſt. *Vnà coaluimus.*] ſimul creuimus, adoleuimúſque. hoc enim ſignificat coaleſcere: ſicut inoleſcere eſt coaugmenti, exoleſcere euaneſcentis, vt docet Agretius. *Diſcernit.*] diſſeparat, diſiungit. *Illa.*] mater ſcilicet Apuleij. *Priuatas nuptias.*] Semel poſitum nuptias, bis debemus accipere, vt ſit ſenſus: Illa mater tua clariſſimas nuptias fecit, ego verò priuatas nuptias. Fœminæ autem nubentes clariſſimarum perſonarum appellatione continentur, vt ſcribit Vlpianus. Radiis enim maritorum coruſcare vxores dicuntur. *Byrrhena illa.*] Apud Lucianum conſimilis matrona Ἀ῎βρια, hoc eſt Abrœa nũcupatur, quæ amicam familiarémque Luciani matris ſeſe fuiſſe demonſtrat. *Fiducia.*] cum fiducia, hoc eſt, fidenter, & vt vulgo dicitur, fiducialiter, Lucianus in hanc ſententiam: τί σωῖ ἀχὶ παρ· ἐμοὶ

Digitized by Google

ὁμοῦ καταμένεις: id est, quid igitur, apud me non deuorteris? *Rubore digesto.*] sequestrata verecundia, & depulso rubore, qui faciem occupauerat. *Parens.*] mater. reuerentiæ nomen: sic & Lucianus, ὦ μῆτερ. *Officijs integris.*] Tanquam officium mutiletur, si hospes deseratur. *Deuortar.*] Verbum est hospitale. sic & Plautus in Pseudolo: Ego deuortor extra portam huc in tabernam.

Dum hunc & huiusmodi sermonem altercamur, paucis admodùm confectis passibus, ad domum Byrrhenæ peruenimus. Atria longè pulcherrima, columnis quadrifariam, per singulos angulos stantibus, attollebant statuas Palmaris Deæ. Facies quæque pinnis explicitis, sine gressu pilæ volubilis, instabile vestigium plantis roscidis decitantes: nec vt maneant inhærent, & iam volare creduntur. Econtrà lapis Parius in Dianam factus, tenet libratam totius loci medietatem: signum perfectè luculentum, veste reflatum, pro cursu vegetum, introëuntibus obuium, & maiestate numinis venerabile. Canes vtrinque secùs Deæ latera muniunt, qui canes & ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigant, nares hiant, ora sæuiunt: & sicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire: & in quo summum specimen operæ fabrilis egregius ille signifex prodidit, sublatis canibus impetus arduus, pedes imi resistunt, currunt priores. Pone tergum Deæ saxum insurgit, in speluncæ modum muscis & herbis, & solijs & virgulis, & sicubi pampinis & arbusculis, alibi de lapide florenti-

Altercamur.] altercationem quasi quandam vsurpamus, vicissatim intendentes, depellentésque. Altercari pars est rethoricæ disciplinæ, constans aut intentione, aut depulsione. Præcipit Quint. in 6. vt bonus altercator vitio iracundiæ careat, & ne turbidus & clamosus sit. Valet in altercatione plurimũ acumen. *Atria longè pulcherrima.*] Descriptio est Byrrhenæ domus: cuius atria cum primis extollit, quæ proxima ianuis sunt. Indicat M. Tull. epistola quadam ad Quintum fratrem, atriolum quasi minusculũ atrium fieri solitũ in maioribus ædificiis, in quibus est atrium maius. Atriorum longitudines & latitudi-

Digitized by Google

nes quomodò formari debeant, docet Victruuius. Grammatici atrium ab Adriatibus populis, siue ab atro fumo deduci autumant. Græci in ædificiis non vtebantur atriis. *Columnis quadrifariam stantibus.*] Quadratum atrium fuisse significat: sicuti in magnis domibus cauum ædium, peristylónque conspicimus. *Vndique cólumnis septum.*] quæ quadrifariam, hoc est, in quatuor partes excurrunt. Columnæ autem in angulis stantes, hoc est, vltimæ, dicuntur antes, quibus fabrica maximè sustinetur. Præcipit Victruuius in 3. columnas angulares crassiores faciendas esse quàm medianas, propterea quòd graciliores esse videntur aspicientibus. Columnarum genera quatuor: Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, & Corinthiæ: quæ cæteris graciliores. Præter has sunt Atticæ, quæ tenuis angulis quadratæ. Græci στύλον columnam dicunt. Inde tetrastylon, decastylon, à numero columnarum. Inde & pycnostylon dictum ædificium, in quo densæ spissæque sunt columnæ. *Deæ palmaris.*] Victoria significatur, quæ à palma arbore. Palmaris nominatur: quam in certaminibus victoriæ signum placuit esse. Aug. in 4. Victoriæ Deæ meminit, qua fauente & propitia, ait gentes omnes subditas futuras, etiam Ioue feriato. Idem alibi ludens, vel potiùs illudens ait: Si victoria Dea est, cur Deus non & triumphis & victoriæ iungitur, vel maritus vel frater filius. A palma quoque manus dicitur palmaris, vt apud Quintilianum in pariete palmato, palmare vestigium dictum, quòd ex palmæ impressæ nota factum sit. *Pinnis explicitis.*] In singulis columnis angularibus singula erant simulachra Victoriæ, ex lapide effigiata: tam fabrè, támque eleganter, vt pennis expansis volare viderentur. Idque decenter: figuratur enim Victoria alata, pinnatáque: vnde & præpes est cognominata à poëtis. Victoriolas aureas simulachrorum porrectis manibus sustineri solitas, M. T. Valeriúsque notificant, *Pilæ.*] columnæ, A pila fit aduerbium pilatim,

bus. Splendet intus vmbra signi, de nitore lapidis. Sub extrema saxi margine poma & vuæ faberrimè politæ dependent, quas ars æmula naturæ, veritati similes explicuit. Putes ad cibum inde quædam, cùm mustulentus autumnus maturum colorem afflauerit, posse decerpi: & si fontes, qui Deæ vestigio discurrentes in lenem vibrantur vndam, pronus aspexeris, credes illos, vt rure pendentes racemos inter cætera veritatis, nec agitationis officio carere.

Digitized by Google

pilatim, quod per columnas significat: quo vtitur Victruuius. *Volubiles.*] Laus structuræ, vt volubiles volaticæque viderentur effigies Victoriarum, cùm tamen pilę essent stabiles. *Decitantes.*] Nouè dictum, sed eleganter: pro eo quod est, decorantes, venustantésque forma frequentatiua, ab hoc verbo Decet, decitat: vnde decitantes inclinauit. *Lapis Parius.*] Paros insula est vna ex Cycladibus, marmore nobilis: quam primò Plateam, posteà Minoida vocauerunt: auctor Plin. in 4. Idem scribit in 36. marmor Parium fuisse candidum, cœptúmque appellari lapidem Lychnitē, quoniam ad lucernas in cùniculis cæderetur. Ob candorem lapidis Parij Virg. niueam Paron appellauit, qui alibi quoque ait: Patiúsque lapis circundatur auro. De lapide Pario sic refert Strabo in 10. Paros lapidem producit, quem Parion appellant, ad marmoreas sculpturas aptissimum. Quintil. in 2. Etsi Praxiteles signū aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude. Ex Paro fuit Archilochus poëta, iambici carminis repertor. Mendum est apud Strabonem, apud quem non Archilochus, sed Antilochus, Parius fuisse legitur. Ob hoc dixit Horatius in Epistolis: Parios ego primus iambos Ostendi Latio: vbi exposuit Porphyrion, Parios iambos dici quasi Archilochios quia Parius fuit Archilochus, iambici carminis repertor. *In Dianam.*] simulachrum Dianę. *Signum.*] statua, simulachrum. *Luculentum.*] nitidum, pulchrum perspicuum, à luce dictum: lutulentum verò, cœnosum, sordidúmque à luto. *Veste vestatum.*] quasi flante vento renudatum. Consimile est id, quod scribit Plin. Venerem reiectam nudámque à Praxitele factam fuisse, inter cæteras statuas famigeratam. Reflatus nomen est quarti ordinis, quo significatur contrarius & noxius M. T. in epist. ad Atticum: Nauis relata in Vticam reflatu. *Procursu vegetum.*] Laus statuæ, quæ procurrere & moueri videbatur. Canes vtrinque secùs à lateribus statuæ erant fabrefacti ex eodem lapide, canes quasi laterones, hoc est, latera Deæ cingentes. Dianæ enim sunt dicati canes, vtpotè Deę venatrici. Hinc turba Diania dicuntur, poëtica periphrasi. Laribus quoque canes assignantur, vt docet Ouidius in Fastis. *His oculis.*] Laus artificij, manúmque artificis, quæ veritatem sic fuerant imitatæ, vt mutæ ac inanimales formæ viuere ac moueri viderentur: quasi fiant ex natura, quæ fieri videntur ex arte. Canes autem hi potissimùm laudantur, veluti generosiores, qui oculis sunt nigrantibus aut rauis. Columella villaticū canē describens, ait eum esse eligendū, qui conspectu terreat, qui deiectis & propendētibus auribus sit, vasti latratus, sonoríq;. *Nares hiāt.*] patulæ sunt. Nares autē appellari putāt, quòd per ea quasi forami

na,odoris cuiuſque nari,hoc eſt periti fiamus. Sed meliùs dici à Græco videntur, per inuerſionem literarum,quod Latinis conſuetum eſt:vt ῥῖνες nares,νίπτω tenet,& multa huiuſmodi. Ad veſtigandas feras accommodatiſſimus eſt canis,nares ſagax. *Sicunde.*] ſi ex aliqua parte,ex aliquo loco:aduerbium eſt.vt alicunde apud Plautum,quod ſignificat ex aliquo loco. *Signifer.*]corrige signifex,hoc eſt,ſtatuarius, & ſigni, hoc eſt ſimulachri fictor: vt enim ab arte artifex, ab auro aurifex,ſic à ſigno faciendo ſignifex denominatur, alio nomine ſignificus dicitur ab eodem,ſic ſcribente in dæmonio Socratis:Sed non pudet me eſſe ſignificũ. niſi fortè velis legere ſignificem,vt artificem. A Marciano quoque in Nuptiis Philologiæ ſignifex vſurpatur pro ſtatuario,& artifice ſignorum.Conſimiliter Sidonius Apollinaris in 6.Græcia cementariis pictoribúſque illuſtris. Diuus Auguſt.in lib.de grammatica,ſic refert: Ad hanc formam declinabis aurifex, artifex,carnifex,ſignifex,& alia. *Sublatis canibus.*] Signifex ita figurauerat canes ex lapide,vt ſublatis pedibus prioribus, impetum facere & procurrere velle viderentur : pedibus verò poſterioribus innixi conſiſtebant, quæ omnia ad laudem ſignorum miríque artificij dicta ſunt. *Pone tergum.*] poſt tergum,à tergo. *Deæ.*]Dianæ,ex Pario lapide effigiatæ. *Muſcis.*] Sicut à Virg. muſcoſi fontes dicti ſunt, quia naturaliter muſco herba obumbrantur,ita & ſpeluncæ lanugine muſci viridiore & arbuſculis veſtitæ conſpiciuntur. A muſco fit verbum muſcare,quod ſignificat conuelare, & contegere muſco, quo propè peculiariter vſus eſt Columel. Idem ſcriptor in 5.muſcum ferro diſtringendum & eradendum eſſe,qui more compedis crura vitium deuincta comprimit,ſitúque & veterno macerat. Idem in 6.ſupra inſitos ſurculos muſcum imponendum eſſe tradit, & ita alligandum ne pluuia dilabatur.Muſcus qui in aqua fuerit,Plinio teſte, podagris illitus prodeſt. *Splendor.*] Purior lectio eſt,Splendet:vt ſit ſenſus,vmbram ſigni , hoc eſt ipſius ſtatuæ,propter nitorem lapidis Parij,qui puriſſimus eſt,intus ſplendeſcere. *Sub extrema margine.*] Dicitur hic margo,& hæc margo,maſculino genere & fœminino.Hinc fit verbum elegans Emargino,quod ſignificat extremitates ſuperuacaneas auferre & margines vlcerum erodere:quo verbo vtitur noſter Plinius Margam Britanni & Galli vocant pinguem terram,qua iniecta aluntur agri:cùm ſit quidam terræ adeps,& pinguitudo. *Faberrimè.*]elegantiſſimè,perfectiſſiméque : aduerbium eſt,deductum à fabrè,quod ſignificat politè & nitidè.ádfabre,quod valet valde fabrè, nitidéque,pronunciatur prima acuta, ſicuti ádmodum & ádprobe dicuntur quod

quod Annianus poëta sentiebat,& probat Gellius. Ediuerso infabrè dicitur,ineleganter & impolitè.Horatius:Quod sculptum infabrè,quod fusum duriùs esset. *Ars æmula naturæ.*]imitatrix, studiosa effectrix:ars enim naturam imitatur , eámque vsquequaque effingere ac repræsentare contendit.Libro 3.Rhetoricorum ad Herennium : Imitatur, inquit,ars naturam,& quod ea desiderat inueniet,si quod ostendit sequatur.Celebratum est Eupompi pictoris responsum , qui interrogatus quem sequeretur antecedentium,dixisse fertur , demonstrata hominum multitudine,naturam ipsam imitandam esse,non artificem. Plato volumine decimo de Legibus tradit omnia natura & arte fieri , artémque ipsam simulachra veritatis genuisse.Me ista condente, artem æmulam naturæ esse euidenter ostendit municeps meus Francia , inter pictores aurifex maximus : inter aurifices pictor absolutissimus,vtroque in opere mirandus artifex atque fœcundus:cuius tabulæ multæ oculos tenent animósque spectantium. Palmam habet tabula Franciæ illa, quæ dici potest exopolis,id est,extramurana:nam namque extra muros in æde Misericordiæ suburbana dedicauit sidus aureum nostrum,& decus antistitum, protonotarius Bentiuolus Antonius Galeacius : qui omni vitæ colore tersissimus,liberalissimúsque in primis religionis cultor illustris , cùm peregrinationem Hierosolymariam fœliciter obiisset, euestigiò curauit vt tabula hæc manu Franciæ picta, omníque pretioso cultu exornata dedicaretur: qua nihil absolutius plerique omnes iudicant.In templo quoque diui Iacobi spectatur tabula altera.eodem artifice nobilitata : quam illustrissimus princeps noster Io.Bentiuolus , & ipsius religiosi cultus seruantissimus,in sacello suo dicauit:quam æmuli artifices non sine liuore suspiciunt. In his Franciæ tabulis ars æmula naturæ in tantùm cognoscitur,vt vultus imaginum spirantes viuere & anhelare videantur. Hæc obiter dicta sint de artifice nunquam satis laudato:cuius manus certantes cum manibus priscorum,tam in pictorum quàm aurificum opificio naturam in primis repræsentat.Artes autem ipsæ naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt:pictura verò peculiariter ex discordibus pigmentorum coloribus confusione modica temperatis , imagines his quæ imitatur similes facit. *Mustalentus autumnus.*]Optimum autumni epitheton,vt mustulentus dicatur, propterea quòd hoc tempore spumat plenis vindemia labris,vt ait poëta:& ab Ouidio decenter dictum est,Stabat & autumnus calcatis sordidus vuis. Cyprianus verborum nouitate luxurians , autumna dixit neutraliter,sic scribens in epistola ad Demetrianum; Nec adeò,arboreis

fœtibus autumna fœcunda ſunt. Nec minùs venuſtè Portius Cato autumnitatem, autumni tempeſtiuitatem: ſicuti antiqui oliuitatem dixerunt, quando olea legebantur: & ficitatem, fructus fici maturitatem. Fidicula occaſu ſuo autumnum inchoat, vt ait Plinius in decimooctauo. Autumat Feſtus Pompeius, autumnũ dictum eſſe ab augendo, quòd tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Conſenſus medicorum autumnale tempus infamat veluti peſtiferum, noxiúmque. Cauſas refert Galenus in expoſitione Aphoriſmorum duas potiſſimùm: quarum altera, quia eadem die aliquando frigus eſt, aliquando calor: altera, quia mali chymi, hoc eſt, mali ſucci in corporibus id temporis exuberant, ex pomorum fructuúmque eſu largiore. Cor. Celſus in ſecùndo: Ex tempeſtatibus, inquit, optimæ æquales ſunt, ſiue frigidæ, ſiue calidæ: peſſimæ, quæ variant maximè: quo fit, vt autumnus plurimos comprimat: nam ferè meridianis temporibus calor, nocturnis atque matutinis ſimúlque etiam veſpertinis frigus eſt: corpus ergo & æſtate, & ſubinde meridianis caloribus relaxatum, ſubito frigore excipitur. Ob hoc dixit Ouidius, inæquales autumni. Idem alibi ait: Cùm modò frigoribus premimur, modò ſoluimur æſtu, Aëre non certo corpora languor habet. Dicitur autem muſtulentus ea formula, qua vinolentus, fæculentus, turbulentus. Plautina dictio eſt: ſic enim ſcribit ille: Ita muſtulentus ventus nares obtigit. *Vt rure.*] tanquam in vite penduſos. *Racemos.*] Non ſolum de vitibus, ſed de aliis quoque plantis racemos dici, teſtis eſt Plinius in decimoſexto, de hedera ſcribens: Aliis, inquit, denſus acinus, & grandior racemus, in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. A racemo fit racemoſum, quod ſignificat racemis plenum: inde & racematio, qua dictione ſignificantur vindemiarum reliquiæ: ſicut meſſibus peractis ſupereſt ſpicilegium. Tertullianus ſcitè vſurpat hoc verbum tranſlatione oppidò quàm decenti, cùm ait in Apologetico: Poſt vindemiam parricidarum racematio ſuperſtes. De ſpicilegio ait M. Varro prouerbialiter: Nemo reprehenſus, qui è ſegete ad ſpicilegium relinquit ſtipulam. Idem in primo de Re ruſtica: Ad corbem meſſi facta ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam. *Nec agitationis.*] Senſus eſt: racemi lapidei veros racemos ita repræſentabant, vt in vndis ſubiectis agitari, ludere, moueri viderentur.

Frondes lapidis.] frondes ex lapide fabrefactæ ſignificantur. *Actæon.*] Actæonem à Dia-

Inter medias frondes lapidis Actæon ſimulachrum, curioſo obtutu in dorſum proiectus, iam in ceruum ferinus, & in

ſaxo

ſaxo ſimul & in fonte loturam Dianam opperiens viſitur. Dum hæc identidem rimabundus eximiè delector. Tua ſunt (inquit Byrrhena) cuncta quæ vides. Et cum dicto cæteros omnes ſermone ſecreto decedere præcepit. Quib. diſpulſis omnibus: Per hanc, inquit Deam, ô Luci cheriſſime, vt anxiè tibi metuo, & vtpote pignori meo longè prouiſum cupio. Caue tibi, ſed caue fortiter à malis artibus, & facinoroſis illecebris Pamphiles illius, quæ cum Milone iſto, quem dicis hoſpitem, nupta eſt. Maga primi nominis, & omnis carminis ſepulchralis magiſtra creditur, quæ ſurculis & lapillis, & id genus friuolis inhalatis, omnẽ iſtam lucẽ mundi ſideralis, imis tartari & in vetuſtum chaos ſubmergere nouit. Nam ſimul quenquam conſpexit ſpecioſæ formæ iuuenem, venuſtate eius capitur & illicò in eum & oculum & animũ detorquet. Serit blãditias, inuadit ſpiritum, amoris profundi pedicis æternis alligat. Tum minùs morigeros & viles fiſtidiens, in ſaxa & in pecua quoduis animal punctoreformat: alios verò prorſus extinguit. Hæc tibi prædico, & cauenda cenſeo. Nam & illa vrit perpetuum, & tu per ætatẽ & pulchritudinẽ capax eius es. Hæc me cum Byrrhena, ſatis anxia.

na in ceruum deformatum fuiſſe, quia nudam viderat in fonte lauantem, & à canibus ſuis diſcerptum mordicùs, quis ignorat? Fabula apud poëtas notiſſima. Laudatur ab Apuleio inter cætera Byrrhenę domus ornamenta, ſimulachrum Actæonis, ex marmore factum: tam fabrè, tam ſcienter, tam graphicè, vt obliquato aſpectu, & in tergum reflexo, iam ceruus factus videretur expectare Dianam ſeſe in aqua fontana lauaturã. Mythologi tradunt, ideò fingi Actæonem in ceruum eſſe tranſfiguratum, quia timidus fuerit, quaſi corde ceruino prædituſ: ideò à canibus deuoratũ quia dum venaticos canes paſcit, venationis ſtudioſiſſimus omnem

ſubſtantiã perdidit. Plin. noſter Actæonẽ & Cippũ in Latina hiſtoria fabuloſos retur. *In ceruũ ferimus.*] Lego ferinus: vt ita elegãter nominetur Actęon, quaſi in ferinã ceruinamq; effigiẽ tranſfiguratus; à fero.n. ferinus dictus. *In fonte.*] Fontẽ, quo ſe lauit Diana, ita

deſcribit Ouid. Fons ſonat à dextra, tenui perlucidus vnda, Marginem gramineo patulos ſuccinctus hiatus. *Identidem.*]ſæpenumero, ſubinde. *Rimabundus.*]ſpeculabundus, vehementérque contemplans. Nomina enim in bundus deſinentia, non tam ſignificant ſimilitudinem, vt grammatici hallucinantur, quàm vim & copiam, & quaſi abundantiam rei: ſicuti in notis Seruij, citatis claſſicorum ſcriptorum teſtimonijs, diligenter annotauimus. *Sermone ſecreto.*]ne arbitri dicta eorum arbitrari poſſent. identidem Plautus in Captiuis: Vt ſine hiſce arbitris nobis detis locum loquendi. *Diſpulſis.*]in diuerſa ſemotis, amandatíſque. *Per hanc Deam.*]Dicticôs eſt. Dianam autem ſignificat, cuius ſignum in meditullio domus Byrrhenæ viſebatur. *Vt anxiè.*]quàm ſolicitè, quàm vehementer. Ita Virgilius: vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error. *Tibi metuo.*]Metuimus homini, quem diligimus ne periclitetur, tanquam amico: metuimus hominem, ne nobis noceat, tanquam inimicum. *Vtpotè pignori meo.*]tanquam filio ex me ipſa nato: filij enim pignora ſunt, & nexus quidam, vt tradit Ariſtot. in 8. Ethicorum. *Caue.*]à malis artibus Pamphiles. Con ſimiliter Luciano ſuadet matrona Abrœa, vt caueat ab vxore Hipparchi in magia præcellente, φυλάττε, ἔφη, τὴν ἱππάρχου γυναῖκα, τοῦτο μαχαιρᾶν μάγος γάρ ἐστι δεινὴ, καὶ μαχλάς. Caue, inquit, tibi ab vxore Hipparchi omni ſtudio: maga enim eſt potens, & impudica. *Carminis ſepulchralis.*]Sepulchrale carmen magicum eſt, quo vtebantur ad ſepulchra, ad manes eliciendos, in necromantia: quale eſt illud Lucani, quod Erichtho magarum maxima immurmurat ad ſepulchrum: Eumenides, ſtygiúmque nephas, vmbræque ſilentium. Tibullus: Manéſque ſepulchris Elicit. *Surculis & lapillis.*]Scitè ſurculos dixit, & lapillos: quoniam talibus rebus vis magica ineſt. Pythagoras atque Democritus conſectari magos, herbas magicas non paucas celebrauere, portentoſa tradentes. In primis Aglaophotim, quam & Marmaritidem vocant: magos ea vti, cùm velint Deos euocare. Gelotophilida quoque herbam memorant, quę ſi bibatur cum myrrha & vino, varias obſeruari ſpecies, ridendíque finem non fieri: vnde & nomen. Gemmæ quoque & lapilli à magis compluſculi memorantur: vt Ananchitis, qua in necromantia dicunt euocari imagines Deorum: vt Atizoë, neceſſaria magis regem conſtituentibus: vt Heliotropiũ, porracei coloris, quam gerentem admixta herba Heliotropio conſpici negant: vt Gloſſopetra, linguæ ſimilis humanæ, quæ lenocinanti neceſſaria creditur. Innumera ſunt propè ſuiculorum & lapillorum genera, quibus magicæ vanitates fulciuntur: quas Platonici quoque nobiles adſtruunt, & in primis Proclus: qui ſcribit,

ſcribit, ſympathia quadam mutua & cognatione rerum terrenarum ad cœleſtia, poſſe talia effici: ideóque ſacerdotij veteris auctores miſcebant plura inuicem, quia videbant ſimplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen ſingillatim ſufficientem ad numinis euocationem: quam ob rem ipſa multorum commixtione attrahebant ſupernos influxus. Nonnunquam herba vna vel lapis vnus ſufficiebat ad diuinum opus: ſicut carduus credebatur ſufficere ad ſubitam numinis alicuius apparitionem: in lapidibus enim & herbis luminum ſupernorũ participatio eſt. *Inhalatis.*] afflatis, anhelitu verborum magicorum ſaturatis. Inhalare enim eſt, veluti halatum inſpirare: vt exhalare, halitum emittere, quod morientium eſt. M. Tul. in Piſonem: Cùm iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. *Chaos.*] Chaos (quod carminibus poëtarum cantatiſſimum eſt, de quo ait Lucanus: Et chaos innumeros auidum confundere mundos) appellatur confuſa quædam ab initio, informiſque materia, hians paténtſque in profundum. *Sumitur.*] capitur, illaqueatur. *Venuſtate.*] pulchritudine. Acyrologia eſt: venuſtas enim propriè fœminis aſſignatur, ſicut dignitas viris, M. Tullius in primo de Officijs: Cùm pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas, venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. A venuſtate fit verbum Venuſtare, quod ſignificat decorare, & exornare. Ambroſius in 1. Hexaemeri: Ideò primùm fecit Deus, poſteà venuſtauit, vt eundem credamus ornaſſe qui fecit. *Detorquet.*] deflectit. *Oculum.*] qui in amore dux, & amoris origo eſt. Oculus impudicus, impudici cordis nuntius. Oculi, vt veriſſimè ſcribit Quintil. in declamatione, quæ inſcribitur Cæcus in limine, nos in omnia quotidie vitia præcipitant, mirantur, adamant, concùpiſcunt. Lucianus in hanc ſententiam: ἡ πᾶσι ποῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν: id eſt, omnibus adoleſcentioribus iniicit oculum. *Pedicis.*] laqueis, quibus ſicut pedes illaqueantur, ita amatoris animus alligatur. Virgil.

Tunc grauibus pedicas, & retia ponere cerui.

Liuius libro 21. Vt pleraque velut pedica capta hærerent in dura & alta concreta glacie. *In ſaxa, in pecua.*] Lucianus, ἡ πολλοὺς μεταμορφοῖ εἰς ζῶα: id eſt, Et multos transformat in animalia. *Trepido.*] timeo. verbum eſt. vel expone feſtinanti, vt ſit nomen. *Puer ætatem.*] ætate puerili, vt ſit Archaiſmos. Sincerior lectio eſt, Per ætatem.

At ego curioſus alioquin, vt prius.] *A cautela abſtinui.* ita procul

mùm artis magicæ ſemper optatum nomen audiui, tantùm à cautelà Pamphiles abſui, vt etiam vltrò geſtirem, tali magiſterio me volens ampla cum mercede tradere, & prorſus in ipſum barathrum ſaltu concito præcipitare. Feſtinus denique & vecors animi, manu eius, velut catena quadam memet expedio: & ſalue properè addito, ad Milonis hoſpitium perniciter enolo. Ac dum amenti ſimilis celero veſtigiũ: Age, inquam ô Luci, euigila, & tecum eſto: habes exoptatam occaſionem, & voto diutino poteris fabulis miſeris explere pectus. Aufer formidines puerileis, cominùs cum re ipſa gnauiter congredere, & à nexu quidem Venereo hoſpitis tuæ tempera, & probi Milonis genialem torum religioſus ſuſpice. Verùm enimuerò Fotis famula petatur annixè: nam & forma ſcitula, & moribus ludicra, & prorſus argutula eſt. Veſperi quoque cùm ſomno concederes, & in cubiculum te duxit comiter, & blandè lectulo collocauit, & ſatis amanter cooperuit: & oſculato tuo capite, quàm inuita diſcederet, vultu prodidit: denique ſæpe retrorſa reſpiciens, ſubſtitit. Quod bonum, fœlix, & fauſtum ſit itaque, licèt inſalutare non erit, Fotis illa temptetur.

eram vt mihi caueremem ab illecebris Pamphiles, vt vltroneus cuperẽ me illius dedere diſciplinæ: tanta magicæ artis cupiditate rapiebar. *Geſtirem.*] cuperẽ: geſtire enim cupere eſt. Geſtire eſt lætum eſſe, & lætitiam habitu corporis ſignificare, vt Seruius & Nonius prodiderunt: & iam antè dictũ eſt. *Tali magiſterio.*] diſciplinæ ſcilicet magicæ, cuius magiſtra & ſciens erat Pamphile. *In ipſum barathrũ.*] in ipſam artis magicæ voratrinam & profundam. Tranſlatio, ſumpta ab eo, qui ſe præcipitat in vaſtam infernámque profunditatem. Barathrũ locus apud inferos eſt profundus. Propriè autem apud Athenienſes barathrum eſt locus, in quem noxij præcipitabantur, vt docét Diomedes grammaticus. Hinc barathrum ad alia quoque transfertur. Hinc epigrammatarius poëta non minùs ſcitè, quàm lepidè, barathrum fœmineum dixit, pro locis muliebribus.

bribus. Item ſtomachi imum hiatum appellauit barathrum, illo verſu: Extremo ructus ſi venit à barathro. Horatius quoq; in Sermonibus ait: Quid enim differt, barathróne Dones quicquid habes, an nunquam vtare paratis? vbi barathrum accipitur pro ingluuie & voragine ventris: vnde & barathrones dicti, gulones, qui in barathrum gulæ mittunt totum patrimonium. *Vecors animi.*] Vetus locutio, vt infœlix animi, præſtans animi, falſus animi, pro animo: per figuram Antiptoſim. Vecors animi dicitur inſanus, turbati ac mali cordis: auctor Feſtus. M. Tull. in prima Tuſculana: Alijs cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordéſque dicuntur: contrà qui ſapientia præſtiterunt, ob id Cati, Corculi, apud Romanos cognominati ſunt, vt refert Plin. in ſeptimo. *Salue addito.*] Verbum eſt tam abeuntis, quàm adeuntis: in diſceſſu enim, & in acceſſu vſurpatur. Hinc M. Tull. in epiſtolis ad Tironem, iunctim locat, Vale, ſalue. Ideò mortuis ſalue & vale dicebatur, vt ſcribit M. Varro, & repetit Seruius, quòd ab his recedimus, eos nunquam viſuri. In hanc ſententiam Auſonius: Dicto aue, dic vale, & actutùm redi. *Perniciter.*] celeriter, velociter: pernix enim velox eſt. Silius: Gens pernicibus ignea plantis. Catullus: Viden' vt perniciter exilire. Pernix quoque dicitur, perſeuerans, à pernitiendo, ſi credimus Seruio in commentario Maroniano. *Amentis ſimilis.*] Salluſtius, ad notandum in Catilina vecordiam, dixit eius inceſſum modò citum, modò tardum eſſe. Habitus enim mentis, vt inquit Ambroſius, in corporis motu cernitur: vt plerunque feſtinantes celerare veſtigium videmus, quibus nemus amentiæ & furoris ſubeſt. *O Luci.*] Sic ſecum ſermocinatur. *Fabulis miſeris.*] Corrige miris, hoc eſt mirandis, incredundíſque: quales ſunt magorum præſtigiæ. Vel potiùs lege Mileſiis, de quibus repete quæ annotauimus in principio commentariorum, explicantes quid ſignificet ſermo Mileſius. *Cominùs.*] Propè. cuius contrarium eſt Eminùs, quod ſignificat longè & procul. *Gnauiter.*] ſtrenuè, vigilanter, celeriter: à gnauo enim, qui dicitur induſtrius & vegetus & celer, fit aduerbium gnauiter, quòd & nauiter dicitur: ſicut nauus ſtrenuum celerémque ſignificat, à nauium velocitate dictus: cuius contrarium eſt ignauus. *Hoſpitis.*] Pamphiles. *Genialem thorum.*] coniugalem lectum, qui nuptiis ſternitur in honorē genij, vt Feſt. refert. M. T. in oratione pro Cluentio, lectum illum genialem, quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atq; exturbata filia iubet,

Horat.Lectus genialis in aula est. De genio & geniis alibi plura,ex auctoritate Aug.& M.Censorini. *Suspice.*]venerare & cole tanquam inuiolabilem,& castitate religiosa vallatum. *Verumenimuerò.*]Particula ratiocinatiua est,vt grammatici dicunt. *Annixè.*]vehementer,omníque nixu & viribus. *Scitula.*]elegans, pulchra,venusta.Græcè scitus ὡραῖος dicitur. *Forma.*]Septimus est casus. *Argutula.*]loquacula,dicacula,venustula.Argutari dixerunt veteres,loquaciter loqui. Næuius: Totum diem argutatur quasi cicada. Argutos dici ait Probus grammaticus,qui multùm ac celeriter loquuntur,vt arguta hirundo: vnde ἀπὸ τοῦ ὀξέως argutula. *Cùm somno concederes.*] succumberes somno,& ob hoc ires cubitum. Sermocinatio est cum ipsomet, qua causam suam tutatur,& se Fotidi nunquam ingratum, neque inamabilem videri colligit. *Vultu prodidit.*]significauit:vultu enim & oculis & nutu & supercilijs interiora animi produnt amatores. *Retrorsa.*]reflexa,obliquata,retrò conuersa:quod ab amorabunda puella fieri solet:cui conuenit illud Virgilianum: Et fugit ad salices,& se cupit antè videri, inclinato vocabulo ab aduerbio retrorsum.Horat.Retrorsum vela dare,atque iterare cursus. Dictio est in vulgari sermone frequens. *Quod bonum fœlix.*]M.Tul. in primo de Diuinatione testis est,maiores nostros in rebus omnibus agendis præfari solitos,Quod bonum,faustum,fœlix,fortunatúmque esset: quia scilicet valere censebant voces, quæ vocant omina.

Pedibus in sententiam vado.] Ex more Romano sumptum, apud quos ibatur pedibus in sententiam quam probabant. Hinc ait Liuius: Sed tum quoque aut verbo assentiebat,aut pedibus in sententiam ibat. Idem alibi: Quibus hæc salutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus trãsite.omnes

Hæc mecum ipse disputans, fores Milonis accedo,& (quod aiunt)pedibus in sententiam meam vado. Nec tamen Milonem domi, vel vxorem eius offendo, sed tantùm charam meam Fotidem,quæ suis dominis parabat inscium fœtim circumcisum, & pulpam frustatim consectam: abacum pascuè viridentem. Et quidem naribus iam mihi arridebat tucetum perquàm sapidissimum. Ipsa linea tunica mundulè amicta,& rubea fasciola prænitente altiusculè, sub ipsas papillas succintula,illud cibarium vasculum floridis palmulis

rota-

Digitized by Google

rotabat in circulum: & in orbis flexibus crebra succutiens, & simul membra sua leniter inlubricans, lumbis sensim vibrantibus, spinam mobilem quatiens placidè, decenter inundabat.

transierunt. Sensus est: mihi animo volutanti approbatur ea sententia, vt abstineam ab vxore Milonis, & Fotis ancilla ametur. *Iusculum.*] Pulpamentum minutatim concisum, eleganti vocabulo iuscum appellat, quod vulgò ius nominitant. Hinc Ciceronis ille iocus amphibologicus: Ego coque tibi iure fauebo. & apud M. Var. in 3. de Re rustica consimiliter: Sic hos pisces nemo coquus in ius vocare audet. Tria genera ganeatorũ ciborum traduntur: primò assa, secundò elixa, tertiò ex iure, vti cœpisse natura docet: vnde iurulentum dictum, quasi iure conditum, quod & iussulentum vocatur. Cor. Celsus in secundo: Tũ res eadem magis alit iurulenta quàm assa, magis assa quàm frixa. Iurulentam condituram intelligi voluit Satyrographus, cùm ait, Et eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. A iure fit iusculum, & hypocoristicôs iusculum. M. Cato: Inferuefacito paulisper, posteà iusculum frigidum sorbere, & ipsam brassicam esse. Apicius, scribens de pulmentario ad ventrem: Iusculum, inquit, facere & potare: meliùs etiam, si in eo pullus sit decoctus. *Fartim.*] à farciendo aduerbium fartim dicitur, hoc est, congestim & cumulatim. Talia autem condimenta fiunt in Gallia, vt caro minutim concisa, immò frustulenta, cum ouis & aromatibus in cacabum iuris optimi coniecta discoquatur: fitque pulmentarium scitissimi saporis, inter instrumenta ganeæ præcellens. Apicius, porcellum farsilem, leporem farsilem, pisces farsiles vocat, qui in eduliis farciuntur variis condimentis. *Pulpam.*] inter Apiciana cibaria est & minutal, ex eo dictum, quòd minutatim, hoc est frustatim & tessellatim conciditur caro, aliáque scitamenta conciduntur. Quod multiformiter fit, appellatúrque aliud minutal Apicianum, aliud Matianum, aliud dulce. Fit & ex iocinoribus & pulmonibus lepusculorum, ex spatulis porcinis frustatim tessellatimque confectis, hoc est per frustula & tessellas, quæ sunt frusta quadrata: vnde aduerbium frustatim fit, quod significat per frusta & minutatim. Hoc pulmenti genus signare videtur Plautus in Curgulione, cùm ait: Vin' aquam? si frustulenta est, da obsecro: hercle obsorbeam. Idem frustillatim dixit diminutiua forma, quasi per frustilla: Iam ego te faciam vt hic formicæ frustillatim differant. *Abacum.*] Modò mensam potoriam significat, aliàs tabulam geometricam, aliàs

ornamentum columnarum,aliàs calculos ſuppurgatorios.De abaco in quinto Tuſculanarum quæſtionum commentario ſatis multa. *Paſcuè.*]opiparè,lautè,abundanter: aduerbium eſt. *Hirulentam.*] Quidam corrigunt iurulentam: cuius ſignificationis iam mentio facta eſt. Ego lego Vinulentam , vt ſit epitheton menſæ vinariæ accommodatum , quæ omni vinorum genere copiosè inſtructa ſit. *Naribus ariolabar.*]Sagax naſus & acutior olfactus præſentit, & quaſi ariolatur , hoc eſt,ex nidore diuinat apparatum epularum.Ariolari enim eſt vaticinari,& ariolus dictus,qui diuina mente vaticinatur, quaſi fariolus,à fatis & à fando,ſiue ab halando:nam halitu ſolent iſtiuſmodi homines excludere velut mortalem animam,vt diuinam recipiant:auctor Donatus Præcipit M.Cato,ne villicus ariolum conſuluiſſe velit.*Tucetum.*] Tuceta dicuntur eſcæ regiæ,vt Callimachus:Ambroſio redolent tuceta ſapore:vt Perſius:Pingues patinæ,tucetáque craſſa.Obiter annotandum, inter militares cibos eſſe buccellatum, ex eo opinor dictum,quòd in buccellas & quaſi teſſellata fruſta conſectum ſit:de quo 12.Codicis volumine legimus,milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum & carnem veruecinam percipere debere.Ammianus videtur innuere,buccellatum id eſſe propriè, quod biſcoctum dicimus : quod buccellatim,vt ita dicam,teſſellatímque formatur.Verba Ammiani hæc ſunt ex lib.7. Frumentum ad vſus diuturnitatem excoctum,buccellatum, vt vulgò appellant , humeris impoſuit libentium militum. *Perquam ſapidiſſimum.*]Attende locutionis genus,contra moroſas & prætancidas grammaticorum obſeruationes:qui duas haſce particulas Per quàm,iungi ſemper præcipiunt poſitiuo,vt dicas perquam ſapidum.Sed idonei ſcriptores, elegantiæ magis quàm ſcripto grammaticali indulgentes , dicunt Perquàm maximum,perquàm breuiſſimum , perquàm ſapiſſimum. Q.Curtius, ſcriptorum elegantiſſimus: Beſſum,inquit, quoque Bactrianorum ducem , perquàm maximo poſſet exercitu cincto,deſcendere ad ſe iubet. Pomponius iuriſconſultus,quo penè nihil limatius , tit.de origine iuris,ſic ſcriptum reliquit: Nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum perquàm breuiſſimos ad edictum ſubſcriptos reliquit. Ex hoc colligimus, Latinitatis elegantiam,qua nihil fuſius vberiúſque eſt,haudquaquàm coërcendam eſſe intra cancellos normæ grammaticalis, nec adſtringendam regulis Donatiſtarum:cùm & grammaticos ipſos videamus regulas fulcire oratorum poëtarúmque fulturis, & ad auctoritatem veterum ſcriptorum veluti ad anchoram cõfugere. *Mundulè.*]elegantèr,nitidè,& ſine ſordibus.aduerbium

eſt.

est. *Tunica linea.*] vestimentum puellæ lineum, quo induta erat Fotis: quod quidam interulam, quidam camisiam, quidam supparum appellant. Iuxta illud Afranij: Puella non sum, supparo si induta sum. Subucula quoque dicitur, de qua est illud Horatianum: Si fortè subucula pexæ Trita subest tunicæ. & Hieronymus aduersus Iouinianum: Tunc pexa tunica & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus. Sed quod cum bona pace sanctissimi scriptoris dictum sit, qui Horatium æmulari volens, pexam tunicam pro lacera & sordida accepit: quod longè secùs est: pexa enim tunica significatur elegans, pretiosa, conciona, vnde & pexatus dictus, vestibus pexis indutus. Mart. Pexatus pulchrè rides mea, Zoile, trita. A Quintiliano quoque pexus doctor decenter accipitur pro eleganti, terso & exculto. Plin. ait in 8. lanam Histriæ vestibus pexis alienam esse. Idem Mart. Emi seu puerùm, togámve pexam. Denique vt breuiter multa comprehẽ damus, pexum vestimentum opponitur trito, tanquam pretiosum abiectissimo: & ita intelligi voluit Horat. tanquam inconcinniter reprehensibilitérque copuletur vestis pexa cum trita subucula: nec enim aliter Horatiana sententia elegantiam satyricam redoleret. Videri potest hallucinatus esse diuus Hieronymus, vt crederet pexam tunicam accipi pro lacerata & vili, ex illo Terentiano: Adeò depexum dabo, vt dum viuat meminerit semper mei: vbi grammatici exponunt, depexum pro laceratũ. Sed longè aliud pexa vestis est, aliud homo depexus. Hæc enim particula, de, modò auctiua est, modò priuatoria: vt dèpexum dicamus pexo contrarium, sicut dehonestum verbum dicitur turpe & contrarium honesto, & mille alia. Quamuis tamen apud Terentium verbum illud depexum accipi conducenter posset pro expolito & exculto, sicut hodie quoque in communi loquendi consuetudine vsurpatur: vt minitabundi dicamus, Ego comã tibi pectam atque exornabo. Et ita ego autumo hoc sensu dictũ illud Terentianũ: Ego si viuo, adeò depexũ dabo, vt dũ viuat meminerit semper mei. Nã exornatũ & depexũ in eodẽ significatu accipiuntur: quãuis contrariũ subintelligi velit. Hæc iudicẽt volentes: quæ à me dicũtur causa iuuandi, non obtrectãdi. Dij. n. mẽ tem meliorẽ mihi. *Et rursus se à fasciola.*] Mẽdosus locus, quẽ ego sic emendo: & russea fasciola: vt sit sensus, Fotidẽ succinctã fuisse fasciola rubentis coloris. Ruffus. n. & Rufeus, appellationes sunt ruffi coloris. Sicut. n. fuluus & flauus, & rubidus & phœniceus, & rutilus & luteus, & spadix, ruffum colorẽ significant, quadã varietate distãtes, ita russe⁹ vocabulũ est roboris: quod in vernacula, lingua hodie quoq; vulgo est vsitatissimũ. Catull⁹: Dẽtẽ atq; rusticã

defricare gingiuam. Quidam apud Catullum legere malunt ruffam, reformidantes videlicet vetuſtam dictionem, perinde ac inelegantem. Flauius Vopiſcus: Tunicas ducales ruſſas quatuor, pallia proconſularia duo. In epiſtola Valeriani ſcriptum legimus, tunicas ruſſas militares annuas, ſagos chlamydes annuas duas. Hinc autigas ruſſeos ſiue ruſſatos dictos eſſe opinor, à ruſſo ſcilicet colore, quo vtebantur: ſicut factiones aurigarum Veneta & Praſina nomen à coloribus ſortiuntur: de quibus apud Suetonium affatim, & in lib. Annotationum non indiligenter explicaui, demonſtrans quid ſit apud Plautum Thalaſſicus ornatus. Apud Plin. mentio fit ruſſei ſiue ruſſati aurigæ. De auriga ruſſato dictum eſt illud à Satyrographo poëta: Parte alia ſolum ruſſati pone Lacertæ: Etſi aliter legimus, expoſuimúſque locum hunc in libro Annotationum, tamen verior lectio & ſenſus purior hic videtur, vt ad aurigam ruſſatæ factionis nomine Lacertam referatur, qui lucroſior erat & opulentior ex aurigandi ſtudio, quã cauſidici ex actione cauſarum. Fas enim eſt mutare ſententiam, vbi poſteriores cogitationes meliores ſunt prioribus, & pòſt inuenta magis quadrant. Eſt & ruſſeus color, à ruſco virgulto dictus: vnde ruſcea facies, infecta colore ruſci. Cato lib. 6. originũ: Mulieres opertæ auro purpuréaque ruſcea facie. *Præniteſte.*] valde ſplendente, & fulgẽte. *Sub ipſas papillas.*] Videtur ſignare ſtrophiũ, hoc eſt, faſciã pectoralẽ, qua papillæ cohibentur. Turpilius: Me miſeram, quid agam? inter vias epiſtola excidit mihi, inter ſtrophium ac tunicam collocata. De ſtrophio in hoc ſignificatu ait Catullus: Non teteti ſtrophio lactentis vincta papillas. Aliàs antiqui ſtrophia coronas tenuiores appellitant: vnde nata ſtrophiola, auctor Plin. in 21. Præterea Græcè στρόφιον vocatur, quod Latinè ſtroppus: inſigne autem capitis ſacerdotale eſt. Quidam coronam eſſe dicunt, ideóque apud Faliſcos feſtum fuit nomine Strupearia, quia coronati ambulant. Noſtri vernacula lingua adhuc ſtropum vulgo vocitant, quod in vſu vtilium eſt, & coronamenti ruſticani vicem repræſentat. *Floridis palmulis.*] venuſtis manibus. Ideò autem per ὑποκόρισμα dixit palmulis, vt oſtenderet in fœmina tales manus eſſe elegantiores, cùm enormitas ſit inamabilis ac inuenuſta. Videtur Næuius dixiſſe manciolas diminutiuo vocabulo, quaſi paruas manus. Manciolis, inquit, tenellis: pro manibus. *Crebra ſuccutiens.*] Expreſſit geſtum motúmque puellæ, coquinariam facientis, quæ ſæpe ſuccutitur, rotans pulmentarium in cacabo, ſiue lebete coquinatorio, & ollula eſcaria. Crebra autem dixit, pro crebrò: nomen pro aduerbio. vt Vig. Pede terram Crebra ferit. *Illubricans.*] lubricitate quadam inſinuãs: ſimul

simul allusit ad lubricum puellæ corpus, lęuorémque membrorum prænitentium. Lubricus autem dicitur locus, in quo labimur, & corpus: vt pauimentum lubricum, anguis lubricus. *Vibrantibus.*] fluctuantibus. *Spinam mobilem.*] spina tereti structura compacta est, per media foramina, à cerebro medulla descendente: quæ animali hoc est, quod naui carina. Ex medulla homi nis spinali anguem gigni proditum est, quod & Pythagoras apud Ouid. tradit his versibus: Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro Mutari credant humanas angue medullas. *Inundabat.*] vndatim agitabat. Quidam legunt, nudabat.

Isto aspectu defixus obstupui, & mirabundus steti. Steterunt & membra quæ iacebant antè. & tandem ad illam: Quàm pulchrè, quámque festiuè, inquam, Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques? quàm mollitum pulmentum apparas? felix, & certiùs beatus, cui permiseris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida alioquin & facula puella: Discede, inquit, misselle, quàm procul à me, à foculo discede: nã si te vel modicè meus igniculus afflauerit, vrêris intimè. Nullus extinguet ardorem tuum, nisi ego: quæ dulcè condiens & ollam & lectulum, suauè quatere noui. Hæc dicens, in me respexit, & risit: nec tamen ego priùs inde discessi, quàm diligenter omnem eius explorassem habitudinem, vel quid ego de cæteris aio? cùm semper mihi vnica cura fuerit, caput capillúmque sedulò & publicè priùs intueri, & domi postea perfrui? Sícque iudicij huius apud me certa & statuta ratio, vel quòd præcipua pars ista corporis in aperto & per-

Steterunt & membra.] Honestis verbis genitalia arrecta fuisse designat, quæ mẽbra nominitant. Hinc in carmine obscœno, Priapus dictus membrosior æquo: hoc est mentulatior iusto. Hinc Annæus Cornutus in illo carmine Virgiliano, Optatos dedit amplexus, placidúmque peti e Coniugis infusus gremio per membra soporem: dixit, membra paulò incautiùs nominata esse, tanquam per membra signarentur genitalia. Semina le membrum dicitur ab Ouid. à semine & genitura. *Ollulam.*] Intero & au cognatio non parua est: vn-

de ploſtrum & plauſtrum, cotes cautes, lotus lautus. E contrariò au strum pro oſtrũ, auſculum pro oſculum antiqui dixerunt. Sic ollam & aulam indiſcretim vſurpant: vnde exta aulicoctia dicta, quæ in ollis coquebantur, id eſt elixa. Auxilla dicitur ollula, id eſt olla paruula. Ab olla, ollares vuæ dictæ, quæ in ollis fictilibus optimè condiuntur. Statius in Syluula: Ollares, rogo, non licebat vuas. In ollis pultes coquebantur. Hinc dixit M. Varro: Oculis obſeruate ollam, pultis ne aduratur. De quibus Epigrammatiſta: Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas. Ab olla, ollera dicta, quia in ea decoquebantur. Græco vocabulo chytropodas appellant ollas, quæ pedibus ſuſtentantur. In Leuitico mendosè legitur, Siue clibani, ſiue ſytropodes deſtruentur, & immundi erunt. Tu lege, chytropodes: & accipe pro ollis pedatis. Nicolaus de Lyra, ſuper eo loco deliramenta loquitur. *Cum natibus interques.*] Lucianus, *ὦ καλὴ παλαίστρα, τίνι πυγῇ τῇ χύτρᾳ ἅμα συμπαίζομεν καὶ κλίνῃ.* *Pulmentum.*] à pulte, qua longo tempore Romani vixerunt, pulmenta & pulmentaria dicuntur: auctores M. Varro & Plin. *Illic.*] in olla: quamuis ſymbolicôs referri poſſet ad fœminæ genitalia. *Intinger.*] Hinc intinctus, oppidò quàm eleganti vocabulo vocatur liquor, quo intingimus obſonia, vt commendatioris iucundioríſque ſaporis ſint; ideóque vulgo ſapor nuncupatur. Plin. in 15. ait, plerunque ad intinctus addi baccas myrti. Græco vocabulo embamma nominatur, ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτω quod ſignificat intingo. Columella lib. nouiſſimo: Hoc ſinapi ad embammata non ſolùm idoneo, ſed etiã ſpecioſo vtêris. In Euangelio ſcriptum eſt: Qui intinxerit mecũ manum in paropſide Græcè dicitur, ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρύβλιον. Conſimiliter, ex eadémque æſchrologia Lucianus. μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐμβάψει: id eſt, felix quicunque illic intinxerit. *Dicacula.*] Dicacitas à dicendo ducta eſt, quæ propriè ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem: vt antè dictum eſt. Hinc dicax & dicaculus, qui dicacitate & iocorũ mordacitate præpollet. Demoſthenẽ vrbanũ fuiſſe dicunt, dicacem negant. Multi, vt auctor eſt Quint. in cõuiuiis & ſermonib. dicaces ſunt. Hic dicacula puella ſignificatur loquacula, petulans, venuſtula, & in verbis faceta. Græcè dixit Lucianus, σφόδρα γὰρ ἦν ἁπαλὴ καὶ χαρίεσσα μετρίως τε καὶ κομψή. i. Erat puella valde proterua, & plena venuſtatis. *A foculo diſcede.*] Eleganter foculus dictus pro puella, quia amator yritur & amor ignis eſt, Et ſic & Terentius: Accede ad ignẽ hũc,

iã calesces plus satis. Diomedes grãmaticus ait, acyrologiã esse apud Terentiũ, Accede ad hunc ignẽ: vbi nomine ignis significatur meretrix. *Meus igniculus.*]amoris flamma & vredo. Virg. At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas. Cyrus apud Xenophontẽ, amorẽ ostendit igne esse lõge potentiorẽ, quòd ignis vrit homines tangentes: at amor formę eos etiã accendit qui procul spectãt, in tantũ, vt ardenter ęstuẽt. *Nullus extinguet.*]Lepidius sanè venustiúsque id to ũ apud Lucianũ Gręcũ est, vbi ait Palæstra: Θεραπεύσει σε οὐδεὶς ἄλλος, οὐδὲ θεὸς ἰάσεται, ἀλλὰ κατακαύσομαί σε ἐγώ: id est, Sanabit te nullus alius, neque medicus Deus; sed ego sola quę te cõbussi Et mox paulò, ἄνθρωπον εἶδα ἔτοιμα ἐμὲ σφάξειν, ἢ δῆσαι, ἢ κατακόψειν. i. Ego hominẽ noui & iugulare, & excoriare, & trucidare. *Et ollam & lectulũ quatere.*]Fotis quatenus coqua est, ollã rotare nouit, & quatere: ipsa nùs amorabunda est, lectulũ conçutere, qui instrepere solet ex colluctatione veneria. Catullus: Tremuliq; quassa lecti argutatio, inambulatióq;. *Habitudinẽ.*]corpo ris filũ, habitũ, & membraturã. Habitior apud priscos dicitur pro pinguiori, habitissimus pro pinguissimo & corpulẽto vsurpatur: è cõtrario male habitus pro emaciato, attenuatóque. Gellius: Equũ nimis strigosum & malè habitũ, sed equitẽ eius vberrimũ & habitissimũ viderunt. Vbi annotandũ est, strigosum dici pro macro, exhaustóque, quasi stringosum: sic n. apud veteres dicitur, cuius corpus stringitur aut fame, aut macie, aut alia vitij causa. Sic apud Liuiũ strigosiores equi, pro exhaustis, & macie attenuatis *Posteà perstiti.*]Apertior sensus, si legas perfrui. *Statuta ratione.*]Legas ratio, vt sit casus rectus. *Pars ista corporis.*]caput & capillitiũ. *Et quidem.*]Lege, & quod. *Nitor natiuus.*]Sicut mẽbra corporis cultu vestis nitidioris cõspectiora fiũt, & venustiora, sic caput nitore capillorũ, qui natiui sunt, cõdecoratur. Dixit Plautus, ornamẽta purpurea & aurea cõuenire turpi mulieri. Cęsaries autẽ speciosa & crinita, cũprimis decet fœminã: quę (vt auctor est Ambrosius in 6. Hexameri) reuerenda est in senibus, venerãda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adolescẽtibus, cõpta in mulieribꝰ, dulcis in pueris. Tolle arboris comã, tota arbor ingrata est. Tolle humani capitis capillũ, tota pulchritudo fiacce scit. Hic ornatus est capitis obuius omnibꝰ, & perspicuus, quo cerebrũ munitur & vestitur, ne aut frigore vexetur, aut ęstu: sicut nihil fœdiꝰ est in fœmina, quã caput capillitio depopulatum, ita nihil venustius cæsariato, comatóque. In capite hominis plurimus est pilus. Inde cognomina capillatis Alpium incolis, Galliæ Comatæ. Myconij populi insulani, carentes capillo gignuntur. Defluuium capillorum in mulieribus rarum, in spadonibus non visum. Tanta est decoris affectatio in mulieribus, vt aliena quoq;

coma caput exornent: adeò liquet capillum esse amabilem, illicibilémque. Ouid. sententialiter scribens ait: Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus, Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Denique pleræque indolem gratiásque suas probaturæ, laciniás omnes exuunt, amicula dimouent, nudam pulchritudinem suam præbere se gestiunt, magis de cutis roseo rubore, quàm de vestis aureo colore placituræ. At verò, quod nefas dicere, nec quòd sit vllum huius rei tam diuum exemplum, si cuiuslibet eximiæ pulcherrimæque fœminæ caput capillo spoliaueris, & faciem natiua specie nudaueris, licèt illa cœlo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licèt, inquam, Venus ipsa fuerit, licèt omni Gratiarum choro stipata, & toto Cupidinum populo comitata, & balteo suo cincta cunnania fragrans, & balsama rorans, calua processerit, placere non poterit, nec Vulcano suo.

Amicula dimouent.] vestimenta omnia amouent. Ab amiciendo amictus, amicimẽ, amicula dicta. *De cutis roseo rubore.*] Iuxta sententiam Plautinam, fœmina nuda, pulchra, est quàm purpurata pulchrior. *Neque sit exemplum*] Vtinam, inquit, nulla calua & sine capillo reperiatur: vt nullum extet exemplum calui tij fœminei. Et sanè mulieres naturaliter nõ calue- scunt, quoniam natura earum similis puerorum naturę est: vnde & spadones non canescunt, quoniam fœminam imitantur: auctores Aristoteles, Hippocrates, Galenus, cæteri. Annotatu dignum est obiter id, quod Seneca scripsit libro Epistolarum moralium 15. qui luxum carpens, mulieres tradit & caluas & podagricas fieri ex intemperantia: vt ita maximum medicorum Hippocratem faciant mendacem, qui in Aphorismis prodidit, fœminis nec capillos defluere, nec pedes laborare. Verùm natura fœminarum mutata non est: sed vita, sed victus, sed ingluuies in causa est, vt calueścant fœminæ, contra Hippocratis sententiam quod & Galenus refert. *Natiua specie.*] natiuo decore, & pulchritudine capillorum, qui homini congeniti sunt. In homine enim pili partim simul, partim postea gignuntur: hos congenitos appellant, qui (vt auctor est Plin.) non desinunt, sicut nec fœminis magnoperè. *Licet illa cœlo deiecta.*] Sensus est: Si Venus calua foret, & comæ honestamento viduata, haudquaquàm placeret, fierétque inamabilis: adeò capillamẽti decor fœminam decet. Venus

nus autem ex ſpuma maris orta, & cœlo deiecta eſſe fertur. Aiunt mythici, Saturnum Cœli patris pudenda abſcidiſſe: quibus in mare deiectis, Venerem procreatam, quæ à ſpuma, vnde coaluit, ἀφρογένεια nomen accepit: ἀφρὸς enim Græci ſpumam vocant. Hoc autem ideò fictum eſſe creditur, quia dicunt phyſici ſudorem ſalſum eſſe quem ſemper elicit coitus. Ariſtot. verò, cuius inuentis nec ipſa natura diſſentit, libr. de Generat. anim. 2. autumat genituram eſſe ſpumoſam: ideóque Deam, quæ rei veneriæ præeſt, ab ipſa ſpuma Aphroditen nominatam. Annotandum eſt, Herodotum, Græcæ hiſtoriæ principem, errore fœdo lapſum eſſe, qui ſcripſit lib. 3. Hiſtor. genituram Æthiopum eſſe nigram, & ob id Æthiopas etiam nigros exiſtere. cùm, eodem teſte Ariſtotele, omnium animantium ſperma, hoc eſt ſemen genitale, album ſit. De Venere quòd cœlo deiecta, mari procreata ſit, ſcribunt poëtæ, & meminit Auſonius his verſibus. Orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita Cœlo, Æneadum genitrix hic habito alma Venus. *Gratiarum chorus.*] Gratiæ, quas Charitas Græco vocabulo appellitant, in comitatu Veneris eſſe produntur. Ex quo eſt illud Horatianum: Feruidus tecum puer, & ſolutis Gratiæ zonis, properéntque nymphæ. Nudæ Gratiæ, & ſine nodis ideò figurantur, quia amici animos ſolutos ac nudos & apertos inter ſe habere debeant. Quidam Gratias Liberi & Veneris filias eſſe tradunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Quarum vna auerſa pingitur, duæ nos reſpicientes: propterea quòd profecta à nobis gratia, duplex ſolet reuerti. Docet Seneca, quare tres Gratiæ, & qualiter ſorores ſint, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare iuuenes, & quare virgines ſoluta ac perlucida veſte. Alij quidem videri volunt vnam, quæ det beneficium: alteram, quæ accipiat: tertiam, quę reddat. Alij tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, ſimul & accipientium reddentiúmque. Conſertis manibus in ſe redeuntium chorus ob hoc eſt, quia ordo beneficij per manum tranſeuntis nihilò minùs ad dantem reuertitur, & totius ſpeciem perdit, ſi vnquam interruptus eſt: pulcherrimus, ſi cohæſerit & vices ſeruat. Hilares ſunt, quales ſolent eſſe qui dant, vel accipiúnt beneficia. Iuuenes, quia non debet beneficiorum memoria ſeneſcere. Virgines, quia incorrupta ſunt, ſincera, & omnibus ſancta, in quibus nihil alligati eſſe decet, neque aſcripti: ſolutis itaque tunicis vtuntur: perlucidis autem, quia beneficia conſpici volunt. Heſiodus Æglen, maximam natu appellat, à ſplendore: mediam Euphroſynen, à lætitia: tertiam Thaliam, à viriditate. Homerus vni nomen mutauit, Paſitheam appellando lib. Iliados 14. Chry-

ſippus ait Gratias tres Iouis & Eurynomes filias eſſe: ætate autem minores quàm Horas: ſed meliuſcula facie: & ideò Veneri datas comites. Diodorus auctor eſt, ad Gratias beneficij & gratiæ retributionem pertinere: & ob id eas coli. Socrates ſculptor Charitas fecit in propylæis Athenicaſium, in primis inclytas. *Cupidinum populo*]Plato in Sympoſio, duos tantùm Cupidines celebrat: alterum cœleſtem, alterum plebeium: de quibus & nos olim luſimus in carmine amatorio. Verùm poëtæ innumeros Cupidines aſſignant Veneri. Sic Propertius alios Cupidines faculis, alios ſagittis, alios vinculis inſtructos, ſibi obuios factos eſſe commemorat. Sic Statius in Syluulis de Cupidinibus numeroſis loquens inquit: Pharetrati preſſere ſilentia fratres. Et Silius cecinit in 7. Punicorum, Cupidines cõpluſculos: vt meritò Venus dicatur ab Apuleio, Cupidinũ populo comitata. Quinetiam Alexander Aphrodiſeus in problematis refert, plures eſſe Cupidines: quandoquidem aliter atque aliter quis concupiſcit. &, vt inquit diuinus Plato, amorem beluam eſſe multorum capitum, certum eſt: vel quòd multis amoribus vnus & idem ſæpe ſuccumbit. Arceſilaum magnificat Varro, qui leænam fecit marmoream: & cum ea aligeros Cupidines ludentes, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent ſoccos: omnes ex vno lapide. *Balteo ſuo cincta.*]Ceſton ſignificat, qui balteus Veneris eſt, diſcolor & variegatus: cui inſunt blanditiæ omnes Cupidinis, ſuadelæ, fraudulentiæ, omnia denique amatoria veneficia, quæ vel prudentis deliniant mentem: auctor Homerus in 14. Iliados, cuius hi verſus ſunt:

ἦ, καὶ δὸς φιλότητα ἑλὼν καὶ ἱμερόεσσαν
ποικίλον, ἔνθα δὴ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκται.
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς.
πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονέοντος.

Ab hoc ceſto autumant grammatici adulteria dici inceſta, quaſi ſine ceſto, in quo copulæ ex matrimonio vis eſt. De hoc Epigrammatarius poëta: Collo necte puer meros amores, Ceſtum de Veneris ſinu calentem. Idem: Sume cytheriaco medicatum nectare ceſton, Vſſit amore quidem balteus iſte Iouem. *Cinnama fragrans.*]id eſt, odorem cinnameum redolens. Cinnamum, idémque cinnamomum, frutex eſt odoratiſſimus, duorum cubitorum altitudine: præcipua bonitas eſt in tenuiſſimis virgultorum partibus. viliſſimum, quod radicibus proximum. ſumma gratia in cortice: ipſum lignum in faſtidio eſt, quod Xylocinnamum vocatur. Ex cinnamo fit vnguentum Cinnaminum dictum, inter cætera craſſiſſimum. Summa vnguentorum comamen-

mendatio eſt, vt tranſeuntem fœminam odor inuitet, etiam aliud agentem. *Balſama rorans.*] inſtar quaſi roris guttas balſami fundens. Balſamum autem omnibus odoribus præfertur. Succum balſami Opobalſamum vocant, eximiæ ſuauitatis. Xylobalſamum, lignum dicunt, ſurculúmque balſami: quod & ipſum pro ſucco ſubſtituerunt officinæ. Præcipua gratia balſamo eſt, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno. Summa balſami probatio, vt lac coagulet, & in veſte maculas non faciat. *Nec Vulcano ſuo.*] Si Venus caluâ placere non poterit Vulcano, à quo ardenter amatur, tantò minùs reliquis placebit. Meritò Venerem Vulcano coniungunt, quia ſine calore & ignis viribus res veneria peragi non poteſt. Et quia incidit mentio Veneris caluæ, ſcire debes, Romános Veneri caluæ ædem conſecraſſe in honorem matronarum, cùm vrbe à Gallis occupata, obſeſſi in Capitolio ex mulierum capillis tormenta feciſſent. Auctores Lactantius & Iulius Capitolinus. Econtrariò Lacedæmonij coluerunt Venerem armatam, quam Græcè dicunt ἀφροδίτην ἔνοπλον, ex hiſtoria mulierum, quæ Meſſenios hoſtes foderunt, armataque obuiam exiuerunt viris. Hinc illud Auſonij: Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.

Quid cum capillis color gratus, & nitor ſplendidus illucet? Et contra ſolis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renitet? At in contrariam gratiam variat aſpectum, & nunc aurum coruſcans in mellis lenem deprimitur vmbram: nunc coruina nigredine cærulus columbarum collis floſculos æmulatur: vel cum guttis Arabicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui diſcriminatur. Et pone verſum coarctus, amatoris oculis occurrens, inſtar ſpeculi reddit imaginem gratiorem. Quid, cùm frequenti ſobole ſpiritus cumulat

Illucet.] reſplendet & radiat. *Ecce ſolu.*] Corrigo. Et contra ſolis aciem. *Gratiam.*] Lego gratiam. *In mellis vmbram.*] Sunt capilli, in quibus mellis color placet, vmbroſo quaſi fulgore perſpicui. Galenus in microtechnæ ait, capillos flauos & rubentes, criſpóſque, ſignificare bonam corporis conſtitutionem. Domitius verò, capillos coniugis ſuæ Poppææ ſuc-

cinos appellabat, à ſuccini colore, qui in melle cognoſcitur. *Coruina nigredine.*] Capillus coloris nigricantis expetitur à matronis, cùm illa nigritia non parum venuſtet faciem candicantẽ. In dæmonio Socratis: Cùm duo, inquit, colores prę ſtabiles forent, piceus & niueus, quibus inter ſe nox cum die differunt: vtrunque colorem Apollo ſuis alitibus donauit, candidum olori, nigrum coruo. *Cærulus.*] Cæruleus color viridis eſt, & ſubniger, qualis in mari conſpicitur: vnde cærula maria à poëtis dicta. Ob id Thalaſſicus quoque nuncupatus, quaſi marinus, à Plauto: Græci glaucum appellant, quo & noſtri vtuntur. Latinis veteribus cæſia dicta eſt, quæ à Græcis Glaucopis dicitur, vt Nigidius ait, de colore cœli, quaſi cœlia. Ferrugineus color cæruleus eſt, ſuper quo in lib. Annotationum plura. *Columbarum collus.*] Columbarum pluma, quæ in collo eſt, radians in ſole, varij coloris incertíque conſpicitur: modò enim rubra, modò viridis, & varietate quadam mutat colores, ſicut & pauonis cauda, ſuper qua re Lucretius lib. 2. lucnlenter ſcribit. cuius hi ſunt verſus: Pluma columbarum quo pacto in ſole videtur, Quæ ſita ceruices circum collúmque coronat. Namque aliàs fit vti claro ſit rubra pytopo, Interdum quædam ſenſu fit vti videatur Inter cæruleum viridis miſcere ſmaragdos. Hinc Arceſilas nobiliſſimus philoſophus, varietatẽ iſta columbini coloris motus, aſſerere cœpit ἀκαταλη-ψίαν, id eſt, incomprehenſibilitatem. Et hoc eſt quod intelligi voluit Martian. libr. de Nuptiis philologiæ: Arceſilas collum intuẽs columbinum, dubitabat. Hieronym. quoque rei huiuſce commeminit. Seneca libr. 1. quæſtionum: Columbarum ceruix ſpeciem falſi

verticem? vel prolixa ſerie porrectus dorſa permanat? Tanta denique eſt capillamenti dignitas, vt quamuis auro, veſte, gemmis, omníque catero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtrinxerit, ornata non poſſit videri. Sed in mea Fotide, non operoſius, ſed inordinatus ornatus addebat gratiam. Vberes enim crines, leniter emiſſos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimque ſinuato patagio reſidentes, pauliſper ad finem conglobatos, in ſummum verticem nodus adſtrinxerat. Nec diutius quinquantum cruciatum voluptatis eximiæ ſuſtinere: ſed pronus in eam, qua fine ſummum cacumen capillus aſcendit, mellitiſſimum illud ſauium impreſſi.

falsi coloris & sumit & ponit, vbicunq; deflectitur. De quo Nero Cæsar disertissimè lusit: Colla Tiberiacæ splendent agitata columbæ. Plin. in 10. tradit, columbis inesse quendam gloriæ intellectum, vt nosse credantur suos colores, varietatémque dispositam. Nunc Apuleius colorem in capillis gratum esse & amabilẽ significat, qui varietatem illam colli columbini imitatur, & reddit. *Guttis Arabicis.*] vnguento nardino, vel potiùs myrrhæ lacryma, quæ in Arabia laudatissima progignitur. Sudat autem myrrha sponte, priusquàm incidatur, guttam, stacten dictam, cui nulla præfertur: auctor Plin. in 12. A verbo Græco stazo, quod significat stillo, stacte nominata, qua dictione gutta siue lacryma liquoris significatur. de qua in expositione Psalmorum Hieronymus sic scribit: Stacten: id est, stillam vel guttam exhibent Domino. Narrant & qui aromatum nouere virtutes, stacten florem esse myrrhæ. Huius quoque meminit Columella in carmine de cultu hortorum. Myrrhæ vnguento, hoc est stactes liquore, capilli vngebantur causa deliciarum. Ouidius in epistola Sapphûs: Non Arabo noster rore capillus olet: id est, vnguento myrrhę. de quo Plin. noster in 13. Myrrha & per se vnguentum facit sine oleo, stacte duntaxat. Arabiæ peculiaria sunt multa odorata, & ad vnguenta pertinentia, vt thus, myrrha, mastice, ladanum, & alia compluscula: propter quæ fœlix appellatur, Græco vocabulo Eudæmon dicta. *Discriminatur.*] distinguitur, digeritúrque, positura quadam venustiore. Discrimen vocant diuisionem capillorũ, quo mulieres in primis vtuntur: de quo Ouid. Compositum discrimen erit, discrimina lauda. Discerniculum dicitur acus, quæ capillos mulierum ante frontem diuidit atque discriminat: dictum à discernendo, eo enim discernitur capillus, sicut dente pectinis explicatur: quem argutum appellat, vel quasi paruum & breuitate elegantem, vel quasi sonorum, dum pectitur coma. *Et ponè.*] à tergo, in ceruice. Solet enim post ceruicem coma nodari, & nodo quodam in summa parte constringi: ex quo fit vt capillus spissior densiórque fulgorem reddat specularem. Virg. de Camilla: Vt fibula crinem Auro internectat. Idem de Didone: Crines nodantur in aurum. Græci κεφάλια appellant reticulum illud, siue reticulum, quod comam continet: quod, vt ait M. Varro, à rete dictum est. Capital quoque veteres dixerunt fasciolam qua capillum in capite colligarent. *Spirisus.*] Corrigo spissus: nam densitas & spissitudo capillorum gratiam augent, sicut raritas est de honestamento. *Dorsa permanat.*] decurrit, explicatúrque per humeros, & spinam dorsualem. Antiqui dossum dicebant, quod nunc dorsum: & ita vulgò vsurpatur. Inde dossuaria iu-

menta à M. Varrone dicta, quæ dosso vehunt. Dorsualia appellant velamenta, siue operimenta, quibus boum & equorum dorsa conuelantur. Iulius Capitolinus: Processerunt etiam altrinsecùs centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. *Capillamenti.*] capilli, siue capillitij & comæ. Scribit Plin. setarum capillamenta innasci quibusdam hominum in vesica. Idem auctor est tubera nullis fibris nixa, aut saltem capillamentis gigni. Idem nouissimo volumine inter vitia gemmarum numerat capillamentum quod rimæ simile sit. *Cætero mundo*] ornatu muliebri. Mundus enim ornatus muliebris dicitur, nomine à mundicia ducto, vt docet M. Varro: de quo Vlpianus sic scribit; Mundus muliebris est, quo mulier mundior fit. Continentur eo & specula, matulæ, vnguenta, vasa vnguentaria, & si qua similia dici possunt. Vnguenta verò, quib. valetudinis causa vngimur, mundo non continentur. Liuius lib. 34. Mundiciæ ornatus & cultus: hæc fœminarum insignia sunt, his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellauerunt maiores nostri. Lucilius mundum neutro genere appellauit, non masculino, vt cæteri, illo versu: Legauit quidem vxori mundum omne, pœnúmque. Illud adde, mundum quo omnia continentur, à perfecta absolutáque elegantia mundum à nostris dici, quem Græci cosmon nomine ornamenti appellauerunt. *Distinxerit.*] quasi discerniculo digesserit, & decenti positura discreuerit. *Non operosius.*] Capillus interdum inordinatus impositúsque in fœmina luculenta, gratior est & amabilior, quàm operosus, hoc est, multa opera concinnatus. Sicut enim pulchra fœmina nuda est, quàm purpurata, pulchrior, ita capillus quoq; passus, prolixus, circa caput reiectus negligenter, vt ait Teren. in formoso corpore decentior est, quàm compositus discriminatúsque. *Vberes.*] Spissus namque, vt dudum dictum est, capillus densitate fit commendatior. Sic autem textus ordinatur: Nodus adstrinxerat vberes crines & per colla disposítos. *Sinnato patagio.* Patagium aurea chlamys est, quæ pretiosis vestibus immitti solet. Inde patagiata fœmina à Plauto in Epidico dicta, quæ patagio induta est: & ab eodem in Aululatia, Patagiarij, artifices patagij nominati. Næuius: Pallis patagiis, crocatis malacis. In codicibus Nonianis, pro malacis mendosè scriptum est manicis. Malacum autem appellant vocabulo Græcanico molle & delicatum. Malacum pallium dixit Plautus in Bacchidibus, pro molli & delicato, & mollicino. Verbum vetus est malaciſſare, quod significat mollire, mitigare, mansuefacere. Idem ait: Malaciſſandus es, id est, mitigandus, molliendúsque. Sinnatũ appellat à sinu vesti-

Digitized by Google

veſtimenti, quaſi flexuoſum & crispum. Feſtus ait: patagium id dici, quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, quæ & patagiata dicitur. Quod & videtur verius, tanquam ſit patagium id ornamẽti genus, quod mulieres in ſumma camiſiæ parte circa cervices aſſuunt criſpiſſimum, & (vt inquit) ſinuatum. Patagus verò morbi genus eſt. *Mellitiſſimum illud ſauium.*] Significat, capillo ſe Fotidis impreſſiſſe baſium illud dulciſſimum, quod condimentis Veneris conditum, & (vt inquit Catullus) dulci dulcius ambroſia eſt. Tria autem ſunt oſculandi genera, auctore Donato: oſculum, baſium, & ſuauium. Oſcula officiorum ſunt, baſia pudicorum affectuum, ſuauia libidinum vel amorum. In prononiminibus autem magnum eſt dicendi pondus, magnúſque ex his intellectus naſcitur: nam dicendo, illud ſauium, vult intelligi illud dulciſſimum, illud quod amator amicæ ardenter infigit, illud quo labella labellis ferruminantur, illud quod Venus quinta parte ſui nectaris imbuit: denique illud, quod libidinis eſt ſuſcitabulum, & ſubantis anteludium.

Tum illa ceruicem intorſit, & ad me conuerſa, limis & morſicantibus oculis: Heus tu ſcholaſtice, ait, dulce & amarum guſtulum carpis. Cane ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis amaritudinem trahas. Quid iſtic, inquam, eſt, mea feſtiuitas? cum ſim paratus, vel vno baſiolo interim recreatus, ſuper iſtũ ignem porrectus aſſari. Et cum dicto arctius eam complexus, cœpi ſauiari. Iámque æmula libidine in amoris paritatem congermaneſcenti mecum, iam patentis oris inhalatu cinnameo, & occurſantis linguæ illiſu nectareo, prona cupidine adlubeſcente: Pereo, inquam, immò iamdudum perij, niſi tu propitiaris. Ad hæc illa rurſum me deoſculato: Bono animo eſto, inquit, nam ego tibi mutua voluntate mancipata ſum, nec voluptas noſtra differetur vlterius,

Limis.] obliquantibus, & trãſuerſis. nam limis, vt docet Donatus, ſignificatur tranſuerſus. Vnde limen quoque dicitur in oſtio, quòd ingredientibus egredientibúſque tranſuerſum eſt: & limi dicuntur obliqui generaliter, hoc tamen propriè de oculis dicitur, veneriis ſcilicet, & amaſiis, Plautus in Milite: Aſpice limis oculis. Scribit Solinus de leonibus: Nunquã limo vident, miniméque ita ſe volunt aſpici.

ſed prima face in cubiculum tuum adero. Abi ergo, ac te compara: tota enim nocte tecum fortiter, & ex animo præliabor. His & talibus obgannitis ſermonibus inter nos diſceſſum eſt.

Vbi limo ſignificat obliquis oculis & tranſuerſis, quod Plinius apertiùs dixit, & planius, cùm ait: Nec limis intuentur oculis, aſpiciſque ſimili modo nolunt. Limare, verbum vetus eſt, quod ſignificat coniungere, vt apud Plautum: Nunquam cum illa limaui caput. & Turpilius in Leucadia: Veritus ſum ne amoris cauſa cum illa limaſſes caput. *Morſicantibus.*]Significantiſſimo vocabulo vim venuſtorum oculorum expreſſit, qui illices ſunt Veneris, & potentiſſimum amoris incitamentum: quorum fulgor & amabilis intuitus, quodam quaſi morſu vitalia populatur, & morſicatim medullas depaſcitur. Expertus loquor. ſenſi ipſe, nec diſſimulabo. Senſi, inquam, oculos in Panthia & Martia morſicantes, quibus nihil venuſtius, amabilius, ſpecioſius nouit vetuſtas, nec noſcet ipſa poſteritas. Natura exhauſit cuncta narthecia, & omnes pulchritudinis pyxidiculas in formandis duabus mulieribus, quas Zeuſis vel ſingulas contentus fuiſſet inſpicere, qui Crotoniatarum virgines nudas, vt M. Tullius, vel Agrigentinorum, vt Plin. ſentit, inſpicere voluit, picturus Helenæ ſimulachrum, vt quod in quaque laudatiſſimum eſſet, pictura redderet. *Scholaſtice.*]Scholaſtici diminutiuum eſt ſcholaſticulus: qua dictione ſignificatur, qui ſcholæ operam dat, & in ſcholaſticis controuerſijs exercetur. Plinius ſecundo Epiſtolarũm Annum ſexageſimum excedit, & adhuc tantùm ſcholaſticus eſt. *Dulce & amarum.*]Sententia Plautina ex Ciſtellaria: Amor & mel le & felle eſt fœcundiſſimus, Guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatẽ vſque aggerit. *Bilis amaritudinem.*]Per antitheton decentiſſimum ſignificat, in amore plus eſſe amaroris quàm dulcedinis: ſicut enim mel dulciſſimum eſt, ita bilis amariſſima. Ex felle, vt phyſici tradunt, & memorat Plin. noſter, bilis eſt, & magnum in hac parte virus: hinc it in mores crimen bilis nomine, cùm ſe fundit in animum. De atra bili, quam Græci melancholiam vocãt, de citrina, vitellina, praſina, aduſta, ſcripſimus in commentariis Tuſculanarum quæſtionum, & copioſè diſſertant Plato, Galenus, Albertus Magnus, cæteri. *Super hunc ignem.*] Cùm de igne elementali, quo cœna à Fotide coquebatur, loqui ſimpliciter videatur, non infeſtiuiter referri poteſt ad ignem meretricium, iuxta illud Terentianum: Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis: ibi enim nomine ignis meretrix Thais ſignificatur. Id genus lo-

nus locutionis per acyrologiam fieri autumat Diomedes. A Virgilio quoque decenter dictum est: At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas. *Assari.*] torreri, vri, excoqui, sicut assæ carnes percoquuntur. Primò, vt auctor est M. Varro, fuit assa caro: secundò elixa, tertiò iurulenta. Dictum assum quod id igni assuescit: sudando enim assum distillat calorem. Alij assum dici interpretantur, quasi solum: quoniam in obsonijs sine pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur. antiqui enim assum, solum dixerunt: vnde assa vox dicta, non admixtis aliis musicis concentibus. Laudes maiorum assa voce cantabantur: id est, ore prolato, & sine mixtura musices. Ab asso, assaturæ dictæ. Flauius Vopiscus scribit, Aurelianum imperatorem conuiuium de assaturis maximè dedisse. Cibaria iurulenta, hoc est iure condita, auctore Corn. Celso, magis alunt, quàm assa: magis assa, quàm frixa. *Cum dixi.*] cùm hæc dicerem, & loquerer. Locutio Apuleij propè peculiaris, & frequens. *Sauiari.*] basiare, osculari. Catullus: Os oculósque suauiabor. Tria sunt, vt proximè diximus, exosculandi genera: osculum scilicet, suauium, & basium: oscula officiorũ sunt, basia pudicorum affectuum, suauia libidinum & amorum. *Congermanescenti.*] Vetusto verbo congermanescens libido dicta, quæ compar est, & quadam quasi germanitate consimilis. Alij à congerminando id deducere malunt, quod non placet: nam cõgermanescere est coalescere, & consociari: vnde congermanescens libido, eleganter pro coalescenti & consociata vsurpatur. Quadrigarius: Facit exempla eorum, vt vos cum illis congermanescere sciatis. *Inhalatu cinnameo.*] anima & anhelitu odoris suauissimi, qualis est cinnami. Amator enim, amicæ animam anhelitúmque suaueolentia quadam fragrantem, & odoramentis cõmixtum esse sensit. Et nos olim osculum Panthiæ præconio suaueolentiæ extollentes, sic lusimus in Idyllio: Cinnama quod fragant, quod olet Cyrenea myrrha. *Illisu nectareo.*] Oppidò quàm festiuiter expressit mores amasiorum, qui linguam linguæ inter osculandum illidere consueuerunt: quæ suauiatio mellitissima est, & nectaris dulcedine perfusa, necnon maximum quoque Veneris suscitabulum. In hanc sententiam est illud Plautinum: Fac proserpentem bestiam me, duplicem vt habeam linguam. *Adlubescente.*] Adlubescere, verbum vetus: quod significat, placet, aut placere incipit. Plautus in Milite: Hercle verò iam adlubescit primulum palæstro. Sicut à lubet lubescit, ita & allubescit dicitur. *Pereo, inquam.*] Verba deprompta ex intimo amoris promptuario, quibus amantes in complexus amicorum subinde vti consueuerunt. *Propitiatis.*] placata sis, & propitia. *Esto.*] sis.

Mutua voluntate.] Mutuum dicitur, vbi par voluntas accipitur, & redditur. *Mancipata.* } obnoxia, & quodam quasi mancipi nexu obligata, tanquam addicta. *Prima face.* } Horam vespertinam significat qua faces accenduntur. Macrobius in primo Saturnalium scribit, quòd post vesperam prima fax dicitur, deinde concubia. *Præliabor* } prælio scilicet venereo, de quo Virgilius: At non in venerem segnes, nocturnáque bella. & Epigrammatista: O quæ prælia, quas vtrinque pugnas Fœlix lectulus & lucerna vidit. Sua est amori militia, vt Marti sua prælia, sui bellatores: &, vt inquit ille, Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido. *Obgannitis sermonibus.* } immurmuratis, magisque clara voce enuntiatis. Gannire enim, & obgannire, ob murmurare est: vnde & gannitio, canum querula murmuratio significatur.

Commodùm.] tunc tunc, id horæ, eo momento: vt sæpe diximus. *Mitis xeniola.*] Morem signat priscorum, qui hospitibus munera esculenta mittitabant, quæ xenia, id est hospitalia appellauerũt. Nã, vt auctor est Vitruuius in sexto, cùm fuerint Græci delicatiores, & à fortuna opulentiores, hospitibus aduenientibus instruebant cubicula & triclinia, & cum penu cellas: primóque die ad cœnam inuitabant: postero mittebant pullos, ouua, olera, poma, reliquásque res agrestes, quæ xenia ab hospitibus appellauerunt. ξένος enim Græcè hospes, ξένιος hospitalis: quo cognomento Iupiter

Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in ætate prætioſi. Tunc ego vocata Fotide: Ecce, inquam, Veneris hortator & armiger. Liber aduenit vltrò: vinum iſtud ſorbeamus hodie omne, quod nobis reſtinguat pudoris ignauiam, & alacrem vigorem libidinis incutiat: hæc enim ſitarchia nauigio Veneris indiget ſola, vt in nocte peruigil, & oleo lucerna, & vino calix abundet. diem cæterum lauacro, ac dehinc cœnæ dedimus. Nam Miloni boni concinnatiçiam menſulam rogatus accubueram, quàm pote tutus ab vxoris eius aſpectu, Byrrhenæ monitorum memor: & perinde in eius faciem oculos meos, ac ſi in Auernum lacum, formidans deieceram, ſed aſſiduè reſpiciens præminiſtrantem Fotidem, inibi recreabar animi.

piter colitur, vt meminit Dion. de quo intellexit poëta, cùm ait: Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. Hinc xenia, munera dicta hoſpitalia, & ξενικὰ; xeniola. Xenia, vt inquit Ee cleſiaſtes, excæcant oculos iudicum. Iuriſconſultus, xeniis non in totum abſtinendum eſſe præcipit. Martialis celebrat xenia & apophoreta. Vbi annotandum, apophoreta non tam dici munera, quæ remittuntur ab his qui xenia accepere, quàm vaſa & id genus alia, quæ conuiuis apponebantur, vt ſecum poſt conuiuium ea auferrent, donóque haberent: hæc enim apophoreta vocabantur, vt auctor eſt Athenæus: & apud noſtros diuus Ambroſius id pleniſſimè enarrat in libro de cohortatione virginum, ſcribens hæc: Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta ſecũ referre conſueuerunt. ad hunc intellectum referri debet illud Suetonij ex Caligula: Agitatori Citico comeſſatione quadam in apophoretis vicies ſeſtertiũm contulit. Scio me aliter tradidiſſe in commentariis: ſed cùm liceat quotidie meliora inuenire præteritis, & poſteriores cogitationes prioribus ſint ſapientiores, volui obiter retractare id quod in Tranquilli commentariis poteram videri dormitans, conniuentibúſque oculis inſpexiſſe: verùm id à me aliubi quoque fiet, quotienſcunque repaſtinandi re formandíque editos iam commentarios in meliorem ſententiã dabitur occaſio. Homines enim ſumus: nec vllus inuentus eſt ἀναμάρτητος, hoc eſt impeccabilis. Hippocrates errores ſuos ingenuè confeſſus eſt: Auguſtinus libro Retractationum maculas priorum voluminum repurgauit: & M. Tullius non dubitauit aliquot iam editos libros aliis poſteà ſcriptis ipſe damnare. Sed ad propoſitum. Idem Ambroſius apophoreta accipere videtur pro muneribus, cùm de Vitali & Agricola martyribus ſcribens ait: Hæc apophoreta quidem plena ſanctitate & gratia mecum detuli: quod tamen per tranſlationem de vaſis dictum videri poteſt. *In ætate pretioſi.*] Vina generoſa vetuſtate cenſentur: phalerni ætas media à quinto decimo anno incipit, vt docet Plin. in 23. Solomon in Eccleſiaſtico: Vinum nouum inueteraſcet & cum ſuauitate bibes illud. & Plautus quoque in Caſina inquit: Qui vruntur vino vetere, ſapientes puto. idem in Penulo, Vinum edentulum eleganter appellat, quod vetuſtum intelligi vult, & ob id pretioſum: ſicut ſenes ob vetuſtatem ſeniúmque edentuli fiunt, hoc eſt ſine dentibus. *Veneris hortator Liber.*] hoc eſt Bacchus, cuius nomine vinũ ſignificatur, maximũ hauddubiè eſt libidinis incẽtiuũ: vt meritò armiger & hortator Veneris dici mereatur. Fabulãtur antiqui, filiũ Liberi ac Veneris Priapũ fuiſſe, ducti cõiectura veriſimili: propterea q, qui vino indulgeãt, ſint natura ad Veneré

propenſiores. Vt autem Vulcanum pro igne per tropicam locutionem vulgo vſurpamus,ſic & Venerem pro coitu,Liberum & Cererem pro vino & pane, non minùs decenter quàm licenter dictitamus:quod & Quintil.refert in 8.Hinc illud vulgatiſſimũ, Sine Cerere & Libero friget Venus Apoſtolica ſententia interdicitur ſacerdoti vinum,in quo eſt luxuria: & qui altari ſeruit,vinum & ſiceram bibere prohibetur:venter enim mero æſtuans facile deſpumat in libidines. Sicera autem,vt inquit Hieronymus,& in decretis canonicis repetitum eſt,Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur,qua quis inebriari poteſt. Liberum autẽ Bacchum ex eo dictum autumat Seneca,quia liberat ſeruitio curarum animum,aſſerítque,& audaciorem in omnes conatus facit.Quidam ob licentiam linguæ & libertatem loquitandi Liberum dici opinantur,tanquam ex ebrietate fiant homines linguæ liberioris,petulantioríſque. Si Plutarcho credimus, Liber ex eo dictus eſt, quòd pro Græciæ libertate pugnauit. Auguſtinus, quod annotatu dignum eſt,libro 6.de Ciuitate Dei, Liberum ex eo dici refert,quòd mares in coëundo per eius beneficium emiſſis ſeminibus liberentur.Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. & hinc Libero virilem corporis partem in templo poni, fœmineam Liberæ,& ob hoc addunt,mulieres attributas Libero,& vinum propter libidinem concitandam. Diem feſtum dicatum Libero patri,Liberalia vocant,à Græco vocabulo Dionyſia. *Pudoris ignauiam.* }Inuerecundus Deus Liber nuncupatur à priſcis, ex eo quòd inuerecundi per vinolentiam homines fiant.Horat.Simul calentis inuerecundus Deus feruidiore mero arcana promorat loco. *Hæc enim ſitarchia nauigia.* }Emunctior lectio & terſior eſt:Hæc enim ſitarchia nauigium Veneris indiget ſola: vt ſit ſenſus per metaphoram à nauigantibus ductus,Venerem egere hac ſola annona & alimẽto. Sitarchiam enim dici voluerunt pro commeatibus & re annonaria,vt illud ex libr. Regum primo: Panis defecit in ſitarchiis noſtris,& ſportulam non habemus. Dictio ex Græco ducta:ſiquidem apud Græcos σῖτος cibus, σῖτος frumentum, σῖτος eſculentus ſignificat, vt Hier.in libello,quem condidit de captiuo monacho,apertiùs id explicat his verbis:Aſcenſis camelis,& noua ſitarchia in annona refocillati. Vt autem ſitarchiæ,id eſt commeatus ratio cumprimis habetur in nauibus à nauticis, ſic Veneris nauigium eget vino & oleo perinde ac ſitarchia. Nam vino libido extimulatur, oleo lucernæ lumen alitur, qua amatores gaudent:tanquam pleniores ſint voluptates nocturnæ, quas lucerna ardente oculis quoque vſurpant.nam,vt inquit ille,Si neſcis,oculi

scit, oculi sunt in amore duces. & ab Epigrammatista dictum est,ô quæ prælia,quas vtrinque pugnas,Fœlix lectulus & lucerna vidit,*Boni.*}ironicôs.sic Terentius: Virum æquum Parmenonem. Hinc virtutes pro vitiis interdum vsurpamus. *Concinnaticiam mensulam.*} Breuiculam,modicam,deparcam. Concinnare enim est,aptè conficere: & quasi in arctum breuéque colligere: vnde concinnaticium deducitur,pro breui & collecto & aptè cohibito.Suprà dixit,exiguum grabatulum. Lucianus Græcè ait, κλινίδιον στενὸν: id est, lectulum siue mensulam concinnaticiam. *Quàm pote tutus.*}id est,quantùm fieri poterat.*Inibi.*}aspectu Fotidis.*Recreabar animi.*}Elocutio vetus & vsitatissima. Ita,pendeo animi,fœlix animi,& præstans animi,frequenter dictum.

Cùm ecce iam vespera lucernam intuens,Pamphile,Quàm lærgus(inquit) hymber aderit crastino. Et percontanti marito,quî cõperisset istud? Respõdit sibi lucernam prædicere. Quod dictum ipsius Miloriſu secutus. Grandem(inquit)istam lucernæ Sibyllam pascimus, quæ cuncta cœli negocia,& solem ipsum de specula candelabri contuetur. Adhæc ego subiiciens:Sunt, aio, prima huiuscemodi diuinationis experimenta: nec mirum,licet modicum istum ignículum, & manibus humanis laboratum, memorem tum illius maioris & cœlestis ignis,velut sui parentis,quid esset edituus in æthers vertice, diuino præsagio, & ipsum scire, & nobis enunciare. Nam & Corinthi nunc apud nos passim Chaldæus quidam hospes miris totam ciuitatem responsis,turbulenta & arcana fatorum stipibus emerendis edicit in vulgum, qui dies copulam nuptialem adfirmet,qui fundamenta mœnium perpetuet,qui negotiatori cõmodus, qui via

Aderit crastino.} Eam diuinationem magicæ artis significat, quæ per lucernas fit: de qua intelligi voluit Plinius, cùm lib.30.sic inquit: Species magicæ plures sunt. namque ex aqua & sphæris, & ex aëre,& stellis,& lucernis, ac peluibus,securibúsque, & multis aliis modis diuina promittit. Quod autem ait Plin. ex peluibus & securibus promitti diuinationem à magica, signat lecanomãtiam & axinomãtiam, de quibus diximus in principio Commentariorum. Sic Græcè dicitur diuinatio quæ fit per

peluës & per fecures : λέκανον enim peluim, & ἀξίνιον fecurim dicunt. Hinc apud Strabonem libro 16. lecanomantici accipiuntur pro magis Perſarum, per-

tori celebris, qui nauigiis opportunus: mihi denique prouentum huius peregri nationis inquirenti, multa reſpondit, & oppidò mira & ſatis varia. Nunc enim gloriam ſatis floridam, nunc hiſtoriam magnam & incredendam fabulam, & libros me facturam.

ſecures ſiue dolabras diuinantibus. Præſagia autem, ſiue prognoſtica, ex ignibus terrenis fieri nemo non nouit, & obſeruant eruditi: vnde orta pyromantia, & quæ noſtri vocant ignifpicia, quæ Amphiaraus primus inuenit. Namque pallidi murmurantéſque ignes, tempeſtatum nuncii ſentiuntur. pluuiæ etiam, ſi in lucernis fungi: ſi flexuosè voliret flamma, ventos præſagant: & lumina dum præ ſe flammas elidunt, cùm in ea pendentes coaceruantur ſcintillæ, vel cùm tollentibus ollas carbo adhæreſcit, item cùm carbo vehementer perlucet. *Lucernæ Sibyllam.* } id eſt diuinatricem. Sibyllas enim dici fœminas Deo plenas, vaticinásque, tradunt omnes. *Parcimus.* } Lego, paſcimus. *De ſpecula candelabri.*] Attende, candelabrum & lucernam indifferenter vſurpari, cum propriè candelabrum à candela dictum ſit. *Licèt modicum iſtum igniculum.*] Ignis iſte terrenus, qui in vſu eſt mortalium, cognatione quadam igni cœleſti & æthereo copulatus, poteſt nobis enuntiare, quid diuinus ille portendat. Theologorum enim & philoſophorum vna vox eſt, mundum hunc inferiorem ſuperioribus motibus eſſe contiguum, & hæc craſſiora per corpora ſubtiliora regi atque moueri: vnde dubium non eſt, igni illi cœleſti igniculum hunc terrenum elementariúmque ancillari & ſubſeruire. Quod autem ignis hic noſter immortalis illius & cœleſtis ignis cognatus ſit, argumento eſt inſtitutum priſcorum, qui, vt auctor eſt Plutarchus, ignem in lychno non extinguebant, ſed per ſe langueſcere ac emori permittebant: quaſi inextinguibilis ætherei ignis cognatiſſimum. De ſympathia, hoc eſt cognatione & concordia quæ eſt rebus terrenis cum cœleſtibus, ſubtiliter ſcribit Proclus Platonicus. *Corinthi.* } Ciuitas eſt in Peloponneſo, Achaiæ caput, Græciæ decus: inter duo maria Ionium & Ægeum quaſi ſpectaculo expoſita, quam Romani (vt inquit M. Tullius) diruendam eſſe cenſuerunt, perinde ac præpotentem, & aliquando Romano imperio nocituram: alio nomine Ephyre dicta, vnde æra Ephyreia pro Corinthia

apud

apud poëtas, vt suprà diximus. *Chaldæus.*] Assyriorum magi ex gentis vocabulo Chaldæi nominantur, qui diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Chaldæorum astronomicorum genera multa sunt: nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsipeni, & alij complures: qui per sectas distincti sunt. Hi per omnem vitam philosophantur, multa futura prædicentes: qui tum augurijs, tum sacris, tum alijs quibusdam incantamentis & mala auertere ab hominibus, & bona afferre, somnia insuper & prodigia interpretari consueuerunt: de quibus non parùm multa Diodorus, Strabo, & M. Tull. Aduersum Chaldæos, qui & genethliaci appellantur, Phauorinus philosophus olim disseruit egregia atque illustri oratione. Vulgus, vt inquit Gellius, quos gentilicio vocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit. De his Poëta satyricus: Chaldæis sed maior erit fiducia, quicquid dixerit astrologus, credent à fonte relatum Hammonis. In Chaldaico sermone se etiam laborasse testatur diuus Hieronymus, in tantùm, vt vix posset anhelantia & stridentia verba proferre. *Ciuitatem.*] Corinthum. *Turbulenta.*] Lego turbulentat: vt verbum sit, quod significat perturbat, vexatque. *Stipibus emerendis.*] lucro parando, & nummis congerendis. stipem enim nummum, à stipando appellauerunt. nam cùm asses librales essent, eos in aliqua cella stipabant: id est, componebant, vt inquit M. Varro, quo minùs loci acciperent. Hinc stipulari & restipulari. hinc stipendiarij dicti, qui stipem pendebant. Erant autem stipes æreæ: cuius nummi ponderandi pensatores, auctore Plinio, libripendes dicuntur. *Dies nuptiarum.*] Plena sunt, inquit Augustinus in enchiridio, conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à mathematicis accipiunt. Iã verò vt aliquid inchoëtur aut ædificiorũ, aut huiusmodi quorũlibet operũ, diebus quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiã nos monere non dubitant. Hinc in decretis canonicis 26. quæst. 7. præcipitur, ne obseruentur dies qui dicuntur Ægyptiaci, ne tẽpora aut lunæ cursus: quia quicunq; has diuinationes obseruat, aut consentit obseruantibus, inutiliter sine causa magis ad sui damnationẽ quàm ad salutẽ tendit. Idẽ Augustinus volumine quinto de Ciuitate Dei, vaniloquia mathematicorũ illudens: O stultitiã inquit, singularẽ: eligitur dies, vt ducatur vxor: credo propterea, quia potest in diẽ non bonum nisi eligatur incurri, & infeliciter duci. A nõnullis prædicatur, quòd quidã sapiens horã elegit, qua cũ vxore concũberent, vnde filium mirabilẽ gigneret. Persuasum fuit veteribus ex vana quadam super-

ſtitione,menſem Maium copulæ nuptiali eſſe infœlicem ac infauſtum:hinc illud poëticum,prouerbii vice celebratum,Mense malum Maio nubere vulgus ait. Econtrariò menſis Iunius nubentibus fœlix & accommodus exiſtimabatur. Cauſa autem huiuſce ſuperſtitioſæ obſeruationis illa fuiſſe videtur, quòd cùm Maius à maioribus natu nominatus ſit,Iunius verò à iunioribus, nuptiis hauddubiè accommodatiores ſunt iuniores quàm ſeniores:nam,vt inquit poëta,Frigidus in venerem ſenior:quòd & Plutarchus refert in Problematis. *Fundamenta mœnium.*]Ita ſua ſunt ciuitatibus fata,ſicut & hominibus.& antiqui non ſolùm diem, ſed & horam & momenta captant in auſpicanda vrbium ædificatione.Quod ſatis liquet exemplo Seleuci,à quo acciti ſunt magi,qui diem & horam,qua fundamenta vrbis Seleuciæ iáceret, eligerent,qui horam ementiti ſunt:verùm incumbenti fatali hora,qua ciuitas illa erat exædificanda, opifices à nullo commoniti,vltrò ad opus aduolarunt,vrbis fundamenta iacientes. Tunc magi cognito vim fati eſſe ineffugibilem,àSeleuco rege veniam deprecantes , Fatalem (inquiunt) ſortem ô rex,ſiue bonam ſiue malam,neque hominis neque vrbis fas eſt permutare: quædam enim vrbium,quemadmodùm & hominum,ſors eſt.Auctor Appianus in Syriacis. *Qui negotiatori commodus.*] Solent negotiatores,viatores,nautici,negotiationem,iter, nauigationem auſpicaturi,conſulere mathematicum ſuper hora fœlici , tanquam alij dies & horæ alijs ſint fortunatiores, infortunatioréſque. Hinc prognoſtica illa Maroniana: Ipſa dies alios alio dedit ordine luna Fœlices operum.& mox paulò: Septima poſt decimam fœlix & ponere vites.Et prenſos domitare boues:& licia telæ Addere. nona fugæ melior,contraria furtis. Heſiodus quoque nouiſſimã menſis diem feriatam eſſe præcipit,& genialem:quarta die vxorem ducendam:octauam fœlicem eſſe caſtrationi,nonam plantationi,vndecimam putationi: compluráque id genus commemorat,ex cuius racemis vberibus vindemiam ſibi ſuccolentam fecit Maro noſter. *Oppidò mira.*]valde miranda. *Incredendam fabulam & libros me facturum.*] Signat ſibi à Chaldæo prædictum fuiſſe, quòd in aſinum ex homine transfiguraretur , & quòd libros hoſce de hac hiſtoria componeret: quæ res hauddubiè incredibilis eſt,& vix apud poſteros inuenit fidem.

Renidens.] ridens.ita Catullus: Renidet vſquequaque.Luctarius Papinij interpres,

Ad hæc renidens Milo, Qua, inquit, corporis habitudine præditus, quóve nomine nuncupatus hic iſte Chaldæus eſt?

Proce-

Procerus, inquam, & ſuffuſculus, Diophanes nomine. Ipſe eſt, ait, nec vllus alius. Nam & hic apud nos multa multis ſimiliter effatus, non paruas ſtipes, imò verò mercedes optimas iam conſecutus, fortunam ſeueram, an ſæuam verius dixerim, miſer incidit. Nam die quadam, cùm frequentis populi circulo ſeptus, coronæ circunſtantium fata donaret, Cerdo quidam nomine, negociator acceſſit eum, diem commodum peregrinationi cupiens. Quem cùm electum deſtinaſſet illi, iam depoſita erumena, iam profuſis numulis, iam dinumeratis centum denarijs, quos mercedem diminationis auferret, ecce quidam de nobilibus adoleſcentulus à tergo adrepens, eum lacinia prehẽdit, & conuerſus, amplexúſque exoſculatur arctiſſimè. At ille vbi primùm conſauiatus eum, iuxta ſe vt aſſideret effecit, attonitus eſt repentinæ viſionis ſtupore.

renidens exponit pro labra contrahens. Porphyrio commentator Horatianus, enarrans illud ex Sermonibus, Naſum nidore ſupinor: exponit nidorem pro riſu. vnde, inquit, fit renideo. Aliàs renidere eſt ſplendeſcere. *Habitudine.*] Habitudo corporis, vt antè dictum, eſt corporatura. *Suffuſculus.*] facie nigranti, & cum temperamento modicè declinante in fuſcum colorẽ. Hæc enim particula, Sub, in compoſitione, vt ſæpe diximus, ſignificat temperamentum. *Air.*] ſcilicet Milo. *Optimas.*] lege, opimas. ſignificat enim, Diophanem ſuis prædictionibus opulentas mercedes & vberes diuitias conſecutum eſſe. *Seueram an ſæuam.*] Annominatio elegans, ex dictionum proximitate, quæ eſt inter ſeueram & ſæuam. *Circulo ſeptus.*] corona populari circundatus: ſicut ſæpe videmus circumforaneos homines & pharmacopolas atque vaticinos circumuallari turba vulgi, ſatagentis ad huiuſmodi vaniloquia & præſtigias, quibus ſubinde illuduntur, & cum diſpendio. *Fata donaret.*] tanquam fata in manu ſint & poteſtate Chaldæi, vt illa diſponere poſſit prout velit. Quod longè ſecùs eſt, ſi philoſophis credimus: qui tradunt, fatum eſſe immutabile, inexorabile, ineffugibile, quo ſtet & Iupiter ipſe. Vel expone Fata donaret, id eſt, prædicaret ſingulis quæ fata tam bona quàm mala ſint futura ſingulorum. *Cerdo.*] Græcè cerdos lucrum dicitur, vnde cerdones dicti, qui Latino vocabulo lucriones nominãtur. Sunt autem

artifices ſordidi, quorum frequens mentio apud poëtas & oratores. Vulgò cerdonem vocitant ſutorem veterum calceorum, quem à Tranquillo diximus nuncupari veteramentarium. *Nomine negotiator.*] tanquam hoc nomine appellitaretur, ab excellentia negotiationis: ſic enim ſolent aliquanti vulgò negotiatores nuncupari, quo nomine non ſecùs quàm proprio noſcitantur. *Centum denarijs.*] Denarius ex argento erat, &, vt inquit Plin. placuit pro decem libris æris, ſicut quinarius pro quinque. Poſteà Hannibale Romanos vrgente, placu t, denarium 16. aſſibus permutari, quinarium octonis: in militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro 10. aſſibus datus eſt. Notæ denarij argentei fuere, bigæ atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Fuit & victoriatus nummus argenteus, Victoriæ nota inſignitus, vnde & nomen Hoc ideò annotaui, quia mentionem ſæpe fieri inuenies victoriati, apud ſcriptores idoneos. *Quos mihi cedem.*] Corrige mercedem: ſignificat enim, pro mercede diuinationis dinumeratos fuiſſe denarios, quos Chaldæus auferret. *Lacinia.*] parte veſtis, de qua iam dictum eſt. *Conuerſus.*] Lege, & conuerſum amplexus: eſt enim ſenſus, Conuerſum eſſe Chaldæum expreſſione laciniæ, quem amplexatus eſt adoleſcentulus.

Præſentis negotij oblitus.] Inopinatus amici ſuperuentus ſæpe cauſa eſt, vt præſentis negotij, quod gerimus, obliuiſcamur. quod accidit Chaldæo, qui attonitus ſtupefactúſque viſione repentina amici adoleſcentuli, oblitus eſt pecuniam capere, quã Cérdo dinumerauerat. *Infit.*] loquitur. aliàs incipit. Virg. Infit, eo dicente, deûm domus alta ſileſcit. *Ille alius.*] Adoleſ-

Et præſentis negotij, quod gerebat, oblitus, inſit ad eum: Quàm olim equidem exoptatus nobis aduenis? Reſpondit adhæc ille alius: Commodùm veſpera oriente. Sed vicißim tu quoque frater mihi memora, quemadmodùm exinde, vt de Eubœa inſula feſtinus enauigaſti, & maris & vix confeceris iter. Ad hæc Diophanes ille Chaldæus egregius, menſe vidimus, necdum ſuus: Hoſtes, inquit, & omnes inimici noſtri, tam diram, imò verò Vlyſſeam peregrinationem incidant. Nam & nauis ipſa qua vehebamur, variis turbinibus procellarum quaſſata, vtroque regimine amiſſo, ægrè ad vlterioris ripæ marginem detruſa, præcipitio demerſa eſt:

& nos

& nos, omnibus amissis, vix enatauimus. Quodcunque vel ignotorum miseratione, vel amicorũ beneuolentia extraximus, id omne latrocinalis inuasit manus: quorum audaciæ repugnans etiam nomine Arisuatus, vnicus frater meus, sub istis oculis miser iugulatus est. Hæc eo adhuc narrante mœsto, Cerdo ille negociator correptis numulis suis, quos diuinationis mercedi destinauerat, protinus aufugit. Ac dehinc, tunc demum Diophanes expergitus, sensit impudentiæ suæ labem: cùm etiam nos omnes circumsecùs adstantes, in clarum cachinnum videret effusos.

centulum significat, qui lacinia prehenderat Chaldæum, qui dixit se aduenisse hora vespertina tunc primùm exoriente; hoc enim significat Cõmodùm: super qua dictione iam satis ac super. *Frater.*] Nomen affectus & charitatis. Certè quoties blandiri volumus amicis, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen potest, vt fratres vocemus. *Euboia insula.*] Bœotiæ annisa Euboia est, antè vocitata Chalcodotis, & Macris, vt Dionysius & Ephorus tradunt. Dicta quoque Chalcis est, ære ibi primùm reperto, quod Græcè chalcos dicitur, à poëtis Abantias nominata. *Mente viduus.*] pro viduatus, id est priuatus. significatur autem impos mentis, insensatus ac brutus. Compar elocutio est illa Horatiana: Viduus pharetra Risit Apollo. *Vlysseam peregrinationem.*] Inter duras & ærumnosas peregrinationes imprimis memoratur Vlyssis, peregrinatio, qui diutino errore vexatus, pertulit illa omnia decennali peregrinatione, immò (vt vlteriùs loquar) naufragiã iactatione quæ in Odyssea canit Homerus: vt meritò Vlysses exemplum sit tolerantiæ & laborum, & Vlyssea peregrinatio pro laboriosa accipiatur, ac plena periculorum. *Turbinibus procellarum quassata*] Ventus circumactus, & eundem ambiens locũ, ac se ipsũ vertigine concitãs, turbo est: auctor Seneca lib. 5. Quęstionũ Appleius noster in Cosmographia breuiùs: Turbo, inquit, dicitur qui repentinis flabris prosilit, atq; vniuersa perturbat: de quo Plin. Turbinẽ vocant proxima quæq; prosternentẽ. Procella verò fit ex flatibus vi maiore cõtortis, quę vocatur à Gręcis ecnephias, de qua Arist. in 3. Meteororũ, Plin. & cęteri. Procellã ab eo, quòd omnia procellat, dictam esse autumant grammaticiquæ à Seruio definitur, vis ventorũ cum pluuia: qui & turbinem exponit, vim esse ventorum. Sed hæc ex secretariis philosophorum

magis eruenda ſunt , quàm ex promptuariijs grammatiſtarum. *Vtroque regimine.*] remorum & velorum: hoc enim duplex eſt nauium regimen. Clauus quoque, quod gubernaculum eſt nauigij, quem rector tenet, regimen eſt nauticorum. ex quo illud: Dũ clauum rectum teneam. & illud, Sedebamus in puppi, clauúmq; tenebamus. *Detruſa.*] Trudes vocant, quibus inhærens ſaxo nauigium trudi & retrorſum reuocari poteſt. de quibus poëta: Æratáſque trudes & acuta cuſpide contos Expediunt. *Vel ignotorum miſeratione.* } Ex affectu dictum, cùm etiam ignoti & alieni homines miſeratione quadam proſequantur naufragos, & liberalitate refoueant. tunc enim, vt ſalubertimè præcipit Perſius: De ceſpite viuo Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret Cærulea in tabula. *Quorum audacia.* } Attende eloeutionem. nam cùm premiſerit, Miſeratione latrocinalis manus, ſubiunxit, Quorum, intelligi volens latronum. Econtrariò Saluſtius: Sed antè item paucis coniurauere contra rempub. in quibus Catilina fuit, de qua quàm veriſſimè potero dicam. Nam cùm dicere debuiſſet, de quibus, ſcilicet coniuratoribus dicam: ſubintulit, de qua, ſcilicet coniuratione. *Sub iſtu oculis.* } Cùm oculorum ſenſus acerrimus ſit, acerbiora impediò ſunt quæ videmus, quàm quæ audimus. Hinc illud, Quæque ipſa miſerrima vidi , Et quorum pars magna fui. *Expergitus.* } excitatus & euigilans. *Circumſecùs.* } ex omni parte circumſtantes. *Senſit labem.* } Ex hoc commonefacit nos Apuleius , Aſtrologis & Chaldæis non eſſe credendum, qui in alienis negotiis videri volunt oculatiſſimi , cùm in ſuis rebus ſint hebetes & talpæ : qui dum abdita fata ſcrutantur, quæ ſunt ante pedes non proſpiciunt, fiúntque ridiculi.

Luci. } Ait Milo ad Apuleium , ſe optare vt illi Chaldæus vera dixerit, & vt Apuleiana peregrinatio ſit fœlix & fortunata. Luci autem vocatiuus eſt caſus, quem antiqui ſalutatorium dixerunt. Nominatur autem Apuleius: ſiquidem honorificentior appella-

Sed tibi planè, Luci domine, ſoli omnium Chaldæus ille vera dixerit ſiſque fœlix, & iter dexterum pergas. Hæc Milone dintinè ſermocinante, tacitus ingemiſcebam: mihique non mediocriter ſuccenſebam , quòd vltrò inductæ ſerie inopportunarum fabularum, partem bonam veſperæ, eiúſque græciſſimum amitterem. Et tandem denique demorato pudore, ad Milonem aio: Ferãt ſuam Diophanes ille fortunam, & ſpolia po-

lia populorũ rursum conferat mari pariter acterræ: mihi verò fatigationis hesternæ etiam nunc saucio da veniam, matutinas concedam cubitum. Et cum dicto faceſſo, & cubiculum meum contendo. Atque illic deprehendo epularum diſpoſitiones ſatis concinnas. Nam & pueris extra limen, credo vt arbitrio nocturni gannitus ablegarentur, humi quàm procul diſtractum fuerat grabatum meum, aſſiſtit menſula cœna totius honeſtas reliquias tolerans: & calices boni, iam infuſo latice ſemipleni, ſolam temperiem ſuſtinentes: & lagena iuxtà, orificio ſenſim dehiſcente pateſcens, facilis hauritu: prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

tio fit per prænomen, quàm per nomen, hinc illud Horatianũ: Quinte pura, aut Publi, gaudent prænomine molles Auriculæ. Liber, vt inquit Quintil. in 7. habet prænomen, nomen, cognomen: quibus caret ſeruus. ideóque Perſius, cum de libertate per manumiſſionem facta loqueretur, ſatyricè dixit: Momento temporis exit Marcus Damma. & mox paulò: Marcus dixit ita eſt, aſſigna Marce tabellas. Seruus enim manumiſſus repentè prænomine patroni inſignitur, nominatúrque. Lucius autem prænomen eſt apud Romanos frequens, à luce dictum. nam qui luci natus eſſet, Lucius: ſicut qui manè, Manius dicebatur: auctor M. Varro. Gens Domitia prænomina nulla præterquàm Cnei & Lucij vſurpauit: nam primum, ſecundúmque, ac tertium Ænobarborum, Domitiorum, Lucios continua ſerie nominatos accepimus. *Domine.*] Honoris cauſa dominum appellat. Auguſtus tamen, vt in commentariis Suetonij annotauimus, Domini appellationem, vt maledictum & opprobrium, ſemper exhorruit, Dominúmque ſe ſeriò vel ioco appellari prohibuit. Alexander quoque Romanus imperator, dominũ ſe dici vetuit. Et ſanè dominatio & principatus diuerſa natura ſunt, vt docet Plin. panegyriſta: Nec aliis eſt princeps gratior, quàm qui maximè dominum grauentur. Scribit Seneca in epiſtolis moralibus, quod relatu ſcitúque dignum eſt, obuios ſaluta ri à nobis dominos ſolere, ſi nomen nobis non ſuccurrit. Ex quo doctis videtur ſenſus ille Epigrammatarij poëtæ: Cùm te non noſſem, dominum regémque vocabam. *Porrigas.*] Lego pergas. optat enim, vt pergat iter dextrum, hoc eſt proſperum & fauſtũ: dextrum enim paſſim vſurpatur pro fauſto & proſpero. *Succen-*

sebam.]irascebar mihi ipsi. Succensere, irasci est iusta de causa. *Vesperæ.*]horæ vespertinæ. *Fructum.*]concubitum complexúmque Fotidis significat. *Conferat mari ac terræ.*] Cùm ait mari, refertur ad naufragium, quo in mari Diophanis nauis turbinibus procellarum quassata, rebus omnibus amissis demersa est: terræ verò inquit, propter latrocinalem manum, quæ in terra inuasit reliquias Diophanis bonorum. *Fatigationis saucio.*]Noua locutio, vt dicas Saucius fatigationis hesternæ pro eo quod est, defessus labore peregrinationis pridianæ. Medici, & Plinius noster, acopa appellant medicamenta lassitudinis, impósito ex re vocabulo. Hinc acopis quoque gemina dicta est, cum qua oleum sufferuefactum perúctis lassitudinem soluit. *Facessa.*]abscedo in cubiculum. Aliàs facessere pro facere: vt illud, Iussa facessunt. *Nam & pueris.*] Sensus est, Seruis instratum fuisse lectulum extra limẽ cubiculi sui, sibi verò procul ab his, ne illi subausculture possent nocturnas coëuntium voces. Ex Luciano sumptum, qui Græcè ait: ὡς ἐπὶ παιδὶ ἐξω ἐστρωτο, id est, seruo extrinsecùs stratus erat lectus. Appellatione autem puerorum seruos significari, quis ignorat? ex quo illud Plautinum, Pueri mensam apponite. & illud, Puere pulta. Inde apud priscos marcipores & publipores nominati, quasi pueri, hoc est serui Marci & Publij. *Arbitrio.*] speculatu, contemplatúque. Arbitrari enim est spectare. Plautus: Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Hinc arbitrum vocamus iudicem, qui totius rei habeat arbitrium & facultatem: quia scilicet arbitratur, hoc est spectat & explorat diligenter controuersiam litigatorum. & arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: & arbitrarium, cùm adhuc res apud arbitrum geritur. Quidam, qui non legẽre quæ à Luciano scripta sunt, pro pueris emendarunt prius. Alij, vt pueri: sed malè, cùm sententiæ Luciani, vnde hæc mutuantur, nostra lectio ad amussim quadret. Potest & hoc de pueris extra limen, non indoctè neque ineleganter referri ad seruulos liminis custodes, quos liminarchas vocant: de quibus sensisse videtur Silius in primo Punicorum, Famuli turbato ad limina somno Expauere trucem per vasta silentia vocem. Vbi famuli ad limina, signantur liminarchæ, hoc est liminis præfecti, cubiculique custodes. Attamen apud Iurisconsultos tit. de muneribus & honoribus, liminarchæ ponuntur pro militibus, qui imperij limitibus atque confinio præficiuntur: quos limitarchas dicere possis, quasi limitum præfectos, qui & limitanei nominantur ab historicis. Volumine quoque Codicis imperatorij 12. mentio fit de limitaneis militibus, & limitaneis agris. Vbi limitanei agri dicuntur, qui sunt in limitibus,

bus, hoc est, collimitio atque confinio collocati. Limentinum Deum vocant, qui limini præest. *Quàm procul distractum.*] Videtur legendum distratum: vt à sternendo distratum intelligas, nõ à distrahendo distractum. Vt sit sensus: Stratum fuisse lectum & mensam pueris quàm procul à grabato Apuleij. *Assistit mensula.*] Lego mensula, vt sit rectus casus, & hoc totum colon cum inferioribus iungendum: Grabatulum meum assistit mensula. Est enim sensus: grabatulo assistebat mensula, cùm reliquiis cœnæ & poculis. Ex Luciano totum, qui sic scribit: παρῆν δὲ τῇ κλίνῃ τράπεζα, ποτήριον ἔχουσα, καὶ οἶνος ἅμα παρῆν, καὶ ὕδωρ ἔνιπιον καὶ ψυχρὸν καὶ θερμόν: hoc est, Mensula iuxta lectum astabat, poculum habens, & vinum adiacebat, & aqua frigida atque calida erat in promptu. *Latices.*] Latex dicitur omnis liquor: vnde & latex vini, latex aquæ, olei, absinthij, apud poëtas frequentissimè. Hic laticem pro vino accipimus: significat enim, calices bonos, hoc est, capaces, semiplenos fuisse, infuso vino præparatos ad temperiè aquæ sustinendam. Mos enim fuit veterum, modò frigida, modò calida aqua mixta potiones temperare. Ex quo illud Epigrammatarij: Frigida non desit, non deerit calda petenti. Item: Me conuiuat leger mixto quincunce, sed antè Incipiat positus quàm tepuisse calix. & apud Satyrographum: Calidæ gelidæque minister. M. Offilius comœdiarum histrio, cùm in cœna calidam potionem in pultario poposcisset, repentè expirauit, rigens nullo sentiente: donec accubantium proximus tepescere potionem admonet. *Lagena.*] λαγήνιον, id est, poculum significat, hoc est, vas vinarium. Quint. Occidissemus te, nisi nos lagena defecisset. Diminutiuum est lagunecula. Plin. in Epistolis: Proinde cùm venabere, licebit auctore me, vt panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras. *Officio c-ssim.*] Mendosissimus locus, qui, vt sentio, sic emendandus est: Orificio sensim dehiscente patescens. Significat enim lagenam fuisse in orificio, & in summa parte patentiorem, in imo angustiorem: sicut sunt pleraque id genus vasa vinaria, ex quibus facilior est haustus. Igitur patescebat lagena, & patula fiebat summo orificio dehiscente, id est, se expandente atque aperiente: sensim tamen, ob vt haustatem. Orificium autem dicimus, vt opificium, ab ore: est enim summum os, & hiatus ac pator. Scribit Macrobius duo esse ventris orificia, quorum superius erectum, recipit, deuorátque, & in follem ventris recondit: inferius verò demissum, intestinis adiacentibus inseritur, & inde via est egerendi. *Ante cœna.*] Nouator verborum non minùs eleganter quàm licenter appellat lagenam Veneris antecœniam, tanquam prægustatio quædam sit

& præludium ac præparatio ad palæſtram Veneriam exercendam. Vinum enim ſubſequitur libido. nam ſine Cerere & Bacho friget Venus. Vnde Horatius ſcitiſſimè crateram vini, ſodalem Veneris appellat. Dicitur autem antecœnia, quaſi ante cœnam ſumpta, dictione compoſita ex integro & corrupto: ſicut Martial. finxit Domicœnium, quod domi cœnare ſignificat. *Veneris gladiatoria.*] tanquam palæſtra Veneris ſit pugna quædam gladiatoria, & amatores in concubitu prælientur atque confligant.

Commodùm cubueram: & ecce Fotis mea, iam domina cubitum reddita, iacta proximat roſæ ſerta, & roſa ſoluta in ſinu tuberante, ac me preſſim deoſculato, & corollis reuincto, ac flore proſperſo, arripit poculum: ac deſuper aqua calida iniecta, porrigit vt bibam, idque modicum, priùs quàm totum exorberem, clementer imadit. Acrelictum paululatim labellis minuens, méque reſpiciens, ſorbillat dulciter, ſequenſque & tertium inter nos viciſſim & frequens alternat poculum. Cùm ego iam vino madens, nec animo tantùm, verùm etiam corpore ipſo ad libidinem inquies alioquin, & petulans, etiam ſaucius, pauliſper inguinum ſanè lacinia remota, impatientiam veneris Fotidi meæ monſtrans, Miſerere (inquã) & ſubueni maturiùs. Nam, vt vides, prælio, quod nobis ſine finali officio indixeras, iam proximante vehementer intentus, vbi primam ſagittam ſæui Cupidinis in ima præcordia mea delapſam excepi, arcum meum & ipſe vigore tetendi, & oppidò formido ne neruus rigoris nimietate rumpatur. Sed vt mihi

Commodùm.] vix, tũc primùm. *Roſa ſerta.*] Lucianus: τῆς στρωμάτων ῥόδα κατὰ τοῦτο ἔστιν: id eſt, roſæ multæ per ſtrata ſpargebantur. *Tuberante.*] tumeſcente. Roſæ enim ſolutę in ſinu & gremio extuberare ac tumeſcere videntur. Prouerbium vetus obiter referendũ eſt, quod erit, Nec mulieri nec gremio credi oportere: cùm & illa incerti & leuis animi ſit, & plerunq; in gremio poſita cum in obliuionẽ venerunt exurgentium procidant. *Preſſim.*] cũ preſſura, quod amantium eſt, vt ſcilicet oſcula infigãt imprimántq; preſſis labellis. aduerbium eſt. *Corollis reuincto.*] Hoc totũ

vt mihi morem plenius gesseris in effusum laxa crinem, & capillo fluente vndanter ede complexus amabiles. amatoris specimẽ est & argumentũ, vt coronis amator ab amica reuinciatur, ac floribus oppleatur. Sutiles coronæ, vt auctor est Plin. solemnes in cœnis fuerunt, & in potu atque hilaritate præcipuè vsurpabantur. Interdum & coronas ipsas bibebant, quòd exemplo Cleopatræ satis liquet, quæ in conuiuali hilaritate inuitauit Antonium, vt coronas biberet. Strophia antiqui appellarũt, vnde nata Strophiola. Cùm verò ex floribus fierent serta, à serendo seruiæ appellabantur: à coronis corollæ, diminutiuo vocabulo propter gracilitatem nominatæ. Vnde & corollaria, de quibus apud Tranquillum copiosiùs, & mox suo loco dicemus. *Aqua calida iniecta.*] Dudum diximus, quòd mixtura calidæ pocula temperabantur. Omnem decoctam aquam vtiliorem esse conuenit: item calefactam magis refrigerari, subtilissimo inuento: vt tradit Plin. noster libr. 31. Neronis principis inuentum est, decoquere aquam, vltróque demissam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiis niuis. Hinc illa in desperatione apud Suetonium vox, Hæc est decocta Neronis. *Paulatim.*] minutatim, & (vt inquit Plautus) ductim: quod cum quadam inter bibendum cunctatione à potoribus fieri solet. *Sorbillat.*]sorbillo haurit. Plautus in Penulo: Hem mihi, iam video prope victi tantùm sorbillo: hoc est, sorbitione. Ex animantibus alia sugunt, alia lambunt, alia sorbent. Appius Auferius repentina morte obijt, cùm sorberet ouum. Ouum sorbile vel molle imbecillissimæ materiæ est, vt inquit Celsus: qui crassiorem quoque pituitam fieri tradit ouis sorbilibus. *Sequens, & tertium.*]Prima viri cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatẽ, quarta ad insaniam. Nihil sic inflammat medullas, & titillat mẽbra genitalia, sicut vinum: cui natura est exhausto accedendi calore viscera intus: quo nihil est perniciosius, si modus absit. Gloriam bibendi virtute Parthi quærunt: famam hìc apud Græcos Alcibiades meruit. Cicero, M. Ciceronis illius inclitissimi oratoris filius, auidissimè apprehendit gloriam ebrietatis, qui binos congios simul haurire solitus erat: à quo olim marcido ac temulento scyphus impactus est M. Aggrippæ. Prouerbium vetus est, Sapientiam vino obumbrari: quo nihil potest esse fœdius, cùm vino mens hominis obbrutescat, & vertigine caliget. Libet interdum talia transcursu interspargere, ad castigandos non paucos, qui ad vina perdenda geniti sunt: qui ob hoc tantùm se natos esse arbitrantur, vt bibant. Quod olim de Bonoso imperam

tore Romano Aurelianus dictitabat: Non vt viuat, inquit, natus est, sed vt bibat: qui bibit quantùm hominum nemo. in quo fuit hoc mirabile vt quantùm bibisset, tantum mingeret. qui cùm ita queo vitam finiuisset, talis extitit iocus: Amphoram pendere, non hominem. Fuit quidam ex numero phagonum siue comedonum, quo vehementissimè delectatus est Aurelianus: qui, vt refert Flauius Vopiscus, bibebat infundibulo plus orca. Est autem infundibulum, vt id quoque transeunter annotemus, instrumentum vinarium, quo vinum in dolium infunditur. Præcipit Cato, vt villicus habeat infundibula duo. Legitur in monumentis Hebræorum, quosdam esse ex his qui audiunt sapientem, similes infundibulo: tales nihil continere, qui sicut infundibulum, quantùm hauriunt, tantundem transmittunt. Orca autem vas est sicarium, teres atque vniformi specie, dicta à similitudine orcæ marinæ beluæ. Præcipit Columella, in orcas picatas meridiano tempore calentem ficum condi, & calcari diligenter oportere. Plin. quoque in 15. Vbi copia, inquit, ficorum abundat, implentur orcæ. M. Varro orcam capit pro vase vinario, cùm in primo de Re rustica sic scribit: Quod sæpe vbi conditum nouum vinum, orcæ, vt in Hispania, feruore musti ruptæ: nec non & dolia, vt in Italia, ne vinum proluerent. Apud Persium pro vase salsamentorũ capitur, illo versu: Menáque quod nondum prima defecerit orca. & hæc notiora. Illud remotius, orcam dici vasculum aleatorium, quò coniectæ agitatæq; tesseræ & tali mittuntur in aleam, ad euitandas aleatorum impostoras: à Martiali dicitur turricula, ab Horatio pyrgus. In hoc significatu accipitur apud Persium sic scribentem: Angustæ collo non fallier orcæ. Vbi grammatici meras nugas effutiunt. Huic sententiæ nostræ euidenter astipulatur illud Pomponij: Iterùm dum contemplor orcam, taxillos perdidi. *Corpore ipso.*] Aliquando, vt inquit verissimè Augustinus, cùm in animo concupiscentia feruet, friget in corpore, & ille libidinis motus destituit inhiantem: ex quo fit, vt libidini libido non seruiat. Nunc ait Apuleius, & animo & corpore sese ad libidinem fuisse incitatissimum. *Inquiens.*] Lege inquietus, vel inquies, vt antiqui dictitabant: quo vocabulo idem significatur, quod inquietus. & est adiectiuum. Liuius: Iam sibi satis gloriæ quæsitum, & potuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere. A Plinio dicitur inquies pro inquietudine, si modò fas est Latino homini inquietudinem vsurpare. sic enim inquit in 14. Furiales somni & inquies nocturna. *Saucius inguinum.*] pro inguinibus, figuratè locutus est. Veteres enim genitiuum pro ablatiuo frequenter vsurpant: vt, præstans animi, fœlix animi. Ita &

Saucius

Saucius inguinum dicitur oppidò quàm eleganter, habens inguina tumentia. Sicut enim membra in homine faucio intumescunt, sic saucius inguinum dicitur, cuius turgent genitalia ex libidinis desiderio. Hora. Tument tibi cum inguina. *Sine.*] Terfiot lectio est Sanè. *Sine finali officio.*] tanquam nullus finis venerij prælij esset futurus. Quidam legunt sine feriali officio: quod perinde est ac si dicas, sine cessatione. Verbum est Iurisconsultorum, vt in causa finali. *Arcum meum.*] Perstat in translatione. Nã cùm præmiserit, sagittam Cupidinis qua ille amatores ferit, meritò subintulit, Arcum tetendit: quod planè referendum est ad genitalia, quæ vigore nerui instar arcus tenduntur. Scribit Plin. camelino genitali arcus intendi à populis Orientis. Ad consimilem significantiam allusit Ouid. cùm ait in carmine obsceno: Nemo meo meliùs neruum tendebat Vlysse: Siue illud laterum, seu fuit artis opus. Item in Amorum voluminibus: Penelope vires iuuenum tentabat in arcu: Qui latus argueret, corneus arcus erat. Nam cùm de arcu simpliciùs loqui videatur, quem proci tendere nequiuere, & solus Vlysses tetendit, prout latissimè canit Homerus: tamen occultè allusit ad arcum & neruum genitalium, de quo neruo Horat. Cuius in indomito constantior inguine neruus. *Et oppidò formido.*] valdè timeo. *In effusum laxa crinem.*] Petit à Fotide, vt comam soluat, vt capillos habeat effusos, dissolutósque, qui vndanter fluant, verbum est imperantis, Laxa.

. Nec mora, cum omnibus illis cibarijs, vasculis raptim remotis, lacinijs cũ ĉtis suis renudata, crinibúsq; dissolutis ad hilarẽ lasciuiã, in speciem Veneris quæ marinos fluctus subit, pulchrè reformat, paulisper etiam glabella fœmina, vel rosea, palmula potius obumbrans de industria, quàm tegens verecunda: Præliare, inquit, & fortiter præliare. nec enim tibi cedam, nec terga vertam. cominus in aspectum, si vir es, dirigere, & grassare gnauiter, & occide moriturus. hodierna pugna non habet missionem. Hæc simul dicens, inscenso graba-

Lacinijs renudata.] exutis vestimentis omnibus, etiam interula, siue camisia deposita. In amore enim vix vlla etiam nuda, sat nuda est. *In speciem Veneris reformata.*] Laus magna Photidis cuius nudæ formã comparat Veneri, quæ nuda subit marinos fluct⁹, & nuda illĩc exit: vtpotè ex maris spumagenita. Veneré

nudam è mari exeuntem pinxit Apelles, quæ Anadiomene vocatur: quo opere nihil absolutius iudicant eruditi. Anadyomene autem Græca appellatione dicitur emergens, siue exiens, siue egrediens ex mari. *Glabella.* } delicata, & læuore cutis venusta. Glaber, & per diminutionem glabellus dicitur, læuis, politus, & sine pilis. Verbum vetus est deglabrare, quod significat depilare, & glabrum facere. Glabreta antiqui loca dixerunt, quasi caluata, quæ fruticibus nuda sunt, vtpotè nihil gignentia: quæ Græci phalacras vocant, à similitudine caluitii, quod phalacron dicunt. Vnde phalacrocoraces, calui corui. Hinc apud Suetonium vicus, in quo natus est Vespasianus, Phalacrine nomen duxisse videri potest: quòd ea loca essent phalacra, hoc est calueta siue glabreta: id est, fruticibus viduata, & penitùs sterilia: quamuis in commentariis coniectatoriè tradiderimus, nomen Phalacrine inditum videri posse ex eo, quòd homines calui illic nascerentur: quos Græci φαλάκρους vocant. De glabretis ait Columella: Et glabreta signis adhibitis notari conuenit, vt suo tempore eiusmodi vitiis medeamur. Ab eodem decenter dicitur, glabrescit area: pro eo quod est, fit glabra, & sine herbis. *Quam tegens verecundia.* } Lego verecunda. vt sit sensus: Photidem manu expansa non tam texisse, quàm obúbrasse verecunda, hoc est genitalia: qui mos est mulieribus propè peculiaris, vt pudenda conspici nolint, quorum membrorum nuditas erubescẽda: & (vt auctor est Augustinus volumine 14. de Ciuitate Dei) omnes gentes adeò tenent in vsu pudenda velare, vt quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lauent: apud Romanos nudi iuuenes corpora in campo exercentes, pudenda operiebant, vnde ita succinctos vulgus campestratos appellat. *Præliare.* } congressu scilicet & pugna venerea. *Nec terga vortam.* } Translatio à bellatoribus, qui cominùs & aduerso pectore depugnant, neque tergiuersantes, neque cedentes: cùm eius sit terga vertere, qui timidus est, & fugere malit quàm mori. *Missionem.* } Hoc est quod suprà dixit, Prælium nobis sine finali officio indixerat. Perstat in metaphora prælij militaris. *Grassare gnauiter.* } strenuè depugna. Grassari antiquitas ponebat pro adulari: modò latrocinale verbum est. nam

tulo, super me sensim residens, ac crebrè subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me satiauit: vsque dum lassis animis, & marcidis artubus defatigati, simul ambo corruimus, inter mutuos amplexus animas anhelantes.

Digitized by Google

est.nam grassari dicuntur latrones vias obsidentes videlicet ab impetu gradiendi.Vnde grassatores dicti,& grassaturæ. Mars & luna in 8. ab horoscopo loco simul collocati grassatorem efficient, qui latrocinautem manum profusione sanguinis cruentabit.Interdum grassari honesta significatione significat ire & gradiri.vt illud Silij Italici, Grassandum ad clara Periclis. & Sallustij : Animus vbi ad gloriam virtutis via grassatur, abundè pollens potènsque & clarus est. Gnauiter autem dicitur industriè, strenuè,celeriter,quod & nauiter : cuius contrarium est,Ignauiter. Nauus autem, celer ac strenuus,à nauium celeritate dictus, grammatici prothesin figuram appellant,quãdo appositio quædam literæ fit ad principium dictionis:vt gnatus pro natus,gnauus pro nauus,gnauiter pro nauiter. Noti inquit M.Tull.erant & naui,& nari,quibus cùm in præponi debet, dulcius visum est ignoti,ignaui,& ignari dicere,quàm,vt veritas postulabat. *Crebrà.*}crebrò,nomen pro aduerbio.Virgil. Et pede terram Crebrà ferit. *Mobilem spinam quatiens.*}In re venerea exigitur motus & agitatio:vt illæ meritò damnentur,quæ immobiles iacent:habet enim mobilitas illa nescio quid incentiuum & illicium,efficítque venerem viris concinniorem. Ex quo est illud Epigrammatistæ:Nec motu dignaris opus,nec voce iuuare. Contrà Sappho Ouidiana inquit : Crebráque mobilitas, aptáque verba ioco.Lucretius motum illum concubitus efficere ait venerem cõcinniorem,qui tamen sit causa ne fœminæ concipiant. sic enim refert in quarto : Idque sua causa consuerunt scorta moueri, Ne complerentur crebrò , grauidæque iacerent, Et simul ipsa viris venus vt concinnior esset. Spina autem dorsualis à medicis longum cerebrum vocatur. Ex spinali medulla pudendis,atque etiam matrici, vt suum ministerium impleant, nerui ministrantur. *Pendulæ veneris*]Eleganter pendulam venerem vocat,quæ fit à fœmina superstante. de quo concubitu inquit Ouid. Partua vehatur equo : quòd erat longissima,nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo , Plerisque quadrupedum,vt inquit Plin. fœminæ in coitu superueniunt. *Artubus.*}languentibus membris. Quid est,inquit Aristoteles in Problematis,quòd homo inter cætera animantia à concubitu dissoluitur & languescit? An quòd semen pro sui corporis proportione plurimùm emittit? qui verò multum genituræ siue spermatis emittit , pallescit ac debilitatur,non secùs quam debilitaretur , si quadrupes tantùm de sanguine emitteret. Quod ideò fit,quia sperma siue genitura gignitur ex sanguine optimè digesto, quarta nouissimáque digestione:auctor Albertus Magnus. Dicere solebat Pythagoras,tunc

aphrodisia, id est, venerea exercenda esse, cùm teipso infirmior fieri vis. Venerem damnat Democritus, cuius raritatem vtiliorem esse verissimè sentit Plinius noster. & ante Plinium dixerat Cor. Celsus propè ex oraculo: Concubitus rarus corpus excitat, frequens soluit. Ab artubus membrorum, derivatur artuatus: quę dictio significat dissipatum, & quasi per artus laceratum. Maternus in quinto: Vt sic artuatis viscerum partibus, membra omnia crudelis artificij præsidio proferantur. Fit & verbum deartuare, quod est quasi per artus concidere. Plautus: Deartuatus sum miser. *Simul ambo corruimus.*} Illa est omnibus numeris solida voluptas, qua vir & fœmina coëuntes simul commoriuntur. Ouid. Ad metam properate simul: tunc plena voluptas, Cùm pariter victi fœmina vírque iacent. Vulgò creditur ad concipiendum necessariam esse vtriusque coëuntis cum voluptate, parique concursu seminis profusionem: quod negat Aristoteles qui libr. 1. de generatione animalium, fœminas sæpenumerò concipere affirmat, sine ea quæ per coitum fit voluptate: quod & reliqui Peripatetici testantur.

Colluctationibus.} tanquam palæstra quædam & luctatio sit Venereus concubitus. Ideóque Domitianus clinopalem vocabat libidinis assiduitatem, velut palæstram lecti, & exercitamentum. *Libidinem incitantes.*} Isocolon est, qua figura propè peculiariter vbique locorum vtitur Apuleius; Latinè dicitur Compar. *Impendiò.*} valde: aduerbium est. *Negauit veniam.*} Dixit se mihi non ignotu-

His & huiusce modi colluctationibus ad confinia lucis vsque peruigiles egimus, poculis interdum lassitudinem resouentes & libidinem incitantes, & voluptatem integrantes. Ad cuius noctis exemplar simile astruximus alias plusculas. Fortè quadam die mecum magnopere Byrrhena contendit, apud eam cœnulæ interessem & cùm impendiò excusarem, negauit veniam. Ergo igitur Fotis erat adeunda, déque nutu consilium, velut auspicium petendum. Quæ quanquam inuita quod à se vngue latiùs digrederer, tamen comiter amatoriæ militiæ brenem commeatum indulsit. Sed heus tu, inquit, caue regrediare cœna maturius: nam vesana factione nobilissimorum iuuenum pace publica infecta, passim trucidatos per

medias

medias plateas videbis iacêre. Nec præsidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade possunt. Tibi verò fortunæ splendor insidias, contemptus etiam peregrinationis poterit afferre. Fac sine cura, inquam, sis, Fotis mea. Nam præter quòd epulis alienis voluptates meas anteferrem, metum etiam istum tibi demam maturata regressione. Nec tamen incomitatus ibo: nam gladiolo solito cinctus altrinsecus, ipse salutis meæ præsidia gestabo. Sic paratus cœnæ me committo.

ram, nec veniam daturam, nisi promisissem me apud eam cœnaturum. *Consilium velut auspicium petendum.* } Quemadmodum præsides & magistratus reguntur auspiciis, sine quibus nihil militiæ domíque agebatur: ita mihi, inquit, consilium erat petendum à Fotide, vt magistratus auspicia ab auspicibus petere consueuerunt. Plin. de gallis gallinaceis scribens, sic refert: Hi magistratus nostros quotidie regunt, domúsque ipsi suas claudunt aut referant: hi fasces Romanos impellunt aut retinent : iubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. *Vnguem latum.* } vnguem latum, ac digitum transuersum, prouerbialiter vsurpamus, ad significandum interuallum oppidò quam pusillũ: quanta scilicet est latitudo vnguis & digiti transuersi. Plau. in Aulularia: Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Hieronymus & Cicero hac prouerbiali locutione decenter vtuntur. *Comiter.* } hilatè ac libenter, vt exponit Varro: aduerbium est. Comes (vt inquit Cicero) dicimus homines, faciles & benignos. *Amatoriæ militiæ.* } Ouid. Militiæ species amor est, discedite segnes. Item : Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido. *Vesana factio.* } Malorũ consensu, & conspiratio dicitur factio. Aliàs factio signat opulẽtiã, vt illud Plauti ex Aulularia: Istas magnas factiones nihil moror. Olim factio honestũ erat vocabulũ, vnde factiones histrionũ & quadrigariorũ dictę: modò nomine factionis seditio & arma vocãtur, & homines factiosi dicti. Sall. Erat Cn. Piso eodẽ tẽpore adolescens nobilis, summę audacię, egenus, factiosus. Tertullianus in Apologetico: At è contrario illis nomẽ factionũ accõmodandũ est, qui in odiũ bonorũ & proborũ conspirant. *Infecta.* } Lego, infecit, hoc est, polluit, fœdauit, perturbauit. *Per medias plateas.* } non clàm, sed palàm, & in propatulo, cędes à factione vesana fieri solitas significat. Platea autẽ media producta enũciatur, si Donato credimus, qui enarrãs illud

Terentianum,In hac platea dicunt habitasse Chrysidem,hoc innuit,cùm ait, Græci πλατεῖαν dixerunt, quam nos plateam dicimus:secundum formam eiusmodi,μαθήτρια & Medeam, σπονδεῖον & spondeum scribimus:tamen apud Horat. & Ausonium platea profertur media correpta. sic enim in epistolis Horatij legitur: Puræ sunt plateæ,nihil vt meditantibus obstet. *Præsidis auxilio.*} Congruit bono & graui præsidi, vt Vlpiani verbis vtar,curare vt pacata & quieta prouincia sit quam regit:quod non difficilè obtinebit,si solicitè agat,vt malis hominibus prouincia careat,eósque conquirat.nam & sacrilegos,latrones,plagiarios,fures conquirere debet:& prout quisque deliquerit, in eum animaduertere,præses prouinciæ, vt inquit Paulus,in sua prouincia tantùm imperium habet, & habet interdum imperium aduersus extraneos homines, si qui malum commiserint. nam & in mandatis principum est, vt curet is qui prouinciæ præest, malis hominibus carere prouinciam.Præsidis autem nomen generale est,quo omnes prouincias regentes appellantur. Quod autem dixit Vlpianus, plagiarios conquiri à præside debere, scito nomine plagiarij non tam eum significari qui surripit alienos seruos,vt autumat Accursius, quàm eum qui liberum hominem asserit in seruitutem:quíq; hominem emit,quẽ scit liberum esse,& qui huiusmodi hominẽ sciens vẽdit, aut pro seruo tenet. Dictus plagiarius,quòd lege Phania plagis damnatus esset: ipsa verò lex plagiaria,crimen plagium vocatur.Martial.decenti metaphora plagiarium appellat furem librorum suorum, qui illos tanquam suos tenet in seruitute. Ego opinor potiùs plagiarium à vocabulo Græco duci, id est πλαγίῳ, quod significat obliquum & transuersum:& πλαγιάζω dicitur obliquo.nam qui plagiarius est,quasi ex obliquo & transuerso in seruitutem trahit illum qui liber sit. præterea in plagiario syllaba prima corripitur, in plagą producitur. *Contemptus peregrinationis.*} Peregrinĩ dum contemnuntur,insidiis magis obnoxij sunt: cùm naturaliter ciuibus nostris magis,quàm peregrinis faueamus. Cuius rei argumento est exemplum illud Agoracriti & Alcamenis Atheniensis. Nam cũ duo hi sculptores, in marmore sculpendo clarissimi, Venerem fecissent,vicit Alcamenes non opere, sed Atheniensium suffragiis,qui contra peregrinum suo fauerunt. Præcipit Plato libr.8. de Legibus,peregrinos post exactos 20. annos, alligatis sarcinulis,ex ciuitate in qua habitauerint migrare debere. Idem libr.9. peregrinum ob homicidium maiori mulcta afficiendum esse, quam indigenam. Item libro 11.iubet,vt peregrini duntaxat & aduenæ cauponarias exercitationes faciant. Contemptus ponitur pro

tur pro contemptione. *Nec incomitatus.*} Comes fidiſſimus eſt gladius,quoque comitatum iturum ſeſe ſpondet Apuleius. *Gladiolo.*} Quidam ex veteribus gladia neutraliter dixerunt, genere excidentes: vt notat Quintil.Gladiola dixit Meſſala.Gladium,à clade,C in G commutato,dici autumat M.Varro:quia fit ad hoſtium cladem. Lacedæmonij primi,auctore Plinio,gladium inuenerunt. *Altrinſecùs.*}altiore corporis parte.Aduerbium eſt.vel ab altero latere:ſic enim machærophori gladium ad latus alterum alligatum geſtare conſueuerunt. *Cænæ.*}ad quam ſcilicet inuitauerat me Byrrhena.

Frequens ibi numerus epulonum & (vtpotè apud primatem fœminam) flos ipſe ciuitatis,opiparæ citro & ebore nitentes lecti, aureis veſtibus intecti, ampli calices: variæ quidem gratiæ: ſed pretioſitatis vnius. Hic vitrum affabrè ſigillatum,ibi cryſtallum impictum: argentum alibi clarum, & aurum fulgurans,& ſuccinum mirè cauatum,& lapides vt bibas: & quicquid fieri non poteſt,ibi eſt.diuinitores pluſculi, ſplendidè amicti: fercula copioſa, ſcitulè ſubminiſtrata: pueri calamiſtrati, pulchrè inclufiati,gemmas formatas in pocula vini vetuſti frequenter offerre. Iam illatis luminibus epularis ſermo percrebuit: iam riſus adfluens, & ioci liberales,& cauillus hincinde.

Epulonum.}conuiuarum.Ab epulis epulones dicti, & pro conuictoribus accipiuntur. Antiqui epolonos dicebant, quos nunc epulones dicunt, & ſignificabantur hi qui habebant indicendi epulas Ioui cæteriſque dijs poteſtatem pontifices veteres, auctor eſt M.T.in 3.de Oratore, tres viros epulones eſſe voluerunt, à quibus fieret ludorum epulare ſacrificiũ. Mox numerus epulonum auctus, & pro tribus ſeptem eſſe cœperunt:de quibus intelligi voluit Lucanus illo verſu, Septem virque epulis feſtus, Titiíque ſodales, Plin.quoque iunior ſcribit, Marium Bethecũ fuiſſe ſeptem virũ epulonum.Sodales autem Titij (vt id quoque tranſeunter attingam) apud Lucanum ſignificantur ſacerdotes, dicti ab titiis auibus,quas in auguriis certis obſeruare ſolent.Coëpulonus Plauto dictus conuictor,& iiſdem epulis veſcens.Sic enim ait in Perſa:O mi Iupiter terreſtris & coëpulonus compellatiuus. Vbi annotandum,quòd copulatiuus,quàm compellatiuus, emendatiùs

Digitized by Google

quadrat Plautinæ ſententiæ.Priſci ſcitiſſimè facetiſſiméque epulones Deos paraſitos Iouis appellauerunt, & ad illius menſam conſtituerunt.Lex conuiualis præcipit,ne in conuiuio epulones, hoc eſt conuiuæ plures ſint quàm nouem, nec pauciores quàm tres.oportet enim numerum conuiuarum à Gratiarum numero incipere,& progredi ad Muſarum : id eſt, proficiſci à tribus & conſiſtere in nouem:nam multos eſſe,inquit M.Varro,non conuenit,quod turba plerunque eſt turbulenta.Notiſſimum dictum eſt de numero conuiuarum, prout meminit Iulius Capitolinus: Septem conuiuium,nouem verò conuicium.Archeſtratus poëta Græcus : Conuiuæ, inquit, aut tres,aut quatuor,aut non plures quinque ſunto : aliàs mercenariorum & rapto viuentium conuentus fuerit. Athenæus quoque auctor eſt, olim non plures quinque in conuiuium adhiberi ſolitos. *Opiparés lecti.*]Dicimus opipares, & opiparos, vt exanimes, & exanimos, vt inermes,& inermos,in ſecundo & tertio ordine. Opiparum autem antiqui dicebant magnarum opum apparatum, vt opiparum conuiuiũ. à Plauto in Perſa, opiparæ Athenæ dictæ, pro opulentæ & magnificæ:à quo opiparè,abundanter,copioſe. Hic lecti opipares ſignificantur menſæ magnificæ ac pretioſæ, vtpotè ex citro & ebore confectæ.nam,vt inquit Plin.menſis citreis nihil erat pretioſius.Olim Cethegus menſam citream permutauerat fundi taxatione.Rotundæ erant & orbiculatæ. Menſis citreis præcipua dos in vena criſpis:tigrinæ & pantherinæ vocabantur. mulſi color in his maximè probabatur : de quibus Lucanus,Mart.Iuuenalis,Seneca,ſcriptores omnes. Harum menſarum pedes ex ebore fiebant.ob id dixit Plinius: Eodem ebore numinum ora ſpectari,& menſarum pedes.Iuuenal.Latos niſi ſuſtinet orbes Grande ebur. Epigrammatarius poëta:Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes. *Hinc vitrum fabrè ſigillatum.*] Vitrum aliud flatu figuratur,aliud torno teritur,aliud argenti modo celatur.Sidon officinis quondam vitreariis nobilis.Vſus vitri ad potandum argenti metalla & auri pepulit.Ferunt Tyberio principe excogitatum vitri temperamentum,vt flexibile eſſet: & totam officinam eius artificis abolitam,ne æris,argenti,auri,metallis pretia detraherentur:auctor Plinius libro trigeſimoſexto. Græci hyalon vitrum vocant:vnde hyalinus color,vitreus. Virgilius,Carpebant hyali ſaturo fucata colore.Galienus Imperator aſpernatus eſt calices vitreos,dicens,Nil vitro communius. Fabrè,elegantèr,& ad amuſſim cælatum. *Cryſtallum impictum.*]Cryſtallum glaciem eſſe certum eſt : vnde & nomen Græci dedêre : κρύσταλλος enim Græcè glacies, & κρυσταλλώδης glacialis. hinc illud in obſcœno carmine:

carmine: Rigétque dura barba vincta crystallo. auctor est Xenocrates, vas amphorale ex crystallo vsum. Poculis crystallinis maxima auctoritas. Nero amissarum rerum nuntio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Materfamiliâs olim mercata est trullam crystallinam sestertiis centum quinquaginta millibus. Impictum autem crystallum appellat, vel quasi non pictum, & sincerum, quale dicitur asyntheton: vel quia pingi solitum est, quod & Plinius refert, scribens ex crystallo tingi smaragdos, aliásque transluentes gemmas. In frigido potu maximè crystallina commendantur, cùm materia illa sit caloris impatiens. *Argentum alibi clarum.*] Argentea suppellex, & argentea vasa in apparatu mensarum regiarum vsurpantur, vtpote pretiosissimus. Lances ex centenis libris argenti super quingentas numero Romæ fuisse constat. Cornelius Nepos tradit, triclinia Romæ argentea fuisse: repositoriis argentum addi sua memoria cœptum, Fenestella dicit, Lectos operuisse argento totos primus traditur Carbilius Pollio, eques Romanus: qui aureos fecit. Vasa coquinaria ex argento Caluus orator fieri queritur. Anaglypha vocant vasa, quæ in asperitatem excisa sunt: vt Plinius ostendit in 33. de quibus epigrammatista: Et mensis anaglypta de paternis. Dixit Maro, Cymbiáque ex auro perfecta atque aspera signis. Interpretatur Seruius anaglypha significari. In argento autem clariorem colorem esse quam in auro, magisque dici similem, tradit idem Plin. Ideóque militaribus signis familiariorem, quoniam is longiùs fulget. Græci ἀργυρᾶσπιδες argentum vocant, vnde argyraspides à clypeis argentatis dicti milites Alexandri. & Apollo argyrotoxos apud Homerum cognominatus, ab arcu argenteo. & gemma argyrodamas, quam & androdamanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat. *Aurum fulgurans.*] Quærit Plin. cur aurum prælatum sit cæteris metallis: quia, inquit, rerum vni nihil igne deperit. quinimò quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem: autique experimento ignis est. Idque ipsum obryzum vocant, quasi sincerum, quod valde pretiosum est: idque ecclesiastici scriptores ophir appellant, vt docet Fortunatus. Altera causa pretij maior in auro est, quod minimum vlus deterit. super cætera, non rubigo vlla est, non ærugo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minuátque pondus. Messala orator prodidit, Antonium Triumuirum aureis vsum vasis in omnibus obscœnis desideriis. Ptolemæus olim mille conuiuas totidem aureis poculis saginasse fertur, immutans vasa cum ferculis. *Succinum mirè extollatum.*] Prisci crediderunt, succum arboris succinũ esse: & no-

men argumento est, vt auctor est Plinius. A Germanis appellatur glessum : & ob id insularum vna in septentrionali Oceano Glessaria nominata. Liquidum primò distillare, indicio sunt quædam intus translucentia, vt fomicæ, culices, lacertæ. Candidum odoris præstantissimi, suluo maior auctoritas: summa laus Phalerno, ita à vini colore dicto. Attritu digitorum accepta vi caloris, attrahit in se paleas & folia atida, vt magnes lapis ferrum: vnde harpaga à rapiendo vocitarunt. Taxatio succini in deliciis maxima est, in tantùm vt hominis quamuis parua ex succino effigies viuorum hominum, vigentiúmque pretia superet. Domitius Nero princeps capillos vxoris suæ Poppææ succinos appellabat. Alio nomine electrum appellant à sole, ex fabula vulgatissima. Vocant & electrum metallum ex auri argentíque mixtura, cui auctoritas fuit apud priscos, Homero teste, qui Menelai regiam electro fulgere tradit. Helena in templo Mineruæ sacrauit calicem ex electro, mammæ suæ mensura. Iurisconsultus: Si quis, inquit, electrum ex alieno auro argentóque miscuerit. Iulius Capitolinus auctor est, Cor. Macrum pateram electrinam habuisse, quæ per conuiuas circumferretur, in cuius meditullio effigies Alexandri expressa visebatur : quod ideircò posui, quia dicuntur iuuari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum, vel auro gestitant, vel argento. *Cauatum.*] scilicet in pocula electrina. *Et lapides.*]Significat vel lapides pretiosos in conuiuio Byrrhenæ fuisse excauatos ad pocula, vel calyces potorios lapidibus & gemmis ornatos. de quibus Martialis: Gemmatis Scythicis vt luceat ignibus aurum, Aspice quot digitos exuit iste calix. & Satyrographus : Nam viro vt multi gemmas ad pocula transfert A digitis. Plin. quoque sic inquit : Turba gemmarum potamus. & smaragdis teximus calices. Quod autem ex lapidibus pocula figurarentur, docet idem Plinius, qui tradit vasa potoria ex onichyte lapide, & ex murra escaria facta. Aliorũ quoq; lapidum commeminit rex, quibus pocula fierent. Quinetiam M. T. in Verrinis autumat, trullam ex vna gemma excauatam fuisse. *Diuiitores plusculi.*] Antiqui diribitorum appellatione intelligi voluerunt ministros, distributoréque: qua dictione præter Apuleium vsi sunt Ammianus Marcellinus & Cicero. In antiquissimo Latino lexico scriptum legitur: 'diribitorium, à diribendo, hoc est distribuendo nominatum fuisse locum; in quo stipendia militibus numerarentur. Fortassis hinc vocabulum diribitoris: super qua dictione non pauca annotauimus in 5. Suetonij commentario. sic scribentis : Cùm Æmiliana pertinaciùs arderet in diribitorio duabus noctibus mansit. *Scitulè.*] decenter & pulchrè:

Digitized by Google

chrè : in conuiuio enim hoc maximè ſpectatur, vt fercula non tam ſint copioſa, quàm eleganter & nitidè menſis importata, illaſque: vbi ſtructores ex arte ſtructoria decenter ſecent altilia & piſces. Scitus, elegans: & pulchrè apud priſcos dicitur diminutiuè ſcitulus apud Plaut. in Rudente : Sunt facie ſcitula. inde aduerbia, Scitè & ſcitulè. *Pueri calamiſtrati.*] Calamiſtratus puer, pro criſpulo cirratóque, & calamiſtrata coma, quam M. T. probro dat Gabinio. Delicatorum enim eſt, & mollium, capillos inurere calamiſtro. Tales, vt inquit veriſſimè Seneca, ſuam mallent rempublicam turbari, quàm comam. M. Varro refert, calamiſtrum parari ob ornatum, quod calefactum in cinere capillos ornat. qui calamiſtrum miniſtrabat à cinere, cinerarius & ciniflo eſt appellatus. Ciniflonum meminit Horatius apud Plautum probroſo conuicio dictum eſt, Cinæ de calamiſtrate. Hinc miniſtri ſignificantur, criſpa coma & anulatis calamiſtro capillis cõſpicui: quales in conuiuiis regum eſſe decet. Papinianus celebrãs Domitiani Saturnalia, ita laudat miniſterium: Idæos totidem putes miniſtros. *Pulchrè incluſiati.*] Hoc eſt, eleganter veſtiti. Legere malo Induſiati. eſt autem incluſium, vel potius induſium, veſtimentum corpori adhærens, quaſi intuſium. Plautus in Epidico: Iutuſiatam, patagiatam, caltulam, aut croculam: quo verſu ſignificatur veſtis induſium & patagium, de quo ſuprà diximus. Caltulæ verò nomine, & croculæ, demonſtratur veſtis coloris caltæ & croci, ab herba calta, cuius color luteus eſt, caltula dicta, de qua Vir. Mollia luteola pingit vaccinia calta. Hinc ab eodem Plauto in Aulularia dicti induſiarij & caltuarij patagiarij, pro cõfectoribus horum veſtimentorum. quamuis in Plautinis codicibus non caltuarij ſcriptum ſit, ſed cerinarij : quaſi à colore ceræ nominati, M. Varro intuſium dicere maluit, quàm induſium: qui de indutu ſiue amictu ſcribens, ſic inquit : Vnum quod foris ac palàm, pala: alterum, quod intus, à quo intuſium. *Offerre.*] pro offerebant. Infinitiuus pro indicatiuo, quo hiſtorici & poëtæ vtuntur. *Epularis ſermo.*] Ex præſcripto legis conuiualis oportet conuiuas nec loquaces eſſe, nec mutos: quia eloquentia in foro, ſilentium verò in cubiculo eſſe debet. Sermo autem epularis hic eſt, qui inter epulas feritur : & debet eſſe iucundus atque inuitabilis, & cum quadam illecebra & voluptate vtilis. Dum veſcimur, tunc tacendum eſt: ob hoc dixit Gellius: Intereà puer venerat, & olla deferbuerat, tempúſque eſſe cœperat edendi & tacendi. *Ioci liberales.*] Nam dicteria omnia & ſcommata accommodata ſunt conuiuali hilaritati : ſed ioci minùs aſperi, & dentatæ beluæ morſus in conuiuio dici & debent & ſolent. Apud

Græcos lædoria & ſcomma nominantur ioci mordaciores, & vrbanitas amarulenta. Sapiens, vt inquit Macrob. inter menſas & pocula præcipuè exercet id ſcommatis genus, hoc eſt, morſum figurarum, quod vrbanitate tegitur, nec ſemper ad amaritudinem pergit. Veteres noſtri iocos dicteria dicebant. Plautus comicus, & Tul. orator, iocorum venuſtate cæteris præſtitiſſe memorantur. Tyro Tullius Ciceronis libertus libros tres de patroni iocis compoſuit. Iocum id accipimus, vt docet Quintilianus in 6. quod eſt contrarium ſerio. M. Tul. in primo de Officiis: Duplex, inquit, eſt iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum: alterum elegans, vrbanum, ingenioſum, facetum. Illiberali ioco abſtinere, ingenuo vti debemus. Tunc autem ioco vti licet, cùm ſeriis rebus ſatisfecerimus. *Cauillus hinc indè.*] Ex omni parte conuiuij cauillationes reſonabant: eſt enim cauillus, ſiue cauillatio, irriſio, & iocoſa calumniatio, vt ſuprà diximus.

Templis & lauacris.] Conſimiliter Sidonius Apollinaris, Narbonæ Galliæ ciuitatem à delubrorum & thermarum magnificentia commendat. *Pollemus affatim.*] copia vtenſilium abundamus. Affatim aduerbium eſt, quod admodùm, abundanter, & copioſe ſignificat, vt grammatici autumant: cuius dictionis ſyllaba prima acuitur, & ita Probus grammaticus & veteres pronuntiabant: & teſtis eſt Gellius. Coniũgitur ferè ſemper cum geniti-

Tum inſit ad me Byrrhena: Quàm cõmodè verſaris in noſtra patria? Quod ſciã templis & lauacris, & cæteris operibus, longè cunctas ciuitates antecellimus. vtenſilium præterea pollemus affatim certa libertas, otioſa: & negotioſa quidem, adueniente Romana frequẽtia. modeſto verò hoſpiti quies villatica, omníque denique prouinciæ voluptuarij ſeceſſus ſumus. Adhæc ego: Verè memoras, nec vſquam gentium magis me liberum quàm hîc fuiſſe credidi. Sed oppidò formido cæcas & ineuitabiles latebras magicæ diſciplinæ. nã ne mortuorũ quidem ſepulchra tuta dicuntur: ſed & buſtis & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præſegmina, ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur. Et cantatrices aniculæ in ipſo momento chorægij, funeris perpeti celeritate alienã ſepulturam ante eortunt. His meis addit alius: Imò verò iſtic nec viuentibus quidem

ullis

vllis parcitur. & nescio quis simile passus, ore vndique omnifariam deformato truncatus est.

uo : vt affatim lignorum, affatim copiarum, affatim pecuniæ est apud eruditos frequentissimum : & nos in superioribus annotauimus. *Certa libertas.*] Laus illa est maxima ciuitatis, in qua sit libertas certa, æquáque tam ciuibus quàm peregrinis. Vult, inquit Aristot. libr. 4. Politicorum, lex popularitatis pares esse diuites & pauperes, & vtrosque iuxtà æquales. Popularis enim libertas est, vt idem in 6. refert, propositum popularis reipub. est libertas, quæ, vt iurisconsulti memorant, inestimabilis res est. de qua Plautinus leno sic: Ædepol. libertas lepida res. Prisci festiuitatem libertatis colebant, Eleutheria, quasi dicas liberatoria appellantes. Plautus in Persa: Basilicè agito Eleutheria. *Ociosa.*] Pulchrior sensus est, si legas, Ocioso & negocioso quidem aduenæ, hoc intellectu: Ociosis hominibus in Hypata est certa libertas: negociatoribus verò aduenis, qui frequentia gaudent, hîc videtur esse tam frequens multitudo, quàm Romæ conuisitur. vel quòd Hypatam negociatores quoq; Romani frequentes colerent. nihil tamen immuto ex priori lectione, cuius sensus subsistit. *Quies villatica.*] Mirificum optimæ vrbis præconium, in qua hospites & alienigenæ ea quiete & otio degunt, qua in villa perfruuntur. Officium autem peregrini & incolæ est, vt præcipit M. T. nihil præter suum negotium agere, minimè in aliena esse Rep. curiosum. *Prouincia*] Thessaliam significat, vbi erat Hypata. *Magna.*] Lego, magis. *Oppido.*] valde. veteres antigerio dicebant, in eadem significatione. Sed verba quæ ab vltimis & iam obliteratis sunt repetita temporibus, ea omittere debemus, si Quintiliano præcipienti credimus, qui ait, nihil esse odiosius affectatione. *Ex bustis & rogis.*] Bustum propriè est locus, in quo mortuus est cõbustus & sepultus. Dicitur bustũ, quasi bene vstũ. Aliquãdo busta sepulturã vocamus. Ser. pyras, busta & rogos ita discriminat: Pyra, inquit, est lignorũ cõgeries, rogus cùm ardere cœperit, bustũ verò iã exustũ vocatur. Quẽ ordinẽ seruat Virg. dicẽs: Ter circũ accẽsos decurrêre rogos. itq́, Semiustáq; seruant busta. Donatus verò sic refert in 11. Æneid. cõmen. Busta sunt, inquit, loca in quib. busta arserũt. Primò. n. pyra dicũtur, & rogi: posteà busta vocitãtur, vbi arserũt. Apud Solonẽ pœna ex lege cõstituta est, si quis bustũ violauerit, deiecerit. Bustum putat appellari M. T. quod Græci tũbã vocãt. A busto, bustuarij gladiatores dicti, qui autè sepulchra depugnare solebant. *Cadauerũ.*] Apud Lucanũ Erichto, magarũ formosissima, ossa ardẽtia ex medijs rogis rapit

ferales quoque veſtes colligit,eadem deſæuit in artus defunctorum, Immergítque manus oculis, gaudétque gelatos Effodiſſe orbes,& ſiccæ pallida rodit Excrementa manus. Vbi annotandum,à Lucano excrementa manus dici, quæ alij reſegmina vocant,& præſegmina:hoc eſt, excreſcentia purgamenta, quæ ex vnguibus eminulis ſubinde reſecantur.Magi,vt tradit Plin.libr. duodetrigeſimo: reſegmina vnguium ex pedibus manibúſque cera permixta,tertianæ vel quartanæ febri mederi dicunt.Idem iubet, reſegmina vnguium ad cauernas formicarum abijci, eámque quæ prima cœpit trahere correptam ſubnecti collo, & ita diſcuti morbum febris.Idem Plin. ait,magos omnia eſſe perſecutos vſque ad reſegmina vnguium.Plau.in Aululari a:Quando ipſi pridem tonſor vngues dempſerat, colligit omnia,abſtulit præſegmina. Prætereà Democritus commentatus eſt,& Apollonius ſcripſit,oſſa defunctorum eſſe efficaciſſima ad quoſdã morbos. Artemon ait:Caluaria interfecti aquam fontanam ſi quis propinet, comitialibus morbis mederi, quidam ex eadem caluaria ſuſpendioſi hominis catapotia fecerunt,contra canis rabidi morſus. *Choragij ſu.*]apparatus funebris.Penſitata diligenter & ſolerter ſignificatione huiuſce vocabuli,animaduerti, choragium generali vocabulo dici inſtrumentum atque apparatum: vnde choragium gloriæ in 4. Rhetoricorum ad Herennium, choragium ſcenæ apud Feſtum, choragium funeris apud Apul. pro inſtrumento ſcilicet apparatus.Fulgentius Placiades non ſatis ſcienter & rectè choragium accipit pro virginali funere: ſuper quo copioſiùs in ſecundo Suetonij commentario.Choragus autem ſignificatur præfectus choragij, pro expenſæ ſuppeditator,choreæ princeps, necnon chori conuiuiíque magiſter. vt apud Plaut.in Perſa ſcribentem: Ornamenta ab chorago ſumito. item in Trinummo: Ipſa ornamenta ab chorago ſumpſit ſuo periculo. Apul.in apologia, choragium thymelicum appellat: intelligi volens inſtrumentum ſcenicum & hiſtrionicum apparatum. Victruuius in 5. de architectura, præcipit porticus poſt ſcenam conſtituendas eſſe,vt cùm imbres repentini ludos interpellauerint,habeat populus quò ſe recipiat ex theatro:Choragia laxamentum habeant ad comparandum,vti ſunt porticus Pompeianæ. *Perpeti.*]perpetua,continua,durabili. perpetem enim veteres pro perpetuum dixerunt.Plautus in Amphitryone:Niſi itẽ vnam verberatus quam pependi perpetem.ſed hoc in loco legere malim præpeti celeritate,quaſi veloci & ſtrenua: ſicut à Virgil.dictum eſt,Præpetibus pennis.item alibi, Præpetis omina pẽnæ.quod vocabulum augurale eſt, vt Higinus tradit. Præpetes enim

enim vocantur aues,quæ volatu futura prædicunt, quaſi ſuperiora petentes:quæ cùm ſint boni augurij, vt docet Ser.ideò dixit Maro præpetibus pennis,pro fœlicibus.Higinus aut,præpetes aues ab auguribus appellari, quæ aut opportunè prævolant,aut idoneas ſedes capiunt.Locos quoque præpetes,quòd idonei fœlicéſque ſint,augures appellant. Et Ennius in Annalibus dixit, Præpetibus hilares ſeſe pulchríſque locis dant. Item, Brunduſiũ pulchro procinctum præpete portu.Trimatius poëta Victoriam volucrem præpetem appellauit, hoc verſu : Dum dat vincenti præpes Victoria palmam. Diſcrepant à præpetibus auibus inferæ aues,auctore Nigidio Figulo : ex quo eſt coniectare, vt Auli Gellij verbis vtar,præpetes appellatas, quæ altiùs ſublimiúſque volitent. Homer. præpetes alites appellat πτερυγίπετας,id eſt ingentibus alis patulas atque porrectas. *Anteuortunt*] Senſus eſt, Aniculæ magia pollentes,celeritate quadam perniciſſima, dum apparatus funebris inſtruitur,dũ neceſſaria ad funerandum præparantur,præripiunt anticipántque alienam ſepulturam. *Iſtic*] Hypatæ,& in tota Theſſalia. *Neſcio quis*]De ignoto homine,& ignobili,ſic loqui conſueuimus. Plautus:Certè enim hîc neſcio quis loquitur.M.Tul.in Orationibus:Neſcio quis iſte Ligus,additamentum inimicorum meorum. *Omnifariam*.]ex omni parte:aduerbium eſt.omnifariæ diſciplinæ dicuntur omnis generis, ſicut & multifariæ. Multifariam dixerunt antiqui,quod videlicet in multis locis fari poterat.*Deformato*.]dehoneſtato,deuenuſtato,deculpato:aliàs formato, figuratóque. Deformare enim modò eſt polluere,& dedecorare : aliàs per formas deſignare,vt apud Vitruuium oppidò quàm frequenter in hac ſignificatione.Cicero in Oratore,deformatam Remp.dixit.Virgil.Horrida vultum Deformat macies.

Inter hæc, conuiuium totum in licentioſis cachinnis effunditur, omniúmque ora & obtutus in vnum quempiam angulo ſecubantem conferuntur, qui cunctorum obſtinatione confuſus, indigna murmurabundus, cùm vellet exurgere:Imò,mi Telephron, Byrrhena inquit, & ſubſiſte pauliſper,& more tuæ vrbanitatis fabulam illam remetire,vt & filius meus iſte Lucius lepidi ſermonis

Licentioſis cachinnis.] ſolutiore riſu , & ſonantiore.*Obtutus.*] oculi. *Secubantem.*]ſeorſum , ſeiunctímque cubantem. Id enim ſignificat ſecubare. Amatores ſecubant , hoc eſt ſeiunctim diſſeparatímque dormiunt, cauſa reli-

gionis & caſtitatis. Ouid. Secubat in vacuo ſola puella thoro. Liuius: Nolle eam mirari, quòd per aliquot noctes ſecubuiſſet. *Obſtinatione.*] id eſt, aſpectu obfirmato & immobili. *Indigna murmurabundus.*] ob indignationē murmurans. archaiſmos eſt. Murmurabundus autem, vt alibi docuimus, non tam dicitur murmuranti ſimilis, quàm immodicè & intemperanter murmurans: ſicut nomina in bundus deſinentia ferè ſemper demonſtrant largam copiam, & fluētem, & quaſi abundantiam rei vnde inclinantur. *Subſiſte paulliſper.*] Cùm Telephron vellet exurgere, meritò dixit matrona Byrrhena, ſubſiſte: hoc eſt, cohibe te & contine. *Remetire.*] renarra, repete. Tranſlatio ab his quæ pondere & menſura metiri ſolemus, ac remetiri. Dixit Virgil. Pelagóque remenſo Improuiſi aderunt. *Filius meus.*] Nomen amoris & affectus. *Lucius.*] Apuleium intelligit. *Sic ille commotus,*] ſic Telephron dixit, indignatione percitus, & bile commotus. *Ingratis.*] non vltrò, & nolentem, & quaſi reluctantem adegit, vt fabularetur. Vltronea, vt inquit Donatus, grata ſunt: ingrata, quæ ab inuitis fiunt, ac recuſantibus. Ingratus dicitur inuitus & coactus, vt apud Terent. in Eunucho: Opus faciam vt defatiger, vſque ingratus vt dormiam. *Effultis in cubitum.*] Mos eſt ſermocinaturi in conuiuio, vt ſeſe componat ad dicendum, vt aggerem quaſi quendam faciat ex veſte ſtragula & menſali, cubitúmque effulciat. ſicut apud poëtam: Æneas medio ſtans aggere fatur. *Conformat articulum.*] Manus oratoris, ſine quibus (vt inquit veriſſimè Quint.) truncа eſt actio ac debilis, innumeros motus habens, ipſam verborum copiam perſequentes, immò (vt ita dicam) ipſæ in oratore manus loquuntur: cuius geſtus ille maximè comis eſt, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus: duo quoque medij digiti ſub pollicem veniunt. & eſt hic adhuc priore geſtu inſtātior, principio & narrationi

tui perfruatur comitate. At ille: Tu quidem domina (ait) in officio mones ſanctæ tuæ bonitatis, ſed ferenda non eſt quorundam inſolentia. Sic ille commotus. Sed inſtanti Byrrhenæ, quæcū adiuratione ſuæ ſalutis ingratis cogebat effari, perfecit vt vellet. Ac ſic aggeratis in cumulum ſtragulis, & effultis in cubitū, ſubrectíſque in torum, porrigit dexteram, & inſtar oratorum conformat articulum: duobúſque infimis concluſis digitis, cæteros eminus porrigens, & infeſto pollice clementer ſubrigens, infit Telephron.

rationi accommodatus. interdum tres contracti pollice premuntur: digitúsq; ille index nominatur, qui est pollici proximus (qui in exprobrando & indicando, vnde & nomen est, potissimũ valet) explicari solet: quo vsum optimè Crassum Cicero dicit. Nũc Lucius noster ait, ita conformatã oratoris manum, vt duo digiti infimi, minimus scilicet & minimo proximus clauderentur, cæteris dilucapedinatis & exporrectis. nam talis quoque gestus dicturo conuenit. *Infesto pollice.*] erecto, & quasi minante. Pollet. n. plurimùm in tota manu pollex: vnde & nomen, ab eo quod polleat, accepit. Apud Græcos ἀντίχειρ vocatur, quasi manus altera. Præcisis pollicibus militia remouẽtur, vt inutiles. hinc apud Rhetores oratores famigerata est illa achromos, id est sine colore cõtrouersia: Decẽ milites belli tempore pollices sibi amputauerũt, ne militare possent: Rei sunt læsæ reipublicæ. Scribit Ammianus Marcellinus, quòd nemo ex Gallis pollicem sibi præcidit vnquã, munus Martium pertimescens. hos ioculariter murcos appellant, quasi ignauos, vt opinor, & desides. namq; & prisci Murceã deam vocauerunt, quæ faceret hominem (vt ait Pomponius, & narrat Augustinus) murcidum, id est nimis desidiosum. Olim, vt apud Historicos scriptum legimus, Athenienses pollices præcidi iusserunt Æginetis, vt rei nauticæ inhabiles redderẽtur: classe. n. valebant. *Insit.*] Modò incipit, modò loquitur significat. Virg. Insit, eo dicẽte Deũm domus alta silescit. Itẽ, Et Venulus dicto parẽs ita farier insit. apud Plautũ in Rudent.: Insit lenoni suadere.

Pupillus ego Mileto profectus adspectaculum Olympicum, cum hæc etiam loca prouinciæ famigerabilis adire cuperem, peragrata cuncta Thessalia, fuscis aubus Lariſſam accessi. Ac dum singula pererrans, tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta conquiro, conspicor medio foro procerum quendam senem. Insistebat lapidem, claráque voce prædicabat: Siqui mortuum seruare vellet, de pretio liceretur. Et ad quempiam prætereũtium: Quid hoc, inquam, comperior? hiccine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille. Nam oppidò puer, & satis peregrinus es, meri

Mileto.] Ciuitas est Ioniæ caput, Lelegeis anteà & Anactoria nominata, super octogintavrbium genitrix. Ex Mileto fuerunt Thales, vnus de septem sapientibus: & Anaximander, & Anaximenes. Itẽ Hecatæus historicus, & Æschines orator. Prouerbiũ est apud Aristophanẽ, & Græcos, de Milesiis, ἀνὴρ ἀν-

τίμιοι μιλήσιοι, olim fortes fuere Milesij: cùm ampliùs non essent, vtpotè luxu emolliti, eneruatique. Altera quoque parœmia celebratur οἶκοι μιλήσια, id est, domi Milesiæ: de his qui delicias intempestiuiter, neque vbi conuenit, ostentant. Nam cũ Aristagoras Milesius Lacedæmonem venisset, rogans ferre suppetias Ionibus bello Persarum pressis, cõcionabatur indutus veste delicata & pretiosa. Tunc vnus ex Laconibus ephoris, ad illum versus dixit, οἶκοι τὰ μιλήσια, hoc est, Domi deliciæ Milesiæ vsurpandæ sunt, nõ apud nos, quando videlicet cupitis impetrare auxilium: non enim conuenit calamitosis, delicatus apparatus. *Ad spectaculum olympicum.*] Olympiacis ludis apud scriptores ferè omnes nihil celebratius, de quibus copiosè apud Suetonium perscripsi: ideóque in præsentia supersedendum. *Famigerabilis.*] Clarus, & inclytus, hoc vocabulo significatur, sicut & famigeratus: famigeratores verò dicuntur hi, qui famam rumusculósque disseminant ac circumferunt, vànidici & mendaciloqui, quos senex Plaut. in Trinummo, malo & damno dignos censet. *Fuscis auibus.*] malo augurio, & improspero. fuscæ enim aues nigríque coloris

tóque ignoras Thessaliæ te consistere, vbi sagæ mulieres ora mortuorum passim demorsicant: eáque sunt illis artis magicæ supplementa. Contrà ego: Et quæ tu, inquam, dic sodes, custodela ista feralis? Iamprimùm, respondit ille, perpetem noctem eximiè vigilandũ est, exertis & inconuersis oculis semper in cadauer intentis, nec acies vsquam deuerteda, immò ne obliquanda quidem: quippe cum deterrimè versipelles, in quoduis animal ore conuersõ, latenter obrepant, vt ipsos etiam oculos solis & iustitiæ facilè frustrentur. Nam & aues, & rursum canes, & mures, imò verò etiã muscas induunt. Tunc diris cantaminibus somno custodes obruunt: nec quisquam definire poterit, quantas latebras nequissimæ mulieres pro libidine sua comminiscuntur. Nec tamen huius tam exitiabilis operæ merces amplior, quàm quaterni, vel seni fermè offeruntur aurei. Ehem, & quod penè præterieram, si qui non integrum corpus manè restituerit, quicquid inde decerptum diminutúmque fuerit, id omne de facie sua defectum sarcire compellitur.

loris ominosæ ferè sunt,& infortunium portendunt:sicut econtrariò,candidæ aues accipiuntur pro bonis, & fœlicitatem prædicunt.In hanc sententiam Horatius : Mala soluta nauis exit alite,dixit pro infœlici & diro augurio. Cornix,coruus, bubo,nigro colore & fusco,inter inauspicatas aues numerantur à Plinio in 10.Naturalis historiæ. *Lariſſam.*]ciuitatem Thessaliæ clarissimam,vnde Achilles Lariſſæus dictus est : & Lariſſa Argiuorum arx,Cyclopum opus,qui gasterocheres, id est ventrimani appellantur:vt antè diximus, Lariſſa quoque Ossæ locus est,pensilis nominata. Est & alia in Creta. Fuit & Lariſſa in Asia,iuxta Cymam.In agro quoque Attico Lariſſa,& Trallibus vicus nomine Lariſſa. *Inſiſtebat lapidem.*] Præconem fuisse significat,siquidem ex more prisco solebant præcones ex lapide facere præconium, vbi mancipia quoque venalia,præconis voce venalia proclamabantur. Ob id seruos de lapide emptos,dici reperies.Plautus in Bacchidibus : ô stulte,nescis nunc vendi te ? atque in eo ipso adstas lapide,vbi præco prædicat.M.Tullius in oratione contra Pisonem , translatione decenti tribunos de lapide emptos esse ait: quia,vt interpretatur Asconius Pedianus, mercede id faciebant. De hoc genere seruorum qui de lapide empti sunt,intelligi voluit Columella his verbis , quæ ex libro quarto agricolationis subiecimus : Non tamen excedunt septem iugera vnius operam vinitoris,quem vulgus quidem parui æris,vel de lapide noxium posse comparari putat. Hic de lapide noxius,hauddubiè significatur venalis,de lapide emptus. Corrector Columellæ, vir alioquin eruditus (quem nominari in hac parte, in qua reprehenditur,inhumanum est)in Annotamentis quæ in scriptores agricolationis annotauit,de lapide noxium interpretatur, de Capitolino lapide deiectum,errore non dubio : cùm, vt alia omittam,emi non possit is qui ob noxiam de saxo Tarpeio ad mortem præcipitatus sit.Non inficior,de saxo Tarpeio solitos deiici,ob atrox delictum fontes,vt olim T.Manlius,& alij : sed ad sententiã Columellæ hoc adeò non pertinet,vt sit penitùs contrarium. *De pretio liceretur.*] indicare pretium faceret, quantum sibi dari vellet qui mortui cadauer seiæ seruaturum esse promitteret.Hoc enim præconium illic fieri solebat, ad defendendas scilicet magarum præstigias, quæ mortuis irrepentes sub habitu bestiolarum corpora demorsicabant,& frusta amputantes subducebantur.Liceri autem propriè est,pretium differre pro re emenda, vt sibi potiùs quàm alteri venalia addicantur. Vlpianus:Si res eius venierit,& exsistat qui plus liceatur, an integrum propter lucrum restituendum sit.Præceptum est M.Tullij in Officiis,ne licitatorem ven-

ditor,nec contra ſe qui liceatur emptor apponat. Apud Curtium Alexander in epiſtola ad Darium : Impia,inquit,bella ſuſcipitis, & cùm habeatis arma,licitamini hoſtium capita:hoc eſt,pretiũ offertis pro capite meo. Darius enim Perſarum rex pro capite Alexandri mille talenta percuſſori daturũ ſeſe promiſerat. Plautus in Sticho:Iocos ridiculos vendo,age licemini. *Comperior.*]Pleraque verba vtroque modo faciendi ſcilicet & patiendi,apud priſcos efferebantur:vt luxuriatus,luxuriat,fluctuatus fluctuat,aſſentior aſſentio,comperior comperio.auctor Quint. in 9. *Oppidò puer.*]valde puer,puerilitatis inſcitia præditus. Talia meritò dicuntur ad ignarum Theſſalici moris. *Sagæ.*]incantatrices,& ſciẽtes artis magicæ: ſuper qua dictione in primo commentario ſatis ac ſuper. *Dic ſodes.*]Dictio comica eſt:&,vt auctor eſt M.T. in Oratore , ex copulatis verbis coagmentata. dicitur enim Sodes,pro ſi audes,ſicut ſis,pro ſi vis. *Cuſtodela feralis.*]mortui cuſtodia. diminutiuũ eſt:cui conſimilia ſunt fugela,cautela,axela,mãdatela,vmbela,& huiuſmodi alia:de quibus Priſcianus in 3. *Feralis.*]ad mortuos pertinens.feralia dixerunt,Dis manibus ſacrata feſta. *Perpetem noctem.*]nocte perpetua & integra.Perpetem enim,vt ſuprà diximus,perpetuum dici voluerunt. *Exertis oculis.*]vigilantibus , & inconniuentibus. Sicut enim exertum dicitur, quod denudatum eſt , ita exertus oculus eleganter appellatur,apertus & vigil:talis enim denudatus,intectúſque eſt. *Acies.*]ſcilicet oculorum. *Verſipelles.*]Magas ſiue ſagas intelligit,quæ potentia magica transfigurantur in varias effigies animalium. Verſipelles enim dicti ſunt,quolibet genere ſeſe commutantes. Plautus in Amphitryone: Verſipellem ſeſe facit quando lubet. Plinius ex opinione fabuloſa homines tradit in lupos verti , rurſúſque reſtitui ſibi dicit:inde factum eſſe, vt in maledictis verſipelles habeantur. *Oculos ſolis & iuſticiæ.*]Nihil ſole oculatius eſt:quippe qui omnia intuens,omnia etiam exaudiens eſſe dicitur abHomero & Plinio. Ambroſius in Hexamero,ſolem eſſe ait mundi oculum,iucunditatem diei,cœli pulchritudinem. A Græcis πανθ' ὁρᾶν,id eſt,omnia videns. Oſiris,qui eſt ſol,interpretatur multioculus:vt Diodorus & Euſebius prodidere. Iuſticia quoque oculatiſſima eſſe fingitur,oculo vegetiſſimo,acie perſpicaci,& cuncta perſpiciente:quam Chryſippus fieri ſolitam eſſe prodidit aſpectu formidabili , luminibus oculorũ acribus: neque humilis, neque atrocis,ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Plaut. volumine de legibus nono,Iuſtitiam omnium ſpeculatricem atque vindicem appellat , & ita dici à priſcis ſacerdotibus tradit, Lucius noſter itidem in tertio,iunctim ponit:Solis & iuſticiæ teſtatus

ſtatus oculum. Quod autem quidam dicunt, de oculo iuſtíciæ mentionem fieri à Diodoro, & inter ſacras Ægyptiorum literas referri, id haud vtique verum eſt: etenim Diodorus in 4. Bibliothecę, differens de literis Hieroglyphicis, ait, in illis oculum hominis ſcribi, qui ſignificat iuſticiæ ſeruatorem, & totius corporis cuſtodem: nulla facta mentione de oculo iuſticiæ. Lege & penſita diligenter verba Diodori, apertiſſimè cognoſces ita eſſe & ſignificare, vti nos docuimus. *Muſcas induunt.*] in muſcas & aues transfigurantur. Induere autem eſt, in auem transformari. A Virgilio dictum eſt, Induit mucronem, pro mucrone confoditur. *Penè prætermieram.*] Sic Plinius: Penè præterij; quod minimè prætereundum fuit. *Corpus.*] defuncti, quod cuſtodiendum receperit. *Manè.*] hora matutina. *Sarcire compellitur.*] tanquam talionis pœnæ ſubiiciatur, quæ oculum pro oculo, dentem pro dente, membrum pro membro repoſcit.

His cognitis, animum meum commaſculo. & illicò accedens præconem: Clamare, inquam, iam deſine, adeſt cuſtos paratus, cedo præmium. Mille, inquit, nummi deponentur tibi. Sed heus, iuuenis, caue diligenter, principum ciuitatis huius filij cadauer amalis harpyis probè cuſtodias. Ineptias, inquam, mihi narras, & nugas meras. vides hominem ferreum, & inſomnem certè, perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum. Vix finieram, & illicò me produxit ad domum quampiam, cuius ipſis foribus obſeptis, per quandam breuem poſticulam intrò vocat me, & conclaue quoddam obſeratis liminibus, vmbroſum demonſtrat cubiculum, matronam flebilem, fuſca veſte contectam. Quam propter aßiſtens: Hic, inquit, auctoratus ad cuſtodiam mariti tui fidenter acceßit. At illa crinibus antependu-

Commaſculo.] roboro, firmo, & maſcula quadam virilitate perfulcio. Nam quæ maſcula ſunt, valentiora ſunt, & robuſtiora. Vnde maſculum pro forti & vehementi vſurpat antiquitas, vt teſtatur Nonius. Arboribus, immò potiùs omnibus quæ terra gignit, herbíſq; etiam, vtrumque ſexum eſſe, diligentiſſimi ſcriptores tradũt: maréſque in omni genere fortiores eſſe, præterquã in pantheris & vrſis. Maſculeſcere verbum Plinianum eſt, pro eo quod eſt

masculinum fieri. Masculeta quoque in vineis dicta, cùm palmites induruerunt per pedamenta propagati. *Adest custos paratus.* } id est, ego adsum. *lis hincinde dimotis, etiam in mœrore luculentam proferens faciem, méque respectans: Vide, oro, inquit, quàm expergitè munus obeas. Sine cura sis, inquam, modò corollarium idoneum comparas. quo placito, ocyùs surrexit, & ad illud me cubiculum inducit.*

nam de nobis, vt auctor est Quint. loquimur tanquam de aliis: vt, dicit Seruius, negat Tull. pro eo quod est, Ego Seruius dico, Ego Tullius nego. *Cedo*] dic, da præmium. Verbum comicum, & apud Plaut. frequentissimum. *Clamare desine.*] Tandiu clamat præco in re aut vendenda, aut locanda, quandiu non adest emptor vel conductor: quo parato, clamare desistit. *Cadauer à malis harpyis.*] Præcipit præco, cadauer illud primarij iuuenis solerter custodiendum esse à nequissimis mulieribus, quas scitè appellat malas harpyias, quoniam instar harpyiarum rapiebant, & raptu immundo furtiúque cuncta prophanabant. Harpyias Iouis canes dictas esse traduut, quas Apollonius duas esse dixit, alij tres, quas poëta inclytus luculentis versibus ita describit: Virginei vo lucrum vultus, fœdissima ventris Proluuies, vncæque manus, & pallida semper Ora fame. Ab ἁρπάζω, quod est rapio, harpyias nominari autumant: quas quidem Neptuni filias esse prodiderunt, quia ferè prodigorum omnium pater est. Alij dicunt harpyias filias Thaumantis & Electræ. Nomine harpyiarum, rapaces, furtifici, auari significantur. *Hominem ferreum.*] Semetipsum Telephron signat, qui loquendi modus est vsitatissimus. *Insomnem.*] pernigilem, ac sine somno. Insomnia dicitur vigilia, & insomnis vigil. Vnde apud Virgil. grammatici ita legunt: Anna soror, quæ me suspensam insomnia terret? vt insomnia generis fœminini, & numeri singularis, vigiliam significet. *Ipso Lynceo.*] Valerius Flaccus in primo Argonauticôn, Lynceum memorat in catalogo Argonautarum: quem dicit fuisse oculatissimum perspicacissimúmque mortalium, his versibus: Fluctibus & mediis terras dabit ille magistro, Et dabit astra rati, cúmque æthera Iuppiter vmbra Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus. Autumat Plin. fabulam cernendi Lynceo inde ortam, quòd nouissimam primámque lunam in ariete primus eadem die conspexerit: quod nullo alio in signo contingit. De Lynceo sic scribit Hieronymus contra Iohannem Origenistam: Lynceus, vt fabulæ ferunt, videbat trans parietem. hinc prouerbialiter Lynceus pro ocula-

oculatiſſimo,& acutiſſimi viſus vſurpatur.M.Tull.Quis eſt tam Lynceus,qui in tantis tenebris nihil offendat?Horat. Non oculo poſſis quantùm contendere Lynceus. Item:Ne corporis optima Lyncis Contemplere oculis. Quidam oculos lynceos à lyncibus quæ clariſſimè omnium quadrupedum cernunt, falsò deducũt. *Argo.* Argum totum ſtellatum oculeúmque fuiſſe,nullus ignorat,qui vel illud Naſonis notiſſimum legerit, Centum luminibus cinctum caput Argus habebat. Huic cuſtodi Ionis vigilantiſſimo,Mercurius falcato enſe caput amputauit: cuius oculos excepit Iuno,eóſque collocans in pennis pauonis,caudam gemmis ſtellantibus implet. hinc Argiphontes poëtis dictus Mercurius,quaſi Argi peremptor. Myſticè autem Argus eſt,cœlum ſtellarum luce diſtinctum, quibus ineſſe quædam ſpecies cœleſtium videtur oculorum. Cœlum autem Argum vocari placuit, à candore & velocitate. Hic ergo ambitus cœli ſtellarum luminibus ornatus,exiſtimatur enectus eſſe à Mercurio: quia ſol,qui & Mercurius eſt,diurno tempore obſcurando ſidera veluti enecat,vi luminis ſui conſpectum eorum auferendo mortalibus. *Illicò.*]ſtatim. *Obſeptis*]occluſis,obfirmatíſque. *Poſticulam.*]hoc eſt,per poſtes tergo relictos,& poſteriorem domus partem,quod & poſticum dicitur:diminutiue poſticulum.Plautus in Trinummo:Poſticulum hoc recipit,cùm ædes vendidit. Seruius grammaticus ait poſticam fœminini generis à poſtico differre, eo quòd poſtica verbum augurale ſit, & ad augures tantùm pertinet, quæ in cœlo deſignatur.de qua M. Varro: Templi in cœlo quatuor partes dicuntur:Siniſtra ab oriente,dextra ab occaſu,antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. Annotauimus in Tranquilli commentariis, pſeudothyron perquàm eleganter & ſcitè pro poſtico vſurpari ab Ammiano Marcellino, M.Tullio, Paulo Oroſio, aliiſque ſcriptoribus luculentis. *Conclaue quoddam.*]Conclauia dicuntur loca,quæ vna claue clauduntur. Conclauata quoque,dicebantur apud veteres, quæ ſub eadem erant claue.Mart.In omnibus Vacerra quòd conclauibus. *Fuſca veſte.*] Nigra veſtimenta lugentibus accommodata ſunt, à Varrone amiculum nigellum dicitur,veſtitus lugubris. Priſci anthracinũ nigrum dici voluerunt: anthrax enim Græcè carbo appellatur, vnde anthracina lugentium veſtis. Illud notabile, quod tradit Plutarchus in problematis: mulieres ſcilicet in luctu albis veſtibus indui ſolitas,vt quemadmodùm mortui corpus albis veſtibus velabatur,idem & propinquos facitare voluerunt.Alba autem veſte idcircò cadauer exornabant, quia ſolus albor,color ſincerus ac purus, minimèque inquinatus eſt, & ob id mortuũ

aptiſſimus. De nigris autem veſtibus non minùs quàm purpureis illud dici meritò poteſt: Doloſæ veſtes,doloſi colores. *Propter.*]propè,iuxta:vt Virgilius,Propter aquæ riuum. *Auctoratus.*] Id eſt, auctoramento obligatus, & mercede conductus,& pretio emptus ad cuſtodiendum cadauer. Interpres Horatianus illud ex Sermonibus, auctoratus eas , haudquaquàm inſcitè interpretatur tali interpretamento:addictus,condemnatus. Qui ſe vendunt ludo,auctorati vocantur.In tertio Suetonij commentario non parùm multa perſcripſi ſuper auctoramento , & auctoratis gladiatoribus.Porphyrion ſignans gladiatorem,inquit:Auctorabitur in ludum. Illud adde,quòd auctorandi poteſtatem, hoc eſt vouendi conſecrandíque,niſi patres,non habebant: eſt enim auctorare,obligare:auctoratus,obligatus.quod nomen maximè ad gladiatores refertur, qui auctoramento & mercedis obligatione addicuntur, mancipantúrque gladiaturæ :& propriè auctorati ad periculum conducuntur.Contrà exauctorati dicuntur milites, quaſi obligati ſolutíque à militari conſecratione,obligationéque.quod interdum per ignominiam contingit,vt legiones exauctorentur ab Imperatore, nonnunquàm citra ignominiã.Plin.in 14. Vindemitorẽ auctoratum decenter dixit, mercede conductum,& ſublimitate vitis periclitantem.Item 36.populum Rom.decenter auctoratum appellat , in ſpectaculis periclitantem inſtar gladiatorum,qui auctorati,id eſt,conducti ſunt ad mortem.De auctoramento mentio eſt apud Senecam,M.Tullium,& Suetonium. In hanc fermè ſententiam Liuius in 37. Eo verò pignore velut auctoratum ſibi proditorem ratus eſt. Pomponius poëta Bononienſis,ſcriptor Artellanarum, fabulam ſcripſit,cui tit.eſt Auctoratus , cuius teſtimonia grammatici identidem aduocant. Quint.quoque ſenior in declamationibus vnam condidit , quæ inſcribitur Auctoratus. vbi hoc legimus: Illum maiores prohibuerunt theatro,qui vilitate,qui gula ſe auctoraſſet. *Crinibus antependulis.*] Caproneas dici voluerunt veteres,capillos,qui ante frontem ſunt, quaſi à capite pronos:qui alio nomine antiæ nominantur, quos in præſentia Apuleius antependulos vocat,quos alibi anteuentulos dixit,& propendulos. In Floridis: Iam primùm , inquit , crines eius præmulſis antiis , promulſis caproneis anteuentuli & propenduli. *Etiam in mœrore luculentam.*] Mira profectò & exuperantiſſima eſſe creditur formoſitas illa , quæ etiam in mœrore & ægritudine luculenta conſpicitur. *Quàm expergitè minus obeas.*] vt vigilanter officium iniunctum peragas. Obire munus, eſt officium facere. Namque hac præpoſitione Ob , antiqui vſi ſunt pro ad:vt ob os, ad os:

ad os: obmoueto,pro admoueto: occenſos dixit Ennius,pro accenſos, & in Iphigenia, Acherontem obibo, inquit, pro adibo. Item,ob Romam dixit,pro ad Romam,illo verſu, Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.Obire diem ſignificat mori, quaſi ire ad diem fato deſtinatum. Apud Suetonium & M.Tullium obire diem ſignificat adire diem, & in tempore eſſe ad munus obeundum die præſtituto. *Modò corollarium*]Senſus eſt: omnem curam exue, & ſolicitudinem miſſam facito,ô matrona: modò mihi præpares aliquod quaſi auctarium & munuſculum,præter legitimam conſtitutámque mercedulam.Nam corollarium dixerunt antiqui id,quod additum foret legitimo præmio ac mercedi,prętерquàm quod debitum.Vocabulum à corollis ductum: quòd hæ,cùm placuerunt auctores in ſcena,dari ſunt ſolitæ:auctor M.Varro. Scribit Sueton. quòd Auguſtus corollaria præmia, in alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo offerebat:quo loco pauca quædam annotauimus. Apud ſcriptores idoneos corollarij mentio fit in hoc ſignificatu,vt accipiatur pro quodam additamento & re tenuiſſima,cùm corollæ,quæ & ipſæ corollaria nominantur, minimi ob gracilitatem pretij,dari ſoleant hiſtrionibus:de quibus Plin.hæc in 21. Paulatim & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollariis. Item in 9.Corollarium pro re minimi pretij vſurpauit: ſicut M.Tullius corollariũ nummorum dixit in Verrinis, quaſi(vt ita dicam)pro acceſſorio atque appendicula.Infrà Apuleius feſtiuiter appellat puerile corollarium, præpoſterum concubitum. Plinius neoteros, operæ theatralis corollaria poſuit pro mercedula & præmio laboris theatrici.

Ibi corpus ſplendentibus linteis compertum, introductis quibuſdam ſeptem teſtibus, manu releuat: & diutinè viſu præſteto,obteſtata fidem præſentium, ſingula demonſtrat anxiè, verba concepta de induſtria quodam tabulis prænotante: Ecce,inquit, naſus integer,incolumes oculi, ſaluæ aures, illibatæ labiæ, mentum ſolidum.Vos in hanc rem, boni Quirites, teſtimonium perhibetote. & cum dicto,conſignatis illis tabulis faceſ-

Splendentibus linteis.] Suprà diximus, quòd color albus ob ſincerita tem, puritatémque defuncti eſt accommodatiſſimus. Velamenta quoq;linea nõ modò indutui & amictui,& ſanctiſſimis Ægyptiorũ ſacerdotibus,ſed opertui quoque in re-

bus ſacris vſurpatur. In euangelio ſcriptũ legimus, corpus Domini ſindone indutum fuiſſe:quo vocabulo ſignificatur lineum velamentum. *Septem teſtibus.*]Alluſit ad numerum teſtium, qui ex conſtitutionibus leguntur,& edicto prætoris adhiberi ſolent & debent faciendis teſtamentis,quorum ſignacula & ſubſcriptiones neceſſariæ ſunt. Poſſunt autem ſeptem teſtes omnes ſignare vno annulo teſtamẽtum.Quòd ſi quis ſine ſcriptis voluerit ordinare teſtamentum iure ciuili,ſeptem teſtibus adhibitis , & ſua voluntate coram eis nuncupata, ſciat hoc perfectiſſimum eſſe teſtamentum. *Reuelat.*]diſcooperit,renudat,retegit. *Viſu perfleto.*]Legendum Viſa,hoc eſt diffletis oculis. *Verba concepta.*] Dicimus verba concepta,quæ,prout enuntiantur , ita perſcribi ſolent : nec aliquid præpoſterum dici fas eſt.Sæpe iuſiurandum offerri ſolet conceptis verbis. Plautus in Aſinaria:Vbi verbis conceptis ſcriens periuraris. *Tabulis prænotante.*]Notarium, ſiue tabellionem ſignificat,quem & libellionẽ vocant.Papinius in Syluis,De capſa miſeri libellionis.Ex eodem ordine videntur eſſe nouatæ,quorum meminit Horatius illo verſu : De re communi ſcribæ magna atque nouatæ,Titulus eſt apud Iuriſconſultos de nouationibus , vnde & nouatis nomen. *Ecce naſus integer.*] Matrona coram teſtibus membra defuncti integra aſſignat cuſtodi:quæ ille ex pacto integra & illibata debet repræſentare,peracta cuſtodia. *Illibatæ labiæ.*]integra labra. Labia & labias neutro & fœminino genere indifferenter apud antiquos vſurpata reperies : proinde quidam inanem facere diſcretionem voluerunt,vt virorum labra , mulierum labia eſſe dicerent. Antiquus verſiculus eſt memoratu dignus,qui ait Anima

ſit. At ego: Iube,inquam,domina cũcta, quæ ſunt vſui neceſſaria , nobis exhiberi. At quæ,inquit,iſta ſunt? Lucerna, aio,prægrandis, & oleum ad lucem luci ſufficiens,& aqua cum œnophoris & calice,cœnarúmq; reliquijs diſcus ornatus. Tũc illa capite quaſſanti: Abi,inquit,fatue,qui in domo funeſta cœnas & partes requiris, in qua totyugis iã diebus ne fumus quidem viſus eſt vllus. An iſtic comeſſatum te veniſſe credis? quin ſumis potiùs loco congruentes luctus & lacrymas? Hæc ſimul dicens,reſpexit ancillam, &, Myrrhene (inquit) lucernam & oleum trade confeſtim,& incluſo cuſtode cubiculo protinùs faceſſe.

tem ſeptem teſtes omnes ſignare vno annulo teſtamẽtum.Quòd ſi quis ſine ſcriptis voluerit ordinare teſtamentum iure ciuili,ſeptem teſtibus adhibitis , & ſua voluntate coram eis nuncupata, ſciat hoc perfectiſſimum eſſe teſtamentum. *Reuelat.*]diſcooperit,renudat,retegit. *Viſu perfleto.*]Legendum Viſa,hoc eſt diffletis oculis. *Verba concepta.*] Dicimus verba concepta,quæ,prout enuntiantur , ita perſcribi ſolent : nec aliquid præpoſterum dici fas eſt.Sæpe iuſiurandum offerri ſolet conceptis verbis. Plautus in Aſinaria:Vbi verbis conceptis ſcriens periuraris. *Tabulis prænotante.*]Notarium, ſiue tabellionem ſignificat,quem & libellionẽ vocant.Papinius in Syluis,De capſa miſeri libellionis.Ex eodem ordine videntur eſſe nouatæ,quorum meminit Horatius illo verſu : De re communi ſcribæ magna atque nouatæ,Titulus eſt apud Iuriſconſultos de nouationibus , vnde & nouatis nomen. *Ecce naſus integer.*] Matrona coram teſtibus membra defuncti integra aſſignat cuſtodi:quæ ille ex pacto integra & illibata debet repræſentare,peracta cuſtodia. *Illibatæ labiæ.*]integra labra. Labia & labias neutro & fœminino genere indifferenter apud antiquos vſurpata reperies : proinde quidam inanem facere diſcretionem voluerunt,vt virorum labra , mulierum labia eſſe dicerent. Antiquus verſiculus eſt memoratu dignus,qui ait Anima

ægra

ægra & saucia cucurrit ad labias mihi. Donatus in Eunuchum: Labra, inquit, sunt superiora, labia inferiora; labię asinorum propriè dicuntur. *Mentum.*] Nulli præter hominem mentum est. Antiquæ Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat: auctor Plin. De feris quoque dici mentum posse, scripturæ canonicæ testantur, apud quas libro Regum primo scriptum legimus: Leo & vrsus consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam interficiebámque eos. Vetus prouerbium est, Inter manum & mentum: idem ferè significans quod illud, Inter os & offam; de quo suprà diximus. *Consignatis.*] signo scilicet septem testium. *Faceßit.*] abit, recedit. verbum comicum. *Oleum ad lucem sufficiens.*] Petit tantum olei sibi exhiberi ad noctem illuminandam, lucémque in loco tenebroso faciendam, quantùm per totam noctem durabile sit vsque in lucem matutinam. Decenter autem dictum, Ad lucem luci diei venientis: alterum ad lucem illuminationis, quam facit lucerna. *Oenophoris*] vasis vinariis. œnophorum enim, vt nominis argumento liquet, significat vas vinarium, apud Lucianum & Mart. reliquósque. Aug. in 7. de Ciuitate Dei auctor est, in Liberi ędę œnophorũ sisti solere: quod significaret vinũ, per id quod continet, id quod cõtinetur. Praxiteles inter cætera opera quę percęsęt Plin. fecit & œnophorũ: quod, vt opinor, non tam vas vinarium significat, quàm ministrum vini poculum inferentem. *Discus.*] Discum vocant vas escarium: vnde discophoros dictus, qui in disco, in mensa prandium refert. Diuus Hieronymus discophorum scito elegantiq; vocabulo appellat Abacuch, quia scilicet prandium Danieli deportauit, in lacum leonum coniecto. Legimus in euãgelio, caput Ioannis Baptistæ allatum in disco, & puellæ datum fuisse. Apud antiquos aristophorum quoque dicebatur vas, in quo prandium offertur. Aliàs discus pro massa plumbi siue ferri accipitur: quod genus est ludi, quo iuuenes in ludo contendebant. Disco periit Hiacynthus, deliciolum Apollinis. Foętę frequenter disci meminerunt: aliter pessinaculum vocant. Inde discobolos dictus, qui discum iaculatur: in quo significatu accipitur apud auctores, scribentes discobolon factum esse à Myrone, aliisque artificibus. *Capite quassanti.*] Indignantis specimen est: vt apud Virg. de Turno in 12. Ille caput quassans, & apud Plautũ Trinummo: Quid quassas caput? *Partes.*] Significanter locutus est: nam partes dicuntur eduliorum in mensa, quas amoris testificandi causa solent principes conuictoribus dare: vt apud Suetonium & Xenophontem legimus, & infrà apud Lucium quoque euidenter ostenditur. Græcè μοῖραι dicuntur. Scribit Dicæ-

archus,non fuiſſe moris apud anti quos in cœnis partes diſtribue re:poſteà obtinuit conſuetudo,vt deficientibus eduliis partes viritim darentur, cùm priùs potentiores infirmorum alimenta corriperent: & inde contingeret, vt ex voratrina ſuffocarentur. Vnde factum eſt prouerbium, μοῖρα πύγη, id eſt, Pars non ſtran gulat. Hæc ex monumentis Græcorum, ſecretariiſque deprompſimus, ſtudioſorum vtilitati conſulentes, qui frequenter legent, partes in cœna dari ſolitas. *Totiiugis diebus.*]id eſt, tot diebus: nã qua forma multiiuga pro multis, eâdem totiiuga pro tot vſurpamus. Et ſicut in poſtliminio & legitimo, illud liminium & illud timum nihil ſignificant, ſed pro nominis ſupplemento ponuntur, ita multiiuga & totiiuga & horum nominum opinor eſſe producta, vt iuga pro additamento ſuperuacuè ponatur. In Apologia: Legitis Ariſtotelis multiiuga volumina. M. T. ad Atticum ſcribens ait, ſe multiiugas literas accepiſſe. *Comeſſatum*]conuiuatum, epulatum, compotatum, vt ſcilicet & gulæ ventríque genialiter indulgeas. De comeſſationibus & comeſſatoribus ſcripſi affatim in nono Suetonij commentario: vbi id quoque annotauimus, comeſſari propriè dici, poſt cœnam epulari & compotare. *Myrrhene.*]Nomen ancillæ μυῤῥίνη Græcè dicitur myrrhus, μύραινα muræna. *Cuſtode.*]Iſto ſcilicet Telephrone, qui ſe cuſtodem cadaueris futurum ſpopondit. *Faceſſe.*]abi, diſcede.

Deſolatus.]quaſi ſolus, ſolitariúſque relictus. *Perfrictis oculis.*]Moris eſt oculos digitis perfricare, ad ſomnum repellendũ, quando reluctantes & inuitos placidiſſimus ille Deorum cogit conniuere, & ramum letheo rore madentem ſupra capita dormitantium quaſſat. *Crepuſculum.*] Poſt occaſum ſolis dicitur tempus illud crepuſculum, à crepero, quod

Deſolatus, ad cadaueris ſolatium, perfrictis oculis, & obarmatis ad vigilias, animum meum permulcebam cantationibus. Cùm ſtatim eſſe crepuſculum, & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & iam nox intempeſta, mihique oppidò formido cumulatior quidem: cum repentè introrepens mu?ela contra me conſtitit, obtutúmque acerrimum in me deſtituit, vt tantillum animalis præ nimia ſui fiducia mihi turbauerit animum. Denique ſic ad illam: Quin abis, inquam, incurata beſtiola, téque ad tui ſimiles muſculos recondis, antequam noſtri vim præſentariam experiaris? quin abis? Terga vortit, &

tit,& cubiculo protinus exterminatur. Nec mora, cùm me ſomnus profundus in imum barathrum repentè demergit, vtne Deus quidem Delphicus ipſe facilè diſcerneret, duobus nobis iacentibus,quis eſſet magis mortuus. ſic inanimis & indigens alio cuſtode,penè ibi non eram.

vocabulo Sabino ſignificat dubiũ:à quo res dubiæ dictæ creperæ. & à Lucretio dictum eſt,Creperi certamina belli. Eſt enim crepuſculum id tempus , quo dies ſit an nox eſt dubium. Crepuſculi apud antiquos nominati,qui eo tempore erant nati:vt Lucij,qui prima luce,Manij,qui hora matutina. A Sidonio Apollinari crepuſculaſcens hora eleganter dicta eſt, pro veſpertina,temporéq; crepuſculi. *Altior*.]profundior. *Concubia*.] apud Macrob.dies ita diuiditur , vt poſt veſperam prima fax dicatur,deinde concubia, & inde intempeſta, quæ non habet idoneum tempus gerendis rebus. M. Varro noctem intempeſtam ab aliis concubium appellari docet , ab eo quod ferè omnes cubent:ab aliis,quòd ſileretur,ſilentium noctis:quod idem tempus conticinium Plautus vocat. Hinc apud hiſtoricos, maximéque apud Liuium,identidem leges,ſilentio noctis eductas copias.Vbi accipe pro nocte intempeſta ſiue concubia:ſuper qua re in ſuperioribus quoque non indiligenter ſcripſi.Scito autem,me non tam ex obliuione,quàm animi ſententia,non parũ multa bis tér que repetere,vt ſcilicet ſatisfaciã veteri prouerbio. quod inquit, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν:quo ſignificatur,quæ pulchra ſunt,bis,&ter,& ſæpius dici oportere. *Muſtela*.]Significatur maga,quæ in muſtelam transfigurata introrepſit intra cubiculum. Placita magorũ, vel potiùs vaniloquia exiſtimãt vi magica homines,potiſſimúmque mulieres,transformari in muſtelas,mures, feles, & id genus beſtiolas.quod & vulgus credit:cui id quoque perſuaſum eſt,fœminas certis quibuſdam diebus equitare ſuper beſtiolas, & cum Diana ſiue Nerodia de ſilentio noctis loca multa peragrare.Cuius rei mentio fit in decretis canonicis 26.quæſt.5. Cæterũ hæc omnia falſa eſſe,cõfidẽter exiſtimare debemus.Etenim vt docet diuusAuguſtinus,nõ poteſt homo immutari in aliã effigiẽ:ſed illuſiones ſunt,&phãtaſmata dęmonũ,q ludificatores ſunt mortaliũ:qui inſtarProtei oĩa trãsformãt ſeſe in miracula rerũ,quibus homini pręſtigię difficiles eſſe nõ poſſũt.Deniq; huc referũt eccleſiaſtici ſcriptores oĩa illa,quę deCirce,quę ſocios Vlyſſis mutauit in beſtias:quę deArcadibus,qui in lupos trãsfigurabãtur:quæ de his,qui in iumẽtaverſũ annonã baiulabant,memorãtur.Sed ad

propositum: Mustelarum duo sunt genera: distant magnitudine, Græci vocant *ἰκτίδας*, dicitur & *γαλῆ*. Est quædam mustela domestica, quæ in domibus nostris oberrat, & catulos suos (vt auctor est Cic.) quotidie transfert, mutátque sedem: ob hoc dixit Plaut. in Sticho: Certum est mustelæ posthac nunquam credere: Nam incertiorem nullam noui bestiam, Quin & ipsa decies in die mutat locum. Plinius & Solinus tradunt, mustelarum virus exitio esse basilifcis, quos interficiũt in cauernis sola tabe. Necantur illi simul odore, commoriuntúrque & naturæ pugnam conficiũt. Fel stellionum tritum in aqua, mustelas congregare dicitur. Scribunt grammatici, mustelam dici, quasi murem longum, à longitudine, vnde & telum dictum. Genitalia ossea sunt mustelis. Catulus mustelæ efficax est contra mala medicamenta. *Tantillum animalis.*] Elegantiùs dicimus tantillùm animalis, pro paruæ bestiolæ, quàm tantillum animal. Ita enim enuntiatum, refertur ad contemptum. Annotat Donatus, hac elocutione per obliquũ, vt quid hominis, quid mulieris, contemptum significari: quod si recto casu proferatur, non esse contumeliosum. *Incurata bestia.*] impura, maculosa, fœda. Impurus aliquo vitio maculatus dicitur & improbus. Plautus: Incurate leno. *Musculos.*] tanquam & mustela ipsa ex musculorum genere sit. Iecusculæ musculorum bruma dicuntur augeri: auctor M. Tullius in 2. de Diuinatione. Inter ea, quæ neque placida sunt, neque fera, sed mediæ inter vtranque naturæ, numerantur à Plinio mures domorum incolæ: qui tradit, musculis inesse præsagia, vt scilicet ruinis imminentibus præmigrent. Hinc festiuiter M. Tullius: Reliquę tabernę rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed mures migrauerunt. Scitum est illud M. Catonis. Consultus à quodam, qui sibi à soricibus siue musculis erosas caligas diceret, respondit, illud monstrum non esse: sed monstrum illud habendum fuisse, si sorices à caligis roderentur. De musculis, quàm in homine sint innumeri, suo loco mox plura dicentur. *Præsentariam.*] quæ nunc & in præsentia siue procrastinatione exhibetur: præsentaria remedia, quæ illicò sanant: & præsentaria pecunia, quæ præsens numeratur. Venenum non præsentarium ab A. Gellio dictum, quod nõ statim necaret, mortémque in diem proferret. Plautus in Mostellaria: Vbi id erit factum, à me argentum petito præsentariũ. Plin. remedia præsentissima identidem ea vocat, quæ ocyssimè auxiliantur. *Somnus profundus.*] Intelligi vult, hunc somnum altissimum vi magica immissum esse ab illa maga, quæ sub specie mustelæ introrepens, fuerat exterminata, eiectáque. *In imum barathrum.*] in ipsam quasi mortis & Manium profunditatem.

Pœtas

Poëtæ celebrant barathrum pro inferorum profunditate. Propriè apud Athenienſes barathrum locus erat,in quem noxij præcipitabantur,cuius meminit Diomedes : ad quem referendum eſt illud Plautinum ex Bacchidibus: ô barathrum vbi nunc es,vt ego vſurpem te lubens.Per tranſlationem ad alia quoque decenter vſurpatur:vt apud Mart.fœmineum barathrum,pro locis muliebribus.Aliubi & pro ſtomachi profunditate, cùm ait : Extremo ructus cùm venit à barathro.Barathrum pro voragine & vértre vſurpat Horat. cùm ait in ſecundo Sermonum : Quid enim refert,barathróne Dones quicquid habes, an nunquam vtare paratis?Malè literati grammatiſtæ barathrone legunt, vt vna ſit dictio tantùm : cùm ſeiunctim legendum ſit,Barathró ne,hoc intellectu:an barathro,id eſt ventri & gulæ dones patrimonium. Inde barathrones dicti,qui bona ſua lacerant : id eſt,in barathrũ gulámque demittunt.Apud eundem Horat.legere malim Mendici , mimæ , barathrones,hoc genus omne : quàm vt vulgo legitur,balathrones,quos à balatu & vaniloquentia dici interpretantur interpretes Horatiani. De barathro & barathronibus,etſi iam dictum ſit,tamen non ab re eſt & iterùm dixiſſe : nunquam enim nimis dicitur,quod nunquam ſatis. *Deus Delphicus.*]Apollo,qui Dèus eſt diuinationis. Delphis fuit clariſſimum in terris oraculum Apollinis,ſub monte Parnaſo,vbi medium & vmbilicus terrarum eſſe traditur:quod negat Varro. *Inanimis.*]quaſi ſine anima & ſpiritu,hoc eſt,exanimis.M.Tul.in Hortenſio,ſolertia effici dicit,vt in anima quæ ſunt, viuere & ſpirare videantur.

Cõmodùm noctis inducias cãtus perſtrepebat criſtatæ cohortis. Tandem expergitus,& nimio pauore perterritus,cadauer accurro:& admoto lumine,reuelatáque eius facie , rimabar ſingula, quæ cuncta euenerunt.Ecce vxor miſella flẽs, cum heſternis veſtibus introrupit anxia, & ſtatim corpori ſuperruens, multúmque ac diu deoſculata,ſub arbitrio luminis recognoſcit omnia. & conuerſa, Philodeſpotum requirit auctorem:eíque præcipit,bono cuſtodi redderet ſine mora præmium. & oblato ſta-

Cõmodùm.] iã iam,illo horæ momento: vt ſæpe diximus,aduerbium eſt. *Canus criſtatæ cohortis.*] Gallos gallinaceos ſignificat, qui, vt Plin. noſter eloquenter tradit, vigiles nocturni ſunt, atque excitandis in opera mortalibus,rũpendóque ſomno geniti , norunt ſidere,& ternas diſtinguunt horas,

quartáque caſtrenſi vigilia ad curas laborémque reuocant. Ambroſius in quinto Hexameri, de galli cantu hæc refert: Eſt galli cantus ſuauis in noctibus: nec ſolùm ſuauis, ſed etiam vtilis: qui quaſi bonus cohabitator, & dormientem excitat, & ſolicitum admonet, & viantem ſolatur, proceſſum noctis canora voce proteſtans. Hinc tempus poſt mediam noctem, auctore Macrobio, gallicinium dictum. Noctis inducias non minùs ſcitè quàm eleganter appellat, horas nocturnæ quietis, quibus per quaſdam quaſi inducias animantes tutò dormiunt, quieſcunt, recreantur: id quod induciis datis fieri ſolet. Inducíæ autem ſunt, vt docet M. Var. pax caſtrenſis paucorum dierum. Item alio in loco: Induciæ, inquit, ſunt belli feriæ. Donatus, inter grammaticos claſſicus, atque emunctę naris, Inducias dici ex eo autumat, vel quòd in diem dẽtur, vel quòd in dies otium præbeant. Aliter Aurelius Opilius, & A. Gel. ſuper inducíarum etymologia. Græci ἐκεχειρίαν, ab abſtinendis manibus appellarunt. nam per ceſſationem iſtam pugnæ pactam non pugnatur, & manus cohibentur. Inducias primus inuenit Lycaon. *Expergitus.*]euigilans. Apud antiquos expergere accipitur pro expergefacere & excitari. Iidem dicebant expergiſceret, pro expergiſceretur. Pomponius: Vt ſi quis dormitaret, expergiſceret. *Reuelata.*]retecta, diſcooperta. *Rimabar.*]curioſè ſcrutabar. Rimari enim eſt ſcrutari, & quærere. Rimari propriè dicuntur ſues, vt grammatici tradunt, cùm paſcentes cibi gratia glandes rimantur de rimis terrarum: vnde rimari

tim: Summas, inquit, tibi, iuuenis, gratias agimus: & Hercules ob ſedulum iſtud miniſterium, inter cæteros familiares dehinc numerabimus. Ad hæc ego inſperato lucro diffuſus in gaudium, & in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam, attonitus: Innò, inquam, domina, de famulis tuis vnum putato: & quoties operam noſtram deſiderabis, confidenter impera. Vix hæc effatum, me ſtatim familiares omniſariàm exertis raptim cuiuſq; modi telis, inſequuntur. Pugnis ille malas offendere, ſcapulas alius cubitis impingere, palmis iniectis hic latera ſuffodere, calcib. inſultare, capillos diſtrahere, veſtem diſcindere. Sic in modum ſuperbi iuuenis Adoni, vel muſtelatis peplis laceratus atque diſcerptus domo perturbor.

significat

significat pascere. Virg. Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. *Hesternis.*]qui hesterno die euocati introductique fuerant. Ab heri hesternus, non ab extrà. *Sub arbitrio luminis.*]sub speculatu & inspectione, quæ facta est adhibita lucerna. *Philodespotum.*]Nomen proprium est, ex duabus dictionibus Græcis compositum: quod significat domini, siue dominæ amatorem. *Hercules.*]Iusiurandum est. *Sedulum.*]nauum, diligens, industrium. Sedulò aduerbium est, quod significat sine dolo & impense: auctores Donatus & Nonius. *Identidem ventilabam.*]frequenter agitabam. Signatè locutus est: ita enim facere solemus, vt nummos manu tractantes quasi ventilemus. Columella præcipit, ne frumenta in horreo ventilentur. Notissimum illud: Ventilat æstiuum digitis sudantibus aurum. *Omnifariàm.*]ex omni parte. Aliquotfariam dixit Varro in primo de Re rustica, pro eo quod est, in aliquot partibus & locis. Tradit Festus, antiquos dixisse multifariàm, quod videlicet in multis locis fari poterat. Omnifariam doctrinâ vocant omnigenam, & omni disciplinarum genere consarcinatâ. *Exertis.*]eductis, expositisque. Exertare enim denudare est. Claudius Quadrigarius: Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare. Peculiare fuit & gentilicium Cethegorum, vt humero exerto irent in expeditionem: vnde nudi poëtico epitheto appellati. Silius: Ille humero exertus gentili more parentum. *Offendere.*]pro offendebat: infinitiuus pro indicatiuo, apud historicos & poëtas frequentissimus. *Impingere.*]impingebat, contundebátque. Hieron. Impegi nouissimè in Danielē. *Inmodum Adoni.*]Adonis Myrrhę filius, Veneris deliciũ, formositate præcellens, apri dente sub inguine percussus, laceratúsq; prosternitur letho, vt canũt nostri. Græci verò tradunt, Martē sub specie apri ob zelotypiā id factitasse. Venus miserata, in florē Adonidē transformauit, qui sanguineo est colore. Scribit Plin. in 21. Adoniũ florem esse alsiosum. vbi annotandũ, dici alsiosũ id quod frigore infestatur, & algorē ferre non potest. M. Varro pecus caprinum alsiosum esse ait. Ob interfectum ab apro Adonim, suillum genus inuisum Veneri esse prodiderunt. Adonis in mysteriis arcanis symbolum est frugum, & fructus perfectos significat: auctor Eusebius in 3. Præparationis euangelicæ. Adonia antiqui dixerunt diem festum, & solennia Adonidi dedicata, quæ cum planctu colebantur, ob planctũ Veneris repræsentandum. Hinc ait Venus apud Ouidium. Luctus monumenta manebunt Semper Adoni mei. Ezechiel quoque propheta: Ecce, inquit, tibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Physici tradunt, Adonin esse solem: ab apróque interemptum fingunt, Herculis imaginem in hoc animali figurātes,

quèd ſcilicet aper hiſpidus & aſper gaudet locis brumalibus, propriè hyemali fructu paſcitur glande. Hyems autem veluti vulnus eſt ſolis, quæ & lucem eius nobis minuit, & calorem. Auſonius Adoneum vocat: aitque eum hoc nomine coli à gente Arabum, qui idem ſit Oſiris & Bacchus & Dionyſius. De his Ammianus Marcellinus volumine 22. ſic refert. Euenerat iiſdem diebus, annuo curſu completo, Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, vt fabulæ fingunt, apri dente ferali delero: quod in adulto flore ſectarum indicium eſt frugum. Adon dicitur Fulgentio, recto caſu, qui à cæteris Adonis, à Plauto Adoneus. Adō Græcè ſuauitas dicitur: & quia myrrha odore ſuauis eſt, Adonē dicitur genuiſſe. Ideo autē Venerē amaſſe dicūt quòd hoc genus pigmēti ſit valde feruidū Lego apud Lucianū in libro de dea Syria, Adonim fluuium ex Libano monte profluentem, ſingulis annis ſanguinolentum fieri: per eos dies maximè, quibus Adonis fuit interfectus: & ſanguinem in aquam profluentem, immutaſſe fluminis colorem. Idem tradit, Orgia fieri in honorem Adonidis: quibus cæduntur, lamentantur, & capita radunt. Apud Græcos prouerbium eſt, ἀκαρπότερος ἢ ἐκ ἀδώνιδος κεφαλῆς: id eſt, infructuoſior es quàm Adonidis horti: de his, qui nil patiunt generoſum. Hortorum Adonidis meminit Plato in Phædro. Attamen Plinius noſter tradit, antiquitatem miratam eſſe hortos Adonis & Alcinoi. Extat apud eoſdem Græcos epitaphion ſiue nænia de morte Adonidis, cuius principium eſt ἀΐζετε τὸν ἄδωνιν, ἀπόλωτο καλὸς ἄδωνις. *Muſtelatis pileis.*] Lego muſtelatis peplis, hoc intellectu, vt dicat, veſtimenta quibus erat indutus, ſanguine ſuo perfuſa, fuiſſe ad inſtar muſtelini coloris. Peplum veſtem dici, nullus ignorat: qua dictione ſcatent libri Græcorum & Latinorum: hinc Homerus, ἑλκεσίπεπλους vocat fœminas veſtes trahentes. Autumat Seruius, peplum propriè dici pallam pictam fœmineam, Mineruæ conſecratam: hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. Muſtellatis autem dixit, à colore muſtelino. Terent. Senex veternoſus colore muſtelino. Vbi exponit Donatus, muſtelinum colorem dici ſubluiuidum ac lentiginoſum. Talis color fieri ſolet veſtibus, quæ ſanguineis guttis inſperſæ, quaſi lentiginoſæ fiunt, & maculoſæ. In veruſto codice manuſcripto emendatiùs legitur, Muſæ vatis Pimpleidos. quæ lectio probabilis eſt, refertúrque ad Orpheum, hoc intellectu puro & congruente: Ego domo proturbor, laceratus, diſcerptúſque in modum Adonis, quem aper diſcerpſit, & ad inſtar Orphei, quem à fœminis diuulſum dilaniatúmque fruſtatim ſciunt omnes, & canunt poëtæ. Ita ergo legetur, diſcerptus in

modum

modum vatis Musæ Pimpleidos, id est Orphei, filij Musæ Calliopes. ex Græca loquendi formula. Illis enim familiare est sic loqui, vt dicant, κλεόμβροτος ὁ παυσανίε, id est Cleombrotus Pausaniæ, & subintelligatur filius: λεονίδης ὁ ἀναξανδρίδε, Leonidas Anaxandridæ, scilicet filius: ἐυδαμίδας ὁ ἀρχιδάμυ, Eudamidas Archidami, videlicet filius. Ita & hic, vates Musæ dicitur Orpheus, Musæ scilicet filius. Pimpleidas autem vocari Musas, poëtico nomine, quis ignorat? siue à loco Pieriæ regionis, siue fonte Musis dicato, vbi & Calliope Orphea genuisse fertur.

Ac dum in proxima platea refouens animum, infausti atque improuidi sermonis mei serio reminiscor, dignúmque me pluribus etiam verberibus fuisse meritò consentio, ecce iam vltimùm defletus atque conclamatus processerat mortuus, ritúque patrio (vtpotè vnus de optimatibus) pompa funeris publici ductabatur per forum. Occurrit ad latus quidam mœstus, in lacrymis genialem caniciem reuellens senex, & manibus ambabus inuadens torum, voce contenta quidem, sed assiduis singultibus impedita: Per fidem vestram, inquit, Quirites, per pietatem publicam, peremptо ciui subsistite, & extremum facinus in nefariam scelestámque istam mulierem seueriter vindicate. Hæc enim, nec vllus alius, miserum adolescentem, sororis meæ filium in adulteri gratiam, & ob prædam hereditariam, extinxit veneno. Sic ille senior, lamentabiles questus singulis instrepebat. Sæuire vulgus interdum, & facti verisimilitudine ad criminis credulitatem impelli. Conclamant ignem, requirunt saxa, parunos ad exitium mulieris hortatur. Eme-

Improuidi sermonis.] Quo scilicet impuratam bestiam mustelam appellauerat, eique vim præsentariam, ni abiret, fuerat comminatus. *Vltimùm conclamatus.*] vltimo clamore & nouissimis lacrymis deploratus. Nam per interualla mortui identidem conclamabantur: & post vltimam tandem conclamationem efferebantur, cremabantúrque, vt antè diximus. *Defletus.*] Participium est, vt inquit Serui. ab eo quod est fleor: si tamen inueniatur. Aliàs sine verbi origine esse dicemus. Virgil. Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt. *Processerat.*

efferebatur. Ritu naturæ, vt auctor eſt Plin. capite homine gigni mos eſt, pedibus efferri. Hinc Perſianum illud, In portam rigidos calces extendit. *ditatis ad hæc illa fletibus, quàque ſanctiſſimè poterat, adiurans cuncta numina, tantum ſcelus abnuebat.*

Pompa funeris.] Vlpianus titulo de religioſis: Sumptus funeris pro facultatibus vel dignitate defuncti faciendos eſſe præcipit. Per forum hodiéque ducuntur funera nobilium: & antiquitus duci ſolita ſignat Horatius, cùm ait: Plauſtráque ducant, Concurrántque foro tria funera, magna ſonabit. *Ad anxius.*]valde anxius. Quidam codices habent ad latus, lucidiore ſenſu. *Inuelleras.*]Corrige reuellens. Hoc enim intellectu, fieri ſolet vt crines reuellant, & caniciem turpent, iuxta illud Virgilianum: Caniciem immundo perfuſam puluere turpans. Genialem appellat, vel quaſi voluptuariam, tanquam ſenex canicie gaudeat, perinde ac ex illa venerabilis: vel genialem expone pro ingenitam, quaſi genitalem. *Contenta.*]exerta & clamoſa. Vnde contentio vocis apud ſcriptores: & contentio, vt in Rhetoricis traditur, eſt oratio acris, ad confirmandum & confutandum accommodata. *Subſiſtite.*]opem ferte, & ſuccurrite. *Iſtam mulierem.*]Vxorem ſignificat defuncti, cuius pater eam arguit veneno filium extinxiſſe, vt adultero gratificaretur, & hæreditatem mariti occuparet. Hæc enim proxima ſunt, & quadam quaſi cognatione connexa, vt mulier quæ impudica eſt, eadem quoque ſit venefica. Nam M. Cato: Nullam adulteram niſi eandem eſſe veneficam dixit. Quod & Quint. tradit in 5. Iſtam autem dixit, peſſimam intelligi volens: nam in pronominibus, vt antè dictum eſt, maximum eſt pondus. *Sæuire.*]ſæuiebat. locutio vſitatiſſima. *Credu.*]Emenda, Credulitatem. Narratio enim, quæ probabilis eſt, & veriſimilis, facit criminis credulitatem. *Emeditatu flexibus.*] Fœminarum hoc propè peculiare eſt, vt fletus & lacrymas habeant paratas, ac velut in promptuario poſitas, vt cùm velint præſtò ſit ſecundus lacrymarum fons, iuxta illud: Vberibus ſempérque lacrymis in ſtatione ſua paratis. *Abnuebat.*] negabat, inficiabatur, depellebat. Controuerſiæ enim & lites conſtant ex intentione & depulſione. Intentio eſt, quod accuſator proponit, quæ facit litem: vt Occidiſti Aiacem. Depulſio eſt, quod defenſor reſpondet: vt, Non occidi. Id Græci vocant apophaſin, quaſi dicas abnuentiam criminis eius quod accuſator intenderit: auctor Fortunatianus. Meritò ergo dixit, abnuebat, quaſi per Χπνωσιν, id eſt, abnuentiam crimen obiectum inficiabatur ac negabat.

Ergo

Ergo igitur ſenex ille: Veritatis arbitrium in diuinam prouidentiam reponamus. Zachlas adeſt Ægyptius, Propheta primarius, qui mecum iamdudum grandi præmio pepigit, reducere ab inferis ſpiritum, corpúſque iſtud poſtliminio mortis animare. Et cum dicto, iuuenem quempiam, linteis amiculis intectum, pedéſque palmeis baxeis indutum, & aduſque deraſo capite, producit in medium. Huius dii manus deoſculatus, & ipſa genua contingens: Miſerere, ait, ſacerdos: miſerere per cœleſtia ſidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna ſilentia, & adepta Coptica, & per incrementa Nilotica, & arcana Memphitica, & ſutra Phariaca: da breuem ſolis uſuram, & in æternum conditis oculis modicam lucem infunde. Non obmutimur, nec terræ rem ſuam denegamus: ſed ad vltionis ſolatium, exiguum vitæ ſpatium deprecamur.

Ægyptius Propheta.] Ægyptij diuinorum omnium conſcij dicuntur: à quibus clariſſimi in ſtudiis literarum diſciplinas ingenuas hauſerunt. Apud hos ſacerdotes fuerunt & prophetæ rerum cœleſtium ſcientia præcellentes, qui myſtici erant, & vt Græci dicunt, ἀκοινώνητοι, id eſt, incommunicabiles: qui cùm arcana doctrinarum occultarent, vix pauca quædam communicarunt cum Platone & Eudoxo, qui annos 14. in Ægypto commorati ſunt. Pythagoras quoque Ægyptias diſciplinas petiiſſe memoratur, atque ibi à ſacerdotibus cerimoniarum incredendas potentias didiciſſe. Apollonius ille Tyaneus Ægyptios prophetas acceſſit eruditionis cauſa. Hermes Triſmegiſtus Ægyptum vocat cœli imaginem. *Zachlas.*]Nomen prophetæ. Apud Plin. Zachlias Babylonius celebratur, qui in libris, quos ſcripſit ad regem Mithridatem, humana gemmis fata attribuit. In canonicis ſcripturis Zachariæ prophetæ nomen eſt celeberrimum. *Poſtliminio mortis.*] reuerſione à morte, & poſt mortem. nam poſtliminium ex notatione nominis ita clareſcere poteſt, auctore Boëtio, vt quia ſemper poſt id ſignificat quod retrò relinquitur, poſtliminij vocabulo quædam reuerſio ſignificetur. Quod & Seruius probat, qui ex aduerbio poſt vim nominis interpretatur: reliquam vocabuli partẽ protractionẽ ſolam eſſe ſignificans. Nam in eo quod eſt poſtliminiũ,

d by Google

ex eo quod poſt dictum,interpretationem nominis ſumit.Limi-nium verò putat eſſe productum ea forma qua meditullium,legitimum,editimum dicunt: illud enim tullium & timum nihil omnino deſignant. Alij poſtliminium à poſt & limine deduci volunt:vt qui extra limina,hoc eſt,terminos prouinciæ in captiuitate detentus,rurſus ad propria limina reuertatur,is iure poſtliminij in ſtatum priſtinum reſtitutus eſſe dicatur. Paul.iuriſcon. tit.de poſtliminio reuerſis : poſtliminium, inquit,eſt ius amiſſæ rei recuperandæ.Poſtliminio redeunt,homo,nauis,mulus clitellarius,equus,equa,quæ fræna recipere ſolent edomita. Quæ genera rerum ab hoſtibus ad nos poſtliminio redeunt,eadem genera rerum à nobis ad hoſtes redire poſſunt.Duas ſpecies poſtliminij Papinianus eſſe autumat, vt aut nos reuertamur , aut aliquid recipiamus. In bello & in pace poſtliminium eſt, vt docet Triphon iuriſcon. *Illectum.*] Lego intectum,vt ſignificet ſacerdotẽ linea veſte & candida indutum,ab integendo dictum. Amiculà autem,ab amiciendo,veſtimenta nominamus,quibus linteis ſacerdotes veſtiuntur. Eſt enim lineum textum puriſſimum,rebus diuinis velamentum : quod non modò indutui & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus , ſed opertui quoque in rebus ſacris vſurpatur:idq; ex Orphei & Pythagorę decretis.Hinc apud Iuuenalem,Martialem,Ouidium,cęteros,linigeri dicti ſacerdotes Ægyptij,quaſi gerentes linea veſtimenta. Apollonius Tyaneus apud Philoſtratum accuſatur,quòd veſtitu linteo amiciatur,ſęque inibi ratione reddita defendit:erat enim Pythagoricus,& ad Pythagoræ præſcripta viuebat.De Iſiacis ſacerdotibus, qui lineo amictu veſtiebantur , affatim in Suetonij commentariis. *Palmeis baxeis.*]Baxeæ ſunt calciamenta,de quibus Plautus in Menæchmis: Quis iſte eſt peniculus,quo extergentur baxeæ. Mendoſè in codicibus Plautinis impreſſum eſt,bexæ. Peniculo quoque vt id tranſeunter attingam , baxeas extergi dixit,alludens ad ſpongiam nomine peniculum,qua & ad menſas calceóſque extergendos vtebantur.De baxeis ait in Floridis: Veſtem de texterna emere,baxeas iſtas de ſuterna præſtinare. Vbi annotandum,texternam pro textrina, ſuternam pro ſutrina , præſtinare pro emere docenter vſurpari.Item in vltimo huius operis docet, baxeas eſſe calceos propriè philoſophorum. *Indutum.*]calciatũ. Plin.conſimiliter in ſecundo : Diuus Auguſtus læuum prodidit ſibi calceum præpoſterè indutum. Dicimus,vt ait Seruius,induo illa re,& illam rem.Catachreſticôs dixit Virg.in 10.An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens Induat ? Quidam illud Plinij Inċutum,legunt inductum;quoniam & calcei induci dicuntur.

Aduſ-

Aduſque.] Licenter aduſque & abuſque vſurpantur, vt notant grammatici. Virg. Atrides Protei Menelaus aduſque columnas. *Deraſo capite.*]Sacerdotem deſignat, cuius vertex deradi ſolet. ob hoc ait Satyrographus: Qui grege linigero circumdatus, & grege caluo. Scribit Plinius, ſacerdotes Ægypti derafis capitibus mœrere, & in luctu eſſe ex morte Apidis, qui in Ægypto numinis vice colitur. Auctor eſt Herodotus in Euterpe, ſacerdotes Ægyptios totum corpus eradere, veſtem tantùm lineam induere, calceos papyraceos geſtare. Hinc, opinor, fluxit ritus noſtrorũ ſacerdotum, qui iubentur caput radere, & comam nutrire prohibentur. Hieronymus (quod & in decretis canonicis 22. quæſtio. 1. ſcriptum legas) raſionem capitis & coronam deſignare autumat temporalium omnium depoſitionem. Capilli verò qui remanent, deſignant aliqua ſacerdotibus eſſe retinenda ad ſuſtentationem. Paulus Apoſtolus in Cenchris totondit comam, raſit caluicium, exercuit nudipedalia. *Genua.*] vtpotè miſericordiæ conſecrata. Homini, inquit Plin. genibus quędam & religio ineſt obſeruatione gentium: hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant. *Per nocturna ſilentia.*]quæ ſcilicet plena ſunt venerationis. Alludere videtur ad illud Virgilianum: Loca nocte ſilentia latè. &, Tacitæ per amica ſilentia lunæ. Præterea noctu cuncta ſilent, vt idem inquit: Tunc tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres. Ariſtoteles in Problematis tradit, ideò per noctem meliùs quæcunque audiri quàm per diem, quia tunc nullus eſt ſtrepitus, & (vt Anaxagoras ait) aër qui interdiu ſtridet à ſole concalefactus, noctu requieſcit: præterea tẽpus id nocturnum, quod quidam concubium, alij intempeſtam noctem appellant, ſilentium noctis vocauerunt, ab eo quòd id temporis ſileretur, vt docet M. Varro. In hoc ſignificatu ſilentiũ noctis frequenter à Liuio vſurpatur. Dicitur & ſilentium in auſpiciis, quod omni vitio caret: quod intelligere perfecti auguris eſt. Silet cœlum, Plinio ſignificat, ſerenum & tranquillum: ſicut Columellæ. Silet herba, quæ non germinat. *Coptica.*]Sic enim legendum eſt. Significat autem aggerem hirundinum, quem ſcilicet in Ægypto iuxta oppidum Copton hirundines muniũt, opere inexpugnabili, palea & ſtramento roſtro firmantes continuatis per triduum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori conſtet: eáq; militia illis verna eſt, & cum anno redit ſemper. Eædem hirundines molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt, ſtadij ferè vnius ſpatio: quod humano opere perfici non poſſe, auctor Plin. in 10. Ob hoc dixit Papinius in Syluis: Ripam Nili luto Ceropio, id eſt nidis hirun-

dinis signatam esse & coërcitam: quod & in libro Annotationū copiosè explicaui. Nunc Apuleius adepta Coptica vocat, illud incrementum & opus, quod muniunt hirundines iuxta Copton: quæ res religione quadam prædita esse videtur. Illud adde, quod legimus in libris Iurisconsultorum, vbi Vlpianus ad titulum de extraordinariis criminibus scribit: Commata dici aggeres, qui oppositi sunt coërcendo euaganti Nilo: quos qui ruperit, extraordinem plectitur. Mendosæ sunt dictiones in voluminibus impressis, in quibus passim legitur: Aggeres solent aquam in otitā contingere. Tu verò lege, Solent aquam Niloticam continere. Ideò enim illi aggeres extruuntur, vt aquam Nili euagantis coërceant atque contineant. *Per incrementa Nilotica.*] Nilus coloni vice fungens, quotannis euagatur à solstitio: à primo lentè crescit, deinde vehementiùs, quamdiu sol in Leone est: mox pigrescit, sole in virginem transgresso: in totum reuocatur intra ripas, in Libra, vt tradit Herodotus. Centesimo die, incrementa eius per puteos mensuræ notis deprehenduntur: Nilometria vocant. Iustum incrementum est cubitorum 16. minores aquæ non omnia rigant: in duodecim cubitis famem sentit Ægyptus, in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt, quindecim securitatem, sexdecim delicias: maiora incrementa maiores prouentus denuntiant, minora sterilitatem. Causas huiusce incrementi varias prodidere: sed maximè probabiles, ex repercussu Etesiarum, qui venti sunt anniuersarij. De incremento Nilotico, & causis, affatim scripsere Herodotus, Diodorus, Plinius, Strabo, Seneca, & carmine luculentissimo Lucanus: qui multiugas causas explicaturus ex philosophorum secretariis depromptas, sic cecinit in 10. Sic iussit natura parens discurrere Nilum, Sic opus est mundo. Philosophi verò, qui de Nilotico aëtu scripserunt, fermè sunt hi: Thales, Anaxagoras, Democritus, Ephorus, Agatharchides, & Timæus mathematicus. Memphitici quoque philosophi rationem huius incrementi reddere conati sunt, magis quod non reprehendi quàm quod probari possit, referentes. Dixerunt enim, Nili fontem esse in zona nobis opposita: ibique hiemem esse, nobis æstatem agentibus, ideóque ingentem aquarum vim eo tempore manantem, causam præbere incremento. *Arcana Memphitica.*] Memphitici sacerdotes arcana cerimoniarum mysteriorúmque cum nullo communicant: ob id ἀκοινώνητοι, id est, incommunicabiles dicti: ob hoc ipsum inuida Memphis dicta Papinio in Syluis. Est autem Memphis ciuitas magna & populosa, & post Alexandriam secunda, vbi multæ pyramides fuerunt, regum sepulturę Plinius Memphim quondā arcem

arcem Ægypti regum fuiſſe tradit. *Siſtra Phariaca.*]Siſtrum inſtrumentum eſt ſtridulum & ſonabile, Iſiacorum peculiare: qui ob id ſiſtrati nominantur. Martialis: Linigeri fugiunt calui, ſiſtra táque turba. Iſis maxima Ægyptiorum Dea, ſiſtrum in dextra gerens figuratur, quo Nili acceſſus ſignificatur. Valerius Flaccus in quarto Argonauticõn de Iſide ſcribens ſic inquit: Aſpide cincta comas, & ouanti perſona ſiſtro. & Ouid. Iſim Deam deſcribens cecinit in nono: Cornua ſulſerunt, crepuitque ſonabile ſiſtrum. Phariaca appellat à Pharo Ægypti, notiſſima Cæſaris dictatoris colonia, olim iuncta ponte Alexandriæ: vbi fuit turris, & ipſa Pharos nominata, à Ptolemæo rege facta talentis 800. cuius ſtructurę architectus fuit Soſtratus, quæ nocturnis ignibus curſum nauium nocturnum regere ſolebat. Tales turres in complu ribus locis extructæ priſcis temporibus viſebantur, quas Pharos vocant: de quibus ſcripſimus affatim in Propertium, & mox Tranquilli commentariis. Eg. ſippus autumat, Pharon dici quaſi phanon, quia procul appareat. *Vſuram.*]vſum. M. Cicero: Huic latroni vnius diei vſuram non dediſſem. Item audita Vatinij morte, cuius parum certus dicebatur auctor: Interim, inquit, vſura fruar. Vxorem vſurariam dixit Plautus, cuius vſuram & vſum capiebat Iupiter. *In æternum conditus.*]morte perpetua clauſis. Virgil. In æternam conduntur lumina noctem:

Propitiatus.] placatus, exoratus: quæ illæ tres lineolæ ſignificant. *Ter.*]ternarium autem numerum Pythagorici potentiſſimũ eſſe prodiderunt, eóque ad cerimonias Deorum vtebantur, vt docet Ariſtot. libr. 1. de Cœlo & mundo. Idem numerus in rebus magicis plurimùm pollebat: &, vt auctor eſt Plin. terna de-

Propheta ſic propitiatus, herbulam quampiam ter ob os corporis, & aliam pectori eius imposuit. Tunc orientem obuerſus, & incrementa ſolis auguſti tacitus imprecatus, venerabili ſcena, facies & ſtudia præſentium ad miraculum tantum certatim adrexit. Immitto me turbæ ſocium, & pone ipſum lectulum editiorem quendam lapidem inſiſtens, cuncta curioſis oculis arbitrabar. Iam tumore pectus extolli, iam ſalubris vena pulſari, iam ſpiritu corpus implcri, & adſurgit cadauer, & profatur adoleſcens: Quid, oro, me poſt lethæa pocula iam Stygijs paludib. innatantem, ad

momentariæ vitæ reducitis officia? Desine iam precor, desine, ac me in meam quietem permitte. Hæc audita vox de corpore, sed aliquantò Propheta commotior: Quin refers, ait, populo singula, tuaque mortis illuminas arcana? an non putas, deuotionibus meis posse diras inuocari? posse tibi membra lassa torqueri? Suscipit ille de lectulo, & vno congestu populum sic adorat: Malis nouæ nuptæ peremptus artibus, & addictus noxio poculo, totum repentè adulteri mancipaui. Tunc vxor egregia capit præsentem audaciam, & mente sacrilega coarguenti marito resistens altercat. Populus æstuat, diuersa tendentes: hi, pessimam fœminam viuentem statim cum corpore mariti sepeliendam: alij, mendacio cadaueris fidem non habendam. Sed hanc contationem sequens, adolescentis sermo distinxit. nam rursus altius ingemiscens: Dabo, inquit, dabo vobis intemeratæ veritatis documenta perlucida, & quod prorsus alius nemo cognouerit, indicabo.

tione in omni medicina mos est, atque effectus adiuuare. Hinc Tibull. Ter cane, ter dictis despue carminibus: & poëta in cantamentis amatoriis cecinit: Nectetrib. nodis ternos Amarylli colores. Martianus, Plutarch. cæteri, triada siue ternionem, hoc est, ternarium numerum, qui masculus est, & efficax, extollunt. *Herbulam quampiam.*] De qua herba loquatur, ambigi potest, cùm eam nominatim non designet. Forsan intelligit balin, qua Xanthus historiarum auctor tradidit occisum draconis catulum, reuocatum ad vitam à parente: eadémque Chilonem, quem draco occiderat, restitutum saluti. & Iuba, in Arabia herba hominem reuocatum ad vitam tradit. Plerique existimant, nihil non herbarum vi effici posse. Ab Herophilo dictum ferunt, quasdam etiam calcatas herbas prodesse. Orpheus de his herbis curiosiùs aliqua prodidit: post eum Musæus: Pythagoras quoque & Democritus de magicis herbis volumina composuerunt, de quibus & Plinius noster non parùm multa in 24. *Orientem obuersus.*] Adoratoris hoc proprium est, ex mystica religione, vt in adorando ac salutando Deo, ad orientem conuertatur, totúmque corpus circumagat. Sic enim apud antiquos factitabant adoratores, ad solem respicientes. Mundi enim

ortus

ortus à læua eſt, vnde ſiniſtrum & læuum fulmen inter proſpera eſt. In cœlo templum eſt locus auſpicij, cuius partes ſunt quatuor: ſiniſtra ab oriente, dextra ab occaſu, antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. Hermes Triſmegiſtus præcipit, cùm quis Deum orare voluerit, reſpiciendum eſſe in auſtrum ſole occidente: ſole verò oriente, in eum qui ſubſolanus dicitur. *Auguſti.*] venerabilis & ſancti. Solem mundi totius animum, ac plaiùs mentem & principale naturæ regimen ac numen, plerique credidere, opera eius exiſtimantes: vnde meritò auguſtus dictus, quaſi ſanctus, diuinúſque. *Tacitus imprecatus.*] Non voce, ſed corde orandum Deum eſſe, præcipit diuus Hieronymus. & in decretis canonicis, diſtinctione vltima, de conſecratione, ſcriptum legimus: Non verbis, ſed corde adorandus Deus eſt. Cyprianus in expoſitione illa orationis Dominicæ luculenta, ſecretè adorandum eſſe ex Dominico præcepto demonſtrat, in abditis & ſecretis vel ſemotis locis: quia Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt: nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitationes videt. Hoc declarat ſcriptura diuina, quæ dicit: Loquebatur in corde ſuo, & labia eius mouebantur, & vox eius non audiebatur: & exaudiuit eam Deus. Item legimus in Pſalmis: Dicite in cordibus, & in ſtratis veſtris, & tranſpungimini. Hieremias quoque hoc idem docet dicens: In ſenſu tibi debet adorari Deus. *Imprecatus.*] In bona nam partem hîc accipitur imprecatus: cùm aliubi ferè ſemper malum ſignificet. *Scena.*] apparatu & ſpectaculo. *Ponè.*] poſt: aduerbium eſt. ita Virg. Ponè ſubit coniunx. *Lectulum.*] in quo defunctus iacebat. *Arbitrabar.*] ſpectabam ac rimabar. *Extolli.*] extollebatur. Significat autem, defunctum illum potentia Ægyptij prophetæ animatum reuiuiſcere cœpiſſe, ita vt pectus iam intumeſceret ex anhelatione pulmonis. *Venapulſari.*] Medici recentiores venas pulſatiles appellant, quibus pulſus exploratur: quas antiqui ἀρτηρίας vocant. Sunt autem arteriæ ſpiritus ſemitæ, ſicut venæ ſanguinis riui. Arteriarum pulſus gubernacula vitæ temperat. Herophilus medicinæ conditor ſubtiliſſimus, deſcripſit leges & modulos, quibus pulſus per ætates citatior aut tardior moueatur: qui euidens index ferè morborum eſt. Græcè dicitur σφυγμός. *Lethæa pocula.*] Animæ mortuorum, vt Poëta nobiliſſimus eanit, Lethæi ad fluminis vndam, Securos latices & longa obliuia potant. Cui ſuccinit Silius verſu conſimili: Lethæos potant latices, obliuia mentis. Philoſophi autumant, animam, cùm cœperit in corpus deſcendere, potare ſtultitiam & obliuionem, aliàs verò magis, aliàs minùs. Ideóq; qui minùs obliuionis hauſerunt, hi magis verum inueniunt. Et hoc eſt quod veteres Le-

thæum fluuium vocauerunt, vt eleganter & scitè refert Macrob. in somnio Scipionis. Apud antiquos in funeribus indictiuis dicebatur, Ollus letho datus est: quod significat, illum qui mortuus est, datum esse λήθῃ, id est obliuioni. *Momentariæ vitæ.*] temporariæ, & breui momento duraturæ: videlicet, tantisper dum enuntiet ipsius mortis causam, & auctores. *Deuotionibus.*] magico cantamine. Deuotiones enim execratoria sunt carmina: vulgò accipimus in bonam significationem. Deuotum quoque pro detestabili & execrando. De hoc aliubi plura. *Diras.*] Virg. in 12. Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ. Hæ vnà cum furijs vno eodémque partu ex intempesta Nocte progenitæ sunt. Diras dici autumant grammatici, quia non nisi ante iratum Iouem videntur: præterea diras dici voluerunt imprecationes quasdam horrendas, quibus Deos quosdam inauditos & formidandos inuocabant: quibus quicunque deuotus damnatúsque fuisset, cum maximo infortunio affici necesse erat. Quamobrem non temerè in quenquam, nec leui de causa, dirarum vti obnuntiatione consueuerunt. Atteius tribunus plebis Crassum ad expeditionem Parthicam properantem, hisce diratum imprecationibus deuotauit (auctores, Plutarchus & Appianus) quod & Lucanus signat in 3. sic scribens: Crassúmque in bella secutæ Sæua tribuniciæ vouerunt funera diræ. *Adorat.*] alloquitur. Orare enim dicere est: vnde & adorare, alloqui. *Malo nouæ nuptæ.*] Significat defunctus, se periisse veneno ab vxore sacrilega sibi propinato, vt ita adultero liberior potiretur. Nam quæ impudica est, eadem venefica esse solet: vt dicebat M. Cato. *Adductus.*] coactus. Nitidior lectio est, addictus. Quidam exponunt adductus, quasi ad Adin, id est Plutonem ductus: quod etsi sententiæ quadrat, tamen elegantiæ Latinæ non conuenit. *Egregia.*] Ironicôs pronuntiandum. *Altercat.*] altercatione repugnat. Apud Quintil. caput est de altercatione, vbi præcipitur, ne altercator sit clamosus, néue iracundus. *Diuersa tendentes.*] Iuxta populi vulgíque consuetudinem. Nam, vt illo versu notissimum est, Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Figurata autem locutio est, populus diuersa tendentes. *Adolescentis.*} defuncti.

Me demonstrans.} de seipso loquitur Telephron, à quo omnia ista dicuntur. *Exertam.*} insomnem, sedulã,

Tunc digito me demonstrans: Nam cùm corporis mei custos hic sagacissimus, exertam mihi teneret vigiliam, cantatrices anus, exuuys meis imminentes, atque ob id reformatæ frustra sæpius, cùm industriam sedulam eius

fallere nequiuiſſent, poſtremùm iniecta ſomni nebula, eóque in profundam quietem ſepulto, me nomine ciere non priùs deſiere, quàm dum hebetes artus & membra frigida pigris conatibus ad artis magicæ nitantur obſequia: hic, vtpotè viuus quidem, ſed tantùm ſopore mortuus, quòd eodem mecum vocabulo nuncupetur, ad ſuum nomen ignarus reſurgit. Et in exanimis vmbræ modum vltroneus gradiens, quanquam foribus cubiculi diligenter occluſis, per quoddam foramen proſectis naſo priùs, ac mox auribus, vicariàm pro me laniena ſuſcitauit: vtque fallaciæ reliqua conuenirent, ceram in modum proſectarium formatam aurium, ei applicant examuſſim, naſóque ipſius ſimilem comparant. Et nunc adſiſtit miſer hic, præmium non induſtriæ, ſed debilitationis conſecutus. His dictis perterritus, tentare aggredior: iniecta manu naſum prehendo, ſequitur: aures pertracto, deruunt. Ac dum directis digitis, & detortis nutibus præſentium denotor, dum riſus ebullit, inter pedes circumſtantium frigido ſudore defluens euado: nec poſtea debilis ac ſic ridiculus, lari me patrio reddere potui: ſed capillis hinc inde laterum deiectis, aurium vulnera celaui, naſi verò dedecus linteolo iſto preſſim adglutinato decenter obtexi.

oculiſque inconiuentibus perſpicaciſſimam. *Reformatæ.* } transfiguratæ in muſtelas, & alias beſtiolas impuratas. *Ciere.* } vocare. *Sopore mortuus.* } Suprà dixit Telephron, ſe ſomno profundo in imum barathrum repentè demerſum, vt vix diſcerni poſſet, qui ex duobus iacentibus eſſet magis mortuus. *Eodem vocabulo.* } Significat ambos fuiſſe cognomines, & eodem Telephronis vocabulo nuncupatos. *Vicariam pro me lanienam.* } Significat defunctus, Telephronem viuum laniatum mutilatúmque fuiſſe vice ipſiuſmet à cantatrici bus aniculis. Vicaria enim laniena dicitur, oppidò quàm eleganter, laniatus ſiue laniatio in alienam vicem ſubſtituta. Propriè laniena ſignificat locum vbi caro venditur, vulgò macellum vocitant: cùm macelli ſignificantia ſit latior, & ad omnia eſculenta venalia extendatur, vt alibi docuimus.

Lanienam dici locum, vbi caro venit, ſicut vbi pelles pelleſuinã, vbi calcei ſutrinam, docet M. Varro libro de Analogia primo. *Examuſſim.* } examinatè, decenter, optimè. Eſt enim amuſſis, regula fabrorum, quam architecti, cùm opus probant, rubrica illinunt. Hinc amuſſitatum deriuatur, quod ſignificat examinatũ, probatúmque. Plautus in Milite: In hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. In Plautinis codicibus pro amuſſitata, perperàm legitur emuſſitata, dictione elegantiſſima contaminata, interpolatáque: quem locum alibi, non inſubtiliter perpendimus. *Sequitur.* } Quia cereus erat naſus, faciliſque ob hoc ſequelæ: cera enim lenta ſequáxque eſt materia. *Riſus ebullit.* } ferueſcit cachinnatio. *Linteolo agglutinato.* } Quoſdam vidi, qui cùm eſſent denaſati, naſum ſubditicium agglutinauerant tam decenter, vt verus videretur.

Poſuit. } finiuit, depoſuit, deſiuit. Oratorum proprium eſt, cauſam ponere: vt apud rhetoricos frequẽter. *Bibere ſolitarium.* } ex more & ex ſolito bibere: à ſolito enim, bibere ſolitarium, noua dicendi elocutione deducit: alioqui ſolitarius, à ſolitate ac ſolitudine dictus. iuxta illud Ciceronis: Natura nihil ſolitarium amat. *A primis cunabulis.* } à primordiali origine. Sunt enim cunabula, lectuli & cunę, in quibus infantes iacêre cõ ſueuerunt: vel loca, in quibus naſcuntur, quaſi cy-

Cùm primùm Telephron hanc fabulam poſuit, compotores vino madidi, rurſum cachinnum integrant. Dúmque bibere ſolitarium poſtulant, ſic ad me Byrrhena: Solennis, inquit, dies à primis cunabulis huius vrbis conditæ craſtinus aduenit: quo die ſoli mortalium ſanctiſſimum deum Riſum hilaro atque gaudiali ritu propitianus. Hunc tua præſentia nobis efficiet gratiorem. Atque vtinam aliquid de proprio lepôre latificum honorando Deo comminiſcaris, quò magna pleniúſque tanto numini litemus. Bene, inquam: & fiet, vt iubes. Et vellem hercules materiam reperire aliquam, quam Deus tantus effluenter indueret. Poſthæc monitu famuli mei, qui noctis admonebat, iam & ipſe crapula diſtentus, protinùs exurgo: & appellata properè Byrrhena, tituban te veſtigio domuitionem capeſſo. Sed cùm primam plateam vadimus, vento repentino lumen, quo nitebamur, extin-

guitur;

guitur: vt vix improuidæ noctis caligine liberati, digitis pedum detunsis ob lapides, hospitium defessi rediremus.

nabula. nam κύτη Græcè est eniti. Inde cunabula, pro primordiis aliarũ quoque rerum vsurpantur: vt apud Fortunatianum, qui cunabula verborum decenter dixit, pro originibus. Apud iurisconsultos cunabula legum, pro institutionibus & primitiis legalibus. Cuninam Deam prisci coluerunt, quæ infantium cunis siue cunabulis præsidebat. *Deum Risum propitiamus.*] Antiqui, quod & Augustinus memorat, singulis rebus singulos Deos attribuerunt: vt Vagitanum, infantium vagitibus: vt Murceam, quæ faceret hominem murcidum: vt Agenoream, quæ ad agendum excitaret: vt à stimulis, Stimulam. Consimiliter hilaritatis præsidem & gaudij Risum vocauerunt, quem Græcè Gelora nuncupant. Legimus apud scriptores idoneos, Hilaria quoque festa solennia à veteribus celebrata fuisse, qui dies erat ad 8. Kal. Aprilis, tanquã tunc cuncta hilaritate mulceantur, quo primùm tempore sol diem longiorem nocte protendit. Hoc intellectu accipiendum est illud Flauij Vopisci, sic scribentis in Aureliano: Hilaribus, quibus omnia festa & fieri scire debemus, & dici, impletis solennibus. Herodianus insinuat, Hilaria matri Deûm dedicata fuisse: quo die passim omnibus ludendi licentia, lasciuiendique permissa. Igitur, vt ad propositum redeamus, Risus Deus hilaritate & gaudio ac ridiculis rebus erat propitiandus: illique ad festiuitatem celebrandam meritò vocabantur, qui vrbanitate & salibus pollentes, ad risum facilè prouocarent. Ille tamen risus est cauendus, qui Græco prouerbio dicitur σαρδόνιος γέλως, Sardonius risus, ab insula Sardinia, in qua nascitur herba quædam apiastro similis, nomine Sardonia: quæ si in edulio fuerit, neruos contrahit, diducit ora risu: & ita γινόμενοι μετὰ σπασμοῦ ἐ γέλωτες ἀποθνήσκουσιν, id est, gustantes cum spasmo & risu moriuntur. Hinc illud Ciceronis ex epistola ad Fabium Gallum: Rideamus γέλωτα τὸν σαρδόνιον. Græci παροιμίαν, id est, prouerbium de risu Sardonio variè interpretantur. Nam Æschylus tradit, incolas Sardiniæ colonos extitisse Carthaginensium: ideóque Saturno immolasse senes, qui annos septuaginta excessissent. Idque fecisse ridentes, séque inuicem amplexantes, tanquam indecorum foret lacrymare, & lamentari: vnde simulatus risus dictus est Sardonius. Aliter Timæus, aliter Simonides, aliter quoque alij prodiderunt: verùm illud de herba Sardonia tam nostris quàm Græcis vsurpatum, videtur probabilius. *De proprio lepore.*] genuina & nativa vrbanitate. Pronuntiandum est media producta, ab eo

quod eſt lepos. Catullus,de verſiculis, Qui tum denique habent ſalem ac lepôrem,Si ſint molliculi,ac parum pudici.Item:Eſt lepôrum Diſertus puer ac facetiarum. Inde lepidus dictus:quamuis Donatus lepidum, qui politus eſt, dici velit à λεπὶς, id eſt,lama,ſiue ſquama,de quibus Plinius in 34.Excutiuntur,inquit,velut milij ſquamæ,quas vocant lepidas.*Lætificum.*]quod læticiam faciat. Aliàs mortiferum,quod lethum,id eſt,mortem afferat. *Numini litemus.*] Riſum Deum propitiemus. Litare enim propriè eſt Deum propitiare,& ſacrificio facto numen placare : auctores Macrobius & Nonius. Hinc illud Plautinum ex Penulo: Tum me Iupiter faciat vt ſemper ſacrificem,nec vnquam litem. *Deus tantus.*]ſcilicet Riſus.*Noctis admonebat.*]quia adueſperaſcere iam ac nocteſcere ſignificabat. Eſt enim verbum vetus nocteſcere,quod ſignificat noctem fieri,& in noctis modum obſcurari:quod Furius vetus poëta primus finxiſſe creditur,illo verſu, Omnia nocteſcunt tenebris caliginis atræ.*Diſtentus.*]vino cibóque fartus ad ſaturitatem. *Proſperè.*]Lego properè:vt dicat,ſe ſtatim & feſtiuiter allocuta Byrrhena,domum repetiiſſe. *Titubante.*]lapſante,vacillante,nutabundò: quod proprium vinolentorũ eſt.Nam,vt inquit ſcitè & eleganter Plautus,Vinum luctator doloſus eſt,pedes captat primulùm.*Domuitionem capeſſo.*]id eſt,itionem ad domum capio.Eſt enim dictio compoſita,quaſi domus itio,ab eundo domum:non tam Apuleianum vocabulum,quàm Ciceronianum. Namque ante Apuleium M.Tul. in primo de Diuinatione ſic ſcripſit: Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domum itionem dari. A Martiale domicœnium eleganter fictum eſt vocabulum,pro eo quod eſt cœnare domi.*Detunſis.*]contuſis,obliſis,impactis.*Ob lapides.*]ad lapides.Ob enim pro ad antiqui dixerunt.nam præpoſitionem Ob pro Ad antiqui ponebant,vt teſtis eſt Ennius,cùm ait:Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.

Vaſtulis.] vaſtis & enormibus ac magnis : ſed cum mediocritate.*Tantillum.*]minimùm,paulúmque, aduerbium eſt. *Ad hoc vſque.*]id eſt, vſque in id temporis momentum. Co-

Dúmque iam iunctim proximamus, ecce tres quidam vegetis & vaſtulis corporibus fores noſtras, & ſummis viribus irruentes,ac ne præſentia quidem noſtra tantillùm conterriti, ſed magis magiſque cum æmulatione virium crebrius inſultantes,vt nobis,ac mihi potiſſimùm, non immeritò latrones eſſe, & quidem ſæuiſſimi viderentur. Statim

d eiq;ue

*denique gladium, quem veſte mea contectum ad hos vſus extuleram, ſinu liberatum * arripui: nec cunctatus, medios latrones * inuado: ac ſingulis, vt quemque colluctantem offenderam, altiſſimè demergo: quoad tandem ante ipſa veſtigia mea, vaſtis & crebris perforati vulneribus, ſpiritum efflauerint.* Sic præliatus, iam tumultu eo Fotide ſuſcitata, patefactis ædibus anhelans, & ſudore perlitus, inrepo: méque ſtatim, vtpotè pugnantium latrónum in vicem Geryoneæ cædis fatigatum, lecto ſimul & ſomno tradidi.*

dex manuſcriptus habet, *Ad hos vſus*: vt ſit ſenſus, ſe eduxiſſe gladium, quem ad tales vſus paratum habuerat, & domo ſecum eduxerat. *Colluctantem.*] cõpugnantem, concertantémque ac reſiſtentem. *Perlutus.*]madens, aſperſúſque. Quidã codices habent, *Perlitus*: alterum à perluor, alterum à perlinor inflexum eſt. *Geryoneæ cædis.*] Ita, inquit, fatigatus ſum pugna trium latronum, ſicut Hercules tergemini nece Geryonis. Geryones enim tricorpor fuiſſe fingitur: quia tribus inſulis præfuit, Balearibus duabus, & Ebuſo. Aduerſus hunc terna arma mouenda, ter letho ſternendus erat: quem Hercules extinxit. Qui ideò fingitur ad eum olla ærea tranſuectus eſſe, quòd habuit nauem fortem, & ære munitam. Hiſtorici aurumant, ideò triplicis naturæ fuiſſe Geryonem, quia fuerunt tres fratres bellatores, robuſtiſſimi: tantæque inter ſe concordiæ, vt vno animo omnes geri viderentur, vt pro tribus vnus nominaretur. Geryonis armenta ſpecioſa, illo extincto Hercules abegit: vt tradunt Diodorus, Iuſtinus, Liuius, Virgilius, cæteri omnes. Hinc Plautinum illud, Ex genere Geryonaceo.

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Exorto die, magiſtratus cum miniſtris domum Apuleÿ petunt: eúmque tanquam homicidam, in iudicium trahunt. Turba populi confluentis, & cuncta ſtipantis deſcribitur. Accuſator homicidÿ reum agit: reus innocentiam ſuam tutatur, cauſámque agit argumentis oratoriis. Inter hæc anus adnentat, tanquã parens necatorum: quæ iuſſu magiſtratus reuel-

Lucius, vt res esse apparent. Exoritur cachinnus immodicus: & sic Deæ Risus celebrata cum hilaritate solennia. Photis causam do et facti viridij. Mox adhibet Lucium spectatorem Pamphiles, in auem se transfigurantis, unguine magico delibutæ: qui & ipse tali desiderio flagrans, dum in bubonem gestit immutari, per errorem pyxidis unguentariæ in asinum transfiguratur. In calce latrocinale furtum refertur, quo asinus cum cæteris immentis onustus gazis Milonis hospitis abducitur.

COmmodùm.] Chronographia est. Describit enim horam matutinam, qua solet Aurora cubili croceo surgens, cœlum inquietare, almámque lucem afferre mortalibus. Mythici fabulantur, Auroram bigis per cœlum vehi, iuxta illud Maronianum: Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. Ob id appellat Apuleius phaleras Auroræ punicantes, ob colorem scilicet croceum, qui in exortu Auroræ conspicitur. nam puniceus color ruffi coloris species est, quem Græci φοινικοῦν vocant, exuberantiam splendoréinque roboris significans: auctor Gellius in 2. Commodùm autem aduerbium est, eo significatu dictum, quò anteà persæpe. *Roseum lacertum.*]

*COmmodùm punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum, cœlum inequitabat: & me secura quieti reuulsum, nox diei reddidit. Æstus imuadit animum, vel vespertini recordatione facinoris. Complicitis denique pedibus, ac palmulis * in alternas digitorum vicissitudines super genua connexis, sic grabatum cossim insidens, vbertim flebam: iam forum & iudicia, iam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus. An mihi quisquam tam amicus, támque beneuolus iudex obtinget, qui me * tetræ cædis perlitum cruore, & tot ciuium sanguine delibutum, innocentem pronuntiare poterit? Hanc illam mihi glorioſam peregrinationem fore, Chaldæus Diophanes obstinatè prædicabat. Hæc identidem mecum replicans, fortunas meas eiulabam. Quati fores* interim, & frequenti clamore ianuæ nostræ perstrepi. Nec mora, cùm magna irruptione patefactis ædibus, magistratibus, eorúmque ministris,*

ſtris, turbæ miſcellaneæ cuncta completa. Statimque lictores duo, de iuſſu magiſtratuum, immiſſa manu trahere me ſanè non renitentem. Ac dum primum angiportum inſiſtimus, ſtatim ciuitas omnis in populum effuſa, mira denſitate nos inſequitur. Et quanquam capite in terram, immò ad ipſos inferos iam deiecto, mœſtus incederem, obliquato tamen aſpectu, rem admirationis maximæ conſpicio. Nam inter tot millia populi circumſedentis, nemo prorſus, qui non riſu dirumperetur, aderat.

Poëtica magis quàm oratoria locutio: alludit ad epitheton Auroræ, quæ ab Homero dicta eſt ῥοδοδάκτυλος, quaſi roſeos digitos habens: talis enim color exorientis Auroræ conſpicitur. *AEſtus.*] agitatio curarum: ita Virgil. Et magno curarum fluctuat æſtu. Tranſlatio à maritimis æſtubus ducta. *Veſpertini.*]homicidij ſub horam veſpertinam facti, quo ſcilicet tres inſtar latronum irruentes obtruncauerat. *Compliciis pedibus.*]Expreſſit habitum, quo ſe conformare ſolet homo anxius, ſolicitúſque. *In alternas digitorum viciſſitudines.*] Significat digitos pectinatim iunctos, de quibus Plin. in 28. ſic ſcribit: Aſſidere grauidis, vel cùm remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter ſeſe amplexis, veneficorum eſt: ídque compertum tradunt, Alcumena Herculem pariente. peius, ſi circa vnum ambóve genua, item poplites alternis genibus imponi. Ex hac Pliniana ſententia iam ſatis liquet, id quod ab Ouid. non minùs ſcitè quàm decenter dictum eſt lib. 9. Meta morphoſeos: Dextróque eſt poplite læuum Preſſa genu, digitíſque inter ſe pectine iunctis Suſtinuit partus. Dixit poëta digitos pectine iunctos, quod Plin. pectinatim inter ſe amplexos: & nunc Apuleius, in alternas digitorum viciſſitudines connexa manus. *Coxim inſidens.*]pro in coxas ſedens: aduerbium eſt, dictum quaſi coxin, id eſt, in coxas. Pompon. Hoc ſciunt omnes quantùm eſt qui coxin cacant, hoc geſtu ſutores ſarcinatoréſque ſedere ſolent. Ad hoc referri poteſt Plautinum illud: Quaſi claudus ſutor, domi ſedet totos dies. *Vbertim*]largè & abundanter. Sic Catullus: Vbertim thalami quas intra limina fundunt. *Imaginabundus.*]imaginatione & mentis viſione conſpiciens. *An mihi quiſquam.*]Hæc, inquit, animo meo volutabam, mecúmque ruminabar. *Perlitum.*]inſperſum, perfuſúmque: à perlino naſcitur perlitum, ſicut à delino delitum, ab oblino oblitum, ſublino ſublitũ. Cicero: Tuli moleſtè, quòd literæ delitæ ſunt à te mihi redditæ.

Idem in Verrinis: Tabulæ sunt in medio, quæ se interlitas & oblitas esse clamarit. *Delibutum.*] madentem. e contrario dicimus vnguento delibutum, pro vncto. Solinus: Nam & proconsul Africæ Flauianus imperator eum contigit vnguentis & delibuit. Dixit Terent in Phormione: Satin' est, si te delibutum gaudio reddo. Vbi scite exponens Donatus inquit, Ad animum transtulit, quod est corporis: nam delibutus, vnctus dicitur. *Pronuntiare.*] Verbum forense est: nam propriè iudices pronuntiare dicuntur, cùm sententiam dicunt. Quintil. in 4. Nisi fortè etiam tam hebes futurus est iudex, vt secundum id pronuntiet, quod sciet narrare te voluisse. *Hæc identidem.*] hæc frequenter. *Eiulabam.*] cum eiulatu & lamentatione prosequebar. Eiulatum & eiulationem dixerunt gemitum flebilem. Eiulatus, vt inquit M T. in 2. Tuscu lana, ne mulieri quidem concessus est. Et hic nimirùm est fletus, quem 12. Tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt, quem lessum vocant: super quo in 2. commentario Tusculanarum quæstionũ copiosè scripsi. Vnde & ab Horatio dictum est in Epodo: Hinc & illa non virilis eiulatio. *Quati.*] quatiuntur, siue quatiebantur: tempus pro tempore, frequens apud auctores elocutio. *Perstrepi.*] perstrepunt, siue quatiebantur. *Turbæ miscellaneæ.*] Miscellaneam turbam eleganter vocat indiscretè, apparitorésque magistratuũ, qui colluuione variarum gentium commixti esse solent. A. Gellius miscellam doctrinam nuncupat oppidò quàm decenter, quę multifaria est, & ex mixtura multiiugarum disciplinarum quasi confusanea. De miscellis ludis, apud Tranquillum in quarto cõmentario scriptum leges, ad quos referendum est illud satyrographi poëtæ: Sic vèniunt ad miscellanea ludi. M. Varro miscellum appellat genus columbarum, quod ex agrestibus columbis & domesticis mixtum est. Quidam codices habent, turbę miscellaneę, nomine à miseria ducto; misera enim & misella, & consequenter miscellanea esse solet turba eorum qui apparent ac præstò sunt iuridicis magistratibus: quales hoc quoque tempore prętorum familiæ conuisuntur, fumidæ scilicet & pannosæ, & ex miseriæ gurgustio erutæ. Miscellæ vuæ dicuntur Catoni & Varroni pro nigris. *Trahere*]trahunt, vel trahebant. *Angiportum.*] Quod exitum non habet, ac peruium non est, angiportum appellarunt. Ab angendo & portu, vt interpretatur M. Varro. Sententiæ Varronianæ astipulatur illud Terentianum ex Adelphis: Id quidem angiportum non est peruium. Vbi Donatus, angiportum exponit pro angusta & curua via. Alij, quòd inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos, quas portus veteres dixerunt. *Immò ad ipsos inferos.*] Correctio est, per hyperbolem, quæ

cuncta

cuncta vero maiora facit. Nam correctio exornatio est, quæ pro eo quod dictum est, id quod magis idoneum videtur reponit: quæ, vt lib. 3. Rhet. ad Herennium traditur, rem facit insigniorẽ.

*Tandem pererratis plateis omnibus, & in modum eorum qui lustralibus piamentis minas portentorum hostijs circumforaneis expiant, circumductus angulatim forum, eiúsque tribunal adstituor. Iámque * sublimo suggestu magistratibus residentibus, iam præcone publico silentium clamante, repentè cuncti consona voce flagitant, propter cœtus multitudinem, quæ pressuræ nimia densitate periclitaretur, iudicium tantum theatro redderetur. Nec mora, cùm passim populus procurrens, caueæ * conceptum mira celeritate compleuit. Aditus etiam, & tectum omne fartim stipauerant. Plerique columnis implexi, alij statuis dependuli, nonnulli per fenestras & lacunaria semiconspicui, miro tamen omnes studio visendi, pericula salutis negligebant. Tunc me per proscenium medium, velut quandam victimam publica ministeria * producunt, & orchestræ mediæ sistunt. Sic rur, sum præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exurgit, & ad dicendi spatium, vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat.*

Lustralibus expiamentis.] Significat se circumductum fuisse per angulos omnis, sicut hostiæ circumduci solent in amburbiali sacrificio & ambaruali, quando scilicet vrbes Argiuæ lustrantur. Namque ambaruale sacrificium id appellauerunt, quòd arua ambiat victima. De quo intelligi voluit poëta in Georgicis illo versu: Térque nouas circum fœlix eat hostia fruges. Fieri autem sæpe consueuerat de porca fœcunda & grauida. Portius Cato hoc sacrificium signat, cùm præcipit, Quid facere debeas si agrum lustraueris: vbi solitaurilia circumagi solita docet, & porco præcipuè fundum lustrandũ expiandúmque. Cuius verba precatoria sunt hęc ad Deũ: Vti viduertatẽ vastitudinémq; calamitates, intẽperiásq; prohibessis,

defendas,auerruncéſque. Vbi viduertas ſignificatur calamitas, ex eo dicta,quòd bonis viduet:ſicut auerruncare ſignificat auertere,propulſare,depellere:vnde & auerruncus Deus dictus,quòd mala auerruncaret, hoc eſt, auerteret,abigerétque: ſuper qua re in notis Seruij ſcripſimus non indiligenter.Amburbale verò ſiue amburbium dicitur ſacrificium , quòd vrbem circuit & ambit victima. Lucanus amburbium ſignat, cùm ſic inquit in primo Pharſaliæ.Mox iubet & totam pauidis à ciuibus vrbem Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro.Hinc piamenta luſtralia dicuntur,quibus expiatoriis luſtramus,id eſt,expiamus agros vrbéſq;. Luſtrare enim expiare eſt:vnde & luſtratus,pro expiatus. Liuius in primo,luſtrale ſacrificium refert:apud Plin.luſtrata vrbs ſæpe, & luſtratum Capitolium. Luſtralia verò exta apud Virg. & Statium ſignificantur pinguia. Moris enim fuerat, vt grammatici annotauerunt,completo luſtro,id eſt, quinquennali tempore victimas ſacrificari,id eſt,perfectæ ætatis:& ob hoc pingues. Homerus quoque dixit, *βοῦν πενταέτηρον*,id eſt, bouem quinquennalẽ, quem luſtralem vocat.*Minas portentorum.*]quicquid diri portenta minantur,ac denuntiant. *Hoſtijs circumforaneis.*] Circumforaneæ hoſtiæ dicuntur , quæ circum agros & vrbes in ambaruali amburbalíve ſacrificio circumducuntur,circumaguntúrve:à circumferendo dictæ M.Tull.in oratione pro Cluẽtio, pharmacopolam vocat circumforaneum, qui circuit fora , & circumagitur:quales compluſculi in noſtro foro quotidie conuiſuntur,homines ſcilicet nugatores,impoſtoréſque.Item Hieronymus:Garrulum neſcio quem remigerulum circumforaneum. *Angulatim*]per omnes angulos. Aduerbium eſt, ea forma factum qua oppidatim,vicatim,regionatim: quæ ſignificant,per oppida,per vicos,per regiones.Templatim dixit Tertulianus, quaſi per templa. *Aſtituor.*] ad tribunal iudiciale ſiſtor,ſtatuórque. *Suggeſtu.*] pulpito. *Silentium clamante.*] Plautus in Penulo:Exurge præco, fac populo audientiam Nam dicere ſolet præco:Silete,& tacete, atque animum aduortite. *Preſſura.*]preſſionis:ſubſtantiuum eſt. ſic Lucanus: Corycij preſſura croci. *Periclitaretur.*] Hiſtorici prodiderunt , Clodiam Appij Cæci filiam iactatam & malè habitam eſſe,turba vndique confluentis confluctuantíſque populi in theatro. Quin & ad Cæſaris dictatoris ſpectacula tantùm vndique confluxiſſe hominum fertur , vt præ turba eliſi exanimatíque plurimi ſint. *Cauęę conceptum.*]theatri conſeſſum ſignificat.Cauea enim in theatro eſt, vbi ſpectat populus:vt docet Seruius ſuper illud Virgilianum,Conſeſſu caueæ magnis Circenſibus actis.Plautus in Amphitryone: Eant per totam caueam

ſpecta-

ſpectatoribus. Aliàs cauea dicitur ſeptum, quo animalia incluſa continentur. Idem Plautus in Curgulione: Quia enim in cauea ſi forent incluſi, itidem vt pulli gallinacei. Plinius auctor eſt, Augu ſtum oſtendiſſe tigrim Romæ in cauea manſuefactam. Cauea theatri Scauri, eo.dem teſte, cepit hominum 80. milia. *Fartim.*] confertim, ſtipatim: à farciendo deriuatum aduerbium. *Columnis implexi.*] Euidentia eſt, ſiue repræſentatio, quæ Græco vocabulo dicitur Enargia. Res enim ita clarè deſcribitur, ita tota imago verbis quaſi depingitur, vt cerni videatur. *Semiconſpicui.*] Expreſſit ſignificanter ac decenter, id quod in ſpectaculis fieri videmus: vt ſcilicet dimidiati homines, & (vt hic noſter ait) ſemiconſpicui, ex feneſtris appareant, viſendi ſtudio interdum periclitantes. *Proſcenium.*] Locum, qui eſt ante ſcenam, proſcenium dixere, quaſi ante ſcenam: auctor Diomedes. Ex proſcenio actores fabulas agebant. *Publica miniſteria.*] publici miniſtri: quales ſunt apparitores, lictores, & accenſi. Apud Lacedæmonios, Helotæ vocabantur publica famulicia: apud Theſſalos Peneſtæ, de quibus Plutarchus, Ariſtoteles, Dionyſius. *Orcheſtræ.*] Locus in theatro, ex quo ſenatores & legati honoratiorum gentium ſpectare conſueuerant. De orcheſtra affatim in Suetonij commentariis. *Boatu.*] ſonitu, & clamoſa voce. Boare enim clamare eſt: vnde verbum ductum eſſe autumant etymologici, à verum boando, hoc eſt verum ſonando. Virgilius, Reboant ſyluæque & magnus olympus, dixit, pro reſonant, reſultant, remugiunt. M. Varro à boue boantes dici tradit: alij à verbo Græco deducunt. Præcones autem ſolent & dicuntur eſſe μεγαλοφωνότατοι, id eſt, vocaliſſimi, & voce ſonantiſſima boantes: vnde à præcanendo, id eſt, valde canendo nominati. *Vaſculo quodam.*] Clepſydram ſignat. Eſt autem clepſydra vaſculum vitreum, per quod guttatim defluit aqua incluſa, ſtillicidióque exhauritur: nomine ducto ἀπὸ τῆ κλέπτειν, quod ſignificat furari & abſcondere, καὶ τῆ ὕδατος, id eſt aqua. Conſimilia clepſydris ſunt vaſcula illa apud nos vſitatiſſima, quæ ſpatia horaria metiuntur puluiſculo per foramen anguſtũ minutatim delabente. Tale eſt illud, quod affabrefactum & ex argento pretioſum nupertrimè ad me miſiſti dono, munifice Antiſtes: qui vt cæteris virtutibus fulges, ita liberalitate quoque clariſſimus es. Et profectò nihil peræquè exornat extollitque opulentos Antiſtites, quàm munificentia, qua homines Diis ſimillimi efficiuntur, qua cunctis mortalibus ſiunt amabiliſſimi, qua literati præcones excitantur. Sed ad propoſitum. Apud veteres actoribus cauſarum forenſium præſcribebatur orandi tempus, datis clepſydris: quibus exhauſtis, ampliùs dicere vetabãtur. Quod

inſtitutum damnat Plinius in epiſtolis, ſcribens paucioribus clepſydris cauſas præcipitari, quæ antiquitus pluribus diebus explicabantur. Inde illa increbuit paſſim inualuítque conſuetudo, binas vel ternas clepſydras, interdum & dimidias & dandi & petendi. Item aliubi: Dixeram horis penè quinque: nam tribus clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor. Clepſydram, vt inquit Seneca, non extremum ſtillicidium exhaurit, ſed quicquid antè defluit. Relege quæ ſcitu digna annotauimus in ſecundo commentario Tuſculanarum, ſuper clepſydra. Senſus Apuleij eſt: Accuſatori definitum dimenſúmque eſſe dicendi ſpatium, ad modulum vaſculi aquarij, hoc eſt clepſydræ: vt ſcilicet tantiſper oraret, donec effluueret aqua, cuius exhauſtu actio finiretur. *In vicem coli.*] Cola vaſa ſunt linea, à colando dicta: per quæ ſcilicet vinum defluens percolatur. Virg. Colaque præſorum fumoſis deripe tectis. Martialis: Frigidior colo non ſalit vnda tuo. Idem colum vinarium celebrat in apophoretis. Figuratur autem colum, à ſummo patulum & ſatis latum: in imo autem faſtigiatur in acutam gracilitatem, quaſi in metæ modum. Tali figura dicit fuiſſe vaſculum, quod accuſatori datum eſt, ad tempus dicendi præfiniendum. *Guttatim.*] per guttas cunctantes fluentes, & quaſi per ſtillicidium. *Adorat.*] alloquitur. Adorare apud antiquos ſignificabat agere. vnde & Legati oratores dicti, quia mandata agunt.

Quirites.] Ex more Romano ſumptum, vbi oraturi ad populum, Quirites appellitant: vt in orationibus Ciceronis ſæpiſſime. Sic Perſius: Quod deinde loquêre Quirites. Quiritare dicitur is, qui Quiritum fidem clamans implorat. Vt quiritare vrbanorum eſt ſic iubilare ruſticorum. *Totam ædium famem.*] Mendoſus locus, & defor

Neque paruas res, ac præcipuè pacem ciuitatis cuncta reſpiciens, & exemplo ſerio profutura tractatur, Quirites ſanctiſſimi. Quare magis congruit, ſedulò ſingulos atque vniuerſos vos pro dignitate publica prouidere, ne nefarius homicida tot cædium lanienam, quam cruenter exercuit, impunè commiſerit. Nec me putetis priuatis ſimultatibus inſtinctum, odio proprio ſæuire. Sum namque nocturnæ cuſtodiæ præfectus: nec in hodiernum credo quenquam peruigilem diligentiam meam culpare poſſe. Rem denique ipſam, & quæ nocte geſta ſunt, cum fide proferam. Nam cùm ferè iam tertia vigi-

*lia * lapſa diligentia * cunctæ ciuitatis hoſtiatim ſingula conſiderans circumirem, conſpicio iſtum crudeliſſimum iuuenem mucrone diſtricto paſſim cædibus operantem: iamque tris numero ſæuitia eius interemptos, ante pedes ipſius ſpirantes adhuc corporibus in multo ſanguine palpitantes. Et ipſe quidem conſcientia tanti facinoris meritò permotus, ſtatim profugit: & in domum quandam præſidio tenebrarũ elapſus, perpetem noctem delituit. Sed prouidentia Deûm, quæ nihil impunitum nocentibus permittit, priuſquàm iſte clandeſtinis itineribus elaberetur, manè præſtolatus, ad grauiſſimum iudicij veſtri ſacramentum eum curaui producere. Habetis itaque reum tot cædibus impiatum, reum coram deprehenſum, reum peregrinum. Conſtanter itaque in hominem alienum ferte ſententias de eo crimine, quod etiam in veſtrum ciuem ſeueriter vindicaretis. Sic profatus accuſator acerrimus, immanem vocem repreſſit.*

matus, qui in priſtinam eleganti ſic reformari poteſt: Tot cædium lanienam. Hoc intellectu, vt dicat accuſator: prouidendum eſt, ne Apuleius, vtpotè ne farius homicida, impunè commiſerit lanienam, id eſt, lanienam ſæuitiámque triplicis cædis. Eſt enim laniena, locus vbi caro venditur, vt docet Varro: quin etiam accipitur pro laniatione ipſa, & trucidatione. Videtur laniena à laniando dici: vnde & lanij, ſiue laniones, qui laniant pecora: & laniſtę, qui laniandis præſunt gladiatoribus. Legato lanionis inſtrumento, menſæ, pondera, ferramenta, & alia quoque, quæ lanianda carnis cauſa parata ſunt, contineri docet Paulus iuriſconſultus. Nefarius dicitur ſceleratus, à farre, quo ſcelerati vti nõ debeãt. Hinc, q indigni ſunt qui viuãt, nefarij vocãtur: auctores M. Varro & Nonius. De nefario ſic ſcribit Aſconius: Nefarium eſt, quod ſacra polluit, farre pio ſolita celebrari. Ergo nefarij, ſacrilegi. *Simultatibus.*] inimicitiis & odiis. Simultas dicta eſt ex contrario, quia minimè ſunt ſimul, inter quos odium eſt. Poteſt & à ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulata loquuntur adinuicem. *Nocturnæ cuſtodiæ præfectus.*] Ex diſciplina militari, idonei & probatiſſimi eliguntur, qui vigilias nocturnas circumeant, & renũtient ſi qua emerſerit culpa: quos circuitores appellabant. At nunc, auctore

Vegetio, militiæ factus est gradus, & circitores vocantur. Apud iurisconsultos scriptum legimus, triumuiros nocturnos esse, ab eo quòd excubias agebant nocturnos dictos. Hosce omnis nocturnæ custodiæ præfectos intelligere meritò possumus. Fuit & præfectus vigilum, de cuius officio titulus est lib. 1. Digestorum, ad quem pertinet quæstio de vrbis custodibus, qui per totam noctem vigilare debet, & oberrare calciatus cum armis & dolabris. *Cum fide proferam.*] Oratio est ex præceptione rhetorica, oratoriis numeris composita: nam post exordium subiuncta narratio est, quæ (vt rhetorici doctores præcipiunt) debet esse dilucida, breuis, & probabilis. *Tertia vigilia.*] Vegetius & Modestus tradunt, vigilias nocturnas in quatuor partes diuisas fuisse, vt nõ ampliùs quàm tribus horis nocturnis necesse sit primos vigiles vigilare. A tubicine omnes vigiliæ committuntur, & finitis horis à tubicine reuocantur. Apud historicos frequens mentio est de prima, secunda, tertia, quarta vigilia. Hieronymus in expositione Psalmorum: Nox, inquit, in quatuor vigilias diuiditur, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur. Apud Lucanum secunda vigilia significatur illo versu: Tertia iam vigiles commouerat hora secundos. Et hæ vigiliæ castrenses nominantur. Plin. in 10. de gallis loquens, sic inquit: Cum sole eunt cubitum, quartáque castrensi vigilia ad curas laborémque reuocant. Hic per tertiam vigiliam significatur tempus id, quod à media nocte mox incipit. *Lapsa.*] Al. scrupulosa. *Hostiatim.*] Quasi per singula hostia Quint. Eloquentia hostiatim petenda. *Mucrone districto.*] educto gladio. Prosa oratio mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipit, auctore Quintiliano Propriè autem mucro est cuspis telihinc dixit Seruius, Cuspidem abusiuè posuisse Virgilium pro hastæ mucrone. Hinc mucronatum deriuatur, pro eo quod est acutum, & mucronis habens effigiem. Plin. libr. 32. scribit, inter pisces xiphiam, id est, gladium rostro mucronato esse, à quo naues perfossæ merguntur in oceano. *Interemptos.*] Repete verbum illud, conspicio. Zeugma est, à superiori præsidio tenebrarum. Consimiliter Virg. Defensi tenebris, & dono noctis opacæ. *Perpetem.*] perpetuam, ac totam. Perpetem pro perpetuo dixerunt veteres, & annotant grammatici. Pacuuius: Fac vt cœpisti hanc operam mihi perpetem oculis traxerim. *Nihil impunitum nocentibus*] Verbum vetus est, Deos iratos pedes lanatos habere: quia nonnunquam tardè veniunt nocentibus. Hinc illa apud Valeriũ vulgata sententia: Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira. Ex quo satis liquet, Deorum prouidentiam nocentes nunquã impunitos dimittere, etsi interdum serò puniant: ideóque scripsit

pſit Horat. Rarò antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo. Cæſar quoque in commentariis auctor eſt, conſueſſe Deos immortales, quò grauiùs homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci velint, ſecundas interdum res, & diuturnam impunitatem concedere. Græcè προνοια dicitur prouidentia Deorum, qua Stoici dicunt cuncta regi: prouerbium Græcorum eſt, αἱ τῶν θεῶν ἄτραι βαθεῖαι, id eſt, ad aures Deorum accedit: quod dicitur de hominibus, qui non latent Deos in ſuis actionibus. *Clandeſtinis itineribus.*] occultis & deuiis. Clandeſtinum penultima longa enuntiandum eſt, vt Silius Manliúſque notificant. *Manè præſtolatus.*] matutinam Auroram expectans. Præſtolari enim eſt expectare, vel manere. Alias præſtolari eſt, præſtò eſſe, & apparere, hoc eſt obſequi, vt docet Donatus. Coniungitur cum datiuo & ablatiuo. Teren. Quem præſtolare Parmeno. M. Tull. qui tibi ad forum Aurelium præſtolentur. *Impiatum.*] pollutum maculoſúmque. *Reum.*] Epanaphora eſt, ſiue Anaphora, quam noſtri Repetitionem dicunt, ſiue Relationē: quæ fit, quotiens per ſingula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronuntiabat: auctores Martianus, Diomedes, & M. Tul. in Rhetoricis ad Herennium. *Peregrinum.*] Tanquam peregrino minùs fauendum ſit quàm ciui, & alienus conſtanter damnari debeat. Nam, vt docet M. Tul. in primo de Officijs, Propior eſt ſocietatis gradus eiuſdem nationis & linguæ: arctior verò colligatio eſt, eiuſdem eſſe ciuitatis. Hinc ſcribit Plin. in 36. Agoracritum Parium & Alcamenum Athienſem. Phidiæ diſcipulos, inter ſe ambo certauiſſe in Venere facienda: viciſſéque Alcamenem non opere, ſed ciuitatis ſuffragiis, contra peregrinum ciui ſuo fauentis. Atqui peregrinos tamen deſpicere non debemus: quin immò, vt præcepit Plato lib. 8. de legib. peregrini viginti annos in aliena ciuitate permaneant artium aliquam exercentes, ſine vectigalium ſolutione. Cùm autem 20. anni exacti fuerint, accipiant rem ſuam, & abeant. Lex quoque Moſaica præſcribit, προσήλυτος (ſic enim Græco vocabulo peregrini dicuntur) non eſſe vexandos: Nam & vos, inquit, peregrini fuiſtis in alieno ſolo.

Ac me ſtatim præco, ſi quid ad ea reſpondere vellem, iubebat incipere. At ego nihil tunc temporis amplius quàm flere poteram, non tam mehercules tru-

Nec ipſe ignoro.] Defenſio eſt: cuius ſtatus ſiue conſtitutio iuridicialis, ſiue qualitatis nuncupatur.

culentam accuſationem intuens, quàm meam miſeram conſcientiam. Sed tamen obortà diuinitùs audacia, ſic ad illa. NEC. ipſe ignoro, quàm ſit arduum, trinis ciuium corporibus expoſitis, eum qui cædis arguatur, quamuis vera dicat, & de facto confiteatur vltrò, tamen multitudini tantæ, quòd ſit innocens perſuadere. Sed ſi paulisper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas veſtra, facilè vos edocebo, me diſcrimen capitis non meo merito, ſed rationabilis indignationis euentu fortuito, tantam criminis inuidiam fruſtrà ſuſtinere. Nam cùm à cœna me ſerius aliquantò reciperem, potulentus alioquin, quod planè verum crimen non diſſitebor, ante ipſas fores hoſpitij (ad bonum autem Milonem, ciuem veſtrum, deuorto) video quoſdam ſaniſſimos latrones aditum tentantes, & domus ianuas cardinibus obortis euellere geſtientes: clauſtriſque omnibus, quæ accuratiſſimè adfixa fuerant, violenter euulſis, ſecum iam de inhabitantium exitio deliberantes. Vnus denique, & manu promptior, & corpore vaſtior, his affatibus cæteros incitabat: Heus pueri, * quàm maribus animis, & viribus alacribus dormientes aggrediamur. Omnis contatio, ignauia omnis faceſſat è pectore. Stricto mucrone per totam domum cædes ambulet: qui ſopitus iacebit, trucidetur: qui repugnare tentaue-

Non enim factum quod obiicitur negat, ſed id iure factum eſſe demonſtrat. Vt in cauſa Horatij ſororicidæ intentio accuſatoris eſt, Sororem occidiſti: depulſio defenſoris, Occidi, ſed iure occidi. Quæſtio eſt, Num iure occiderit. inſidiatorem autem cùm occidere fas ſit: & quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, id feciſſe iure exiſtimetur, tris à ſe inſidiatores iure cæſos argumentatur. Orditur autem à pronomine, quoniam magna vis eſt in pronominibus. *Expoſitis.*] neci datis. Senſus autem eſt: Scio eſſe difficile, eum qui confiteatur crimen, de quo arguitur, velle tamen perſuadere ſeſe eſſe innocentem. *Audientiam.*] Ita Plautus; Exurge præco, fac populo audientiam. *Euentu*

*tauerit, feriatur. Sic ſalui recedemus, ſi ſaluum in domo neminem reliquerimus. Fateor, Quirites: extremos latrones (boni ciuis officium arbitratus: ſimul eximiè metuens & hoſpitibus meis & mihi) gladiolo, qui me propter huiuſmodi pericula comitabatur, armatus, fugare atque proterrere aggreſſus ſum. At illi barbari prorſus, & immanes homines, neque fugam capeſſunt: & cùm me viderent in ferro, tamen audaciter reſiſtunt. Dirigitur præliaris acies. Ipſe denique dux & ſignifer cæterorum, validiſſimè * aggreſſus, illicò manibus ambabus capillo abreptum, ac retrò * reflexum, effligere lapide geſtit. quem dum ſibi porrigi flagitat, certa manu percuſſum feliciter proſterno. Ac mox alium, pedibus meis mordicùs inhærentem, per ſcapulas ictu temperato: tertiúmque improuidè occurrentem, pectore offenſo, perimo. Sic pace vindicata, domóque hoſpitis ac ſalute communi protecta, non tantùm impunem me, verùm etiam laudabilem publicè credebam fore: qui ne tantillo quidẽ vnquam crimine poſtulatus, ſed probè ſpectatus apud meos, * ſemper innocentiam commodis cunctis antetulerã. Nec poſſum reperire, cur * iuſtæ vltionis, qua contra latrones deterrimos cõmotus ſum, nunc iſtum reatum ſuſtineã: cùm nemo poſsit monſtrare, vel priuatas inter nos inimicitias præceſsiſſe,*

fortuito.] Cædes enim illorum triũ fortuitò, non conſultò, fuerat perpetrata. *A cæna.*] Foris enim apud Byrrhenam cœnauerat, vt ſuperiùs demonſtrauit. Elocutio Pliniana eſt, à cœna, à cibo, à ſomno, pro eo quod eſt, poſt cœnam, poſt cibum, poſt ſomnum. De vi & ſignificatione huius particulæ à, ſuper Suetonium affatim. *Seriùs.*] hora ſetiore tardioréque. *Potulentus.*] vinolentus, & bene potus, apud Plautum, vitium vini atque amoris, noxam commiſſam purgat. *Verum crimen.*] Non negabo, inquit, me ebriũ temulétúmque fuiſſe. *Deuorto.*] Dicimus deuortor & deuorto, in eodẽ ſignificatu: nã & deuortor in præterito actiuã habet declinationem deuerti, vt docet Phocas. Verbũ aũt eſt propriè

ac ne omnino mihi notos illos latrones vſquam fuiſſe : vel certè vlla præda monſtretur, cuius cupidine tantum flagitium credatur admiſſum.

hoſpitale. Plautus in Pſeudulo: Ego deuortor extra portam in tabernam tertiam. Item in Trinumo: Inſanum eſt & malum, in hoſpitium deuorti ad cupedinem. M. Tullius in ſecundo Rhetoricorum : Quare cùm in quandam tabernam deuortiſſent, ſimul cœnare & in eodem loco ſomnum capere voluerunt. *Geſtientes.*]cupientes. Geſtire enim modò cupere eſt, aliàs lætum eſſe. *Corpore vaſtior.*] maior, enormior, horrentior. Vaſtum enim dicitur magnum, horrens & ferox. Vetus verbum eſt vaſteſcere, quod ſignificat deſertum & vaſtum fieri. Vaſticies & vaſtitudo & vaſtitas, pro horrore & deſolatione & contagio accipiuntur apud ſcriptores idoneos. *Affatibus.*] alloquio & verbis, quæ magnum perſæpe habent incitamentum in vtranque partem, tam ad ſcelus capeſſendum, quàm ad virtutem percolendam. Horatius: Hortari cœpit eundem Verbis, quæ timido quoque poſſent addere mentem. *Maribus animis.*]maſculinis, & planè virilibus. *Cunctatio.*] Hortabatur comites, vt moram omnem cunctationémque eiicerent ab ſeſe, exterminaréntque : ſæpe enim cunctatio diſpendioſa eſt. Ex quo illud Silij: Pelle moras, breuis eſt magni fortuna fauoris. Perſæpe verò vtilem curationem tarditatémque eſſe percipimus. vnde ait idem Silius: In rem contari fuerit. & Fabius ob id Cunctator dictus, qui cunctando reſtituit rem. Dictum vetus eſt, cuius Sidonius quoque commeminit, Perſæpe moram eſſe meliorem: &, vt auctor eſt Marcellinus, cunctatio præcipuũ bonum eſt in magnis ductoribus. *Faceſſat.*]recedat, abeat, vt illud: Faceſſite hinc omnes. Aliàs faceſſere, eſt facere, vt Virgilius: Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt. *Fateor Quirites.*]Ex ritu oratorum Romanorum, qui ad Quirites concionantur. *Extremos latrones.*]Ita ordinandus eſt textus : Aggreſſus ſum gladiolo fugare extremos latrones, tanquam id officium foret boni ciuis. Extremos autem appellat, intelligi volens perditiſſimos, nequiſſimóſque. Sic ab A. Gellio extrema malitia dicta eſt, pro maxima, & ea vltra quam nihil ſit. *Dux & ſignifer.*] Vexillarium, anteſignanúmque, ac veluti principem latronum ſignificat. *Certa manu.*]Dicitur manus certa, cuius ictus non aberrat: ſicut incerta, quæ non ſemper ferit deſtinata. Quintilianus in 4. Vt certa manus vno telo poſſit eſſe contẽta, incertę plura ſpargenda ſunt, vt ſit & fortunæ locus. *Neque fugam capeſſunt.*]Narratio credibilis, & planè oratoria, in quam ex præcepto Quintiliani nõ fuerit

inutile

inutile semina quædam probationum spargere, nonnunquam etiam argumento aliquo confirmabitur: cùm aduersarij dicuntur fuisse robusti, armati contra infirmos, plures contra vnum. Aliquando confitebimur vix esse credibile, quod factum est: nos tamen id verum esse probaturos. Sicuti nunc vix videtur esse credibile, tres ab vno peremptos fuisse: tam autem subtiliter narrat, tam probabiliter vt qui audit, statim credat. Mordicùs, morsu, & dentibus: aduerbium est: mordicitùs quoque veteres dixerunt in eodem significatu. Plautus in Aulularia: Asini me mordicùs scindant, boues incursent cornibus. A morsu etiam morsicatim ludunt. *Per scapulas.*] Scapulæ posteriores dorsi partes & humerorum significantur. Hinc interuallum illud medium inter scapulas, interscapulum dictum. In Floridis: Cum interscapulum crates retexisset. Quidam interscapilium legere malunt. Apud Higinum crebra mentio est interscapili, à quo inscapulo quoque vsurpatur pro interscapilio, siue pro in scapulis. *Impunem.*] impunitum, & pœnæ exortem. Declinatur impunis, vt immunis. *Hospitis.*] Milonis. *Protecta.*] defensa. *Ne tantillo quidem.*] ne minimo quidem. *Postulatus.*] accusatus. Titulus est apud iurisconsultos, de postulando. Cæsar, vt scribit Tranquil. Dolabel lam repetundarum postulauit. *Reatum.*] accusationem. Messala orator primus reatum dixit, vt docet Quintilianus in 8. Reus, vn de reatus dicitur, non solùm est is qui causam dicit, & item qui quid promisit, spopondit ve, ac debet, verùm etiam qui cum alte ro litem contestatam habet, siue is egit, siue cum eo actum est. Reus, vt scribit Gallus Hilius stipulando est idem qui stipulator dicitur: sicut reus est promittendo, qui suo nomine alteri quid promisit. M. Antonius apud Ciceronem in 2. de Oratore: Reos, inquit, appello non eos modò qui arguuntur, sed omnes quorũ de re disceptatur. Reum fieri Asconio nihil aliud est, nisi apud prætorem legibus interrogari. Agi dicitur reus, cùm accusatur: peragi, quando damnatur. Plinius in epistolis: Intereà dum peragitur reus. Vlpianus ad legem Iuliam de adulterijs sic refert: Nisi reum peregerit. Peregisse autem non aliâs quis videtur, nisi & condemnauerit. Idem ad legem Iuliam maiestatis: Is, inquit, qui in reatu decedit, extinguitur enim crimen mortalitate. Reis apud priscos moris fuit, summittere capillum, & vestem sordidã in publico habere, ad misericordiam conciliandam. *Proprias inimicitias.*] Maleficium sine causa susceptum fermè esse non solet, vt rhetorici doctores prodiderunt, qui præcipiunt, in omni lite causam potissimùm spectari oportere. Causa autem omnis aut impulsiua est, vt ira, odium: aut ratiocinatiua, lucrum, hæredi-

tas. Impulsiuam Græci vocant ὁρμητικὴν αἰτίαν: ratiocinatiuam verò, τὴν λογικὴν αἰτίαν. Prætereà causa est aut efficiens, cùm dicimus. Illa ratione prouocatus est, quod προηγητικὸν αἴτιον Græci vocãt: aut adiuuans, vt cum dicimus, Etiam illa causa accessit, quod ὑποβοηθητικὸν αἴτιον vocant: aut prohibens, vt, Imò habui causam nõ faciendi, ne ad inimicum meum hæreditas perueniret, quod κωλυτικὸν αἴτιον Græci vocant. Nunc Apuleius impulsiuam causam signat, cùm ait, inimicitias non præcessisse: ratiocinatiuam verò, cum negat vlla prædæ cupiditate admissum esse flagitiũ. *Cupidine.*] cupiditate. Hor. At bona pars hominũ decepta cupidine falso

Porrectis in preces manibus.] Adorantes manus attollimus, vt docet Quintilianus. Sine manibus truncа est actio ac debilis. Cæteræ partes eloquentem adiuuant: hæc propè est, vt ita dicam, ipsa actio. Manibus enim loquimur, manibus poscimus, minamur, supplicamus: manus vocentium leuiter pandata est. *Pignorum.*] filiorum. sunt enim filij veluti pignora charitatis inter coniuges: & vt 32. quæstione 2. scriptum legimus, coniugij præmiũ & gratia nuptiarum est partus. Obsecratio autẽ illa iudicum per charissima pigno-

* *Hic profatus rursum lacrymis obortis porrectisque in preces manibus, per publicam misericordiam, per pignorum charitatem, mœstus tunc hos, tunc illos deprecabar. Cúmque iam humanitate commotos, misericordia fletuum affectos omnes satis crederem, Solis & Iusticiæ testatus oculum, casúmque præsentem meum commendans Deûm prouidentiæ, paulo altiùs aspectu relato, conspicio prorsus totum populum: risu cachinnabili diffluebant: nec secùs illum bonum hospitem, parentémque meũ Milonem, risu maximo dissolutum. At tunc sic tacitus mecum: En fides, inquam, en conscientia. Ego quidem pro hospitis salute & homicida sum, & reus capitis inducor. At ille non contentus, quòd mihi nec adsistendi solatium perhibuit, insuper exitium meum cachinnat. Inter hæc quædã mulier per medium theatrum lacrymosa & flebilis, atra veste contecta, pærnulum quendam sinu tolerans decurrit: ac ponè eã anus alia pannis horridis obsita, paribúsque mœsta fletibus, ramos * oleagi-*

nos

nos vtræque quatientes, quæ circumfusa lectulum, quo peremptorum cadauera contecta fuerant, plangore sublato sæ lugubriter eiulantes: Per publicam misericordiam, per commune ius humanitatis, aiunt, miseremini indignè cæsorum iuuenum, nostræque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date. Certè pæruuli huius in primis annis destituti fortunis succurrite, & de latronis huius sanguine, legibus vestris & disciplinæ publicæ litate.

ra vtilis erat, vt inquit Quintil. in 6. *Iusticiæ oculum.*] In secundo dictū est: Ipsos etiam oculos solis & iusticiæ facilè frustrentur. Vbi de oculo iusticiæ & solis non indiligenter annotauimus. *Risu cachinnali.*] sonoro, soluto, maximo, qualis est cachinnus. *Parentem.*] Nomen est reuerentiæ. *Reus capitis.*] Cuius causa capitalis est, is reus capitis dicitur: vt reus furti, reus maiestatis qui de furto & maiestate accusatur. *Assistendi.*] patrocinandi, fauendique. Assistere enim quandoque significat defendere, patrocinari, adesse: quod prisci adesse & superesse dictauerunt. Sic enim eleganter & scitè loquimur: Tibi adsum, tibi supersum: pro eo quod est, aduocatus tibi sum, causamque tuam defendo. *Cachinnat.*] cachinno risúque solutiore prosequitur. *Atra veste.*] Nigra vestis est lugentium. Pullatos dicimus & atratos, qui lugent, & vestibus nigris obsoletísque luctum testantur. Apud antiquos nefas erat, atratum accumbere in epulo. Hinc M. Tullius Vatinio probrodat, quòd cùm toga pulla, id est, nigra in epulo Quinti Arij accubuerit, & quòd cœnauerit atratus. Anthracinus color dicitur apud veteres, niger, quasi carbonarius. Anthraces. n. carbones Latinè appellátur. M. Varro, Amiculū nigellū appellat lugubrē vestē. *Ponè.*] post: Virg. Ponè subit cōiūx. *Pānis obsita.*] Ita Ter. Video tē tū, squalidū, ęgrū, pānis annísq; obsitū. A Virg. dictus est obsitus ęuo, pro senex: &, vt interpretatur Donatus, obsitū dicimus metaphora ab agro sūpta. *Oleaginos.*] olearios. Ab olea oleagin⁹ deducitur, sicut à faba fabagin⁹. Sic à Catone acus fabaginū dictū. ꝑ purgamēto quisquiliísq; fabarū. Qui itē pręcipit, talcas oleaginas trepedanea esse decidēdas. Idē, codicillos oleaginos amurca ꝑsperzi iubet: ita neq; fumosi erūt, & bene ardebūt. Ramus olearū pacis signū est: arbor. n. pacifera est olea. Virg. Placitā paci nutritor oliuā. hinc à Gręcis elęa dicta, qa Gręcè ἔλεος misericordia est: q̄ quia cōtingit eis qb. pax datur, vt inquit Prob. grāmatic⁹ olea pacis signū est. *Lugubriter eiulātes.*] flebiliter lamētātes. Eiulat⁹ & eiulatio

flebilis eſt lamentatio. Eiulare eſt, flebiliter more fœmineo comꝑplorare. In legibus decemuiralibus leſſum dicitur hæc lugubris eiulatio. Legis verba ſunt hæc: Mulieres genas ne radunto, néve leſſum funeris ergò habento. Quibus verbis, vt Lælius interpretatur, tollit lex lamentationem. Id totum à nobis latiùs explicatum eſt in 2. Tuſculanarum commentario. *Paruuli huius.*] Magis naturaliter mouent exempla, quàm verba. Hinc Sergium Galbã accepimus euaſiſſe iudicij flammam, miſeratione excitata, dum non ſuos modò liberos paruulos in concione produxerat, ſed Galbæ etiam ſupplicis filium, ſuis etiam manibus circumtulerat. Et, vt auctor eſt Quintil. non ſolùm dicendo, ſed etiam faciendo lacrymas mouemus: vnde & producere illos qui periclitentur, ſqualidos atque deformes & liberos & parentes, inſtitutum eſt. *Latronis.*] Inuidioſè latronem Apuleium ipſum appellat. *Litate.*] ſacrificate, & quaſi parentate. Quid litare & ſacrificare inter ſe differant, ſæpius diximus.

*Poſt hæc magiſtratus, qui natu maior, adſurgit, & ad populum talia * infit: De ſcelere quidem, quod ſeriò vindicandum, nec ipſe, qui commiſit, poteſt diffiteri: ſed vna tantùm ſubciſiua ſolicitudo nobis relicta eſt, vt cæteros ſocios tanti facinoris requiramus. Nec enim veriſimile eſt, hominẽ ſolitarium, tres tam validos euitaſſe iuuenes. Prohinc tormentis veritas eruenda. Nam & qui comitabatur eum, clanculò profugit: & res ad hoc deducta eſt, vt per quæſtionem, ſceleris ſui participes indicet, vt tam diræ factionis formido funditùs perimatur. Nec mora, cùm ritu Græcienſi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Augetur oppidò, imò duplicatur mihi mœſticia, quòd integro ſaltem * mori non licuerit. Sed anus illa, quæ * fletibus cuncta turbauerat: Prius, inquit, optimi cines, quàm*

Diffiteri.] negare, & inficiari. *Subciſiua ſolicitudo.*] reliqua & ſola. Subciſiuum enim id vocant, quod quaſi reliquum, ſubductum, ſubtractúmque eſt. Mar. Varro: Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubciſiuum eſſe vnciam agri, aut ſextantẽ. Quidam Subciſiuum quaſi à ſubſecando, alij quaſi à ſuccidendo deducere malunt, eodem tamen intellectu & ſignificatu. A. Gellius M. Tul. Plinius, tempora ſucciſiua appellant, quaſi di-

quàm latronem iſtum miſerorum pignorum meorum peremptorem cruciandum adfigatis, permittite corpora necatorum reuelari, vt & formæ* ſimul, & ætatis contemplatione, magis magiſque ad iuſtam indignationem arrecti, pro modo facinoris ſæuiatis. His dictis applauditur: & illicò me magiſtratus ipſum iubet corpora, quæ lecto fuerant poſita, mea manu detegere. Luctantem me, ac diu renitentem præcedens facinus inſtaurare noua* offenſione, lictores iuſſu magiſtratuum quàm inſtantiſſimè compellunt: manum denique ipſam, e regionè lateris tundentes, in exitium ſuum ſuper ipſa cadauera porrigunt. Euictus tandem neceſſitate ſuccumbo: & *ingratus licèt, arrepto pallio, rete. xv corpora. Dij boni, quæ facies rei? quod monſtrum? quæ fortunarum mearum repentina mutatio? Quanquam enim iam in peculio Proſerpinæ, & Orci familia numeratus, ſubitò in contrariam faciem obſtupefactus hæſi. Nec poſſum nouæ illius imaginis rationem idoneis verbis expedire. Nam cadauera illa iugulatorum hominum erant tres vtres inflati, variiſque ſecti foraminibus: &, vt veſpertinum prælium meum recordabar, his locis hiantes, quibus latrones illos vulneraueram. Tunc* illis quorundam aſtu pauliſper cohibitus riſus, liberè iam exarſit in plebem. Hi gaudij nimietate gratulari, illi dolorem*

cas ſubſecta, ſubductáque à negotiis, quæ literis ſunt impartienda. In primo de legibus ait M. Tullius: Subciſiua quædã tempora incurrunt, quę ego perire non patior. Apuleius infrà quoq; dictionem hanc decenter vſurpat in ſignificatione conſimili. *Euitaſſe.*] vita ſpoliaſſe. Euitare enim verbum eſt vetus, nec omnibus obuiũ, quod ſignificat vita priuare. Et ita legere malim, quàm enecaſſe: quod quidam, inſolentiam huius verbi reformidantes, fecerunt. Sed elocutioni Apuleianæ magis congruit euitaſſe, quã enecaſſe: cũm alterum ſit oppidò quàm eruditum, alterum protritũ. Item Actius poëta apud Ciceronẽ in 3. Tuſculanã: Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vitam euitari: id eſt, vitalitate ſpoliari. *Tormentis*

ventris manuum compreſsione ſedare. Et certè lætitia delibuti, méque reſpectantes, cunctí theatro faceſſunt.

veritas ermenda.] Inter probationes quas Græci ἐντέχνους, noſtri inartificiales vocant, tormenta ſunt. Apud rhetoricos doctores communis locus eſt à tormentis dicere, & contra tormenta: cùm pars altera quæſtionum vera fatendi neceſſitatem vocet, altera autem ſæpe cauſam vel falſa dicendi. Plenæ ſunt orationes veterum oratorum huiuſcemodi quæſtionibus. Apud maiores noſtros, quæſtiones, tormenta de ſeruis habebantur. Diuus Auguſtinus, vt auctor eſt Vlpianus, non eſſe à tormentis incipiendum conſtituit: neque ideò fidem quæſtioni adhibendam. Eſt enim quæſtio, res fragilis, & periculoſa, & quæ veritatem fallat: nam plerique patientia ſiue duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit: alij tanta ſunt impatientia, & adeò recentes in dolore, vt in quouis mentiri quàm pati tormenta malint. De minore quatuordecim annorũ quæſtio habenda non eſt, vt diuus Pius Cæcilio reſcripſit. Tormenta, vt docet Arcadius iuriſconſultus, habenda ſunt non quãta accuſator poſtulat, ſed vt moderatæ rationis temperamenta deſiderant. Sed Senatuſconſulto Syllaniano, ex Vlpiani præceptione, impuberes torqueri non debent, ſed terreri tantùm, & habena vel ferula cædi. Aliàs tormenta ſignificant machinas bellicas. Scribit Plin. Cretas inueniſſe in tormentis ſcorpionem. *Per quæſtionem.*] Quæſtionem, vt inquit Vlpianus, ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem & defenſionem. Aliæ ſunt quæſtiones oratorum & dialecticorum. *Ritu Græcienſi.*] Ea forma dicitur Græcienſis, quà Hiſpanienſis, Corinthienſis, Romanienſis: quæ in veterum libris diligens lector frequenter inueniet, & nos hiſce commentariis inſperſimus: & apud Suetonium non indiligenter annotauimus, quid differat Hiſpanienſis ab Hiſpano, & alia id genus. *Ignis & rota.*] Inter tormenta antiquorum ſunt cruces, eculei, carcer, vncus, & adactus per mediũ hominem ſtipes, & tunica alimentis ignium illita & intexta, quã moleſtam vocant: de qua intelligi voluit Satyrographus, cùm ait; Auſi quod liceat tunica punire moleſta: & Epigrammatarius illo verſu: Nam condicatur tunica præſente moleſta. Vngulæ, quod tormenti genus eſt, meminit Cyprianus, Euſebius, Tertullianus: qui & aſcias & runcinas inter inſtrumenta ſçuitiæ percenſet. Præterea inter cruciatus eſt ignis & rota, vtrunq; non minùs notum quàm crudele ſupplicium. Tormentum rotæ Germanorum propè peculiare eſt, apud quos noxij rotę inſeruntur, & mẽbratim

bratim radiis rotarum conuulſi lentitudine mortis cruciabiliter periimuntur: de quo ſcripſimus in cõmentarijs Tuſculanarũ. In decimo quoq; huius operis volumine ſic ſcriptum eſt: Nec rota vel eculeus more Græcorũ tormentis eius apparata iã deerant. *Flagitiorum.*]Corrige,flagrorũ: vt ſit ſenſus,Omne genus flagellorũ verberúmq; illatu importatúmq; fuiſſe. *Oppidò.*]valdè. *Immò duplicatur.*]Exornatio eſt,quã Correctionem vocant: vt illud ex lib.4.Rhetor.ad Herenn. Quòd ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, immò veniſſet modò,hoc facilè perfici poſſet. *Integro.*]timebat enim,ne lacerato diſcerptóque per cruciatus corpore,mutilatus, truncus,minimè integer moreretur. Iuuenalis:Hoc cruciatu Lẽtulus hac pœna caſuit:recidítq; Cethegus Integer,& iacuit Catilina cadauere toto. *Pignorum peremptorem.*]filiorum meorũ interfectorẽ.Pignora.n.filios dici, ſat notum,& ſuperiùs explicatũ eſt. *Reuelari.*] detegi,denudari. *Pro modo facinoris.*]Pœna facinori par irrogari & ſolet & debet. Nam vt docet Marcianus iuriſconſultus,reſpiciẽdum eſt iudicanti, ne quid durius,aut remiſſius cõſtituatur, quàm cauſa depoſcit: nec enim aut ſeueritatis aut clementiæ gratia affectanda eſt,ſed perpenſo iudicio,prout quæque res poſtulat,ſtatuendũ eſt.Planè in leuioribus cauſis pronioresad lenitatẽ iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis ſeueritatẽ legũ cũ aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.R*enitentem.*] recuſantẽ. *Præcedens facinus.*]triplex homicidiũ. *Eregione lateris.*] Eregionè aduerbialiter dicimus,ex oppoſito,& ex parte cõtrà reſpiciente.Hîc ſignificat,ex parte laterali percutientes lictores impuliſſe,vt manũ ſuper cadauera porrigeret. *Ingratus.*]id eſt,inuitus,& coactus,& contra animi mei voluntatẽ.Sic Terent.Opus faciã,vt defatiger vſque,ingratus vt dormiã. Vltronea.n.vt inquit Donatus,grata ſunt:ingrata,quę ab inuitis fiunt,ac recuſantibus.R*etexi.*]releuaui,aperuíq;. *Repentina mutatio.*]vt qui priùs triplicis homicidij reus mihi videbar, nunc vtricida cõſpicerer. *In peculio Proſerpinæ.*] Oppidò quàm eleganter dicitur,quẽpiam numeratum eſſe in peculio Proſerpinę,qui fuit proximus morti, & iamiam iturus ad manes,& aucturus familiã Plutonis. Nã ſicut peculium dicitur,quod ſeruus ſeorſum à rationibus dominicis ſeparatum habet:ita peculium Proſerpinæ & Orci familia, tranſlatione decentiſſima ſignificantur animæ defunctorum. Hæc enim ſola ſunt Deorum infernorum bona, & opulentiæ. Aſſerunt poëtæ, mortuorum capita furiarum lampade luſtrari, & earum nomina à Proſerpina in inferorũ poſtę conſcribi.Peculiũ propriè ſeruorum eſt,ſicut patrimoniũ & bona patrisfamiliâs.Vnde ſeruile peculiũ à iuriſconſultis dictũ:& res peculiares,

ad peculium pertinentes. Peculioſum appellat Plautus opulentum ſeruum, ſuffarcinatúmque peculio. Orcum autem Plutonẽ dici quis ignorat? Hinc Orciniana ſponda apud Epigrammatiſtam vſurpatur pro lecto funebri. Verrius Flaccus, Vragum ab antiquis dictum ait, quem Orcum dicimus, quaſi ab vrgendo: quòd is Deus maximè nos vrgeat. Ab Orco orcinus libertus, vt opinor, dictus: qui fit ipſius teſtatoris defuncti, & in Orci familiam aſcripti. De orcino liberto meminerunt iuriſconſulti, titulo de fideicommiſſariis libertatibus, & lib. 2. Inſtitutionum. *Vtres inflati.*] Quærit Ariſtoteles in Problematis, cur vtres inflati valeant fluitare, qui inanes deorſum, inflati ſupernè feruntur. Hoc autem ideò contingit, quòd ab aëre ſuſtinentur. Scribit Plinius. Hircini vtris vinarij cinere ſanguinem ſiſti. Vtribus inflatis incubantes barbari, flumina tranſnatant: quod apud hiſtoricos frequentiſſimum eſt. *Hiantes.*] aperti, patentéſque. ſic Papinius, Vulnus hiat. Plus eſt hiſcere, quàm hiare, ſi Diomedi credimus: hiat enim, qui ore patulo eſt, vel tacitus: hiſcere verò eſt, incipere loqui. Veteres hietari & hietare dixerunt. Laberius, Hietantur fores dixit, pro eo quod eſt, hietant, id eſt patent. *Cohibitus.*] compreſſus, coërcitus, ſuffræna tus. *Liberè exarſit.*] Natura comparatũ eſt, vt riſus aliquandiu coërcitus, mox obiicibus refractis liberrimè erumpat. Quod Cleophanto accidiſſe ſcribit Ariſt. vt ſcilicet aliquantiſper riſum cohibuiſſet, mox in largiſſimum ſonorũmque cachinnum effunderetur. *Gratulari.*] gratulabantur. *Sedare.*] ſedabant: frequentiſſima locutio. *Dolorem ventris.*] Expreſſit id quod ex naturali affectione prorumpit: namque ex nimio riſu dolor ventris interdum exoritur, quem manuum compreſſione mitigare ſolemus. *Letitia delibui.*] Ad animum tranſtulit, quod eſt corporis: nam delibutus, vnctus dicitur. ſic & Terentius delibutum gaudio dixit. *Faceſſunt.*] abeunt, recedunt. *Laciniam.*] Pallium ſignat, quo cadauera illa fuerant conuelata, cõtectáque.

In lapide.] tanquam lapideus factus, ob ſtuporẽ. *Theatri ſtatuis.*] Moris fuit apud antiquos, theatra ſtatuis exornare. M. Scaurus tria milia ſignorum ad ornatum temporarij theatri po

At ego, vt primum illam laciniam prehenderam, fixus in lapide ſteti gelidus, nihil ſecùs, quàm vna de cateris theatri ſtatuis, vel columnis. Nec priùs ab inferis emerſi, quàm Milo meus hoſpes acceſſit, & iniecta manu, me renitentem, lacrymíſque rurſum promicantibus crebrà ſingultientem, clementi violentia ſecum attraxit: & obſeruatis*

via

*viæ ſolitudinibus per quoſdam anfractus domum ſuam perduxit: mœſtúmque me, atque etiam tunc trepidum, variis ſolabatur affatibus. Nec tamen indignationem iniuriæ, quæ inhæſerat altius meo pectori, vllo modo permulcere quiuit. Ecce illicò etiam magiſtratus ipſi cum ſuis inſignibus domum noſtrã ingreſſi, talibus me monitis delinire geſtiunt. Neque tuæ dignitatis, vel etiam proſapiæ tuorum ignari ſumus, Lùci domine. nam & prouinciam totam inclytæ veſtræ familiæ nobilitas complectitur. Ac ne * iſtic, quod vehementer ingemiſcis, contumeliæ cauſa perpeſſus es. Omnem igitur de tuo pectore præſentem triſtitudinem mitte, & angorem animi depelle. Nam luſus iſte, quem publicè gratiſſimo Deo Riſui per annua reuerticula ſolemniter celebramus, ſemper commenti nouitate floreſcit. Iſte Deus auctorem ſuum propitius vbique * comitatur amanter, nec vnquam patietur vt ex animo doleas; ſed frontem tuam ſerena venuſtate lætabit aſſiduè. * Ac tibi ciuitas omnis pro iſta gratia honores egregios offeret. Nam & patronum ſcripſit, & vt in ære ſtet imago tua, decreuit.*

ſuiſſe memoratur: cui triplex fuit ſcena, altitudine cccl x. columnarum. ſummæ columnæ tabulis inauratis ſpectabilesviſebantur. *Promicantibus.*] manantibus, profluẽtibúſque. Promicare, vt inquit Nonius, eſt porrò iacere, & extendere. Næuius: Si quid loqui vis, nõ perdocere, multa longè promicando oratio eſt. *Clementi violentia.*] Declamauit à contrario: nam cùm violentia inclementer fiat, tamẽ hîc clementem violentiam ſcitè dixit: intelligi volens quandã quaſi vilem, tamen & beneuolam. Apuleium tractum eſſe à Milone, qui hoſpiti prodeſſe volebat, non obeſſe. *Inhæſerat altiùs.*] Prouerbialis illa ſententia eſt: Cui dolet, meminit: cui placet, obliuiſcitur. Iniuriarum énim memoria ſempiterna eſt, cùm beneficij recens ſit obliuio. Hinc illud cantatiſſimum: Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. *Cum ſuis inſignibus.*] Magiſtratuum penè ſingulorum inſignia quaſi peculiaria ſunt: verbi cauſa, lictores, & virgarum faſces, cum ſecuribus, & prætexta veſtis inſignia ſunt

Consulum:tunica palmata, & toga picta, cum quadrigis albis, triumphantium:diadema regibus,paludamenta Imperatoribus, galerum pontificibus, lituus auguribus insignia sunt. *Luci domine.*} Verba sunt magistratuum ad Lucium Apuleium: quem & nomine domini, & pronomine Lucij, honoris causa compellãt. nam(vt inquit Horatius)gaudent prænomine molles Auriculæ. *Prouinciam totam.*} Thessaliam significat, vbi originis maternæ Apuleianæ fundamenta à Plutarcho & Sexto Plutarchi nepote prodita,gloriam Apuleio faciebant. *Tristitudinem mitte.*}tristiciam omnem mœrorémque procul abige. Tristitudo enim pro tristitia, sicut mœstitudo pro mœstitia, & lætitudo pro lætitia vsurpatur. *Angorem.*} Angor est,vt docet M.Tull.ægritudo premens. *Per annua reuerticula.*} Idem in Floridis:Siderum,inquit,obliqua curricula,solis annua reuerticula. quodam enim circuitu tempora anni recurrunt,reuertuntúrque ad pristinas metas: &, vt inquit poëta,in se sua per vestigia voluitur annus. Ex hoc veteres annum vertentem vocauerunt, qui confit ex solis vertigine,dum ad id signum se denuò vertit,ex quo digressus est. Attejus Capito annum à circuitu temporis putat dictum. M.Varro annum significare circum autumat,vnde parui circuli annuli dicuntur. *Commenti.*}inuentionis,excogitationisque. *Deus.*} Risus. *Auctorem suum.*}scilicet eum,qui ridendi iocandíque materiam suppeditauerit. *Lætabit.*} Nouè dictum,pro eo quod est hilarabit, lætificabítque, ac læta faciet: sic enim veteres locuti sunt. Liuius in Ægisto: Iámne oculos spe lætauisti optabili? Accius in Pelopidis:Et te triplici lætarem bono. *Ciuitas*} Hypata. *Patronum scripsit.*} Mos fuit veterum, vt vnaquæque ciuitas patronos peculiares Romæ haberet: vt docent Dionys. & Apul. Hinc apud Suet. annotaui,Bononienses fuisse in clientela Antoniorum, Lacedæmonios in clientela Claudiorum. Fab. quoque Sanga patronus Allobrogum Romæ fuisse memoratur:per quẽ Catilinianæ coniurationis indicium factum. Sic & Siculi patronos Marcellos habuerunt & Scipiones. *Vt in ea restes.*] Mendosus locus,quem sic emendo,perpensis curiosè literis, & sensu: Vt in ære stet imago tua decreuit.Significat enim decreuisse Hypatenos statuam ex ære dicandam Apuleio, perinde ac patrono: nam,vt auctor est Plin.sic clientes instituerunt colere patronos, quibus statuas ex ære dicabant in domibus atque in atriis, cùm in municipiis ornamentum fori statuæ esset.

Gratiam memini.] quasi dicat: Habeo quidem

Ad hæc dicta, sermonis vicem refero: Tibi quidem, inquam, splendidissima

*ſima & vnica Theſſaliæ ciuitas, honorum talium parem gratiam memini. Verùm ſtatuas & imagines dignioribus, meíſque maioribus reſeruare ſuadeo. Sic pudenter allocutus, & pauliſper hilaro vultu renidens, * quantumcunque poteram lætiorem me refingens, comiter abeuntes magiſtratus appello. Et ecce quidam intrò currens famulus: Rogat te, * inquit, tua parens Byrrhena, & conuiuij, cui te ſerò deſponderas, iam appropinquantis admonet. Ad hæc ego formidans, & procul perhorreſcens etiã ipſam domum eius: Quàm vellem, inquam, parens iußis tuis obſequium commodare, ſi per fidem liceret id facere. Hoſpes enim meus Milo per hodierni diei præſentiſſimum numen adiurans effecit, vt eius hodiernæ cœnæ pignerarer: nec ipſe diſcedit, nec me digredi patitur. * prohinc epulare vadimonium differamus. Hæc adhuc me loquente, manu firmiter iniecta Milo, iußis balneæribus adſequi, producit ad lauacrum proximum. At ego vitans oculos omnium, & quem ipſe fabricaueram riſum obuiorum declinans, lateri eius adambulabam obtectus: nec quî lauerim, quî terſerim, quî domum rurſum reuerterim, præ rubore memini. Sic omnium oculis, nutibus, ac denigs manibus * deuotatus, impos animi ſtupebam.*

tibi gratiam tantã, quantam merẽtur hæc tua in me vltronea beneficia: ſed me tali honore haud equidẽ dignor, cũ ſtatuę honoratioribus dedicandæ ſint. *Meíſque maioribus.*] malim legere, mei: vt ſit ſenſus, ſtatuas reſeruãdas eſſe his qui maiores fuerint, dignioréſque ipſo Apuleio. *Renidens.*] ſubridens. Catullus: Renidet vſque quaque. Renidere eſt, labra cõtrahere, auctore Luctatio grammatico: labra autem contrahi ſolere à ſubridẽtibus, palàm eſt. *Lætiorẽ me refingens.*] Quãuis cecinerit poëta, Conſiliũ vultu tegit, & ſpem frõte ſerenat: attamẽ difficillimum homini eſt triſti & mœſto, lætiorem vultum inducere: & cùm intrinſecùs animus angatur, forinſecùs oſtentare lætitiam.

Comiter.] hilarè, lubenter, benignè, ſuauiter. Comes, benigni, ſuaues, faciles homines dicuntur: auctores M. Varro,

& M.Cicero.*Appello.*]familiariter alloquor. *Parens.*]reuerentiæ maternæ nomen:nullum enim venerabilius eſt,quàm parentum nomen & appellatio. *Deſponderas.*] quaſi per deſponſionẽ obligaueras. Ad cœnam,inquit Seneca,ibo,quia promiſi, etiam ſi frigus erit.non quidem ſi niues cadent.*Numen.*]Riſum Deum ſignificat,cuius hilaria ſolennia illo die celebrabantur. *Pignerarer.*]quaſi manciparer, obligarérque: quemadmodum ſubinde promittimus nos ituros ad cœnam,vel pignore depoſito. Oppignerare eſt,pignus dare fœneratori, ob pecuniam mutuatitiam: ſicut repignerare,pignus recipere eſt,reſoluta cum fœnore pecunia,quo verbo vtuntur Iuriſconſulti. *Epulare vadimonium.*]Qui vadimonium promiſit, ſolet ad tempus ſiſtere. Vadimonium ſponſio eſt,& actio ad certum diem ſe ſiſtendi in iudicio, id eſt compariendi,quod non ſine cauſa deſeri debet,aut differri ſolet. Hinc illud Plin. Inſcriptiones,propter quas vadimonium deſeri poſſit.Senec.Vadimonium,inquit,promittimus, & tamen deſeritur. Quint.in declamationibus:Niſi tamen ad vadimonium legate negaſſes, non multorum dierum comeatum habeamus. Apud Cic.in oratione pro Quintio,longa eſt diſſertatio de vadimoniis deſertis ac dilatis. Sicut ergo in forenſi cauſa & iudiciali vadimonia interdum differebantur, ita oppidò quàm decenter peruenuſtam tranſlationem petit Apuleius vt vadimonium epulare differatur:id eſt,vt cœna ad quam iturum ſeſe ſpoponderat, & quaſi vadimonium promiſerat,differatur. Differre vadimonium epulare eſt hoc modo, vt exempli cauſa res colliqueſcat. Promiſi iturum me ad cœnam, mox vel pœnitentia ductus, vel negotio diſtentus,dico conuiuatori, vt cœna condicta in craſtinum vel perendinum diem differatur, ſicut differt vadimonia prætor.Ad hanc de vadimoniis formulam,referenda eſt ferè illa Plautina tranſlatio ex Curgulione: Vbi tu es, qui me conuadatus veneriis vadimonii?vbi tu es qui me libello Venereo citaſti? Ecce me ſiſto,ades,contrà ſiſto ego tibi me, & mihi contrà itidẽ vt ſiſtas ſuadeo. *Balnearibus.*]non tam balneatoribus quàm balnearum vtenſilibus. Balnearia autem generaliter ſignificant omnia ad vſum balneorum pertinentia:vt ſtrigiles, ampulla,olearia,lintea, & alia hoc genus: quæ omnia iuſſit Milo ſe ſubſequi, ducentem Apuleium ad balneas proximas. *Fabricaueram.*]cùm ipſe fuerim auctor riſus illius ſolutioris. *Obtectus.*]delitescens,& quaſi oculos,nutus,riſum obuiorum fugitans. *Denotatus.*]lege, denotatus.id eſt,deſignatus,demonſtratúſque. *Impos animi.*]qua vecors, attonitus, alienata mente, ob verecundiam, animique ſtuporem.

Raptim

Raptim denique paupertina Milonis cœnula perfunctus, cauſatúſque capitis acrem dolorem, quem mihi lacrymarum adſiduitas incuſſerat, cubitum venia facilè tributa concedo: & abiectus in lectulo meo, quæ geſta fuerant ſingula mœſtus recordabar: quoad tandem Fotis mea, dominæ ſuæ cubitu procurato, ſui longè diſſimilis aduenit. Nō ex læta facie, nec ſermone dicaculo, ſed vultuoſam frontem rugis inſurgentibus aſſeuerabat. Contanter ac timidè denique ſermone prolato: Ego, inquit, ipſa confiteor vltrò, ego tibi cauſa huius moleſtiæ fui. Et cum dicto lorum quempiam ſinu ſuo depromit, mihíque porrigens, Cape, inquit, oro te, de perfida mulliere vindictam: immò verò licet maius quoduis ſupplicium ſume. Nec tamen me putes, oro, ſponte angorem iſtum tibi concinnaſſe. Dij mihi melius, quàm vt mei cauſa vel tantillum ſcrupulum patiare: ac ſi quid aduerſi tuum caput reſpicit, id omne protinùs meo luatur ſanguine. Sed quòd alterius rei cauſa facere miſſa ſum, mala quædam mea ſors in tuam recidit iniuriam. Tunc ego familiaris curioſitatis admonitus, factíque cauſam deliteſcentem nudari geſtiens, ſuſcipio: Omnium quidem nequiſſimus, audaciſſimúſque lorus iſte, quem tibi verberandæ deſtinaſti, priùs à me conciſus atque laceratus interibit ipſe, quàm tuam plumeam lacteámque

Paupertina cœnula.] Sic Sidonius: Angulus iſte pater, paupertinúſque receſſus. *Incuſſerat.*] naturalem expreſſit affectum, quo ex lacrymarum vbertate dolor capitis concitatur. *Cubitum.*] dormitum eo. Villicus, vt præcepit M. Cato, primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat. *Cubitu.*] lectulo, &, vt ita dicam, cubatione, vbi molliter cubaret. *Sui longè diſſimilis.*] mœſta ſcilicet & vultuoſa, quæ alioqui lætabunda erat, & hilariſ. *Vultuoſam frontem.*] Vultuoſum triſte ſignificat. M. Tullius in oratore: Ne quid ineptum ſit, aut vultuoſum. Donatus identidem ait: Hoc eſt vultuoſè pronuntiandum, quaſi dicas, vultu indignabundo, & triſti. Pronunciatio vultuoſa & geſticulationibus moleſta, in oratore reprehenditur.

à Quint.in 11. *Aſſeuerabat.*] ſeueritudine contrahebat, &, vt veteres dicunt,caperabat. *Contanter.*]Primò inquit, Fotis contabunda ac meticuloſa conticuit, mox ſermonem protulit qui ſubſequitur. *Lorum quẽpiam.*] multa ſunt apud nos vocabula neutri generis, quæ apud priſcos maſculino genere dicebantur,vt guttur:ex quo illud Plautinum etiam, Næ obturat inferiorem gutturem : vt corius, vt collus,qua dictione tormenti quoque genus è corio ſignificatur. Idem Plaut. Collus collaria caret.Sic lorus pro lorum,maſculinè dicitur.Pari modo diuerſo genere dicebant, hæc ludus, hæc metus, hæc amnis,hic frons.Lupum fœminam dixit M.Varro,Ennium & Fabium Pictorem ſecutus. A loro verbum loreare ductum eſt,quod ſignificat loro loreíſque verberibus conſcribillare,ſignaréque. Plaut.in Milite:Ego veſtra faciam latera loreale. à loro lorarij dicti, in ſcenicis fabulis ſerui,qui loro vinciebant aut verberabant, quos erant iuſſi vincire aut verberare. M.Cato id genus homines Brutianos dixit,his verbis:Decemuiros Brutiani verberauere. Cauſa autem nominis hæc eſt.Cum Brutij, primi totius Italiæ populi ad Hannibalem deſciuiſſent,id Romani ægrè paſſi,poſtquã Hannibal Italia deceſſit,ſuperatíque Pœni ſunt. Brutios ignominiæ cauſa magiſtratibus in prouincias euntibus parêre & præminiſtrare ſeruorum vice iuſſerunt:& quia ex Brutiis erant, appellati ſunt Brutiani. *Concinnaſſe.*]moleſtiam anxietatémque confeciſſe. *Vel tantillum ſcrupulum.*] Dij procul,inquit Photis,auertant, vt tu vel minimam anxietatem ægritudinémque propter me patiaris. *Meo luatur ſanguine.*]Conſimile eſt illud Virgilianũ:Quod Dij priùs omen in ipſum Conuertant.& olim Camillus,vt hiſtorici tradunt,precatus eſt Deos,vt ſi cui hominum Deorúmq; nimia ſua fortuna populíque Romani videretur,vt eam inuidiã luere ſuo priuato incommodo liceret. Luere,ſoluere eſt:reluere,reſoluere:quibus verbis vtuntor frequenter iuriſconſulti. *Familiaris curioſitatis.*} Signat ſe curioſitate quadam propè peculiari prædictum fuiſſe. Ait Firmicus Maternus:Quicunque oriente capræ ſi-

*contingat cutem.Sed mihi cum fide memora,quod tuum factum * ſæuitas conſecuta,in meum conuertit exitium. Adiuro enim tuum mihi chariſſimum caput,nulli me prorſus, ac ne tibi quidem ipſi adſeueranti poſſe credere, quòd tu quicquam in meam cogitaris perniciem.Porrò meditatus innoxios, caſus incertus,vel etiam aduerſus, culpæ non poteſt adijcere.*

dere

dere nati erunt, curioſos omnium rerum fore, vt ſemper noua quæque curioſa deſiderij cupiditate ſectentur. Plautina ſententia ex Sticho eſt: Curioſus nemo eſt, qui non ſit maleuolus. *Nudari geſtiens.*] operiri, demonſtrarique cupiens. *Suſcipio.*] loquor. *Lorus iſte.*] Maſculino genere dixit, vt paulò antè. Plautus corios dixit maſculino genere pluraliter, in Penulo: Heri in tergo meo tris facilè corios contriuiſti bubulos. *Plumeam lacteámque.*] ob molliciem & teneritudinem plumea, ob candorem lactea cutis dicitur. *Sæuitas.*] non tam crudelitas ſignificari videtur, quam ſiniſteritas, & aduerſa fortuna. Sæuum ſiue ſcæuum, quaſi ſcæon, id eſt ſiniſtrum dici autumant: & vulgus ſæuum in bona atque in mala reuocat. Quæ autem ſcæua ſunt, id eſt ſiniſtra, ea noxia eſſe creduntur: quamuis in auſpicando ſiniſtrum auſpicium, pro læto & proſpero apud antiquos accipitur, de quo alibi copioſiùs. *Adiuro tuum caput.*] Iuſiurandum Græcorum eſt, iurare per caput. Homerus: *πάντειον κεφαλὴν μέγαν ὅρκον ἐμεῖο.* Hinc illud Satyrographi: Nondum Græcis iurare paratis Per caput alterius. A Virg. quoque dictum eſt, Per caput hoc iuro, per quod pater antè ſolebat. Euangelica præceptio interdicit, ne per caput noſtrum iuremus, cùm ait: Neque per caput tuum iuraueris: quod Græcè dicitur, *μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς.* *Meditatus innoxios.*] Senſus eſt, cogitationes innoxiæ, etiam ſi malè, euentúque contrario ceciderint, non eſſe criminoſas, neque culpæ confines exiſtimandas: cùm non ſemper euentus rei ſit ſpectandus, ſed conſultatio. Quamuis, vt docet M. Tullius, hoc plerunque faciamus, vt conſilia euentis ponderemus: vt quod malè cecidit, id malè conſultum putemus. Meditatus autem exponè, pro meditationes, accuſatiuo caſu.

Vdos.] lacrymis madentes, marcidos. Bacchus optimo epitheto marcidus nominatur, quaſi ebrius: & vina marcida, & marcentes vuæ poëtis dictæ. Statius: Marcidus edomito bellũ refe rebat ab Hæmo Liber. Luctatius Papinij interpres

Cum iſto fine ſermonis, oculos Fotidis meæ vdos ac tremulos, & prona libidine marcidos, iamiámque ſemiadopertu los admißis & ſorbillantibus ſuauijs ſitienter hauriebam. Sic illa lætitia recreata: Patere, inquit, oro, priùs fores cubiculi diligenter occludam, ne ſermonis elapſi profana petulantia, committam grande flagitium. Et cum dicto

Digitized by Google

marcidum pro laſſo atque ebrio exponit. Item in primo Syluarum: Illi marcida vina largiuntur. Et apud Epigrammatiſtam, Marcentes tibi porrigentur vuæ. Sic & oculi marcidi, quaſi ex vinolentia propenſi, languidulíque in libidinem veneriam. Sympathia autem quædam eſt oculis cũ genitalibus, & (vt inquit Ariſt.) ſedes oculorum maximè omnium locorum capitis ſpermatica eſt. *Semiadpertulos.*] talis oculorum habitus maximè venerius eſt, & libidinis proluuium deſignat. *Sorbillantibus ſauiis.*] Eleganter expreſſit amãtis affectum, qui impreſſis baſiis quaſi ſorbet & haurit puellæ oſculationes, inſtar eius qui ouum ſcienter exorbet. Et profectò, vt inquit Plin. oculos cùm oſculamur, animum ipſum videmur attingere. *Peſſulis.*] ianuæ clauſtris, de quibus ſuprà. *Vncino.*] Vncinus curuatura ſua firmiter continet occluſas fores. *Implexa.*] implicata, & (vt inquit ille) laſciuis hederis ambitioſior. *Incitatus.*] ſacratus, & religionibus imbutus. Initia ſunt myſteria: de quibus ſuo loco mox plura. *Sanctam ſilentij fidem.*] Orpheus ab his, quos initiabat, exigere ſolebat, ne prophanis auribus religiones proderentur. Platonici quoque

*peſſulis iniectis, & vnico firmiter immiſſo, ſic ad me reuerſa, collóq; meo manib. ambabus implexa, voce tenui, & admodùm minuta: Paueo, inquit, & formido ſolidè domus huius operta detegere, & arcana dominæ meæ reuelare ſecreta. Sed meliùs de te, doctrináque tua præſumo, qui præter generoſam natalium dignitatem, præter ſublime ingenium, ſacris pluribus initiatus, * profecto, noſti ſanctam ſilentij fidem. Quæcunque igitur commiſero huius religioſi pectoris tui penetralibus ſemper hæc intra conſeptum clauſa cuſtodias oro: & ſimplicitatem relationis meæ, tenacitate taciturnitatis tuæ remunerare. Nam me, quæ ſola mortalium noui, vis amoris, quo tibi teneor, indicare compellit. Iam ſcies omnem domus noſtræ ſtatum: iam ſcies dominæ meæ miranda ſecreta, quibus obaudiunt manes, turbantur ſidera, coguntur numina, ſeruiunt elementa. Nec vnquam magis artis huius violentia nititur, quàm cum ſcitulæ * formæ iuuenem quempiã libenter aſpexit: quod quidem ei ſolet crebriter euenire.*

quoque secretarum disputationum veneranda commenta imperitis prodi nolunt, Pythagoras & Porphyrius animos sectatorum silentio religioso consecrabant. M. Varro & Augustinus auctores sunt, Græcos mysteria taciturnitate parietibúsque clausisse. Tertul. in Apologetico: Silenti fides religionibus debetur. *Intra conseptum.*] intra sepimentum & claustra pectoris. Conseptũ enim id dicimus, quod vndique clausum, munitum, ac septum est. Liu. in 10. Ibi medijs ferè castris locus est conseptus cratibus pluteisque, & linteis contectus. Sepire significat circundare, munire, includere: ductum à sepibus, quæ obiectæ intercludunt: vnde septum conseptum & circumseptum inclinantur. *Simplicitatem.*] quæ simpliciter & apertè, citra dolum & stropham subdolam cuncta profiteor. Hinc mulierum mores denotantur, quæ suapte natura nihil occulunt, nihil occultant, sed omnes fermè largiloquæ sunt & multiloquæ, ex quo illud Plautinum in Aulularia: Nam multum loquaces meritò omnes habemur: nec mutam profectò reperiam vllam esse hodie dicunt mulierem, vllo in seculo. Item in Cistellaria, sub fœminæ persona: Largiloquæ exemplo sumus, plus loquimur quàm fas est. Proinde Portius Cato non immeritò dicebat, se pœnitudine duci, si mulieri quicquam aliquando credidisset. Æsopus ille egregius fabulator, salubriter monens ita præcipit: τῇ γυναικὶ μηδὲ ποτὲ πιστὸν ἀπόῤῥητον: id est, mulieri nullatenùs arcana concredito: κακὸν γὰρ τὸ θῆλυ γυναικὸς ἔτι φῦλον: Leue est enim genus fœminarum. Vetus prouerbiũ est, quod sic ait: Nec mulieri, nec gremio credi oportere, quòd & illa incerti & leuis animi sit: & plerunque in gremio posita, cùm in obliuionem venerint exurgentium, procidant. Ad hoc de gremio prouerbium nimirùm referendum est illud totum Catullianum, Vt missum sponsi furtiuo munere malum Procurrit casto virginis è gremio: Quod miserè oblitę molli sub veste locatum, Dum aduentu Martis prosilit excutitur. *Obaudiant.*] audiendo obsequuntur ac obediunt: nam, vt docet Festus, obedire obaudire est. Sic & Ecclesiastici scriptores hoc verbum frequenter vsurpant. *Coguntur numina.*] Itidem Lucan. An habent hæc carmina certum Imperiosa Deum: qui mundum cogere quicquid Regitur ipse potest. *Artis huius.*] scilicet magicæ. *Scitula.*] venustulæ, elegantioris.

*Nunc etiam adolescentem quendam Boëtium summè decorum efflictim deperit, * totàsque artis manus, machinas omnis ardenter exercet. Audiui vest-*

Boëtium.] Nomẽ est proprium: vel ex Bœotia hominem significat. Annotandũ obi-

ter est, Boëtia quidem vulgò vsurpari, cùm Bœotia scribendum sit, & pronuntiandum, ex Græca ratione. Apud Græcos enim βοιωτία Bœotia scribitur, nec vnquam aliter: & ita veteres scripitarunt. Sed consuetudo perperàm loquentium, & consensus indoctorũ inualuit & irroborauit, vt Boëtiam pro Bœotia, & Boëtij pro Bœotij passim vsurpentur à doctis indoctisque peræquè. *Efflictim deperit.*] vehementèr deamat in Apologia: Efflictim te amabat. *Artis manum.*] magiæ apparatum & potestatem. Nomine enim manus plerunque vis & potestas significatur. Lucanus: In manibus vestris quantus sit Cęsar habetis. Dare manus, est cedere, & fateri se victum esse. Cæsar: tandem dat manus Cotta. *Hò auriperi, meis his, inquam, auribus audiui, quòd ni celerius sol cœlo ruisset, noctique ad exercendas illecebras magiæ maturius cessisset, ipsi soli nubilam caliginem & perpetuas tenebras comminantem. Hunc iuuenem, cùm è balneis rediret ipsa, tonstrinæ residentem hesterna die fortè conspexit. Ac me capillos eius, qui iam cæde cultrorum desecti humi iacebant, clanculò præcepit ferre. Quos me sedulò ac fortiter colligentem tonsor inuenit: & quod alioquin publicitus maleficæ disciplinæ perinfames sumus, arreptam * inclementer increpat. Tu ne vltima non cessas subinde lectorum iuuenum capillamenta surripere? Quod scelus nisi tandem desines, magistratibus te incontanter obyciam. Et verbum facto secutus, immissa manu scrutatus è medijs papillis meis iam capillos absconditos, iratus arripuit. Quo gesto grauiter affecta, mecúmque reputans dominæ meæ mores, quòd * huiusmodi repulsa satis acriter commoueri, mèque verberare sæuissimè consueuit, iam de fuga consilium tenebam: sed istud quidem tui contemplatione abieci statim. Verùm cùm tristis inde * descenderem, ne prorsus vacuis manibus redirem, conspicio quendam forficulis * tondentem caprinos vtres: quos cùm probè constrictos, inflatósque, & iam pendentes cernerem, capillos eorum humi iacentes, flauos, ac per hoc illi Bœotio iuueni*

*ueni consimiles, plusculos aufero: eósque dominæ meæ, dissimulata veritate, trado. Sic noctis initio, priusquàm cœna te reciperes, Pamphile meæ, iam vecors animi, tectum * scandulare conscendit: quod altrinsecùs ædium patore * perfluabili nudatum, ad omnis orientales cæterósque aspectus peruium, maximè his artibus suis * commodatum secretò colit, priúsque apparatu solito instruxit seralem officinam omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, & infœlicium nauium durantibus clauis defletorum, sepultorum etiam cadauerum expositis multis admodùm membris. hic nares & digiti, illic carnosi claui pendentium: alibi trucidatorum seruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria.*

bus.] Pleonasmus est: quæ fit, cùm superuacuis verbis oratio ornatur: vt, Ego oculis meis vidi, & meis auribus audiui. sat enim est dicere, & vidi & audiui. *Ruisset.* } Consimiliter Virgilius: Ruit oceano nox. *Noctisque.* } nox secunda operum est, pulchræque accommoda fraudi, vt inquit Papinius. Et nox in primis idonea est ad exercenda magiæ secreta, quæ minimè inuulganda sunt: si quidem magia res est plerunque noctibus vigilata, & tenebris obtrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata: cui pauciſſimi adhibeantur. *Balneis rediret.*] Ita distinguas, Cũ è balneis rediret ipsa: vt sit sensus, Pãphilẽ cũ rediret ex balneis, ri tu vetusto spectasse iuuenẽ Bœotiũ in tõstrina ocioſè residẽtẽ. *Cæ de cultrorũ.*] Vt cędes fit hominũ cęterorúmq; animantiũ, ita decenter dicitur fieri cędes capillorũ, cũ ferramẽtis tõsorijs, forfice líſq; capillorũ pręſegmina succidũtur. *Cultrorũ.* Ferramenta tõsoria intelligit, de quib. Plin. in 7. Primus omniũ radi quotidie instituit Africanꝰ. Sequẽs, diuus Aug. ſẽper cultris vſus est. Hor. quoq; cultrũ tõsoriũ intelligi voluit, sic ſcribẽs in Epiſt. Abraſũ quendã vacua tõsoris in vmbra, Cultello ꝓprios purgãtẽ leniter vngues. *Præcipitanit.*] p̃cipitãter & rapũ iussit surripere, atq; ad ſe deferre. *Sedulò.*] induſtriè, ac nauiter. Aduerbiũ est, quaſi ſine dolo, dictũ. *Publicitus.*] publicè. Põponiꝰ: Dat fullonib. publicitꝰ cibaria. *Maleficæ disciplinæ.*] Magiã signat, q̃ malefica ars est, & legib. interdicta. Vnde & magi vulgò malefici dicũtur: hodiéq; fœminę q̃ infamesbãtur, ob huiuſmodi maleficas artes vulgò in maledictis ſtriges vocitãtur. *Tunc vltima.*] vltimę ſortis fœmina, infamiſſima ſcil.

perditissimáque. Talis à Graccho dicitur postremissimus, qui in oratione ad populum sic scribit : Biennium fui in prouincia, si meretrix domum meam introiuit, aut cuiusquam seruulus propter me solicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimúmque æstimatote. In Apologia quoque scriptum legimus: Cùm adolescentulis postremissimis inter scorta agitat. *Subinde.*] frequenter & crebrò: aliàs accipitur subinde pro eo quod est deinde, mox, statim. *Capillamenta.*]capillos. Scribit Plin. tubera nullis fibris capillamentísque nixa esse. Idem: Refert Hortensia, quædam nisi capillamentis, &c. *Scelus desines.*]Elegans & absoluta lectio est, desinere artem, desinere scelus, pro dimittere, omitteréque. M. Tul. in epistola ad Caium Marium: Libenter mehercule artem desinerem, tecúmque & cum similibus nostri viuerem. A. Gellius: Ea res cùm peterebuisset, omnium tum Atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. *Constanter.*]animo constanti & firmo. Fidelior lectio incontanter, hoc est, sine contatione & mora. *Affecta.*]tristis, mœsta. Affecta res familiaris à Liuio eleganter dicta, pro attenuata, debilitatáque. Propert. Iuppiter affectæ dixit, pro languentis, egrotantísque. Sic apud Celsum : Lien afficitur, pro languet, & malè habitus est. *Verùm facto secutus.*]iuxta prouerbium Græcum, μόνος ἔμος ἵππος. *Repulsatis.*]Emendo, repulsa, tis, isto intellectu: quòd domina Panphile satis acriter inflammantérque commoueri soleret ex talibus repulsis *Illud.*]scilicet consilium de fuga. *Inde.*]A tonstrina. *Forficulis.*]ferramenta sunt ad tondendum accommodata: forcipes verò, ferramenta sunt fabrilia, ex eo dicta quòd his formæ, id est, calida capiuntur. *Iam pendentes.*] Vtres vbi inflati sunt, penduli fiunt. Nam (vt inquit Aristot. in Problematis) inflati fluitant, propterea quòd ab aëre sustinentur, cùm inanes deorsum ferantur. Vtrem ventosissimum aliubi appellat vtrem illum Homericum, quo venti inclusi dati sunt Vlyssi. *Capillos eo.*]pilos vtrium. Capillum non solùm de homine dici, sed pro pilis aliorum quoque animalium vsurpari, testantur scriptores idonei : vt Gellius, qui capillum pro hœdino pilo decenter ponit, sic scribens : Nam si ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, constat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. *Cœna reciperes.*]Antequàm domum redires à cœna Byrrhenæ. *Tectum scandulare*]Scandulæ sunt tabulæ angustæ & oblongæ, in lamínas quasi crassiores scissæ, ex magnis arboribus à scindendo dictæ; quasi scindulæ, vt quidam autumant. Ego existimo scandulas à scandendo deduci, quoniam scilicet in culminibus tectorum ad tegulas imbricésque sustinendas collocantur,

quò

quò aſcendentes ſcandere ſolemus. Inde tectum ſcandulare dictum, pars domicilij ſuperior, quod ſcandulis communitum eſt, & quò ſcalis ſcandimus. Cor. Nepos auctor eſt, Romam fuiſſe ſcandula contectam vſque ad bellum Pyrrhi. Scandulæ, vt inquit Plin. è robore aptiſſimæ: mox glandiferis alijs, fagóque: facillimæ ex omnibus, quæ reſinam ferunt, ſed minimè durant, præterquàm è pino. Lingua vernacula noſtrates Lambricias vulgo nominitant, ex eo opinor, quòd imbricibus fulciendis adhibeantur, & accommodatæ ſint. *Altrinſecùs ædium.*] In altiore ædium parte: aliàs, ex vtraque parte. *Patore.*} apertura, ſiue apertione latiſſima, & omnium ventorum flatui expoſita. Hac quoque tempeſtate talia tecta in ædium faſtigio extruuntur, patentia, peruiáque ad omnes mundi partes, in quibus fœminæ linteamina elota explicare ſiccaréque conſueuerunt. *His artibus.*} magicis ſcilicet. *Apparatu ſolito.*} Apparatus, inſtrumentúmque artis magicæ ſignificatur. *Feralem officinam.*} Officina feralis eleganter dicta, pro loco in quo inſtrumenta magica parantur, conficiuntúrque: quæ omnia nimirum feralia ſunt, peſtifera, exitialia. *Omne genus arom.*} Sic ordinanda conſtructio: Inſtruxit officinam aromatis, hoc eſt, aromatibus omne genus: id eſt omnis generis, elocutione vetuſta & peræquè eleganti. Eſt enim aromatis hoc in loco ſeptimus caſus: quod apud antiquos vſitatiſſimum, qui epigrammatis, poëmatis, problematis, & mille alia hoc genus vſurpant, pro epigrammatibus, poëmatibus, problematibus. Namq; vt auctor eſt Priſcianus, in neutris nominibus tertiæ declinationis, à finitis, antiqui frequenter protulerunt datiuum & ablatiuũ plurales in is: vt Cic. frequenter in Verrinis dicit toreumatis, & peripetaſmatis, & emblematis, pro toreumatibus, peripetaſmatibus, emblematibus. Sunt autem toreumata, vt veluti in tranſcurſu. Cic. verba explicentur, opera cælata, ſculptáque ἀπὸ τῶ τορεύειν, quod ſculpere & cælare ſignificat, ducto vocabulo. Vnde ars toreutice dicta, quã Phidias primus aperuiſſe atq; demonſtraſſe iudicatur. Peripetaſmata aulęa ſunt & vela, quib. cubicula & triclinia ornatus cauſa contegũtur: quę alio nomine periſtromata nominãtur, & Attalica. Emblemata verò ornamẽta ſũt vaſorũ, quæ in meditulliio cũ inſignibus inſerta conſpiciũtur, ἀπὸ τῶ ἐμβάλλειν dicta, quod ſignificat immitto, interſero; óque. Vnde & in ſtructuris pauimentorum, & in opere tignario emblemata nuncupantur, quæ inſerta ſunt, intextáque graphicè & decenter. Verres emblemata omnia ex vaſis Siculorum reuellebat, auferebátque. Scribit Plin. Pitheam feciſſe phialam, in cuius emblemate erant Vliſſes & Diomedes Palladium ſurripientes. *Iam nimis.*] Corrige

Laminis,hoc intellectu:Pamphilen apparasse inter cætera magicę instrumenta laminas æneas,siue ferreas,literis magicis, & ob id ignorabilibus prænotatas,quas non minùs eleganter quàm scitè literatas appellat. Sic & Plaut.in Rudente, vrnam literatam decenter dixit, quæ literis inscriptum nomen domini continebat.Sunt autem laminæ,tressellæ quædam,& quasi folia metalli cainstar bractearum,quæ interdum oblonga effigie formantur: quamuis propriè bracteę subtiliores sint,laminę crassiores.Dicitur gradatim lama,lamina,lamella.Hor. Inimice lamæ Crispe Salusti. Aliàs lama pro voragine accipitur:idé Hor.Viribus vtêris per cliuos,flumina,lamas. Vnde & Lamię voratrices puerorũ dictæ,de quibus suprà copiosiùs. *Durantibus.*] Reliquias intelligit naufragorum , quibus Pamphile instruxerat feralem officinam.Democritus commentationes condidit , quibus prodidit, ossa hominis noxij ex capite plus prodesse ad alia remedia , amici verò & hospitis ad alia. Arthemon caluaria interfecti,igné que cremati,propinauit aquam è fõte noctu,comitialibus morbis.Antheus ex caluaria suspendiosi catapotia fecit , contra rabidi canis morsus Apollonius efficacissimum esse scripsit,gingiuas in dolore scarificari dente hominis vi interempti. Denique magorum sunt commenta,membra hominis esse medicatissima in magicis veneficiis , qui resegmina vnguium quoque ex pedibus manibúsque humanis,tertianæ,vel quartanæ,vel quotidianæ febri remediũ esse tradunt. *Hic nares & digiti.*]Subintellige,extrinsecùs erant,vel visebantur. Aliquid tale Erichtho magicæ artis consultissima apud Lucanum, ora rapit rogis, oculos eruit defunctis , Excrementa manus vnguium pallentia rodit, Laqueum nodósq;nocentes Ore suo rumpit, pendentia corpora carpit,Abradítque cruces,percussaque vlcera nimbis Vellit. *Clauus pendentium.*]Clauus genus est vlceris,qui nonnunquam etiam alibi,sed in pedibus maximè nascitur,præcipuę tamen ex contuso,quamuis interdum aliter:dolorémq;etiamsi non aliàs,tamen ingredienti mouet. Clauum subinde deradere , commodissimum est:nam sine vlla vi sic emollescit:ac si sanguinis quoq; aliquid emissum est,sæpe moritur.Tollitur etiam, si quis eum circumpurgat,deinde imponit resinam , cui miscuit pulueris paulum,quem ex lapide molari contritum fecit:auctor Cor.Cel.in 5.Clauo periit Silius Italicus.Pedum clauos(vt scribit Plin.)circũsi scarificatos ferro,laser ceræ mixtũ extrahit. Sunt quidã claui pedũ,qui vulgò morticini appellantur:quibus idem laser medetur, nitro mixto. Inde alia significatione clauus est vestis senatoria, qui & latus clauus dicitur : vnde laticlauius senator , super quo

copiosè

copioſe in Tranquilli cõmentariis. Quinetiam clauus nauis gubernaculũ ſignificat, de quo eſt illud notum: Dum clauum rectũ teneam. M. Tul. in Catone: Ille autem clauũ tenens, quietus ſedet in puppi. Sunt & claui caligares, nominati à caligis militaribus, quibus ſuffigebantur. Agomencelus Alexãdri magni præfectus, clauis aureis crepidas ſuffigebat. Plin. de ferro ſcribens: Aliud inquit, breuitate ſola placet, clauiſq; caligariis. Item in nono: Exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atq; præacutis clauorum caligarium effigie. De hoc caligari clauo intelligendum eſt apud Iuuenalem illo verſu: In digito clauus mihi militis hæret. & alibi quoq; Offendere tot caligatos Milia clauorum. Viſuntur & hac tempeſtate calciamenta Turcarum clauis talibus ſuffixa. Auctor eſt Feſtus, calciamenta clauata dici, clauis confixa: ſicut clauata nominãtur veſtimenta, clauis intexta. Ex hoc intellectu illud eſt Martialis, Et lato variata mappa clauo. Fuit apud priſcos clauus Annalis cognominatus, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædiũ per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorũ. Legimus apud Liuium, dictatorem creatum fuiſſe cauſa tantum figendi claui, ad peſtilentiã ſedandã. Plin. in 17. Theophr. in 4. de plantis, memorãt oleã infeſtari clauo morbo, quẽ alij fungũ, alij pat llam dicere malunt. Clauos quoq; naribus innaſci, teſtis eſt idem Plin. qui in 24. ait, clauos in naribus purgari ſucco pixacanthi. *Pendentium.*]ſuſpendioſos & laqueo pendulos ſignat. *Truncidatorum cruor.*]ſanguinem gladiatorum bibunt, auctore Plin. vt bibentibus populis procul ſint comitiales morbi. Magi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putant calidum, ſpirantémq; Fauſtina Antonini Pij filia Marci imperatoris vxor, gladiatoris amore fuccẽſa, ex cõſilio Chaldęorũ lauit corpus ſanguine adamati gladiatoris, quẽ occidi iuſſerat maritus: atq; mox ita cũviro concubuit: quo facto ſolutus eſt amor, natũſq; Cõmodus, qui nõ tã princeps fuit quàm gladiator. *Celuaria.*]Os capitis ſuperius calu aria nominatur: quæ, vt docet Cor. Celſ. in 8. interiore parte concaua eſt, extrinſecùs gibba, vtrinq; læuis, ſimplex ab occipitio & temporibus, duplex vſque in verticemà fronte eſt. Artemon ex caluaria interfecti hominis, ignéque cremati, propinauit aquam è fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem ſuſpendio interempti catapotia fecit Antheus, contra rabidi canis morſus. Refert Plinius terram ex caluaria pſilothrum, eſſe palpebrarum. Eſt autem pſilothrum, medicamentum depilatorium. Alio nomine nuncupatur calua, vt teſtatur Caper grammaticus, ſic ſcribens: Calua vocatur, vel cranion, licèt Cælius & Varro caluariam dicant. Liuius: Caluam auro cælauerunt:

ídque ſacrum vas eſt, quo ſolennibus libarent: ἀγεῖον, ſiue ἄγειον, Græcè dicitur. Hinc Hemicranea morbus, quo dimidia parte capitis laborant: quemadmodùm cephalea, quo totum caput infeſtatur. Plin. heterocranas memorat, talem videlicet dimidiatum capitis morbum ſignificans.

Tunc decantatis ſpirantibus fibris, litat vario latice, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano. libat & mulſa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos, cum multis odoribus dat vnis carbo- [illegible] adolendos. Tunc protinùs inexpugnabili magicæ diſciplinæ poteſtate, & cæca numinum coactorum violentia, illa corpora quorum fumabant ſtridentes capilli, ſpiritum mutuantur humanum, & ſentiunt, & audiunt, & ambulant: &, quà nidor ſuarum ducebat exuuiarum, veniunt, & pro illo iuuene Bœotio aditum geſtientes, fores inſiliunt. Cum ecce crapula madens, & obſcuræ noctis deceptus caligine, audacter mucrone diſtricto, in inſani modum Aiacis armatus, non vt ille viuis pecoribus infeſtus, tota lamauit armenta, ſed longè fortiùs, qui tres inflatos caprinos vtres exanimaſſi, vt ego te proſtratis hoſtibus, ſine macula ſanguinis, non homicidam nunc, ſed vtricidam amplecterer.

Decantatis.] incantamentis, & deuotionibus magicis conſecratis. Decantare enim fibras dicitur maga, quando cantamine magico inhalat & imbuit: vt ita vim quandam arcanam concipiant, magicis arcanis congruentem. *Fibri ſpi.*] Virgil. Spirantia conſulit exta. Fibræ ſunt iocineris & pulmonis in extis extremæ partes. *Lactæ vac.*] Lac vaccinum ſiue bubulum meracius eſt caprino, quo aluus maximè ſoluitur. Phthiſici ſynecticíque lac vaccinum bibunt, perinde ac medicatiſſimum, vt tradit Plin. in 28. Synthectici autem ſignificantur, exhauſti viribus, debilitatíque, quos & defectos Latino elegantíque vocabulo eruditi frequenter appellãt. Ipſæ quoque defectiones ſynthexes dictæ. Idem Plin. in 22. Tali ſorbitionis genere emendantur ſynthexes. Firmicus Maternus tradit hominem interiturum dyſenteria & ſynthexi, ſi Saturnus per quadratum cum ſole fuerit inuentus. Vbi ſynthexis accipitur pro

pro ægritudine abſconſa & latente, ſicut & dyſenterium, quo nomine inteſtinorum morbus & tormina ſignificantur. *Mulſa.*] Septimus caſus. Eſt autem mulſa, aqua melle concocta. Cuius duo eſſe genera prodidit Plinius: alterum recentis, alterum inueteratæ. tepentia deſpumato melle, præclaram vtilitatem habet in cibo ægrotantium leui. Inuenio apud auctores, hunc potum bibendum alſioſis, item micropſychis. Sunt autem alſioſi, qui algorem ferre non poſſunt, & frigore infeſtantur: vt apud Plin. abrotonum & adonium alſioſa eſſe memorantur. M. Varro caprinum pecus ſtabulari meliùs ait, ad hybernos exortus ſi ſpectat, propterea quòd eſt alſioſum. Micropſychos quoq;, vt id obiter attingam, animi humilis & præparci dixerunt. Mulſa, vt ad propoſitum reuertamur, longa vetuſtate tranſit in vinum: tuſſientibus vtilis traditur: calefacta incitat vomitiones. Mulſum verò ex vetere vino & recentiſſimo melle vtiliſſimũ concorporatur, aluum mollit, corpora auget. Multi ſenectam longam mulſi tantum nutricatu tolerauere. Pollionem Romanum, centeſimum annum excedentem, cùm diuus Auguſtus interrogaſſet, qua ratione vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet, reſpondiſſe ferunt, Intus mulſo, foris oleo. Plaut. mulſam appellat puellam, à mellea dulcedine. Frequenter leges adiectiuo nomine dici lac mulſum, quod ſcilicet melle concinnatur. *Obditos.*] ſtipatos, colligatos, implexos, connexionibus quaſi vncinatis. Obdere eſt operire, & opponere. *Adolendos*] cremandos, vrendósque, Virg. in Bucolico ludicro: Verbenáſq; adole pingues, & maſcula thura, Verbum eſt propriè ſacra reddentium. *Vmis ear.*] prunis ardentibus. Græcè anthrax dicitur carbo: vnde anthracinus color pro nigro & lugubri. Si tollentibus ollas ex foco carbo adhæreſcit, item ſi carbo vehementer perlucet, tempeſtate præſagat. In carbonibus tanta firmitas eſt, vt nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur: vſque adeò, vt eos infodere ſoleant, qui limites figunt, ad eõ uincendum litigatorem, ſi quis poſt quantalibet tempora extiterit, fixúmque limitem non eſſe contenderit: auctor Auguſtinus in 21. *Cæca.*] occulta, & ignorabili. *Cœlarum.*] Ante dictum eſt, numina quæpiam cogi magico cantamine. Auctor eſt Proclus Platonicus, commixtione rerum plurimarum numina euocari, attrahíque ſupernos influxus: & ita ſacerdotes per mutuam rerum cognationem dæmones euocabant. *Illa corpora.*] Vtres hircinos intelligit. *Stridentes.*] flammæ crepitu. *Nidor.*] vſtrina, & vredinis virus, à nidore exiſtimat Porphyrio duci verbum renidere. *Inſiliunt:*] quaſi ſaltu impetúq; irrumpunt. *Crapula madens.*] vinolentus & ebrius. *In inſani Aiacis.*] Aiacem furor egit in

mortem,ira in furorem, cùm in iudicio Achillis armorum impatienter ferret sibi Vlyssem esse præpositum: qua ex re furore percitus βοσκήματα ἐμάστιξε, armenta loro cædebat, existimans Græcos se cædere. Duos verò eximios tauros, vel, vt alij tradunt, arietes alligatos flagellabat, dictitans alterum esse Vlyssem, alterum verò Agamemnonem. Ex hoc argumento tragœdia condita est à Sophocle, cui titulus est αἴας μαστιγοφόρος, id est, Aiax scuticam ferens. Hinc illud Horatianum: Mille ouium insanus letho dedit, inclytum Vlyssem. Et Menelaum vnà mecum se occidere clamans. Hinc & illud alterius satyrographi: Hic bone percusso mugire Agamemnona credit, Aut Ithacum. Cor. Cels. tradit in 3. insaniæ genus esse, qua affecti imaginibus, non mente fallantur: Qualem, inquit, insanientem Aiacem vel Orestem poëtarum fabulæ ferunt. Aiax, post quàm resciuit quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Cuius rei Rhetorici quoq; doctores meminerunt. Prouerbiũ est apud Græcos, αἰάντειος γέλως, id est, risus Aiacis: de his qui insipienter rident. Aiax enim, vt antè dictum est, duos maximos arietes apprehendit, alligauitq;, perinde ac Agamemnonem & Menelaum: quos cùm flagro cęderet, deridebat, videlicet furens & insaniens. *Vtricidam.*] Eleganter formatum verbũ ab vtribus cædendis, eodem inclinatu quo homicida, parricida, matricida, sororicida, & alia id genus inclinantur.

Cauillatus: [illusus, irrisũsq;: vel potiùs ludens, irridénsque: vt actiuæ significationis sit, quòd aũt fuerit Apulcij cauillum, sequentia demonstrãt. *Vitt. ador.*] Sẽsus est: possũ istud meum facinus cõparare ærũnis Herculis, nam vt ille & tergeminum Geryone, & tricipitẽ Cerberum letho dedit, ita ego quoque tres vtres vno conflictu exanimaui. & ita vicis-

* *At ego sic lepido sermone Fotidis inuicem cauillatus: Ergo igitur iam & ipse possim, inquam, mihi primam istã virtutis adoriam, ad exemplum duodeni laboris Herculei numerare, vel trigemino corpori Geryonis, vel triplici forme Cerberi totidem peremptos vtres coæquando. Sed vt ex animo tibi volens omne delictum, quo me tantis argoribus implicasti, remittã, præsta quod summis votis expostulo: & dominam tuam, cum aliquid huius diuinæ disciplinæ molitur, ostende, cùm Deos inuocat: certè* cum reformatu videam. Sum námque coram magiæ noscendæ ardentissimus cupitor: quanquam mihi nec*

ipsa

ipſa tu videare taliũ rerum rudis, vel expers. Scio iſtud, & planè ſentio: cùm, ſemper alioquin ſpretorem matronalium amplexuum, ſic tuis iſtis micantibus oculis, & rubentibus bucculis, & renidentibus crinibus, & hiantibus oſculis, & flagrantibus papillis, in ſeruilem modum addictum, atque mancipatum teneas volentem. Iam denique nec lætem requiro, nec domuitionem paro, & nocti iſti nihil antepono. Quàm vellem, inquit illa, præſtare tibi, ô Luci, quod cupis: ſed propter inuidos mores, in ſolitudinem ſemper abſtruſa, & omnium præſentia viduata, ſolet huiuſmodi ſecreta perficere. Sed tuum poſtulatum præponam periculo meo; idque obſeruatis opportunis temporibus ſeduló perficiam: modò, vt initio præfata ſum, rei tantæ fidem ſilentiúmque tribue. Sic nobis *garrientibus libido mutua & animos ſimul & membra ſuſcitat, omnibus abiectis amiculis. Hactenus denique intecti bacchamur in venerem, cùm quidem mihi iam fatigato, de propria liberalitate Fotis puerile ob tulit corollarium. Iámque luminibus meis vigilia marcidis infuſus ſopor, etiam in alium diem nos attinuit.*

ſim Apuleius cum Fotide cauillabatur. *Adoriam.*] laudem ſiue gloriam dixere, quia glorioſum eum putabant eſſe, qui adorei, id eſt farris copia abundaret. Plinius: Gloriam denique ipſam à farris honore adoriam appellabant. Hora. in carmine lyrico: Qui primus alma riſit adorea. Vbi exponit Porphyrion, adoriam dici laudem bellicam: fortaſſis quòd adorandi ſint, qui laudem ex bello reportant. *Duodeni la.*] Duodecim labores Herculeos, ſiue ærumnas famigeratas, inclytáſque nemo ignorat; quibus poëtæ omnes & mythiſtoriæ, id eſt fabuloſæ hiſtoriæ ſcaturiunt. *Trigemino eo pore.*] De Geryone iam vulgata ſunt omnia, quem tricorporem finxit antiquitas, armentis nobilibus copioſum, quæ Hercules domino interfecto fertur abduxiſſe. Trogus, Diodorus, & alij, ideò Geryonem trigeminum fabulis proditum fuiſſe autumant, quia tres fratres Chryſei filij extiterunt in Hiſpania, tantę concordiæ, vt vno animo omnes regi viderentur, quos ſubſtulit

Hercules, abactis armentis. A Plinio Geryones pluraliter dicti, cùm ait in quarto: In Erythra Geryones habitasse à quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Plautus face tè ludens dixit: Senis manibus genere Geryonaceo. opinatur Seruius Maronianus interpres, Gerionem Hispanum regem ideò fingi tergeminum, quia tribus insulis præfuerit. Sanè sciendum est, declinari hic Geryones Geryonæ, tanquam primi ordinis nomen, vt Anchises Anchisæ: vnde est illud, Tergemini nece Geryonæ. Alij verò Geryon geryonis secundum formam tertij ordinis inflectunt. *Triplici formæ Cerberi.*] Poëtæ fabulantur, tricipitem cerberum esse canem apud inferos, Tartari custodem, qui latratu trifauci manes perterreat. Physici aiunt Cerberum dici terram, quę in tris partes diuisa, consumptrix corporum est: vnde & Cerberon dici, quasi κρεοβόρος id est, carniuorum. Hunc ab inferis Hercules traxit implicitum. *Ex animo.*] sinceriter, verè, & ex animi sententia. Catullus: Atq; id sincerè dicat, & ex animo. *Remittam.*] condonem. *Diuinæ disciplinæ.*] videlicet magicæ. *Cerã.*] vt non tam audiam, quàm præsens videam. Certior aure arbiter est oculus, & (vt inquit Plautinus miles) pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem. *Matronalium amplexuum.*] Ex præcepto Horatij, sic monentis: Define matronas sectarier, vnde laboris Plus haurire mali est, quàm ex re decerpere fructus. *Rubentibus bucculis.*] genis non tam purpurissimi, quàm rubenti natiuo colore purpurantib. Infra malas in homine sunt buccę, & per diminutionem bucculæ, hilaritatis & risus indices, vt Plin. tradit: quas fœminæ purpurisso & medicamine inficiunt, tanta est decoris affectatio. In epistolis ad Atticum: Scribe (inquit Cicero) quic quid in buccam venerit. Vbi bucca prò ore, sicut vulgò, vsurpatur. Fuluiæ, Marci Antonij vxori, bucca altera erat inflatior, vt docet Tranquillus in libro de grammaticis. A bucca bucculentus Plauto dictus, cuius buccæ tumentes sunt. Ab eodem buccones dicti quasi buccis enormibus prædíti: & pro stultis accipiuntur. *Renidentibus.*] splendicantibus. Horat. Vt puro renidet luna mari. Aliàs renidere ridere est. *Hiantibus osculis.*] basiis, ore patulo, & rictu peruio impressis. Semihiulcum suauium dixit eleganter ille qui scripsit, Dum semihiulco suauio meum puellum fauior. *Addictũ.*] deuinctũ, obligatum, obnoxium: instar eorũ, qui prætoris sententia creditoribus addicũtur, de quibus alibi copiosiùs & explicatiùs annotaui. *Domitionẽ pato.*] reuersionem ad lares domesticos. Dictio cõposita ex domo & itio, vt antè diximus. *Noctis ijtu*] noctẽ, qua est in cõplexu Photidis, beatissimã iudicat, vt potè plenam

plenam solidæ voluptatis. *O Luci.*] Lucium Apuleium intelligit. *Vt immò.*] Corrige, vt initio. *Garrientibus.*] mutuo quasi garritu sermocinantibus, inuicémque obstrepentibus. Garrire est, inepte strepere. Cic. ait philosophos in gymnasiis garrire cœpisse. Gannire verò propriè canes dicuntur: vnde & gannitio dicta, canum querula murmuratio. M. Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit: quamuis in mendosis codicibus nō gannire scriptum legas, sed garrire. Humanam quoque vocem nonnulli gannitum vocauerunt: & gannire pro maledicere vsurpatum est. Afranius: Gannire ad aurem nunquam didici. *Membra.*] Specialiter genitalia membrorum nomine significantur, vt suprà: Stetérunt membra, quæ iacebant antèà. Hinc Priapus in obscœno carmine membrosior æquo est dictus. Poëta quoque in serio opere incautiùs dixit: Placidúmque petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem. *Abiectis amiculis.*] Intelligi vult, tunicam quoque interiorem, quam camisiam vocant, sese abiecisse, vt nudi veneriæ palæstræ obluctarentur: nam, vt inquit ille, At mihi nuda satis nulla puella patet. Et Propertius, meram nuditatem in amore expetens, & omne velamentum fastidiens, minatur se vestem Cynthiæ discissurum, laniaturúmque, cùm ait: Quòd si pertentes animo vestita cubare, Scissa veste meas experiere manus. *Intectis.*] denudati, & sine vllo tegumento. *Bacchamur.*] furore quodam quasi Bacchico extimulati ruimus in coitum, & subantes libidinamur. *Puerile corollarium.*] Symbolicōs & verecundè signat posticum concubitum, & auersam venerem, & puerile diuerticulum sibi à Fotide oblatum fuisse, velut pro auctario quōdam. Corollarium enim, vt scienter docet Varro, id est, quod mercedi & manu pretio additur, præterquàm quod debitum: à corollis factum est, quòd hæ, cùm placuerant actores, in scenā dari solitæ sint. Vnde & corollarium apud Cic. & Tranquillum pro munusculo vltra legitima præmia exhibito, & quodam quasi additamento debitæ mercedis. Cùm autem id genus corollaria pretij haud magni sint, hinc factum est, vt corollarium pro re leuiori ac appendicula vsurpetur. Plin. in 9. At illa, corollarium id esse, consumpturúmque ea in cœna taxationem confirmans. Idem corollaria coronas dici auctor est in 21. cuius verba sunt hæc: Paulatim & Romæ subrepit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollariis: postquàm è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Ad hunc modum transactis voluptatis.] *Percita.*] commota, excita. *Ni-*

ptariè paucis noctibus, quadam die percita Eotis, ac satis trepida, me accurrit: indicátque dominam suam, quòd nihil etiam tunc in suos amores cæteris artibus promoueret, nocte proxima in auem sese plumaturam, atque ad suum cupitum sic deuolaturam: proin memet ad tantæ rei speculam caute præparærem. Iámque circa primam noctis vigiliam, ad illud superius cubiculum, suspenso & insono vestigio me perducit. Ipsa per rimam ostiorum quampiam iubet spectare: quæ sic gesta sunt. Iam primum omnibus lacinijs se deuestit Pamphile: & arcula quadam recluſa, pyxides plusculas inde depromit, de quis vnius operculo remoto, atque indidem egesta vnguedine, diúque palmulis suis adfricta, ab imis vnguibus sese totam adusque summos capillos perlinit: multumque cum lucerna secretò collocuta, membra tremulo succussu quatit, quis leniter fluctuantibus, promicant molles plumulæ, crescunt & fortes pinnulæ, duratur nasus incuruus, coguntur vngues adunci. fit bubo Pamphile. Sic edito stridore querulo, iam sui periclitabunda, paulatim terra resultat: mox in altum sublimata, forinsecùs totis alis euolat. Et illa quidem magnis suis artibus volens reformatur. At ego nullo decantatus carmine, præsentis tantùm fabulæ stupore defixus, quiduis aliud magis videbar esse quàm Lucius. Sic ex-

terri-

hil promoueret.] nihil proficeret, & efficaciter polleret ad amores suos conciliandos, & amasium pelliciendum. *Plumaturam.*] sumptis plumis reformaturam. *Cupitum.*] amasium. *Proin.*] M. Tull. in oratorem: Dein etiam sæpe, & exin, pro deinde & exinde dicimus. sic & proin pro proinde, frequens est: quod significat ideò, itaque. *Speculam.*] contemplatum & speculationem. Locus vnde speculamur, vocabulo quàm eleganti Cypriano dicitur speculatorium. *Primam vigiliam.*]primis nocturnis horis. De quatuor vigiliis noctis, quæ ex militari disciplina sunt, & singulæ trium horarum spatio supputantur, dixi affatim in superioribus. *Superiùs.*] id anteà scandulare appellauit. *Insono.*]mi-

*derminatus animi, attonitus in amentiam, vigilans somniabam: defrictis adeò diu * pupulis, an vigilarem, scire quærebam. Tandem denique reuersus ad sensum præsentium, arrepta manu Fotidis, & admota meis luminibus: Patere, oro te, inquam, dum dictat occasio, magno & singularis me affectionis tuæ fructu perfrui, & impartire nobis unctulum indidem, per istas tuas papillas, mea mellitula: tuúmque mancipium irremunerabili beneficio sic tibi perpetuè pigneraz: ac iam perfice, vt mea Veneris Cupido pinnatus assistam tibi.*

nimè obstrepero, nullúmque sonum faciente. Insonum enim, quasi sine sono & strepitu dictum: sicut & absonum dici sine sono, Non. interpretatur. De vestigio sonoro dixit Tibul. Neu strepitu terrere pedum. *Arbitrari.*] specta re, rimari. Interdum pro auscultare accipitur. Plaut. in Captiuis: Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Veteres arbitro dicebant. Idem in Sticho: Probiores verò arbitrabunt, si probis narraueris. Arbitrari apud iurisconsultos accipitur pro iudicare, & sententiam dicere: sicut & arbitrium, pro arbitri sententia. *Lacinijs.*] vestimentis. *Se denestat.*] despoliat, exuítque. *Depromit.*] educit, extrahítque: inde promus dictus, qui præest cellæ promptuariæ, ex qua penora expromuntur vsionis causa. Cui contrarius est condus. Plautus: Sum promus condus, procurator peni. Apud Horatium: Foris est promus. Ausonius: promúsque quàm cõdus magis. In Apologia, promus librorum dictus, qui præest libris expromendis. Idem Plaut. festiuiter scitáque translatione cellam promptuariam vsurpat pro carcere in Amphytrione, cùm ait: Inde cras ex promptuaria cella depromar ad flagrum. Promptuarium à Boëtio & Ausonio decenter dictum pro cõditorio literarum, & ingenij cella, vnde eruditio promitur. *Pyxides.*] vasculæ, quæ fermè ex buxo fiunt, vnde & nomen: pyxos enim Græcè buxum significat. Attamen Quintil. in 8. ait pyxides dici cuiuscunque materiæ. Nouissima est illa apud Lactantium sententia: Medicorum tituli remedia habẽt, pyxides venena. A pyxide diminutiue fit pyxidicula. Inde pyxidatũ quoq; deducitur. Plin. in 31. commissuris pyxidatis, ita vt superior intret calce viua, ex oleo læuigatis. *Armilla.*] Lucianus ψελίον vocat. *De quis.*] de quibus. *Operculo.*] tegumento. ab operculo fit verbum operculare, quod est operculo tegere. Columella: Ab se

tempore quo primùm dolia operculaueris. Ab eodem vas operculatum dictum, operculo clusum. *Indidem.*] ex ea pyxide. *Egesta vnguedine.*] deducto, deprompto medicamento. Vnguedo, vnctio, vnctura, vnguen, ab vngendo omnia deriuata. Virgil. Et odoras vnguine ceras. *Adfricta.*] quasi frictione quadam contrecto. *Perlinit.*] inspergit, perungit. Virgil. in Georg. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Lita exponit Seruius, pro illita & distincta. A lino composita sunt, illino, perlino & relino: quod recludere significat, & aperire, & regypsare, apud Terent. Releui dolia omnia, serias omnis. Contra dixit Horat. Conditum leui datus in theatro Cùm tibi plausus: pro eo quod est, gypsaui, clausi, operculaui. Ab eodem fit collino, quod est fœdo & inquino. Plaut. in Pen. Pulchrum ornatum turpes mores peiùs cœno collinunt. Lucianus Græcè, χρίεται ὅλη, id est, vngitur tota. *Ab imis vnguibus.*] Lucianus, ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξάμενος, id est, ab vnguibus incipiens. *Succussu.*] excussione, agitationéque. Succussare enim est frequenter excutere: vnde succussus, pro succussione, id est, excussione: & succussator caballus, & succussor dictus, qui interdũ succutit, vexátque sessorem. *Quis.*] quibus. *Promicant.*] prorumpunt, exiliunt, extenduntur. *Pinnule.*] Separauit distinxítque pinnulas à plumis, scitè & significanter. Pinnæ enim sunt duriores, plumæ verò molliores delicatioréque: præterea interiores sunt plumæ, exteriores pinnæ. *Durauit.*] durescit, durus fit. Lucian. μύκητα καρκινὸν ἐγγενέσθαι, id est, fit nasus corneus & incuruus. Ex Luciano hoc totum: qui scribit, se spectasse dominam Palæstræ suæ, nudato corpore thus ardenti lucernæ imposuisse, & ità tem multa cum lucerna collocutum esse. Intellectus autem huiusce rei refertur ad eam magiæ speciem, quæ ex lucernis futura promittit: cuius meminimus in præfatione. *Fit bubo.*] Quæ auis ab Apuleio dicitur bubo, à Luciano nonnulli putant κίσσιξ νυκτερινός, tanquam bubo & corax nycterinos idem sit. Sed si verbum ex verbo ductum exprimere velis, coruus nocturnus significabitur: κίσσαξ enim coruum, & νυκτερινὸν nocturnum dici, quis ignorat? Quid ergo, dicet quispiam, nescisse Apuleius bubonem à coruo differre? Id mihi doctè & scienter (vt omnia eruisse videtur ex secretariis interiorum literatum) secutúsque illos esse scriptores, qui nycticoraca bubonem significare contendunt. Varia est etiam super hac re apud doctos discrepantia. In Psalmis Dauidicis illud est cantatissimum: Factus sum sicut nycticorax in domicilio. In Hebræo pro nycticorace verbum bos scriptum est: quod Aquila & Septuaginta interpretes & Theodotion nycticoracem interpretati sunt. Symmachus vpupam esse autumat.

mat. Sexta editio nycticoracem noctuam interpretatur, quod & diuus Hieronymus ſequitur ſcribens: Vbi apud Latinos & Græcos legitur, Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio, apud Hebræos dicitur, Factus ſum ſicut noctua in ruinis. Pleriquè, quod idem quoque memorat, putant bubonem ſignificari: quos hoc in loco ſequitur Apuleius noſter, qui ait Pamphilem factam eſſe bubonem, qui Luciano eſt κόραξ νυκτερινός. Interpres Luciani fœdè labitur, qui nocturnam cornicem interpretatur. Nam cornix Græcè non corax, ſed κορώνη nominatur. Idque adeò liquet, vt res probatione non egeat. Bubo autem funebris abominatúſque eſt publicis maximè auſpiciis: deſerta incolit, nec tantùm deſolata, ſed dira etiam, & inacceſſa: noctis monſtrum: nec cantu aliquo vocali, ſed gemitu. itaque in vrbibus, aut in luce viſus, dirum oſtentum eſt. Ouid. Ignauus bubo, dirũ mortalibus omen. Refert Plinius, bubonem olim intraſſe cellam Capitolij, propter quod vrbs luſtrata eſt. Inter portentoſa magicæ vanitatis mendacia hoc quoque tradunt magi, cor bubonis impoſitum mammæ mulieris ſiniſtræ, efficere vt omnia ſecreta pronuntiet. *Sui periclitabunda.*] de ſemetipſa periculum faciens, experimentum capiens, an in auem demutata volitare poſſet. Periclitari enim eſt, præter notam ſignificationem, experimentum facere. Siſenna: Periclitantur tormenta ac tela, multáque genera machinamentorum. *Volens.*] cùm libuit. *Reformatur.*] in priſtinam figuram & humanam formam reuertitur. *Decantatus carmine*] nullo cantamine ſiue incantamento deuotus, preſſúsque. *Quidnis aliud*] Accidit Apuleio ex miranda rei nouitate, id quod pleriſque omnibus ſolet accidere, vt ex inſpectione eorum, quæ paradoxa ſunt, hoc eſt inopinabilia, ſupráque fidem, attoniti ſtupentésque adeò fiant, vt alia quæcunque potiùs eſſe videantur, quàm id quod ſunt, nec ſibi ipſis ſatis credant. *Exterminatus animi*] impos, amens, & animo quaſi extra terminos ſuos abalienato. *Vigilans ſomniabam.*] ita Plautus, Vigilans ſomniat. Item in Penulo: Certè hæc mulier cantharidum ritu aſtans ſomniat. Quẽ locum Plautinum ita legere ſoleo, vt cantarino pro cantharidum emendem, illo intellectu: fœminam ſomniare aſtantem ritu canthari, vaſis vinarij: qui ea forma figuratur, vt rectus aſtet, conſiſtátque. Quæ de cantharidibus vermiculis produntur, futilia ſunt, & nihil ad Plautinam elegantiam. *Defrictis pupillis.*] perfrictis oculis multa frictione; quod facere ſolemus ad ſommum excutiendum. Lucianus ἐγὼ δὲ ἄνιεγον ἐκεῖνο εἶδωλον ὁρῶν, τοῖς δακτύλοις τῷ τρόπῳ τῶν βλεφάρων πιέζων: hoc eſt, Ego ſomnium illud videre me exiſtimans, digitis

palpebras oculorum meorum perfricabam. Eſt autem pupula, & per diminutionem pupilla, oculorum media: in qua vis ſpeculi adeò abſoluta eſt, vt totam imaginem reddat hominis. Fœminas omnes vbique viſu nocere, quæ duplices pupillas habeant, auctores ſunt Plin. Cicero, Solinus. Hinc illud Naſonis: Oculis quoque pupula duplex Fulminat. *Dictat occaſio.*] præſcribit, ſuadet, commonet. Alias dictare eſt componere, altero aſcribente, accipientéque. Quintil. dictandi delicias improbat, cùm impropria effluant, & alia incommoda ſubſint. Quanta autem occaſionis vis ſit, & temporis opportunitas polleat in rebus obeundis, nemo eſt qui neſciat. Græcè dicitur καιρός, quod & M. Tullius docet primo de Officiis. Dixit Liuius non minùs verè, quàm eleganter in 25. ſi in occaſionis momento, cuius præteruolat opportunitas, cunctatus paulùm fueris, nequicquam mox omiſſum queraris. & ſtatim: Nam occaſioni comes eſt, metanœa, id eſt, pœnitentia. Super qua re nobile eſt Auſonij epigrãma. Pittacus Mitylenæus, vnus ex ſeptem ſapientibus, dicere ſolebat γνῶθι καιρόν, id eſt, noſce tempeſtiuitatem, ſiue occaſionem, quę rerum omnium potiſſima eſt: ſuper quo latiſſimè diſſerui in libello ſeptem ſapientum: *Impartire.*] impartias. Dicimus impartio & impartior in actiua ſignificatione indiſcriminatim. Eſt autem impartire, participare, & partem dare. Hora. Si quid nouiſti rectiùs iſtis, Candidus imperti: ſi non, his vtere mecum. Annotant grammatici, partio & impertio vſurpati pro partior & impertior. Lucil. Suſpicat, impertit ſaluti plurimam & pleniſſimam. *Indidem.*] inde, ex eadem pyxide. *Papillas.*] Obſecrantis eſt. Papillæ capitula mammarum dictæ, quòd papularum ſunt ſimiles: & pro mammis vſurpantur. *Mellitula.*] Blandimenti nomen, quo Fotidem appellat, quaſi dulciculam. *Pignera.*] obliga, & pignore quaſi quodam debitorem cõcilia. *Pignoratus aſſiſtam tibi.*] Ego ita corrigo: Vt meæ Veneri Cupido pinnatus aſſiſtam tibi. Vt ſit ſententia, munditer puréque explicata hoc intellectu: Perfice, inquit, vt ego ita hoc vnguine transfigurer in auem, ſicut Pamphile in bubonem reformata eſt: vt ego pinnatus, alatúsque fiam apud te haud ſecus quàm Cupido Veneri pinnatus aſſiſtit. Optat enim pinnatus & volaticus factus, aſſiſtere Fotidi, perinde ac ſuæ Veneri, ſicut Cupidines alati præſtò ſunt matri.

Ain.] Aisne.

Vulpinaris amaſio.] Vulpinari vetus verbum eſt, quod ſignificat

*Ain, inquit, vulpinaris amaſio, méque ſponte aſciã cruribus meis illidere compellis? * Saginer meum, ipſa lupulis*

con-

conſeruo Theſſalis. Hunc alitem factũ vbi quæram? Videbo quando? At mihi ſcelus iſtud depellam cœlites, inquã, vt ego quamuis ipſius aquilæ ſublimis volatibus toto cœlo peruius, & ſupremi Iouis certus nuntius vel lætus armiger, tamen non ad meum nidulum poſt illam pugnarum dignitatem ſubinde deuolem? Adiuro per dulcem iſtum capilli tui nodulum, quo meum vinxiſti ſpiritum, me nullam aliam* mea Fotide malle. Tunc etiam iſtud meis cogitationibus occurrit, cùm ſemel auem talem perunctus induero, domus omnis procul me vitare deberet. Quam pulchro enim, quámque feſtiuo matronæ perfruentur amatore bubone. Quid! quòd iſtas nocturnas aues, cùm penetrauerint larem quempiam, ſolicitè prehenſas foribus videmus adfigi, vt quod infauſtis volatibus familiæ minantur exitiũ, ſuis luant cruciatibus. Sed quod ſciſcitari penè præteriui, quo dicto, factóve rurſum exutis pinnulis illis, ad meum redibo Lucium? Bono animo es, quod ad huius rei curam pertinet, ait: nam mihi domina ſingula monſtrauit, quæ poſſunt rurſus in facies hominũ tales figuras reformare. Nec iſtud factũ putes vlla beneuolentia, ſed vt ei redeunti* medelam ſalubrẽ poſſem ſubſiſtere. Specta denique quàm paruis quámque fatilibus tanta res* procuretur. Hercules, anethi modicũ cũ lauri folys immiſſum,*

fraudibus & mendaciis vera peruertere, ac fraudulenter agere: dictum à fraudulentia vulpium, curſúque intorto: vnde vulpinaris amaſio eleganter dictus, amator fraudulentus, ſubdolus ac impoſtor. Inclinatur autem amaſio amaſionis, pro amaſius & amator. Vulpionem quoque veteres dixere, pro doloſo & palpatore ac veteratore: quod vocabulum lingua quoque vernacula retinemus. Apuleius in Magia: Etiam cùm matri blandirere, tamen iam tum vulpionem & impium fuiſſe Vulpe nullum animal ſolertius, nullum fraudulentius, Æſopi fabulæ teſtantur, & vulgo quoque creditur. Ob hoc ait M. Tul. in primo de Officiis: Cùm duobus modis, id eſt, aut vi, aut fraude fiat iniuria, fraus quaſi vulpe-

rore fontano datur lauacrũ & poculũ. culæ, vis leonis videtur. Scitu dignũ nec relatu indignum eſt illud Lyſandri Lacedęmonij qui ad eos, à quibus culpabatur quòd plurima fallaciis ageret, dolóque maximè falleret, ſubridens dictitabat: Quò leonis pellis peruenire non poſſet, vulpinam pellem aſſuendam eſſe. Prouerbiũ eſt Græcorum, de his, qui doloſi doloſos fallere aggrediuntur. Eſt & illa de vulpe paræmia, Vulpes munere non capitur: de his qui non facilè donis capiuntur. Vulpes ſolerti auditu eſſe tradunt: obſeruatúmque eam aure ad glaciem appoſita, coniectare craſſitudinem gelu. *Aſiam.*] Emendo aſciam, vt ſenſus ex illa vulgata vſitatáq; ſententia eliciatur: Vis vt egomet mihimet malum conficiam, ſimq; ipſa auctor mei doloris: ſi enim te fecero volaticum pinnatúmque, túque mox aliò deuolaueris, quem potero tunc ego incuſare, niſi me ipſam, de infortunio meo? Nam qui ſibi ſuiſquemet cruribus ſuapte ſponte aſciam impingit, illidítque, neminem niſi ſe poteſt accuſare: cùm ipſe crurifragij ſibimet auctor extiterit. Eſt enim aſcia ferramentum fabricæ materiariæ, quam primus inuenit Dædalus, vt docet Plin. qua ſolet interdum materiarius faber per incuriam ſua ipſius crura concidere. Hieronymus aſciam eleganti vocabulo dolatoriũ nuncupat, à dolando ſcilicet, læuigandóque. Ab aſcia exaſceatum opus dixit Plaut. pro perfectum, expolitúmque. In hanc fermè ſententiam eſt illud Plau. ex milite: Temerè haud edolas tabulam tuis nunc crurib. *Siginer.*] Dictio inuſitata, ignobiliſque: &, vt ſentio, nullius ſignificatus. Proin legere malim ſaginer, quaſi à ſagina & pinguitudine ducto vocabulo: vt amatorem hoc nomine condecenter appellet, quaſi ſaginatũ, paulóq; habitiorem, curatiorémque: nam & ſupra oſtendit Apuleius, ſe fuiſſe ſucculentum. *Lupulis.*] meretricibus, & alluſit ad lupas feras, quę opimiora ſaginatáque cibaria ſectantur. *Aut mihi.*] Lego, à me. *Cælites.*] Dij cœlites in ipſo æthere puriore ſunt, nec admodùm eos mortalium vota ſollicitant: apathes perhibentur, hoc eſt, ſine paſſionum turbelis. Auctor Marcianus. *Pugnarum.*] Lego, pinnarum. Eſt enim ſenſus: Dij, inquit, à me prohibeant tantum ſcelus, vt ego non mox reuolem ad meum nidulum: hoc eſt, ad meam Fotidem, poſt illam volaturam, pinnatámque deformationem. Etiã, inquit, ſi aquila fierem, & altiora cœli peterem, tamen ad te, ô mea Fotis, vellem remeare. *Armiger.*] Quis neſcit, aquilam nuntium & armigerum ſupremi Iouis nominitari? vel ob fabulam, qua in bello aduerſus Titanas Ioui in auſpicium aduolaſſe fertur: vel, vt Pli. tradit, quia nunquam fulmine examinatur. *Vinxiſti.*] Quia præmiſit, Nodulum

lum capilli , ideò vinxisti subiunxit congruenter & decenter. Spiritus enim noster propriè vinculo quodam insolubili vincitur,alligatúrque amatæ puellæ:&, vt inquit Plautus , Amica anima est amanti. *Meæ Fotidi.*] Attendenda noua elocutio, qua significat nullam se magis velle quàm Fotidem. *Perunctus.*]Illa scilicet vnguedine magica,& vi transfigurationis præpolente.*Quanquam festino.*] Lege,*quámque festino.* Ironicôs pronunciandum.*Larem quempiam.*] in aliquod domicilium. *Foribus videmus affigi*] Inter nocturnas aues sunt noctuæ , bubo, vlulæ, sunt & vespertiliones , quibus à vespertino tempore inditum nomen.Ouid.Nocte volant,seróque trahunt à tempore nomen. Græci quoque à nocte , hoc est ἀπὸ τῆς νυκτὸς , νυκτερίδας vocant. Nocturnæ aues , auctore Plin. vncos vngues habent. Noctis monstrum est bubo. Magi tradunt , vespertilionem , si sit circum latus domui viuus , & per fenestram inuerso capite infigatur , amuletum esse.Significat autem amuletum , omne genus remedij aduersus cuncta mala medicamenta , ab amoliendo nominatum. Græci ἀπὸ τοῦ ῥυπαίνω hæc vocant , ἀπὸ τῆς ἀποῤῥίπτω, quod est amoliri,submouere,depellere. Amuletum dictio apud Plinium frequens,in hoc significatu, ac propè peculiaris , nec apud scriptorem alium facilis repertu.*Suis luant cruciatibus*]Causam subnotat , propter quam nocturnæ aues foribus affiganturi vt videlicet in eas regeratur,quicquid dirum domibus illæ portendunt,in quas penetrauerint.Dicimus, vt annotant grammatici,luo pœnam & luo peccatum:pro eo quod est , pendere pœnas & soluere pro noxa.Reluere dicebant antiqui pro resoluere, & repignerare.*Ad meum Lucium.*]reuertar, reformabóq; in pristinam mei ipsius Apuleij formam.*Es.*]sis.*Subsistere.*]suppeditare, & opitulari. Frequens verbum apud Apuleium in hac significatione. *Futilibus.*]friuolis, nugatoriisque. Futiles dicuntur homines , qui silere tacenda non queunt : sic & vasa futilia à fundendo dicta , quæ lato ore , fundo angusto sunt, quibus in sacris Vestæ vtebantur , propterea quòd aqua ad Vestæ sacra pertinens in terra non ponitur quod si fiat , piaculum est. Vnde excogitatum vas quod stare non posset , sed positum statim funderetur. *Herculis.*] lege Hercules : vt sit asseueratio , per Herculem , quale est illud, mehercules , & medius fidius. *Anethi modicum.*] Anethum ructus mouet , & tormina sedat , singultus cohibet. Semen anethi feruens olfactu sumptum , ex aqua sedat cruditates, oculos & genituram hebetat. *Rore fontano.*] Aqua fontana rores neque gelu , neque ardoribus , neque ventis , nec nisi serena

Digitized by Google

nocte existere tradũt. Roscidos æstate Aphricæ noctes esse autumat Plinius. Pluuia & ros, vt inquit Aristoteles in primo Meteororum, fermè idem sunt: sed alterum copiosum, alterũ modicũ. Ros nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit: vt docet Apuleius in Cosmographia. Græcè drosos nominatur. *Lauacrum & poculum.*] Sensus est: Quicunque vult reformari in pristinum habitum, opus est vt vel corpus lauet, vel bibat ex hoc liquore laurinis foliis & anetho concinnato. Laurus autem, vt docet Proclus Platonicus igneam solis naturam imitatur, & in magia pollet ad cũstodiam numinis.

Abiectis laciniis.] Ex desiderio immodico signat se repentè non tam exuisse vestimenta omnia, quàm abiecisse: vt statim nudus perungi posset, vnctuso illo magico & demutatorio. *Hausto.*] hausto, educto, deprompto. *Similem.*] scilicet bubonem, in quã Pamphile fuerat transfigurata. *Plumulæ.*] quæ sunt molliores. *Pinnulæ.*] illæ duriores. *Crassãtur.*] Hoc est, crassescunt, durescúntque. *In setas.*] pilos asininos significat: sunt enim setæ villi crassiores, vt equorum. Plin. refert, elephãto fœtarum nullum tegumentum esse. Idem caudam ve-

Hæc identidem adseuerans, summa cum trepidatione irrepit cubiculum, & pyxidẽ depromit arcula: quam ego amplexus, ac deosculatus prius, vtque mihi prosperis faueret volatib. deprecatus, abiectis properè laciniis totis, auidè manus immersi: & hausto pluisculo vncto, corporis mei membra perfricui. Iámque alternis conatibus, libratis brachiis, in auem similem gestiebam: nec vllæ plumulæ, nec vsquã pinnulæ: sed planè pili mei crassantur in setas, & cutis tenella duratur in corium: & in extremis palmulis perdito numero, toti digiti coguntur in singulas vngulas, & de spinæ meæ termino grandis cauda procedit. Iam facies enormis, & os prolixum, & nares hiãtes & labia pendula: sic & aures immodicis horripilãt auctibus. Nec vllum miseræ formationis video solatium, nisi quòd mihi iam nequeunti tenere Fotidẽ, natura crescebat. Ac dum salutis inopiæ cuncta corporis mei considerãs, nõ auẽ me, sed asinum video, querens de facto Fotidis, sed iam humano gestu simul & voce priuatus, quod solum poteram, postrema

ſtrema deiecta labia, humidis cum oculis, obliquùm reſpiciens, ad illam tacitus expoſtulabam. Quæ vbi me primùm talem aſpexit, percuſſit faciem ſuam manibus infeſtis: &, Occiſa ſum miſera,* clamabat. Me trepidatio ſimul & feſtinatio fefellit, & pyxidum ſimilitudo decepit. Sed bene, facilior quòd reformationis huius medela ſuppeditat. Nam roſis tantùm demorſicatis exibis aſinum, ſtatimque in meum Lucium poſt liminiò redibis. Atque vtinam de more veſperi par aſſem nobis corollas aliquas, nec moram talem pateris vel noctis vnius: ſed primo diliculo remedium feſtinabitur tibi. Sic illa mœrebat. Ego verò quanquam perfectus aſinus, & pro Lucio iumentum, ſenſum tamen retinebam humanum.*

terinis ſetoſam eſſe tradit. Sunt autem veterina, animalia omnia quæ vehere quid poſſunt: vnde veterinarius dictus, veterinorum medicus, qui Græco vocabulo κτηνίατρος dicitur, quẽ Firmicus Maternus mulomedicum interpretatur: vulgò Marеſch lcũ nuncupat. refert idem Plin. omnibus in genere veterino animalibus eoſdem morbos eſſe, qui homini ſint. Cribrorum genera ex ſetis equorum à Gallis inuenta idẽ

memorat lib. duodeuigeſimo. *Cogantur.*] contrahuntur. *Extimis.*] Digitos, qui in extrema parte palmularum, hoc eſt manuum, ſignificat coactos eſſe in vngulas aſini. Eſt enim aſinus ex genere ſolidipedum. ſic eruditi appellant animalia, quorum vngula eſt ſolida. Veterino tamen generi, vt inquit Plinius, vngulæ renaſcuntur. Sues in Illyrico ſolidas habent vngulas. Solida vngula & bicorne nullũ eſt animal: extimæ autẽ palmulæ ſignificãtur extremæ, ſummæque partes manuum. Apuleius alibi: In extimo mundi tergo degit. *Caudæ*] Caudæ, præter hominẽ ac ſimias, omnib. ferè animalib. ſetoſæ, vt equis. Boum caudis longiſſimus caulis, idem aſinis longiores quàm equis. *Enormis.*] immodica & prægrandis. Lucianus dixit τὸ στόμα μέγα *Hiantes.*] patulæ, & follicantes. *Labiæ pendulæ.*] Dicimus labia & labias, vt balnea & balneas, ferè indiſcriminatim. Hinc elegans illc verſiculus: Anima ægra & faucia cucurrit & ad labias mihi. A. Gellius: Labias ſenſim primores emouemus. Quidam virorum labra, mulierum labia, diſcretione vaniſſima, eſſe exiſtimant.

Digitized by Google

A labris Labeones dicti, vt docet Plin. Et hoc verius est, quàm quod Priscianus prodidit, Labeonē inde deduci autumat: chilones antiqui dixere homines enormibus labiis prædictos, Græcè τὸ χεῖλος labrum. Æsopus fuisse dicitur μεγάχειλος, hoc est, labro tumenti, prominulóque. *Horripilant.*] horridiore asperioréque pilo fructificant. *Auctibus.*] incrementis. *Natura crescebat.*] Simbolicōs & opertè genitalia significat, quæ in asinis sunt enormia & immodica. *Querens.*] conquerens, mussansque *Postrema labia.*] posteriore parte labri inferioris. Lucianus, τὸ δὲ χεῖλος ἔκτεινε κατω. *Humidis.*] Quasi lacrymis ex indignatione profusis. *Obliquum.*] Obliquè: hoc est, toruo obliquatóque aspectu: nomen pro aduerbio. *Expostulabam.*] conquerebar, accusabámque Fotidem. Græcè dixit Lucianus, ἐνεκάλουν, id est accusabam. Expostulare est, querelam apud eum ipsum deponere, de eo ipso qui fecit iniuriam: postulare autem, querelam dicere de altero apud alterum: auctor Donatus. Hinc apud iurisconsultos titulus de postulando. Terēt. in hanc sententiam: Vt cum eo hanc iniuriam expostulem. *Misera.*] Græcè πάλαι ἐλεεινὸν ἐγώ. *Pyxidum similitudo.*] Signat, pyxidas adeò fuisse consimiles, vt eas internoscere non quiuerit: quarum altera continebatur vnguedo ad transfigurandum in auem, altera in asinum deformandum. *Facilior medela.*] ῥᾷον δ' ἂν εἴη διορθῶσαι. *Rosis dimorsicatis*] Lucian. ῥόδα γὰρ μόνον οἱ φάγοις ἀποθοιο ὄνος τὸ πάλαι. *Postliminio.*} posteà, ex interuallo: aduerbium est: super qua dictione in superiorib. copiosissimè disserui. *Coronas*} Signat coronas ex rosa: cuius vsus (vt inquit Plin. in 21.) in coronis propè nimius est. Hinc rosa genus quoddam accepit nomen coroneolæ. Centifoliam rosam Cepio negauit in coronis addi. *Diluculo.*} Greci ὄρθρου vocāt. *Sic mœrebat.*] sic tristabatur querebarque. Aliàs merere prima correpta significat militare. Interdum re: pro meretur vsurpat antiquitas. Plautus: Incultus sit, vt memeret. *Sensū humanū.*} Lucianus quoque asserit se in asinum deformatum, mentem pristinam & sensum humanum retinuisse, Sic enim inquit ἐγὼ δὲ τἄλλα ὄνος ἦμην, τὸν δὲ φρένας ἐν τῷ τοιῷδε σώματι ἐκείνου, ἄνθρωπος δ' ἦν τὸν νοῦν: id est, Ego quidem cætera asinus eram, animo autem & mente homo, Lucius ille citra vocem. Augustinus, quod memoratu scitúque dignum est, libro 18. de Ciuitate Dei refert, viatores à mulieribus quibusdam stabularijs in iumenta præstigiis magicis deformatos fuisse, & onera baiulasse, in quibus tamen non mens vigeret brutalis, sed rationalis humanáque seruaretur: sicut Apuleius in libris quos Asini aurei titulo inscribit, sibi ipsi occidisse, vt accepto veneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicauit, aut finxit.

*Diu denique ac multùm mecum ipſe deliberaui, an nequiſſimam facinoroſiſſimámque fœminam illam ſpiſſis calcibus feriens, & mordicùs adpetens necare deberem. Sed ab incepto temerario melior me ſententia reuocauit, ne morte mulctata Fotide, ſalutares mihi ſuppetias rurſus extinguerem. Deiecto itaque & quaſſanti capite, ac demuſſata temporali contumelia, duriſſimo caſui meo ſeruiens, ad equum illum vectorem meum probiſſimum in ſtabulum concedo: vbi alium etiam Milonis quondam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni. Atque ego rebar, ſi quod ineſſet mutis animalibus tacitum ac naturale ſacramentum, agnitione ac miſeratione quadam inductum equum illum meum, hoſpituum ac loca * lauta mihi præbiturum. Sed proh Iupiter hoſpitalis, & fidei ſecreta numina! præclarus ille vector meus, cum aſino, capita conferunt, in meámque perniciem illicò conſentiunt: & verentes ſcilicet cibarijs ſuis, vix me præſepio videre proximantem, deiectis auribus iam furentes, infeſtis calcibus inſequuntur: & abigor quàm procul ab ordeo, quod appoſueram veſperi meis manibus * illigatiſſimo famulo. Sic affectus, atque in ſolitudinem relegatus, angulo conceſſeram ſtabuli. Diúmque de inſolentia collegarum meorum mecum cogito, atque in alterũ diem auxilio roſario Lucius denuò fu-*

Mordicus.]morſu & dentibus: aduerbium eſt. *Salutares ſuppetias.*] Auxilium roſarum ſalutare ſignificat, quo erat carituras Fotide interempta. *Quaſſanti capite.*]Indignationis & iracundiæ ſpecimen eſt, concutere caput. Sic & Virgilius in 12. Ille caput quaſſans, Non me tua feruida terrent Dicta ferox. *Demuſſata contumelia.*]Tacitè mecum, & cum murmuratione cõqueſtus. Terent. in Adelphis: Accipienda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi exponit Donatus, patienda, & cum ſilentio perferenda. Muſſitare enim propriè, diſſimulandi cauſa tacere eſt: dictum vel à muto: vel ab M, quæ litera eſt nimiùm preſſæ vocis, ac penè nullius. Hinc demuſſata contumelia eleganter & ſcitè dixit, pro

dissimulatá, & cum silentio indignationéq; trãfmissa. *Vectorem.*] qui me vehere solebat. Aliâs vector, pro eo qui vehitur accipitur, vt apud Lucanum: Causa est hæc sola timoris, Vectorem non nosse suum. Sic iurisconsulti vectores appellant eos, qui nauibus vectantur. *Probissimum.*] Ironicôs. *Stabulantem.*] Dicimus stabulo & stabulor, vt grammatici tradunt. Virgil. Centauri in foribus stabulant, dixit, pro habitant, & stabulantur. *Iupiter hospitalis.*] Græci xenion hospitalem Iouem vocant, qui ab Quidio hospes dictus est: Ac quo poëta intelligi voluit illo versu: Iupiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur. *Fidei secreta numina.*] Sic Silius de fide: Iustitiæ consors, tacitúmque in pectore numen. Videtur alludere ad Fidei simulachrum, quod in Capitolio vicinum Iouis optimi maximi, vt in Catonis oratione, maiores nostri esse voluerunt. De Fide Ennius: ô Fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis. Præterea fidei mysteria, vt reliquorum Deorum, sunt in operto, nec inuul-

turus, equi perfidiæ vindictam meditor: respicio pilæ mediæ, quæ stabuli trabes sustinebat, in ipso ferè medio * *Hipponæ Deæ simulachrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum. Denique agmito salutari præsidio pronus spei, quantùm extensis prioribus pedibus adniti poteram, insurgo validè, & ceruice* *prolixa, nimiúmque por rectis labijs, quanto maximè nixu poteram, corollas appetebam. Quod me peßima scilicet sorte conantem, seruulus meus, cui semper equi cura fuerat mandata, repentè conspiciens, indignatus exurgit: &, Quousque tandem, inquit, cantherium patiemur istum, paulò antè cibarijs iumentorum, nunc etiam simulachris Deorum infestum? Quin iam ego istum sacrilegum, * labilem claudúmque reddam. Et statim telum aliquod * quæritans eruere, fascem lignorum positum offendit; rimatúsque frondosum fustem, cunctis vastiorem, non prius miserum me tundere desiit, quàm sonitu vehementi, & largo strepitu* præcußis ianuis, trepido etiam rumore vicinia conclamantis latrones, profugit territus.*

inuulgari fas eſt.Fides iuſtitiæ fundamentũ eſt,vt inquit M. Tul. Fides ,vt docet Quintilianus in Declamationib.ſupremum rerũ humanarũ vinculũ eſt,ſacra inter hoſtes,ſacra inter piratas.Numa Põpilius,auctore Liuio,ſacrariũ & ſacerdotes fidei inſtituit. *Capita conferunt.*]quaſi cõſilia communicaturi.Hoc fieri ſolet ab his,qui inter ſe ſoli ſeductíque cõſultãt,ne arbitri arbitrari queãt. Lucian. itidẽ ſcribit,equum ſuum & Hipparchi hoſpitis aſinum τὰ ὦτα κλίναντες,id eſt auribus deiectis,timentes ſcilicet ne fœnũ ipſis paratum præriperetur,calcibus promptos ipſum incurſaſſe. *Abigor.*]amoueor,propulſor.Hinc abigei dicti,abactores alieni gregis:& abigeatus , ipſum crimen. Apud iuriſconſultos fuſiùs vberiúsque iſta tractantur.*Illigatiſſimo*]ſolutiſſimo : vel lege, illi gratiſſimo,vt ſint duæ dictiones.Famulum autem gratiſſimum appellat ironicôs,equum vectorem illum ſuum.*Affectus.*]malè mulctatus,calcibúsque contuſus.*Collegarum.*]Feſtiuiter collegas ſuos vocat iumenta ,aſinum ſcilicet & equum , tanquam in eodem magiſterio officióque conſociatos.Sic Statius Stellam(vt opinor)collegam nominauit,quia eodem poëticæ ſtudio teneretur.Neratius iuriſconſultus tres facere collegium exiſtimat.Apud oratores duo collegium faciunt:hinc à Liuio & Ammiano Marcellino collegium conſulum duorum eſt dictum,*Pila media*]Signat in medio ſtabulo fuiſſe pilam,hoc eſt, columnam , ſtabuli cõtignationem & cameram fulcientem. In hoc ſignificatu ſylla ba pilæ prima producitur cùm aliàs corripiatur. A pila pilatim aduerbium fit,quaſi per pilas:quo vtitur Victruuius.Inde oppilare deduci quoque autumo,tanquam pilarum oppoſitu obfirmare,occluderéque,ſicut à M.Tul. oppilatæ tabernæ dicuntur.Depila Virg.Saxea pila cadit.& Horatius:Nulla taberna meos habeat,neque pila ,libellos.Græci στύλον appellant columnam. Catullus :A pileatis nona fratribus pila : vbi nomine pilæ taberna ſignificari videtur.*Meditullio.*] medio. Meditullium à medio dictum autumant eruditi,& in primis Boëtius , qui illud tullium quaſi productionem quandam eſſe vult : ſicut in poſtliminio. Hieron.contra Pelagianos ſcribit , hominem in meditullium poſitum eſſe,vt de virtutum culmine ad vitia labatur,& ex vitiis aſcendat ad ſublimia.*Hipponæ deæ ſim.*]Hippona equorum & ſtabuli dea eſt.argumento eſt nomen: hippos enim equus. Tertullian.in Apologetico:Vos tamen non negabitis, & iumenta omnia & equos canterios cum ſua Hippona coli à vobis.Illud ſcitu dignũ eſt,& annotatu,deos eſſe quoſdam,quos antiqui Semonas dici voluerũt:quos nec cælo dignos aſcriberent,obmeriti paupertatẽ,nec terrẽnis eos deputare vellẽt,pro gratiæ veneratione quo

in numero sunt Priapus, Hippona, & Vertumnus.auctores M. Varro & Platiades apud Iuuen.versus est ille vulgatissimus, Iurat Solam Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas: quem vir seculi nostri doctissimus ita legit,Solam Hippo. vt sicut Dido,& Manto,pro Didonem & Mantonem:ita pro Hipponẽ Hippo accusatiuo casu dicamus,ex formula videlicet Græcæ declinationis.Ego de magnorum virorum iudicio, quorum auctoritas pro ratione habenda est, vt nihil ausim temere pronuntiare, ita illud asserere non dubitem,quòd Hippona.vt Pomona,vt Bobona, secundum formulam primi ordinis, vsurpatur apud scriptores idoneos.*Ædiculæ.*]appellatione ædiculæ significatur receptaculũ, & quoddã quasi loculamẽtum ac repositorium, quo simulachra Deorum contineri solent. In hanc sententiam Plinius in 36.Ædicula eius tota aperitur, vt conspici vndique possit effigies Deę,fauente ipsa(vt creditur)facto:nec minor ex quacũque parte admiratio est.Satyrographus quoque dixit,Si quis in ædicula Deus vnicus.*Funeræ or.*]Scribit Plin.quòd coronæ Deorum honos erant,& Lariũ publicorum ac priuatorum, & sepulchrorum,& Manium.*Pronus spei.*]Sic fœlix animi,securus amorum, & mille alia similiter.*Nixu.*]conatu. *Canterium patiemur ipsum.*] Pronunciatione adiuuandum est, vt vultuosè & indignanter à seruo dictum videatur. Canterius autem significat equum, & eum proprie cui testes abscissi sunt. Sicut maialis distat à verre, capus à gallo, veruex ab.atiete, ita canterius distat ab equo:hæc enim omnia testiculis amputatis castrata fũt. Plaut.in Captiuis; Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti canterio.Idem in Aulularia: Ego faxim,muli,pretium qui superant equos,sint viliores Gallicis canteriis. Canterij quoque in ædificiis nominantur, de quib.Victruuius. Quin etiam canterius Columellę & Plinio est genus vineæ,quæ simplici iugo constat,ordine porrecto:Optima hæc vino,quando sibi ipsa non obumbrat, assiduóque sole coquitur,& afflatum magis sentit, & celeriùs rorem dimittit. Cauterium verò ferramentum ignitum dicitur, quod vi causticа vlcera & putridas carnes curat. Hinc illud apud Hieronymũ prouerbiale:Putridæ carnes ferro curãtur & cauterio.A Palladio cauteres nominantur:quos habendos esse in instrumento rustico præcipit.Inde cauteriata cõscientia,ab Apostolo dicta.*Simulachris infestũ.*]Propter roseas corollas hoc dicit: quas quanto maximo nixu poterat,appetenter inuaserat,nullo habito Deę respectu.Sacrilegiũ dicit,qui coronas Deæ dedicatas surripere cõtenderat. Apud Quint.&Rhetoricos doctores ex statu finitionis quęri so-

let quid ſit ſacrilegium, quídve ſacrilegus. Quidã ita finiunt: Sacrilegium eſt, ſurripere aliquid de ſacro. Alij ſic: Sacrilegium eſt, ſurripere aliquid ſacri. Hinc quæſtio, an is, qui priuatam pecuniam de templo ſurripuerit, ſacrilegij reus fieri poſſit. *Emere.*] Lego eruere, hoc eſt educere, expromere, & quaſi ex abdito efferre. *Vicinia conclamantis.*] Iunctim legendum, viciniæ conclamantis latrones: illo intellectu, quòd tota vicinia conclamare cœpit, latrones adeſſe, vt ita cuncti accurrerent ſuppetiatum.

In patefactis.] Corrigo, vi patefactis. *Ignis & mucro.*] Hoc dixit propterea, quòd gladiis ac facibus coruſcantibus inſtructi latrones, inuaſerant Milonis domum. *Horreum.*] Non ſolùm frumenti & frugum repoſitorium eſt horreum, ſed aliarum quoque rerum: ſicut hoc in loco, & apud idoneos auctores accipitur. Iuriſconſulti titulo de emptione & venditione: Clauibus traditis, ita mercium in horreis conditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi claues apud horrea traditæ ſunt. Item Paulus: Dolia in horreis defoſſa, ſi non ſunt nominatim in venditione excepta,

*Nec mora, cùm vi patefactis ædibus, globus latronum inuadit omnia, & ſingula domus membra cingit armata factio. Et auxilijs hinc inde conuolantibus, obſiſtit * diſcurſus hoſtilis, cuncti gladijs ac facibus inſtructi noctem illuminant, coruſcat in modum * ortus ſolis, ignis & mucro. Tunc horreum quoddam ſatis validis clauſtris obſeptum, obſeratúmque, quod medijs ædibus conſtitutum gazis Milonis fuerat refertum, ſecuribus validis aggreſſi diffindunt. Quo paſſim recluſo totas opes vehunt, raptímque conſtrictis ſarcinis ſinguli partiuntur. Sed geſtaminum modus numerum operulorum excedit. Tunc opulentiæ nimiæ nimio ad extremas incitas deducti, nos duos aſinos, & equum meum, productos è ſtabulo, quantum poſſunt grauioribus ſarcinis onerant, & domo iam vacua minantes baculis exigunt. Vnóque de ſocijs ad ſpeculandũ, qui de facinoris inquiſitione nuntiaret, relicto, nos crebrò tundentes, per auia montium ducunt concitos. Iámque rerum tantarum pondere, & montis arduí vertice, & prolixo ſatis itinere, ni-*

horreorum venditioni cessisse videri. Item titulo locati: Dominus horreorũ effractis & compilatis horreis

hil à mortuo differebam. Sed mihi serò quidem, serio tamen subuenit, ad auxilium ciuile decurrere: & interposito venerabilis principis nomine, tot æruminis me liberare.

non tenetur: namque, vt scriptum legimus lib. 4. Codicis, dominus horreorum periculum vis maioris vel effracturam latronũ, conductori præstare non cogitur. Autumant grammatici, & memorat. Fortunatianus in libro de Dialectica, horreum ab ordo mutata litera nominatum. Antiqui farreum à farre dixerunt. Diuus Augustinus quid sit horreum planissimè ostendit, sic scribens in libro de Opere monachorum: Apothecæ vel horrea verbum ex verbo repositoria dici possunt. Ab horreo horrearius eleganti vocabulo dictus est, qui pro horreorum conductore poni videtur apud iurisconsultos, tit. de his qui deiecerunt, his verbis: Si horrearius aliquid deiecerit, vel effuderit. Romæ fuerunt Sempronia horrea, ad custodiam frumenti publici. Entheca quoque eâdem penè significatione ponitur qua apotheca & horreum, videlicet pro loco gazæque repositorio. Idem Augustinus in libro de Vita clericorum: Enthecam nobis habere non licet, non est episcopi seruare aurum. & pòst paulò: Non habeamus enthecam. Hæc Augustini verba in decretis canonicis 12. quęstione 1. percensentur. Ab entheca, enthecatum deriuatur, pro eo quod in repositorio conditum, & cellario inclusum. Enthecam memoriæ, pro thesauro & cella ponit Fulgentius. *Gazis.*]Gaza lingua Persica significat diuitias. Gaza, vt scribit Pomponius Mela, ciuitas est in Palæstina, ex eo dicta, quòd sic Persæ ærarium vocant. Nam cùm Cambyses armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat. Hinc gazophylacium, gazæ repositorium dictum: de quo apud Ecclesiasticos scriptores mentio crebrrima. Iudæi corbonam vocant, sacrum thesaurum: Iosephus, Eusebius, Hieronymus. *Reclusa.*] patefacto, & aperto. *Gerulorum.*] Maior, inquit, erat copia rerum gerendarum, quàm quibus geruli illi numero exigui sufficerent. Græci βαστάζοντας vocant, quos nostri baiulos dicunt, & gerulos. *Ad extremas incitas.*]extremam necessitatem, egestatémque: sic enim antiqui loquebantur. Verbum est apud Plautum frequentissimum. Lucianus scribit, latrones Hipparchi domum ingressos, ipsum vnà cum Palæstra ancilla & seruo suo comprehensos colligasse, domum expilasse pecunias, vestes, equum & asinum alterum, se quoque sarcinis oneraſſe;

raſſe:baculis mox ferientes impuliſſe vſque in montes. *Per auia montium.*] Per montes inacceſſos,inuióſque. Lucianus ἄτριπτον ὁδὸν dixit. Exemplum proſonomaſiæ eſt apud Rhetoricos doctores:Auium dulcedo auium ducit. Nam & loca auia dicuntur,in quibus via eſt nulla,vel infrequens : & homo auius dictus, à via rationis aberrans. Lucret. Auius à vera longè ratione vagaris. *Subuenit.*] in mentem venit,ſuccurrit. *Ad auxilium ciuile.*]implorandaſcilicet Cæſaris auxilium. ad quod perinde ac aſylum ciuiliter decurrere ſolent.Ex quo eſt illud,Prouoco ad Cęſarem, & appello Cæſarem,vſitatiſſimum.Lucianus quoque Cæſaris nomen maxima ſe voce inclamaſſe ſignificat : quo ruditu abſono offenſis latronum auribus effectum eſt, vt ob hoc ipſum magis vapularet,tanquam ita proderet nocturnos fures.

*Cùm denique iam luce clariſſima, vicum quempiam frequentem, & nundinis celebrem præteriremus, inter ipſas*turbulas Græcorum,gemino ſermone nomen auguſtum Cæſaris inuocare tentaui:&,O,quidem tantùm diſertum ac validum clamitaui,reliquum autem Cæſaris nomen enuntiare non potui. Aſpernati latrones clamorem abſonum meum, cædentes hinc inde miſerum corium, nec cribris iam idoneum relinquunt. Sed tandem mihi inopinatam ſalutẽ Iupiter ille tribuit.Nã dum multas villulas& caſas amplas præterimus, hortulũ quendã proſpexi ſatis amœnũ, in quo præter cæteras gratas herbulas,roſæ virgines matutino rore*fluebãt. His inhians, & ſpe ſalutis alacer ac lætus, propiùs acceſſi.Dúmq; iã labijs vndãtib.affecto, conſilium me ſubit lõgè ſalubrius,ne ſi rurſum aſino remoto prodirẽ in Luciũ,euidens exitiũ inter manus latronũ offenderẽ, vel artis magicæ ſuſpicione, vel indicij futuri criminatione.*

Nundinis celebrem.] Significat emporium , forũmque nundinarium illic fuiſſe. *Gemino ſermone.*] Lego,genuino ſermone: hoc eſt, natiuo ac peculiari. *Auguſtum.*] venerabile. Græci auguſtum σεβαστὸν vocant: vnde Sebaſtia ciuitas,Auguſti nomini & numini dedicata. Et ὦ *quidem.*] per vocatiuum caſum inuocantes quempiam frequenter ὁ præponimus:vt ὁ Cæſar, ὁ princeps , ὁ Auguſte, & mille huiuſmodi. Significat ſe illud primum ὁ, plane ac diſertè enuntiaſſe ,

cùm asini rudentes suo ruditu ô potissimùm rudere videantur. *Disertum.*]planum,apertum,explanatum,*Clamorem absonum.*]vastũ, asperúmque.& sine legitimo sono. Absonum enim id propriè est,quod non tam sine sono est,quàm quod soni duri & absurdi. Vnde absoni voce dicti M.Tullio,quibus nulla in pronuntiando suauitas inest.*Ne cribris iam idoneum.*}Insinuat se tot ictibus fuisse confossum,consciſsúmque,vt nec quidem cribris faciendis corium suum foret idoneum. Cribra enim ex pellibus corióque asellorum confici quis ignorat?κόσκινονGræcè dicitur:vnde coscinomantia diuinatio, quæ per cribrum fit. Galli ex setis equorum cribra inuenerunt.Ægyptij ex papyro atque iunco, Hispani ex lino excussoria & pollinaria. Sunt autem pollinaria, quibus pollen qui est tritici flos purgatior excernitur.Vnde & pollinctor dictus, qui pollinẽ facit,& farinam. Aliàs poilinctor accipitur pro cadaueris curatore, quasi pollutorum, id est, mortuorum vnctor.*Rosæ virgines.*}illibatæ,intactę, incorruptæ. Sic à Martia le virgo charta accipitur,pro ea quæ nõdum contrectata,inuulgatáque est.Plinius terram virginem dixit,sincerã, intactam,neque à metallicis refossam,attaminatámque.Iosephus ait,terram quæ virgo est,esse rubentem.Oratio philosophorum,auctore M. Tul,casta est,verecunda, virgo incorrupta quodammodò. Hinc verbum fit deuirginari quod est corrumpere.Vnde puella deuirginata quæ defiorata constupratáque exuit virginitatem.Aliàs deuirginari dicebantur pueri,cùm ex ephebis decesserant:& deuirginatum puerum dixere,ex ephebis excedentẽ. *His inhians.*}rosas scienter appetens. Dicimus,inhio huic rei,& hanc rem.Statius,fraternos inhiantẽ obitus.Plaut.Hæreditatem inhiat, quasi esuriens lupus.*Vndantib.*]Labia vndantia decenter dixit,pro mobilia,flexibilia,& vndarum instar sinuosa: qualia esse solent ex appetentia & desiderio.*Prodirem in Lucium.*]id est, reformarer in pristinam hominis formam,fierémque iterùm L.Apuleius. *Vel iudicij futuri.*]Sensus est:Salubrius consilium mihi visum est, ab esu rosarum ad præsens temperare, ne à latronibus interficerer: vel dum magum suspicarentur,vel dum vererentur ne indicium facerem illorum furti & expilationis.*Fœna rodebamus.*}Pabulum iumentorum est fœnum: Græci χόρτον vocant, à fœtu dictum: quotannis enim nouum parit & fœtificat.fœnum cordũ vocant, autumnale & serotinum:fœnisex,qui fœnum secat, nuncupatur. Plin.in 18. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex in

cedo-

cedebat. Columella: Necubi ferramentum fœniſecis poſſit offendere. Sicilire eſt ſecare, quę fœniſeces præterierunt. Fœniſeciũ tempus ſectionis, & pro ipſa ſectione accipitur Plinio, Columellæ, cęteris. metas fœni appellant ſtrues, ita figuratas, vt ab imo latiores in anguſtum verticem exacuantur, qualis eſt metæ forma. Columella ſtrigã in fœno nominat ordinem, & quandam quaſi connexionem, coarctationémque à ſtringendo ducto vocabulo.

HYPOTHESIS SIVE ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

Demutatus in aſinum Apuleius, errumnas laborioſas eloquenter enarrat, quas ſub aſinina forma, humana mente retenta, peregrinatione multiplici perpeſſus eſt. Interſeruntur tempeſtiuiter vary latronum caſus. Deſcribitur & ille qui effigiem vrſæ ſubiens, inſtruxit apparatum gladiatorum. De induſtria inſerit fabulam Pſyches, quæ & voluptate & eruditione eſt refertiſſima: cuius myſticus intellectus ſuo loco explicabitur.

*Dem ferme circa medium, cùm iam flagrantia ſolis caleret, in pago quodam apud notos ac familiares latronibus ſenes diuertimus. Sic enim primus aditus & ſermo prolixius, & oſcula mutua, quamuis aſino ſentire præſtabant. Nam & rebus eos quibuſdam dorſo meo depromptis muneribantur: & ſecretis gannitibus, quòd eſſem latrocinio parte, videbantur indicare. Idmque nos omni ſarcina *leuatos, in pratum proximum paſſim libero paſtui tradidere: nec me cum aſino vel equo meo compaſcuus cœtus attinere potuit, adhuc inſolitum * alioquin prandere fœnum. Sed planè ponè ſtabulum proſpectũ hortulum iam fame*

Apud notos diuertimus. } Latinè & eleganter dicitur, deuerto ad te, & apud te. Plautus in Pſeudulo: Ego dè uortor extra portam in tabernam tertiam, apud anum illam doliarem, claudã, craſſam Chryſidem. Deuortor, vt inquit Phocas grammaticus, in præterito facit deuorti: ſicut actiua & neutra proferuntur. *Primus aditus* } acceſſus & introitus. *Quamuis aſino.* }

*perditus fidenter inuado: & quamuis crudis oleribus, affatim tamen ventrem ſagino. Deóſque comprecatus omnes, cuncta proſpectabam loca, ſicubi fortè conterminis in * hortulis candens reperirem roſarium. Nam & ipſa ſolitudo iam mihi binam fiduciam tribuebat, ſi deuius & protectus abſconditus, ſumpto remedio, de iumenti quadrupedis incuruo gradu rurſum erectus in hominem, inſpectante nullo, reſurgerem.*

Conſimile illud. Vt quamuis auido parérent arua colono. Senſus eſt: Ego etſi aſinina tarditate & brutali ſtupore præditus eram, tamen facilè ſentire poteram ex mutuis oſculis, & prolixo ſermone & largitione, ſenes illos ad quos deuertimus, fuiſſe familiares ac notos latronibus noſtris, qui nos abegerant. *Munerabantur.*] donabant, & muneribus proſequabantur. Vnde & remunerati, pro munera rependere, & gratiam referre. Catullus: Te quòd his ſuppliciis remunerabor. Græco vocabulo infrequenti quidem, ſed elegantiſſimo, Antidora dicuntur remunerationes. Vlpianus inter iuriſconſultos eloquentiſſimus. tit. de petitione hæreditat. ſcitè & decenter vtitur hac dictione, ſic ſcribens: Planè ſi antidora acceperunt, dicendum eſt eatenùs locupletiores factos, quatenùs acceperunt, velut genus quoddam hoc eſſet permutationis. Prouerbium Græcorum ſcitu relatúque dignum eſt, ἐχθρῶν δῶρα δῶρα, οὐκ ὀνήσιμα, id eſt, inimicorum dona non ſunt dona, miniméque vtilia. Dixit & Euripides κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρα οὐκ ὀνήσιμα. Improbi viri donum minimè iuuat. Ex hac paræmia ductum eſt illud Maronianum, Timeo Danaos & dona ferentes, *Dorſo meo.*] Se ſarcinoſum & præda onuſtum fuiſſe ſignificat. *Gannitib.* ſuſurris & murmurillis, vt dixit Plaut. idem in Aſinaria inquit, Quin centies eadem imperem atque ogganniam. *Partæ.*] acquiſitæ & paratæ, partum pro parato dixerunt. M. Tul. in 2. Antoniana: Vt eſt apud poëtam neſcio quem, Malè parta malè dilabuntur. Poëta autem ille fuit, ſi id ſcire deſideras, Næuius: quod grammatici docent. Conſimile eſt illud Plautinum ex Penulo, Malè partum malè diſperit. *Libero paſtu.*] liberæ paſtioni, vt ſoluti exoneratíque paſceremus. *Compaſ-*

cuum

Digitized by Google

cœtus.]Agrum compaſcuum, dixerunt, communem vicinis ad paſcendũ,in quo mihi atq; vicino ſimul paſcere liceat pecus. Hinc apud Ciceronẽ in Top.& Qu.& Boëtium ex coniugatis ducitur argumentum:vt,ſi compaſcuus eſt ager,compaſcere liceat. hoc modo:hic de quo quæritur ager compaſcuus eſt:in compaſcuo autem licet compaſcere;compaſcere enim & compaſcuum coniugata ſunt:in hoc igitur agro licet compaſcere, quia compaſcuus eſt:&ita à coniugatis ſumptum eſt argumentum.Nunc ſcitè & feſtiuiter compaſcuus locus dicitur ab Apuleio, qui ſibi cum altero aſino & equo communis erat ad paſcendum, & in quo ſimul cõpaſcere poterant. Cœtus autem dicitur,quaſi communis locus. Quidam codices habent compaſcuus locus intellectu ſimpliciore,apertioréque. *Pone ſtabulum.*]poſt ſtabulum.Sic Virg.Ponè ſubit coniunx,Lucian.ὁρῶ κηπὸν ὀπίσω τῆς αὐλῆς, video inquit hortum ponè diuerſorium. *Affatim.*]largè, abundanter, admodum:quod aduerbium prima acuta,non media, Annianus poëta pronunciabat,in literis oppidò quàm peritus. Et ita veteres locutos,ac grammaticum Probum,teſtis eſt Gellius. *Oleribus crudis.*]Lucian. εἶχε λάχανα πολλὰ, καὶ καλά:Habebat,inquit, hortus olera multa,& decora. *Candens roſarium.*] albicans, à candore dictum,aliàs ignitum. Differunt roſæ multitudine foliorum, aſperitate,læuore,colore,odore. Alabandica roſa albicantibus eſt foliis.Celeberrima roſarum genera fecere noſtri ſcriptores Prænestinam & Campanam. Addidere alij Mileſiam, cuius ardentiſſimus color eſt.Roſa à numero foliorum dicta centifolia, nec odore nec ſpecie probabilis. Oleum ex roſis rhodinum vocant. Græcè enim rhodon,roſa nominatur.Rhodini,hoc eſt, roſacei olei meminit Plinius in 13.celebrat vnguentum rhodinum, tradens diuulgata maximè vnguenta eſſe ex roſa.Roſarium dicitur Græcè ῥοδών, locus roſis conſitus: quod & roſetum quoque appellant,vt lilietum, & citretum,Palladio dictum, qui præcipit roſaria menſe Martio eſſe percolenda.ſi roſam temporiùs habere volueris,aqua calida bis rigabis in die. *Deuius.*] à via publica & loco frequenti ſemotus,ſequeſtratúſque. *De iumenti quadrupedis.*]id eſt aſini. Appellatione iumentorum an omne pecus contineatur,quærit Vlpianus ad edilitiũ edictum,aítq;boues hac appellatione nõ cõtineri. Iumẽtũ,vt inquit Gell. nõ ſolùm animalia ſignificat,ſed vectabulũ etiã,quod à iũctis pecorib⁹ trahebatur.Veteres.n.noſtri iumẽtũ à iũgẽdo dixerũt.Columella à iuuãdo iumẽta dici autumat,ex eo q̃ noſtrũ laborẽ vel onera ſubuectã do,vel arãdo iuuẽt.Quo dicto diſſẽtire videtur ab Vlpiani ſẽtẽtia

tanquam iumẽtorum appellatione boues quoq; cõtineri possint, qui nos arando maximè iuuant. Asinum autem inter iumenta numerandum meritò censemus, qui subuectando onera, laborem mortalium iuuat: cuius rusticarum rerum auctores in emendis tuendísque iumentis præcipuam rationem volunt esse. Plagarum & penuriæ tolerãtissimus est. quin & omne ius tanquam maximè necessarium instrumentum desiderat asellum, qui pleraque vtensilia & vehere in vrbem, & reportare collo vel dorso commodè potest. M. Varro lib. 1. de Re rustica eleganti vocabulo dossuaria iumenta vocat, quòd onus dorso ferre possint. Idem asellis dossuarijs comportari refert oleum, vinum, itémque frumentum, aut quid aliud. Portius Cato præcipit, in villatico instrumento habendos esse & asinos clitellarios, & plostrarios, & molarios. Græcè iumentum κτῆνος nominatur: inde κτηνίατρος medici iumentorum, quos nostri veterinarios appellant, & mulomedicos: & medicinam pecorum, veterinariam, apud Varronem & Columellam.

Ergo igitur cùm in isto cogitationis salo fluctuarem, aliquantò longius video frondosi nemoris conuallem vmbrosam, cuius inter varias herbulas & lætissima vireta, fulgentium rosarum minius color renidebat. Iámque apud mea non vsquequaque ferina præcordia veneris & Gratiarum lucum illum arbitrabar: cuius inter opaca secreta, floris genialis regius nitor relucebat. Tunc inuocato hilaro atque prospero Euentu, cursu me concito proripio, vt herculè ipse sentirem non asinum me, verùm etiam equum currulem nimia velocitate refectũ. Sed agilis atque præclarus ille conatus fortunæ meæ sæuitatem anteire non potuit. Iam enim loco proximus, non illas rosas teneras & amœnas, madidas diuinis guttis roris & nectaris, quas rubi fœlices, beatæ spinæ*

gene

Salo fluctuarem.] Translatio à mari, quod semper fluctuat, & æstibus reciprocis fluit, refluítq; sic Virg. Magno curarum fluctuat æstu. In dæmonio Socratis tradit, dæmonis solo amentes ad omnes cogitationum æstus fluctuare. *Vireta.*] loca plena viroris, virentiúmque herbarum vireta nominant. Maro: Deuénere locos lætos, & amœna vireta: vbi Seru. expositit virentia. *Minium color.*] Rosa vt au-

generant: at nẽ conuallem quidem vſq; iam, niſi tantum ripæ flauialis marginem denſis arboribus ſeptam video. Hæ arbores in lauri faciem prolixè foliatæ, pariunt in modum floris inodori porrectos caliculos modicè punicantis: quos equidem fragrantis, minimè rureſtri vocabulo vulgus indoctum roſas laureas appellant, quarúmq; cuncto pecori cipus lethalis eſt. Talibus ſatis implicitus, etiam ipſam ſalutem recuſans, ſponte illud venenum roſarium ſumere geſtiebam. Sed dum cõtanter accedo decerpere, iuuenis quidam, vt mihi videbatur, hortulanus, cuius omnia prorſus olera vaſtaueram, tanto damno cognito, cum grandi baculo furens decurrit, abreptumque me totum plagis obtundit aduſque vitæ ipſius periculum: niſi tandem ſapienter alioquin ipſe mihi tuliſſem auxilium. Nam lumbis eleuatis in altum, pedũ poſterioribus calcibus iactatis in eum crebriter, iam mulctato grauiter, atque iacente, contra procliue mõtis attigui fuga me liberaui.

ctor eſt Plinius, paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit, in calicis medio ſui ſtantis complexa luteos apices. Inter genera roſarum quędam ſunt ardentiſſimi, coloris, minióque ſimiliimi, vt roſa Mileſia. Minium inter pigmẽta magnæ auctoritatis eſt. Auctor eſt Verrius, Iouis ſimulachri faciem diebus feſtis minio illini ſolitum, triumphantiúmque corpora: ſic Camillum triumphaſſe. Cenſores in primis Iouem miniandum locabant. Æthiopum populi, maximéque proceres, toti minio tingebantur, vt refert Pli. Milton vocant Græci miniũ. Homerus dixit νῆας μιλτοπάρῃους naues minio ſiue rubrica tinctas. Miniarium metallum in Bætica celeberrimũ olim fuit. Miniũ in voluminũ quoq; ſcriptura vſurpatur, clariorémque literas vel in auto, vel in marmore facit. Arena, ex qua fit, cocci colorẽ habet. Cocci color in roſis micat: gratius nihil traditur aſpectu. *Renidebat.*]Splendebat. Aliàs ridebat, vt antè dictũ eſt. *Veneris & Gratiarũ lucum*]Nemoris amœnitatẽ ſignificanter expreſſit, dum inquit, ſe credidiſſe locum illum Veneris fuiſſe & Gratiarum, quibus luci amœni, cõuales geniales, vireta lætiſſima & omni parte voluptuaria ſummè conueniunt. Claudianus graphicè venuſtéq; deſcribit Veneris & Cupi

dinum manſionem,omnibus deliciarũ amœnitatúmq; numeris abſolutiſſimã.*Genialis.*]voluptuarij,& decẽtis.*Regius nitor.*] Alludere videtur ad flores,qui inſcripti nomina regũ naſcũtur in pratis:qualis eſt hiacynthus,& adoniũ. Amaracus quoq; regius puer fuiſſe fertur,qui in amaracũ ſiue ſanſucum herbam odoratiſſimam verſus eſſe traditur:vnde amaracinavnguenta dicta.eſt & Iouis flos,cuius meminit Plin.in 21. qui colore commendatur ac placet.*Inuocato Euẽtu.*]Inter duodecim Deos,qui maximè agricolarũ duces ſunt,quos Cõſẽtes vocãt,eſt Euentus Deus:hinc M. Varro in primo de Re ruſtica:Necnon precor bonũ Euẽtũ,quoniã ſine ſucceſſu ac bono euẽtu miſera eſt agricultura.Plin.in 36. refert,Romæ fuiſſe boni Euẽtus & bonę Fortunę ſimulacra in Capitolio,Praxitelis opera.Colitur autem Euentus,vt omnia nobis eueniãt proſperè & feliciter.VndeDonatus exponẽs Terẽtianum verbum euenit:Propriè,inquit,euenit:ideò & bonorum euẽtus dicitur.*Proprio.*]Lego proripio:verbum eſt.Cõcitato enim curſu ſe ſe proripuiſſe deſignat.*Equum curtulem.*] pernicẽ ſcilicet,& curſu volaticum:quales equi in curruli certamine conſpiciuntur.*Sæuitatem.*]ſæuitiam,aſperitatẽ,&,vt veteres dixerunt,ſæuitudinem.*Guttis.*]Virg.in Idyllio cui titulus eſt Roſæ,Roſaria roſcida cognominatquaſi rore madẽtia,& roſcido humore gaudẽtia.*Rubi.*]ſpinæ.Plin in hãc ſẽtẽtiã:Roſa naſcitur ſpina citiùs quàm fruticein rubo quoque proueniẽs.Rubi,Auctore Plinio,propaginẽ docuerunt:námq;curuati gracilitate,& ſimul proceritate nimia, defigũt rurſus in terrã capita,iterúmq;naſcũtur ex ſeſe:repleturi omnia,ni reſiſtat cultura,prorſus vt poſſint videri homines terrę cauſa geniti. Rubi mora ferunt,& alio genere ſimilitudinẽ roſę Græcèvocatur cynosbatos,hoc eſt rubus caninus,ſiue(vt interpretatur Columella)ſẽtis canis.Ex rubo viua ſepes durabilis efficitur.Rubotũ roſa alopecias cũ axũgia emẽdat.*Marginẽ ſeptam.*] Maſculino & fœminino genere marginẽ dici,teſtis eſt antiqtas, & doctẽ: grãmatici: ſignificant aũt cuiuſcũq;rei extremitatẽ.Inde verbũ emarigino,quod eſt extãtia in extremo tollere,recideréq;ſicut medicamẽtis excreſcẽtes in extremis partibus carnes tollũtur.Plin.in 28.Itẽ equarũ præterquàm virginũ,erodit,emarginat vlcera.*In lauri facie.*]Lucia. agriãdaphnen vocat hãc arborem id eſt ſylueſtrem laurũ:cuius cibus lethalis ſit equo & aſino.Luciani verba ſunt in hanc ſententiam: *οὐκ ἐκεῖ ῥόδα ἀληθινὰ τάδε, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀγρίας δάφνης φυόμενα ῥόδα ἐκεῖνα. δάφνην αὐτὴν καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἄρτιον ὄνῳ τοῦτο πικρὸν ἐς ἔσχατον:* id eſt, non erant roſæ veræ,ſed ex ſylueſtri lauro procreatæ roſæ illæ: laurum ipſam vocant homines,peſtiferũ cibũ omnibus aſinis & equis.Plin.verò rhododaphnen

phnen appellat,cum Apuleio adamuſſim cõgruens,Idem enim eſt Græco vocabulo rhododaphne,quod Latino roſa laurea.Alio nomine rhododendron quoque nominatur, quaſi roſæ arbor. Plin.in 16.eadem memorans quæ Apuleius & Lucianus, tradit rhododaphnen,hoc eſt,roſam laureã,iumentis capríſque&ouib. venenum eſſe, econtrariò homini remedium aduerſus venena ſerpentium.Huic arbori folia nunquam decidunt, quæ roſæ ſimilitudinem repræſentant.Strabo in 15.quadantenùs meminiſſe videtur roſæ laureæ his verbis:Erat arbor lauro ſimilis, qua guſtata iumenta omnia cum ſpuma in morem comitialis morbi emoriebantur:*Floris inodori.*} carentis odore,miniméque odorati.Inodorus flos:inodorum pomum dicitur,quod ſine odore eſt. Inora dicuntur animalia ſine ore, quales ſunt Aſtomi Indiæ populi, halitu tantùm viuentes & odore. *Caliculos.*} In fruticibus ſatis multis quidam quaſi calices, & per diminutionem caliculi conſpiciuntur,de quibus mentio frequens apud Plinium : nec quiſpiam exiſtimet inter Plinianam Apuleianámque ſententiam eſſe diſſidium,ex eo quod Plin. dixit hanc arborem caulibus eſſe fruticoſam,tanquam caliculis potiùs legendum ſit. Nihil enim obſtat, eandem arborem fruticoſam eſſe caulibus fœcundam, tanquam eadem in ſtipite & in imo fruticibus exuberet,& caliculis inter frondes & in ſummo ſit copioſa.*Punicantibus.*}rubentes colore puniceo,purpureóque.*Rureſtri.*}ruſticano. *Illud venenum roſarium.*}Id quidem venenum eſt,vt iam diximus, iumẽtis & cuncto pecori:verùm homini contra venena remedio. *Geſtiebam.*}cupiebam. geſtire enim modò cupere eſt, modò lætari. *Contanter.*}cum quadam contatione & mora.*Hortulanus.*]Græcè κηπουρὸς ἢ κηπωρὸς:dicitur enim κῆπος hortus. Vnde, & cepurica hortenſia,id eſt,olera hortorum:de quibus Plin. in vndeuicesimo. Sabinus librum ſcripſit Cepuricôn, id eſt, de hortenſibus, quem Mecœnati dicauit.Qui habuerint horoſcopum in 13.parte Aquarij,erunt hortulani,vt docet Firmicus Maternus. *Baculo.*} Lucian.ξύλον ἥρπασεν,baculum,ſiue lignum rapuit.*Plagis obtundit.*} Lucian.με συνεκοπτε ξύλῳ, μήτε πλευρῶν φειδόμενος,μήτε μηρῶν:id eſt, me baculo contudit,neque coſtis,neque femorib.parcens. *Mulctato grauiter.*}Significat ſe crebris calcib. malè mulctatum hortulanum,ad terram proſtratum deieciſſe, ita ſaluti fuga conſuluiſſe,*Montis attigui.*}proximi. Ab attingendo dictus attiguus, vt à contingendo,contiguus. Ouidius: Contiguas habuere domos. Veteres attingere dicebant, pro contingere. Plautus: Ne attingas puerum iſta cauſa,quando fecit ſtrenuè.

Illicò. } statim.
Pagani. } rustici & agrestes. Aliàs pagani dicti vrbici, qui sacramento militari astricti non sunt. Super quo apud Suetonium copiosiùs: vbi explicatum leges versum illum Satyrographi: Citiùs falsum producere testem Contra paganum possis. De paganis qui cives sunt nec militant, frequens mentio apud iurisconsultos. *Conclamant canes.* } Rusticorum mos est conclamare canes & canibus defensoribus sese tutari aduersus inimicos. Fidelissimi ante omnia homini canes sunt. Propter belli Colophonij, item Gallabalenses, cohortes canum habuere: hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indigna. Canes defendĕre Cymbros. Pugnasse aduersus latrones canem pro domino, testis est Plin. qui de canibus nō parùm multa memoriæ prodidit. Canes, vt inquit Cato, interdiu clausos esse oportet, vt noctu vigilantiores & alacriores sint. Canum genera duo esse tradit M. Varro: vnum venaticum, quod pertinet ad feras: alterum pastoricium, quod custodiæ causa paratur, & pertinet ad pastorem. Columella trifariàm canum genera diuidit: vnum villaticum, quod villam quæq; iuncta sunt villæ

Sed illicò mulier quæpiam, vxor eius scilicet, simul cum postratum & semianimem ex edito despexit, * vlulabili cum plangore ad eum statim prosilit, vt sui videlicet miseratione mihi præsens crearet exitiũ. Cuncti enim pagani fletibus eius excíti statim conclamant canes: vtq; ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum, passim cohortantur. Tunc igitur proculdubiò iam mortis proximus, cùm viderem canes modò magnos, & numero multos, & vrsis ac leonibus ad compugnandum idoneos, in me conuocatos exasperari, è re nata capto cõsilio, fugam desmo, ac me retrorsus celeri gradu rursus in stabulum, quò* deuerteram, recipio. At illi canibus iam aegrè cohibitis, arreptum me, loro quàm valido ad ansulam quandam destinatum, rursum cedendo confecissent profectò, nisi dolore plagarum aluus arctata, crudisque illis oleribus abundans, & lubrico fluxu saucia, fima fistulatim excusso, quosdam extremi liquoris aspergine, alios putore nidoris fœtidi è meis iam quassis scapulis abegissem.*

Digitized by Google

villæ custodit:alterum pastorale quod domi obseruat stabulum, foris pecora pascentia:tertium venaticum.Probantur canes, qui semper excandescant in exteros. Pecuarius canis neq; strigosus, neque pernix nimis debet esse,sed robustus ac strenuus. Strigosum autem intelligimus macrum & malè habitum,quasi strigosum:eo quòd is morbus corpora stringit, aut fame, vt alia vitij causa.Apud Liuium strigosiores equi, apud Gellium strigosus equus,apud veteres scriptores dictio frequentissima.Præcipit Columella, ne nominibus longissimis canes appellentur, quo celeriùs quisque vocatus exaudiat: qualia sunt canum nomina, φύλαξ,ferox,Lacon,Celer,Tigris. A canibus ductum est vetus verbum catulire,quod significat libidinari, & cupidine Veneris gestire,& coitum sitienter appetere.M. Varro: Fœturæ principiũ admittendi faciunt vêris principio, tum etiam dicunt catulire,id est ostẽdere se velle maritari.Aristoteles in 6.de Animalibus: Canes,inquit, eodem illo modo affectæ canire dicuntur. Latiniùs,puriùs,significantiùs dixisset interpres catulire, quàm canire.Hinc Laberius, lupam catulientem dixit, pro libidinantem,& maritari desiderantem.Lucianus in hanc sententiam αἰὲ κεκραγὼς λύσσῃ τοὺς κυνίας: Exclamauit vt canes soluerẽtur. *Leonib. idoneos.*]in Albania canes tam generosi spiritus nascuntur,vt leones elephantésque prosternant. Clarissimum est Alexandri Magni exemplum,qui canem Albanum obiecit elephanto, quem assidua rotarum vertigine afflixit, ad cuius casum tellus concussa est.Pertinacia canis leoni mordicùs inhærentis, luculentè perscribitur àQuinto Curtio. *E re nata capto cõsilio.*]Vetus prouerbiũ est, In arena gladiatorem capere consilium.&, vt sapienter monet Seneca,Debet consiliumsub die nasci:&hoc quoque tardum est nimis.sub manu quoque quod aiunt, consilium nascatur, & cum consilio res aptentur. Hinc eleganter dicitur,è re nata consilium capi, quod significat,prout res contigerit, consilium esse capiendum.Quint. in 4. Multùm gratiæ exordio esse autumat, quod è re natum est. Item: Pleráque gratiora sunt, si inuenta subitò,nec domo allata,sed inter dicendum è re nata videantur. Item Quintil.in 5.ex re suum consilium tradit. Nihil in omni vita prius esse consilio. M. Tul. dixit pro re nata,scribens ad Atticum: Antonij colloquium cum heroibus uostris pro re nata non incommodum. *Quàm valido.*] validissimo. Subtilis grammaticorum obseruatio perualidum dici vult, quod & validissimum, vt hæc particula, quàm, superlatiuo semper copuletur. Verùm ista confusè licentérque vsurpari apud auctores idoneos curiosus lector reperiet,gram-

maticali illa ſcrupuloſitate poſthabita : ſuper quo aliubi annotamenta confecimus. *Ad anſulam.*] vacerram antiqui dicunt ſtipitem, ad quem equi religantur. M. Tul. in Lælio : Quinetiam neceſſe erit cupere & optare, vt quàm ſæpiſſime peccet amicus, quo plures det ſibi tanquam ad reprehendendum. Ab anſa anſata vaſa dicta: & feſtiuiter apud Plautum in Perſa. Anſatus homo, qui glorioſè ambulat brachiis ſubnixis, & inſtar anſarum extantibus, eminentibúſque. Carcheſium, inquit Macrobius, vas eſt anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. *Deſtinatum.*] deligatum, vt ſuprà. *Confeciſſent.*] extinxiſſent, interemiſſentque. Inde confectores ferarum dicti, qui feras contrucidant. *Aluus.*] per quam excrementa emittuntur. Alij ſunt, vt inquit Celſus, aluo aſtricta, alij ſoluta. Interdum aluus pro ipſis excrementis accipitur: vt apud eundem Celſum. Aluinos quoq; & cœliacos nuncupant, profluuio alui affectos. fluxura ipſa ventri & ſolutio eleganti vocabulo Græco dicitur κοιλορροία quo vtitur & M. T. in epiſtolis ad Atticum. *Fimo fiſtulatum excuſſo.*] Expreſſit in re quidem obſcœna, id tamen quod vſuuenire ſolet ab aluo lubrica & cita : vt ſcilicet quaſi per fiſtulam ſiphonem ſtercora liquidiora egerantur, & quaſi eiaculentur. Foriolus ab antiquis dictus qui ſoluti ventris eſt. Foria, ſtercora liquidiora, Laberius: Foriolus eſſe videris, in coleos cacas. Feram, quæ bonaſus vocetur, apud idoneos ſcriptores inuenio, inter fugiendum reddere fimum, interdum & trium iugerum longitudine: cuius contactus, ſequentes vt ignis aliquis comburat: & ita ſibi excrementis auxiliari. A fimo fimeta dicta, quæ alio nomine ſterquilinia. Plin. fimeta ſub diuo concauo loco intecta ſtramento, ne in ſole areſcant, palo è robore depacto fieri iubet. De multiplici fimi differentia apud eundem, atque Columellam, & cæteros rerum ruſticarum conditores. Illud adde, quòd aſinini pulli fimum, quod primum edidit, poleam ſiue pollon vocant : cuius medica vis lienem ſedat. *Aſpergine.*] aſperſione. *Nidoris.*] graueolentia ſtercoris, excrementique ſignificatur. Fœtorem nidoris dixit Lampridius in Commodo. Alexander Aphrodiſæus quærit in Problematis, cur ſtercus ſiue fimus hominis maximè fœtidi odoris ſit: cùm quorundam animalium, & maximè caprarum, aromaticam ſuaueolentiam fragret : quoniam, inquit, homines multiformi & humecto cibo affatim veſcuntur, minúſque exercentur. Ideóque non bene concoctum tetri odoris cùm primis eſt.

Iubare. } ſole, qui ſubas luci effudit.

Nec mora, cùm iam in meridiẽ pro-

*no iubare, rursum nos, & præcipuè me longè grauiùs onustum producunt illi latrones ſtabulo. Iámque confecta bona parte itineris, & viæ ſpatio defectus, & ſarcinæ põdere depreſſus, ictibúſque fuſtium fatigatus, atque etiã vngulis extritis iam claudus & titubans, riuulum quendam ſerpentis leniter aquæ propè inſiſtens, * ſubſtitem occaſionem fœliciter nactus, cogitabam totum memet flexis ſcitè cruribus pronum abiicere, certus atque obſtinatus, mullis verberibus ad egrediendum exurgere: imò etiam paratus non fuſti tantùm, ſed machæra percuſſus occumbere. Rebar enim iam me prorſus exanimatum ac debilem mereri * cauſæ remiſſionem: certè latrones partim impatientia moræ, partim ſtudio feſtinatæ fugæ, dorſi mei ſarcinam duobus cæteris iumentis diſtributuros, méque in altioris vindictæ vicem lupis & vulturibus prædam relicturos. Sed tam bellum conſilium meum præuertit ſors deterrima. Namque ille alius aſinus, diuinato & antecapto meo cogitatu, ſtatim ementita laſſitudine, cum rebus totis * effunditur: iacénſque * in modum mortui, non fuſtibus, non ſtimulis, ac ne cauda quidem & auribus, cruribúſque vndique versùm eleuatis tenta uit exurgere, quoad tandem poſthumæ ſpei fatigati, ſecúmque collocuti, ne tam diu mortuo, imò verò lapideo aſino ſeruientes, fugam morarentur, ſarcinis eius mihi equóque diſtributis,*

Aliàs iubaris nomine Lucifer ſignificatur: auctor M. Varro, & Seruius. A Pacuuio dictum eſt, Exorto iubare noctis decurſo itinere. Pacuuium imitatus poëta inquit, It portis iubare exorto delecta iuuentus. *Defectus.* } exhauſtus ac languens. Defectos vocat Plin. reſolutos, debilitatos, & ſine viribus: quos Græci dicunt παρειμένους, qui & ſynthecticivocantur: quorum mentio eſt apud eundem Plinium, qui & ſynthexes vocat ipſas defectiones. *Ictibus fauſtium.* } Supplicium fuſtium eleganti vocabulo fuſtuariũ appellant M. T. & Liuius. *Vngulis extritis.*] Plautus in Aſinaria: nẽpe hos aſinos prędicas vetulos claudos, quibus ſubtritę ad femina iã erant vngulę. *Scitè.*]pulchrè & condecenter. *Machæra.* } gladio. nam

machęra Gręco vocabulo, & latinis vſitatiſſimo, gladius nominatur. Macherophorus, enſifer: machęropœus, faber gladiorum. M. Tul. Machęrophoris cẽtum ſequentibus, miros riſus nos edere. Pater Demoſthenis, auctore Plutarcho, machæropœos eſt cognominatus, ab officina gladiorum, quam Athenis exercuit. Hinc illud Satyrici poëtæ de Demoſthene ſcribentis, Quem pater ardentis maſſæ fulgine lippus, A carbone & forcipibus gladióſque parante Incude & luteo Vulcano ad rhetora miſit. *Cauſæ remiſſi nem.*] Corrigo, *cauſariam miſſionem* & ita aliquot ab hinc annis corrigẽndum docui, cùm priuatim intra cubiculum diſcipulis familiarioribus Apuleium enarrarem. Sunt enim tria miſſionum genera: honeſta, cauſaria, ignominioſa. Honeſta eſt, quæ militiæ tempore impleto datur: cauſaria, cùm quis vitio animi vel corporis minùs idoneus militiæ renuntiatur: ignominioſa, cùm quis propter delictum ſacramento ſoluit. Auctores iuriſconſulti, titulo de re militari, & tit. de his qui notãtur infamia. Hinc cauſarij dicti, valetudinarij. Plin. 17. 25. ſcribit, elleborum minimè dandum eſſe ſanguinem excreantibus cauſariis vel latere vel faucibus. Liuius in 7. Tertius, inquit, exercitus ex cauſariis ſenioribúſque à Tito Quintio conſcribatur, qui vrbi mœnibúſque præſidio ſit. Vbi cauſarii ſignificantur milites, qui propter valetudinem à laboribus militiæ ſoluti miſſique ſunt. & Spartianus quoque in Hadriano: Poſt hæc, inquit, profectus in Gallias, omnes cauſarios libẽtalibus ſubleuauit. Dicitur & cauſaria nomine ſubſtantiuo, pro ipſa miſſione ſimpliciter, lib. Codicis 12. vbi ſic ſcriptum legimus: Cauſaria miſſus nulla exiſtimationis macula aſpergitur. Senſus eſt Apuleij: Opinabar, inquit, me cùm eſſem verberib. fatigatus, vngulis extritus, claudicans, inualentia debilitatus, mereri miſſionem cauſariam: quam ſcilicet milites valetudine impediti conſequi ſolent, à laboribus militaribus feriati, renuntiántque militiæ veluti minùs idonei. Palladius

diſtrictio gladio poplites eius totos ampu tãt Ac paululũ à via retractũ, per altiſſimũ præceps in vallẽ proxima etiãnũ ſpirantẽ præcipitant. Tunc ego miſeri cõmilitonis* fortunã cogitãs, ſtatui iã dolis abiectis & fraudibus, aſinũ me bonæ frugi dominis exhibere. Nã & ſecũ eos animaduerteram colloquentes, quod in proximo nobis eſſet habenda manſio, & totius viæ finis quieta, eorúmque* etiam ſedes illa & habitatio.*

Digitized by Google

cauſatione poſuit pro vitio interiore, & ægritudine, cùm ait in primo: Si ſaluo capite in pulmonibus ac thorace, aut nulla eſt, aut rara cauſatio. *More.*]contationis,quæ plerunque,maximéq; latronibus detrimentoſa eſt. *Diſtributuros.*]id eſt, rebar,hoc eſt, opinabar. *Bellum cõſilium.*]ſcitum elegánſque ironicôs. *Præuertit.*] præuenit,anticipauítq;. *Antecapto cog*]cùm anteueniſſet, præoccupaſſétque id quod ego mecum cogitaueram. *Ementita laſſitudine.*]Cùm laſſitudinem itineris,& fatigationem ſarcinæ ementiretur. *Cauda quidem.*] Sic fieri ſolet, vt ſcilicet cauda, auribus, cruribus comprenſis, iacentes aſini exurgere cogãtur. *Poſthumæ ſpei.*]Sicut poſthumus dicitur,qui poſt mortem & humationem patris natus eſt,ſic eleganter & ſcitè ſpem poſthumam appellat, ſerotinam nimis & tardam, & quaſi poſt mortem iumenti irritam & caſſam. Verbum poſthumare Tertulliano eſt pro poſt naſci, & poſteriorem eſſe. Sic enim ſcribit in Apologetico: Cæteri quoque prophetæ, etſi Moyſi poſthumant:id eſt, poſt Moyſem nati ſunt, & illo poſteriores exiſtunt. Poſthuma quoque ætas decentiſſimè dicitur Sidonio, pro futura & poſtera, ſic ſcribenti in epiſtolis:Sciat ætas volo poſthuma,nihil tua fide firmius. *Lapideo.*] qui immobilis permanebat vt lapis, ſimulacrúmq; lapideum.Lucianus,ἔκειτο δ' ὥσπερ λίθος,iacebat vt lapis: *Diſtricto.*] educto,&,vt dicitur,euaginato. *Poplites.*]neruos crurũ poſteriores flexuráſque ſuffraginum. Elephas, vt auctor eſt Plin. poplites intus flectit, hominis modo, cætera animalia in diuerſum.Lucianus idẽ memorans.τοὺς ξύλους ἐκκοπτόμενοι τῷ σκέλει: Gladio,inquit,crura amputarunt. *Altiſſimũ præceps.*]id eſt,præcipitium,quod Græci κρῆμνον vocant. Lucian. ὤθουσιν ἐς τὸ κρῆμνον,id eſt,impellunt in præcipitium. *Commili.*] aſini eodem commilitio iumentario mecum ſociati. Commilites dixit Plin. pro commilitones,& vnà militantes. *Bonæ frugi.*] Vtilem & bonum cum laude dicimus,hominem eſſe frugi bonæ, & quaſi probum vtilem & neceſſarium. Frequens eſt locutio. Ad bonam frugem redire,hoc eſt ad bonos mores, probitatémque.

*Clementi denique tranſmiſſo cliuulo, peruenimus ad locum deſtinatum: vbi rebus totis*exolutis, atque intus conditis,iam pondere liberatus,laſſitudinem, vice lauacri,pulueris volutatibus digerebam. Res ac tempus ipſum loccrum & ſpelunca illius quã latrones inhabita*

Clementi cliuulo.] modicè clementérque ſurgenti : tales cliuos non aſcendere nos, ſed aſcendiſſe cognoſcimus *Pulueris volutatibus.*]

Volutationibus. iumentis volutatio in puluere vicem lauacri & balnearum repręsentat, id quod quotidie passim conspicimus. Plin. in 17. Veterina, inquit, à iugo, & canes à cursu volutatio iuuat. Idem in 10. Solidipedum, inquit, propria est volutatio. M. Varro tradit, sues in luto volutari: hæc enim illorum requies, vt lauatio hominis: ideóque volutabra à Virg. dicta loca, in quibus se apri volutant, cùm ait in Georg. Sæpe volutabris pulsas syluestribus apros. Vetus prouerbium est apud Hieronymum, & in decretis canonicis relatum; Sus lota est in volutabro luti. Heraclitus ait, sues cœno, cohortales aues puluere vel cinere lauari. *Res ac tempus flagitant.*] Pulchrum est, vt versu Græco te-

*bant, descriptionem exponere flagitant. Nam & meum simul periclitabor ingenium: & faxo vos quoque, an mente etiam sensúque fuerim asinus, sedulò sentiatis. Mons horridus, syluestribúsque frondibus vmbrosus, & in primis altus fuit. Huius per obliqua deuexa, qua saxis asperrimis, & ob id inaccessis cingitur, conualles lacunosæ cauæque nimium, spinetis aggeratæ, & quaquauersùs repositæ, naturalem tutelam præbentes ambiebant. De summo vertice fons affluens bullis ingentibus scaturibat, pérque prona delapsus euomebat vndas argenteas, iámque riuulis pluribus dispersus, ac valles illas amnibus stagnantibus irrigans, in modum stipati maris, vel ignaui fluminis cuncta cohibebat. Insurgit spelunca, quà margines montanæ desinunt, turris ærduo cautle firma, solidis cratibus, ouili stabulatione commoda, porrectis vndique lateribus, ante fores exigui trauites, vice structi parietis, attenduntur. Ea tu, bono certè meo periculo, latronum dixeris atria. Nec iuxtà quicquam, quàm parua casula, cannulis temerè contecta, quò speculatores è numero latronum, vt posteà comperi, sorte ducti, noctibus excubabant. Ibi cum singuli * irrepsissent, stipatis artubus, nobis ante ipsas fores loro valido destinatis, anum quandam curuatam graui senio, cui soli salus atque tutela tot numero iuuenum comissa vide-*

videbatur, ſic infeſti compellant: Etiamne tu bu?i cadauer extremum, & vitæ dedecus primum, & Orci faſtidium ſolum, ſic nobis otioſa domi reſidens luſitabis? nec noſtris tam magnis, támque periculoſis laboribus ſolatium de tam ſera refectione tribuas? quæ diebus ac noctibus nil quicquam rei quàm merum ſæuienti ventri tuo ſoles auiditer ingurgitare. Tremens ad hæc, & ſtridenti vocula pauida ſic anus: At vobis, fortißimi fideliſſimíque mei* hoſpitatores iuuenes, affatim cuncta ſuauí ſapore percocta pulmenta præſtò ſunt: panis numeroſus, vinum probè calicibus effricaſtis affluenter immiſſum, &, ex more, calida tumultuario lauacro veſtro præparata. In fine ſermonis huius, ſtatim ſeſe deueſtiunt: nudatíque, & flammæ lætoiſßimæ vapore recreati, calidáque perfuſi, & oleo perunc̈ti, menſas dapibus lætiter inſtruc̈tas accumbunt.*

ſtatum eſt, noſſe temporis opportunitatem: ſiquidem καιρὸς δὲ τῷ νόμων κρείττων πολύ: id eſt, opportunitas & occaſio longè melior eſt legibus. *Periclitabor.*] experiar, tentabo. nam & periculum facere, eſt experimentum dare. Siſenna: Periclitantur tormenta ac tela, multáque genera machinamentorum. Dicit autem ſe velle facere periculum ingenij & eloquentiæ. Topographia, id eſt, loci deſcriptione, ex qua vis ingenij eluceſcit, & elegantia manifeſtè cognoſcitur, dum locus graphicè ſpecioſéque deſcriptus ſub oculos ita ſubiicitur, vt cerni magis quàm legi videatur. *Faxo.*]faciam. *Sedulò.*]ſtudioſe & diligenter: dictum, quaſi ſine dolo. *Deuexa.*] procliuitates, inclinationéſque: conuexa quoque de montibus & cœlo dicuntur. *Lacunoſæ.*] Lacunæ ſunt foſſæ, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit: à lacu dictæ, quas alij lamas vocant. Horatius: Viribus vtêris per cliuos, flumina, lamas. Cùm autem in Conuallibus crebræ ſint huiuſcemodi voragines & lacunæ, meritò lacunoſæ nuncupantur. M. Tullius oppidò quàm decenter dixit lacunam in auro factam: intelligi volens exinanitionem auri, & quaſi voraginem quandam ex furto & rapina. & alibi: Vt illam, inquit, lacunam rei familiaris explerent. *Naturalem.*] Spineta interdum naturali tutela ſepiunt

loca,teddúntque tutiſſima:interdum de induſtria fiunt. Vetuſti autores viuam ſepem appellant,quam(vt inquit Columella)ſtructili prætulerunt,cùm diuturnior permaneret. Ea fit ex vaſtiſſimis ſpinis,maximéque ex rubo & cynosbato:nos ſentem canis appellamus.Columella & Palladius præcipiunt, hoc ſépimento hortos eſſe claudendos.*Bullis.*] bullantibus aquis.Sunt enim bullę tumores qui in aqua fiunt,& repentè euaneſcunt. Hinc illud apud Varronem prouerbium,Homo bulla eſt: quo ſignificatur, hominem bullæ inſtar momento deficere ac emori. Verbum eſt bullare,quod ſignat bullas facere. Cor. Celſus inter notas malæ valetudinis ait eſſe,ſi vrina bullat,& male olet. Diminutiuum bullæ eſt,bullula. Idem:Si quaſdam quaſi maculas repręſentat,aut ſi bullas excitat.Bullantes aquasappellãt Calphurnius & Plinius, quaſi bullis tumentes,ſcaturientéſque. Bullatas nugas dixit Perſius, pro charactere tragico,tumenti & ſuffiato. Alias bulla ornamentum eſt ingenuorum puerorum, de quo apud Suetonium copioſiùs.Bullæ quoque ſunt,quibus fores ornantur,&valuæ:vt apud Plautum in Aſinaria:Iuſſin' in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? M. Tul. probro dat Verri, quòd bullas aureas ex valuis templi ob pretium abſtulerit. *Argenteas.*]A nitore & perſpicuitate argenteas dixit argenti enim color candidiſſimus eſt& ideò,vt inquit Plinius,militaribus ſignis familiariot,quàm auri,quoniam is longius fulget.*In modum ſtipati maris.*] Signat fontẽ per riuos plures diſperſum,valles illas adeò repleuiſſe,vt maris quædam quaſi effigies viſeretur,cuncta cohibentis.*Cauta firma.*]Caulas dicunt munimenta ouium , & ſepta.Virgil. Cùm fremit ad caulas ventos perpeſſus & imbres vbi caulas,vt interpretatur Donatus,dixit ambitum ipſum, quo tutæ oues aduerſus inſidias continentur. Græcum nomen eſt,e litera detracta. nam Græci αὐλας vocant animalium receptacula,quas noſtri caulas:quod & Seruius docet.Quidam caulas à cauo dictas autumant:antiquitùs enim ante vſum tectorum , oues in antris claudebantur:ſic Lucretius,Caulas corporis & caullas palati,ponit pro caua & foramina.*Solitis cratib.*] Lego,*ſolidis*, hoc eſt firmis& rubuſtis. A crate dictus craticius paries,quo vtimur in ſtructura ruſtici ædificij. Palladius meminit craticiorum rum podiorum,quibus granaria diſcernenda præcipit. *Attendimtur.*]obtenduntur,opponuntúrque.Signat enim ex cratib. factum parietem:quem ob id craticium appellant ſcriptores idonei.*Ea tu bono.*] Prouerbialis locutio hoc intellectu : me duce & auctore poteris illa latronum atria nominare : & ſi quid ex hoc periculi vrget & noxæ, id meum ſit. Conſimiliter in libro de

Dæ-

Dæmonio Socratis:Haud ſcio an bono,certè quidem meo periculo poteris genium vocare. Sicut autem atria in nobilium domib.dicuntur,ita hæc latronum atria dici poſſunt, ex ſimilitudine. *Cannulis contecta.*]Palladius cannicias cameras vocat,in agreſtibus ædificiis ex canna conſtructas.Plin.in 16. Tegulo arundinum,inquit,domos ſuas ſeptentrionales populi operiunt: in reliquo orbe & cameras læuiſſimè ſuſpendunt. Ob id ait Epigrãmatarius poëta,Texantur reliqua tecta palude tibi. Cannetum vocant locum cannis conſitum,quæ Palladius menſe Februario ponenda præcipit. Græcè donax dicitur harundo. hinc apud Plin.Calamus fructuoſiſſimus donax dictus eſt: & tibialis calamus,quem auleticon vocant:Græcè enim αὐλὸς tibia, vnde monaulon apud Martialem,pro vna tibia: cuius inuentorem Mercurium fuiſſe,teſtis eſt Plinius.*Speculatores.*] Græci epiſcopos vocant.Speculatorum ſignificationem Troiano bello Sinon euenit, Speculatorium Cypriano locus eminens accommodúſque ad ſpeculandum.M.Tullius ſcribit, ſe epiſcopum à Pompeio deſtinatum eſſe oræ Campanæ & maritimæ,in principio ciuilis belli:hoc eſt,exploratorem,ſpeculatorémque. Idem ait quadam ad Atticum epiſtola:Conſcendi in phaſelum epiſcopum.Corrigo, epiſcopium.Significat enim,ſe nauem exploratoriam conſcendiſſe,quæ Græco vocabulo dicitur epiſcopium & cataſcopium: qua dictione Cæſar & Aul.Gellius vtuntur.*Deſtinatis.*] deligatis iumentis:quo in numero erat Apuleius. *Curuatam graui ſenio.*] Silicernios dici voluerũt,ſenes iam incuruos,quaſi ſcilices ex incuruitate cernentes.Silicernium verò dicitur cœna feralis, ex eo quòd ſilentibus,hoc eſt defunctis exhibetur.M.Varro:Ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus. Alij tradunt,ſilicernium eſſe genus farciminis,qno fletu familia purgatur: quia cuius nomine ea res inſtituebatur,is iam ſilentium cerneret,hoc eſt mortuus eſſet.Cæcilius:Credidi ſilicernium eius me eſſe eſutum. Apud Terentium cum contumelia dictum eſt in Adelphis: Sanè te exercebo hodie vt dignus es ſilicernium.quod exponens Donat.ait,ſilicernium cænam eſſe: quæ Diis Manibus infertur, quòd ea ſilentes cernant,id eſt,vmbræ poſſideant. ſilicernium ſit ſenex,qui iamiámque ſilentibus, vmbríque cernendus ſit. Nec probat ſilicernium dici ſenem, quaſi qui ſilicẽ cernẽdo incurũus eſt: at Placiades id probat, ſilicerniúque vocabulum inde deducit: quod ſanè etymon probatur. *Infeſti.*]infenſi,malè animati. *Compellant.*Verbis obiurgatoriis alloquuntur. Sic autem ordinãdus eſt textus: Latrones alloquuntur anum, cui eorum aula &

curatio commissa erat. *Busti cadauer.*]Probra latronum sunt congruentia in vetulam cadaueroſam, atque annis obsitam, tanquam polychronia fœmina annosissima ac busto digna, sit vitæ dedecus, & Plutonis fastidium: cùm alioquin Pluto gaudeat manibus defunctorum ad ipsum commigrantibus. *Lusitabis.*]ludes, & per desidiã iocaberis. Frequentatiuum verbum est. Lucianus, ἤρετο τὴν γραῦν, διατί οὕτω καθῆσαι καὶ οὐ παρασκευάζεις ἄριστον. Sic interrogabant anum: Cur sic sedes ociosa, nec prandium paras? *Derepsissent.*]in caulam, latronũ speluncam quasi repentes introissent. De tam sera refectione indignantur latrones, sibi post exhaustos labores præstò non esse prandij solatium, qua refectione vires recreantur, & corpus refouetur. Vetus verbum est, à lasso rixam quæri: item, à sitiente & esuriente. sumpto autem cibo, omnis animi impetus mollitur. *Auiditer ingurgitare.*] Apud Plautum anus merobiba & multibiba, ingurgitat se: merum auiditer faucibus plenis, & quasi in barathrum effundit. Ingurgitare dictum est, quasi in gurgitem atque voraginem immittere. A. Gellius: Crebris & ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat. *Voculæ*]attenuata voce. *Hospitatores.*] Emendatione vnius literæ lego Sospitatores: sic enim purior est intellectus. Dicimus autem sospitatores, qui nos sospitant, faciúntque incolumes, quibus vitam acceptam ferimus. *Affatim.*]largè, copiosè, affluenter. *Panis numerosus.*]Apud Lucianũ sic inquit anus: οἶνοι πολλοὶ, οἶνος παλαιὸς πίθοι, καὶ τὰ κρέα δὲ ὑμῖν τὰ ἄγρια σκληρίζουσιν ἔχω: id est, panes copiosi, vini veteris dolia, carnes & syluestres vobis præstò sunt. *Es caticibus efficatis.*]Ex præcepto Horatij, qui ait in Epistolis: Nec nõ & cantharus & lanx Ostendat tibi te. Itẽ alter satyrographus: Hic lauet argentũ, vasa aspera tergeat alter. Cõsimiliter Plautinus leno facetè inquit: Vt offendã parata, vorsa, prætergastrata, lauta coctáq; omnia sient. *Ex more calida.*]Priscorũ is mos fuit penè quotidianus, vt antè cœnam in balneis lauarentur. Nã, vt docet Victruuius architectus, tempus lauandi à meridiano ad vesperum est maximè constitutum: ahena supra hypocaustum, hoc est (vt ego interpretor) vaporarium, tria sunt componenda: vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, vti ex tepidario in caldarium, de frigidario in tepidariũ aqua influat. Laconicũ sudationésque sunt coniungẽdę tepidario, ex aduerso Laconici caldam lauationem collocandã esse præcipiunt Est autem Laconicum in thermis, structura orbiculata: sudatorium, in quo sudor sicco calore elicitur: quod & Cor. Celsus insinuat libro 2. his verbis: Sudor autem duobus modis

dis elicitur:aut ſicco calore,aut balneo.Siccus calor eſt & arenæ calidæ, & Laconici. Dion Laconicum dicit appellatum ex eo, quod Lacedæmonij nudi, vnctique,præ cunctis exercebantur. in hiſce ſudatoriis cruditatem coquebant, & cœnatoriæ fami præparabantur.Quod & Columella apertiſſimè indicat, ſic ſcribens in luxum ganeonum : Mox vt apti veniamus ad ganeas: quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exuſto ſudore ſitim quærimus.Non ſolùm calida lauacra:ſed & ardentes balneas placuiſſe priſcis, ſeueriſſimè reprehendit Plin. Cuius verba operæprecium fuit ſubtexere ex libro vndetrigeſimo, quæ hæc ſunt:Illa prodidere imperij mores, illa quæ ſæmi patimur: luctatus ceromata, ceu valetudinis cauſa inſtituta:balneæ ardentes, quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui : vt nemo non minùs validus exiret, obedientiſſimi verò efferrentur.Idem in 25.ait: Antè non erat mos niſi calida tantùm lauari,ſicut apud Homerumetiam inuenimus. Antonius Muſa Auguſti medicus & Euphorbius fratres,inſtituêre à balneis frigida multa corpora aſtringi. Charmis quoque Maſſilienſis damnatis balneis calidis, frigida etiam hybernis temporibus lauari perſuaſit:ac merſit ægros in lacus. Qua de re extat etiam Annei Senecæ aſtipulatio,qui pſychrolutrem ſeſe nominat,quaſi frigidis balneis vtentem. Super quo in appendicula Suetonij commentariorum annotatiunculam condidimus. *Tumultuariò.*]raptim, feſtinanter, & tumultu quaſi quodam præparato. Sic apud Liuium tumultuarius exercitus,& apud Gellium tumultuarium ſtudium, apud alios pleraque conſimiliter vſurpata: quod & ſuprà enarratum eſt.*Deueſtiunt.*] veſtes exuunt & deſpoliant. *Vapore recreari.*] Communia ſunt, vt inquit Cor. Celſus, omnibus poſt fatigationem cibum ſumpturis, ſi balneum non eſt,calido loco,vel in ſole,vel ad ignem vngi atque ſudare. Scribit Plin.in tertio Epiſtolarum, Spurinam in ſole ſolitum nudum ambulare,vbi hora balnei nunciata eſſet, quę hyeme erat nona, æſtate octaua:dein lotũ accubare,appoſita cœna non minùs nitida quàm frugi. *Et oleo perunctí.*] Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi,intus vini,foris olei:oleo natura eſt tepefacere corpus,& contra algores munire.Vſum eius ad luxuriam vertêre Græci,vitiorum omnium genitores, in gymnaſiis publicando.Oleo multo apud veteres perungebantur corpora in balneis, lenitérque perfricabantur. Crebra mentio eſt apud Celſum de vſu olei in balneis:qui præcipit, in tepidario ſudandum : ibíque inungendum:mox in ſolium deſcendendum quod vas eſt balneatorum.

by Google

Commodùm * *conſederant: & ecce quidam longè plures numero iuuenes adueniunt alij, quos incontanter adæquè latrones arbitrarere. Nam & ipſi prædas aureorum argenteorúmque nũmorum ac vaſculorum, veſtíſque ſericæ & intextæ filis aureis inuehebant. Hi ſimili lauacro refecti, inter foros ſociorum ſeſe reponunt. Nunc ſorte ducti, miniſterium faciunt. Eſtur ac potatur* incondite, pulmentis aceruatim, panib:us aggeratim, poculis agminatim ingeſtis. Clamore ludunt ſtrepitu cantillant, conuicijs iocantur: ac iam cætera ſemiferis Lapithis, Thebanis, Centauríſque ſimilia. Tunc inter eos vnus, qui robore cæteros anteibat: Nos quidem, inquit, Milonis Hypatini domum fortiter expugnauimus. Præter tantam fortunæ copiam, quam noſtra virtute nacti ſumus, & incolumi numero caſtra noſtra petiuimus: &, ſi quid ad rem* fecit, octo pedibus auctiores remeauimus. At vos, qui Bœotias vrbes* oppetiſtis, ipſo duce veſtro fortiſſimo Lamatho diminuti, debilem numerum reduxiſtis: cuius ſalutem meritò ſarcinis iſtis, quas aduexiſtis omnibus certè antetulerim. Sed illũ quidem vtcunque nimia virtus ſua peremit, inter inclytos reges ac duces præliorum tanti viri memoria celebrabitur. Enimverò vos bonæ frugi latrones inter furta parua atque ſeruilia, timidiculè per balneas & aniles cellulas reptan-

Commodùm.] vix tũc, iam iam. *Incontanter.*] ſine contatione & mora: nam res illæ quibus erant onuſti, haud dubiè demonſtrabant eos eſſe latrones, & exercere latrocinium. *Adæquè.*] peræquè & pariter. Plaut. in Caſina: Neque eſt, neque fuit me ſenex quiſquam amator adæquè miſer. *Intextæ filis aureis.*] Aurum intexere veſtibus, in Aſia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis. Colores diuerſos picturæ intexere, Babylon maximè celebrauit, & nomen impoſuit: Babylonica enim dicta ſunt. Plurimis verò liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Græcè enim πολὺ multùm, & μίτος filũ, & licium: vnde polymitarius in Exodo, ſignificatur textor veſtis

reptantes ſcrutariam facitis. polymitæ. Acum facere Idæi Phryges inuenerunt: indéque Phrygiones appellati ſunt. Quorum mentio apud Plautum in Menæchmis. Veſtem intextam filis aureis ſignificat Virg. illo verſu: Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes. Idem Phrygionum artificium innuit, cùm ait: Et Phrygiam Aſcanio chlamydẽ, nec cedit honori, Textilibúsque onerat donis refert Plin. vidiſſe ſeſe Agrippinam Claudij principis vxorem indutam paludamento, auro textili, ſine alia materie. *Serice.*] De ſerica veſte alibi copioſiùs: vnde & Holoſerica, quæ tota ſerica eſt. Scribit Flauius Vopiſcus, Tacitum Romanum principem interdixiſſe viris omnibus holoſericam veſtem. Eſt & ſubſerica, quæ non ex toto textura contexitur: Alexander Romanus imperator (auctore Lampridio) veſtes ſericas raras habuit, holoſericas nunquam induit. ſubſericam nunquam donauit. *Refocillati.*] recreati, refocillati, calefacti. fomenta (vt auctor eſt Feſtus) & focillationes, à fouendo id eſt calefaciendo dicuntur. *Foros.*] ſedilia. Propriè autem foros dicimus in nauibus, ſedilia nautarum, & tabulata: quo in ſignificatu apud Virg. M. Tullium, Lucanum, cæteros inuenitur. Aliàs fori ſignificantur circenſia ſpectacula, quorum meminit Liuius in primo. Quidam non foros legunt, ſed choros, intra tot cœtus & turbam. *Tunc ſorte ducti.*] Quando inter æquales vni pluribúſve iniungendus eſt labor, ſorti res committitur, vt ita omnis querela tollatur: ſic apud Virg. Dido Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat. *Faciunt miniſterium.*] miniſtrant, & miniſtrorum funguntur officio. Miniſteria: pro miniſtris vſurpant ſcriptores: miniſterium quoque Plinio eſt pro ipſis miniſtris cùm ſcribit in 12. Quindecim conuiarum ac miniſterij capax fuiſſe triclinium. *Eſtur.*] id eſt, edunt ac potant incompoſitè, inordinatéque. Impersonale verbum eſt, ab edendo. Nam (vt docet Diomedes) inſtans tempus impersonalis eſt eſtur. dicimus à comedor, comeſum & comeſtum. Didymus ait comeſta patrimonia, à Valgio dictum comeſa patina. *Inconditè.*] incompoſitè, nullo ordine, nulla concinnitate ſeruata. Sic apud Virgilium, Liuium, cæteros. Inconditum dicimus, incompoſitum & incultum: inconditum carmen, incondita oratio. In hanc ſententiam ait M. Tul. in ſecunda Antoniana: Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. *Pulmẽtis acernatim.*] Exornatio eſt, ſcriptori huic propè peculiaris, Compar ſiue Iſocolõ nominatur: ex eodẽ genere ſunt Homioteleuton, & Homioptoton, id eſt, ſimiliter deſinens, & ſimiliter cadens. Scitamenta huiuſce locutionis fugienda præcipiunt rhetorici doctores: &

Digitized by Google

Gellius monet exemplo Luciani, si immodicè fiant, insipida & propè puerilia iudicari: verùm si modicè & tempestiuiter interseruntur, orationem reddunt venustiorem. *Clamore ludunt.*] M. Tul. in Antonium: Personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pauimenta, vino madebant parietes. Lucianus, ἦν ἄριστον δαψιλὲς, καὶ λόγος πολὺς ἐν τῷ συμποσίῳ τῶν ἀνδροφόνων: id est, Erat prandiũ copiosum, & multus sermo in conuiuio homicidarum. *Pocula agminatim ingestis.*] Ex lege conuiuali, à tribus ad nouẽ poculorum numerus producitur. Ausonius in Grypho: Ter bibe, vel totiens ternos: sic mystica lex est, Vel tria potanti, vel ter tria multiplicanti. Verùm in cœna latronum & cœtu intemperantissimorum, non ter tria, sed tria nouena pocula singulis vix sufficiunt: cũ faciant quod Parthi, de quibus est illud scitum: Quantò plus biberint, tantò magis sitire Parthos. Consuetudo enim auget bibendi auiditatem. *Cantillant.*] canũt. In Floridis: Anacreonteum amicitiæ gratia cantilat. *Conuiciis iocantur.*] Cùm potus loquaces efficiat, meritò inter pocula & mensas latronum conuicia & ioci petulantiores effruescere cœperunt. Scommata & lœdoriæ Græcis vocabulis dicuntur huiuscemodi contumelioſæ exprobrationes & morsus, figurati quidẽ, sed amarulenti: quibus facilis est ad itacundiam prouocatio. Ideóque scriptores clarissimi suadent, in conuiuio bonorum abstinendum esse scommate, quod tectam intra se habet iniuriam, cùm lœdoria ad directam contumeliam tendat. Est enim lœdoria huiusmodi: Oblitús nes, quòd salsamenta vendebas? Scomma autem, in quo cælata contumelia est: Meminimus quando brachio te emungebas. Nam cùm res eadem vtrobique dicta sit, illud tamen lœdoria est, quod apertè obiectum exprobratúmque est: hoc scomma, quod figuratè Lycurgus instituit, vt adolescentes scommata sine morsu dicere, & ab aliis in se dicta perpeti discerent. *Lapithis.*] Talia, inquit, agebantur in mensa latronum, qualia in conuiuio Lapitharum & Centaurorũ per furorem & vinolentiam agitata esse canunt poëtæ: vbi conuicia & rixæ, mox pugna atrox & cedes, vbi pocula & mensæ telorum vicem repræsentabant: &, vt inquit Flaccus, crateres mensæque volant, arcque Deorum. Semiferos appellat à crudelitate & forma, quos ex equo & homine compactos ferunt: quales natura copulare non quit. Lucretius dixit de Centauris: Qui neque sunt vsquam, neque possunt esse profectò. Autumat Diodorus, Lapithum ac Centaurum Apollinis filios fuisse, à quibus Lapitharum ac Centaurorum propagatum sit genus, & ductum nomen, atque hinc natam fabulã. Grammatici tradunt Centauros dici ἀπὸ τῶ κεντεῖν τοὺς ταύρους, quòd

quòd gregem taurorum ſagittis confixerint, ſemiferos eſſe, quia primi equitare, & equos inſcendere auſi ſint. Plin. quoque auctor eſt, Centauros primos pugnare ex equo docuiſſe. Lapithæ Pelethronij dicti à loco, qui ſubiectus eſt Pelio monti, ab eo quòd medicamentorum magna vis ibi naſcatur, quæ Græci gloſſematici θεσσα vocant. Pelion autem eſt eadem lingua luridum. Sed occurrit ſcopuloſus locus, ex quo vix datur enatare: quid ſit, quod ait Telamibus. Quidam emendarunt Thebanis, tanquam Lapithas à loco Thebanos nominet. Ego video, ſi coniectatoriè res agenda eſt, non duriter nimis legi poſſe Telamonibus, vt comparatio ſit triplex, Lapitharum ſcilicet, Telamonum, & Centaurorum. Telamones autem dicuntur Gigantes, ab Atlante: de quo Ouid. Quantus erat, mons factus Atlas. Hunc Latini Telamonem vocant: quod Seruius docet in quarto Æneidos commentario. Hinc in ędificiis telamones appellant tigna, quæ virili figura mutulos, aut coronas ſuſtinẽt. Vitruuius exiſtimat rationẽ ex hiſtoriis non inueniri, quid aut quare dicantur tales ſtatuæ Telamones. Demiror virũ eruditiſſimũ id neſciſſe, quod grammatici non ignorauerunt. Græci hos Atlantes vocant ex eo quòd Atlas mundum ſuſtinere deformatur à pictoribus & ſtatuariis. Atlas autem & Telamon idem eſt. Super hoc loco diu me torſi, nec adhuc melius quippiam inueni. Debebo his, qui ingenij bonitate veriora excogitauerint, communicauerintque. Dicam quod Origenes & Auguſtinus ingenuè fatentur: ignorantiam noſtram non ignoramus: nec pudet me fateri neſcire, quod neſciam: elaboratáque non abſcondimus, ſed in propatulum depromimus: longè ab illis diſſentientes, qui pauca aliqua nouere, & ea recõdunt in ſecretario, perinde ac arcana myſteria, videlicet inuidentes bona mortalibus: quib. vt inquit Plin. noſter neminẽ docere in auctoritatem ſcientiæ eſt. *Anteibat.*] Aliàs legitur, *anſtitabat. Noſtra virtute.*] Cũ virtus in malos non cadat, hic nomine virtutis audacia & temeritas latrocinalis deſignatur. *Hypatini.*] Hoſpes Apulcij ſignificatur. Ab Hypata Hypatinus & Hypatenſis deducitur. *Octo pedibus aufliores.*] propter duo ſcilicet iumenta. Namque aſinus, Apuleius, & eius equus ſignificatur. *Bœotias vrbes.*] Suprà annotauimus, ex Græca eruditione pronunciandum ſcribendúmque eſſet Bœotiam non Boëtiam; & Bœotias vrbes, non Boëtias. Illud adde, proverbium eſſe Græcorum, βοιώτια αἰνίγματα, hoc eſt Bœotia ænigmata: de his quæ minimè intelliguntur, videlicet propter ænigma Sphingos, quod illa Thebanis proponebat, quod Œdipus enodauit. Erat autẽ tale, Quodnã animal eſſet: πρωΐπους δίπους, ϗ

Digitized by Google

πάλιν τρίπους; i. quadrupes, bipes, & iterùm tripes. eſt autẽ homo. *Inter inclytos.*] Annotandum, dici inclytiſſimum in ſuperlatiuo, cùm comparatiuum haud facile repertu ſit. A. Gellius inclytiſſimum poëtarum Homerum vocat. A Columella inclytiſſimus dux dictus M. Regulus. Scribi autem debet per y pſilon, cùm Græcè ſcribatur, κλυτός. *Memoria celebratur.*] Sententia Plautina eſt: qui per virtutem peritat, non interit: & vita mortuorum (vt inquit Cicero in nona Antonianarum) in memoria viuorum eſt poſita. Multorum memoria celebratur ob virtutem, non paucorum ob flagitium: & qui tramite virtutis anguſto graſſari non poteſt ad immortalitatẽ, is via vitiorum latiſſima præceps fertur: vt Heroſtratus, qui Dianæ Epheſiæ templum, inter ſeptem ſpectacula mundi numeratum, ob id ſolum incendit, vt nomen eius per totum orbem terrarum diffunderetur: vt Pauſanias, qui Philippum regem interemit, vt ita clarus euaderet, & gloriam apud poſteros conſequeretur. *Vos bonæ frugi latrones.*] Ironicôs pronunciandum videtur. Eſt autem caſtigatio ad latrones, qui bonæ frugi voluerint videri, & furtis minutulis contenti abſceſſerint: id quod minimè eſt ex more & diſciplina latrocinali, cùm latronibus nihil vnquam in rapinis ſit modi aut modeſtiæ. *Per balneas reptantes.*] Fures balneares, furta nequaquàm luculẽta precio ſaque conficiunt, ſed furtim ritúque ſeruili veſtimenta & id genus vilia ſubducunt. In Trinummo Plautinus ſeruus ſibi in thermopolio condylium fuiſſe ereptum à furibus graphicis conqueritur. Vbi thermopolium ſignificatur taberna ſiue caupona, vbi cibaria calida veneunt. Condylium verò anpulus eſt, quem & condylum & ſymbolum & yngulum priſci vocitabant. Scribunt iuriſconſulti, præfectum vigilum iudicem eſſe conſtitutum aduerſus capſarios, qui ſeruanda in balneis mercede veſtimenta ſuſcipiunt, vt ſi quid in ſeruandis veſtimentis fraudulenter amiſerint, ipſe cognoſcat. Apud eoſdem titulus eſt de furibus balneariis, vbi ſcribit Vlpianus, fures balneariοs extra ordinem eſſe puniendos. Miles quoque qui in furto balneario deprehenſus eſt, ignominia mitti debet. Locus in balneis vbi loturi exuebant veſtimenta, dicitur apodyterion, quod Latinè ſpoliarium interpretamur; cuius meminit M. Varro in 2. de Re ruſtica & Plin. in Epiſtolis ait: inde apodyterion balinei laxum & hilare excipit cella frigidaria. Reptantes autem dixit, quaſi furtim ac latenter irrepentes: quod latrunculorum eſt. *Scrutaviam facitis.*] id eſt, more furunculorum minuta quæque & vilia furtim angulatimq; perquiritis: cùm egregius latro non tã ſcrutari

latenter

latenter ſoleat,quàm diripere violenter. Veteres ſcruto dicebant, nos ſcrutor, quod eſt inquirere & veſtigare etiam minutiſſima. Plautus in Aulularia: Poſtremò hunc iam perſcrutari. Hinc ſcrutaria dicta, ipſa ſcrutatio veſtigatióque: vt ſagaria, vt cœnacularia, vt lintearia, & alia compluſcula eodem inclinatu formata.

Suſcipit vnus ex illo poſteriore numero: Túne ſolus ignoras, longè faciliores ad expugnandum domus eſſe maiores? quippe, quòd licèt numeroſa familia latis diuerſetur ædibus, tamen quiſque magis ſuæ ſaluti, quàm domini conſulat opibus: frugi autem & ſolitarij homines, fortunam paruam, vel certè ſatis amplam diſſimulanter obtectam, protegunt acriùs, & ſanguinis ſui periculo muniunt. Res ipſa denique fidem ſermoni meo dabit. Vix enim Thebas Heptapylos acceſſimus, quod eſt huic diſciplinæ primarium ſtudium. Sed dum ſedulò fortunam inquirebamus populatem, nec nos denique latuit Chryſeros quidam numularius, copioſæ pecuniæ dominus: qui metu officiorum ac munerum publicorum, magnis artibus magnam diſſimulabat opulentiam. Denique ſolus ac ſolitarius, parua, ſed ſatis munita, domuncula contentus, pannoſus alioquin ac ſordidus, aureos folles incubabat.

Licèt.] quamuis. *Familia.*] frequens famulitiũ. Famuli origo ab Oſcis dependet, apud quos ſeruus famel nominabatur: vnde & familia vocata. Seruitium primi inuenere Lacedæmonij, qui Elotas ſiue Elotia ſua appellant mancipia, Cretenſes Perucos, quorum meminit Ariſt. in Politicis: Galli Ambactos ſeruos Gallicè nominant. Hinc Cæſar in 6. commentario loquens de Gallis inquit: Eorum vt quiſque eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe Ambactos clientéſque habet, *Magis ſuæ ſalutis.*] Vetus verbum eſt, Omnes ſibi melius eſſe malle quàm alteri, &, vt inquit Plaut. in Trinummo, Tunica pallio propior eſt: μηρὸς quoque Græcorum celebratur, γόνυ κνήμης ἐγγύτερον, Genu crure propius eſt: de hominibus magis ſe quàm amicos amantibus. Præterea in prouerbio eſt, Quot ſerui, tot hoſtes: tanquam dominus quilibet totidem domi habeat hoſtes, quot habet ſeruos. Sed, vt inquit Seneca, non habemus illos hoſtes, ſed

Digitized by Google

facimus, dum illis non tanquam hominibus, sed tanquam iumentis abutimur. Atqui Sisimius Capito (quod annotatu dignũ est)de hoc prouerbio existimat errorem hominibus interuenisse,primis præposterè enuntiantibus. Vero enim similius esse dictum initio,Quot hostes,tot serui:ex eo quòd captiui hostes ferè ad seueritatem adducebantur:vnde etiam dicta mancipia. *Frugi.*]patci.Horatius:Parciùs hic viuit,frugi dicatur. Quid sit frugalitas & frugi,& vnde ductum nomen, copiosissimè annotaui in tertio Tusculanarum commentario. *Dissimulanter obtectam.*] Dixit Seneca libro de Beata vita ad Gallionem:quòd sapiens nec diuitias iactabit,nec abscondet, quorum alterum infruniti animi sit,alterum timidi & pusilli. Infrunitus autem, vt id quoque transeunter attingam,is dicitur,quem Græci vocant ἀπερίφρονα, id est,insolentem,& ἄφρονα,id est imprudentem.Infrunito opponitur frunitus,id est prudens & modestus: qua dictione antiqui, & cum primis Cato,vsi sunt. *Thebas Heptapylos.*]Thebæ Bœotiæ significantur, duorum numinum Liberi atque Herculis patria:nec cedentes,vt inquit Plin.Athenis claritate.A numero portarum cognominantur Heptapyli,quas septem habuisse traditur hæc ciuitas. Statius Hemoloidas Thebanas portas celebrat illo versu: Per ingentes Hemoloidas exeat Hemon. Interpres Statij frequenter Thebas Heptapylos, quasi septem portarum cognominatas refert. Vna ex septem Ogygia porta nuncupabatur,ab Ogyge rege in Ægypto. Fuerunt Thebæ Hecatompyli,hoc est, centum portarum, Homeri præconio inclytæ.hinc illud satyrographi: Atque vetus Thebæ centum iacet obruta portis. Tradit Plin.hoc totum oppidum pensile fuisse.Idem meminit Thebarũ Lucanarum in Italia,quas interisse, Cato auctor est. Et Thebæ in Cilicia memorantur,patria Andromaches,ex qua ciuitate capta fuit Chryseis:auctores Strabo,Homerus,cæteri. *Disciplinæ.*] scilicet latrocinali. Est enim disciplina παρὰ μίσλω: vnde disciplinosus in reprehensione dictus gladiator:à Catone. *Chryseos nummularius.*]Nomen conueniens numulario,videlicet ab auro ductum,quod Græcè χρυσὸν dicunt. *Munerum publicorum.*]Timebat ne munera oneráque publica ipsi, vt diuiti, iniungerentur. Liuius libr. 1. refert omnia in dites à pauperibus inclinata onera fuisse:vt ordinatione Seruij Tullij.Munerum ciuilium,vt scribit Hermogenes iurisconsultus,quædam sunt patrimonij,vt rei vehicularis,item nauicularis. Munus autem publicum,aut priuatum est. Publicum munus est, vt docet Callistratus, quod in administranda Republica cum sumptu sine titulo dignitatis subimus. Grammatici, oratores,medici, & philosophi,vacationem

nem habent munerum ciuilium. *Domuncula.*]caſula.Diminutiuum à domo. *Munita contentus.*]Prouerbium apud Græcos celebre eſt,δειλὸς ὁ πλοῦτος, id eſt,timidæ ſunt diuitiæ:quoniam ſcilicet diuites domos muniunt, & canes formidandos alunt,& multas adhibent cuſtodias: metus enim plurimùm confert ad diligentiam cuſtodiendi. Meritò ergo Chryſeros dines fœnerator domum muniuerat,diuitias diſſimulabat, folles aureos incubabat, videlicet ne vſpiam furtificæ manus irrepere, nec graſſator inſidiari,nec harpax quicquam intus harpagare poſſet. *Pannoſus.*] Conſimile eſt illud Terentianum : Video ſentum,ſqualidum,ægrum, pannis annísque obſitum. Pannicularia appellant iuriſconſulti, tit.de bonis damnatorum , ea quæ in cuſtodia receptus ſecum attulit ſpolia:quibus indutus eſt,cùm quis ad ſupplicium ducitur, vt & ipſa appellatio oſtendit.Peniculamentum à veteribus par veſtis dicitur. *Aureos fol.*] Follem,præter alias ſignificationes,pro marſupio,crumena,receptaculóque nummorum accipimus.Iuuenal.Si radat veterem cum tota ærugine follem.Item:Tenſo folle reuerti,pro plena crumena , dixit:hinc follitus eleganti vocabulo dictus à Plaut.in Epidico,pro bene nummatus opulentúſque,& follibus numariis ſuffarcinatus.Pediano Aſconio numerantur inter pecuniarum receptacula , ſportulæ, ſportellæ,ſacci,ſacculi,ſaccelli,crumenæ,veleiæ ſcorteæ,manticæ,marſupia,fiſci,fiſcinæ,fiſcellæ,ſpartea,loculi: quibus adde & folles,& bulgas.Sicut antem folles ex numero pilarum vento tumeſcunt, ita crumenæ pecunia turgent:à qua ſimilitudine inditum nomen.Ex diſciplina militari,decem folles, hoc eſt,decem ſacci,vt Vegetij verbis vtar , per cohortes ſingulas exponebantur,in quibus militum pecunia condebatur. Aug.lib.de Ciuitate Dei nouiſſimo , folles non tam pro repoſitoriis nummorum, quàm pro ipſis nummis ponere videtur:ſcribens , Hipponenſem quendam ſenem , coquo vendidiſſe piſcem prægrandem follibus trecentis , in cuius ventriculo annulus aureus eſt inuentus. *Incubabat.*] Expreſſit auari mores,qui incubat gazam & nummos,qui gratiùs intuetur aurum quàm ſolem , cuius mens ſemper aurum videt. Conſimile illud Auguſtini ex 2.de ordine: Defoſſæ pecuniæ incubat macer & ſcabioſus fœnerator. Tranſlatio ſumpta ab auibus , quæ incubatu fouent oua , & excludunt fœtus. Incubationi gallinarum datur initium poſt nouam lunam:plus vicenaquina incubanda ſubiici vetant. Aliàs incubare dicuntur hi,qui in templis dormiunt ad accipienda reſponſa:ſuper quo fuſiùs in Suetonij commentariis.

Digitized by Google

Ergo placuit, ad hunc primum ferremus aditum, vt concepta pugna manus vnica, mullo negotio cunctis opibus otiosè potiremur. Nec mora, cùm noctis initio foribus eius præstolæmur: quas neque subleuare, neque dimouere, ac nec perfringere quidem nobis videbatur, nevaluarum sonus cunctam viciniam nostro suscitaret exitio. Tunc itaque sublimis ille vexillarius noster Lamachus, spectata virtutis suæ fiducia, quà * clauis immittendæ foramen patebat, sensim immissa manu claustrum euellere gestiebat. Sed dudum scilicet omniũ bipedum nequissimus Chryseros vigilans, & singula rerum sentiens, *leuem gradum & obnixum silentium tolerans, paulatim adrepit, grandique clauo manum ducis nostri repentè *nixu fortissimo ad ostij tabulam offigit: & exitiabili nexu patibulum relinquens, gurgustioli sui tectum ascendit, atque inde contentissima voce clamitans, rogánsque vicinos, & vnumquemque proprio nomine ciens, & salutis communis admonens, diffamat incendio repentino domum suam possideri. Sic vnusquisque proximi periculi confinio territus, suppetiatum *decurrêre anxij.*

Concepta.] Concipi dicitur pugna, cùm manus conseruntur. & hęc purior lectio, quàm si legas contempta: tanquam vnicæ manus, id est, tantùm vnius hominis pugna contemnenda sit, neque metuendũ aduersus vnum depugnare. *Nullo negotio.*] nulla difficultate. Vetus verbum est, negotiũ facessere, pro eo quod est, molestiam exhibere: quod Græcè dicitur, πράγματα παρέχειν. Plautus in Casina: Enimuerò πράγματα μοι παρέχεις: id est negotiũ mihi facessis, & molestiam exhibes. In hoc significatu accipitur apud iurisconsultos, sic scribentes in eum qui calumniæ causa negotium faceret, id est, molestiam alteri exhiberet: Item pecuniam acceperit vt faceret negotium, vel non faceret. Legulij tam non intelligunt, quàm intelligere nõ curant, quid sit facere negotium, quibus de intellectu verborum nulla est cura. qui illud iactantiusculè dictant: Scire leges est, nõ earum verba tenere, sed vim & potestatem. Atqui sæpissime nõ magis in verbis, quàm in percipienda legum potestate, cæcutiũt & hal-

& hallucinantur. *Foribus eius præſtolamur.*]præſtò ſumus ad fores. Dicimus præſtolor tibi & præſtolor te, vt grammatici docent. Eſt autem præſtolari,præſtò eſſe & expectare.Præſtolor tibi,præſtò ſum tibi,appareo,obſequor : præſtolor te , expecto te. *Valuarum ſonus.*] Valuæ ſunt, vt dicit Varro,& repetit Seruius, quæ reſoluuntur,& ſe vallant. Fores propriè dicuntur,quæ foràs aperiuntur:ſicut apud veteres fuit vſitatum.Inde Forculus Deus dictus,qui præeſt foribus:ſicut Cardea cardini,Limentinus limini.*Sonus.*]Sic Virg.Foribus cardo ſtridebat ahenis. *Vexillarius.*] ductor ac ſignifer:verbum militare. Vexillationes,equitum alæ ſunt Vegetio. Ordo in Romana militia,ſexagenos milites,duos centuriones,vexillarium vnum habebat:vt docet Liu.lib.8.Tribus ex vexillis conſtat ordo: primum vexillum triarios ducebat, ſecundum rorarios,tertium accenſos. Sunt autem rorarij milites,qui leui armatura primi prælium committebant : dicti à rore,quòd ferè antè rorat quàm pluit. Vexillum rolei coloris erat, quo pedites euocabantur:cæruleum verò,quo equites. Autumat Seruius,vexillum dici à veli diminutione.Contrà M.Tul.in Oratore,velum ex vexillo factum contractione verbi docet: literã enim vaſtiorem,vt verbis eius vtar,ex maxillis & axillis,& vexillo & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. *Omnium bipedum nequiſſimus.*] Ex illo Salluſtiano ducta elocutio:Iugurtha homo omnium,quos terra ſuſtinet,ſceleratiſſimus. Plin. in epiſtolis:Regulus,inquit,omnium bipedum nequiſſimus. Ab aliis dicitur de homine improbo: Non ſolùm bipedum,ſed etiã quadrupedum nequiſſimus.*Obnixum ſilentium.*]omni nixu conatúque cuſtoditum,ſine vllo ſonitu,& anhelatione cohibita. *Nixu,*]conatu & impetu. *Offigit.*]affigit,connectí'que.Ob enim pro ad,in frequenti vſu eſt eruditorum:vnde oboritur,pro adnaſcitur:& ob os,ad os:& obmoueto,pro admoueto dicebatur. Omnes occiſi occenſíque,dixit Ennius,pro accenſi. *Patibulum relinquens.*] id eſt , ita affixum,quemadmodùm in patibulo affigi ſontes ſolent.Patibulum eſt crux,vocabulo notiſſimo.Salluſtius: Patibulo eminens affigebatur. Aliàs patibulum ferra ſignificatur,qua hoſtia occluduntur:ex eo quòd hac remota , ianuæ pateant.Hoc ſignificatu accipi videtur à Catone,cùm ait:Fiſcinas, corbulas,quala,ſcalas,patibula omnia,quis vſus erit,in ſuo quæque loco ponito.Vbi quala intelligit caniſtra. *Curguſtioli.*]tuguriunculi,& domunculæ,de quo ſuprà.Plautus ligellum dixit pro tuguriolo,in Aululatia,hiſce verbis : Tu à ligello fuiſti,qui exis foras. Id Plauti teſtimonium aduocat Nonius, quod nuſpiam extat in Plauti codicibus:niſi forſan legebatur is verſus in ea par-

Digitized by Google

te fabulæ,quæ intercidit.Eſt enim Aulularia mutilata. Ego exiſtimo verba hæc Plautina à Nonio citata,eſſe illa quæ vulgò ſic leguntur: Clamat continuò fidem, de ſuo tigillo fumus ſi quà exit foras.nam ſi ſyllabatim perpendas ſingulas dictiones,facilè liquebit inuerſa eſſe,& deflexa verba archetypo:& illa pro tigillo,legemus ligello in Plautina fabula,ſi Nonio credimus.*Contentiſſima.*]ſublatiſſima,vocaliſſima. Duplex vis orationis eſt:altera contentionis,altera ſermonis.Contentio quę acrior eſt & concitatior,tribuitur actionibus forenſibus: ſermo in circulis congreſſionibúſque familiarium verſatur. Contentionis rhetorum præcepta ſunt, nulla ſermonis: quanquam M. Tullius quædam veluti præcepta dat in primo de Officiis. *Salutis communis.*]Horatius:Nam tua res agitur,paries cùm proximus ardet. *Diffamat.*]diuulgat.*Suppetiatum.*]auxiliatum. Suppetias auxilium dicimus:de quo verbo ſuprà affatim,& apud Suetonium.

*Tunc nos in ancipiti periculo conſtituti,vel opprimendi noſtri,vel deſerendi ſocij, medium è re nata validum, eo volente,*commiſimus. Anteſignani noſtri partem, qua manus humerum ſubit, ictu per articulum medium * temerato,prorſus * abſcindimus: atque ibi brachio relicto, multis lacinys offulto vulnere,ne ſtillæ ſanguinis veſtigium proderent,cæterùm Lamathum raptim reportamus. Ac dum trepidi regionis vrgemur graui tumultu, & inſtantis periculi metu terremur ad fugam, nec vel ſequi properè,vel remanere tutò poteſt, vir ſublimis animi, virtutíſque præcipuus,multis nos affatibus,multíſque precibus * querens adhortatur, per dextram Martis,per fidem ſacramenti, bonum commilitonem cruciatu ſimul & captiuitate liberaremus. Cur enim manu, qua rapere & iugulare ſola poſſet, fortem*

Medium.]Corrige, *remedium. E re nata.*] ex occaſione rei præſentis capto conſilio, vt iam dictum eſt. *Commiſimus.*]Lego, *comminiſcimur*, id eſt, excogitamus, inuenimus. *Anteſignani.*] quem ſuperiùs vexillariũ nominauit,modò anteſignanum appellat, vocabulo peræquè militari: anteſignanos, enim,vt verbo ipſo declaratur,milites dicunt, qui ante ſigna ſunt,quos tã quam duces reliqui ſequuntur. Apud Vegetium anteſignani dicuntur Campigeni:

fortem latronem ſuperuiuere? Sat ſe beatum, qui manu ſocia volens occumberet. Cúmque nulli noſtrûm ſpontale parricidium ſuadens, perſuadere poſſet, manu reliqua ſumptum gladium ſuũ, diúque deoſculatus, per medium pectus ictu fortißimo tranſadigit. Tunc nos magnanimi ducis vigore venerato, corpus reliquum veſte linea diligenter conuolutum, mari celandum commiſimus: & nunc iacet noſter Lamathus elemento totq ſepultus. Et ille quidem dignum virtutibus ſuis vitæ terminum poſuit.

ideòſic nominati, quia eorum opera atque virtute exercitij genus creſcit in campo. *Temerato.*] Corrige, *temperato*, quaſi tẽperamento quodam librato. *Per articulum mediũ.*] Ex diſciplina ſectionis ita membra abſcinduntur ferramẽto, per articulum temperato, vt reliquum corpus ſeruetur incolume. Ideóque chirurgus, vt ſcitè præcipit Celſus, eſſe debet adoleſcens, manu ſtrenua, ſtabili, nec vnquam intremiſcente. Archagathus Peloponenſis, à ſæuitia ſecandi vrendíque vulnerarius vocatus fuiſſe fertur. *Multis lacinijs.*] Signat vulnus obligatum obuolutúmque fuiſſe, atque conſtrictum multis pannis, linteolíſque ne guttæ ſanguinis ad terram procidentes facinus detegerent, & ſecutoribus proderent veſtigia. *Cæterum.*] ſine brachio truncum, truncatúmque. *Religionis.*] Purior lectio eſt, *Regionis.* Conſimiliter Virgil. Ignari hominúmque locorúmque Erramus. *Affatibus.*] allocutionibus. Virgil. Quonam ambire furentem Audeat affatu. *Per fidem ſacramenti.*] Sacramento militari óbligati milites iurant, omnia ſe ſtrenuè facturos quæ præcepit imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Repub. Hinc ſacramenta pro militibus vſurpant eruditi. Iuuenalis: Commoda nunc alia atque alia emolumenta notemus Sacramentorum. Autumant eruditi, militiam eorum propriè legitimam eſſe, qui ſinguli iurabant pro Repub. ſe cuncta facturos, nec diſcedebant, niſi completis ſtipendiis: ídque ſacramentum vocabatur. Nunc parili ſacramento latrocinalis ſocietas obſtringitur. *Commilitonem.*] Commilites, & commilitones dicti, vnà militantes: Commanipulones quoque, quaſi eiuſdem manipuli: & commanipulatio dicta, ſocietas commanipulonum. Spartianus: Idem ob vnius gallinacei direptionem decem commanipulones, qui raptum ab vno comederant, ſecuri percuti iuſſit. Item: Iuſſit vt tota

latiorem feneſtram forinſecùs nobis ſtylis rapienda diſpergere. Cúmque iam cuncta rerum gnauiter emolitus, nec toro quidem anicula quieſcentis parcere vellet, eáque lectulo ſuo deuoluta, veſtem ſtragulam ſubductam ſcilicet iactare ſimiliter deſtinaret, genibus eius profuſa ſic nequiſſima illa deprecatur: Quid, oro, fili, paupertinas, pannoſáſq; reculas miſerrima anus donas vicinis diuitibus, quorum hæc feneſtra domum proſpicit? Quo ſermone, callido deceptus aſtu, & vera quæ dicta ſunt credens Alcimus, verens ſcilicet ne & ea quæ priùs miſerat, quæque poſteà miſſurus foret, non ſocijs ſuis, ſed in alienos Lares iam certus erroris abijceret, ſuſpendit ſe feneſtra, ſagaciter perſpecturus omnia: præſertim domus attigua, quam dixerat illa, fortunas arbitraturus. Quod eum ſtrenuè quidem, & ſatis improuidè conantem, ſenile illud facinus, quanquam inualido, repentino tamen, & inopinato pulſu nutantem ac quin attonitum, præceps inegit. Qui pendulum, & in proſpectu alio-
*præter altitudinẽ nimiam, ſuper quendam etiam vaſtiſſimum lapidem propè iacentem decidens, perfracta * diffuſáque crate coſtarum, riuos ſanguinis vomens, primitùs narratis nobis quæ geſta ſunt, non diu cruciatus, vitam euaſit. Quẽ prioris exemplo ſepulturæ traditum, bonum ſecutorem Lamatho dedimus.*

cimus volentes. *Obliſis faucibus.*] ſuffocatis: oblidere enim & elidere, eſt volentes præfocare, ſtrangularéque. M. T. pro Scauro: Libertus patronum non occîdit, ſed duobus digitulis gulam obliſit. *Interſtinguere.*] penitùs extinguere. *Forinſecùs.*] foris, extrinſecùs: eadem enim forma intrinſecùs, extrinſecùs, forinſecùs, altrinſecûs, & alia hoc genus dicuntur. *Gnauiter.*] ſtrenuè & velociter, contrarium eſt ignauiter. A nauium velocitate nauus dictus, & gnauus: cuius contrarium eſt ignauus. *Anicula.*] vetulæ; & per ſimplex, n, ſcribitur, prima correpta: aliàs annicula geminato, n, dicitur vnius anni. *Veſtem ſtragulam.*] qua ſcilicet inſtratus erat torus. *Genibus profuſa.*] ad genua

Alcimi procumbẽs:ea enim ſunt miſericordiæ conſecrata. Genua ſupplices attingunt,ad hæc manus tendunt,hæc vt aras adorant. *Paupertinas.*] Penultima producta pronuntiandum eſſe docet Sidonius, qui ait: Angulus iſte placet,paupertinúsque receſſus. *Reclusas.*] Legendum reculas , ex auctoritate Priſciani, qui ſcribit,nomina quintæ declinationis fœminina , abiecta s , aſſumere cula,& facere diminutiua : vt dies , inquit, dieçula : res,recula. Plautus in Ciſtellaria : Siquidem imperes pro copia,pro recula. Nomine recularum pannoſarum expreſſit ſignificanter tenuiculum patrimonium,& ſupellectilem oppidò quàm puſillam. Nam appellatione rei opes ſignificantur. Horatius:Vt rem facias,rem Si poſſis rectè:ſi non, quocunque modo rem.& apud Auſonium:non auxi,non minui rem. Præterea nomine rei notatur imperium,lis,& coitus. Auſonius : Imperium, litem,Venerem,cur vna notet res,Refert M. Tul. nondum inter iuriſconſultos eſſe conſtitutum , vtrùm rem an litem dici oporteat.*Callido aſtu.*]aſtutia vafriciáque anili.Græci vocant ἀστυ ciuitatem.vnde illud Terentianum: Iam in aſtu venit.Inde aſtus pro aſtutia,&aſtuti homines dicti,quoniam qui habitant in vrbibus, hi callidiores fermè ſunt ruſticis rupiconibus. Aſtu pro aſtutè aduerbio vſus eſt Terentius in Eunucho , vt interpretatur Donatus. *Sociis ſuis.*] qui forinſecùs excipiebant , quæ ab Alcimo deiiciebantur.*Suſpendit.*]librauit, & veluti ſuſpenſum ac pendulum ſeſe fecit,cauſa perſpiciendi.*Attigue.*] proximæ & coniunctę. *Fortunas arbitraturus.*]opulentias diuitiáſque inſpecturus,contemplaturúsque. Arbitrari enim eſt interdum ſpeculari : vnde arbitri dicti ſpectatores. Plautus: Ne arbitri noſtri dicta noſtra arbitrari queant. *Senile illud facinus.*] Aſperiùs ſignificantiúſque appellauit ſenile facinus, quàm ſi vetulam facinoroſam dixiſſet.ſic Lucilius:Carcer vix carcere dignus. ſic & Epigrammatarius poeta:Non vitioſus homo es,Zoile,ſed vitium. *Præceps inegit.*]egit in præceps atque præcepitium.Præpoſitionem addidit verbo,quæ nomini fuerat copulanda. *Diffuſa.*] Corrige , *diffiſſa:* ſignat enim coſtas Alcimi decidentis fuiſſe diſruptas, diſſipatáſque.*Crate coſtarũ.*] Virgil.Et cratem pectoris enſe Tranſadigit. Ouid.quoque in 12. Quæ laterum cratem perrupit. Coſtæ homini tantum octonæ ſunt,ſuibus denæ,cornigeris 12.ſerpentibus triginta. Pectus homini tantùm latum , reliquis carinatum, quod coſtarum quaſi crates nominantur. *Vitam euaſit.*]mortuus eſt.*Prioris exemplo ſepulturæ.*]Denotat Alcimum quoque in mare deiectum fuiſſe,habuiſſéq; ſepulturam Lamathi ſepulturæ comparem.vt inquit Horatius:Exitio eſt auidum mare nautis.

Tum

*Tunc orbitatis duplici plaga petiti, iámque Thebanis conatibus abnuentes, Plateas proximam conscendimus ciuitatem: *vbi fama celebrem quendam nomine Democharem munus edituru gladiatorium deprehendimus. nã & genere primarius vir, & opibus pluribus, & liberalitate præcipuus, digno fortunæ suæ splendore, publicas voluptates instruebat. Quis tantus ingenij, quis facundiæ, qui singulas spẽcies apparatus multiiugi verbis idoneis possit explicare? Gladiatores isti famosæ manus, venatores illi probatæ pernicitatis, alibi noxij, perdita securitate, suis epulis bestiarum saginas instruentes. Confixilis machinæ sublicæ turres tabularum nexibus, instar circumforaneæ domus, floridæ picturæ, decora futuræ venationis receptacula. Qui prætereà numerus? quæ facies ferarum? Nam præcipuo studio forensi, etiam aduexerat generosa illa damnatorum capitum funera.*

Duplici plaga.] Ob iacturam scilicet duorum, Lamathi, & Alcimi. *Petiti.*] perculsi. vnde & cornupetæ boues dicti, qui cornu petunt, id est feriunt, appetúntque: & petitiones dicimus impetus, insultúsque gladiatorum. M. Tull. Quas ego tuas petitiones ita conjectas, vt vitari nullo modo possent, leui declinatione defugi. *Abnuentes.*] Quasi dicat: Iam damnantes conatus nostros apud Thebas, vt in prosperos, infaustósque, profecti sumus ad ciuitatem proximam Platearum. Sunt enim Plateæ in Bœotia, sub Citherone monte, haud longè Thebis: quas εὐρυχώρους, id est, singulari numero protulit Homerus. A latitudine remorum Plateas appellatas autumat Strabo, atque Plateenses remigationis quæstu victitare: cui subscribere videtur Plinius, qui ait Plateas inuenisse remi latitudinem: nam Græcè πλάτη remus, πλάτος latitudo: inde πλατέια platea dicta, quia lata. Interdum media plateæ syllaba productè pronuntiatur, interdum corripitur: vt apud Horat. Puræ sunt plateæ, nihil vt properantibus obstet. Hinc Ausonius festiuiter ludens dixit, nomen plateas perdere: cùm significare vellet, plateas, quæ à latitudine nomen mutuantur, præturba angustas fuisse & arctas, adeò vt nomen suum, hoc est latitudinis, perdere viderẽtur. *Munus edituru gladiatorium.*] Edito-

res ſpectaculi gladiatorij ſcito vocabulo munerarij nominãtur: quia & id muñus vocatur, tanquam eo ſpectaculo perinde ac munere donóq; gratiſſimo populus capiatur, deliniatúrque. Scribit Lactant. lib. 6. diuinarũ Inſtitutionũ, venationes Saturno attributas eſſe, quæ munera vocãtur. Apud ſcriptores omnes hæc loquendi elegantia vſurpatur: vt munerum nomine ſpectacula ferarum, & ludi gladiatorij ſignificentur: ſuper quo apud Suetonium ſatis multa. Cyprianus perorans in ludũ gladiatorium: Homo, inquit, occiditur in hominis voluptatem. Diſciplina eſt, vt perimere quis poſſit: & gloria eſt, quòd peremit. Celebritatẽ hanc gladiatoriam omni ſolitudine ait eſſe triſtiorem. ¶Tertull. quoque damnans ethicorum mores: De veſtris, inquit, ſemper beſtiæ ſignantur, de veſtris ſemper munerati noxiorum greges paſcuntur. Editurum autem pro exhibiturum, perditurúmque dixit ſignificanter. cùm munerarij exhibentes ludos edere dicantur: vnde editores dicti, qui exhibent ludos. Sueton. in Cæſare: Edidit ſpectacula varij generis. Spartianus. Edita munera, in quib. Elephantos & corocœtas exhibuit, item centum leones vna miſſione edidit. Quod autẽ ait corocœtas exhibitas, corrige crocrutas. Eſt enim crocruta Plin. Solin. cæteris, fera naſcens in Æthiopia, dentibus omnia frangens, protinúſque deuorata ventrali calore conficiens: ex cane & lupo concipi tradunt. *Formæ.*] Purior lectio & congruentior eſt, fortunę, quàm formæ. *Multiiugi.*] multiplicis & varij: multiiuga enim dicimus multa & numerosa. Vbi annotandum, ſicut in poſtliminio, meditullio & legitimo, illud liminium, & tullium, & timum, nihil omnino deſignant: ſic in multiiugo, prima pars multum ſignificat, reliqua vocabuli pars protractionem ſolam eſſe demonſtrat. Eadem forma dixit Auſonius teriuga milia pedum, pro tria milia pedum metricorum. *Famoſæ manus.*] Proprium gladiatorum eſt, vt famoſi dicantur: quod magis ad infamiam, quàm ad famam refertur. tales enim (quod iuriſconſulti docent) notantur infamia. Sunt autem in gladiatoribus manus quæ ſecundæ vocantur, ſi prima ad euocandum aduerſarij ictum prolata erit: fiunt & tertiæ & quartæ, ſi geminata captatio eſt. Hinc apud Plinium ſecundanus & tertianus accipiuntur ab recentioribus, pro gladiatoribus ſecundarum & tertiarum manuũ: ex eo videlicet, quòd feſſis primis ſecundi, ſecundis tertij, in gladiatura ſuccederent. Gladiatorum autem multa genera & varia nomina produntur. Namque alij mirmillones, alij Thraces dicti: qui inter ſe propriè opponuntur. Quod & Auſonius docet illo verſu: Quis mirmilloni contenditur? æquimanus Thrax. A Thra

ce

ce gladiatore, Threcidicus gladius,& arma Threcidica dicuntur. Obiter corrigendus eſt, explicandúſque apud Ciceronem locus,qui in 7. Antoniarum ita ſcribit: Mirmillo in Aſia depugnauit,cùm ornaſſet Theciditis comitem, & familiarem ſuum: Proximo anno,cùm publicè profiterer illas orationes, commonui auditores, vt meo quidem periculo pro Theciditis emendarent Threcidicis:ac dixi,à M. T. taxari L. Antonium, quem mirmillonem vocat,hoc eſt gladiatorem Aſiaticum:quòd Threcidicis,id eſt,gladiatoriis armis & armatura gladiatorum, qui Thraces peculiari vocabulo nominantur,ornauerit comitem & familiarem ſuum.eúmque mox in gladiatoria pugna iugulauerit.Aſtipulatur huic opinioni noſtræ idem ipſe Cicero,qui in ſuperiore Philippica in eundem L.Antonium dixerat: O impudentiam incredibilem, tantúmne ſibi ſumpſit, quia Mylaſſis mirmillo Thracem iugulauit,familiarem ſuum? interpretes Philippicarum per incuriam labuntur. Auſonius ſcribens de Commodo imperatore, qui fuit gladiator, inquit: Threcidico princeps bella mouens gladio.Præterea in ordine gladiatorum ſecutores, retiarij,arenarij,beſtiarij, meridiani nominantur.*Beſtiarum ſagi-nas.*] Damnatos ad beſtias deſignat, de quibus Paulus iuriſconſultus ſic ſcribit: Ad beſtias damnatos fauore populi præſides dimittere non debent.Sunt & gladiatores quidam beſtiarij nominati,ex eo quòd aduerſus beſtias in ſpectaculis depugnant auctor eſt Vlpian. eos qui operas locauerunt vt cum beſtiis depugnarent,notari infamia. Beſtias autem accipere debemus ex feritate magis,quàm ex animalium genere. Tertullianus in Apologetico:Non publicè liberaliùs diſcumbo,quod beſtiariis ſuper me cœnantibus mos eſt.Ludus erat apud veteres,in quo beſtiarij erudiebantur ad pugnam beſtiarum. Scribit Seneca, quod dignum ſcitu eſt,in 10. Epiſtolarum: in ludo beſtiariorum, vnum cùm ad matutina ſpectacula pararetur, ceſſiſſe ad exonerandum corpus: ibíque lignum id quod ad emundanda obſcœna adhærente ſpongia poſitum eſt, totum in gulam faciſſe,& ita præcluſis faucibus ſpiritum emiſiſſe. Apud Appionem,qui Polyhiſtor appellatus eſt,hiſtoria luculentè graphicéq; explicatur,Androdi ſerui, qui ad pugnam beſtiarum à domino datus eſt. Nati ſub ſidere caniculæ,erunt venatores,arenarij,parabolarij,& qui ſub conſpectu populi in caueis cum feris pugnét: auctor Iulius Firmicus in 8.Matheſeos:apud quem verbum illud paraboları̯ exiſtimo legendum eſſe pyrobolarij, vnius tantùm literæ immutatione:vtſignificétur iaculatores pyrobolorũ.Sunt

autem pyroboli tela ignita & ardentia ; quæ cum flammâ mittuntur:quorum meminit Plutarchus in Dione,ſcribens,pyrobolorum incendio complures extinctos.Qui ad beſtias damnabantur,largiore cibo implebantur , vt pingues & ſaginati inſtruerent ſaginam ferarum.Hinc illud Cypriani:Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus,& aruinæ toris membrorum moles robuſta pingueſcit, vt ſaginatus in pœna carnis pareat. Quintilianus quoque in gladiatore,in hanc ſententiam:Alebat, inquit, denotum corpus,pravior omni fame ſagina.In quarto Propertij commentario ſcripſi,verſum illum ad hunc intellectum eſſe referendum: Qui dabit immundæ vænalia fata ſaginæ.Sagina autem pinguitudinem ſignificat.& ſaginare,pinguefacere.ſaginarium apud Varronem accipitur pro aniario,locóque ſaginæ,vbi aues incluſæ ſaginantur, & ſaturitate perglifcunt. Sagena verò genus eſt retis piſcatorij cuius mentio fit in Euangelio. *Confixilis.*]Erat,inquit,machina ſublicis ſiue longurijs compacta,confixáque,& ob id confixilis dicta. Sublicas autem pertícas vocamus,& palos ligneos.vnde pons Romæ ſublicius dictus , qui ex ſublicijs ſtructus,totus erat ligneus ſine ferreo clauo: ita compactus,vt trabes ſine fulturis eximerentur:quod factum eſſe videri vult Plin. poſteaquàm Horatio Coclite defendente ægrè reuulſus eſt. Cæſar in deſcriptione Rhenani pontis inquit : Non ſublicæ modo directæ ad perpendiculum,ſed pronę ac faſtigiatæ, vt ſecundum naturam fluminis procumberent. *Circumforanea domus.*]Circunforanea domus à circumferendo dici videtur:accipitúrque pro ea quæ mobilis & ambulatoria eſt, facilíſque ad circumferendum, vel verſatilis in circuitum. Circumforanei verò homines dicuntur,qui circa fora & conciliabula vagantur, fucis & ſtrophis captantes quęſtum:quales ſunt pharmacopolę. M.Tullius in oratione pro Cluentio : Tum repentè Anconitanum quendam L.Clodium,pharmocopolam circumforaneum, qui caſu tum in Latiũ veniſſet, aggreditur Hieronymus quoque in epiſtola ad Domnionem ſcribens inquit : Neſcio quem de triuio,de compitis, de plateis circumforaneum monachum rumigerulum concionari aduerſum me.*Præverè numerus.*]Pronunciatione adiuuandum eſt. Significatur enim quantus , & quàm copioſus. *Studio forenſi.*] Senſus eſt : Demochares munerarius ſecum aduexerat reos , ſententia iudicum damnatos in actione forenſium cauſarum,vt eos mox exhiberet ad gladiatoriam pugnam.Vel,quod verius puto,intelligit generoſos etiam dãnatos aduectos eſſe à Demochare,dũ ille tenetur præcipuo ſtudio foren ſi,hoc eſt gladiatorij ſpectaculi deſiderio trahitur : quod ſtudiũ

forenſe

forenſe appellat, propterea quòd in foro talia munera dabantur. quod Victruuius & Pedianus Aſconius docent.

Sed præter cæteram ſpecioſi muneris ſupellectilem, totis vtcunque patrimonij viribus immanis vrſæ comparabat numerum copioſum. Nam præter domeſticis venationibus captas, præter largis emptionibus partas, amicorum etiam donationibus varijs certatim oblatas, tutela ſumptuoſa ſolicitè nutriebat. Nec ille tam clarus, támque ſplendidus publicæ voluptatis apparatus, Inuidiæ noxios effugit oculos. Nam diutina captiuitate fatigatæ ſimul, & æſtiua flagrantia macerate, pigra etiam ſeßione languidæ, & repentina correptæ peſtilentia, penè ad nullum rediere numerum. Paßim per plateas plurima cernere ea cêre ſeminuiorum corporum ferina naufragia. Tunc vulgus ignobile, quos inculta pauperies ſine delectu ciborum, temuato ventri cogit ſordentia ſupplementa & dapes gratuitas conquirere, paßim ad iacentes epulas accurrere.

Muneris ſupellectilem.] apparatum ludi gladiatorij. *Immanis vrſa.*] pro immanium vrſarum, ſingularis pro pluratiuo: quod genus elocutionis eſt vſitatiſſimum. *Partas.*] paratas. *Publicæ voluptatis.*] Talia enim ſpectacula ad voluptatem maximè publicam pertinent, & plebeculæ oculos paſcũt. Vnde & Democharis nomen ſcitè fictum videtur, quo gratia populi ſignificatur. *Inuidiæ oculos.*]Ouidius toruos oculos & aciem obliquam dat inuidiæ: quæ, vt ipſius verbis vtar, Nõ fruitur ſomno, vigilantibus excita curis: Sed videt ingratos, intabeſcítque videndo Succeſſus hominũ, carpítq; & carpitur vnà. Inuidię nomẽ dictũ eſſe autumat M.T. à nimis intuẽdo fortunã alterius. ex quo illud Actianũ: Quiſnã florẽ liberũ inuidit meũ: pro eo quod eſt, quiſnã flori inuidit meorũ filiorũ. Veteres.n. vt videre, ſic inuidere florẽ, rectiùs dici exiſtimabant, quã flori: quod & Quint. annotat, & nos in tertio Quæſt. Tuſc. cõmentario explicauimus. Eſt.n. inuidia, ſiue inuidentia, ægritudo ex alterius rebus ſecũdis. Diſtat ab odio, quoniã odimus malos, inuidemus fortunatis: odiſſe nos palàm profitemur, inuidiã diſſimulamus: odiũ ex alieno vitio, inuidia ex aliena virtute & bonis exoriũtur: odiũ cadit in brutas animãtes, inuidia in hominẽ tantũ, vt ſubtiliter diſparauit diſtinxítq; Plu-

tarchus in libro de inuidia & odio. φθόνον Græci appellant. Olim Apelles imaginem inuidiæ graphicè & scienter pinxit in tabula: cuius rei Lucianus quoque commeminit, & nos mentionem fecimus in libello de Optimo statu. *Æstiua flagrantia.*] calore æstiuo & æstu flagrantissimo vexatæ. Flagrantia autem caloris corpora macerari, dissoluíque testatur & Galenus in commentario Aphorismorum: & nos quotannis experimur. Nam cùm hyeme & in frigidis temporibus sim habitior, æstiui caloris impatiens fio emaciatus: sentióque id esse verissimum, quod Galenus, & ante Galenum Cor. Celsus, prodiderunt: æstatem iuuenibus esse inimicitiorem, senibus amiciorem: sicut econtrariò hyems senibus inimica, iuuenes fouet & roborat. *Sessione languidæ.*] dum sedendo & otiando in cauea continentur, languorem contraxere. Ignauia enim (vt inquit verissimè Celsus) corpus hebetat: &, vt auctor est Galenus, impossibile est corpora, sessione desidiáque torpentia, diu bene valere: adeò exercitatio necessaria est cunctis non solùm hominibus, sed etiam brutis animalibus, quæ cuncta conualescunt. & (vt refert Vegetius) plus quotidiana exercitia ad sanitatem creduntur prodesse, quàm medici. & econtrariò otium & desidia languorem progenerant, iuxta illud: Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus. Nil igitur mirum, si vrsæ, quarum natura alioqui agitabilis est, captiuitate & æstu, nec non ex sedentaria ignauia languentes, pestilentia extinctæ sunt. Scribit Plinius noster, vrsos veterno pinguescere. Inualidissimum vrso caput, ideóque sæpe in arena colaphis exanimantur. Annotauere annales, Domitium Ænobarbum in ædilitate vrsos Numidicos centum in circo dedisse. *Correptæ pestilentia.*] Obseruatum est, pestilentiam magna ex parte incipere à brutis animalibus. Sic apud Virg. Ouidium, cæteros, prima strages bestias populatur. Ita apud Homerum primò canes, mox reliqua conficiuntur pestilentia. Causæ autem pestilentiæ plures traduntur. Namque aut ira Deûm, aut intemperie cœli, aut coruptis aquis, aut noxio terræ halitu exoritur pestilentia. Nimietatem frigoris aut caloris, vel humoris, vel siccitatis, pestilentias gignere, Philosophi & illustres medici prodiderunt. Pandemos appellatur species luis siue pestilentiæ, quæ efficit in atidioribus locis agentes caloribus crebris interpellari: & Loimodes, quæ temporaria quidem est, sed volucri velocitate letabilis. Lucretio pestilitas dicitur pestilentia, in quam animalia, præter homines, cætera proniora sunt: vt inquit Ammianus Marcellinus. *Ferina naufragia.*] Decenti translatione ferina naufragia dixit stragem vrsarum, quæ pestilentia correptæ animam agebant

bant ſemiuiuis vixque ſpirantibus corporibus, ſicut naufragi ſubinde periclitantur. *Inculta pauperies.*]Egeſtas duris in rebus vrgens cogebat egeſtoſos, ſordidámque plebeculam accurrere ad cadauera vrſarum iacentium,& inde dapes inemptas ventri eſurienti latrantíque ingerere. Talis enim paſtus eſt mendicitatis,& eorum,quos Plautus appellat hominum mendicabula.Pauperies ſignificat egeſtatẽ,mẽdicitatémq;:paupertasverò honeſtę parſimonię nomen eſt,quã in apologia Apuleius noſter prędonio laudis extollit.Hora.pauperiem immundam cognominat,eámque deprecatur illo verſu: Pauperies immunda domus procul abſit. Apud Græcos πένης ſignificat paupertatem, πτωχὸς verò mendicitatem pauperiémque.Hinc ſcitè Ariſtophanes in Pluto. πτώχου μὲν γὰρ βίος ζῆν ὄντα μηδὲν ἔχοντα, τὸν δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον: Mendici inquit,vita quidem eſt,nihil habentem viuere: pauperis verò,viuere ad parſimoniam. Aliàs pauperies damnum dicitur,vt apud iuriſconſultos liquet,& iam dictum eſt. *Epulas accurrere.*]ad epulas currebant.

Tunc è re nata ſubtile conſilium ego & iſte Babulus tale comminiſcimur. Vrſam, quæ cæteris ſarcina corporis præualebat, quaſi cibo parandam portamus ad noſtrum receptaculum, eiuſque probè nudatum carnibus corium, ſeruatis ſollerter vnguibus, ipſo etiam beſtiæ capite ad vſque confinium ceruicis ſolido relicto, tergum omne raſura ſtudioſa tenuamus: & minuto cinere perſpergimus, Soli ſiccandum tradimus. Ac dum cœleſtis vaporis flammis exa murcatur, nos interdum pulpis eius valenter ſaginantes, ſic inſtanti militiæ diſponimus ſacramentum: vt vnus è numero noſtro, non qui corporis adeò, ſed animi robore cæteris antiſtaret, atque is in primis voluntarius, pelle illa contectus, vrſæ ſubiret effigiem, domúmque Democharis illatus, per opportuna no-

Tunc nacti.] id eſt excogitantes. Sed ego legere malim, Tunc è re nata: quæ locutio Apuleiana eſt, & ſententiæ congruens, de qua ſuperiùs ſcripſi. *Babulus.*] nomen proprium latronis. Quid ſi legas, Bardulus, ducto à tarditate nomine. Bardus enim ſtultus appellatur, dictione inflexa à Græco. Illi enim βαρδοὺς dicunt. Quid ſi barbulus, à barba, tanquam barbatulus. Nã & Barbula Romani cõſulis nomẽ eſt, apud

Liuium. *Quaſ cibo parando.*] vt ex ea cibum pararemus, & viſino paſtu ſaginaremur. *Aduſque confinium.*] vſque ad confinium. Sic Virgil. Atrides Protei Menelaus ad vſque columnas. Ad vſque autem ſic eſt dictum, quemadmodum abuſque: nam cùm præpoſitioni nunquam cohæreat, abuſque & aduſque licenter admiſſum eſt. *Raſura.*] vt tonſura, ſic raſura dicta, pro ipſa (vt ita dicam) raſione. *Tergum.*]pellem & corium. Virg. dixit Tergora diripiunt coſtis: pro, coria & pelles detrahũt. Caper grammaticus tergũ à tergore ſic diſtinguit: Terga, inquit, hominis ſunt: tergũ ſingulariter facit. Quadrupedũ erit tergus: pluralis tergora, i. coria. Quòd ſi vera eſt Capri obſeruatio, tergũ pro tergus ἀνώμαλον, i. impropriè poſuit: ſed finitiones grãmaticas vſq; quaq; ne ſpectaueris, quas nõ minùs ſcitè quã verè fœcutinas & prærancidas appellat candidiſſimus ſcriptor A. Gellius: auctoritas. n. ſummorũ in eloquentia virorũ, qui indiſcriminatim talia vſurpãt, pro ratione habenda eſt, & ad eã veluti ad anchorã confugiendũ. *Examurcatur.*]repurgatur, ſiccefcit, ſanie ac madore ſanioſa quaſi amurca exuitur, liberatur. Examurcare. n. verbũ eſt cõmenticium, & perinde elegans, oleo conueniens, quod examurcari dicitur, quando ab amurca liquatur, defæcatúmque fit. Amurca autem, quam ſuper omnia celebrauit laudibus Cato, ſanies olei eſt. Amurca fit ex aquis, ſideò ficcitatibus minima, riguis copioſa. Plin. ait, oleum in amurca deterius fieri: & fracibus, quæ

ctis ſilentia nobis ianuæ faciles præſtaret aditus. Nec paucos fortiſſimi collegij ſolers ſpecies ad munus obeundum arrexerat. Quorum præ cæteris Thraſyleon factionis optione delectus, ancipitis machinæ ſubit aleam. Iámque habili corio, & mollitie tractabili, vultu ſereno ſeſe recondit. Tunc tenui acumine ſummas oras eius adæquauimus, & iunctura rimam, licèt gracilem, ſetæ circumfluentis denſitate ſepimus: ad ipſum cõfinium gulæ, qua ceruix fuerat execta, Thraſyleonis caput ſubire cogimus: paruiſque reſpiratui, circa nares & oculos datis foraminibus, fortiſſimũ ſocium noſtrum prorſus beſtiam factum, immittimus caueæ, modico præſtinatæ pretio, quam conſtanti vigore feſtinus irrepſit ipſe. Ad hunc modum prioribus inchoatis, ſic reliqua fallaciæ peregimus.*

ſunt

ſunt oliuarum carnes:ideóque ſæpius in die decapulandũ.Eſt autem decapulare Plinio, vt id in tranſcurſu annotemus, deplere, dehaurire,euacuare:à capulis ducto verbo,quæ ſunt vaſa anſata. Vnde & capulator Catoni & Columellæ, qui concha & capulis oleum deplet ac tollit in torculario ex labris plumbeis, quod vaſis genus eſt, in labra fictilia diffundit. Apud Columellam verbum eſt Exaniatur,quale hoc examurcamur: neque intellectu abſimili.eſt enim exaniari, exudando ſiccari.ſic enim ait in 13.Compoſitis ſupra tabulatum tergoribus aut fruſtis vaſta pondera imponito, vt exanietur:hoc eſt, quaſi ſanie ſalſuræ expurgetur.Cor. quoque Celſus in quinto ait, Sanie exaniare vulnus pro eo quod eſt,ſanie educta ſiccare. *Sacramentum.*]Sicut in legitima militia obſtringebantur, ita ſacramento latrocinali obſtrictos diſpoſuiſſe quid agendum foret. *Inſtanti.*] præſenti, imminenti.Grammatici inſtans tempus appellant, præſens. *Non qui corporis.*] Ad magna negotia obeunda non tam opus eſt corpore robuſto, quàm animo firmo, intrepidóque iuxta illud Virgilianum:Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo. Etenim animi robur omni telo præſtantius eſt,omnibúſque viribus corporis anteponendum. *Antiſtaret.*]præſtaret,antecelleret.Catullus: Antiſtas mihi militibus trecentis.Antiſtitium eleganti vocabulo dicitur excellentia quaſi quædam, & faſtigium dignitatis.Martian. Capella. Antiſtitio præminebat Athanaſia. *Noctis ſilentia.*] Nox,vt inquit Papin.fœcunda operum eſt,& pulchræ accommoda fraudi.Diſponunt latrones inter ſe, vt eo cœtu animoſior ſub vrſæ ſpecie velut vrſa dono deferatur ad Democharem,cupitorem talium ferarum: vt mox noctu ianuam repandat ſociis, vt ita impunè furari poſſint. *Collegij.*]ſcilicet latronum: eſt enim collegium μίσον.Apud iuriſconſultos titulus eſt de illicitis collegiis,vbi Martian. ſic inquit: Collegia ſi qua fuerint illicita,mandatis & conſtitutionibus & Senatuſconſultis diſſoluuntur. Inibi quoque ſodalitia interdicuntur:quo verbo ſignificantur,opinor, conueſſationes& conuiuia ſocialia,qualia erant apud Cretes Syſſitia, quorum meminit Strabo in 10. nam Græcè σύσσιτοι, Latinè ſodalis. Et hoc eſt quod dixit Caius iuriſconſultus eodem titulo: Sodales ſunt,qui eiuſdem collegij ſunt, quos Græci ὁμοτίμους vocant.In libris iuriſconſultorum vocabulum pro Græco barbarũ fuit ſubſtitutum,nullo intellectu. Quidam codices integrum ſpacium habent,inani loco & lacunoſo. Attamen non ſemper ſodalitia ſunt inhoneſta, illicitáque:nec enim dixiſſet Ouid.Iure ſodalitij qui mihi iunctus erat. Notum eſt illud Catullianum: Fraternum verè dulce ſodalitium. Cato apud M. Tul. narrat,

ſe epulari ſolitum cum ſodalibus, ſodalitatéſque ſe quæſtore conſtitutas eſſe, in quibus mutitare: quod verbum Gellianum eſt, ſuper quo aliubi annotamenta copiosè conſcripſimus. *Thraſyleon.*] Nomen audaciſſimo latroni congruentiſſimum. Græci enim θράσος appellant temeritatem & ferociam: vnde Thraſyllus, temerarius & audax. Super quo in commentariis Tuſculanarum explicatus locus ille Ouidi. Buſta Thraſylli. Turpilius comicus fabulam condidit titulo Thraſyleonis, cuius teſtimonium aduocant grammatici. *Factionis optione.*] electione collegij latronum. Eſt enim factio malorum conſenſus, & conſpiratio. Aliàs factiones opulentias fortunáſque dicimus, vt apud Plautum frequenter leges. Optare verò interdum eligere, vnde optio dicta: in alia ſignificatione, quæ remotior eſt, optio dicitur miles, quaſi optatus, hoc eſt electus, aſcitúſque. Is adiutor dabatur centurioni à Trib. militum. Ex hoc intellectu dictum illud Plautinum in Aſinaria: Optionem tibi ſumito Leonidam. Autumant eruditi optionem diei quoque accenſum. De optione milite dictum eſt illud à iuriſconſulto, titulo de pœnis damnatorum: Ita neque ſpeculatores vltro ſibi vendicent, nec optiones ea ſibi deſiderent. *Subit aleam.*] Thraſyleon non recuſans ſub vrſæ ſpecie & ferino habitu grandia moliri, ſubit periculum & diſcrimen machinæ, vt periculoſæ: vt pro homine transfiguratus in vrſam, in cauea ad Democharem munerarium perinde quaſi beſtia deportetur. Subire aleam, eſt periclitari, & obiectare ſeſe fortunæ dubiæ & ancipiti: ex tranſlatione aleatorum, qui in alea foróque aleatorio variè agitantur, & repentè victores, repentè victi dubio euentu exanimantur. Liuius: In dubiam ſeruitij imperiíque aleam imus. & apud Lucanum: Placet alea fati Alterutrum merſura caput. Aleatores à veteribus aleones dicti. Catullus: Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati, Niſi impudicus & vorax & aleo? Ita apud Salluſtium legendum eſt illud ex Catilina: Quicunque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene, bona patria lacerauerat. Sincerior enim lectio eſt, & terſior, vt legatur aleo, quàm alea: ſicut in peruulgatis codicibus ſcriptum inuenitur. *Recondit.*] induit vrſinam faciem, corio vrſæ tectus, veſtitúſque. *A cumine.*] Quidam codices habent ſarcimine: quod graphicè quadrat, ſignat enim, oras, hoc eſt extremas corij partes, ſutura quadam tenuiſſima fuiſſe connexas, compoſitáſque, vtvix veſtigium ſectionis internoſceretur. Sarcimine autem poſitum eſt pro ſutura, quaſi à ſarciendo. Vnde ſarcinatores dicti, & ſarcinatrices: quamuis non deſint qui ſarcinatricem non tam à ſarciendo, quàm à ſarcinis dictam velint. Sartores quoque non ſolùm

lùm à farciendo, verùm etiam à farriendo dici autumant scriptores idonei. quo intellectu illud Plauti ex Captiuis est accipiendum: Sartor farrórque scelerum & messor maximè. Sarrire autem est fodere, & aperire: quod in agricolatione vtilissimum esse docet Columella, & reliqui rusticationis conditores. *Respirationi.*] Scribit Hippocrates in libro de flatibus, adeò necessarium esse corpori spiritum, vt sine respiratione ad breuissimum tempus vix viuere possit: intercepto enim spiritu animantes illicò pereunt. Idem autumat causam ægritudinum esse spiritum. Cuius illud celeberrimũ est, spiritum parentẽ esse & auũ morborũ omniũ. Meritò ergo foramina parua ait esse data respiratui, hoc est, respirationi, ne obturato meatu & intercepto spiritu strangularetur. *Bestiam factum.*]in vrsam reformatũ. *Caueæ.*]receptacula ferarum. *Prædestinatæ.*] Lege præstinatæ, hoc est, emptæ, super quo verbo suprà satis multa. Signat autem, latrones emisse paruo pretio caueam, qua inclusus Thrasyleon, tanquam vrsa, ad Democharem deferretur. *Reliqua fallacia.*] reliquam fallaciam. Elocutio veteribus vsitatissima. Plin. Exequamur reliqua propositi.

Sciscitati nomen cuiusdam Nicanoris, qui genere Thracio proditus, ius amicitiæ summum cum illo Democharе colebat, literas affingimus, vt venationis suæ primitias bonus amicus videretur ornando muneri dedicasse. Iámque prouecta vespera, abusi præsidio tenebrarum, Thrasyleonis caueam Democharі cum literis illis adulterinis offerimus. Qui demiratus bestiæ magnitudinem, suíque contubernalis opportuna liberalitate lætatus, iubet nobis protinùs gaudij sui gerulis, decem aureos, vt ipse habebat, è suis loculis admumerari. Tunc, vt nouitas consueuit ad repentinas visiones animos hominum pellere, multi numero mirabundi ad bestiam confluebant: quorum satis callenter cu-

Nicanoris.] Nicator, & Nicanor, nomen est à victoria ductum Seleucum celebrant historici, qui à victoriarum fœlicitate Nicator cognominatus est, quasi dicas victoriosus: à quo & Nicephorion & Nicopolis ciuitates conditę sunt, vocabulo à victoria ducto. Democharеs quoque nomen ex re & causa ficticium est, quo significatur popularis & gratiosus:

δῆμος enim Græcè populus, ἀφ' οὗ χάριν gratia : tanquam is qui ſpectacula exhibet populo nominandus meritò ſit Democharес. *Proditus eras.*] inquit: hic Nicanor oriũdus ex Thracia, ſtemmate generis proditus, vel traditus, vel propagatus. Prodere enim interdum protendere, propagare, prolatare eſt. Virgil. Genus alto à ſanguine Teucri Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem. Dixit Terent. in Andria, Vt nuptiis aliquot prodat dies: pro differat, prolatet, proferat. *Affigimus.*] adulterinas fictitiáſque comminiſcimur, perinde quaſi à Nicanore ad Democharem ſcriptas. *Muneri.*] ſpectaculo ferarum. *Prouecta veſpera.*] cùm iam magis ac magis incipit noctеſcere, & veſpertinum tempus in noctem obſcuriorem verti. *Abuſi.*]Quaſi in malam partem. De vſu & abuſu quid propriè ſignificent & quantum inter ſe diſtent, alibi copioſè di-

rioſos aſpectus Thraſyleon noſter, impetu minaci frequenter inhibebat. Conſonáque ciuium voce ſatis fœlix ac beatus Democharес ille ſæpe celebratus, quòd poſt tantam cladem ferarum, nouo prouentu quoquo modo fortunæ reſiſteret, iubet noualibus ſuis confeſtim beſtiam ire, iubet ſumma cũ diligentia reportari. Sed ſuſcipiens ego: Caueas, inquã, domine, flagrantia ſolis & itineris ſpatio fatigatã, cœtus multarũ, & (vt audio) non rectè valentiũ cõmittere ferarũ. Quin potiùs domus tuæ patulum ac perflatilem locũ, immò & lacu aliquo conterminum refrigerantémque proſpicis? An ignoras, hoc genus beſtiæ lucos conſitos, & ſpecus roridos, & colles frigidos, & fontes amœnos ſemper incubare? Talibus monitis Democharес perterritus, numerúmque perditorum ſecum recenſens, nõ difficulter adſenſus, vt ex arbitrio noſtro caueam locaremus facilè permiſit. Sed & nos, inquam, parati ſumus hic ibidem pro cauea iſta excubare noctes, vt æſtus & vexationis incommodo beſtiæ fatigatæ & cibum tẽpeſtiuum, & potum ſolitum accuratiùs offeramus. Nihil indigemus labore iſto veſtro, reſpondit ille. Iam penè tota fæmilia per diutinam conſuetudinem nutriendis vrſis exercitata eſt.

ſè diligentérque annotauimus: cùm Vſus ſit earum rerum, quæ nobis vtentibus permanent; Abuſus earum, quæ nobis vtentibus pereunt. Cui legatus eſt bonorum vſus, illi non eſt legatus abuſus: ſunt enim hæc inter ſe contraria. *Adulterinis.*] falſi, fictitiis, & alieno nomine compoſitis. Hinc & adulterinus denarius dictus, falſus & reprobus. Interdum, vt inquit Plin. denarius adulterinus emitur pluribus veris denariis. Etenim facta eſt ars probādi denarios, dum falſi denarij ſpectatur exemplar. Adulterare Plinio frequentiſſimum eſt, pro corrumpere & vitiare: quod Lucia. Græcè dixit ἀναίζειν, hoc eſt adulteratur. Lege Coruelia cauetur, cum qui nummos argenteos falſos conflauerit, falſi crimine teneri. *Demiratus.*] valdè miratus. De, enim valdè ſignificat: vt deamo, & defeſſus, apud Terentium, pro valde feſſus, vt Donatus exponit. *Contubernalis.*] Nicanoris, tanquam inter Democharem & Nicanorem contubernalitas eſſet, iúſque ſodalitatis. *Opportuna.*] pro opportunè. liberalitas omnis grata: illa gratior, quæ opportuna & tempeſtiua eſt. ex quo fit, vt numus vel vnus tempeſtiuiter datus, pro beneficio ſit. Hinc parafitus Plautinus gloriatur, quòd commoditatis omnes articulos probè nouerit. Seneca in libris de Beneficiis: Panis, inquit, vnus eſurienti datus, beneficium eſt. *Ex ſuis oculis.*] Ita Suetonius Galbā refert, choraulæ mirè placenti denarios quinque donaſſe, prolatos manu ſua, & ex peculiaribus loculis ſuis. Sunt enim loculi, quod notiſſimum eſt, recepta cula pecuniarum: de quibus apud omnes mentio. Soter, hoc eſt Seruator noſter, Iudę loculos pecuniarum, quas pauperibus erogaret, cōmiſit, ne videretur aut quaſi inhonorus, aut quaſi egenus dominum prodidiſſe. Loculamēta Columellæ & Victruuio ſunt receptacula, & quaſi thecæ. M. Varro loculatas piſcinas eleganter nuncupat, quaſi loculis ſiue loculamentis diſtinctas, vbi diſpares diſcluſi haberi piſces poſſint. De loculis & locellis, pro repoſitoriis pecuniarum, extant diſticha Epigrammatiſtæ. *Pellere.*] Lego pellicere, pro pellicjebat. vt ſit ſenſus: Animos hominum pellectos eſſe, tractóſque ad viſendam vrſam enormem: id quod in rebus nouis accidere ſolet. Ad noua enim conueniunt homines, ad noua concurrunt, vt inquit Seneca in Declamationibus. Idem in Quæſtionibus ait: Naturale eſt magis noua quàm magna mirari. Hinc illud notiſſimum: Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum. Pellicere autem eſt, illicere: quod & perlicere dicitur, vſitatiſſimum Liuio. Pellicationem Cato dixit à pellicendo, quaſi inuitamentum, & (vt inquit M. Varro) illicitum, ab illiciendo. *Mirabundi beſtiam.*] valde mirantes magnitudinem vrſæ adulterinæ.

Callenter.] astutè, solerter, callidè. aduerbium est: sic rarenter, pro raro: & valenter, pro validè. veterer quoque iracunditer, inimicitter, temeritter, munditer, duritter, & id genus sexcenta similiter desinentia dixere. *Curiosos inhibebat.*] impetu minaci Thrasyleon cauebat, ne quispiam nimis curiosè aspectans, dignosceret se hominem esse, non vrsam, quam ementiebatur. *Noualibus suis.*] Iussit Democharis Thrasyleonem, sub bestiæ corio delitescentem, deportari in noualia rusticáque prædia, vt illic diligenter aleretur. Nouale est, vt Plinij verbis vtar, quod alternis annis seritur. Seruius noualia interpretatur, noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina: quod totũ Plinianæ diffinitioni, hoc est ipsi veritati contrarium est. & errore fœdissimo labitur Virgilianus interpres. Agrum enim, qui per singulos annos renouatur, seritúrque sine intermissione, restibilem vocant rei Rusticæ scriptores: noualem verò, qui intermittitur, & alternatim seritur. M. Varronis verba hæc sunt ex libro primo Latinæ linguæ: Ager restibilis, qui restituitur ac seritur quotannis: contrà, qui intermittitur, à nouando noualis ager. *Cœtui multarum.*] In pestilentia nihil æquè salutare est, quàm loci mutatio, & gregis separatio, cùm contagione pecus maximè vexetur. Hinc Columella præcipit, gregem pecoris ouilli in lacinias separatim particulatímque distribuendum esse. Sic enim facilitùs conualescit: quia ipsius morbi halitus minor est ex exiguo numero. Idem censet, in omnibus morbis ac pestibus mutandas esse regiones: maximéque salutare præsénsque remedium esse asseuerat, si pabula mutemus, & aquationes totius regionis: si alium atque aliũ quæramus statum cœli. Hic ergo dehortari volens Democharem, ne in noualia mitteret bestiam, cauendum esse ait, ne cœtui multarum ferarum languidarúmque committatur, propterèà quòd ex contagione morbus vulgari poterit, atque infestare recentem bestiam. *Patulum ac perflatilem locum.*] Loco perflatili ac patente aër agitabilis versabilísque purior hauritur, & sincerior. Ideóque talis cœli status maximè salutaris est, & aduersus pestilentiam efficax medela. Auicenna docet, quomodò obuiam eundum sit pestilentiæ ex corrupto cœli tractu prouenienti: odoramenta cum primis probat, tanquàm plurimùm conducentia ad aëris contagionem propulsandam. Sic & olim Commodus Imperator, auctore Herodiano, pestilentia intra ciuitatem Romanam sæuiente, Laurentum secessit: quòd frigidior ea regio syluísque laurorum opaca sit. Valere enim plurimùm aiebant medici ad aëris euitandam contagionem, tum odores laurorum, tum amœnitatem vmbrarum. In ipsa quoque vrbe, de Medi-

corum

cõrum ſententia, plerique vnguentis ſuauiſſimis nares atque aures opplebant: qui ſuffitu & odoramentis aſſiduè vtebantur: quòd meatus ſenſuum odoribus illis occupati, haudquaquàm admittant aëra tabificum. *Lucos conſitos.*]Opacitas vmbrarum recreat vrſas,& id genus beſtiarum.Recreat,maximè iuuat.Præcipit Columella, ſi ex calore & æſtu concepta peſtis inuaſit, vt opaca rura:ſi inuaſit ex frigore,vt eligantur aprica. *Fontes incubare.*]Aqua fontana aliis melior,ſalubriórque eſt, vt docet Auicenna.Puteanam aquam improbat,tanquam noxiam comparatione fontium. Contrà Plin. maximè probabilem eſſe cenſet aquam puteanam, ex his potiſſimum puteis quibus exercitationis ratio crebro hauſtu contingit, & illa tenuitas colante terra: Victruuius aquam,quæ ex imbribus colligitur,ſalubriores habere virtutes autumat:eò quòd collecta ex fontibus,per aëris exercitationem percolata,tempeſtatibus liqueſcendo petuenit ad terram. Sunt nonnulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua ſapore optimo,in potione ſuauiſſima.Philoſophi non pauci,& ſacerdotes Ægyptiorum, ex poteſtate aquæ omnes res conſtare credidere runt:& profectò aqua non ſolùm potus,ſed infinitas alias vſui animantium præſtat vtilitates.Eſt enim maximè neceſſaria & ad vitam & ad delectationes,& vſum quotidianum. Aquarum ſalubrium ſapor ſiue odor nullus eſſe debet. Ex glacie,niuibus, grandine, peſtilentiſſimum potum eſſe conuenit: & ex vitio aquarum morbi plurimi proueniunt, & in primis guttura intumeſcunt,vnde gutturoſos Alpinos. Apenninicolaſque frequentiſſimos,quotidiè viſitamus. Ex quo illud Satyricum:Quis tumidum guttur miratur in Alpibus?Refert Vlpianus:Si quis natura gutturoſus ſit,non videri morboſum,vel vitioſum. *Adſenſus.*]Tota vna dictio.Significatur enim, Democharem facilè aſſenſiſſe, iuiſſéque procliuiter in ſententiam latronum. Dicimus aſſentio & aſſentior,indifferenter.*Caueam.*]Qua Thraſyleon ſub vrſa ſpecie continebatur.*Locaremus.*]collocaremus,ponerem úſque.M.Varro:Locus eſt,vbi quid locatum eſſe poteſt,vt nunc dicunt. Collocatum veteres id dicere ſolitos, apparet apud Plautum:Filiam habeo grandem,caſſam dote,atque illocabilem,neque eam queo locare cuiquam.Locatium dicitur,pretium quod datur in ſtabulo & taberna:videlicet à loco.vbi locare,hoc eſt,te collocare poſſis. *Pro caueæ.*]Vel pro defenſione caueæ,in qua eſt vrſa:vel ante caueam. Pro, enim interdum ſignificat ante,vt grammatici annotant,& innuit Virgilius ſcribens:Soli pro portis Meſapus & acer Atinas Suſtentant acies. Vnde & proſcenium, locus dictus ante ſcenam.Aliàs ſignificat in:vt cùm dicimus,pro

roſtris,pro tribunali. *Excubare.*]excubias agere atque euigilare: inde excubitores dicti.Autumat Seruius,excubias eſſe diurnas,vigilias nocturnas:quod an rectè dictum ſit,ipſe viderit: cùm excubias non minùs nocturnas,quàm diurnas,apud eruditos inuenias. *Cibum tempeſtiuum.*]opportunum medicamentum eſt,vt inquit Cornelius Celſus,opportunè cibus datus. *Potum ſolitum.*]Ariſtoteles in Problematis, cibi & aquæ mutationem grauem eſſe & noxiam tradit, propterea quòd aqua corporibus alimento eſt.Hinc peregrinatoribus ægritudo metuenda eſt,cùm in aquis variis verſari contingat: præterea mutatio aquarum pediculos gignit, efficítque vt qui nullos pediculos habebat, multos iam habere incipiat. *Reſpondit ille.*]Demochares.

Pòſt hìc.] Poſt hæc, vſitatiſſima Apuleij locutio. *Vale facto.*] Verbum eſt diſcedentium. Auſonius: Dicto aue dic vale, & actutùm redi. *Monumentum.*] Hìc ſignificatur non tam ſepulchrum, quàm ſepulchretum: hoc eſt,ſeptum conceptaculúmque plurium ſepulchrorum. Monumentum generaliter res eſt, vt iuriſconſulti verbis vtar, memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua ſi reliquiæ vel corpus inferatur,fieret ſepulchrum: ſi verò nihil horum inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factum:

Poſt hic vale facto, diſceßimus: & portam ciuitatis egreßi, monumentum quoddam conſpicamur procul à via,remoto & abdito loco poſitum.Ibi capulos carie & vetuſtate ſemitectos, quìs inhabitabant puluerei & iam cineroſi mortui,paßim ad futuræ prædæ receptacula reſeramus:&,ex diſciplina ſectæ,ſernato noctis illumino tempore, quo ſomnus obuius impetu primo corda mortalium validiùs inuadit ac premit,cohortem noſtram, gladijs armatam ante ipſas fores Democharis,velut expilationis vadimonium, ſiſtimus. Nec ſecius Thraſyleon examußim capto noctis latrocinali momento, prorepit caueæ: ſtatímque cuſtodes,qui propè ſopiti quieſcebant,mox ad vnum omnes, etiam ianitorem ipſum,gladio conficit: clauíque ſubtracta, fores iamiæ repandit, nobíſque promptè comolantibus, & domus alueo receptis,demonſtrat horreum, vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. Quo protinus perfra-

cto,

cto, confertæ manus violentia, iubeo ſingulos commilitonum aſportare quantùm quiſque poterat auri vel ærgenti, & in illis ædibus fideliſſimorum mortuorum occultare properè, rurſum concito gradu recurrentes ſarcinas iterare: quod enim ex vſu foret omnium, me ſolum reſiſtentem pro domus limine, cunctarum exploraturum ſolicitè, dum redirent. Nam & facies vrſæ, mediis ædibus diſcurrentis, ad proterrendos ſi qui de familia fortè vigilaſſent, videbatur opportuna. Quis enim, quamuis fortis & intrepidus, immani forma tãtæ beſtiæ, noctu præſertim, viſitatæ, nõ ſead fugã ſtatim cõcitaret? nõ, obdito cellæ peſſulo, pauẽs & trepidus, ſeſe cella cohiberet?

quod Græci cenotaphiũ appellãt. Eſt autẽ cenotaphiũ Græca dictione, ſepulchrũ vacuum: Cenotaphium ſignat poëta, cùm ait, Hectoreũ ad tumulum, viridi quẽ ceſpite inanẽ. Munimentum verò ſepulchri id eſſe diuus Hadrianus ſcripſit, quod muniendi eius loci cauſa factum ſit, in quo corpus impoſitũ ſit. Monumentum, ſi purum eſt, non videtur eſſe religioſũ: poteritque is hoc vendere & donare: ſicut & cenotaphium venire, hoc eſt vendi poſſe dicendum eſt. *Portam egreſſi.*} Ex ritu priſcorum, & præſcripto legũ, extra vrbes cadauera ſepeliebãtur. Lex 12. tabularũ. In vrbe, inquit, ne ſepelito, néve vrito. Iuriſcõſulti plurib. in locis oſtẽdunt, ſepulchra in agris fuiſſe: & Plato iubet, in ea parte agri ſepulchrũ fieri, vbi ſit ſterilior. *Ibi capulos referamus.*} ſepulchra repãdimus. aperimúſq;. Capulũ ſepulchrũ dj civeteres vo luerũt, ab eo q; corpora capiat. Dicitur & capulus feretrũ, quo cadauera efferũrur, ſicut grãmatici annotauerũt: inde capularis ſenex dictus, quaſi capulo vicinus. Reos quoq; capulares dixerũt, q capulo digni eſſent. Aliàs capulũ accipi pro manubrio gladij, nullus ignorat. *Carie ſemitectos.*} Auſonius: Miremur periiſſe homines monumẽta fatiſcũt: Mors etiã ſaxis nominibúſq; venit. Caries eſt vetuſtàs, vel putrilago: vnde carioſus dictus, vetuſtate corroſus, & carie putrid⁹. Aphranius: Nemo viuit illa carie cariosior. Cariẽ vetuſtatémq; nõ ſentiũt, vt Plin. refert, cupreſſus, cedr⁹, buxus, iuniper⁹, olea. Idẽ remedia tradit ad carioſos dẽtes. *Cinereſi mortui.*} Vulgatiſſima eccleſiaſticę monitionis illa ſentẽtia, qua monẽtur homines, meminiſſe ſeſe eſſe cinerẽ & puluiſculũ, & in cinerẽ reuerſuros. Cui ſubſcribit illud Perſianũ: Cinis & manes & fabula fies, & illud Horat. Puluis & vmbra ſumus. Quid eſt homo? inquis

Seneca:quaſſum vas & fragile,nudum,& ſua natura inerme,alie næ opis indigens,ad omnem fortunæ contumeliam proiectum: frigoris,æſtus & laboris impatiens. Vis noſcere hominis fragilitatem?exitum ſpecta:quem modò vidiſti florentiſſimum,mox fato conſumptum,eundem videbis puluerem ac cineroſum : & tamen cùm nec miſerius nec fragilius homine ſit quicquam, eodem nihil eſt ſuperbius. Tu qui corporis viribus fidis,tu qui fortunæ munera amplexaris,tu qui te Deum credis, aliquo ſucceſſu tumens:tu,cui animus carnifex eſt , & mens tyrannica, cineroſus fies,& velis nolis in puluiſculum redigêris. Nam, vt inquit ille,Mors ſola fatetur Quantula ſunt hominum corpuſcula. Inquit Phocylides apud Græcos λυόμεθα κόνις ἐσμέν: id eſt , ſoluti ſumus puluis.Priſci cine factum elegantiſſimè dixerunt,in cinerem diſſolutum.Lucilius: Cine factum te propè cubet. *Ex diſciplina ſectæ.*]ſcilicet latrocinalis.Sicut enim ſectæ philoſophorum ſua habent dogmata,peculiarémque quampiam diſciplinam,ſic in ſecta collegióque latronum eſt quædam veluti vernacula ac peculiaris diſciplina,ſine dogmate.Nam ſunt ſectæ,quas à ſecando,id eſt,tenendo dictas Grammatici tradunt:eo quòd propoſitum teneant. Alij à ſectando,hoc eſt ſequendo. Vnde & ſectari Philoſophos dicuntur diſcipuli,& conſectanei eiuſdem ſectę ſectatores. Eſt autem diſciplina τὸ μέσον , & tam malæ artis quàm bonæ.Vnde diſciplinoſus gladiator dictus à Catone,videlicet ab arte diſciplináque gladiatoria. *Illumino tempore.* }obſcuro , & ſine lumine:quod tempus maleficiis occultandis accommodum eſt. A Plin. in epiſtolis illunis nox dicta , pro obſcura ac tenebroſa, quaſi ſine luna,& omni lunari ſplendore viduata. *Somnus obnius.* } Illam noctis horam ſignificat , qua primo ſomno mortaliuin corda validiſſimè premuntur : de quo Virgilius : Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit,& dono Diuûm gratiſſima ſerpit. *Velut expilationis vadimonium ſiſtimus* }Nos, inquit, cohortem noſtram latrocinalem præſentem exhibemus , ſiſtimúſque ante fores Democharis , ad domum eius expilandam: ſicut in iudicio præſentes ſiſti ſolemus ad vadimonium. Et hoc locutionis honeſtiſſimæ genus ex foro & iure medio totum de center tranſlatum eſt. Vadimonia enim ſponſiones ſũt ſiſtendi ſe in iudicio,id eſt,cõparendi,vt citati ſiſtãt ſe aduerſario ad præſtitutam diẽ:de quo mentio frequens apud auctores. Vadimonium promiſſũ deſerere,neque id obire, ſcelus eſt maximũ. Hinc illud Plinianum Inſcriptiones, propter quas vadimoniũ deſeri poſſit. Significanter autem& ſcitè dicimus,ſiſto vadimonium,& ſiſtitur vadimoniũ. M. Tul. Venit Romã Quintius, vadimoniũ ſiſtit. M. Cato:

Cato: Quòd si vadimonium capite obuoluto stitisses. Vbi annotandum, verbum Stitisses dictum à Catone, tanquam ductum à sistendo, non à stando: quoniam sisteretur vadimonium, non staretur. Plaut. quoque per consimilem translationem decenter dixit in Curgulione: Vbi tu es, qui me conuadatus Veneris vadimoniis? Vbi tu es, qui me libello Venerio citasti? Ecce, me sisto: ades contrà: Sisto ego tibi me, & mihi contrà itidem vt sistas sua deo. Sicut ergo vadimonia sistuntur variorum criminum, variarúmque causarum: ita, hic inquit, vadimonium sistimus expilationis, perinde quasi citati præstò esse velint ad expilationem direptionémque domus opulentæ peragendam. Apud iurisconsultos mentio est expilatæ hæreditatis, & expilatorum. Sunt autem expilatores, docente Vlpiano, atrociores fures. Nam compilare, suppilare, ab eodem significatu haud longè dissident. Significat enim diripere, deprædari, furari: quasi ne pilum quidem in corpore relinquere. Scribit Maternus, si luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diurna genitura, faciet effractores, fures, & qui templa semper sacrilego furore expilent. Præterea illud quoque adde, quòd sistere fana dicebant veteres, pro eo quod est constituere loca in oppido fanorum futurorum. Antistius Labeo ait, fana sistere, esse lectisternia certis locis & Diis habere. *Nec secius.*] nec minùs, nec tardiùs. Videtur enim à seco ductum secius, vt Actius in Amphitryone: Sí fortè paulò quàm veniã secius. Secùsverò, aliter significat. *Examussim.*] regulariter, examinatè, diligẽter, Aduerbiũ est vsitatissimũ, ab amussi deriuatũ. Amussis. n. regula fabrorũ est, quã architecti, cùm opus probant, rubrica illinunt: vel, vt alij volunt, ferramentum, quo in poliendo vtuntur. hinc amussatus quoque deducitur, quasi examinatus, probatúsque. Plautus in Milite: Inest hoc amussata sua sibi ingenua indoles. A. Gellius, iudicium esse factũ ad amussim dixit, significare volens perfectum rectúmque, & quasi ad regulam exploratum. Græcè amussis dici potest σαθμή. Vnde apud Græcos paroemia est siue adagium, ἐν λάικῳ λάικὴ σαθμή, in albo alba linea: de his qui nihil intelligunt, discernúnt-ve. Namque in lapidibus albis albæ lineæ siue fila nihil queunt demonstrare, sicut facit filum rubrica illitum. Ex hoc prouerbio fluxit illud Gellianum ex nouissimo volumine: Græci multa & varia lectitãtes, in quas res cunque inciderant, alba (vt dicitur) linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati conuertebant. Malè literati in curiosíque, si rogentur, quid sit alba (vt dicitur) linea, fient similes hallucinantibus. Huiusce prouerbij meminit Plato quo-

*Ætis denique gladijs armati, muniunt aditus. Nec secùs canes etiam venaticos, auritos illos & horricomes, ad comprimendam bestiam cohortantur. Tunc ego sensim, gliscente adhuc illo tumultu, retrogradi fuga domo faceßo: sed planè Thrasyleonem mirè canibus repugnantem, latens ponè ianuam ipse prospicio. Quanquam enim vitæ metas vltimas obiret, non tamen sui, nostríque, vel pristinæ virtutis oblitus, iam faucibus ipsis hiantis Cerberi reluctabat. Scenam denique, quam sponte sumpserat, cum anima retinens, nunc fugiens, nunc resistens, varijs corporis sui * scenis ac motibus, tandem domo prolapsus est. Nec tamen quamuis publica potitus libertate, salutem fuga quærere potuit. Quippe cuncti canes de proximo angiportu satis feri, satísque copiosi, venaticis illis, qui commodum domo similiter insequentes processerant, sese commiscent agminatim. Miserum funestúmque spectatum aspexi, Thrasyleonem nostrum cateruis canum sæuientium cinctum atque obsessum, multísque numero morsibus laniatum.*

Commeabat.] vltro citróque ibat. *Obnixum silentium.*] Expressit morem eorum, qui aliquid clanculùm furtímque molientes silentium premunt, & anhelitum cohibent omni nixu conatúque, vt nec eos quidem ex respiratione quispiam persentiscat. *Replicat.*] id est, per eadem vestigia retrò cedit, recalcans easdem pedum notas, repeténsque vestigia. *Tædis.*] Domum Dèmocharis signat, euestigiò completam fuisse numerosa multitudine, quæ accensis variis luminum generibus, nocturnas tenebras illuminabat. Tædæ sunt lumina paganorum, vt docet Ausonius illo versu, Fumantes olidum paganica lumina tædas. Apud Plin. in 16. tæda sextum genus est arborum, quæ picem gignunt: abundantior succo quàm reliqua, flammis ac lumini etiá sacrorũ grata: inde faces factę nominantur tædæ: & tędiferi, qui ferũt faces, quos Gręci daduchos vocãt. Tędæ decoctæ in aceto, dentiũ dolores efficaciter tollunt, vt docet idẽ Plin. in 14. *Cereis.*] discretim separatímq; singula enuntiãda. Cereos aũt quis nescit nocturni luminis vicẽ repręsentare? Vnde & illud epigrãma ararij:

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes. Aras Saturnias prisci excolebant accensis luminibus: inde mos per Saturnalia missitandis cereis cœpit. Quidam cereos non ob aliud inter Saturnalitia munera mitti putant, quàm quòd Saturno principe ab incomi & tenebrosa vita, quasi ad lucem & bonarum artium scientiam editi sumus. Solis autem ditioribus cereos missitabant in Saturnalibus tenuiores: quod instituit Publicius Tribunus plebis. In vsu pauperum candelę, locupletum verò cerei. In decretis canonicis, dist. 21, acolythi dicuntur, quos ceroferarios vulgò appellant, à deportandis videlicet cereis, quando Euangelium legendum est. item 23. Acolythus, inquit, accipiat ceroferarium cũ cereo, vt sciat se ad accendenda lumina mancipari. Vbi ceroferarium accipitur pro eo instrumento, quo cereus fixus continetur. Corsi, teste Liuio, à Romanis subacti, obsides dederunt, & ceræ centum milia pondo. Quo modo fiat cera, Plinius & Columella demonstrant. Optima est Punica: proximæ bonitatis fulua, odorísque mellei. Candida fit cera insolata, & post insolationem recocta. Græcè dicitur κῆρος, & κηρίον fauus: quo nomine quidam libros suos inscripsere, à dulcedine videlicet mellea rerũ suauissimarum. Est & cerion vlceris genus, à faui similitudine nominatum. *Sepaceis instrumentis.*] A sepo, quod & seuum dicunt, sepaceus deriuatur, sepum autem, siue seuum fit ex adipe ruminantium, vt inquit Nonius Marcellus: quod verum est, & Plinij auctoritate fulcitur, qui in 28. sic refert: Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant seui est. Perficitur omne exemptis venis, aqua marina, vel salsa lotum, mox in pila tusum, aspersum vrina: crebro postea coctu, donec omnis aboleatur odor. Mox assiduo sole ad candorem reducitur. A renibus omne laudatissimum est: auctor est idem Plinius in 11. Seuo pinguescere cornigera, & quę in pedibus talos habent: bisulca scissíue in digitos pedibus, & nõ cornigera adipe. A seuo fit seuosum, quasi seuo plenum, seuosa est cornigeris medulla. Inde quoque fit verbum seuare, quod significat seuo concinnare. Columella in secundo: Ferijs ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas seuare. Ausonius mercis sepaceæ meminit, illo versu: Albentis seui globulos & pinguia ceræ Pondèra. *Muniunt aditus.*] sepiũt, claudunt exitus omnis & introitus, ne quis ingredi, ne quis egredi possit. *Canes venaticos.*] Autumat Columella, venaticum canẽ nihil pertinere ad villaticam professionem, tanquam agricolam auocet, defidémque ab opere suo reddat, separátque eum à villatico cane, & pastorali. *Auritos.*] Modò auribus magnis præditos: vt Virgilius, Auritósque sequi lepores. Aliàs sensu audiendi præ-

præcellentes, vt Horatius : Et auritas fidibus canoris Ducere quercus. M. Varro: Canes inquit, debent esse capitibus & auriculis magnis ac flaccis. Vbi flaccæ aures, significantur languentes ac pendulæ. Ab his, vt inquit Plinius, Flaccorum sunt cognomina. Flaccere, est languere ac deficere. Apuleius in Apologia: Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget. Hinc & flaccidũ, languidum, molle, ac sine viribus. *Horricomes.*] villis quasi comarum inhorrentes ac formidolosos. *Gliscente.*]crescente. Gliscere, crescere est. Plautus in Asinaria: Pulchrè hoc gliscit prælium? Virgilius: Gliscit violentia Turno. Silius: Gliscit Elysæo violentior ira tyranno. Autumant grammatici, glires à gliscendo dici, eò quòd somno gliscant, & pingues efficiantur. Columella quoque de gallinis farciendis scribens: Quæ, inquit, prima luna faginari cœpta est, vigesima pergliscit: hoc est, vt ego interpretor, ad summam pinguitudinem excrescit, & quasi extuberatur. Idem ait, quòd turtur per hvemem difficulter gliscit, pro pinguescit: quæ enim præpinguia fiunt, adolescunt, crassescúntque. Hinc prisco vocabulo gliscere dictæ mensæ lautæ, & pluribus ferculis opulentæ, quasi gliscentes, id est, crescentes, per instructionem scilicet epularum. *Retrogradi fuga.*] Nomen est, quasi dicas retrogradienti, & cessim eunti. Cessim enim ire significat regredi, & retrò cedere, retrò redire. Iustinus in' secundo Epitomes: Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Impressi codices habent, ite cessum. Ego veriorem lectionem puto, Ite cessim. Sicut & apud iurisconsultos, tit. ad legem Aquiliam, illud legitur: In cliuo Capitolino duo plaustra onusta mulæ ducebant. prioris plaustri muliones conuersum plaustrum subleuabãt, quo facilè mulę ducerẽt. interim superius plaustrũ cessim ire cœpit. Accursius scienter exponit cessim, id est, retrò: quod equidem demiror, cùm interpretatione vocabulorum ferè semper soleat non accurrere, sed tardigradus recurrere, & stupens hallucinari. *Facesso.*]discedo. *Pone ianuam.*]post hostium. *Obiret.*] adiret, accederet. *Vitæ metas.*]id est, ad extremum vitę finem, curriculúmque iam aduentaret, & morti proximus esset. De metis copiosè disserui in commentariis Tranquilli & Propertij. Metam ex translatione spectaculi currulis decenter vsurpamus pro fine & termino. Silius: Tormentis finem, merámque laboribus orat. Meta viuendi, inquit Macrobius, creditur, cùm decas heptadi iungitur, id est, aut decies septem, aut septies deni anni computantur. A poëta dictum est, Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum. *Hiantis Cerberi.*] Ex figmen-

to poëtico, tanquam Cerberus triceps trifauci latratu & ore patulo excipiat animas morientum: cui reluctatur is qui morti resistit, nec fato succumbit. *Reluctabat.*] Archaismos est. nos reluctor dicimus. Non dissimiliter à Plauto dictum est contemples, pro contempleris: à Virg. populat, pro populatur: à Varrone sortirent pro sortirentur: & polliceres, pro pollicereris. Id enim habitum est, vt inquit Gellius, in oratione facienda elegantiæ genus, vt verba mutuò inuerterentur. *Scenam retinens.*] effigiem, & scenicam quasi personam ac habitum vrsinum. Sic histrio in scena & actione fabulæ, quam personam induit, eam retinet ad extremum. Scena pro apparatu, vt suprà: & apud Ausonium, Scena timoris. *Scenis.*] mutationibus, & quasi adumbrationibus ac fraudibus. namque apud Græcos σκιὰ dicitur scena, teotorium, inumbratio, fraus. *Angiportu.*] Secundùm quartam declinationem inflexit, sicut Horatius: Flebis in solo leuis angiportu. Aliàs angiportum neutro genere, secundíque ordinis vsurpatur. De angiportu suprà satis ac super. *Feri.*] truculenti, & ferino impetu truces. In quocunque genere animalium est vllum placidum, in eodem inuenitur & ferum. Aristotele & Plin. auctoribus. *Commodum.*] tunc tunc, iam iam. *Spectatum.*] Nitidior lectio est, spectaculum. tandem Thrasyleon morsu canum laniatus præbuerit spectaculum miserum prorsus ac funestum.

Denique tanti doloris impatiens, populi circumfluentis turbulis immisceor: & , in quo solo poteram celatum auxilium bono ferre commilitoni, sic indaginis principes dehortabar: O grande, inquam, & extremum flagitium, magnam & verè pretiosam perdimus bestiam. Nec tamen nostri sermonis artes infœlicissimo profuere iuueni. Quippe quidã procurrens è domo, procerus & validus, incontanter lanceam medys iniecit vrsæ præcordijs: nec secùs alius. & *ecce plurimi iam timore discusso, certatim gladios & iam de proximo congerunt. Enimuerò Thrasyleon, egregium decus nostræ factionis, tandem immortalitate digno*

Turbulis.] A turba: diminutiuum fit turbula, & tertio gradu turbella. *Celatum.*] occultum, ne scilicet in manifesta noxa reus deprenderer. *Indaginis.*] inquisitionis. Trãslatio sumpta à venatoribus, qui feras inquirentes, vestigantésque saltus indagine cingunt. Indaganter, aduerbium apud Columellam. *Dehortabar.*] dissuadebam, reuoca-

digno illo ſpiritu expugnato magis, quã patientia, neque clamore, ac nec vlulatu quidem, fidem ſacramenti prodidit. ſed iam morſibus laceratus, ferróque laniatus, obnixo mugitu & ferino fremitu præſentem caſum generoſo vigore tolerans, gloriam ſibi reſeruauit, vitam fato reddidit. Tanto tamen errore, tantáque formidine cœtum illum turbauerat, vt vſque diluculum, immò, & in multum diem, nemo quiſquam fuerit auſus, quamuis iacentem, beſtiam vel digito contingere: niſi tandem pigrè actimidè quidam lanius Patilo fidentior, vtero beſtiæ reſecto vrſæ magnificum deſpoliauit latronem. Sic etiam Thraſyleon nobis perimitur: ſed à gloria non periuit. Confeſtim itaque conſtrictis ſarcinis illis, quas nobis ſeruauerant fideles illi mortui, Plateæ terminos cito gradu deſerentes, iſtud apud noſtros animos identidem reputabamus, meritò nullam fidem in vita reperiri, quod ad manes iam & mortuos odio perfidiæ noſtræ demigrauit. Sic onere vecturæ, ſimul & aſperæ viæ toti fatigati, tribus comitum deſideratis, * ita quas videtis prædas adueximus.*

bámque: hortari enim & dehortari cõtraria ſunt. M. Cato: Multa, inquit, me dehortata ſunt huc prodire: anni, ætas, vox, vires, ſenectus. Ennius in 13. Annalium: Hannibal audaci dum pectore dehortatur, Ne bellum faciam. Hæc enim particula De, interdum intenſionem ſignificat, vt damnare, quod eſt vehementer amare, & demagis, valde magis: interdum minutionem, vt dediſcere, depudeſcere, & dehortari. *Artes.*] doli & aſtutiæ. *Incontanter.*] ſine contatione & mora. *Lanceam.*] M. Varro & Gellius lanceam dixere, non Latinum, ſed Hiſpanum verbũ eſſe. Lanceati à Iulio Firmico dicuntur, ictu lanceæ vulnerati. Λογχίσιμα eſt lãceola. Libro quarto Regũ proditum eſt, Prophetas lucorum lanceolis ſemet indiciſſe, donec ſãguine perfunderẽtur. Apud ſcriptores idoneos lãcearij vſurpãtur, p ſtipatoribus, lãceáq; in bello pugnãtibus. *Vrſæ præcordijs.*] Thraſyleon ſignificatur, qui ſub ſpecie vrſę

per præcordia confossus occubuit. Præcordia alio nomine exta dicuntur, Græci phrenas vocant. Cornelius Celsus: Quæ græcè ab Hippocrate hypochondria nominantur, ea præcordia interpretantur. In præcordiis vitalitas maximè consistit. *Nec secùs alius.*] Exemplo vnius prouocati sunt alij, qui & ipsi vrsam telis impetere cœperunt. *Nostræ factionis.*] latrocinalis scilicet. Significanter autem & scitè locutus est, cùm factio consensus malorum & conspiratio proprie dicatur. *Neque clamore.*] Laudat Thrasyleonis patientiam, atque animi fortitudinem, qui laniatus ferro, lacerarus canum morsu, constanter silentérque necem pertulit, fidémque latrocinalis sacramenti nullo clamore, nulla vlulabili voce prodidit. *Obnixo.*] obluctauit, & quasi nixu quodam cohibito atque coërcito. Obniti est, contra aduersa obluctari; vnde aduerbium obnixè, apud Terentium. *Gloriam reseruauit.*] tanquam post mortem futurus glorioſior, nominatiórque, cùm viuentium gloria obscurior sit. Generosa mors homini gloriæ ianuam repandit: &, vt inquit Plautus, Qui per virtutem peritat, non interit. *Mulum diem.*] in multam diei partem. *Quamuis iacentem.*} Ita Virgilius: Vt quamuis auido parérent arua colono. *Lanius.*} Laniones & lanij dicuntur, qui exercent lanienam, à laniatu scilicet animalium. *Patilo.*} Legi *spatiò fidentior. A gloria non periit.*} sic Plautus in Captiuis: Qui per virtutem peritat, non interit. *Fideles mortui.*} Capulos signat, quibus pro receptaculo prædæ vsi sunt: quos fideles optimo ex re epitheto dixit, cùm quantùm acceperant, tantùm reddiderint. *Platea.*} Suprà pluraliter declinauit Plateas, quod nomen est ciuitatis, vt iam diximus. *Quod ad manes demigrauit.*} Sensus est, cùm animis nostris recogitabamus, ac ruminabamur, quòd nulla fides apud viuentes reperiretur: vtpotè quæ iam à superis migrauerit, descendéritque ad inferos odio scilicet perfidiæ mortalium: tanquam fides relicta nobis habitet apud manes. Quod totum ex eo scitè introductum est, quia prædixit, sarcinas à fidelibus mortuis fuisse fideliter seruatas, custoditásque, cùm fides inter viuentes subiecta sit & fluxa. Apud Silium in secundo Punicorum ait Fides, liquisse sese terras ob fraudes hominum, & innumera flagitia mortalium. *Tribus desideratis.*} scilicet Lamatho, Alcimo, & Thrasyleone. Desiderantur enim amissi. Verbum historicum est. *Quas videtis.*} Dicticôs est.

Vino mero.} sine aquæ mixtura: quoniam in sacris vinum merarum.

*Post istum sermonis terminum, poculis aureis memoriæ defunctorum commilitonum vino mero * libantes, dehinc can-*

canticis quibuſdam Marti Deo blanditi, paululùm conquieſcunt. Etenim nobis anus illa recens ordeum affatim, & ſine vlla menſura larguta eſt: vt equus quidem meus tanta copia, & quidem ſolus potitus, ſaliares cœnaſſe cœnas crederet. Ego verò quanquam aliàs ordeum tanſum minutatim, & diutina* cogitatione virulentum ſemper eſerum, rimatus angulum, quò panis reliquiæ totius multitudinis congeſtæ fuerant, fauces diutina fame ſaucias, & araneantes vehementer exerceo. Et ecce nocte promota, latrones expergiti caſtra commouent: inſtructíque variè, partim gladijs armati, in lemures reformant, concito ſe gradu proripiunt. Nec me tamen inſtanter ac fortiter manducantem, vel ſomnus imminens impedire potuit. Et quanquam priùs, cùm eſſem Lucius, vnico vel ſecundo pane contentus, menſa decederem, tunc ventri tam profundo ſeruiens, iam fermè tertium qualum rumigabam. Huic me operi attonitum clara lux oppreſſit. Tandem denique aſinali verecundia dudus, aegerrimè tamen digrediens, riuulo proximo ſitim leuo.*

cum adhiberi ſolet & debet. Prælibare Diis nefaſtum habetur ex vino imputatæ vitis, & fulmine tactæ: item nefas eſt libare vino Græcæ vuæ, quoniam aquam habeat. Plinius autor eſt, Romulum lacte, non vino libaſſe. Lucius Papyrius imperator, aduerſus Samnites dimicaturus votum fecit, ſi viciſſet, Ioui pocillum vini. Quod Plinius ait, pocillum vini vouiſſe Papyrium, Liuius in 10. pauxillum mulſi dixit: quare aut hic legendum erit Pocillum mulſi, aut illic Pauxillum vini, vt in dictione conueniat. *Marti Deo.*] Significat latrones hymnum cecinisse ad Martem, quem veluti præſidem ac tutelarem Deum venerabantur. In hymnis Homericis eſt hymnus Martis dicatus. *Affatim.*] largè, copioſè. *Saliares cœnas.*] lautas & opulentas. A Saliis ſacerdotibus ſaliares cœnæ appellantur amplæ & eſculentæ, ampliſſimíque apparatus: quia per dies feſtos Salij luxurioſas cœnas facere dicebantur. vnde in prouerbio eſt, ſaliares cœnas dicere opiparas & copioſas: quarum mentio apud omnes. Ex eodem genere ſunt cœnæ adiicia-

les, pontificales, dubiæ nominatæ: de quibus plura aliubi. Cyprianus epulares cœnas pro affluentibus dixit, & saliaribus. In prouerbio Græcorum est συβαριτικὴ τράπεζα, id est, Sybaritica mensa, pro lauta & saliari, ex eo quod Sybaritæ ἐν πολυτελείᾳ, id est, in luxu nutriti sunt deliciisque notabiles. Illud quoque alterum consimile est adagium, συρακουσία τράπεζα, id est, Syracusana mensa, quoniam Syracusani delicatiores in victu, lautiorésque alijs omnibus fuisse traduntur. Honesta autem locutio est, cœnaui cœnam, prandi prandium, sicut viuo vitam, seruio seruitutem, pugno pugnam. *Cogitatione.*] Emenda, *agitatione* vel *refectione*. *Virulentum.*] Significare volēs ordei cibatum sibi asino parùm gratum fuisse, dixit virulentum, quasi ingratum, iniucundíque saporis, imò quasi venenatum. Virus enim venenum est, vnde virulentum ductum nomen, quod proprium est serpentium, vt virulenti dicantur, quasi venenati. A. Gellius tradit, Marsis hominibus ingenitum esse, vt serpentum virulentorum domitores sint. Idem orationem Æschinis virulentam appellat, criminosam, & quasi veneni plenam, ac maledicentiæ. Atra enim hominum maledicorum ceu serpentium lingua vibrat, vt inquit Plin. Non placet vt hoc in loco legas, *iurulentum*, tanquam iure madens. Virus Plinio ponitur modò pro aspero odore, modò pro acerbo sapore, modò pro vi genitali. *Fauces araneantes.*] Non potuit famelicus, inanis, esuriēs, significantiùs denotari. Nā fauces araneātes ex esuritione cōfiunt, vt videlicet quædam quasi araneæ tela intra oscitantis hiatum & esurientis os patulum extendi videatur. Plin. vomitus araneosos vocat, quos intelligi vult quasi plenos tela aranearum, quales subinde conuisuntur excrementis vomitionum. Parasitus Plautinus ad esuritionem parasiticam significantissimè exprimendam sic inquit: Perij, prospicio parùm, os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame. *Expergiti.*] somno excíti atque euigilantes. *Castra commouent.*] Ex translatione rei militaris dictum, in qua imperatores castra mouent identidem. Virg. Nos castra mouemus. Præcipiunt doctores bellicæ disciplinæ, castra sæpissime loco mouenda, eo quòd ex frequenti mutatione castrorum morbus prohibetur, quem multitudo militum, in eisdem locis diutius consistens, ex contagione & odore fœditatis facilè contrahit. Laudat Liuius Fabium & Decium Consules Romanos, qui spatio quinque mensium totum Samnium euastarunt, cùm quadraginta & quinque locis Decij castra fuerint, Fabij sex & octoginta. *Lemures reformant.*] transfigurant se in simulachra manium, & terriculamenta laruarum ad maiorem terrorem mortalibus incutiendum. Lemures enim

vmbræ

vmbræ defunctorum vagantes dicuntur. Lemures dici putant quasi remures, à Remo, cuius occisi vmbras frater Romulus cùm placare vellet, Lemuria instituit, id est, parentalia, quæ mense Maio per triduum celebrari solebant. auctores Ouidius, Porphyrio, cæteri. De Lemuribus in dæmonio Socratis sic refert: Animus humanus exutus & liber stipendiis vitæ, corpore suo abiuratis. hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. Martianus Lemures appellari dicit Manes, qui post vitã iisdem corporibus delectantur, & cum his manent. qui si vitæ prioris adiuti fuerint honestate, in Lares vrbium domorúmq; reuertuntur: si autem deprauantur ex corpore laruæ perhibentur, ac Maniæ. Augustinus in nono, animas hominum lares vocari tradit, si meriti boni sunt: lemures, si mali. *Manducantem.*] A mandendo deriuatur manducare, vt docet M. Varro: à quo in Attellanis fabulis vocant manducum obsonium. vnde manducones dicti, comedones, helluones, gulones. *Tertium qualem rubigabam.*] Verba non pauca sunt vernacula ac plebeia, atque in opificum sermonibus vsitata, quæ cùm dehonesta deculpatáque videantur, tamen Latina sunt, & in vsu quoque eruditorum frequentantur, quo ex genere est istud rumigare, quod & rustici & fœminæ vsurpant, quod fermè idem significat quod ruminare, & quod Quintilianus ait remandere. quod & Plin. noster vsurpat, sic scribens in 10. Pontici mures simili modo remandant. Eidem Plinio commanducatus cibus dicitur, multa iteratione mollitus, ac propè liquefactus: quem mansum Quintilianus vocat. Et commanducare honesto verbo est idem fermè, quod rumigare, & vt vulgari verbo vtar, mastigare. Proprium autem asinorum est, vt lentissimè mandant: ideóque, auctore Columella, stercus asininum optimum exstimatur in agrorum stercorationes quia asinus lentè mandendo facilius concoquit, & bene confectum atque idoneum protinus agro fimum reddit. Qualum autem dicunt vas, & per diminutionem quasillum, qui & alio nomine calathus appellatur: vas vtique lanificiis aptum, vt grammatici tradunt. Vnde qualum metonymicôs pro lanificio dixit Horatius, mulieres, vt inquit Porphyr. [illegible] vasculum hoc vsurpant, quasillum dicentes: hoc autem est, in quo pensa vel trama voluuntur. Hic qualum accipimus pro canistro & panario, hoc est, vase quo panis seruatur: vt enim granarium dicũt, vbi granũ frumenti condũt: sic panariũ, vbi panem seruãt, vt docet M. Varro. Cana dicũt Græ-

ci vaſa,quæ nos caniſtra,& per diminutionem caniſtella. Vnde canephori in ſacris dicti ſacerdotes,quaſi ciſtiphoræ : de quibus ſuo loco plura. *Aſinali verecundia.*] Ioculariter dictum,cùm in aſino nullus ſit pudor. *Leuitio.*] Purior lectio eſt,leuo,vel lenio, pro eo quod eſt mulceo & ſedo. Aſinis,auctore Plin.aquarum tædium maximè eſt,ideóque aſinæ fœtæ per ignes ad fœtus tendunt:ac ſi riuus minimus interſit, horrent, ita vt pedes omnino caueant tingere, nec niſi aſſuetos potant fontes : & quanuis ſitiant,tamen ſi mutentur aquæ,vt bibant cogendæ ſunt, exonerandæ ve.

Factionis.] gladiatoriæ ſcilicet & latrocinalis. *Filo liberali.*] A.Gellius forma atque filo virginali dixit imaginem Iuſticiæ fieri ſolitam. Idem tradit, Pythagoram explorare ſolitum diſcipulos, ex totius corporis filo atq; habitu. Trãſlatio eſt à textoribus, qui telam tenuiſſimo filo candidiſſimóque texentes,probatiſſimam laudatiſſimámque conficiunt. Honeſta hæc locutio, quæ & ad deſcriptionẽ quoque transfertur.Idem Gellius: Amaui, inquit in vtriuſque epiſtola breuitatis elegantiſſimæ filum tenuiſſimum. Idem ait,vocum filo te-

*Nec mira, cùm latrones vltro anxij, atque ſolliciti remeant, nullam quidem prorſus ſarcinam, vel omnino licèt vilem lacinìam ferentes, ſed tantùm gladijs, totis manibus, immò factionis ſuæ cunctis viribus, vnicam virginem filo liberali, & vt matronatus eius indicabat, ſummatem eius regionis, puellam mehercules & aſino tali concupiſcendam, mœrentem, & crines cùm veſte ſua lacerantem, aduehebant. Eam ſimul intra ſpeluncam, *verbiſque quæ dolebat minera facientes, ſic alloquuntur: Tu quidem ſalutis & pudicitiæ ſecura, breuem patientiam noſtro compendio tribue, quos ad iſtam ſectam paupertatis neceſsitas adegit. Parentes autem tui de tanto ſuarum diuitiarum cumulo, quanquam ſatis cupidi, tamen ſine mora parabunt ſcilicet idoneam ſui ſanguinis redemptionem. His & ſimilibus blatteratis, nequicquam dolor ſedatur puellæ. Quid ni? quæ inter genua ſua depoſito capite, ſine modo flebat. At illi intrò vocatæ anui præcipiunt, aſſidens eam blando, quantùm poſſet, ſolaretur*

retur alloquio. Séque ad sectæ sueta conferre. Nec tamen puella quinit vllis anicula sermonibus, ab incœptis fletibus auocari. Sed altius eiulans sese, & assiduis singultibus ilia quatiens, mihi etiam lacrymas excussit. * At sic, An ego (inquit) misera, tali domo, tanta familia, tam charis vernulis, tam sanctis parentibus desolata, & infœlicis rapinæ præda, & mancipium effecta, inque isto saxeo carcere seruiliter clausa, & omnibus delicijs, quis innata atque innutrita sim, priuata, sub incerta salutis & carnificinæ laniena, inter tot ac tales latrones, & horrendum gladiatorum populum, vel fletum desinere, vel omnino viuere potero? Lamentata sic, & animi dolore, & faucium tendore, & corporis lassitudine iam fatigata, marcentes oculos dimisit ad soporem. Iam commodum * conquierat: nec diu, cum repentè lymphatico ritu somno recussa, longéque vehementius afflictare sese, & pectus etiã palmis infestis tundere, & faciem illam luculentam verberare incepit: & anicula, quanquam instantissimè causas noui & instaurati mœroris requirenti, sic adsuspirans altius, insit.

reti & candido fabulam Arionis scriptam esse ab Herodoto. Accipimus hoc loco filum pro lineamentis faciei, & venustate pulchritudinis: quæ liberam decet, & ingenuam. Lucianus de eadem loquens, sic ait: μιᾶς δ' παρθένου ὁρᾶμεν, οὐδὲ ἐκ τοῦ καλοῦ κλαιούσης, ἢ πρὸς τὴν ἀκμὴν τοῦ εἴδους, ἢ τοῦ κάλλους: id est, ducebant vnicam virginem luculentã & valde honestã facie, flentem, lacerantémque vestem & capillos. *Matronatus.*] dignitas matronalis, & grauitas. Nomen est quarti ordinis: dicíturque matronatus, vt patronatus, concubinatus. *Asino tali.*] Sub cuius effigie latebat homo, qui fuerat elegans spectator formarum, & puellaris formæ appetentissimus. *Mœrentem.*] flentem. *Pudicitiæ secura.*] Consolatio latronum, quæ puellæ pudicitiam illibatam impollutámque futuram pollicentur, cuius fœmina cum primis debet esse obseruantissima: sine qua, vt inquit Hieron. omnis virtus in fœmina ruit. Nec mirum latrones vim nullam inferre puellari castitati, vtpotè quos libido prædæ quàm pudicitiæ magis la-

ceſſat, proritétque: qui nõ tam Venerem quàm lucrum inhiant. *Compendio.*} lucro: feras, inquiunt, patienter hanc captiuitatem, ad breue ſaltem tempus. quoniam ita futura es nobis quæſtuoſa, & diuitiarum conciliatricula, quas ſcilicet parentes tui afferent nobis pro filiæ redemptione. *Sui ſanguinis.*} filiæ, qui parentũ ſanguis dicitur. Virg. Proijce tela manu ſanguis meus. *Blateratis.*} iactatis, & cum clamore dictis. Blaterare eſt, ſtulte & percupidè loqui. Camelos quoque cùm vocem edunt, blaterare dicimus. Horat. ſine c, prima correpta profert, cùm ait in Sermonibus: Magno blateras clamore, fugiſque: exponit Porphyr. latras, vel furiosè clamas. Hinc blaterones inſigniter dixerunt homines in verba prouectos, quos & locutuleios & loquaces appellant. *Quid ni?*} Comicum eſt, ſignificans certè, videlicet, quare non. *Ad ſecta ſueta.*} Hoc eſt, prædas graſſaturáſque faciendas. Hæc enim ſueta ſunt & vſitata ſectæ latronum atque graſſatorum. *Euocari.*} abduci, remoueri. *Altius eiulans.*} ritu fœmineo ex intimis præcordiis eiulationem ciens. Eſt autem eiulatus propriè fœminarum, & dicitur gemitus flentis. M. Tul. ait in ſecunda Tuſculana: eiulatum nec mulieri quidem eſſe conceſſum, tanquam erubeſcendum. Interpretatúrque eſſe fletum, quem 12. Tabulæ in funerib. adhiberib. vetuerunt: quod leſſum nominabatur, de quo ſæpe diximus. *Ilia quatiens*] immodicus fletus concitat ſingultum, cuius agitatu ilia quatiuntur. Singultus, vt inquit Celſus, ſternutamento finitur: Ideóque docet Plato in Sympoſio, nares eſſe extimulandas, vt ſternutatio irritetur: ita enim ſingultum ſedat. Idẽ refert, ſingultum deſiturum, ſi quis ſpiritum cohibeat, vel ſi aqua multa tauces intus foueat. *An ego miſera.*] Querimonia eſt & lamentatio puellæ, qua ſuam infœlicitatem conqueritur. Ex bonorum priuatione, & malorum copia, vt inquit Seneca, triſtiores videbis quos fortuna deſtituit, quàm quos nunquam aſpexit. Heu quàm miſerum eſt diſcere ſeruire, vbi ſis doctus dominari. *Saxeo car.*] Domicilium latronum, ſaxeum carcerem appellat emphaticôs, ad conditionem, in qua erat, deteſtandam. Ita Virg. Clauſo ventorum carcere regnet. *Sub incerta ſalutis.*] Legere malim, *ſub incerto*: quaſi in dubio ſalutis, in incerto. *Sub carnificinæ laniena.*] Ex apparatu latrocinali gladiatorióque coniectat, quibus in malis ſit poſita. Nam cùm ante oculos habeat horrendũ quaſi carnificis & carnificinæ inſtrumentum, de vita deſperat: ne laniena & excarnificatio ipſi miſeræ impendeant. Nam, vt inquit Cyprianus, nemo ſatis tutus, periculo proximus. *Viuere potero.*] Percunctatiuè pronũciandum: quaſi dicat, inter gladiatoriam turbam, neque lacryma

rum

rum pausam facere potero, nec diutius viuere. Malè enim conuenit virgo ingenua latronum contubernio. *Faucium tendore.* Fauces ex lamentatione & eiulatu tenduntur ac diuexantur. Tendor autem nomen est nouè dictum, pro extensione: vt caldor, mador, leuor. Est enim Apuleius noster verborum opifex elegantissimus, & in verbis oppidò quàm audaculus, Talis fuit apud priscos Laberius, qui mœchimonium dixit pro adulterio, & depudicarit pro stuprauit, & manuarium pro fure, & gubernium pro gubernatore, & planum pro sycophanta: quo M. Tul. vsus est: & Horat. in epistolis, cùm ait: Fracto crure planum. vbi Planum scurram significat, siue sycophantam. qui locus à recentioribus interpretibus magis contaminari solet, quàm enarrari. Et quoniam incidimus in Laberiana vocabula, obiter illud annotandum est, quòd pro inferno Catonium vsurpat illo versu: Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium. Fuit tempus cùm existimarem legendum esse, In canonium, quasi malorum domicilium: sed verius Catonium. Nam verbum ductum est, vt opinor, ab aduerbio Græco κάτω, quod significat infrà: vt catonium quasi infernum interpreteris, sicut catogæon subterraneum domicilium. Pensitemus & illud in præsentia apud Spartianum in Adriano: Doctores bonorum suorum, si suæ auctoritatis essent, catomidiari im amphitheatro & dimitti iussit. Quid sit catomidiari, quidve significet, ingenuè nescire me fateor. verbum inauditum, illectum, inusitatum. Ego opinor legendum esse Catonudari, & pro doctores bonorum, corrigo decoctores: vt sit sensus: Hadrianũ iussisse decoctores patrimonij catonudari, id est inferiori parte corporum nudata ostentari, vel in ima amphitheatrali sede nudari: quod siue hoc, siue illo modo, probrosum sanè erat, & ignominiosum. Decoctores autem dici eos qui bona ac patrimonia comminuunt, vt soluendo non sint, quis ignorat? Decoctoribus (vt ait M. Tul. in Antoniana) certus in theatro locus erat lege Roscia constitutus: qui scilicet fortunæ vitio, non suo decoxissent. Ad hunc intellectum referendus Ciceronis in Epistolis locus mendosus, tenebricosũque qui me duce ita emendari & illustrari potest. In epistola ad Fabiũ Gallũ sic scriptum legitur: Vereor ne in Catocatoninos mi Galle. Tu meo periculo emenda: Vereor ne in catonium Cato nos mi Galle, hoc intellectu: Timeo ne nos Cato trudat in catonium, & quasi præcipitet ad orcum, sitque causa calamitatis. Aspergitur aũt sal facetosus ex nominis similitudine, tanquã à Catone sit catoniũ.

Dij boni quæ portenta, quas nugas blaterant commentatores, & effutiunt grammatiſtæ triuiales ſuper hoc loco: quem in lucem(abſit inuidia verbo)vt ſexcenta alia, primus protuli, & in poſterum proferam,ſi modò Deus vitam ſuppeditauerit: quam tantiſper mihi opto prorogari,dum ego vtilis huic negociationi literariæ,poteróque ſtudioſis eloquentiæ,& candidatis doctrinarum in commune conſulere. *Marcentes oculos.*] languentes. *Somno recuſſa.*]pro excuſſa. Virg.vteróq; recuſſo,dixit,pro cõcuſſo: vt ſit præpoſitio ꝑ præpoſitione,ſicut exponit Serui. Excutitur autẽ, ſiue recutitur quis ſomno cũ terrifica ſomniat,aut ſtrepitu obſtrepero tumultuarióque excitatur. Sic Virg. Excutior ſomno. quod, vt inquit Se. terroris eſt,non ſatietatis. *Lymphatico ritu.*] more furentium inſanientiúmque. Namque lymphati dicuntur, furore perculſi,& inſanientes. Memoriæ proditum eſt, quicunque effigiem nymphæ, quæ & lympha dicitur, viderit, furendi finem non facere. Vnde apud poëtas identidem lymphati pro furentibus,& commotæ mentis hominibus accipiuntur. Græci νυμφολήπτους appellãt. Inde fit lymphare verbum,quod ſignificat lymphatico furore corripere, vt apud Flac. Deus ancipiten lymphauerat vrbem:& apud Statium, It lymphante Deo. Tales quoque ſunt ferè hi qui ceriti & laruati dicuntur,quaſi Cereris ira aut laruarum occurſatione vexati. Apud Plaut. certè,laruatus es,aut ceritus:& alibi,Iube hanc pro cerita circumferri. De lymphaticis ait Plin.in 25. ſcribens helleborum mederi melancholicis,inſanientibus,lymphaticis, elephantiæ & tetano. Eſt autem tetanos,vt verbum Plinianum obiter explicemus,ceruicis morbus,qui rectam & immobilem ceruicem rigore neruorum intendit,ex quo genere quoq; ſunt opiſthotonos & emproſthotonos. Opiſthotonon Plin. dolorem ceruicis inflexibilem vocari tradit: qui propriè fit,quando caput ſcapulis annectitur. ſicut econtrariò emproſthotonos dicitur, vbi mentum pectori ex neruorũ rigore annexũ eſt. ὄπισθεν, Græcè retrò dicitur, ἔμπροσθεν antè, ἀφ' οὗ τόνος contentio: vnde opiſthotonos & emproſthotonos. Quidã nõ tam ſubtiliter quàm platicè indiſcretis his nominibus vtuntur. Elephantia verò morbus eſt diu in Italia ignotus, quo ſumma parscorporis crebrismaculis,crebríſque tumoribus deformatur: de quo Celſus & Auicẽna Elephas à Q. Sereno nominatur. ſic referente. Eſt elephas morbus triſti quoque munere dirus, Plin. elephantiaſim appellat: atque, ante Pompeij Magni ætatem non accidiſſe in Italia:à facie ſæpius incipientem, Ægypti peculiare malum, & cùm in reges incidiſſet populis funebre: quippe in balneis

balneis ſolia temperabantur, humano ſanguine, ad medicinam eam. Penſitatis curioſè interſpectiſque ſolertiter Plinij & Cor. Celſi verbis, facilè adducor vt credam, videri elephantiam eſſe morbum illum, qui haud pridem totam fermè inuaſit Italiam: quod malum vulgò Gallicum appellant. Nam à facie ſæpius incipit tanta fœditate, vt quæcunq; mors præferenda ſit: quo mirabilius quid poteſt reperiri? aliqua gigni repente vitia, & ea quidem ignota medicis. Vix enim huic morbo medelæ ſalutares inueniuntur: vt verum illud à Plinio, perinde quaſi ab oraculo dictum ſit, medicinas morborum nouitatibus ſubinde victas eſſe. Non fuit hæc lues apud maiores patréſque noſtros: ſicut mentagra etiam morbus fuit incognitus quo priſcorum, quem & lichenas appellauere: qui primùm Tiberij Claudij Cæſaris principatu irrepſit in Italiam, quodam Peruſino equite Romano ex Aſia contagionem eius importante: nec ſenſere id malum fœminæ, aut ſeruitia, plebeiíque humile: ſed proceres, veloci tranſitu oſculi. quoniam autem à mento ferè oriebatur, mentagram appellauere, occupantem multis & intuitus toróſque vultus, oculis tantum immunibus: deſcendentem verò & in colla, pectúſque ac manus, fœdo cutis furfure. Hic verò Gallicus morbus maculis luridis & enormibus fœdat faciem, & corporis cutem puſtulis deformat, interdum citra dolorem vllum: ſed ſæpius cum cruciatu, qui articulos torquet, & vitalia populatur: idque potiſſimum noctu, adeò vt nulla quies detur, noctéſque inſomnes agantur, & cum eiulatione. Lentus eſt, & lenta habitudine corpora conficiens, vixque vllo tempore aut medicamento ſaneſcit. Quidam hunc morbum non elephantiaſim aſſerunt appellandum. ſed ſpeciem pſoræ & lepræ, & inter epidimiæ & puſtularum genera numerandum eſſe contendunt. Ego nihil nec refello nec affirmo, vt dogmatiſtes: ſed coniectatoriè, vt opinator, iſta ſubtexui. Cæterùm quocunque nomine morbum hunc peſtiferum, fœdum, diuturnũ appellari libeat, libet exclamare, Dij prohibete minas, Dij talem auertite peſtem. Valeat abeátque dira hæc lues omni peſtilentia peſtilentior, in barathrum & catonium. Nos Deo iuuante vegeti & incolumes, & à teterrimo hoc malo immunes, inſtitutos Commentarios peragamus. *Pectus tundere.*] Dolétis & ſe afflictantis ſpecimẽ. Virg. Vnguibus ora ſoror fœdãs, & pectora pugnis. *Palmis.*] à palma fit ſpecioſũ verbũ, depalmare, quod eſt manu verberare. A. Gellius: Neratiũ ſeruus ſequebatur, crumenã aſſiũ portitans: & quẽcunque depalmauerat, numerari ſtatim ſe cundum 12. tabulas quinque & viginti aſſes iubebat. A palma, palmipedes dictæ aues: vti ſunt anſeres, & aquaticæ ferè omnes.

Luculentam.]Pulchram,ſplendidam, formoſitate conſpicuam. A luce dictum luculentum,ſicut à luto lutulentum, quod pro cœnoſo & ſordido accipitur:luculentitatẽ dixerunt veteres pulchritudinẽ & ſplendorẽ. Laberius:Dominus tua luculentitate captus.

*Hem nunc certè nunc maximè funditùs periy : nunc ſpei ſalutiferæ renuntiam. Laqueus, aut gladius, aut certè præcipitium proculdubiò capeſſendum eſt. Ad hæc anus ſubiratior, dicere eam ſæuiore iam vultu iubebat, *quod malum fleret? vel quid repentè poſtliminio preſſæ quietis lamentationes licentioſas refricaret? Nimirùm, inquit, tanto compendio tuæ redemptionis defraudare iuuenes meos deſtinas?* Quod ſi peragis vlteriùs, iam *faxo lacrymis iſtis, quas paruipendere latrones conſueuere, inſuper habitis, viua exurere. Tali puella ſermone deterrita, manúque eius exoſculata: Parce, inquit, mi parens, & duriſſimo caſui meo, pietatis humanæ memor, ſubſiſte paululùm. Nec enim, vt reor, æuo longiore maturæ tibi in iſta ſancta canicie miſeratio prorſus exæruit. Specta denique ſcenam meæ calamitatis. Specioſus adoleſcens inter ſuos principalis, quem filium publicum omnis ſibi ciuitas cooptauit, meus alioquin conſobrinus, tantulo triennio maior *ætate, qui mecum primis ab annis nutritus & adultus, indiuiduo contubernio domuſculæ, immò verò cubiculi thoríque, ſanctæ charitatis affectione mutuò mihi pignoratus, votíſque nuptialibus pacto iugali pridem deſtinatus, conſenſu parentum,*

Hem nunc certè.] Fœminæ, vt docet Ariſtot. lib. de hiſtoria animalium 9. deſperatiores ſunt quã mares, ac pauidiores. Et hæc quaſi deſperantis puellæ lamentatio eſt, qua de ſemetipſa actum eſſe prædicat. Verba ſunt deſperantibus accommodatiſſima.

Laqueus.] Auſonius : Hæc laqueum tenet, hæc ſpeciem mucronis inanem Ingerit, illa cauos amnes, rupémque fragoſam. Phædra laqueo ſe permit, Dido necem ſibi gladio conſciuit, Hero ſe præcipitem dedit ex turre Seſtiacã, Sappho ex petra Leucate deſiliit. Apud Horatium puella Europe, de mortis genere eligendo deſperanter agens, ſic ait: Quid mori ceſſas? poteshac ab orno

*tum,tabulis etiam maritus nuncupatus ad nuptias,officio frequenti cognatorum & affinium ſtipatus,templis & ædibus publicis victimas immolabat. Domus tota lauris obſita, tædis lucida, conſtrepebat Hymeneum. Tunc me gremio ſuo mater infœlix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat: mellitiſque ſauijs crebriter ingeſtis,iam ſpe futura liberorum*voti anxijs propagabat: cùm inruptionis ſubitæ gladiatorum impetus ad belli faciem ſæuiens, nudis & incertis mucronibus coruſcans, non cædi,non rapinæ manus afferunt:ſed denſo conglobatóque cuneo, cubiculum noſtrum inuadunt protinus. Nec vllo de familiaribus noſtris repugnante, ac ne tantillum quidem reſiſtente, miſeram, exanimem ſæuo pauore, trepido de medio matris gremio rapuere. Sic inſtar Athracis, vel Pirithoi, vel Proteſilai, deſpectæ, diſturbataque nuptiæ.*

Pendulum zona bene te ſequuta Lædere collum. Siue te rupes & acuta letho Saxa delectant, age te procellæ Crede veloci. *Quod malum.*] Interiectio eſt indignantis,vt docet Donatus. Apud M. Tullium : Quæ, malùm, eſt iſta ratio. Apud Plautum in Menęchmis:Quæ hæc, malùm,impudentia eſt? Honeſta locutio, & frequens apud ſcriptores idoneos. *Poſtliminio quietis.*] Id eſt, poſt quietem.Poſtliminij vocabulo quædam reuerſio ſignificatur : quia ſemper, Poſt,id ſignificat,quod retrò relinquitur.De poſtliminio in ſuperioribus copiosè diſſerui. *Refricaret.*]tranſlatio ab obducta cicatrice,quam refricando recrudeſcit vulnus.M.Tul.in Philippicis: Cùm autem illam pulcherrimam facti memoriã refricat. *Compendio.*]lucro,quod ex redemptione tua conficeretur. *Iuuenes.*] Ex modeſtia & officio miniſterij maluit iuuenes dicere, quàm dehoneſto veróque vocabulo latrones.*Inſuper habitis.*]poſthabitis,ſpretis,neglectis.*Exurêre.*]exurêris cremaberiſque. *Mi parens.*]mea mater.nomen reuerentiæ eſt,& blandimenti. ita Hieronymus:Mi domina,mi Euſtochium. *Subſiſte.*]Inuſitatè dictũ, pro ſuccurre, & opem fer. Alibi quoque dixit: Tu meis iam nunc extremis ærumnis ſubſiſte. Nec temerè inuenies id verbũ in hoc ſignificatu. *Pietatis memor.*]Iuxta illud comicum,Homo ſum,nihil à me humani alienum puto.*Matura tibi.*]ſeneſcenti &

vetulæ:nomq; est:ita enim maturitas quædam ætatis est, vt fructuum:& maturus dicitur homo magno natu,vt poma in arboribus matura. *Sancta canicie.*] venerabili senecta:tanquam canicies afferat senescenti ætati nescio quid venerationis. Tamen dixit apud M.Tullium Cato,quod non cani,non rugæ repentè auctoritatem afferre possunt.Callistratus iureconsultus tit.de iure immunitatis:Semper,inquit,in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit.namque maiores nostri penè eundem honorem senibus quę magistratibus tribuebant.Canicies, quæ Græcè πολιότης, ex inopia & exilitate caloris trahitur. Senectus autem cùm frigida sit & sicca,meritò canescit.Canicies homini tantùm &equis.Ruffi homines celeriùs quàm nigri canescunt: auctores Aristoteles, Plinius,Albertus Magnus, cæteri. Tempora primò canescunt. ideóque Homerus πολιοκρόταφος vocat , quasi temporibus canescentes.quod & Maro noster scienter signat,cùm ait:Æmula nec dum Temporibus geminis canebat sparsa senectus. *Scenam.*] spectaculum,imaginem,apparatũ,vt suprà diximus. *Filium publicũ.*] Laus adolescentis, qui ob speciẽ & pulchritudinẽ adeò fuerit amabilis,vt esset publicus amor,& ab omnib.perinde ac filius diligeretur. Gordianus à senatu filius est dictus:eundẽ milites filium appellauerunt,quem omnis populus delicias suas nominabat.Non absimile illud Persianum:Hunc optent generum rex & regina,puellę Hunc rapiant.Plato præcipit, matrimonia non priuatim maritanda esse,sed fieri communia:curantibus magistratibus,ne dispares inter se copulẽtur.Ex hac cõfusione promiscua vtilitatem illam prouenturam autumat,vt patres,dum suos liberos nesciunt,omnes quot viderint eius ætatis,suos credant,& vt iuuti,communium liberorum omnes omnium sint parentes.Hoc totum transtuliſſe videtur Plato ex institutis Lycurgi legum conditoris,qui sanxit,vxores compluribus communicandas esse, filiósque non proprios patrum , sed communes ciuitatis habendos.*Cooptauit.*]quasi adoptione quadam asciuit,delegítque.Verbum est,ad electionem magistratuum propriè pertinens M.Tullius in 13.Antoniana In paternum auguratus malo cũ cooptatione cooptabo.Idem in Bruto, cooptatum se ab Hortensio in collegium augurum refert.*Consobrinus.*] Consobrini ex duabus editi sororibus dicuntur , vt tradit Nonius, & Caius iurisconsultus probat tit.de gradibus:qui cõsobrinos dici tradit quasi cõsorori nos,qui ex duabus sororib.nascũtur:amitinos verò,qui ex fratre & sorore propagantur: sicut patrueles,qui duob.ex fratrib.progenerãtur, sed vulgus ferè omnes istos communi appellatione consobrinos

ſobrinos vocat. Sobrini verò vocantur conſobrinorum filij. Verũ, vt alij putant, & memorat Donatus, de ſororib. hi ſunt ſobrini quaſi ſororini dicti. *Tantulo.*] paruo, trienni ſpatio. Tantulùm enim & quãtulùm minutionem paruitatémque ſignificant. M. Tul. Ex fici tantulo grano. Plautus in Penulo: Quantæ ex quantulis iam ſunt factæ. Plinius noſter de apibus ſcribens: Quantulùm tamen eſſe in tantulis poteſt? *Individuo contubernio.*] Inſeparabili ſodalitate, & indiuulſa cõtubernalitate. De cõtubernio caſtrenſi, & contubernalib. apud Suetonium ſatis multa. *Domuſculæ.*] puſillæ domus. *Thori.*] ſignat ſe cum illo adoleſcente in eodem lectulo cubitare conſueuiſſe. Sanctæ charitatis, ad amouendam adulterij ſuſpicionem dixit hoc. *Pignoratus*] mancipatus, & quodam quaſi pignore coniugali deuinctus: ſicut annuli pronubi arrabone obligantur, oppignorãtúrque maritus & vxor. Tertullianus: Cùm aurum nulla norat præter vnico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo. *Pacto iugali.*] quo coniuges copulantur. De hoc Iuuenal. Conuentum tamen & pactum & ſponſalia noſtra Tempeſtate paras: quæ omnia ſunt verba legitima. Titulus eſt apud iuriſconſultos, de pactis dotalibus: vbi dicitur, quòd pacto conuento ſtari oportebit. Alludere videtur ad vinculum iugale, de quo Virg. Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali. Autumant grammatici, vinculum iugale ideò dici, quia iugum imponebatur matrimonio coniungendis: vnde etiam Iuno Iuga dici creditur, de qua mox plura. *Deſtinatus.*] verbum conueniens nuptiis. Ita Vlpianus: proinde ſi patronus ſibi deſponderit aliam, vel deſtinauit. *Conſenſu parentum.*] Ex præſcripto legum nuptiæ legitimæ non ſunt, niſi ex conſenſu parentum fiant, in quorum poteſtate ſunt liberi: præterea, vt inquit Vlpianus tit. de regulis iuris, nuptias non cubitus, ſed conſenſus facit. *Tabulæ.*] dotalibus. *Nuncupatus.*] nominatus, pronunciatus, ſiue promiſſus: nam pecunia nuncupata, vt ait Cincius, dicitur nominata, certa, nominibus propriis pronunciata. Santhra libro ſecundo de verborum antiquitate, vota nuncupata ſignificare ait, non tam nominata quàm promiſſa, & quaſi teſtificata. *Officio frequenti.*] Officium generali vocabulo appellatur omnis honeſta actio, ad vnũquémq; conueniens pro cõditione perſonæ: quaſi efficiũ dictum. Peculiariter officiũ dicimus, id quod nuptiali feſtiuitati impenditur. Iuuen. Officiũ cras Primõ ſole mihi peragendum in valle Quirini. Quæ cauſa officij? quid quæris? nubit amicus. Suetonius Caligula: Liuia Oreſtillam C. Piſoni nubentẽ, cùm ad officium & ipſe veniſſet. Olim Atherius orator, vt apud Tranquillũ annotauimus,

cùm defenderet reum libertinum, cui obiiciebatur, quòd patroni concubinus fuiſſet, dixiſſe fertur: Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſeruo neceſſitas, in liberto officium. Ex eo impudici & obſcœni aliquandiu officioſi vocati ſunt. Perfectum officium, quod cadit in ſolum ſapientem, Græco vocabulo catorthoma nominatur. De mediis officiis philoſophi, & maximè M. Tul. atque Ambroſ. copioſiſſimè diſſeruerunt. Vbi annotandum, quòd cùm Panætius περὶ τῶ καθήκοντος, id eſt, de Officio libros luculentos, inſcripſerit, viſa eſt M. Tullio inſcriptio plenior de Officiis pluraliter inſcribere, quàm de Officio ſingulariter. *Lauris obſita.*] Hac quoque tempeſtate domus nuptiales aulæis exornantur: lauro, hedera, aliiſque frondibus veſtiuntur fores, & veſtibula coronantur. Iuuenal. Necte coronam Poſtibus, & denſos per limina necte corymbos. Item lauros adhiberi ſolitas cauſa gaudiorum & feſtiuitatis, indicat, cùm ait: Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum Cretatúmque bouem. Tertul. quoque ſic inquit: Cur die læto non laurei poſtes obumbramus? Plin. lib. 15. Laurus, inquit, propriè triumphis dicatur: vel gratiſſima domib. ianitrix Cæſarum pontificúmque, quæ & ſola domos exornat, & ante limina excubat. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuncia fuit laurus. Addebatur militum lanceis piliſque: addebatur & literis, quæ ob id laureatæ nominantur apud hiſtoricos: ſuper qua re diligenter opinor & ſcitè ſcripſimus in Tranquilli commentariis. Faſces quoque Imperatorum lauro decorabantur: quinetiam in gremio Iouis optimi maximi deponebatur, quoties victoriam nouam attuliſſet. Laureati milites triumphantem ſequebantur, & ipſum laureum ramum tenentem, coronámque lauream capite geſtãtem. Græci daphnen vocant, & daphnona lauretum: vnde chamædaphne à Plinio dicta, humilis laurus. *Obſita.*] inuoluta, coronáque. Apud Teren. Pannis anníſque obſitum. apud Virgil. Ibat rex obſitus æuo. Metaphora eſt ab agro, vt inquit Donatus: exponitur Seruio obſitus æuo, pro inuolutus ætate. *Tædis.*] facibus: qui nocturna lumina adhibentur, & in nuptiis peculiariter vſurpantur. Scribit Plut. in Problematis, quinque faces in nuptiis accendi ſolitas, propterea quòd pentas, id eſt, quinarius numerus, ex omnibus vnus potiſſimùm nuptialis ſit, tanquam ex mare & fœmina conſtans: vel quia mulier non plures quàm quinque geminos vno partu gignere poteſt. Cui ſententiæ aſtipulatur Ariſtot. qui finem multiiugæ partionis, quinque eſſe dixit: neque plures vnquam ſimul genitos. Tradit Plin. noſter in 16. faces nuptiarũ ex pinu alba fieri

fieri ſolitas,tanquam auſpicatiſſima:quoniam inde fecerint paſtores,qui rapuerunt Sabinas.Hinc illud Catullianum,Spineam quate tædam: quæ lectio apud Catullum puriot & verior videtur,quàm ſi legas pineam,ſicut vulgò legitur. Pueri tres patrimi & matrimi (ita enim vocantur, qui patrem habent,& matrem) adhibebantur ab antiquis:vnus qui facem præferret ex ſpina alba,quia noctu nubebant.quo qui nubentem tenebant,fax autem illi rapi mox ſolebat ab amicis ſponſi & ſponſæ,ne aut vxor eã ſub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in ſepulchro comburendam curaret: quo vtroque mors propinqua alterutrius putabatur. *Hymenæum.*]nuptialem Deum & nuptiale carmen. *Gremio mater.*] Rapi ſimulabatur virgo ex gremio matris,cùm ad virum ducebatur:quòd videlicet ea res feliciter Romulo ceſſit,Sabinas in ſpectaculis rapienti. *Mundo nuptiali.*] ornatu,quo noua nupta ornari ſolet. Mundus muliebris eſt,quo mulier mundior fit. Eo continentur (vt inquit Vlpianus) ſpecula,vnguenta,vaſa vnguentaria,& ſiqua ſimilia diei poſſunt.Separátque ornamenta muliebria à mundo muliebri,tanquam mulier poſſit eſſe mũda,nec tamen ornata: vt ſolet contingere in his quæ ſe mundauerint lotæ in balneo, neque ſe exornauerint. & contrà eſt aliqua ornata,nec tamen mundata. Sed (quod cum honore multo Vlpiani dictum ſit) argutius hoc videtur eſſe quàm verius: appellatione enim mundi muliebris apud oratores,hiſtoricos,poëtas,non ſolùm illa quibus mundior fit mulier , ſed ea quoque quibus ornatior,ſignificantur: quod & nomen indicat. Nam quem coſmon Græci nomine ornamenti appellauerunt , eum nos à perfecta abſolutáque elegantia mundum. Liuius:Non aurum modò his , ſed & poſtremò veſtem mundúmque omnem muliebrem ademit. Lucilius neutro genere appellauit his verſibus:Legauit quidam vxori mundum omne, penúmque. Quod mundum atque penum? nam quis diiudicet iſtuc? *Sauiis.*]baſijs. Diminutiuum eſt ſauiolum,quo vtitur Catullus: Sauiolum dulci dulcius ambroſia. Tria ſunt , vt inquit Donatus , oſculandi genera, oſculum , baſium , & ſuauium : oſcula officiorum ſunt , baſia pudicorum affectuum , ſuauia libidinum vel amorum. *Incertis.*] Lego , *inſertis.* Mucrones enim ſtricti inſeruntur , ingeruntúrque à machærophoris. *Cuneo?*] Multa ſunt vocabula militaria à rebus ipſis tranſlata , quarum in acie inſtruẽda imagines oſtendũtur: vt globus,forfices,ſerra,cuneus. Nam cùm cunei(quod inſtrumentũ eſt ad ligna ſcindenda excogitatũ)figura ſit in ſummo acutior,in imo latior:inde multitudo

peditum cuneus dicitur, quæ prima parte anguſtior, deinde latior procedit,& aduerſariorum ordines rumpit.Simplicitas militaris porcinum caput appellat: auctores Marcellinus & Vegetius: Contra cuneum opponitur ordinatio, quam forficem vocant:globus autem,qui à ſua acie ſeparatur,vago ſuperuentu incurſat inimicos: contra quem alter populoſior vel fortior immittitur.Item ſerra nominatur,quæ à ſtrenuiſſimis directa,ante frontem opponitur hoſtibus,vt turbata acies reparetur: hinc ſerra præliari dicitur,cùm aſſiduè acceditur & receditur, neque vllo tempore conſiſtitur. Cato de re militari:Siue fortè opus ſit cuneo,aut globo,aut forfice,aut ſerra,vti adoriare.Cuneus quoque in theatro gradus & ordines ſignificantur, de quibus Iuuenalis,Martialis, Tranquil.cæteri. Hinc theatrum cuneatum à poëta dictum.Docet Vitruuius in quinto, quemadmodùm cunei in theatro diuidũtur.*Tantillùm.*]minimùm.*Sic inſtar Athracidis, vel Proteſilai.*] Hiſtoria ſiue fabula obſcurior ſignatur,quæ (vt ingenuè fatear)nondum mihi liquet, nec de ea ſatis conſtat. Idcóque ampliùs quærendum eſt. Sed video dictionibus ſolerter penſitatis,locum hunc conducenter & congruenter ſic corrigi poſſe: Inſtar Athracidis vel Pirithoi. Vt ſit ſenſus,diſturbatas eſſe puellæ captiuæ nuptias, ſicut olim Hippodamiæ & Pirithoi diſturbatæ fuerunt. Pirithous enim cùm vxorem duceret Hippodamen, Centautóſque ad nuptias inuitaſſet, illi violentia libidinéque ſimul extimulati,nuptias diſturbarunt:ex quibus Eurythus Hippodamen rapuit,alij alias. Hinc inter menſas nuptiales atrox pugna pugnata, qua Centauri ſunt partim cæſi,partim in fugam pulſi.Rem canit Ouidius luculentè in 12.Hippodame dicta eſt Athraciş figura patronymica, à patre Athrace, qui primus artem magicam apud Theſſaliam conſtituit. Hinc ars Athracia pro magia dicitur Papinio,cùm ait, Athracia rubet arte labor.Ouid.quoque Athracida hanc appellat ſcribens: Athracis Æmonios traxit in arma viros.Inſtar ergo Athracidis exponẽs, inſtar Hippodames,ſiue Hippodamiæ Athracis filiæ. Eſt & Athrax oppidum in Theſſalia Plinio,Ptolemæo,cæteris.Hanc noſtram emendationem plauſibiliter probat Codrus,collega meus in profeſſione literaria,homo impenſè doctus, & vtriuſque linguæ callens:qui plus habet in receſſu quàm oſtẽtet in fronte,qui in penſitandis tam priſcorũ quàm recentiorum libris iudicio eſt præcellenti præditus: cui hæc mea, qualiacunque ſunt, probari vehementer gaudeo. Pluris enim facio iudicium vnius eruditi, quàm ſexcentorum male literatorum: contentus doctis præconibus,imperitorum rumuſculos & vituperonum linguas liuoris

cote

cote acuminatas flocci non facio. Sed vt domum repetamus, quo modo Protesilai nuptiæ disturbatæ sint, non dispicio: nec vsquam (quod equidem meminerim) scriptum legi. De Protesilai quidem obitu, & Laodamiæ eius coniugis amore exuperantissimo, non pauca traduntur, & ea quidem cognitissima: sed de disturbatis nuptiis nihil adhuc compertum. Erit ergo hic locus ita castigandus, vt castigandum docuimus, Diis hominibúsque plaudentibus: aut fabula remotior quærenda, sicut A. Gellio historia oraculi arietini ob Plautinos versus fuit vestiganda, inquirendáque.

Sed ecce sauißimum omnium, nunc etiam redintegratur, immò verò cumulatur infortunium meum. Nam visa sum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipso violenter extracta, per solitudines auias infortunatißimi mariti nomen innocare: eúmque, vt primùm meis amplexibus viduatus est, adhuc vnguentis madidum, coronis floridum, consequi vestigio me, pedibus fugientem alienis. Vtque clamore percito formose raptum vxoris conquerens, populi testatur auxilium, quidam de latronibus importuna persecutionis indignatione permotus, saxo grandi pro pedibus abrepto, miserum iuuenem maritum meum percussum interemit. Talis aspectus atrocitate perterrita, somno funesto pauens excussa sum. Tunc fletibus eius adsuspirans anus, sic incipit: Bono animo esto mehercules, nec vanis somniorum figmentis terreare. Nam præter quòd diurna quietis imagines falsæ perhibentur, tum etiam nocturnæ visiones contrarios euentus nonnunquam pronuntiant. Deni-*

Visa sum.] insomnis scilicet, & per quietem. Inter genera insomniorum, vnùm est quod Cicero visum vocat, Græci φάσμα. Est & visio, cùm id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. Græci ὅραμα vocant. *Auias.*] inaccessas, & penitùs remotas. Homo quoque dicitur auius, à via recta deuius. Lucretius: Auius à vera longè ratione vagaris. Hinc illa annominatio apud Quintilianum, & in Rhetoricis ad Herennium, Auium dulcedo ducit auium. *Viduatus.*] priuatus, spoliatúsque. *Pedibus alienis.*] Hoc som-

nium propriè visio est: videt enim quod euenturum est. nam pedibus asini Apuleiani mox fugiet. *Raptum.*] rapinam. *Interemit.*] interemisse visus est. Somnij exitus erit hic, vt puellæ sponsus ab amico perfidiosissimo lancea confossus interimatur. *Pro pedibus.*] ante pedes. Annotauimus iam sæpe, particulam, Pro, modò, In, modò, Ante, significare. *Aspectus.*] visionis. *Mehercules.*] Annotanda est impropria, nec fœminæ congruens adiuratio: namque si credimus A. Gellio, sicut viri non deierant per Castorem, ita mulieres per Herculem non deierabant. Causa minimè obscura: Herculano enim sacrificio abstinent: quod apud Propertium in quarto commentario copiosissimè explicatur. Nusquam enim, vt Gellianis verbis vtar, scriptum inuenire est apud auctores idoneos, aut mehercules mulierem dicere, aut mecastor virum. Tamen Apuleius inter scriptores non proletarius, sed classicus, morosa illa diligentia haudquaquàm obseruata, non tam insciter quàm eleganter fœminam per Herculem adiuratam inducit. *Somniorum figmentis.*] Philosophi tradunt, somniis non esse credendum. Quod idem asserit Hieronymus, ostendens illud vulgatissimum, quod indocti pro oraculo quotidie aduocant, somnium fuisse, quo iurauit in cœli cõsistorio, se libros seculares nunquã deinceps lecturum: cũ illi obiiceretur, quòd Ciceronianus foret magis quã Christianus. Namq; in Apologia cõtra Ruffinũ aptè indicat, id fuisse somniũ: docéusq; inibi ex prophetarũ auctoritate, somnijs minimè esse credendũ, subaccusat Ruffinũ, quod à se somni exigat sponsionẽ. Quidam olim somniauit, siue is Alexander Magnus fuerit, siue alius, ne somnis crederet. Ex quo scholastica controuersia proponi solet in genere asystato, quod inconsistẽs nostri dicunt. Si enim crediderit, tamen sequitur vt nõ sit credendũ: si autẽ nõ crediderit, tamen sequitur vt credendũ sit. Sic inducitur declamatio sibi repugnãs, séq; dissoluens. Vetsiculo Græco somniorũ fides eleuatur, cui cõcinit illud Tibulli: Somnia fallaci ludunt temeraria nocte: & apud maximũ Poëtarũ scriptũ est, Sed falsa ad superos mittũt insomnia manes. Sõniatores dicti sunt interpretes somniorũ. In Deuteronomio scriptum est, Non audies verba somnia-

*que, flere, & vapulare, & nonnunquã iugulari, lucrosum prosperúmque prouentum nuntiant: contrà ridere, & *mel litus dulciqli ventrem saginare, vel in voluptatem veneriam conuenire, *tristitiæ animi, langori corporis, damnísque ceteris vel anxiatum iri prædicant.*

Digitized by Google

ſomniatoris. Inſomnioſus dicitur Catoni, qui multum ſomniat. Omnis, inquit, qui inſomnioſus eſt, hac eadē curatione ſanū facies. M.T.li.2.de Diuin. ſomnia ſomniorúmq; ſignificationes il ludit. Fatetúrque, nihil adeò ſomnijs ſignificari. Homerus tamē dixit in primo Il. παρ' ὄνειρ ἐκ Διὸς ἐστίν, id eſt, ex Ioue ſunt ſomnia. Græci n. ὄνειρ ſomniū vocant. Hic locus, vt Plinij verbis vtar, diuerſis eſt refertus documentis: vtrū ne ſint aliqua præſcita animi quieſcētis, qua fiāt ratione: an fortuita res ſit, vt pleraq;: & ſi exēplis agatur, profectò paria fiant à vino, & à cibis proxima: atq; in redormitione vana eſſe viſa, propè eſſe cōuenit *Imagines falſæ.*] Ex Academica diſciplina hoc dictū eſt, quæ nihil affirmat: ideóque Academici philoſophi ἐποχητικοὶ nominati, quaſi ambigentes, dubitantéſque: nihil enim cōprehendi putant: & imaginibus, quas phantaſias vocant, mortales falli aſſerunt. Super qua re apud philoſophos & Auguſtinum de Academicis, & Ciceronem in Hortenſio ſubtiliſſimè argutiſſiméque diſſeritur. Si igitur diurnæ imagines fallunt, quantò nocturnæ viſiones fallaciores vanioréſque videri debent? Galenus improbat incomprehenſibilitatem Academicorum, aſſerens credi oportere oculis & palato, &, vt ipſe inquit: an hoc pomum, hanc ficum eſſe non credis? *Contrarios euentus.*] Plin. in epiſtolis: Refert, inquit, euentura ſoleas, an contraria ſomniare. interdum enim diræ viſiones portendunt felices euentus. Ex hac ſententia anus puellam ſolatur, tanquam triſte ſomnium ex contrario euentu denuntiet meliora, ſitque futurū auſpicatius. Sicut interdum homo ſomniat ſe iugulari, verberari que: quod mox portendit lucrū & felicitatem. Sicut econtrario, dū ſomniamus nos veſci dulcioribus cibarijs, vel rei Venereæ operam dare, ex ſomnio optabili afficimur vigilantes anxietate, ſumúſque in calamitatibus. Plerique libros de obſeruatione ſomniorum compoſuerunt, tanquam leges ſomniorum ſtatui poſſent: quos irridet Syneſius Platonicus, iudicans prodeſſe perparùm: qui in lib. de ſomniis neque inſubtiliter, neque indiligenter docet, leges inſomniorum ſtatui haudquaquàm poſſe, cunctis æquè communes: quas Phemonoë & Melampus definire ſe poſſe & ordinare profeſſi ſunt. Sed debet potiùs vnuſquiſque ſeipſum quaſi artis habere materiam, & in memoria ſcribere poteſt, qualia viſa in quales euentus inciderint, & ita quiſque penes ſe ipſum multas huiuſmodi artis regulas cumulabit. Nam, ſicut qui frequenter nauigant, ſi quando ſcopulum aliquem obuium habent, in quem aſcendentes vrbem aliquā inde proſpiciant: quotiens eundē ſcopulum viderint, eandē agnoſcunt demonſtrántque ciuitatē: eadem ratione homo ſom-

nians, ſinque eandem viſionem ſæpius inuidens, ſibi deſignare poteſt quem potiſſimùm euentum portenderit. Præter hominẽ ſomniare equos, canes, boues, pecora, capras, palàm eſt. Creditur & ſomniare omnia viuipara, id eſt, quæ animal pariunt. De ouiparis, id eſt, his quæ oua gignunt, incertum eſt, quamuis dormiret ea certum ſit. *Circa videre.*] Corrige, *Contrà videre*: vt exponas, è contrario riſum inſomnis ſignificare mœrorem. *Mellitis dulciolis.* Lege, *mellitis dulciolis*: vt referatur ad cibaria, quæ mellita nominantur, à mellis conditura: de quibus apud Suetonium in Nerone, item apud Varronem, Macrob. Gel. Eſt illud memoratiſſimum: bellaria ea maximè ſunt mellita, quę mellita non ſunt: dúl cibus enim cum pepſi ſocietas infida. quo dicto ſignificatur, cibaria melle concinnata non facere ad ſtomachum, neque ſatis conducere concoctioni, quam Græci vocant πέψιν: vnde diſpepſin Catoni, pro mala digeſtione. *Prædicant.*] portendunt, denuntiántque animi triſtitiam, corporis languorem, & cætera, fortunæ detrimenta. *Velaxatum iri.*] Legendum puto, *Anxiatum*, quaſi ab anxietate, ſiue ab angore ducto vocabulo. Quòd ſi legas, *vexatum*, Latinum id quoque verbum eſt, & quadrat.

Anilibus fabulis.] Mos eſt anicularum, vt fabellas alumnis communiter denarrent, quibus illorum mentes mulcentur, & puerilis triſtitia diſcutitur. Quint. fabulis nutriculárum proximo loco ſuccedere debere Æſopi fabellas præcipit. Cùm autem ſenectus ſit natura loquacior, & ſenilis ſit propriè macrologia, ſeruat ſcitiſſimè τὸ πρέπον & decorum Lucius noſter: vt macrologiam, id eſt,

*Sed ego te narrationibus lepidis, animalibúſque fabulis protinus euocabo. & incipit. Erant in quadam ciuitate rex & regina. hi tres numero filias, forma conſpicuas, habuere. Sed maiores quidem natu, quamuis gratiſſima ſpecie, idoneæ tamen celebrari poſſe laudibus humanis credebantur. At verò puellæ iunioris tam præcipua, tam præclara pulchritudo nec exprimi, ac nè ſufficienter quidem laudari ſermonis humani penuria poterat. Multi denique ciuium, & aduenæ copioſis, quos eximij ſpectaculi rumor ſtudioſa celebritate congregabat, inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi. & admouentes oribus ſuis dexteram, *priore digito in erectum pollicem reſidente, vt ipſam prorſus Deam Venerem religioſis ado-*

rationi-

fationibus venerabantur.

multiloquium det aniculæ linguaci & loquaci; eámque inducat fabula longiore & lepida mulcentem puellæ lamentãtis mœſtitudinem. *Euocabo.*]delectabo,mulcebo:vel lege *Auocabo*, pro eo quod eſt, abducam amouebóq; à triſticia quam conceperat viſione ſomniorum. *Erant in quadam ciuitate.*]Fabula eſt, oratio ficta, viſibili diſpoſitione imaginem exhibens veritatis: qua vſi ſunt vetuſtiſſimi auctores, vt Heſiodus, Archilochus, Horat. Heſiodus quidem luſciniæ, Archilochus vulpis,Horat.muris. Nominantur autem ab inuentoribus; omnes tamen communiter Æſopiæ nuncupatæ: quoniam in conuentibus frequenter ſolebat Æſopus his vti. Fabula quæ moralis eſt,&ad vitæ vtilitatem maximè pertinens,dicitur Apologus, à quo ex præcepto M. Tul. ad Herennium exordietur orator,ſi erunt iudices audiendo defeſſi.Feſtiuos delectabiléſque apologos commentus eſt Æſopus fabulator:quibus(vt inquit A. Gel.) res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas in mentes animóſque hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Plaut.in Sticho:Perge obſecro: præſens hic quidem eſt apologus. Quidam non lanè recepto in vſum nomine Apologationem vocant,quod docet Quintil. in 5. Fabula Græcè μῦθος dicitur,& fabulator μυθολογος & μυθικός. Macrobius mythicosvocat rerum fabuloſarum ſcriptores, qui fictionibus hiſtorias obuoluunt. Quidam ſcripſerunt mythiſtorias,hoc eſt fabulares hiſtorias.Spartianus citat teſtimonium ex mythiſtoriis. Epimythion nominatur in fabulis Æſopiis particula nouiſſima, qua vtilitas ipſius fabulæ retegitur: quod noſtri Affabulationem interpretantur. Apud oratores fabula eſt, in qua nec vera nec veriſimilis res continetur. Argumentum verò eſt ficta res, quæ tamen fieri potuit:quales ſunt Plautinæ Terentianæque comœdiæ. Et hoc eſt quod ait Quintil. Nam & fabulæ ad actum ſcenarum compoſitę argumenta dicuntur. *Ego igitur.*]Inducitur anus conſolatrix, referens puellæ captiuæ fabulam lepidiſſimam, non minùs ſcienter quàm eleganter concinnatam,de Pſyche & Cupidine,cuius interpretamenta extant Fulgentio,viro apprimè docto, compoſita, qui ex phyſica ſubtilitate & ſenſu allegorico illam commentatus eſt:à quo hæc tota res ad animam refertur,quæ Græcè dicitur ψυχή. Scribit enim in Mythologiis,ciuitatem poni pro mundo,regem & reginã pro Deo & materia qui tres filias habebant:id eſt,carnem,libertatem arbitrij,& animam. Quam ideò iuniorem voluerunt,quòd corpori iam facto pòſt inditam eſſe dicebant:eandem ideò pulchriorem,quòd & à carne nobilior,& li

bertateſuperior.Huic inuidet Venus,quaſi libido:quæ, ad illam perdendam, Cupidinem mittit. Sed quia cupiditas eſt boni & mali,cupiditas animã diligit,& ei velut coniunctione miſcetur: quam perſuadet,ne ſuam faciem videat:id eſt,ne cupiditatis delectamenta diſcat, neve ſuis ſororibus, id eſt, carni & libertati: de ſuæ formæ curioſitate perdiſcenda conſentiat. Sed illarum impulſu percita,lucernam de ſub modio eiecit,id eſt, deſiderij flammam in pectore abſconſam depalat & inuulgat:viſam taliter dulcè amat.Quamideò lucernæ ebullitione dicitur incendiſſe,quia omnis cupiditas,quantùm diligitur,tantùm ardeſcit, & peccatricem ſuæ carni configit maculam. Ergo quaſi cupiditate nudata Pſyche,ex potenti fortuna eruitur, & periculis iactatur: & regia domo expellitur.Mox poſt ærumnoſos labores exanclatos,Cupidini cõnubio copulatur:&(vt inquit Martianus Capella)Pſyche opima muneribus Deorum adamantinis nexibusà Cupidine detinetur.Idem auctor eſt, Pſychen à Philologia expolitam fuiſſe: quinetiam Ariſtophanes Athenæus fabulam hanc Pſyches enormiverborum circuitu diſcere cupientibus prodidit. Et ſanè eccleſiaſtici conditores in canonicæ ſcripturæ interpretamento arcana myſteria allegorico inuolucro inuoluta repandunt,ac renaſcent:qui tradunt,multiplicem eſſe intellectum ſcripturam:hiſtoricum ſiue literalem, tropologicum ſiue allegoricum, & ſpiritualem ſiue anagogicum. In hiſtoria, eorum quæ ſcripta ſunt ordo ſeruatur:in tropologia,de litera ad maiora cõſurgimus, & quicquid carnaliter factum eſt iuxta mortalem interpretamur locum : in ſpirituali θεωρία, qui & anagogicus dicitur ſenſus, ad ſublimiora tranſimus, terrena dimittimus, de futurorum beatitudine & cœleſtibus diſputamus. Et, vt res exẽplo magis colliqueſcat, Hieruſalem hiſtoricè ſignificat ciuitatem Iudææ metropolim, allegoricè eccleſiam, moraliter animam,ſpiritualiter cœleſtem ciuitatem, ad quam cunctorum vota ſuſpirant; & illius coloni effici concupiſcunt. Sed nos non iam allegorias in explicatione huiuſce fabulę ſectabimur,quàm hiſtoricum ſenſum:& rerum reconditarum verborúmque interpretatione explicabimus, ne philoſophaſter magis videar quàm commentator.*Inaceſſæ formoſitatis.*] Sicut locus inacceſſus dicitur,ad quem nullus accedit, quíq; inacceſſibilis eſt, ſic formoſitas in acceſſa eleganter nominatur,ad quam propter exuperantiam nullus accedit,quæ propter reuerentiam & quandam quaſi maieſtatẽmortalib.inadibilis eſt: qualia ſũt numina Deorũ,Dearúq;.*Oribus dextram admouentes.*]Deſignat tãta formoſitate fuiſſe

præditam

præditam puellam, vt ab omnibus perinde ac Dea Venus adoraretur. Mos enim adorantium est, & is quidem est vsitatissimus, vt manum dexteram ori admoueant, in veneratione Deorum & cultu. In Apologia in hunc sensum sic scribit: Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum libris admouere. Plin. in 28. In adorando, inquit, dexteram ad osculum referimus, totúmque corpus circumagimus. Idem in 11. refert, religionem quandam esse in dextra, quæ in fide porrigitur, quæ osculis auersa appetitur: & nunc quoque solent principes, & antistitio sacerdotali præcellentes, dextram auersam adeuntibus religiosè osculandam porrigere. Hieronymus callens linguæ Hebraicæ veritatem, in Psalterio quod dicitur, Deosculamini, interpretatus est, adorate: quia (vt eius verbis vtar) qui adorant, solent deosculari manum, & capita summittere. Quod se beatus Iob elemẽtis & idolis feciſſe negat, dicens: Si vidi solem cùm surgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meũ, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ iniquitas maxima est, & negatio contra Deum altissimum. Et Hebræi, iuxta linguæ suæ proprietatem, deosculationem ponunt pro veneratione. *Priore digito.*] Quint. in 11. diuersos esse gestus referens, ait, adorantes attollere manus. Pacificator quoque habitus in statuis est, manum infesto pollice protendens: quinetiam vouentium manus leuiter pandata est. Hic gestus ille significatur, quo in adoratione digitus index super pollicem residens, crucem quasi figurat, eúmque exosculari solemus.

Iámque proximas ciuitates & attiguas regiones fama peruaserat, Deam, quam cærulum profundum pelagi pepe rit, & ros spumantium fluctuum educauit, iam numinis sui passim tributa venia, in medijs cõuersari populi cœtibus: vel certè rursum nouo cœlestium stellarum germine, non mariâ, sed terras, Venerem aliam virginali flore præditam pullulasse. Sic immensum procedit in dies opinio: sic insulas iam proximas, & terræ plusculùm, prouinciásque plurimas fama porrecta peruagatur. Iam multi mortalium longis itineribus,

Attiguas.] finitimas, proximas: ab attingendo ductum nomen: sicut à contingendo, contiguum. *Quam cærulum profundum.*] Venerem periphrasticôs describit, quã fabulæ tradunt ortam esse maris spuma, & pudendis Cœlij in mare deiectis, quæ ob id apud Græcos Aphro-

dite nomen accepit. aphron enim ſpumam dicunt. Quod idcò fictũ à mythicis, id eſt fabulatoribus, autumat Ariſt. in 2. de Generatione animalium, quia ſcilicet genitura ſpumoſa eſt. *Tribuebant.*]Sĕſuseſt: fama inuulgauerat Venerem è cœlo deſcendiſſe in terras, & ſui numinis cũctis mortalibus ſub ſpecie puellæ iam facere poteſtatem, vel potiùs alteram Venerem terrenam vi ſiderali eſſe procreatam. *Germine ſtellarum.*] Ex opinione philoſophorum hoc dictum eſt, qui opinantur cuncta in terris progenerari vi ſtellarum, & ſiderali poſitura, ac radiatione. Nã, vt inquit Plin. noſter, decidua ſunt ex cœlo rerũ omniũ ſemina & inferiora ſuperioribus ancillãtur. *Pullulaſſe.*]progenerasſe. Pullulare dicuntur arbores, quando pullulos emittunt & germina: vnde & repullulare. Tradunt auctores, arbores quaſdam cæſas nunquam repullulare. Plinius pullulos appellat in arboribus, ſolem pullulantem. *In dies.*]quotidie magis. *Specimen glorioſum.*] Omnes, inquit, confluebant ex diuerſis orbis partibus, ad viſendam hanc, quæ propter pulchritudinem Venus haud dubiè credebatur. *Paphum.*]Nullus ampliùs ea petebat loca, in quibus Venus colitur: ſed ad hanc cuncti adibant, perinde ac viuentem Venerem. Eſt enim Paphos oppidum Cypri, cuius numen & regina eſt Venus. Vnde Paphia à poëtis dicta. Gnidos quoque inſula eſt veneri dicata. Horat. ô Venus regina Gnidi Paphique. Praxiteles ſtatuarius Venerem fecit ex marmore, quam Gnidij, vtporè

atque altiſſimis maris meatibus, ad ſeculi ſpecimen glorioſum confluebant. Paphum nemo, Cnidum nemo, ac ne ipſa quidem Cythera, ad conſpectum Deæ Veneris nauigabant. Sacra Deæ proferuntur, templa deformantur, puluinaria proferuntur, ceremoniæ negliguntur, incoronata ſimulacra, & aræ vi duæ frigido cinere fœdatæ. Puellæ ſupplicatur, & in humanis vultibus Deæ tantæ numina placantur: & in matutino progreſſu virginis, victimis & epulis Veneris abſentis * nomen propitiatur. Iámque per plateas commeantem populi frequenter floribus ſertis & ſolutis adprecantur: Hæc honorum cœleſtium ad puellæ mortalis cultum immodica tranſlatio, veræ Veneris vehementes incendit animos: & impatiens indignationis, capite quaſſanti fremens altius, ſic ſecum diſſerit.*

Vene-

Veneris cultores, emerunt: quo ſigno Gnidos nobilitata eſt, vt inquit Plin. Ferunt amore captum quendam, noctu ſimulachro cohæſiſſe, eiúſque cupiditatis eſſe indicem maculam. *Cythera.*] inſula eſt Veneri conſecrata: vnde Venus Cytherea poëtis dicta, nomine notiſſimo. Dicimus autem hæc Cythera in plurali, ſicut hæc Solyma & Artaxata. Virg. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera. Inde Cytheriacum nectar, pro ſuauitate Veneria. *Sacra Deæ proferuntur.*] Adeò, inquit, pulchritudo Pſyches erat venerabilis, adeò ſpecies adoranda, vt Venus præ Pſyches maieſtate contemneretur, vt ſacra Veneris negligerentur. Nam ſacra Deæ proferuntur duplici intellectu: vel quod procraſtinantur, differuntúrque per contemptionem: vel quòd publicantur, & in propatulum educuntur. Quod fieri nefas eſt, cùm in arcano cluſa conditáque ſacra ſint habenda. Proferre enim ambifariam dicitur, pro educere & oſtentare, & pro differre ac procraſtinare. Hinc iocus ille Plautinus in Captiuis: Vbi res prolatæ ſunt, cùm rus homines eunt, ſimiliter prolatæ res ſunt noſtris dẽtibus. *Puluinaria proferuntur*]Lectuli, inquit, ſimulachris Veneris dicati habentur neglectui, nec cum ſanctitudinis reuerentia in ſecretarijs cuſtodiuntur, ſed palàm & contempti depromuntur. De puluinaribus aliubi plura. *Incoronata.*]ſine coronis: & intrinſecùs ſubintelligendum eſt verbum Sunt. Simulacra autem Deorum coronari ſolent cultoribus religioſis, quæ irreligioſi ſine coronis per irreligioſitatem neglecta & inculta deſtituunt. Plin. in 21. coronas refert Deorum honorem fuiſſe, & Larium publicorum priuatorúmque, & ſepulchrorum & manium. Plauti ſenex teſtatur, ſe coronas floreas emiſſe ad coronandos lares. *Aræ viduæ.*]orbatæ, deſertæ, derelictæ: tranſlatio ſumpta à fœmina vidua, quæ ſolitaria eſt. Per abuſionem dixit Horat. Viduus pharetra Riſit Apollo. *In humanis vultibus.*]Venus, inquit, colitur & numen Deæ placatur in vultibus Pſyches, perinde ac Pſyche Venus ipſa ſit, quæ in terras deſcenderit, & mortales conſpectu ſuo dignata ſit, atq; ſub humana effigie coli velit. *Veneris abſentis.*]Venus quidem eſt abſens: ſed tamen veluti præſens propitiatur, Pſyche progrediente quam veluti Venerem adorationibus proſequuntur. *Commeantem.*] gradientem, incedentem, inambulãtem. *Floribus certis.*] Lege, *ſertis* flores enim ſerti dicuntur, in coronamentis contexti. Lucan. Accipiunt ſertas nardo florente coronas: &, vt auctor eſt Plinius, cùm ex floribus fierent, ſerta à ſerendo ſeruiæ appellabantur. Apud priſcos coronæ fuerunt partim paſtiles, partim ſutiles dictæ: ſumma auctoritas paſtilium coronæ habita eſt, ſutiles in cœnis ſolennes extiterunt. Serti

flores dicuntur quasi iuncti, contextique. Nam serere apud antiquos iungere est: vnde fruges seri dicuntur, quia terræ iunguntur: & sertorempro assertore dixerunt, quòd serendo, id est, competendo aliquem serat in libertatem, id est, iungat. Hinc serilla quoque nauigia appellari autumat Verrius Flaccus, quæ sparto ac lino condensantur, à conserendo & contexendo dicta. *Immodica translatio.*] Prælatio alterius, vt inquit verissimè Tertul. procedere non potest sine alterius contumelia: tantò magis translatio cœlestis honoris ad cultum alterius bilẽ mouet, & animum incendit. Itaque meritò vera Venus indignatione succensa est, & stimulo excandescentiæ incitata, cùm honores sibi debitos immodicè nimis transferri videret ad cultum Psyches, & adorationem. Nam (vt ait Sulmonensis poëta) Vnicus est, de quo sollicitamur, honos. *Capite quassanti.*] Indignationis signum. Sic Virg. in 12. Ille caput quassans, non me tua feruida terrent Dicta ferox. *Fremens altiùs.*] concepto dolore medio intus intra præcordia indignatur secum Venus, quòd cùm sit ipsa maxima Dearum, & origo rerum primigenia, tantum honorem participet cum puella.

En rerum naturæ prisca parens.] Ex secretariis philosophiæ deprõpta locutio, qua rerum natura parẽs meritò dicitur, cũ ex officio Veneris cuncta progenerentur. Hinc Lucretius librorum suorum initium fecit: Æneadũ genitrix, hominum diuûmque voluptas, Alma Venus: per te quoniã genus omne animãtum Concipitur, visítque exortum lumina solis. Plin. in 2. Sideris, inquit, Veneris vi

*En rerum naturæ prisca parens, en elementorum origo initialis, en orbis totius alma Venus, quæ cũ mortali puella partiario maiestatis honore tractor, & nomen meum cœlo conditum terrenis sordibus prophanatur. Nimirùm communi numinis piamento vicariæ venerationis incertum sustinebo, & imaginem meam circumferet puella moritura. Frustra me pastor ille cuius iusticiam fidémque magnus comprobauit Iupiter, ob eximiam speciem tantis prætulit Deabus. Sed non adeò gaudens ista, quæcunque est, meos honores vsurpabit. Jam faxo, huius etiam ipsius illicitæ formositatis pœniteat. Et vocat confestim puerum suum, *pennatum illum, & satis temerarium: qui malis suis moribus*

con-

contempta disciplina publica, flammis & sagittis armatus, per alienas domos nocte discurrens, & omnium matrimonia corrumpens, impunè committit tanta flagitia, & nihil prorsus boni facit. Hunc quanquam genuina licentia procacem, verbis quoque insuper stimulat, Perducit ad illam ciuitatem, & Psychen (hoc enim nomine puella nuncupabatur) coràm ostendit. Et tota illa perlata de formositatis æmulatione fabula, gemens, ac fremens indignatione: Per ego te, inquit, maternæ charitatis fœdera deprecor, per tuæ sagittæ dulcia vulnera, per flammæ istius mellitas vredines, vindictam tuæ parenti, sed plenam tribue, & pulchritudinem contumacem reuerenter vindica. Idque vnum & præ omnibus vnicum volens effice, virgo ista amore flagrantissimo teneatur hominis extremi, quem & dignitatis & patrimonij simul, & incolumitatis ipsius fortuna damnauit: támque infirmi, vt per totum orbem non inueniat miseriæ suæ comparem. Sic effata, & oculis hiantibus filium diu ac pressule sauiata, proximas oras reflui littoris petit, plantisque roseis vibrantium fluctuum summum rorem calcauit.

cuncta generantur in terris: namque in alterutro exortu genitali rore conspergens, non terræ modò conceptus implet, verùm animantium quoque omnium stimulat. Venus, vt interpretatur M. Tullius lib. 3. de Natura Deorum, ex eo dicta est, quia venit ad omnia. Meritò Venus naturæ rerum antiquissima mater nominatur, & elementorum origo primordialis: tanquam à Venere generatio rerum omnium fit, & initium, tanquam sine Venere sterilia cuncta flaccescant: tanquam elementa sine copulatione, hoc est Venere nihil separata parturiant, quæ iugabili quadam competentia & inter se deuincta cuncta progenerent. *Alma Venus.*] Optimo epitheto alma dicitur, ab alendo: videlicet, perinde ac Veneris potentia ge-

nitabili alantur omnia. Almam lucem, almum diem, pro tranquillo accepit Donat. apud Virg. *Partiario honore.*] Partiarius honor dicitur, qui ex parte dimidia cum altero communicatur. Partiario agimus, cùm ex dimidia parte diuidimus. Pars enim dimidium apud doctos significat. iurisconsulti tit. de vsufructu, partem pro dimidio accipi euidenter ostendunt, sic scribẽtes: Etiam partis vsusfructus legari potest. si specialiter non sit facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur. Cato ait libro de re Rustica, Calcem partiario coquendam qui dant, ita dant. Vbi partiario accipitur pro dimidiata portione, vt scilicet calcarius, id est, qui calcem coquit, dimidiam partem calcis coctæ ipse habeat, reliquum domino præbeat. Veteres appellauerunt particulones, cohæredes, ex eo quòd partes patrimonij sumant. *Prophanatur.*]polluitur. *Vicariæ venationis.*] Vicaria venatio eleganter appellatur, quæ vicem alienam implet. Sic vicariæ epistolæ apud Cyprianum, quæ pro nobis vicem supplent: sic vicariæ manus apud Quintilian. in gladiatore, quæ in pugnam pro altero dantur: & vicaria mors, quæ pro altero subitur. Vicarius vulgo dicitur, qui vice & loco alterius substituitur. Apud iurisconsultos, oratores, poëtas, vicarius vsurpatur pro seruo, seu maiori in familia, de quo Horat. in sermonibus: Siue vicarius est qui seruo parer, vti mos Vester, ait, seu conseruus. Hinc illud Epigrammatistæ: Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse. Docet iurisconsultus, titul. de peculio legato esse & dici vicarios vicariorum, in hoc seruorum significatu. *Incertum.*] incerti, inquit, mortales erunt, vtrùm ego, an Psyche pro Venere colenda sit. Vbi annotandum, dici incertum pro dubio, dubitationéque, nomine scilicet substantiuo. *Pastor ille.*] Paris significatur, cuius iudicio prælata est Venus Iunoni & Palladi. De quo poëta: Manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Luciani libellus extat de hoc Paridis iudicio, festiuiter concinnatus: de quo & in decimo huius operis volumine vberior mentio. *Comprobauit Iupiter.*] Canunt poëtę, & narrat Lucianus, Mercurium Ioue missum ad Paridem, vt iudex esset & disceptator litis Dearum. *Dignitatis & patrimonij.*]Omnib. bonis viduatam esse cupit. Sunt enim bona triplicia apud philosophos: prima animi, vt virtutes: secunda corporis, vt incolumitas: tertia fortunæ, vt dignitas & opes. *Faxo.*]faciam. *Pinnatum.*]alatum Cupidinem. Pinna acutum securis dicitur, inde vtrinque habens aciem bipennis. Pinnas auium quoque dici volunt: vnde pinnatus Cupido, pro aligero & pennas habente dictus. Ideò autem alatum Cupidinem finxit antiquitas, quia nihil amantibus

by Google

bus leuius, nihil mobilius, nihil volaticum magis. Namque (vt auctor est Alexander Aphrodiseus in Problematis) cupido amatoris non diuturna est, nec omnino stabilis, sed euagatur ac mutabilis est: & vt scitè canit Propertius, non frustra ventosas alias addunt Cupidini: Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda. *Flammis & sagittis armatus.*] Cupidinem faces tenentem, & sagittis armatum figurant, propterea quòd exuritur cor amatoris. Sagittas autem ideò gestat, quòd radios emittit, tãquã sagittas, amator in amasiam. Ipsa porro iaculo similis est, quòd in amantis corpus iaculetur. Quæritur in controuersiis auctore Quintil. cur Cupido puer, cur volucer, cur sagittis & face armatus sit. *Genuina.*] natiua, insita, ingenita. *Et tota illa perlata.*] Cùm Venus ad filium Cupidinem fabulam illam totam pertulisset, quæ de æmulatione pulchritudinis inter ipsam & Psychen diuulgabatur, filium precata est, vt hanc iniuriam vindicaret, & Psychen infortunio amoris malè mulctaret. *Per ego te, inquit.*] Deprecatio est matris ad filium, qua exorabilia omnia & ad impetrãdum potentissima continentur. Rogat enim per maternos affectus, per sagittas Cupidineas vulnere amabili fodicantes, per mellita ardentis facis incendia. *Vredines.*] ardores & vstrinas mellea dulcedine medicatas. Vrit quidem amor, sed cum dulcedine: vulnerat, sed cum suauitudine. Plaut. de amore inquit: Amor melle & felle est fœcundissimus, gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque aggerit. Plin. in 12. refert, succum trifolii infusum corpori, facere vredinem. Ambros. vstriginem appellat, quas Lucian. noster vredines. *Tuæ parenti.*] mihi Veneri. *Contumacem.*] rebellem, & mihi reluctantem. *Virgo.*] Psyche. *Extremi.*] despicatissimi, postremissimique. *Hiantibus.*] patulis ac plenioribus. Hiantem orationem intelligi vult M. Tul. lapsabundam & fluctuantem, nec vllis vinculis astrictam. *Oras.*] loca litoralia & extremas regiones. Soluere oram est, ex ora & litore nauigium in mare deducere, & enauigare sublatis anchoris, & funib. nauticis resolutis. Sunt qui oram, funem nauticum interpretantur.

Ecce iam profundi maris vdo resedit vertice: & ipsum, quod incipit velle, statim, quasi pridem præcepit, non moratur marinũ obsequium. Adsunt Nerei filiæ, chorum canentes: & Portunus cærulis barbis hispidus, & grauis piscoso

Vdo resedit vertice.] Sicut fastigium & summæ & infimæ partis dici potest, sicut altum & mare & cœlum dicimus, ita vertex pro altitudine

ſinu Salacia, auriga parvulus delphini Palæmon, iam paſſim maria perſulcãtes Tritonum cateruæ, hic concha ſonaci leniter buccinat, ille ſerico tegmine flagrantiæ ſolis obſiſtit inimici: alius ſub oculis dominæ ſpeculum prægerit, currus biges alij ſubnatant Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus.*

ſumma & infima vſurpatur: ſicut hîc ponitur vertex pro profundo & imo maris. Propriè vertex eſt cõtorta in ſe aqua, quo etiam intellectu hic locus accipi poſſet. Pars ſumma capitis vertex nominatur: auctor Quintil. Vertices homini bini tantùm ſunt, vt docet Plinius. Vortices & vorſus dicebat antiquitas. Scipio etiam Africanus per literam e vertices, & verſus, primus dicitur protuliſſe. *Et ipſum quod incipit velle.*] Senſus eſt: Numina marina ſtatim præſtò ſunt, & id obedienter exequuntur, quòd Venerem velle intelligunt, perinde ac ſi iampridem præcepiſſet. *Nereidiæ.*] Nereides Heſiodus, Homer. Maro noſter, poëtæ omnes nominatim Nereides innumeras percenſent. *Chorum canentes.*] Multorum vocibus conſtat chorus, ita vt ex plurimis vnus reddatur, fiátque concentus ex diſſonis: auctores Seneca & Macrob. Chorum à chara, id eſt lætitia dici, autumat Plato lib. 2. de Legibus. Chorea verò tripudium ſimul & concentus ſignificatur. *Portunus.*] Deus eſt marinus, qui portubus præeſt. Fabula notiſſima. Athamas enim poſt furorem à Iunone immiſſum, cum occiſo Learcho, Melicertam quoque alterum filium vnà cum vxore nomine Ino perſequeretur, illi ſe in mare præcipitarunt, & voluntate numinum in Deos verſi ſunt: Ino in matrem Matutam, quæ Græcè dicitur Leucothea: Melicerta in Portunum, qui Græcè Palæmon appellatur. A Portuno Portunalia dicta. Sunt autem feriæ & dies Portuno dicatus, cui eo die ædes in portu Tyberino facta eſt. *Cæruleis barbis.*] Colore cæruleo Dij marini figurantur, vt mari ſint concolores. *Sola.*] Corrige, *Salacia.* Error literæ minutulus quidẽ, verùm ſententiæ diſparilitas maxima. Salaciã autẽ finxit antiquitas eſſe Neptuni vxorẽ, quã inferiorẽ aqua maris eſſe dixerũt. Venilia quoq; Neptuno adiuncta eſt, & vt interpretatio fabuloſę theologię demõſtrat, Venilia nuda eſt ex eo dicta, quod ad litus veniat: ſicut Salacia quòd in ſalum redeat. auctor diuus Aug. in 7. de Ciuitate Dei. qui in quarto quoq; ſic ſcribit: Quid eſt quod mare Neptuno tribuitur, terra Plutoni? & ne ipſi quoq; ſine cõiugib. remanerẽt, additur Neptuno Salacia, Plutoni

toni Proſerpina.inferiorẽ matis partẽSalacia tenet,terræ inferio rem Proſerpina.M.Varro Salaciæ Venilíæque breuiter commeminit his verbis:Salacia Neptuni à ſolo, Venilia à veniendo.*Palæmon.*] Portunus,Melicerta,de quo iam dictum eſt: in cuius honorem Iſthmia celebrari tradunt Græci auctores, quibus victor corona pinea coronabatur. Palæmonem delphino vehi ſcitè dicit, cũ conſtet delphinos puerorum per mare vectores extitiſſe, cùm Arion fidicen nobilis delphino inſidens in Tænarum perlatus,res ſit clara multorum monumentis.*Perſultantes.*] Quid ſi legas,*perſulcantes*,quaſi ſulco quodam atque veſtigio inter natandum ſignantes.Poteſt tamen,*perſultantes*,legi : vtraque enim lectio proba eſt,vtraque recipitur..*Tritonium.*]Tritonis effigies ſic à poëta deſcribitur : Frons hominem præfert in piſcem deſinit aluus.Tiberio principi nunciauitOlyſipponẽſium legatio,viſum auditúmque in quodam ſpecu concha canentem Tritonem, qua naſcitur forma. Sunt autem Tritones, vt poëtæ docent, tubicines Neptuni.Sunt auctores,Tritonas cum buccinis faſtigio Saturni ædis ſuppoſitos:quoniam ab eius commentatione hiſtoria clara,& quaſi vocalis facta eſt, cùm antè muta fuiſſet & obſcura.*Concha ſonaci.*] Inter genera concharum, quæ multifaria ſunt,conchę quædam memorantur ad buccinam recuruæ,vt docet Plin.his tritones buccinant. De hoc concharum genere ſic ſcribit Ouid. Caua buccina ſumitur illi Tortilis, in latum quæ turbine creſcit ab imo.Nos quoque tales curiosè ſumus contemplati,figura videlicet turbinatiore. Videtur autem imitatus eſſe ingenioſiſſimum poëtam,ſic ſcribentem in primo Metamorph. Cœruleum Tritona vocat, conchaque ſonaci Inſpirare iubet. Quidam codices Naſoniani non ſonaci habent,ſed ſonanti: verùm hoc elegantius,terſius,nitidius eſt. *Buccinat.*]Buccinare eſt, tuba canere. Buccina, vt ſcribit Capet grammaticus,tuba eſt, qua ſignum dat buccinator. Buccinus verò ipſe cantor ſignificatur. Hieronym. in epiſtola ad Dardanum, buccam vocari apud Hebræos aſſerit organi genus, quæ per diminutionem buccina dicatur. Apud Vegetium lego buccinam dici tubam,quæ in ſemetipſam æreo circulo flectitur. A buccina,buccinatores dicti, qui (vt idem refert) ornamentum erat totius legionis ingreſſu conflictus, & eius reditu.Hinc per metaphoram decentem buccinator vſurpatur pro laudatore,ac præcone. M.Cicero filius in epiſtola ad Tyronem: Quòd polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id conſtantíque animo facias licet. Apud Plin.buccinum eſt tuba & concha. Sic enim ſcribit in 9. Buccinum minor concha, ad ſimilitudi-

Digitized by Google

nem eius buccini quo sonus editur. *Solis inimici.*]Sol inimicus est Diis aquaticis,cuius flagrantia infestantur.Ideóque Tritonũ vnus serico tegmine ardorem solis defendebat : sicut in vsu priscorum fuerunt vmbellæ,quibus soli obsistebant. *Domine.*]Veneris. *Prægerit.*]antegerit & præfert. *Biges.*]Bigas significat:sic enim appellantur equi duo iuncti.Quidam codices habent,*currus bijuges* : quæ lectio purior est, & vsitatior, eodem tamen intellectu.

Cupiens nuptiarum.] Quædam nomina, vt inquit Diomed. forma participiorum genitiuo casu iunguntur : vt fugitans litium, & sitiens gloriæ, appetens pecuniæ, & alia id genus sexcenta. *Fabrè politum.*] simulachra absolutè effigiata mirantur quidem mortales,sed nulla cupidisate veneria:nisi fortè quispiam similis sit Alcidæ Rhodio, qui amore raptus Cupidinis Praxitelici, simulachro cohæsit:atque in eo cupiditatis indicem genituræ maculã reliquit.Alter quoque sic adamauit Venerem à Praxitele fabrefactam, vt in ea simile amoris vestigium extaret. *Diffama-*

Intereà Psyche, cum sua sibi perspicua pulchritudine nullum decoris sui fructum percipit. Spectatur ab omnibus,laudatur ab omnibus:nec quisquã, non rex, non regius, nec de plebe saltem,cupiens eius nuptiarum petitor accedit. Mirantur quidem diuinam speciem, sed vt simulachrum fabrè politum mirantur omnes. Olim duæ maiores sorores,quarum temperatam formositatem nulli diffamarant populi, procis regibus desponsæ,iam beatas nuptias adeptæ:sed Psyche virgo vidua domi residens, deflet desertam suam solitudinem, ægra corporis, animi saucia: &, quamuis gentibus totis complacitam, odit in se sitam formositatem. Sed infortunatissimæ filiæ miserrimus pater,suspectatis cœlestibus odijs,& iræ superûm metuens, Dei Milesij vetustissimum percontatur oraculum: & tanto numine precibus & victimis ingratæ virgini petit nuptias & maritum. Sed Apollo, quanquam Græcus & Ionicus, propter Milesiæ conditorem, sic Latina sorte respondit:

Montis in excelsi scopulo desiste puellam,

Orna-

Ornatam mundo funerei thalami.
Nec speres generum mortali stirpe creatum,
Sed sæuum atque ferum, vipereúmque malum:
Qui * pinnis volitans super æthera, cuncta fatigat,
Flammáque & ferro singula debilitat:
Quem tremit ipse Iouis, quo numina terrificantur,
Fluminaque horrescunt, & Stygiæ tenebræ.

Rex olim beatus, affatu sanctæ vaticinationis accepto, piger, tristísque retrò domum pergit, suæque conuigi præcepta sortis enodat infaustæ. Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis: sed diræ sortis iam vrgent tetri effectus. Iam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur: iam tedæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessit: & sonus tibiæ Zygiæ mutatur in querulum Lydy modum: cantúsque lætus Hymenæi lugubri finitur vlulatu: & puella nuptura deterget lacrymas ipso suo flammeo. Sic affectæ domus triste fatum, cuncta etiam ciuitas congemebat, luctúque publico confestim congruens edicitur iustitium.

rant.] diuulgarant, rumorémque dissipauerant. *Procis regibus.*] Græci μνηστῆρας procos vocant: est enim procare, poscere. Vnde proci, vxorum petitores: & meretrices procaces dicebæ. Hinc antiqui reciprocare dixerunt, pro vltro citróque poscere. *Despondæ.*] despondæ fatæ ex ritu formuláque sponsaliorum. Nam vt scribit Ser. Sulpitius in lib. de dotibus, qui vxorem ducturus erat, ab eo, vnde duceuda erat, stipulabatur, eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem spondebat daturum. Is contractus stipulationum sponsionúmque dicebantur sponsalia. Tum quæ promissa erat, sponsa appellabatur: qui sponderat ductu-

rum, sponsus. Spondere, vt docet. M. Varro, est dicere: à sponte, id est voluntate. Vnde respondet, despondet, desponsor, & desponsa inclinantur. Hinc consponsus quoque dictus, qui idem faciat, similiter obligatur. Qui spoponderat filiam, despondisse dicebæ-

Digitized by Google

tur : quòd de ſponte eius,id eſt voluntate exierat.Sic deſpondiſſe animum quoque dicitur , vt deſpondiſſe filiam pro eo quod eſt mori velle,& ſuæ ſpontis ac vitæ ſtatuere finem.Liuius in 3. Nec ipſi ſolùm deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis.Plaut.M.Varro,Seneca,aliíque ex priſcis ſcriptoribus,hoc verbum in hoc ſignificatu decenter vſurpant:& à Columella dictum eſt , Deſponderis ſapientiam , pro deſperaueris. *Vidua.*]non quæ olim virũ habuerit, ſed quæ virũ inuenire non poterat,& ita ſola ſine coniuge in viduo thoro ſolitudinéq;dege bat.*Ægra corporis.*]Honeſta locutio,& apud veteres vſitatiſſima: æger animi,æger corporis,ſaucius animi,pro animo & corpore archaiſmos eſt. *Suſpectatis odiis.*]cùm ſuſpecta haberet odia Deorum, & ex ira ſuperûm id filiæ ſuæ infortunium accidere ſuſpicaretur.*Dei Mileſii.*]Id eſt, Apollinis.Miletos Ioniæ Aſiaticæ caput eſt,Lelegeis anteà & Anactoria nominata,vbi fuit oraculum Apollini Didymæo ſacrum,quod Branchidarum appellant.Id à Xerxe incenſum eſt:quemadmodùm cætera templa omnia, excepto Epheſiæ Dianæ delubro.Poſteà Mileſij templum conſtruxerunt omnium maximum , quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto.Apollo autem in oraculo Mileſio colebatur,cognomine Didymeus : quod copioſè , nec diligenter explicatum leges in Suetonij commentariis.Mileto nomen indidit conditor Miletus. Apollinis filius,de quo Ouidius:Mœnia conſtituit poſitoris habentia nomen. *Ingratæ.*]inamabili,& nulli gratæ:vt potè quæ à nemine expeteretur.*Quamquam Græcus & Ionicus.*]Athenienſes ex reſponſo Apollinis Delphici,conſilio totiusHellados, id eſt,Græciæ,colonias duodecim vno tempore in aſiam deduxerunt ,ſummam impetij poteſtatem dantes Iono,quem Apollo Delphicus ſuum filium in reſponſis eſt profeſſus. Is colonias eas in Aſia deduxit,à cuius nomine Ionia regio eſt appellata. auctor Victruuius in quarto.Hinc meritò Apollo Mileſius dicitur Græcus & Ionicus. Lingua Ionica inter quinque Græcorum linguas vna eſt notiſſima. *Conditore.*]Paulò ante diximus,Miletum Apollinis filium conditorem fuiſſe& nuncupatorem Mileſiæ ciuitatis.Strabo verò à Neleo,qui Pylius fuit, Miletum conditum eſſe tradit. Victruuius refert,ab Iono Epheſum Mileton, & reliquas Ioniæ ciuitates conſtitutas fuiſſe. Id planè conſtat, Mileti conditorem Græcum extitiſſe. *Latina ſorte.*] Latino oraculo,reſponſóque. Ita M.Tullius lib.2. De diuinatione:Sors ipſa referenda ſit ad ſortes. Item , Sors edita eſt opulentiſſimo regi Aſiæ.Idem,eleuans fidem oraculorum : Latinè , inquit , Apollo nunquam locutus eſt:negátque credendum , Apollinis oraculo

Pyrrho

Pyrrho esse responsum, Aio te Æacida Romanos vincere posse. *Mundo.*] mundum ornatum muliebrem vocant, de quo suprà. Sensus est oraculi: Ornetur, inquit, Psyche non ornatu felicium nuptiarum, sed mundo connubij funebris & infortunati, tanquam virum habitura sit ferum, sæuúmque ac funestum. Hic autem Cupido significatur, qui stirpe non mortali, sed diuina procreatus, furit bacchabundus per pectora medullásque mortalium, qui veneno vipereo & dulci melle conditus, gustus dulcedinem propinat, amarum autem venenatúmque virus ad satietatem vsque aggerit. *Cuncta fatigat.*] in hanc sententiam ait Proper. Hic Deus & terras & maria alta domat. & ab Ouid. de Cupidine decenter dictum est: Tu superos, ipsúmque Iouem, tu numina ponti Victa domas, ipsúmque regit qui numina terræ: Tartara quid cessant? *Flamma.*]ob facem. *Ferro.*]ob sagittas. *Iouis.*]Qui nunc Iupiter dicitur, apud priscos Iouis recto casu dicebantur. namque à iuuando Iouem appellauerunt: & quod est in elisis aut immutatis quibusdam literis Iupiter, id plenum atque integrum est Iouis pater. Simili quoque nomine Diiouis dictus est, & Veiouis: verùm Diiouis à iuuando nominatus, quasi nos die ac vita ipsa afficeret & iuuaret: contra Veiouis dictus, qui non iuuandi potestatem haberet, sed vim nocendi. In versu illo Enniano, Iouis pro Iupiter recto casu dicitur: Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. *Et Stygiæ tenebræ.*]Tanquam Dij quoque inferni amore possessi ac capti sint, sicut Pluto Proserpinam deamauit. *Rex.*]pater Psyches. *Affatu accepto.*]cùm sortem responsúmque vaticinij Apollinis accepisset. *Enodat.*]Bene enodat: sunt enim nodosa & flexiloqua Apollinis oracula: vnde & Loxias cognominatus, id est obliquus cùm vera obscuris inuoluat. Diuus Hieronymus meminit Apollinis Loxię. Quidam Loxiam cognominari solem tradunt, quòd obliquum circulum ab occasu ad orientem peragit. *Mæretur.*]fletur. Verba impersonalia ad omnes generaliter pertinent: ideóq; plus quàm passiua verba significant: vt apud Virg. Vndique totis Vsque adeò turbatur agris. & illud, Itur in antiquam syluã. Nónne, vt inquit Quintil. propriæ cuiusdã rationis est, cui simile fletur accipimus. *Tetri effectus.* }Lego teter effectus, ne solœcismo & imparilitate dehone fletur oratio. Teter autẽ effectus accipitur pro impio, crudeli & cuitabili. Lucretius absinthia tetra dixit, amara intelligi volens. *Choragium instruitur.* }instrumentum apparatur. Choragiũ enim generali vocabulo dici potest instrumentum cuiuslibet rei, & apparatus, à verbo Græco χορηγία quod significat suppedito expen-

ſas,ſubminiſtróque. Vnde & choragus pro exhibitore, cuius apud Plautum & Tranquillum mentio eſt: & id nos in commentarijs latiſſimè explicauimus. Feſtus Pompeius choragium eſſe dicit, inſtrumentum ſcenarum : quod itidem funeris dici commodiſſimè poteſt. Libro quarto Rhetoricorum ad Herennium, choragium gloriæ, pro apparatu ἀκύμονι gloriæ & duriter vſurpatur. *Tædæ lumen.*] Fax,inquit,nuptialis in facem funerariam demutatur. *Sonus tibiæ zygiæ.*]Tibiam nuptialem,qua in ſolennitate nuptiarum vti ſolemus , zygiam ſcitè ac eleganter appellat, quaſi coniugalem:ſicut & Iuno zygia nominatur , quæ Iuga & Iugalis à noſtris dicitur: Cui vincla iugalia curæ. Oratori licet per ſynecdochen ponere nuptiales tibias , pro totis nuptijs , in quarto Rhetoricorum ad Herennium. De parte totum ſic intelligitur: Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant?Nam hic omnis ſanctimonia nuptiarum vno ſono tibiarũ intelligitur. Apud veteres & in nuptiis & in funeribus tibiæ,tibicinéſque adhibebantur.Hinc illud apud Ouidium in 9.Faſtorum:Cantabat phanis,cantabat tibia ludis , Cantabat mœſtis tibia funeribus.Annotant grammatici, tibia canere ſolitas in funere puerorum,ſicut in funere virorum canebant tubæ.Siticines appellatos accepimus,qui apud ſitos canere ſoliti eſſent,hoc eſt, vita functos,& finitos, & ſepultos , quos ſiccinniſtas quoque dixe runt.Siccinnium enim genus veteris ſaltationis fuit.ſaltabundi autem canebant in funere defunéti. Lucius Actius appellari ſiccinniſtas ait,nebuloſo nomine. Ideò autem nebuloſo dixit, quòd ſiccinnium cur diceretur obſcurum eſſet.Quidam non legunt Zygiæ tibiæ,ſed Gingrinæ, ex Feſto & Solino:qui tradunt, gingrinas tibias eſſe breuiores , quæ ſubtilioribus modulis inſonant.Dici autem hoc nomine à verbo gingrire, quod eſt anſerũ vocis proprium.gingeriator quoque tibicen à priſcis dictus.Sed verior lectio eſt,& congruentior, *tibiæ zygiæ*,quàm *gingrinę*.Infrà ſuo loco de Iunone Zygia dicetur.*In querulum Lydij modum.*] Muſica quæ appellatur Lydia , luctui & flebili querimoniæ accommodata eſt. Dorica verò conſtans ac bellicoſa,& virilitate quaſi quadam prædita : contrà Phrygia mollis eſt, atque animũ diſtrahit,religioníque potiſſimùm conueniens.auctor Ariſtot.in 7.Politicorum. Quod & Apuleius noſter in Floridis ſignificanter oſtendit,cùm ait: Seu tu velles Æolium ſimplex,ſeu Aſium varium , ſeu Lydium querulum , ſeu Phrygium religioſum,ſeu Dorium bellicoſum.Lydios modulos primus inuenit Amphion, Dorios Thamyras Thrax,Phrygios Marſias Phryx.Plin.auctor. Plato lib.3.de republica , harmonias Lydias querulas eſſe tradit:

eáſque

eásque vnà cum Ionicis improbat, tanquam molles & euerues. Est etiam sensus: Sonus, inquit, tibiæ nuptialis demutatur in modulos Lydios, querulos scilicet & lamentis accommodatos, tanquam nuptiæ Psyches ferales sint futuræ, & lugubres. *Suo flammeo.*] Flammeum velamentum nuptiale est, quo amicitur noua nupta, flammearij à Plauto dicti, infectores flammei coloris: sicut crocotarij, infectores coloris croceí. Plin. in 21. Lutei, inquit, coloris video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totũ fœminis concessum. Apud poëtas omnes crebra mentio est flammeorum nuptialiũ. In decretis quoque canonicis 30. quæstione 1. traditum est, fœminas, dum maritantur, ideò flammeo velari, vt se nouerint semper suis maritis subditas esse. Quin etiam vitta nubentes inuicem copulantur, quæ candido purpureóque colore contexta est: quippe candor est ad mundiciem vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem significandam. Psyche verò detergens lacrymas suo flammeo, præsagium facit connubij infortunati. Illud obiter annotatu dignum, vittam, siue tegumentum capitis muliebre, dici Latinè calanticam, Græcè κρίδεμνον. Homerus in 5. Odysseæ canit, Inonem, siue Leucotheam Deam κρίδεμνον Vlyssi naufrago accommodasse, ad euadendum maris periculum. Auson. in petiocha Homerica, quod ille κρίδεμνον dixit, calanticam interpretatur. Verba Ausonij apposui, quæ sunt hæc: Ino calanticam, capiti suo demptam, natanti accommodat: cuius ille substentatu, ad Phæacum litus euadit. Calanticæ meminit & M. Tul. in Clodium. *E dicitur iustitium.*] Luctus publicus dicitur iustitium, vt docet Fulgentius Placiades. Apud Liuium frequenter leges, in rebus aduersis indictum esse iustitium: quod mox ex rebus prosperioribus remittebatur.

Sed monitis cœlestibus parendi necessitas misellam Psychem ad destinatam pœnã efflagitabat. Perfectis igitur feralis thalami cum summo mœrore solennibus, toto prosequente populo, viuum producitur funus: & lacrymosa Psyche comitatur non nuptias, sed exequias suas. Ac dum mœsti parentes, & tanto malo perciti, nephas facinus perficere contantur, ipsa illa filia talibus eos

Milesiam.] Legendum videtur, *misellam*, quod epitheton Psychæ cum primis conuenit: vel lege, *necessitas Milesia*, vt ad sortem oraculi Milesij referatur. Necessitati autem, quam nec Deus quidem superat, parendum

esse ; præcipiunt Plato & Plotinus. Parcas ἀνάγκης, id est, Necessitatis filias dixere. Prouerbium Græcum est, dignum scitu memoratúque ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται : id est, aduersus necessitatem nec Dij quidem puguant. *Feralis thalami.*] feralium nuptiarum, lugubrísque connubij. *Vinum funus.*] Attende elocutionis elegantiam. Nam cùm funus nisi defuncti non sit, tamen viuum funus eleganter appellat, cùm ipsa Psyche viuens, perinde tamen ac mortua, efferri, nec tam in nuptias ire, quàm in exequias videbatur. *Perciti.*]conamoti. *Prosequente populo.*] Respexit ad veram pompam funobrẽ, in quâ more prisco procedit funus, homines sequuntur, quasi post ipsum defunctum morituri, subsequuturíque: à quibus dicebatur, Vale, nos te sequemur. Hinc exequias dici autumat Donatus, enarrans illud Terentianum: Funus interim procedit, nos sequimur. Verùm enimuerò hoc tempore ordine præpostero præcedunt homines in pompa funebri, subsequente cadauere: ísque mos apud municipes meos solennis ferè est, qui tamen auctoritate defenditur. Namque diuus Hieronymus, scribens ad Paulam super dormitione Blesillæ, indicat, ordinem pompæ funereæ præire solitum antè cadauer & sandapilam.

adhortatur vocibus: Quid infœlicem senectam fletu diutino cruciatis? quid spiritum vestrum, qui magis meus est, crebris eiulatibus fatigatis? quid lacrymis inefficacibus ora mihi veneranda fœdatis? quid laceratis in vestris oculis mea lumina? quid caniciem scinditis? quid pectora, quid vbera sancta tunditis? Hic erunt vobis egregiæ meæ formositatis præclara præmia. Inuidiæ nepharia lethali plaga percussi, serò sentitis. Cum gens & populi celebrarent nos diuinis honoribus, cùm nouam me Venerem ore consono nuncuparent, tunc dolere, tũc flere, tunc me iam quasi peremptam lugere debuistis. Iam sentio, iam video, solo me nomine Veneris periisse. Ducite me, &, cui sors addixit, scopulo sistite. Festino fœlices istas nuptias obire: festino generosum illum maritum meum videre. Quid differo? quid detrecto venientem, qui totius orbis exitio natus est? Sic profata virgo, conticuit: ingressúque iam valido pompæ populi prosequentis sese miscuit.

pilam.Sic enim inquit:Ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præeunte,aureum feretro velamen obtenditur. *Mea lumina.*] Laceratio oculorum,in parentibus, quaſi redundat ad oculos filiæ:& ex pietatis affectu, quicquid parentes torquet,id peræquè diſcruciat natas. *Quid caniciem ſcindittis.*] Moris eſt in luctu,comam diuellere,& capillos diſcindere. Vt apud Homerum in 10.Iliados,inducitur Agamemnon Homericus,& idem Actianus, ſcindens dolore identidem intonſam comam. *Tunditis.*] plauſu ſcilicet,& manuum percuſſione. *Hic.*] Pro hæc, locutio Apuleij peculiaris. *Præmia.*] pœnæ,angores.nam τὸ μίσον præmia ſunt,vt in bonam & in malam partem accipiantur.Prędmiatores apud antiquos dicti,nocturni prædones. *Letali plaga.*]nimirùm plagæ & vulnera inuidiæ lethalia ſunt,& mortifera. de qua apud Silium Hannibal hæc: O dirum exitium mortalibus, ô nihil vnquam Creſcere,nec magnas patiens exurgere laudes.Inuidia. *Tunc dolere.*] Sic apud Liuium Hannibal:Riſus hic nequaquam adeò eſt intempeſtiuus, quàm veſtræ iſtæ abſurdæ atque abhorrentes lacrymæ ſunt.Tunc fleſſe decuit,cùm adempta nobis arma, incenſæ naues, interdictum extremis bellis eſt: illo enim vulnere concidimus. *Nomine Veneris.*]Dum Pſychen nomine Veneris appellabant, & prorſus vt Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur. *Sors addi.*]oraculum Apollinis Mileſij adiudicauit,aſſignauitque. *Feſtino.*]Exornatio eſt, quæ in Rhetoricis repetitio nominatur, Græcè Anaphora dicta. vt illud : Scipio Numantiam ſuſtulit, Scipio Carthaginem deleuit, Scipio pacem peperit.*Profatus vir*]Sic locuta Pſyche.

Iter ad conſtitutum ſcopulum montis ardui: cuius in ſummo cacumine ſtatutam puellam cuncti deſerunt: tedáſque nuptiales,quibus præluxerant, ibidem lacrymis ſuis extinctas relinquentes, deiectis capitibus domuitionem parant. Et miſeri quidem parentes eius tanta clade defeßi, clauſæ domus abſtruſi tenebris,perpetuæ nocti ſeſe dedidere. Pſychem autem pauentem ac trepidam, & in ipſo ſcopuli vertice

Iter.] Sit.Virgil. Itur in antiquam ſyluam. *Conſtitutum.*]præſcripto ſortis & oraculi. *Deſete.*] Lego,*deſerunt*,hoc eſt, relinquunt, & ſolitariam quaſi dimittunt. *Prędluxerant ante tẽpus.*] ſcilicet illuxerant, cùm priuſquàm nuberet,fáces coniugales in-

deflentem, mitis aura molliter spiran-tis Zephyri, vibratis hinc inde laci-niis, & reflato sinu sensim leuatam, suo tranquillo spiritu vehens, paula-tim per deuexa excelsæ vallis subdi-ta, florentis cespitis gremio lenitor de-lapsam reclinat.

flammassent. Dicitur seruus domino præ lucere, qui antedominum noctu gestat cereum accensum. Apud Plautum est, Luces cereum; pro eo quod est, lucere facis, & baiulas lucentem cereum. *Domuitionem*]domum regrediuntur. domuitio enim dicta, quasi itio domum. De hoc antè dictum est. *Perpetuæ nocti.*]In luctu ac squalore tenebrisque nocturnis ex mœrore parentes Psyches fuisse significat. Sinon apud Virg. Afflictus vitam in tenebris luctúque trahebam. Mos est dolentium, vt fugiant lucem, & in tenebris degant. M. Tul. in exilio mœrens & lugens, sic scribit ad Atticum: Odi, inquit celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. Syssigambis Darij mater, audita Alexandri morte, sese perpetuæ nocti dedit, & cibo pariter abstinuit & luce. *Mitis aura Zephyri.*] Zephyro, qui Fauonius à Latinis nominatur, maritantur viuiscentia è terra. Hic est genitalis spiritus mundi, à fouendo dictus. vt proditur, & vt refert Plin. ver inchoat, aperítque terras, tenui frigore saluber. Aristot. in Problematis, Fauonium esse autumat illustrem, serenum, gratissimum ventorum omnium, eundémque leniissimum: qui duobus potissimum temporibus spirat, vêre & autumno. Igitur meritò dixit Apuleius, vectabulo Zephyri leuatam Psychen, & in gremio cespitis illius aurâ leniter reclinatam esse. Flat autem Zephyrus ab occasu æquinoctiali. Quidam chelidoniam vocant, ac hirundinis visu, quæ Græcè dicitur chelidon. Nonnulli ornithiam, ob aduentum auium quas Græcè ὄρνιθας appellant. Flat enim ad 8. calendas Martij, quo tempore hirundo visitur, & aues aduentant. Apud Plin. mendosè leges, orithiem, pro ornithiam, in 2. Natur. hist. *Vibratis laciniis.*] Expressit id quod venti vi fieri videmus: vt scilicet vestis, & potissimùm muliebris, reflato sinu expandatur, & in orbem quasi osculatur. *Subdita.*]scopulo illi subiectæ, in quo Psyche constiterat.

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI QVINTI.

Hic quintus liber continet Psyches domicilium, Cupidinis amorem, sororum Psyches visitationem. Earundem subsequitur invidia: cuius impulsu Psyche credula, maritum Cupidinem vulnusculo percutit: ex quo devoluta è culmine beatitatis, fit aerumnosa. Quam Venus infesta atrociter exagitat. Tandem post multiplices exhaustas aerumnas, fit coniunx sui Cupidinis. Nuptiæ celebrantur in cælo, inter cælicolas.

Toro roscidi graminis.] Psyche animo saucia, & æstu mentis perturbata, tãdem dulciter quiescit in toro herboso, & somni illice ac suo fabulo. Alludere videtur ad tori etymologiam, qui, vt autumant, à tortis herbis dictus est: vnde & stibadia, tori siue cubilia ex herbis facta nominantur, quas Græci stibadas vocant. Stibadi mentio est apud Sidonium, Martial. Seruium. *Graminis.*] Gramen inter herbas est vulgatissimum. Iumentis herba non alia gratior, Græcè agrostis dicitur: vnde agrostinum oleum, quod ex gramine factitium est. *Dulcè.*] dulciter; vt suauè pro suauiter, no-

*PSyche teneris & herbosis locis, in ipso toro roscidi graminis, suauè recubans, tanta mentis perturbatione sedata, dulcè conquieuit. Iámque sufficienti recreato somno, placidiore surgit animo. Videt lucum proceris & vastis arboribus consitum: videt fontem vitreo latice placidum, medio luci meditullio. Propè fontis adlapsum domus regia est, adificata non *humanis, sed diuinis manibus ac artibus. Iam scies ab introitu primo, Dei cuiuspiam luculentum & amœnum videre te diuersorium. Nam summa laquearia citro & ebore curiosè cæsata, subeunt aureæ columnæ: parietes omnes argenteo calamine conteguntur, bestijs & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium.*

men pro aduerbio, locutione vſitatiſſima. *Proceris arboribus.*] Quædam arbores proceritate maximè commendantur & vetuſtate: vt in Hercynia ſylua vaſtitas roborum celebratur. Proceriſſimæ arborum abietes eſſe feruntur. Refert Plin. abietem admirationis præcipuæ viſam eſſe in nauigio Caij principis, cuius quoque craſſitudo quatuor hominum vlnas complectentiũ implebat, & trabs è larice longa pedes centum viginti bipedali craſſitudine, æqualis quoque intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, faſtigium ad cacumen æſtimantibus. *Meditullio.*] Antè dictum eſt, meditullium dici loci medium. quod & medianum dici poteſt: namque Victruuius medianas columnas, medianam teſtudinem, mediana epiſtylia, quæ in medio ſunt domus, appellat. *Nam ſumma lquearia.*] Deſcriptio eſt graphica luculenti domicilii, quo Pſyche diuinitùs accipitur. Cæterùm cùm egreſſiones tempeſtiuæ maiorem in modum reficiant, recreéntque lectores, tempeſtiuum videtur & opportunum, hoc potiſſimùm loco Roſcij mei Mini Põticulanum ſummatim explicare: cuius topotheſia haud ſanè multùm diſtat ab hac Cupidinis diuerſorij deſcriptione. Villa eſt pulcherrima, magnificentiſſimáque villarum in Bononienſi territorio, receſſu ab vrbe plus minùs ſeptem millibus paſſuum: quod iter vel homini ignauo commodum eſt, ſeſquihoræque curriculo peragitur: potéſque peractis quæ agenda in vrbe fuerint, matutinis negociis, illuc tranſcurrere ad horam prandii. Extructa eſt in valle, quam Rhenanam vocant. Aditus via non vna. Prætereuntibus viatoribus præbet forinſecùs effigiem non tam prætorii, quàm caſtelli, pinnis turriculiſq; conſpicui. Statim ab ipſo introitu haud dubiè aſſeuerabis, principis id cuiuſpiam & ſummatis viri luculentum eſſe diuerſorium. Introeuntibus à veſtibulo ſtatim occurrit cauũ ædium ampliſſimum, quod à lateribus vtrinque habet ambulacra fornicata, à fronte ſcalas binas, quæ lateculis ſtructę, latiſſimè exſpaciãtes in areolam quaſi coëunt. Vbi in ſummum peruenieris, quod mirum eſt, in plano conſiſtis: & cùm altè aſcendere te putes, ſentis te nihil aſcendiſſe: eſt enim in cliuo clementer & ſenſim ſurgente conſtructa. Multa in hac villa, vt potè capaciſſima, ſunt membra, ex architecturæ ſymmetria ſubtiliter & magnificenter extructa: non minùs ad hoſpites communiter & lautè accipiendos, quàm ad vſum patris familiâs. Magnam capit voluptatem, nec minorem admirationem, quiſquis hanc villam angulatim luſtrat. Nec parùm multi, tam alienigenæ, quàm indigenæ, viſendi ſtudio petunt Ponticulanum, idque mira-

mirabundi contemplantur: vbi cœnationes, cubicula, ambulationes, gynæcea, andronites, pergulæ, oculos reficiunt ac oblectant. Quæ sigillatim describere non est operis instituti, quæ volumine priuatim dicato forent explicanda. Illud in præsentia minimè prætereundum, nec minori admiratione dignum, quàm inspectione, quòd ex omnibus villæ membris supernè infernèque iuxtà scaturiunt aquæ salientes, erumpúntque: vbique lymphæ præstò sunt, tam vsibus villaticis, quàm voluptariis seruientes. In areæ viridarij meditullio fons est marmore exculptus, extructúsque, vnde aqua perennis continenter emicat, & fistulatim excussa sese in auras per tubos ducta eiaculatur. Prope fontem subest piscina pisculenta, in qua pisces de manu hominis cibum capiunt. Intra villæ septum canalis structilis ex Rheno deriuatus, intra sepimenta lapidea concluſus fluit. vbi molæ molendinariæ frumenta conficiunt & sertæ aquariæ materiam sectilem mechanico artificio assulatim dissecant. Cúmque sit nauicularum patiens, in eo ambulant cymbæ, & ludibundos vectores vehunt. Inter cætera illud spectatissimum, quod maceria atque adeò murus crassitudine tanta, vt bini iuncti euntes otioſè inambulare possint, altitudine ferè decempedali, longitudine stadiorum circiter quaternúm, instar aggeris & munimenti obiectus est violentiæ furentis Rheni coërcendæ: qui hâc obire coërcitus suff ænatúsque intra alueum labi cogitur, nec vineam latissimam prætorio annexam potest populari, quæ illo sepimento vallata vberrimos vineaticos fructus quotannis fundit. Nemo non talia spectans censet, impendia regum talibus substructionibus vix sufficere potuisse. Sepissimè ego inambulãs tũpta hoc sæpimentum, vna tantùm ambulatione ac redambulatione nauseam discutere consueui, & stomachum cœnatoriæ fami præparare. Antequàm villam regrediaris, est area laxissima: intra cuius maceriam est, equile, centum ferè equorum capax, quo commodissimè stabulat equitum principale. Etenim cùm magnificus sit & hospitalis Roscius meus, quotannis illustrem principem nostrum Iohannem Bentiuolium cum comitatu principali, nec non & principis filios hospitaliter, lautè, eleganter accipit. In angulo eiusdem areæ est peristerotrophium (vulgò columbarium vocant) luculentitati villæ respondens, quod pipiones affatim suggerit. Adde cœli temperiem, qua omnis æstatis flagrantia mitigatur, inclementia canicularis clementissima aura lenitur: vnde fit, vt diuersorium sit maximè æstiuum, quia minimè est æstuosũ. Si libet piscari, præstò sũt omnia instrumenta piscatoria, & Rhenus piscosus subest. Si libet aucu-

pari, planicies lata aucupantium votis respondet. Vis religiosè Deum matutinis orationibus salutare, adnexum penè est lateri villæ delubrum religiosum, vbi sacerdos ad nutum Dominicum mysteria obit, cui minuscula villa cum horto olitorio ancillatur. Cùm verò discreta lux & certa obseruatio vitam hominum quasi ordinatam reddat, & negotia digerat atque disponat, in fastigio Ponticulani prætorij horologium longè conspicabile positũ est, quod horas diurnas nocturnásq; æqua lance describẽs, tintinabulóq; denuncians, non patitur obrepere errorẽ satagentibus: miréque conducit ocio disponendo, & excitandis in opera mortalibus. Hæc obiter dicta sint de Ponticulano. Quod vt carptim summatímque describerem, subinuitauit occasio, & Roscij mei mutuus amor aurem vellicans, quo nihil elegantius, absolutius, quo mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec charior. Id quod M. Tul. de Attico suo scribit: etenim Roscius mihi alter est Aticus. Et sicut ille Ciceronem sustentauit, ita hic mihi vnicum est præsidium, amicúsque auxiliarius, consiliarius, & peculiaris patronus. Hic est ille Minus Roscius, vbique librorum meorum celebratus, nec pro merito vnquam satis laudatus: qui omnib. naturæ ac fortunæ bonis cumulatus, qui prudentia, consilio præsentissimo, facundia exemplari, doctrina hac elegantiore perpolitus, nulli nostrorum ciuium est secundus, quem illustres principes mei Bentiuoli cum maximo patre clarissimi filij tanti faciunt, quanti prætereà neminem: de quo, vt olim hendecasyllabo verissimè lusi, dici meritissimè potest, Orator bonus & bonus senator. Qui, vt est in parœmiis Græcorum, cùm sit ἀγαθὸν θάλασσα σοφὸν ἀγαθοῦ, id est, bonorum mare, & bonorum cumulus, haud dubiè dominus est Ponticulano dignissimus: diceréq; verè & meritò possumus, O villa magnifica quàm pari domino dominaris. Cæterùm cùm lex rusticationis sit, ne villa fundum quærat, néve liceat minùs arare quàm verrere villę ponticulanę subseruiunt laxissima latifundia, quibus fruges vberrimæ & vina generosa progignuntur: & cùm quatuor sint vini colores, albus, fuluus, sanguineus, niger, vinum illic sanguinei coloris haud dubiè ad principatum peruenit, éstque inter vina dulcia primæ notæ, hominúmque paucorum. Hoc quotannis peculiariter Roscius meus, vt est munificus, condonat regulis Bentiuolis patri filiísque seiunctim. Me quoque principibus æquiparans, eadem vinaria liberalitate prosequitur. Huic ego vino, sicut Liuia Augusta Pucino, acceptos refero annos vitæ plusculos. Idem me quotannis propè solenniter in illum amœnissimum secessum, quo nihil amœnius noui, euocat, post indictas feriaslitera-

litterarias: vbi & genialia colimus, & voluptati meraciſſimæ indulgemus, tum corpus, tum animum viciſſatim refouentes: non tamen ſine ſuauiſſimo librorum comitatu, & paſtu, ſine quibus nulla eſt ſolida voluptas. Libuit in hoc diuerſorium de induſtria diuertere, vt tu, qui libellos meos omnis ſtudioſe lectitas, & per te cæteri lectores norint, qui ſit Roſcius in meis voluminibus: cuius prætorium Ponticulanum non abſurdè domicilium voluptatis, atque hoſpitium Pſyches videri poteſt: quod graphicè & luculenter hoc in loco Aſinus noſter, non aſinali, ſed philoſophica curioſitate perſcribit. Sed nos inſtitutas iam commentationes exequamur: cùm non abſit, in tranſcurſu amicis ſatisfacere, varietatibus commentarios diſtinguere, & legentibus velut amœna diuerticula quærere. Cæterùm quæ hoc in loco à Lucio noſtro dicuntur, ex auro & argento celata in hac imaginaria domo, ea magis luxuriantis ingenij fertilitate quadam dicta ſunt, quàm ex hiſtoriæ veritate: quamuis Homerus Menelai regiam auro, electro, argẽto, ebore, fulgere prodiderit. Laquearia autem, vt ad commentatoris officium reuertamur, ſunt cameræ cubiculorum, triclinioríumque: alio nomine lacus & laquearia nuncupata. *Citro.*]Theophraſtus, & poſt Theophraſtum Plinius, prodiderunt, templorum contignationes ex citro arbore apud veteres factas fuiſſe, ob immortalitatem materiæ in tectis, contra vitia omnia incorruptæ. Menſis citreis nihil apud eruditos celebratius. Inter pauca nitidioris vitæ inſtrumenta arbor citri eſt. *Subeunt.*]ſulciunt ac ſuſtentant. *Argẽteo celamine.*]celatura argentea. Lectos totos operiri argento, luxuria commenta eſt. Miratur Plin. in auro celando inclaruiſſe neminem, argento verò multos. *Ob os.*]ad os, ad faciem.

Mirus prorſum magnæ artis homo, imò ſemideus, vel certè Deus, qui magnæ artis ſubtilitate tãtum effigiauit argentum. Enim verò pauimenta ipſa lapide pretioſo cæſim diminuto, in variæ picturæ genera* diſcriminatur vehemẽter. Iterum ac ſæpius beatos illos, qui ſuper gemmas & monilia calcãt. Iam cæteræ partes longè latéque diſpoſitæ domus, ſine pretio pretioſæ, totique* parietes ſolidati maſſis aureis, ſplendore proprio eo*

Efferauit.]Lego, *effigiauit*, hæc enim purior mutiórque lectio eſt: vt effigiauit ex ponas, variis figuriſimulachriſque effinxit argentum, ad ornamentum diuerſorij. Quod ſi legas *efferauit*, expone, in feras & ferarum imagines effinxit.

Quod verò ait, homo, immò semideus, vel. certè Deus, amplificatio est, qua per incrementum decenter creſcit oratio. *Caſim diminuto.*] pauimenta, nominata lithoſtrota, ſignare videtur, quæ ex paruulis cruſtis teſtuliſque fieri ſolent. Celeberrimus fuit in pauimentis conficiendis Xenodorus, qui pauimentum fecit paruis è teſtulis, tinctiſque in varios colores, in quo purgamenta cœnæ, quæ conuerti ſolent, veluti relicta fabre fecerat: ob id aſaroton vocatur, quaſi verti non poſſit. Et hoc intellectu accipienda ſunt verba Pliniana ex libro 36. quæ aliquam multi peruersè legunt, & perperam interpretantur. *Diſcriminantur.*] diſtinguuntur, variantur. *Iterùm ac ſæpius.*] Senſus eſt, non ſolùm ſemel, ſed bis, ter, ac ſæpius dicas, illos eſſe beatiſſimos, qui pedibus gemmas conculcant: tanquam aurum & gemmæ ſint ſummum humani generis bonum, ſicut vulgus opinatur. Ille autem

*ruſcant, vt diem ſuum ſibi domus faciat, licèt ſole nolente: ſic cubicula, ſic porticus, ſic ipſæ valuæ fulgurant. Nec ſecius opes cæteræ maieſtati domus reſpondent: vt equidem illud rectè videatur, ad conuerſationem humanam magno Ioui fabricatum cœleſte palatium. Inuitata Pſyche talium locorum oblectatione, propiùs acceſſit: & paulò fidentior, intra limen ſeſe facit. Mox, perlectante ſtudio pulcherrimæ viſionis, miratur ſingula: & altrinſecùs ædium horreа ſublimi fabrica perfecta, magniſque congeſta gazis conſpicit. nec eſt quicquam, quod ibi non eſt. Sed præter cæteram tantarum diuitiarum admirationem, hoc erat præcipuè mirificum, quod nullo vinculo, nullo clauſtro, nullo cuſtode, totius orbis theſaurus ille muniebatur. Hic ei ſumma cum voluptate viſenti offert ſeſe vox quædam corporis ſui nuda: Et quid, inquit, domina tantis obſtupeſcis opibus? tua ſunt hic omnia. Proinde cubiculo te refer, & lectulo laſſitudinem refoue, & ex arbitrio lauacrum pete. Nos, quarum voces accipis, tuæ famulæ, ſedulè tibi præminiſtrabimus: nec * corpus curatæ tibi regales epulæ morabuntur.*

calcare

calcare dicitur gemmas & monilia, qui graditur super pauimenta preciosa. Sic Statius in Syluis: Calcabam nec opinus opes. Illi quoque gemmas calcare dicuntur, qui calciamentis addunt margaritas. Plinius taxans luxum fœminarum, sic scribit in nono: Neque enim iam gestare margaritas, nisi calcent, ac per vniones ambulent, satis est. *Dispositæ.*] Digestæ & per membra ordinatæ. Omnium ædificiorum probationes tripartitò consideratur: id est, fabrili subtilitate, magnificentia, & dispositione. Cùm magnificenter opus perfectum aspicitur, dominus impensæ laudabitur: cùm subtiliter, officinatoris probabitur exactio: cùm verò dispositè & secundum symmetrias, tunc erit gloria architecti. *Si ne pretio pretiosæ.*] pretiosam domum sine pretio fuisse dicit, quoniam satis nullo pretio taxari poterat: vel quia ficticia erat, vt pretiosa non tam esset quàm videretur. *Diem suum.*] Domus nostræ diem habent & lucem beneficio solis. Hæc verò domus suo proprio splendore luminosa, peculiarem sibi diem, & quasi suum faciebat, vt etiam citra solis lumen lucida foret. Consimile est illud Ambrosij ex quarto Hexameri: habet enim & dies suam lucem, quæ præcessor est solis. Sidon. Diuersorium, inquit, in Aquilonem patescit. Habet diem, non habet solem. *Opes cæteræ.*] qualis erat domus, talem fuisse suppellectilē, instrumentúmque domesticum significat. Domus enim pro dignitate instruenda est. *Prolectante.*] alliciente. *Altrinsecùs.*] in altiori domus parte. Horrea autem suspendi, & in editiore domus parte extrui, præcipiunt. Suprà diximus, horrea non tam frugum, quàm gazæ & opum esse repositoria. Quod & Iurisconsultus euidenter ostendit, Tit. de officio præfecti vigilum, his verbis: In horreis homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt. *Corporis sui nuda.*] hoc est sine corpore, & (vt Græcè dicitur) asomatos, id est incorporea. Hunc autem ἀσώματον intelligi volò, impalpabile, pro vt vulgus intelligit. Namque asomaton, id est incorporeum, auctore Origene, dicitur id, quod solidum & palpabile non fuerit. *Prohinc.*] ideóque. Vide an *proin*, potiùs sit legendum, quod vsitatius est. *Nec corporis curatæ.*] Quid si legas, *corpus curatæ*, hoc intellectu: vbi curaueris corpus lauacro & balneis, præstò tibi erunt regales epulæ paratæ. Annotandum est, quòd corpus curare hîc accipitur, pro lauacro & balneis refouere: aliàs, curare corpus, est cibo reficere. Seruius, enarrans illud Virgilianum ex 4. Georgicorum, Tum tecta petunt, tum corpora curāt, sic exponit: Sanè curare corpus, si de hominib. dicimus, & cibo & lauacro intelligimus, aut alterutro: si de

a pibus,tantùm cibos accipimus. Apud Liuium & hiſtoricos ferè ſemper curare corpus ad cibum refertur.Sidonius: Archimagirus,inquit,aduentans,qui tempus inſtare curandi corpora monstret. Hinc illud quoque memoratiſſimum:Quid eſt quod tu habitior ſis,quam equus tuus?quoniam,inquit,ego me curo,Statius ſeruus equum meum curat.Cato boues curatiores dixit,pro pinguiores,habitioréſque.

Informes.] ſine forma,inuiſibiles, & incorporeas. *Diluit.*] reſoluit, tollit.Diluere crimina dicitur orator in actione forenſi, refutans refellensque obiecta. Dilutum vinum,a quatum dicunt, quaſi aquæ mixtura reſolutũ, debilitatúmque. Dilois helleborũ, dixit Perſius:dilutum abſynthium Lucretius, in potionem reſolutũ. *Semirotundo.*] Hemicyclon ſignate videtur, de quo M.Tul. in Lælio: Cùm ſæpe multa narraret,tum memini domi in hemicyclo ſedentẽ. Verbum de verbo expreſſum eſt: nã Latino vocabulo ſemirotundum idẽtũ eſt, quod Græco hemicyclon vocant: eſt autem cœnatio

*Senſit Pſyche diuinæ prouidentiæ beatitudinem: monitúſque voces informes audiẽs,& prius ſomno,& mox lauacro fatigationem diluit.Viſóque ſtatim proximo ſemirotundo, ſuggeſtum propter, inſtrumentum cœnatorium rata refectui ſuo commodum,libens accumbit.Et illicò vini nectarei, edulioríumque variorum fercula copioſa, nullo ſeruiente, ſed tantùm ſpiritu quodam impulſa ſubminiſtrantur. Nec quenquam tamẽ illa videre poterat, ſed verba tantùm audiebat excidentia, & ſolas voces famulas habebat.Poſt opimas dapes,quidam introceſſit,& cantauit inuiſus: & alius cithara pulſauit,quæ videbantur nec ipſa. Tunc modulatæ multitudinis conferta vox aures eius affertur: vt, quamuis hominum nemo parêret, chorus tamen eſſe patêret Finitis voluptatibus, veſpera ſuadente, concedit Pſyche cubitum.Iámque prouecta nocte,& clemens quidam ſonus aures eius *accedit. Tunc virginitati ſuæ,pro tanta ſolitudine metuens, & pauet,& horreſcit,& quouis malo plus timet, quod ignorat. Iámque aderat ignobilis maritus,& thorum inſcenderat, & vxorem ſibi*

*sibi Psychem fecerat, & ante lucis exortum propere discesserat: statim voces cubiculo præstolatæ, nouam nuptam interfectæ virginitatis curant. Hic diutino tempore sic * agebant: atque (vt est natura redditum) nouitas per assiduæ consuetudinem delectationem eius commendarat: & sonus vocis incertæ, solitudinis erat solatium.*

effigie circuli dimidiati, vnde & nomen. Consimiliter sigma mensa, vel potiùs cenaculum est, instar semirotundi & lunaris testudinis, à similitudine literæ Græcæ dicto vocabulo. de quo Epigrammatarius: Septem sigma capit, sex sumus, adde Lupum. item expressiùs: Aspice lunata scriptum testudine sigma. etsi perperàm multi legunt signum. Lampridius in Heliogabalo: Sigma, inquit, de croco strauit, cùm summos viros vocaret ad prandium. Eadem dictione idem sæpe vtitur. Quidam hemicyclon accipiunt pro sella, quæ dimidiati circuli formam habet, sed malè. Sidonius, Solij capacis hemicyclon ponit: intelligi volens vas balneare fuisse semirotundum instar sphæræ mediæ, & figura orbis dimidiati. *Propter.*] propè, iuxtà. sic Virg. Lucret. cæteri, hanc particulam vsurpant. *Cœnatorum.*] Lego, *cœnatorium.* Nam instrumentum cœnatorium dicimus, quod ad cœnam instruendam est accommodatum: & ita instrumenti cœnatorij appellatione cõtinebitur omnis cœnaticus apparatus. sicut de instrumẽto rustico, & instrumẽto histrionico, pro apparatu, crebra mentio est. *Inuisus.*] non visus, nec spectabilis vlli. Mi. Tul. in oratione de Aruspicum responsis: Occulta, & maioribus non inuisa solùm, etiam inaudita sacra, inexpiabili scelere peruertit. Aliàs inuisus, odiosus significatur. Fulgentius inuisè dixit, per aduerbium, pro eo quod vulgò dicitur inuisibiliter. Verba Fulgentij sunt hæc ex Mythologijs: Nocte adueniens maritus Veneris, præliis obscurè peractis, vt inuisè vespertinus aduenerat, ita crepusculo etiam incognitus discedebat. *Quæ videbatur.*] Iunctim lege, vt sit vnum colon: Quæ videbatur nec ipsa. Est enim sensus, alium cithara pulsasse, quæ & ipsa, sicut citharœdus, erat inuisa, minimèque videbatur. *Conserta vox.*] Chorum intelligit, de quo Seneca & Macrob. sic referunt: Non vides quàm multorum vocibus chorus constet? vnus tamen ex omnibus sonus redditur. Aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media. Accedunt viris fœminæ, interponuntur tibiæ: singulorũ illic latent voces, omniũ apparẽt, fit concentus ex dissonis. Chorumà chara, id est, lætitia nominatũ esse,

Digitized by Google

auctoritate Platonica iam docuimus. *Parêret.*] appareret, viſeretur. Signare autem videtur dæmonas miniſteriales, qui cùm ſint corpore aërio, minimè conſpiciũtur. Ex quo eſt illud Homericum de Minerua: Soli conſpicua eſt aliorum nemo tuetur. Omnis ſpiritus, teſte Tertulliano, ales eſt, atque volaticus: ideóque momento vbique ſunt: quorum operatio eſt, hominis euerſio. *Quod ignorat.*] Ex naturali affectu hoc dictum eſt: quo fit, vt ignota plus timeamus, etiam ſi minùs metuenda ſint. *Ignobilis maritus*] ignotus, incognitúſque. Aliàs humilis ac ſordidus. Nobilem antiqui pro noto ponebant. & quidem per G literam pronunciantes. Actius in Diomede: Ego me Argos referam: nam hîc ſum ignobilis. Sicut econtrariò ignobilis pro ignoto accipitur. Plautus in Pſeudolo: Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Liu. poëta: Ornatu incedunt gnobili ignobiles. *Inſenderat.*] Corrige *inſenderat.* ſignificat enim, maritum aſcendiſſe in thorum genialem: ſic enim dicitur lectus nuptialis. *Vxor. m fecerat.*] honeſto velamento indicat, Cupidinem cum Pſyche concubuiſſe, tanquam non ſolus conſenſus faciat nuptias, ſed & concubitus. *Voces.*] quæ famularum miniſterio fungebantur: quod totum, vt diximus, ad operationem dæmonum videtur referendum. *Præſtolatæ.*] pręſtò aſtantes, apparentes, obſequibiles. Præſtolari enim modò ſignificat præſtò eſſe, iungitúrque cum dativo: aliàs expectare, & tunc exigit accuſativum. *Redditum.*] comparatum, inſtitutúmque naturali affectione. *Solitudinis ſolatium.*] quia ſcilicet voces illæ ſupplebant vocem contubernalium.

Indefeſſo.] inexhauſto, nec vnquam deſinente. *Conſeneſcebant.*] Itidem Plautus: maceſco, conſeneſco, tabeſco miſer. Senium quoque antiqui pro triſtitia & mœrore & luctu ponebant. M. Tullius: Ciuitas ſenio confecta eſt. *Affatum.*] colloquium atque cõgreſſum. *Inſit.*] loquitur.

Intereà parentes eius indefeſſo luctu atque mœrore conſeneſcebant. Latiúſque porrecta fama, ſorores illæ maiores cuncta cognorant: properéque mœſtæ atque lugubres, deſerto Lare, certatim ad parentum ſuorum conſpectum affatúmque perrexerant. Ea nocte ad ſuam Pſychen ſic inſit maritus (namque præter oculos, & manibus & auribus ſentiebatur:) Pſyche dulciſſima, & chara vxor, exitiabile tibi periculum minatur Fortuna ſæuior: quod obſeruandum preſſiore cautela tenſeo.

Soro-

Sorores iam tuæ mortis opinione turbata, tuúmque vestigium requirentes, scopulum istum protinus adiere. Quarum si quas fortè lamentationes acceperis, neque respondeas, immò nec prospicias omnino. Cæterùm mihi quidem grauissimum dolorem, tibi verò summù creabis exitium. Annuit, & ex arbitrio mariti se facturam spopondit. Sed eo simul cum nocte dilapso, diẽ totũ lacrymis ac plangoribus misella consumit: se nunc maximè prorsus periisse iterans, quæ beati carceris custodia septa, & humanæ conuersationis colloquio viduata, nè sororibus quidem suis de se mœrentib. opem salutarem ferre, ac ne videre eas quidẽ omnino posset. Nec lauacro, nec cibo, nec vlla denique refectione recreata, flens vbertim, decessit ad somnum. Nec mora, cùm paulo maturius lectum maritus accubans, eámque etiamnunc lacrymantem cõplexus, sic expostulat: Hiccine mihi pollicebare Psyche mea? Quid iam de te tuus maritus expecto? quid spero? Et perdia, & pernox, nec inter amplexus coniugales desinis cruciatus. Age iãnunc vt voles, & animo tuo damnosa poscenti pareto: tamẽ memineris meæ seriæ monitionis, cùm cœperis sero pœnitere. Tunc illa precibus, vbi dum se morituram comminatur, extorquet à marito, cupitis annuat: vt sorores videat, luctus mulceat, ora conferat. Sic ille nouæ nuptæ precibus veniam tribuit. Præterea oculos.] Sentiebatur enim tactu corporali, sed oculis minimè poterat videri. *Adiere.*] Legendum est, *aderunt. Cum nocte dilapso.*] Euolauit Cupido, cùm nox iam finiretur. Dicimus eleganter, surgo cum sole, id est hora matutina: dilabor cum nocte, id est, abscedente nocte & ipse abscedo. *Beati carceris.*] Beatum carcerem appellat domicilium illud luculentum & amœnum, sed quo tamen perinde vt carcere inclusa contineretur. Itidem Statius de psittaci cauea loquens inquit: Vacat ille beatus Carcer, & angusti nusquam conuicia tecti. Ego carcerem beatum & honoratum appellare soleo, mansionem magistratuum bimestrium in palatio: vnde de die egredi non da-

tur,niſi pompabiliter egrediantur. *Vberim.*} abundè & largè.Catullus: Vbertim thalami quas intra limina fundunt. *Refectione.*}Inter refectiones corporis optima eſt cibus & balneum.*Expoſtulat.* } accuſat, & queritur. Nam expoſtulare, vt docet Donatus, eſt querelam apud eum ipſum deponere, de eo ipſo qui fecit iniuriã: poſtulare autem, querelam dicere de altero apud alterum. Terent.Vt cum eo hanc iniuriam expoſtulem. *Hiccine.* } hæccine, taliáne. *Et perfida.*} Corrige, *perdia.* Perdius enim,perdia, perdium, dicitur

*buit:& inſuper, quibuſcunque vellet, eas auri vel monilium donare conceſſit. Sed identidem monuit, ac ſæpe terruit,ne quando ſororum pernicioſo conſilio ſuaſa, de forma mariti quærat:néve ſe ſacrilega curioſitate, de tanto fortunarum ſuarum geſtu peſſum deiiciat, nec ſuum poſteà contingat amplexum.Gratias egit marito. Iámque lætior animo: Sed prius, inquit,centies moriar,quàm tuo iſto dulciſſimo connubio caream.Amo enim, & effictim te, quicunque es, diligo,atque,vt meum ſpiritum, nec ipſi Cupidini comparo.Sed illud etiam pte cibus meis oro largire,& illi tuo famulo præcipe Zephyro, ſimili vectura ſorores huc mihi ſiſtat. Et imprimens oſcula ſuaſoria, & ingerens verba mulcentia, & iungens membra cohibentia, hic etiã *blanditus aſtruit: Mellite mi marite,tuæ Pſyches dulcis * anima, vi ac poteſtate Veneris vſurus. Inuitus ſuccumbit maritus, & cuncta ſe factuerum ſpopondit. Atque etiam,luce proximante,de manibus uxoris euanuit.*

per totum diem pertinax & permanens,ſicut pernox, per totam noctem perſeuerans:vnde & luna pernox in plenilunio dicta eſt, tota nocte collucens.A.Gellius in ſecundo: Socrates,inquit,perdius & pernox hiſdem in veſtigiis ſtabat.Nunc Pſyche accuſatur à marito, quòd dies totos noctéſque lacrymis cruciatibúſque conſumat. *Damnoſa poſcenti.*]Permiſſio eſt,cum occulta inhibitione. Nam poſcit Pſyche congreſſum ſororum & præſentiam: quæ res illi damnoſa futura eſt. *Serò pœnitere.*]Seræ pœnitentiæ comes eſt dolor & lacrymæ,cùm nulla præſtò eſt medela. Qui Occaſionem pingunt, illi comitem iungunt Metanœam: hoc eſt,pœnitentiam,quæ Dea eſt, facti & non facti pœnas exigens.

Cupitis

Cupitis annuat.]impetret à marito,vt desideriis suis & petitionibus assentiatur.Cupitâ enim,quæ cupimus,dicuntur. *Nouæ nuptiæ.*]Psyches. *Identidem.*]frequenter. *Fortunarum suggestu.*]diuitiarum bonorúmque fastigio & culmine.*Effictum.*]Legendum est,*effictim*:quod aduerbium est, significans vehementer & enixè.*Simili vectura.*]Facito,inquit, vt Zephyrus, quemadmodum huc me vexit molliter lenitérque, sic & sorores quoque meas parili vectatione huc deportet. *Sistat.*]exhibeat, collocétque. *Oscula suasoria*] Exornatio est,quæ Latinè Compar dicitur,Græcè Isocolon.Inibi quoque est homœoteleutõ,id est, similiter desinens:qua exornatione similes exitus sunt, similísque structura. *Cohibentia.*]quasi vinculo nexúque alligantia. *Hic etiam blanditus.*}Aliàs, *hinc etiam blanditiis. Tuæ Psyches dulcis animæ.*}Allusio est ad Psyches nomen,quo anima significatur:quasi anima amicæ maritus sit. Plautinus amator inquit: Anima est amica amanti.

At illæ sorores percontatæ, scopulum locúmque illum, quo fuerat Psyche deserta, festinantes adueniunt:ibíque deflebant oculos, & plangebant vbera: quoad crebris earum eiulatibus saxa cautésque parilem sonum resultarent. Iámque nomine proprio sororem miseram ciebant:quoad sono penetrabili vocis vlulabilis per prona delapsæ,amens & trepida Psyche procurrit è domo.&, Quid (inquit) vos miseris lamentationibus nequicquam affligitis? Quam lugetis,adsum. Lugubres voces desinite, & diutinis lacrymis madentes genas siccate tandem: quippe, cùm iam possitis, quam plangebatis, amplecti. Tunc vocatum Zephyrum, præcepti maritalis admonet. Nec mora,cùm ille parens imperio, statim clementissimis flatibus innoxia vectura deportat illas. Iam mutuis amplexibus,& festinanti-

Deflebant oculos.}longo largóque fletu & vbertate lacrymarum oculos fœdabant, & quasi perdebant. *Plangebant.*] palmis tundebãt. plangere enim, percutere est : & planctus,ipsa percussio. Silius: Liuentia planctu Brachia. Ouid. Plangebant corpore terram. *Eiulatibus.*] lamentationibus & fœmineo vlulatu,quod lessum veteres dixerunt. Hinc lex illa 12. Tabularum, Mulieres ne lessum funeris ergo habento. Quæ vox significat, ne

Digitized by Google

mulieres lugubrem eiulationem lamentationémque in funere habeant. Super qua re iam satis ac super. *Parilem sonum resultarent.*] Echo, quam Ausonius scitissimè dixit aëris & linguæ filiam, resultat, reddítque voces reciprocas inter cautes & montium flexus, in concauis vallium sinubus, vbi aër scinditur, inæqualiter resultat. Olympiæ arte mirabili fuit porticus quędam, heptaphonon appellant, quia septies eadem vox redditur. Cyzici quoque sunt turres septem, quæ acceptas voces numerosiore repercussu multiplicabant: noménque huic miraculo Echo est à Græcis datum. ἠχὼ enim Græcè resono dicitur, & ἦχος sonus. Fabulantur, Echo amorem & delicias rurestris Panos esse: quod mystico intellectu significat, harmoniam cœli, quæ soli amica est, quasi omnium sphærarum de quibus nascitur moderatori. Pana autem solem esse, prudentiores intelligunt. Alexander Aphrodiseus ideò Echo à Pane adamatam fingi interpretatur, quoniam Pan pastor quidem fuit, qui primus Echûs rationem causamque vestigauit, sicut Endymion lunæ. Vnde eius amore captus, fama traditur. *Ciebant.*] inuocabant, clamabántque. Cit, Plinio verbum est, pro mouet, euocátque. *Penetrabili.*] Autumat Seruius, penetrabile dici, quòd penetratur, penetrale verò, id quòd penetrat: quæ differentia an satis proba sit, non discutio. Eruditi ferè omnes penetrabile id dicunt, quod penetrat, vt penetrabile telum, & penetrabilis sonus. Virg. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. Horat. quoque prosaica (quæ necessitate metrica soluta est, & libera) penetrabile mauult dicere, quàm penetrale: cùm penetralia dicantur loca interiora, penitioráque in ædibus. *Genus.*] Significanter

bus sanijs sese perfruuntur: & illæ sedatæ lacrymæ postliminio redeunt, prolectante gaudio. Sed & tectum, inquit, & Larem nostrum lætæ succedite, & afflictas animas cum Psyche vestra recreate. Sic allocuta, summas opes domus aureæ, locúmque, seruientium populosam familiam auribus earum, lauacróque pulcherrimo & inhumanæ mensæ lauticijs eas opiparè reficit: vt, illarum prorsus cœlestium diuitiarum copijs affluentibus satiatæ, iam præcordijs penitùs nutrirent inuidiam. Denique altera earum satis scrupulosè curioséque percontari non desinit, quis illarum rerum cœlestium dominus, quíve vel qualis ipsius sit maritus.

Digitized by Google

canter locutus est: nam genæ lacrymis propriè madent, quæ sunt oculorum tegumenta. Insecta non habent genas, de quibus aliubi suo loco satis multa. *Innoxia vectura.*]Zephyrus citra noxam illam & periculum vexit sorores ad Psychen. *Festinantibus suauiis.*] ἀκύμοις & impropriè. nam suauia sunt libidinum, vel amorum: sicut oscula officiorum, basia pudicorum affectuum. Suauiari est, impudico basio & veneno exosculari. Diminutiuum suauij est, suauiolum. Catullus, Suauiolum tristi tristius hel leboro. *Sedatæ.*]cohibitæ, retentęque. *Postliminio.*] postea, & ex interuallo posteriore quadam reuersione. De postliminio suprà copiosissimè. *Prolectante gaudio.*]luxta illud, Lacrymo præ gaudio: &, vt inquit Seneca, an habet lacrymas magna voluptas. *Tectum succedite.*]per datiuum à Virg. dictum est: Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris. *Animas cum Psyche.*] Tanquam animæ ab anima foueantur, & recreentur. *Locumque.*]Subscribe verbum, Ostendit, ne trunca & defectu verbi claudicans orationis structura sit. *Auribus.*]Hoc ideò dicit, quia voces famulabantur, quæ oculis minimè visibiles, auribus tantùm sentiebantur. *Inhumanæ.*]non humanæ, ac per hoc diuinæ cœlestisque mensæ. Aliàs inhumanus, crudelis dicitur, & inamabilis. *Lauticijs.*]Lauticiam dicunt epularum magnificentiam & apparatum, vt sæpe diximus. *Nutrirent inuidiam.*]Inuidia nutriri dicitur præcordiis hominum, quando in dies, immò in horas, vel potiùs in momẽta glisci atque exuberat, & quasi ex alimonia incrementum capit. *Curiosè percunctari.*]Ex sententia catholica est illud: Nemo curiosus, qui non sit maleuolus.

*Nec tamen Psyche coniugale illud præceptum vllo pacto temerat, vel pectoris arcanis exigit: sed è re nata confingit, esse iuuenem quendam, & speciosum, commodùm * lanoſtim barbitio genas inumbrantem, plerumque rure ſtribus & montanis venatibus occupatum. Et, ne qua sermonis præcedentis labe consilium tacitum proderetur, auro facto, gemmosisque monilibus onustas eas, statim vocato Zephyro tradit reportandas. Quo protinus perpetrato, sorores*

Coniugale præceptum.] Mandatum mariti erat, ne de forma coniugis quærere vellet. *Exigit.*] expellit, eiicitque. *E re nata.*] ex occasione, & rei oblatæ consilio. *Commodùm.*]iamiam, tunc tunc pubescentem. *Lanoſtim.*]Emendo, *lanoſo*: vt iunctim

legas, lanoſo barbitio: hoc intellectu, quòd erat iuuenis prima barbæ lanugine & flore genas veſtiens: id enim lanoſum barbitium ſignificat. Alibi barbitium quoque pro barba decenter vſurpat: Hircino, inquit, barbitio philoſophum mentiebatur. *Ruræſtribus.*] ruſticis & agreſtibus. *Auro facto.*] Aurum & argentum factum id dicimus, quod non in maſſa, non in lamina, non in ſignato, non in ſuppellectili, non in mundo, neque in ornamentis ſit. Si factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectũ, ſiue id ſua, ſiue alterius vſionis cauſa paratum eſſet, veluti vaſa aurea, emblemata, ſigna, aurum muliebre, & cætera, quæ his rebus ſunt ſimilia. Sed ſi infectũ aurum legatũ eſt, quod eius ita factũ eſt, vt eo ad rem ad quam cõparatum eſt, nõ poſſit vti

egregiæ domum redeuntes, iámque gliſcentis inuidiæ felle flagrantes, multa ſecum ſermonibus mutuis perſtrepebant. Sic denique infit altera: En orba & ſæua & iniqua Fortuna, hiccine tibi complacuit, vt vtroque parente progna tæ, diuerſam ſortem ſuſtineremus? & nos quidem, quæ natu maiores ſumus, maritis aduenis ancillæ deditæ, extorres & Lare & ipſa patria degamus, lõgè parentum velut exulantes: hæc autem nouiſſima, quam fœtu ſatiante poſtremus partus effudit, tantis opibus & Deo marito potita, quæ nec vti rectè tanta bonorum copia nouit? Vidiſti, ſoror, quanta in domo iacent, & qualia monilia, quæ prænitent veſtes, quæ ſplendicant gemmæ, quantum præterea paſſim calcatur aurum. Quòd ſi mæritum etiam tam formoſum tenet vt affirmat, nulla nunc in orbe toto fœlicior viuit. Fortaſſis tamen procedente conſuetudine, & adfectione roborata, Deam quoque illam Deus maritus efficiet. Sic eſt hercules: ſic ſe gerebat, ferebátque. Ianiam ſurſum reſpicit, & Deam ſpirat mulier, quæ voces ancillas habet, & ventis ipſis imperat. At ego miſera, primum patre meo ſeniorem maritum ſortita ſum: dein cucurbita caluiorem, & quouis puero pumiliorẽ, cunctã domum ſeris & catenis obditam cuſtodientem.*

vti ſine refectione, quódque ab eo patre familiâs infecti numero fuerat, id videtur legatum eſſe: auctor Vlpian. De auro facto infectóque meminit poëta illo verſu: Sunt auri pondera facti Infectique. Ser. ita exiſtimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commodè vti poſſumus. *Gemmoſis.*] plenis, ex gemmiſque contextis. Gemmoſum monile, quaſi totum è gemmis dici videtur: gemmatum verò, gemmis diſtinctum, ornatúmque. *Egregiè.*] Ironicôs. *Gliſcentis.*] creſcentis. gliſcere enim, increſcere eſt. Silius: Gliſcit Eliſeo violentior ira tyranno. Hinc glires dicti ſunt, qui ſomno gliſcunt, & pingues efficiuntur. Gliſceras antiqui nominauerunt menſas lautas & opiparas, quaſi gliſcentes, id eſt creſcentes per inſtructionem epularum. *Felle.*] Ouid. in deſcriptione Inuidiæ ſic inquit: Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno. *Orba.*] Fortunam cæcam exoculatámque fingi nullus ignorat. Ariſtot. in Problematis, diuitias refert ab hominibus prauis potiuſquàm bonis haberi, ob fortunam cæcam, quæ diſcernere quod melius eſt non poteſt. Pacuuius: Cæcā, inquit, fortunam ob eam rem eſſe volunt, quia nil cernat quò ſeſe applicet. Græcè dicitur τύχη τυφλὴ ἢ κωφή, tanquam non ſolùm cæca, ſed etiam ſurda ſit: quæ (vt ſcriptum legimus in tabula Cebetis) in lapide quodam rotundo conſiſtit, propterea quòd incerta atque inſtabilia ſunt illi munera. Qui à fortuna ſubleuantur, hi ἀγαθὴν τύχην, id eſt, bonam fortunam nuncupant: ab illis verò qui peſſum deiiciuntur, τύχη κακή, id eſt mala fortuna nominatur. *Hoccine.*] hocne. *Vtroque parente.*] hiſdem parentibus & natalibus pares, ſorte diſpares ſumus. *Natu maiores.*] Priuilegium quaſi quoddam & prærogatiua primogenituræ eſt, vt vtar verbo Eccleſiaſticorum, vt maior natu & primogenitus minorib. natu honoratior ſit. Hinc in Canonicis ſcripturis ſcriptum legimus, quemadmodùm Eſau vendidit fratri Iacob primogenita, & primatum. Apud vniuerſos homines, teſte Herodoto, inſtitutum eſt, vt maximus natu liberorum obtineat principatum: ſed interdum plus poteſt pollétque vis, quàm ius. *Ancillæ deditæ.*] Indignatio eſt mulieribus, quod non vxorum loco, ſed quaſi ancillarum ſint apud maritos: cùm in maritali coniugio iucundiſſima vitæ ſocietas iniri debeat: &, vt Xenophon, & mox Cicer. non inutiliter differuerunt, & à Columella repetitum eſt, nihil in domo coniugali apud priſcos diuiduum conſpiciebatur, nihil quod aut maritus aut fœmina propriè iuris ſui eſſe diceret: ſed in commune conſpirabatur ab vtroque. & ferè domeſticus labor fuit matronalis, cùm forenſibus exercitationibus, vt extraneis ma-

ritus deſtinaretur. Auctor eſt Plutarch. in Problemaris, ex veteri Romanorum inſtituto vxores maritis nec molere, nec coquinariam facere oportere: quæ miniſteria ancillaria prorſus ſunt, & ſeruilia Non parum multi ſunt, qui vxores habent non vt vxores, ſed vt ancillas: qui imperioſiſſimos dominos agunt, non maritos. Vnde fit ſæpe, vt omnis amor coniugalis in odium exitiale vertatur. Societas viri & vxoris, vt auctor eſt Ariſtot. in 8. Ethicorum, ſimilis eſt ariſtocatico imperio: vir enim imperat vxori pro dignitate. Apud Barbaros, vt idem refert in primo Politicorum, fœmina & ſeruus eodem gradu habentur. Caput mulieris eſt vir: & exiſtimare debet vxor, mores mariti eſſe legem vitæ ſuæ, impoſitam à Deo per coniunctionem matrimonij. Præterea, vt in Oeconomicis traditum eſt, oportet matrem familiâs dominari omnibus, quæ intra domum ſunt: nec viro decorum videtur eſſe, ea ſcire quæ intra ædes fiant. *Extorres.*]extra genitale ſolum amandatæ, & quaſi exules. *Longè parentum.*]procul à parentibus. *Poſtremus partus*]Conqueſtio eſt, quòd Pſyche cùm ſit nouiſſima, & poſtremo fœtu progenita, beatior ſit ſororibus primigeniis. Eruditi autumant deteriores eſſe fœtus, qui naſcuntur nouiſſimi. Ad quod Virgilianum illud grammatici referunt: Extremam, vt perhibent, Ceo Enceladóque ſororem Progenuit. Vbi extremam expoſuit Seruius, pro peſſimam: tanquam peſſimi ſint vltimo loco geniti. *Quanta.*] ob magnitudinem, & pondus. *Qualia.*]ob materię precium. *Splendicant.*]ſplendent, & rádiant. *Affectione roborata.*]Conſuetudo, vt inquit Lucret. concinnat amorem; ex conſuetudine affectio coniugalis robotatur: amor præſentia gliſcit, abſentia fit euanidus. Lælius apud Ciceronem: Auxit, inquit, beneuolentiam conſuetudo. & à Propertio decenter dictum eſt: Creſcit enim aſſiduè ſpectando cura puellæ: Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. *Surſum re.*] diuina meditatur, & ad cœleſtia mentem vertit. *Deam ſpirat.*] diuinos ſpiritus, & ferociam Deæ congruentem præ ſe fert. ſic Silius: Et fratrem ſpirat in armis. *Seniorem maritum.*] Et nupta & vidua eſt quæ nubit ſeni, vt inquit ſcitiſſimè Plautus. *Cucurbita caluiorem.*] Fulgentius Placiades hunc ex Apuleio locum citans, legit, cucurbita glabriorem, & quouis puero pumiliotem: quæ ſane lectio nitidior eſt, vt exponas glabriorem, pro depilatiorem, cutíſque nitidioris: glabrum enim depilatum dicimus, & leuem. Tales ſunt ſenes, calui ſcilicet, & omni capillitio depopulati. Inſtar cucurbitarum, quæ (vt nemo non videt) glabræ ſunt, & leuore polituráque lubricæ. Plautus in Aululatia: Tu gallum, ſi ſapis,

ſi ſapis,glabriorem reddes,quàm volſus ludius eſt.Glabreta Columellæ dicuntur loca denudata arboribus, & herbis viduata. Glabreſcere eſt glabrum fieri.idem Columella.Herbæ etiam vngulis atteruntur,atque ita glabreſcit & fit idonea frumentis area. Quadrupedum,vt inquit Plin.dorſa piloſa ſunt,ventres glabri.*Pumiliorem.*] molliorem atque eneruatiorem:pumilos enim dicunt,auctore Placiade,molles atque enerues. Aliàs pumilos, qui & pumiliones,dici paruulos, coactæque breuitatis,nullus ignorat:quos vulgò,Græco tamen vocabulo,nanos vocant. Memorat Plin. pumilionum genus in omnibus animalibus eſſe atque etiam inter volucres. Idem auctor eſt,pumilionum infœlicitatem in arborum quoque genere dici. Quicunque horoſcopum habuerint in 3.parte ſcorpij, erunt natura gibboſi, ridiculi. *Seris & catenis.*] In hanc ſententiam eſt illud Satyrographi:Pone ſeram,cohibe.Nam zelotyporum & ſeniorum ferè hic mos eſt, vt ſeris obdant fores,& peſſulis,cateníſque cuncta diligenter occludant: cùm tamen impudica ſeruari non poſſit, pudica non debeat. Ignorant videlicet miſeri mariti,Iouem per impluuium deſcendiſſe ad Danaëm, quam pater incluſerat intra turrim æneam,vallauerátque ſepimento inexpugnabili. *Obditam.*]occluſam,obſeptámque. Obdere,opponere eſt,operire,occludere.Apud Horat. Latus obdit apertum, dictum eſt pro obiicit,& offert.

*Suſcipit alia: Ego verò mæritum articulari etiam morbo complicatum, curuatúmque ac per hoc rariſſimè venerẽ meam recolentem ſuſtineo, plerunque detortos & duratos in lapidem digitos eius perfricans,fomentis olidis,& pannis ſordidis, & fœtidis cataplaſmatis manus tam delicatas iſtas aduren,nec vxoris officioſam faciem, ſed * modicè laborioſam perſonam ſuſtinens. Et tu quidem ſoror* vides quàm patienti,vel potiùs ſeruili (dicam enim liberè quod ſentio)hic perferas animo: enimuero ego neque ſuſtinere vlteriùs, tam beatãm fortunã collapſam indignè. Recor-*

Articulari morbo.] Senes imbelles,ægroti, ſunt inamabiles vxoribus, iniucundi: vtpotè qui parùm diligenter fundum vxorium colere poſſint. Quo in numero in primis ſunt podagrici, & articulari morbo complicati: quibus ex præſcripto medicorum Venere interdicitur. Scribit Cornel. Celſ. quoſdam

articulorum morbo laborantes, cum toto anno à vino, mulso, Venere sibi temperassent, securitatem totius vitæ consequutos. Vitia autem articulorum in manibus pedibúsque frequentiora largioráque sunt, quàm in podagris, chiragrísque esse consueuerũt. Ennius poëta articulari morbo periit, vt Eusebius chronographus docet: de quo Quintus Serenus sic memorat; Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores. Plin. rerum omnium, & peculiariter medicinæ curiosus, condidit opusculum de Medicina: in quo docet, betam ex melle & ficu impositam morbis articularibus mederi: item folia vitium trita, admixtáque farinæ hordeaceę. Curue-

*dare enim quàm superbè, quàm arroganter nobiscũ egerit, & ipsa iactatione immodicæ ostentationis, tumentem suum prodiderit animum: déque tantis diuitijs exigua nobis in vita proiecerit: confestímque præsentia nostra grauata, propelli, & efflari, exibilaríque nos iusserit. Nec sum mulier, nec omnino spiro, nisi eam pessum de tantis opibus deiecero. Ac si tibi etiam, vt pár est, inacuit nostra contumelia, consiliũ validum ambæ requiramus. Iámque ista quæ*fecimus, non parentibus nostris, ac nec vlli demonstremus alij: imò nec omnino quicquam de eius salute norimus. Sat est, quòd ipsæ vidimus, quæ vidisse pœnituit, nedũ vt genitoribus & omnibus populis tam beatum eius differamus præconiũ. Nec sunt enim beati, quorũ diuitias nemo nouit. *Sciat se non ancillas, sed sorores habere maiores. Et nũc quidem concedamus ad maritos: & Lares pauperes nostros sed planè sobrios, reuisamus: denique cogitationibus pressiori bus instructæ, ad superbiam puniendã firmiores redeamus. Placet pro bono duabus malis malũ consiliũ: totísque illis tã pretiosis muneribus abscõditis, comã trahentes, &, perinde vt merebantur, ora lacerãtes, simulatos redintegrãt fletus. Ac sic parentes quoque, redulcerato prorsus dolore, raptim deterrẽtes, vesania turgidæ, domus suas cõtendunt: dolũ scelestũ, immò verò parricidium,*

struen-

ſtruentes contra ſororem inſontem. tum.'] diſtortum' & vi morbi incur uum factum. *Duratos in lapidem digitos.*] ob id chiragra lapidoſa non minùs verè,quàm decenter nuncupatur. Perſius: Sed cum lapidoſa chiragra Fregerit articulos. *Fomentis olidis.*]Inter fomen ta podagræ fœtida eſt fimus pauonum, qui (vt refert Hier.in 2. contra Iouinianum)podagræ feruorem mitigat. Podagræ quoque medetur lapago herba aſperi ſucci, grauis odoris: quæ & mollugo vocatur. Præcipuè verò phycos thalaſſion,id eſt, fucus marinus,non podagræ modò,ſed omnibus articulorum morbis imponitur,priuſquàm arefiat. Tradit Plin.in libr. medicinæ,bubulum fimum cum aceti fęce,& fimi caprini cinerem cum axungia vetere,podagris auxiliari.auctor eſt Celſus. Formentis calidis opus eſſe, vbi podagræ dolor vehemens vrget, citra tumorem. Scribit Galenus, ſe curaſſe podagricos ſanguinis miſſione, hoc eſt phebotomia. Plin.noſter podagræ morbum peregrinum eſſe tradit,qui inſanabilis non eſt credendus:quippe quoniam in multis & ſponte deſinit, & in pluribus curatæ ſunt podagræ frigidæ,quæ fomentis calidis curantur.ſunt rubentes, id eſt calidæ, quas refrigeratoria medicamenta demitigant. In hanc ſententiam conſimiliter ait Sidonius Apollinaris: Taceo,inquit, chiragricas manus vinctas cataplaſmatum pannis,tanquam ceſtubus inuolutas. Vigeſima octaua Aquarij parte quicunque habuerit horoſcopum,auctore Materno,podagricus erit. Fœminas neque calueſcere,neque podagricas fieri,ſcribit Hippoc.in Aphoriſmis. Quod tamen in quibuſdam ſecùs contingere ſolet,ex luxu& intemperantia. ídque Seneca caſtigatione cenſoria taxat in fœminis. *Fœtidis cataplaſmatibus.*] Cataplaſma dicitur emplaſtrum. Hoc enim genere malagmata,paſtilli,quos trochiſcos Græci vocant,continentur: de quorum doctrina ſubtiliter diſſerit Cor. Celſus in 5.qui in quarto,imponendum cataplaſma præcipit articularibus morbis,quod refrigeret. Hæc autem cataplaſmata bono epitheto fœtida dicuntur,cùm ſint omnia ferè talia,fœtutina & graueolentia. Meritóque dixit Hippoc.in lib. de flatibus, medicinam autem eſſe ſordidam, cùm medicus res fœdas fœtidáſque tractare cogatur. Refert Plinius pluribus malagmatibus eos vti,qui podagræ malo laborant. *Vxoris faciem.*] Quæ nupta eſt, vt inquit Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios, cogitat quæ ſunt mundi,quomodò placeat viro. *Videris.*]Accentu acuto prima ſyllaba pronuntiatur, vt víderis exponas pro videbis:quæ locutio apud eruditiores eſt frequẽtiſſima. Sicut in Euãgelio quoq; legi debet: quid ad nos,tu víderis. quod male literati ſacerdotes,

Latinitatis prorsus ignari, in quorum labris solœcismi barbarismíq; scaturiũt, perperã enunciant media producta, in propatulo in ecclesia racitantes. Quos ego dũ tã putidè, támq; barbarè frin gutientes inaudio, mecum dicere soleo, Tu vidêris, scilicet bestia & insensatus. Verùm sicut in Decretis canonicis commonemur, & ab Augustino præcipitur, in sacerdote mallè debemus veriores, quam disertiores audire sermones: nec antistites irridere, si aliquos fortè animaduertimus vel eum barbarismis vel solœcismis Deum inuocare, vel eadem verba quæ pronunciant non intelligere, pertubatéque distinguere. *Hic*] Hæc, locutione Apuleio propè peculiari. *Collapsam indignè.*] Tanquam ad Psychem tanta fœlicitas accesserit immerentem, indignámque fortunæ bonis. *Afflari, exibilarique.*] Quia à Zephyro vento reportatæ sunt, amandatæque, ideò ait decenter & nitidè sese afflari, exibilarique iussas, quasi flatu venti & sibilo asportari. Sine flatu enim & sonore, quod Græci ψόφισμα vocant, venti non spirant. Aliàs afflare est, animam instar flatus exhalare: & sibilare, sibilis explodere, & insectari: nam sicut boni plausu excipiebantur, ita mali exibilabantur. Hinc illud Horatianum, Populus me exibilat, at mihi plaudo Ipse domi. Quod nos dicimus sibilare, veteres sifilare dicebant: cuius verbi maledica significatio est, & contumelios a. inde sifilatores dicti, qui sibilis explodunt. *Nec sum mulierum.*] Mulierum est proprium inuidere, irasci, furere, vltionem parare: iuxta illud, Vindicta nemo magis gaudet quàm fœmina. *Pessum deiecero.*] pessum dedero, deieceróque in præcipitium. Lucan. Sidentia pessum Corpora. *Inacuit.* pupugit, excitauit indignationem. *Quæ vidisse pœnituit.*] Mos est inuidorum, vt alienis bonis tabescant, & ex alienæ fœlicitatis inspectione macerentur, iuxta illud Horatianum, Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Ouid. de inuidia, Intabescítque videndo Successus hominum. *Differamus præconium.*] inuulgemus, publicemúsque: differre enim diuulgare est, diffamare. Plaut. Ego hic te pipulo differam. Vbi pipulum accipitur pro conuicio, declinatum à pipatu pullorum. *Non sunt bea.*] Sententia ex opinione vulgi ducta est, existimantis: diuitiarum fructum esse splendorem & noticiam. Sic Seneca: Diuitiæ neque ostentandæ sunt, neque dissimulandæ: quoniam iactare diuitias infruniti animi est, abscódere timidi. Diuitię apud sapientẽ virũ in seruitute sunt, apud stultum in imperio. Fœlicitas illorum bracteata, personata, supparata decentissimè dicitur, qui vulgò & forinsecùs diuites videntur, cùm sibi & intrinsecùs pauperes sint. Beatitas hominis non in opinione vulgi sita est, sed in ipso: multi tamen ad opi-

opinionem vulgi viuentes, ostentant iactántq; diuitias, vt ex illis vulgo notis beati videantur. Hinc est, quod precioſam veſtem nemo fermè induit domi; quam nullus ſit inſpecturus. *Non ancillas.*] Inuidioſe dictum, tanquam ancillarum loco, non ſororum habitæ eſſent apud Pſychen. *Lares pauperes.*} domicilia noſtra: quæ ſi ædibus Pſyches comparentur, ſint oppidò pauperrima. *Duadus malis malum conſilium.*} Sicut duo boni vno meliores ſunt, quod & Ariſtot. refert in tertio Politicorum, ita duo mali, & potiſſimùm fœminæ, peiores vno ſunt, efficacioréſque ad malum conſilium obeundum. Non caret effectu, quod voluere duæ. Hercules ille robuſtiſſimus, non valuit pugnare ſimiliter aduerſus duos, hydram ſcilicet & canerum: à quibus cùm angerentur, Iolai nepotis ſui imploravit auxilium: cuius rei meminit Plato in Euthydemo. Prouerbium quoque apud Græcos eſt frequens οὐ πρὸς δύο ἡρακλῆς μάχεται: id eſt, Neque Hercules contra duos. ſuper quo ita fabulantur: Herculem, cùm Olympicum agonem inſtituiſſet, fidentem propriis viribus, aduerſus duos depugnaſſe, victúmque eſſe: fuerunt autem illis nomina Laius & Pherandrus, quos quidam Creatum & Eurytum vocant. Duæ ergo malæ fœminæ, malis conſiliis inſtructæ, accinguntur ad ſororem Pſychen peſſum deiiciendam, & ex tantis fortunis eliminandam. *Et merebantur ora.*] vt viderentur ex affectu ſororio pietatem colere. Sed ex improbitate genuina merebantur eſſe ore lacerato, & facie diſcerpta. *Reduleerato dolore.*] renouato, metaphorâ ab vlcere quod obductum reſcinditur, & nouo quaſi vlcere recrudeſcit.

Quem neſcit.] Ideò Pſyche maritum neſcire dicitur, quia formam eius oculis non vſurpat, ſed tactu tantùm ſentit. *Velitatur.*] obiectat, & in te iaculatur: ab exemplo velitaris pugnæ tranſlatum verbum. Vnde & velitatio dicta, contentio, & vltrò citróque probrorum obiectatio.

Interea à Pſychen maritus ille, quem neſcit, rurſum ſuis illis nocturnis ſermonibus ſic commonet: Videſne quantum tibi periculum velitatur Fortuna eminus? Ac niſi longè firmiter præcaues, mox cominus congredietur. Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias inſidias tibi comparant: quarum ſumma eſt, vt te ſuadeant meos explorare vultus: quos, vt tibi ſæpe prædixi, non videbis, ſi videris. Ergo igitur, ſi poſthac peſſimæ illæ Lamiæ noxijs animis arma te venerint, (veniet autem, ſcio) neque

*omnino ſermonem conferas: & ſi id tolerare pro gemina ſimplicitate, próque animi tui teneritudine non potueris, certè de marito nil quicquam vel audias, vel reſpondeas. Nam & familiam noſtram iam propagabimus, & hic adhuc infantulus vterus geſtat nobis infantem alium, ſi texeris noſtra ſecreta ſilentio, diuinum, ſi prophanaueris, *mortalem nuntio. Pſyche florebat, & diuinæ ſobolis ſolatio plaudebat, & futuri pignoris gloria geſtiebat, & materni nominis dignitate gaudebat. Creſcentes dies, & menſes exeuntes anxia numerat: & ſarcinæ neſcia rudimenta miratur, de breui punctulo tantum incrementulum locupletis vteri. Sed iam peſtes illæ, teterrimæque furiæ anhelantes vipereum virus, & feſtinantes, impia celeritate nauigabant.*

Plaut. Neſcio quid velitati eſtis inter vos. Turpilius: Comparce verbis velitare, ad rem redi. De velitibus, qui ſunt milites leuis armaturæ: vnde velitari & velitatio inclipantur. Veget. Liu. Sabellic. cæteri. Ab Ouid. dictum eſt: Nondum calefactu velitis haſta ſolum. Velitares haſtas primus Tyrrhenus inuenit. *Eminùs.*] procul. *Cominùs.*] propè. *Perfidæ lupulæ.*] A lupa per diminutionem dicitur. Nomen eſt probroſum, in ſororibus Pſyches. *Non videbis ſi videris.*] Pſyche ſi maritum vidiſſet, illum ampliùs viſura non erat: &, quod mirum eſt, illo tantiſper frui poterat, donec non videret: cùm videre cœpiſſet, vſu priuabatur. *Lamiæ.*] infames probroſæque ſorores. De ſignificatu Lamiarum, in primo commentario fuſius vberiúſque perſcripſi. *Genuina.*] inſita & ingenita. Ouid. Tantáque ſimplicitas puerilibus affuit annis. A. Gel. fabulam Plauti genuinam vocat, quam intelligi vult maximè Plautinam, & ab ipſo Plauto quaſi generatam. *Infantulus vterus.*} Vterum Pſyches appellat infantulum, ob annos puellares, & ætatem penè infantilem. *Sed texeris.*} Lege, *ſi texeris. Diuinum.*} Hîc diſtinguendum eſt, vt ſit ſenſus: Pſychen concepiſſe in vtero infãtẽ, qui diuinus futurus eſt, ſi ſecreta Cupidinis ſilẽtio religioſo cõdiderit: mortalis verò, ſi arcana inuulgauerit, detexerítq;. Hoc enim ſignificat prophanare, quaſi polluere ceri moniarũ ſecreta, & inter prophanos enarrare. *Diuinæ ſobolis.*} Tãquam paritura eſſet immortalem, & Deũ. *Geſtiebat.*} lætabatur: aliàs cupiebat. Geſtire enim modò cupere, modò lætum eſſe.

Exor-

Exornatio rhetorica eſt, quæ Latinè Compar dicitur, Græcè Iſocolon. *Sarcinæ.*} prægnationis, & concepti fœtus. *Punctulo.*} Rem obſcœnam operculo decenti conuelauit. Nam ſicut ictu ſerpentis extuberatum fit corpus, ſic vulnuſculo & punctione genitalium vterus fœminæ intumeſcit, & locuples fit, ac fœcundus ex conceptu. *Peſtes illæ.*} ſorores Pſyches: quas condignè & peſtes & viperas vocat: cùm nihil peſtilentius, nihil venenatius eſſe poſſit, fœminis in ſororem furentibus, & exitium ſorori meditantibus. *Teterrimæ*} crudeliſſimæ, impiiſſimæque.

Tunc ſic iterùm momentarius maritus ſuam Pſychen admonet: Dies vltimus, & caſus extremus, & ſexus infeſtus, & ſanguis inimicus iam ſumpſit arma, & caſtra commouit, & aciem direxit, & claſſicum perſonauit: iam mucrone diſtricto iugulum tuum nefariæ tuæ ſorores petunt. Heu quantis vrgemur cladibus, Pſyche dulciſſima! Tui noſtríque miſerere: religioſáque continentia, domum, maritum, téque, & iſtum paruulum noſtrum imminentis ruinæ infortunio libera: nec illas ſceleſtas fœminas, quas tibi, poſt internecinum odium, & calcata ſanguinis fœdera, ſorores appellare non licet, vel videas, vel audias, cùm, more Sirenum ſcopulo prominentes, funeſtis vocibus ſaxa perſonabunt. Suſcipit Pſyche ſingultu lacrymoſo ſermonem incertans: Iamdudũ, quod ſciam, fidei atque parciloquii mei perpendiſti documenta: nec eo ſecius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Tu modò Zephyro noſtro rurſum præcipe, fungatur obſequio: &, in vicem denegatæ ſocraſanctæ imaginis tuæ, redde ſaltem conſpectum ſororum, per iſtos cin-

Momentarius.} Eleganter momentarium maritum vocat Cupidinem, qui momento aderat, momento ſentiebatur. Momentum dicimus à tempuſculum. Hinc Quintil. momentoſa apis rapina dicta. Pli. momentum thuris, momentum reſinæ, aliarúmque rerum, frequenter vſurpat pro modi co & pauxillo: interdum momentum accipitur pro pondere & efficacia in rebus obeundis, Lucan. Non pondera rerum, Non momenta ſumus. *Sexus inſeſtus.*] fœmineus: & ad ſorores Pſyches referendum. *Caſtra commouit.*] Tranſlatio omnis eſt à re militari,

*nameos & vndique pendulos crines tuos, per teneras & teretis & mei ſimiles genas, per pectus neſcio quo calore feruidum. Sic in hoc ſaltem paruulo cognoſcam faciem tuam, ſupplicis anxiè pijs precibus erogatus germani complexus indulge fructum, & tibi deuotæ dicatæque Pſyches animam gaudio recrea: nec quicquam amplius in tuo vultu requiro. Iam nil officium mihi nec ipſa nocturnæ tenebræ. Teneo te meum lumen. His verbis & amplexibus mollibus decantatus maritus, lacrymáſque eius * crinibus detergens, factum ſpopondit: & præuertit ſtatim lumen naſcentis diei. Iugum ſororium conſponſæ factionis, nec parentibus quidem viſis, rectà de nauibus ſcopulum petunt illum, præcipiti cum velocitate: nec venti ferentis opertæ præſentiam, licentioſa cum temeritate proſiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus regalis edicti, quamuis inuitus, ſuſceptas eas gremio ſpirantis auræ, ſolo reddidit.*

in qua arma ſumuntur, caſtra mouentur, acies dirigitur, & claſſicum canitur. Dicimus autem claſſicum, & tubam bellicam, & ſonum bellicum. Virgil. Claſſica iámque ſonant, it bello teſſera ſignum. Claſſici verò homines dicti ſunt primæ claſſis, & qui ampliſſimo cenſu cenſebantur: vnde per tranſlationē claſſici ſcriptores, proclariſſimis primariiſque accipiuntur. *Continentia.*] Vt te ipſum contineas à prodendis arcanis, & mariti facie reuelanda. *Iſtum paruulum.*] quem ſcilicet in vtero geſtas. *Prius.*] Corrige *poſt. Internecinum.*] exitiale, peſtiferúmque. Plin. ſcribit, aſpidas habere internecinum bellum cum ichneumone. Internectionem dicimus extinctionem, occiſionémque. A. Gel. in 3. Is cum omni domo, familia, fortuníſque omnibus ſuis ad internectionem vſque deperiret. *Sanguinis.*] ſororiæ neceſſitudinis. *More Sirenum.*] De Sirenibus fabula notiſſima, quas poëtæ tradunt ſuauitate cantus pellexiſſe nauigantes in perniciem. Hinc Epigrammatiſta Sirenes vocat hilarem nauigantium pœnam, & crudele gaudium. Apud Homerum, Sirenes Vlyſſem inuitant hoc carmine, quod

M. Tul.

M.Tul.Latinitate donauit:O decus Argolicum,quin puppim flectis Vlysses, Auribus vt nostros possis agnoscere cantus. Idem Mar.Tul.lib.5. de Finibus autumat, non vacum suauitate Sirenas, aut nouitate quadam cantiuncularum reuocare solitas eos esse,quipræteruehebantur:sed quia multa se scire profitebantur, vt homines ad earum saxa discendi cupiditate adhærescerent. Commemorant cosmographi,insulas Sirenussas,in quibus Sirenes habitauerint, quas alij in tractu Pelorio consedisse ferunt: non enim satis constat,in Sicilia,an in Italia fuerit Sirenum domicilium.Statius opinatur in Sicilia constitisse,à quo Siculæ virgines nominantur,cùm ait in 2. Syluarum : Nec si tergeminum Sicula de virgine carmen. Tres autem Sirenes fuisse creduntur: quarum vna voce, altera tibiis,tertia lyra concineret. Secundum veritatem meretrices fuisse creduntur, quæ transeuntes quoniam ad egestatem deducebant , fictæ sunt illis inferre naufragia. Has Vlysses obturata ceræ crassamento aure transisse dictus,quia meretricias blandicias contempsit. Hinc illud Satyrographi:Qui Siculos cantus effugit remige surdo. Fulgentius Mythologus SirenasGræcè,tractorias Latinè dici autumat. Tres autem ideò fingit , quia amoris illecebra tribus modis trahitur, aut cantu,aut visu,aut consuetudine. *Scopulò promi.*] Sic Sirenes in scopulis mansisse produntur.Virg. Iamque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat. A Hieronymo prouerbialiter dictum, Sireneos scopulos obturata aure transito. *Incertans.*] infringens, nec explicans, neque absoluens verba præ singultu & lacrymis. *Fideri.*] Legendum , *fidei*. *Parciloqui*]Scio, inquit,te iam experimento didicisse,me neque largiloquam, nec multiloquam esse, sed sermonis deparcam,& nihil effutientem,quod rebus tuis obsit.fœminæ enim natura sunt loquutuleiæ & lingulacæ : & vt à poëta antiquo dictum est,Nulla inuenta est muta in omni seculo.Hinc præceptum illud saluberrimum γύναι μὴ αἰσχρὰ πρὸς σὲ κρύπτε, id est , fœminæ nunquam arcana crediderís. *κωφὸν δὲ φύλον*,leue est genus fœminarum. Parciloquium , à parcitate loquelæ dictum , sicut pauciloquium , & econtrario multiloquium : quæ vitia in amatoribus esse asserit Plaut. *Inuicem sma.*]in locum imaginis tuæ , quam mihi denegatur contemplari, vicatia succedat sororum conspectio. *Cinnameos.*] odoratissimos , suaueolentiam cinnami spirantes. *Mei similis.*] Sicut in Psyche erant genæ læuore decentes & inuestes, sic & in Cupidine tales sentiebantur , cuius flosculus est perennis , & genæ sine barba. *In hoc par.*] Optat filium nasciturum patri consimilem fore.Sic Dido Virgiliana: Siquis mihi paruulus aula

Luderet Æneas,qui te tantùm ore referret. *Errogatus.*]rogando exoratus. *Germani com.*]ſororij. *Pſyches anima.*] Alluſio ad nomen Pſyches,quo anima ſignificatur. *Decantatus.*] quaſi cantamine quodam præuinctus,preſſúſque. *Prauertit.*] lumen diſceſſu ſuo anticipauit,præuenítque exortum diei,ne in die luminoſo conſpicuus foret,& ſpectabilior. *Iugum ſo.*]Eleganter nomine iugi ſororij ſorores duæ ſignificantur, animis corporibúſque ſociatæ: ſicuti iugum boum dicimus. Allùſio videtur eſſe ad iugum Horatiæ, ſub quo capite adoperto miſſus eſt Horatius ſororicida,quod Sororium tigillum vocant: de quo Liuius, Dionyſius, cæteri. *Conſponſæ.*]colligatæ,connexæque mutua pactione,conſponſos antiqui dicebant,fide mutua colligatos. *Recta.*]ſcilicet via:abſoluta locutio. In obſcœno carmine, Modo aſſis faciunt eúntque recta. *Operię.*]expectantes præſtolatæ. *In altum.*]in altitudinem infimam,& præcipitium.altum enim dicimus de imo & ſummo.

Incontatæ.] non moratæ,ſine contatione vlla &mora. *Prædam.*]Pſychem, quam veluti prædam inuadebant. *Theſaurum frau.*] ſicut in theſauro diuitiæ abditæ reponuntur, ſic in pectoribus iſtarum veluti in theſauro abditæ latebant fraudes & doli. *Adulantur.*] blandiuntur. Veteres adulat dicebãt, quod nunc dicimus adulatur. Luc. Longè alio pacto gannitu vocis adulant. M. Tul. in 2. Tuſculana in carmine Æſchyli: Sublime aduolans pinnata

*At illæ incontatæ, ſtatim * conſerto veſtigio domum penetrant: complexæque ſuam prædam, ſorores nomine mentientes, theſaurúmque penitùs abditæ fraudis vultu læto tegentes, ſic adulant: Pſyche,non ita vt pridem parvula, & ipſa iam mater es. Quantùm putas boni nobis geris in iſta perula? quantis gaudijs totam domum noſtram hilarabis? O nos beatas, quas * in tantis aureis nutrimenta lætabunt: qui ſi parentum,vt oportet,pulchritudini reſponderit,prorſus Cupido naſcetur. Sic affectione ſimulata, paulatim ſororis invadunt animũ. Statímque eas laſſitudine viæ ſedilibus refotas, & balnearum vaporoſis fontibus curatas, * pulcherrimè triclinio, miriſque illis & beatis edulibus atque tucetis oblectat. Iubet citharam loqui, pſallitur: tibias agere, ſonatur: choros canere,cantatur: quæ nullo præſente,*

præsente, cuncta dulcissimis modulis animos audientium remulcebant. Nec tamen scelestarum fœminarum nequitia, vel ipsa mellita cantus dulcedine mollita conquieuit: sed ad destinatam fraudium pedicam sermones conferentes, dissimulanter occipiunt scisciatari, qualis ei maritus, & vnde natalium sectacula proueniret. Tunc illa simplicitate nimia, pristini sermonis oblita, nouum cõmentum instruit. Atque, maritum suũ de prouincia proxima, magnis pecuniis negotiantem, iam medium cursum ætatis agere, interspersũ rara canicie. Nec in sermone isto tantillùm morata, rursum opiparis muneribus eas onustas, ventoso vehiculo reddidit. Sed dum Zephyri tranquillo spiritu sublimatæ domum redeunt, sic secum altercantes: Quid, soror, dicimus de tam monstroso fatuæ illius mendacio? Tunc adolescens, modò floreti lanugine barbam instruens: nunc ætate media, candenti canicie lucidus. Quis ille, quem temporis modici spacium repentina senecta reformauit? Nil aliud reperies, mi soror, quàm vel mendacium istam pessimam fœminam confingere, vel formam mariti sui nescire. Quorum vtrum verum est, opibus istis quamprimùm exterminanda est. Quòd si viri sui faciem ignorat, Deo profectò demptsit, & Deum nobis prægnatione ista gerit. Certè si diuini puelli, quod absit, hæc mater erit, sta-

cauda nostrum adulat sanguinem. Verbum compositum est ex accedendo & ludendo. *In ista perula.*] in vtero & ventre, qui vicem peræ præbet, receptaculúmque est fœtus concepti. Pera, cuius diminutiuum est perula, gestamen est Cynicæ familiæ: id enim Diogeni & Antisthenis Cynicis philosophis pera est & baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerus. Crates villas ornatissimas vna perula mutauit, & supellectilem Cynicam, hoc est baculum & peram vltrò diuitiis abiectis appetiuit. *Hilarabis.*] gaudio & hilaritate perfundes. Hilaritudinem pro hilaritate veteres dixerunt. Plautus: Onera te hilaritudine. Hilarescere quoque

pro hilarari, & lætum fieri vsurpant. Hilaria apud antiquos dictus est dies festus in æqui noctio verno, quo tempore iam omnia exhilarescũt. Hinc Vopiscus in Aureliano: Hilaribus, inquit, omnia festa & fieri scire debemus, & dici. *Lætabunt.*] lætas facient, & lætificabunt. Liuius in Ægistho: Iam ne oculos specie lætasti optabili? *Affectione.*] dilectione sororia, & germanitatis affectu. *Vaporosis.*]calidis, & vapore mulcentibus, quales in balneis expetimus. Auctor est Victruuius, medicamentosas esse aquas vi calidas. *Miris edulibus.*] Ideò mira edulia vocat, quia præstò parata erant, nec tamen apparebat quibus ministrantibus importarentur. Olim Numa Pompilius, vocatis conuiuis,

*tim me laqueo nexili suspendam. Ergò interim ad parentes nostros redeamus, & exordio sermonis huius * concolores fallacias adtexamus. Sic inflammatæ, parentibus fastidienter appellatis, & nocte turbatis vigiliis perditæ, matutinò scopulum peruolant: & inde soliti venti præsidio vehementer deuolant; lacrymísque pressura palpebrarũ coactis, hoc æstu puellam appellant: Tu quidem fœlix, & ipsa tanti mali ignorantia beata, sedes incuriosa periculi tui: nos autem, quæ peruigili cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis miserè cruciamur. Pro vero namque comperimus, nec te, sociæ scilicet doloris, casúsque tui, celare possumus, immanẽ colubrũ, *multimodis voluminibus serpentẽ, veneno noxio colla sanguinantẽ, biantẽ ingluuie profunda, tecũ noctibus latẽter acquiescere. Nunc recordare sortis Pythicæ, quæ te trucis bestiæ nuptijs destinatam esse clamauit. Et multi coloni, quíq; circumsecùs venantur, & accolæ plurimi videre eũ vesperà redeuntem è pastu, proximíq; fluminis vadis innatantẽ. Nec diu blandis alimoniarũ obsequijs te saginari omnes affirmãt: sed, cũ primũ prægnationẽ tuã plenus maturauerit uterus, opimiore fructu præditã denoraturũ. At hic iã tua est existimatio, vtrum sororibus pro tua chara salute solicitis adsentiri velis, & destinata morte no-*

te nobiſcum ſecura periculi viuere, an ſæuiſſimæ beſtiæ ſepeliri viſceribus. Quòd ſi te ruris huius vocalis ſolitudo, vel cladeſtinæ Veneris fœtidi periculo ſique concubitus, & venenati ſerpentis amplexus delectant, certè piæ ſorores noſtrum fecerimus.

vi magica effecit, vt repentè fercula omnifaria præſtò eſſent, & menſæ omni apparatu conuiuali inſtructiſſimæ ſpectarentur: quod ſanè mirum mirandúmque apparuit.

Tucetis.] regalibus cibis & eſcis, de quibus antè diximus. *Citharam loqui.*]Sic Virgil. Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum. *Pſallitur.*]canitur: pſallocithariſtæ apud Suet. dicũtur, citharam canentes. *Choros canere.*} qui ex multorum vocibus diſſonis ſymphoniam faciunt, atque concentum. *Pedicam.*]laqueum, & tendiculam: ſunt enim pedicæ, laquei quibus pedes illaqueantur. Virg. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. *Natalium.*]Legè, *natalium*: quærebant enim, quib. natalib. ortus eſſet maritus Pſyches, & qua ſecta propagatus. Namque à ſecta ſectacula deriuatur, quaſi ſequela quædam & propagatio natalium. *Commentum.*]excogitatum fictúmque mendacium. *Priſtini ſermonis oblita.*]Vetus verbum eſt, mendacem memorem eſſe oportere. *Interſparſum ca.*] Domitianus: Comam, inquit, in adoleſcentia ſeneſcentem forti animo fero. Idem caput cuiuſdam varietate capilli ſubrutilum, & canicie interſperſum, profuſam niuem mulſo dixit. Canicies, teſte Plin. homini tantùm eſt, & equis, ſed homini ſemper à priori parte capitis. Tempora, vt Alexander Aphrodiſeus & Ariſtot. tradunt, primò caneſcunt. Hinc illud Maronianum: Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Contrahitur autem canities inopia & exilitate caloris. Ruffi homines celeriùs quàm nigri caneſcunt. *Tantillùm.*]minimum *Tunc adoleſcens.*} Secum malæ ſorores bonam ſororem criminantur, tanquam mendacem & vanidicam: quæ cùm prius dixiſſet maritum ſuum iuuenem eſſe ſpecioſum, nunc repentè eundem dicat ſeneſcentem caneſcere. *Ætate med.*} Ætatem mediam vocat, quę media eſt inter iuuentam & ſenectam, quam Auicenna nominat ætatem pulchritudinis, quę ferè eſt à 30. vſq; ad 40. annum. Eadem ætas conſiſtendi nominatur Hippocrati in aphoriſmo ſecundo. Conſiſtentes facilè inediam ferre autumat, quos Græcè appellat στατικούς. Media ætas, vt tradit Celſus, tutiſſima eſt, quæ neque iuuentæ calore, neque ſene-

Digitized by Google

ſtutis frigore infeſtatur.Plaut.in Aulularia:poſt mediam ętatem qui mediam vxorem ducit domum, nomen eſt libero poſthumus.*Candenti.*} albicante. *Et Deum gerit.*} ex Deo enim & immortali Deum & immortalem geri conſectarium eſt. Silius: Tunc ô nate Deûm, diuóſque datare beatos. *Hic mater au.*} Hæc Dei mater appellabitur, & ſe matrem diuini filij nominari audiet.*Nexili.*}à nectendo nexilis laqueus dictus: ſic & veſtis nexilis,cuius vſus fuit ante veſtimenta textilia. Lucret. Nexilis antè fuit veſtis,quàm textile tegmẽ. *Quàm colores.*}purior lectio eſt,& planior,ſi legas, *concolores*, quaſi conſimiles, congruentéſque. *Faſtidienter.*} cum faſtidio. Faſtidioſè aduerbium eſt:antiqui tædulum interdum pro faſtidioſo, interdum quod omnibus odio eſſet, ponere ſoliti ſunt.*Coactis.*} ſic Terentius: Hæc verba vna mehercle falſa lacrymula, quam oculos terendo miſerè vix vi expreſſerit, reſtinguet.*Preſſura.*} expreſſione. *Appellant.*]alloquuntur. Aliàs appellare dicitur creditor debitorem, quando creditam pecuniam repoſcit. Alphius fœnerator, dicere ſolebat,bona nomina fieri mala, ſi nunquam appelles.Quint. in 5. Et pauper eras, & tu maximè à creditoribus appellabaris. Hoc intellectu eſt illud poſitum à Satyrographo:Sed penſio clamat,Poſce, ſed appellat puer vnicus. Aliàs appellare eſt idem quod prouocare: vt appello Cæſarem, prouoco ad populum. Notiſſimus eſt apud iuriſconſultos titulus de appellationibus. *Tanti mali ignorantia.*} Sorores aiunt Pſychen beatam ſibi videri ex eo,quòd mala ſua ignoret,neſciátque quibus periculis obnoxia ſit. Apud Senecam ait Oedipus: Iners malorum remedium ignorantia. *Incuriosa.*} ſecura & negligens. *Immanem col.*}Hoc commento mendacióque flagitioſo ſubuertere conantur ſimplicem Pſychen, fingentes ſe habere pro comperto,maritum Pſyches ſerpentem eſſe enormitate terribilem, ingluuie & veneno formidandum. De Olympiade Alexandri Magni matre traditum eſt,eam cum ſerpente concubuiſſe,ex eóque concubitu Alexandrum Magnum eſſe conceptum. Conſimilis fabula prodidit, Scipionem, diuinæ ſtirpis virum, progenitum eſſe ex immanis anguis concubitu, qui cum Pomponia matre creditus eſt concubuiſſe. *Multinodis.*] Iunctim legendum: vt volumina multinoda accipias, pro nodoſa, & nodis multis implicata. *Voluminibus.*]ſpiris ſinuoſis. Virg.ſinuátque immenſa volumine terga. *Colla ſang.*] habentem collum ſanguineum. Figura poëtica. *Hiantem.*] ore patulo, &, vt veteres dicebant,hiantem. *Ingluuie.*] ingluuiem ventris capacitatem eſſe interpretatur Seruius, enarrans illud Virgilianum: Improbus ingluuiem

gluuiem raníſque loquacibus explet. Ego opinor ingluuiem pro priè dici ſinum gutturis, & capacitatem, in auibus potiſſimùm, quò merguntur recentia cibaria: vt gallinę, palumbes, columbę, perdices habent. Cætera ferè carent eo ſinu, ſed gula patentiore vtuntur: vt gracculi, corui, cornices. Albertus Magnus, recentioréſque ſcriptores, pappam id in auibus appellant. Plin. ſinum, & in onocrotalis vterum. Ingluuies pro voratrina & guloſitate vſurpatur. *Sortis pi.*] oraculi Apollinei. *Beſtiæ nuptijs.*] Verba oraculi ſunt hæc: Nec ſperes generum mortali ſtirpe creatum, Sed ſæuum atque ferum, vipereúmque malum. *Circumſecùs*] in circuitu, à lateribus huiuſce loci & regionis. *Accolæ.*} vicini, contermini, accolas propriè dicimus fluuiorum & montium, vt accola Padi: & accipitur pro eo, qui habitat prope locum deſcriptum. *Maturauerit.*] maturam fecerit, exactis menſibus legitimæ partionis, & maturi fœtus. *Hic.*} hæc. *Vocalis ſolitudo.*} propter voces, quas Pſyche famulas habebat ſine corpore, & ita callidiſſimè eleuant bona, quibus illa beata viſebatur. *Clandeſtine Veneris.*} quia furtim Cupido, nec vlli conſpicuus, cubat cum Pſyche. *Noſtrum fecerimus.*} exiſtimabimur functæ officio noſtro, quod pias ſorores decet.

Tunc Pſyche miſella, vtpotè ſimplex, & animi tenella, rapitur verborum tam triſtium formidine: &, extra terminum mentis ſuæ poſita, prorſus omnium mariti monitionum, ſuarúmque promiſſionum memoriam effudit, & in profundum calamitatis ſeſe præcipitauit: treménſque, & exanimi colore lurida, tertiata verba ſemianimi voce ſubſtrepens, ſic ad illas ait, Vos quidem chariſſimæ ſorores, vt par erat, in officio veſtræ pietatis permanetis: verùm & illi, qui talia vobis affirmant, non videtur mihi mendacium fingere. Nec enim vnquam viri mei vidi faciem, vel omnino cuiatis ſit noui: ſed tantùm noctiurnis ſubaudiens vocibus, maritum incerti ſtatus, & prorſus lucifugam tolero,

Animi tenella.} animo puellari, tenero, molli: archaiſmos eſt. *Memoriam effudit.*} Conſimiliter Plautino Soſiæ exciderunt præ formidine mandata dominica. *Lurida.*} pallida & lurore deformata. *Exanimi colore.*} Ex metu ſanguis & calor in imum perfugiunt, deſerentes loca exteriora, vt docet Ariſtoteles in Problematis: Vnde fit, vt meruentes pelleſcant,

& quasi exangues conspiciantur. Ex eodem timorisaffectuvẽter soluitur, & libido vrinæ lacessit: quia videlicet calor ex superis in ima defluens, & ex summis ad inti ma penetrans aluum mouet, & ve sicam. *Tertiata verba.*] Eleganter verba tertiata appellat imperfecta, lapsantia, & ex pauore nutabunda: quando scilicet homo exanimatus, non integra verba enunciat, sed vix tertia quæque profert, mediis ex perturbatione quasi deuoratis suppressisque: est enim affectus hic naturalis. *Semianimi voce.*]attenuata, & quasi intermortua ex formidine. *Par.*]æquum & iustum. *Cuiatis.*]cuius gentis & patriæ. nomen gentile est. Cuias dicitur, & cuiatis. Priscianus in 12. Non solùm cuias, sed etiam cuiatis proferebant, communi genere. Plaut in Pœnulo: Quid sit, cuiatis, vnde sit, ne parseris. *Lucifugam.*] Lucifugos & lucifugas dicimus, fugitantes lucem, alumnos tenebrarum, & tenebricosa vita gaudentes. M. Tul. lib. 2. de Finibus: Lucifugi, maledici, monstrosi etiam, alij amatoris leuitatibus dediti. Sen. lucifugas homines appellat, qui contra naturam viuunt, hoc est, de die dormiunt, nocte vigilant, & ad cereos ac lumina viuunt: quos eleganti vocabulo lychnobios quoque appellat, quasi lucernarios, & ad lucernam viuentes. Fulgentius: Quamuis coniux lucifuga sororios ei comminando vetaret aspectus. *Marito,*]Lege maritum. Consentio, inquit, maritum meum esse bestiam aliquam, prout vos rectè asseritis. *Neque.*] Corrige, *méq;*. Est enim sensus: absterret me, quo minùs eum aspicere possim. *Periclitanti.*]in periculo constitutæ, aliâs, periculũ, hoc est experimentũ facienti. *Subsistite.*]succurrite, subuenite. *Incuria.*]negligentia & ignauia. Scitum Catonis Tusculani illud est: Cultus, inquit, magna cura, magna virtutis incuria. Apud priscos, si quis passus esset agrum suum sterilescere, eúmque habuerat derelictui, is notabatur incuriæ, hoc est impolitiæ.

beſtiámque aliquam rectè dicentibus vobis marito conſentio. Méque magno pere ſemper à ſuis terret aſpectibus, malúmque grande de vultus curioſitate præminatur. Nunc, ſi quam ſalutarem opem periclitanti ſorori veſtræ poteſtis afferre, iam nunc ſubſiſtite. Cæterùm incuria ſequens, prioris prouidentiæ bene ficia corrumpit. Hunc nactæ, iam portis patentibus, nudatum ſororis animum ſa cinoroſæ mulieres, omiſſis tectæ machinæ latibulis, deſtrictis gladiis fraudium, ſimplicis puellæ pauentes cogitationes inuadunt.*

Gladiis fr.] Tota locutio eſt ex tranſlatione ducta, vt & latibula machinarum,& gladij fraudium, & portæ animi patentes, per metaphoram decentem dicta intelligantur.

Sic denique altera: Quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate periculum quidem vllum ante oculos habere cõpellit, viam, quæ ſola deducit iter ad ſalutem, diu diúq; cogitatã, monſtra bimus tibi. Nouaculam præacutam ad pulſum etiam palmulæ lenientis exaſperatam, tori qua parte cubare conſueiſti, latenter abſconde: lucernámque connem, completam oleo, claro lumine præmicantem, ſubde aliquo claudentis aulæa tegmine. Omníque iſto apparatu tenaciſſimè diſſimulato, poſtquam ſulcatos intrahens greſſus cubile ſolitum conſcenderit, iámque porrectus, & exordio ſomni prementis implicitus altum ſoporem flare cœperit, toro delapſa, nudóq; veſtigio penſilem gradum paulatim minuens, & cæca tenebræ cuſtodia liberata lucerna, præclari tui facinoris opportunitatem de luminis conſilio mutuare: & ancipiti telo illo, audaciter priùs dextera ſurſum elata, * nixu quàm valido noxij ſerpentis nodum ceruicis & capitis* abſcinde. Nec noſtrum tibi deerit ſubſidium: ſed cùm primùm illius morte ſalutem tibi feceris, anxiæ præſtolabimur: cunctiſque* iſtis ſocijs tecũ relatis, votiuis nuptijs hominẽ te iungemus homini. Tali verborũ incendio flãmata viſcera ſororis iã prorſus ardentis deſerentes * ipſa, protinùs tanti mali conſi-*

Originis nexus.] vinculum, coniunctióque neceſſitudinis ſororiæ. Nexum remotiori quadam ſignificatione, & vulgo parum nota dixerunt veteres obligationem, quæcunq; per æs & librã fit, idq; necti dicebatur: auctores, Helius Gallus, M. Varro, & Feſtus. Hoc intellectu illud M. Tul. ex 1. de Oratore accipiendum eſt: Nexorum iura verſantur in cauſis centumuiralibus. Commentator incurioſè inſcitérq; locum Ciceronis exponit: Nexum æs vocatur pecunia, quæ per nexum obligatur: & nexus homo, qui cùm liber eſſet, pro pecunia quam debebat, operas ſuas in ſeruitute locabat, donec ſolueret. De nexis ob æs alienum, longa mentio apud

Liuium. *Nouacula.*} ferramentum tonſorium eſt, vulgo notiſſimum, de quo Epigrammatarius: Hoc ſalamandra notet, vel ſcena nouacula nudet. *nium ſibi etiam eximiè metuentes, flatus alitis impulſu ſolito porrectæ ſuper ſcopulum, ilicò pernici ſe fugæ proripiunt; ſtatímque conſcenſis nauibus abeunt.*

Ad pulſum.} vt vel minima manus impulſione ſecet vitalia, vtpotè acie acutiſſima acerrimáque exaſperata. *Exaſperatam.*] cote exacutam. ſic Silius: Saxóque exaſperat enſem. Sic & Tacitus: Saxo exaſperatur ferrum. Auctor eſt Plin. cotes ferro acuendo laudatas fuiſſe Creticas, ſecundo loco Laconicas, quæ vtræque oleo indigebant. Inter aquarias Naxiæ laus maxima fuit. Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent. Repertæ ſunt & in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu. *Concinnem.*} concinna breuitate complectilem. *Præmicantem.*} ſplendicantem ac lucentem. *Oleo.*} Oleum è nucibus iuglandibus, quod vſibus lucernarum hoc maximè tempore accommodum eſt, caryinon vocant. *Aululæ.*} Lego *aulæ*, vt ſit ſenſus: lucernæ lumen occultandum eſſe, contegendúmque tegumento aulææ vndique ſepientis. Aulæam enim fœminino genere ſic dicimus, vt aulæum neutro. Quintus Curtius: Nec quicquam eorum quæ inuicem iactata erant rex ignorabat, cùm poſt aulæam, quæ lectos obduxerat, ſtaret. Sunt autem aulæa panni & vela picturata, & verſicolore textura ſpectabilia, quæ Græcis quidem vocabulis, ſed apud Latinos vſitatiſſimis, peripetaſmata & periſtromata nominantur. Aulæa autem dicta eſſe tradunt ab aula Attali regis, in qua primùm inuenta ſint, poſtquàm is populum Romanum ſcripſit hæredem. Hinc Attalica à Propertio cognominata, illo verſu: Nobilis aulæis porticus Attalicis. Plin. auctor eſt, Attalum regem primum inueniſſe aurum veſtibus intexere: vnde, inquit, eſt nomen Attalicis. Aulæa purpureo colore diſtincta, & ſimulachris hominum intexta fuiſſe, teſtis eſt Poëta, eùm ait: Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Belluata tapetia dixit Plaut. à textura belluarum, quæ in aulæis hoc genus decenter, graphicéque intexuntur. *Sulcatos.*] perinde ac maritus Pſyches ſit coluber ſinuoſis voluminibus ſerpens, & inceſſu ſulcum faciens. Quoniam de ſulco fit mentio, nodus Auſonij enodandus eſt, qui inter griphos indiſſolubiles meritò habetur, quẽ nos olim plauſibiliter diſſoluimus, emaculauimúſq;. Verſus Auſonij eſt hic in epigrammate ad Paulum: Etſi Pierias patitur litare ſorores, Nunquã ipſe torquet auliea. In duabus dictionibus ſingularum literarum corruptela, totum

tum corrumpit indecorátque ſenſum poëticum,& maximas tenebras lectoribus offundit. Ego verò verbum illud litare emendo lirare,cùm alioquin litare eliminet claudicans metrica compago:& illud aulica corrigo aulaca,hoc intellecto & ſenſu.Phœbus,inquit,iubet verum loqui,qui quamuis interdum Muſas de lirare permittat,& à recto ſulco diſcedere, ipſe nunquam flectit ſulcum,nec aberrat.Lirare(quod & lerare)dicuntur ruſtici, cùm arant tertia aratione iacto ſemine:id eſt,vt Varronis verbis vtar, cum tabellis ad vomerem ſimiliter & ſatum frumentum operiunt in porcis,& ſulcant in foſſas , quo pluuialis aqua dilabitur. Liras vocari à ruſticis tradit Columella , cùm ſic aratum eſt, vt inter duos latiùs diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat.Dicamus planiùs & explicatiùs,lirare & ſulcare,quod dum fit ab agricola , ſæpe ſulcus parùm rectus ducitur,ſæpéque colonus à recto tramite deuius aberrat. Vnde , vt docet Plin.noſter , appellata deliratio eſt,quæ ſenilis eſt ſtultitiæ & delirare dicimus,inſanire ſenes,quaſi à recto recedentes:& de lirium,ipſam inſaniam.Muſæ ergo lirant à recto ſulco deerrantes, cùm ipſe Phœbus nunquam torqueat aulaca : id eſt , nunquam flectat ſulcum , nec fiat erraticus ſulcus : Græco vocabulo dicitur αὔλαξ αὔλακος,aulax aulacos.Ex hac noſtra interpretatione eluceſcit iam,opinor, locus Auſonij tenebricoſiſſimus, & ſqualore deterſo ſplendeſcit. *Intrahens.*]trahens. *Somni prementis*] Altior quies & vehementior ſomnus eſt primus , quàm nouiſſimus , implicátque preſſiùs grauiúſque corpora mortalium. De quo Poëta: Tempus erat , quo prima quies mortalibus ægris Incipit , & dono diuûm gratiſſima ſerpit. *Soporem flare.*] Sic Virg. Extructus toto proſtabat pectore ſomnus. M. Tul.in epiſtolis ad Atticum:Marcellus,inquit,candidatus ita ſtertebat,vt ego vicinus audirem. M. Tulli. in Antonium eſt illa luculenta deſcriptio. Namque ipſum offenderunt temulento ſopore proſtigatum , totis præcordiis ſtertentem , ruétpoſos ſpiritus geminare. Obiter ſatyrici poëtæ verſus eſt diſcutiendus , quem grammatici per incuriam tranſmittunt , nihil occultioris intellectus ſubeſſe ſuſpicantes. Verſus ex 1. ſatyra Iuuenalis notiſſimus eſt ille : Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo. Quis non exponit, doctus ſtertere vigilanti naſo, quòd ſimulet maritus ſe dormire , cùm vigilet , vt impunitiùs mœchetur vxor? Verùm attende quid ego in eum ſenſum excogitauerim. Homo quantò altiore ſomno dormit, tantò ſonantiùs ſtertit. Sonus autem ille ſtertentis & ronchus fit naſo : vnde feſtiuiter , nec minùs eleganter & ſcitè dicitur

hominis dormientis & ſtertentis naſus vigilare, cùm clamoſus ſit & obſtreperus. Hoc ex Plautina lectione obſeruauimus. Sic enim in Milite ſcriptum eſt: An dormit Sceledrus intus? non naſo quidem, nam eo magno magnùm clamat, tetigit calicem. Euidenter docet Plaut. naſum vigilantem dici, & eſſe in homine dormiente: nam cùm dormiens quietus taceat, naſus ipſe non tacet, ſed clamat: & qui clamat, vigilare dicitur, non dormire. Ex hac Plautina elegantia & ſenſu nimirùm tranſtulit id ſatyrographus, Vigilanti ſtertere naſo: quod totum vrbaniſſimè dictum eſt, quantò enim magis maritus vxoris mœchæ ſtertebat, vel ſtertere ſe ſimulabat, tantò magis naſo clamabat, vt ita fidem faceret ſomni. Talis autem naſus vigilans ſcitiſſimè dicitur. Qui aure eſt neque ſurda, nec hiſpida, elegantiam poëticam percipit, & inuentis noſtris plauſibiliter aſſurgit. *Penſilem gradum.*] ſuſpenſum, libratúmque, ne ſcilicet ſtrepitu pedum & ſonitu excitari poſſit. Penſilia appellat M. Varro poma, quæ ſuſpenſa ſunt ex lacunari, quæ mox ad edendum deſcendere cogimus. Plin. vuas penſiles probat, quæ decerptæ diu pependêre, qua vintilatione etiam vtiles fiunt ſtomacho, ægríſque: nam & refrigerant leuiter, & faſtidium auferunt. Idem balineas Sergij Oratæ penſiles fuiſſe dicit. Idem hortos penſiles tradit Thebis Ægyptiis fuiſſe extructos. Curtius, Strabo, cæteri, celebrant hortos penſiles Babylonicos, memorántque inter mundi miracula, qui in edito ſupra murum arcis poſiti viſebantur. Soſtratus architectus, primus omnium penſilem ambulationem Gnidi feciſſe traditur. *Paululatim.*] à paululo, aduerbium fit paululatim, idem ſignificans quod paulatim, minutatim, pedetentim. *Mutuare.*] cape, ſume. *Ancipiti telo*] nouaculam præacutam intelligit, cuius ictus anceps eſt, & mortiferus. Dici etiam poteſt telum anceps, duplicem habens aciem, & vtrinque acutum, vt eſt bipennis. *Audaciter.*] quod nos audacter dicimus, dixit audaciter, quod ex regula grammatices elegantius eſt. de quo Caper grammaticus: Sic audacter Latinum eſt, ſed audaciter melius eſt, quia nomina in x literam terminata, in aduerbiis, iter, aſſumunt, vt atrox atrociter, ferox ferociter, velox velociter, & ſic audax audaciter: verùm conſuetudo, domina rerum, & maximè verborum, obtinuit, vt audacter paſſim dicatur. *Nexu quàm ve.*] conatu valentiſſimo. *Nodum cervicis.*] quo ſcilicet caput ceruici connectitur. *Iſtis ſociis.*] Famulitium intelligit, neque tactile neque viſibile, quod Pſyche ancillabatur, præſtóque erat. *Hominem te.*] appellatione hominis mas & fœmina continetur.

Ser.

Digitized by Google

Ser. Sulpitius epiſtola ad Ciceronem : Paucis pòſt annis tamen ei moriendum fuit,quoniam homo nata fuerat. Illud Satyrographi quis ignorat:Clames licèt,& mare cœlo Confundas, homo ſum.*Conſpnium.*]proximitatem.*Flatus alius.*]Zephyrus ſignificatur,cuius flatum alitem vocat , ob celeritatem & quia venti finguntur à poëtis alati & volatici.*Pernici.*]veloci &rapida:aliàs pernix dicitur perſeuerans.

*At Pſyche relicta ſola, niſi quòd infeſtis Furijs agitata, ſola nõ eſt æſtu pelagi ſimiliter mœrendo fluctuat: & quamuis ſtatuto conſilio , & obſtinato animo, iam tum facinoroſas manus admouens, adhuc incerta conſilij titubat , multiſq; calamitatis ſuæ diſtrahitur affectibus. Feſtinat, differt, audet, trepidat, diffidit, iraſcitur : & , quod eſt vltimum, in eodem corpore odit beſtiam, diligit maritum. Veſpera tamen iam noctem trahente, præcipiti feſtinatione nefarij ſceleris inſtruit apparatum. Nox aderat, & maritus aderat, primiſque Veneris prælijs*velitatis altum ſoporem deſcẽderat. Tunc Pſyche, & corporis & animi alioquin infirma, fati tamen ſæuitia ſubminiſtrante , viribus roboratur: &, prolata lucerna , & arrepta nouacula, ſexum audacia mutauit. Sed, cùm primùm luminis oblatione tori ſecreta claruerunt , videt omniũ ferarũ mitiſſimã dulciſſimámq; beſtiã ipſum illum Cupidinem formoſum. Deum formosè cubantem: cuius aſpectu lucernæ quoque lumẽ hilaratũ increbuit, & acuminis ſacrilegi nouacula prænitebat. At verò Pſyche tanto aſpectu deterrita , & impos*

Sola non eſt.] Pſyche ſola erat, & non ſola. nam ex habitu ſororum ſola relicta videbatur : ſed cùm à furiis intrinſecùs vexaretur , ſola dici non poterat. *Fluctuat.*] ſic Virgil. Magno curarum fluctuat æſtu. Plautinus amator eleganter ait , ſe maritimis motibus agitari à Cupidine. Sic enim curæ huc & illuc rapiunt mentem, vt æſtus fluctuant & agitantur. *Differt , audet.*] varij affectus , & inter ſe contrarij, miſeram Pſychen diſſipabant : qui decenti verborum — varietate explicantur in fœmina. Sic apud Plautũ Alceſimachus affectib. multiiugis diſtrahitur,in Ciſtellaria.

Digitized by Google

animi, marcido pallore defecta, tremẽnſque decedit in imos poplites; & ferrum quærit abſcondere, ſed in ſuo pectore. Quod profectò feciſſet, niſi ferrum t more tanti flagitij, manibus temeriæ delapſum euolaſſet. Iámque laſſa, ſalute defecta, dum ſapitis diuini vultus intuetur pulchritudinẽ, recreatur animi. Videt capitis aurei genialem cæſariem ambroſia temulentam, ceruices lacteas, genáſque purpureas, pererrantes criniũ globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos: quorum ſplendore nimio fulgurante, & ipſum lumen lucernæ vacillabat. Per humeros volatilis Dei pinnæ roſcidæ, micanti flore candicant: & quamuis *alijs quieſcentibus, extimæ plumulæ tenellæ ac delicatæ, *tremulæ reſultantes, *inquietæ laſciuiunt: cæterùm corpus glabellum, atque luculentum, & quale peperiſſe Venerem non pœnitet. Ante lectuli pedes iacebat arcus, & pharetra, & ſagittæ, magni Dei propitia tela. Quæ dum inſatiabili animo Pſyche ſatis curioſa rimatur atque pertractat, & mariti ſui miratur arma, depromit vnam de pharetra ſagittam, & puncto pollicis extremam aciem periclitabunda, trementis etiam nunc articuli nixu fortiore pupugit altiùs, vt per ſummam cutem rorauerint pæruulæ ſanguinis roſei gutiæ. Sic ignara Pſyche, ſponte in Amoris incidit amorem.*

Beſtia.] ſic enim credebat, perſuaſa inductáque vaframentis ſororiis. *Veneris prælijs velitatus.*] Decenter & ſatis aptè ſignificat, Cupidinem cum Pſyche primos concubitus exercuiſſe. Nam vt velites milites haſtis velitaribus præliantur pugna mauortia, ſic bellatores Veneris prælio Venerio congrediuntur. Namque & Veneri ſua ſunt bella, videlicet nocturna, & conflictus amatorij, de quibus poëta: At non in Venerem ſegnes nocturnáque bella. & à Martiale dictum eſt: O quæ prælia, quas vtrinque pugnas, Fœlix lectulus & lucerna vidit. De hac re ſic Fulgentius: Nocte aduenies maritus, Veneris prælijs obſcurè peractis. *Sexum audacia mutauit.*] quæ ob ſexum fœmineũ in-

firma & meticulosa esse debebat, hæc ex audacia in virum refor mata esse videbatur, & quasi virago facta, dum facinus virile ca pessit. Fœminæ enim naturaliter pauidiores sunt, viri animosio-res: vnde mulier, vt Varro interpretatur, & memorat Lactantius, immutata litera velut mollier: sicut vir à vi nominatus est, quòd maior in eo vis est, quàm in fœmina. *Dulcissimam bestiam.*] Nulla inter animantes omnis dulcior, nulla mitior est Cupidine, cuius mellitæ blanditiæ & illicia dulcissima illaqueant animos mortalium, & possessos in mancipatu tenent. *Lumen increbuit.*] Ex hoc intelligi vult miram pulchritudinis exuberantiam in Cupidine, cuius aspectu & splendore splendor lucernæ fieret hilarior, fulgentiórque, & nouacula magis ac magis splendesce-ret, & nitore nimio radiaret. *Prænitebat.*] valde nitebat, splende-bátque. *Pallore defecta.*] exanimata, & præ formidine viribus destituta: & quasi lipothymia, hoc est animo linquente deficiens. Marcidum autem pallorem appellat ab effectu, cùm ex metu marcescereat, & languidior facta esset, nec sui compos. *In imos poplites.*] In hanc sententiam est illud Ouidianum: Poplite succi-duo genua intremuere, fugitque Ec color & sanguis, animúsque reliquit euntem. *Recreatur animi.*] refouetur animo, ac refocillatur. Archaismos est. Sic enim veteres loquebantur, & ta-lium locutionum referti sunt eruditorum libri. *Genialem cæsa-riem.*] Descriptio graphica luculentáque est formæ Cupidinis, à quo velut canone & lege quadam lineamenta omnis pulchri-tudinis petenda sunt: sicut olim à statua Polycleti, artifices linea-menta artis petebant, velut à lege quadam, quàm ob id Canona vocant. Huiusce canonis Polycletei mentio quoque fit à Gale-no: sed vulgus medicorum id parùm rectè percipit. *Ambrosia temulentam.*] vt significaret copioso vnguento perfusam fuisse Cupidinis comam, & quasi ingurgitatam, emphaticôs temulen-tam dixit. Sicut enim temulentus, hoc est ebrius homo fit vini largitate, sic cæsaries larga vnguenti copia madens & fatura, dici potest temulenta. Temulentum autem, ebrium dici quis ignorat? & temulentiam, ebrietatem, à vino quod antiqui teme-tum appellauerunt: auctores Plinius, Gellius, cæteri. Scripsit Cato, ideò propinquos fœminis oculum dare, vt scirent an te-metum olerent, id est, vinum. *Ambrosia.*] ἀμβροσία dicitur im-mortalis. vnde ambrosiam pro Deorum vnguento vsurpant poëtæ, & pabulo diuino. Martialis: Iuppiter ambrosia fatur est, & nectare viuit. Ouid. de equis Solis scribens ait: Ambro-siam pro gramine habent. Apud Ciceronem in secundo de Ora-tore: Iocabatur, inquit, Catulus, præsertim cùm ita dicat ipse,

vt ambroſia alendus eſſe videatur. Plin. lib. 25. ambroſiam herbam eſſe refert, quam quidam botryn vocant, ſimplici caule, odore non iniucundo. Ambroſius choraules, ambroſiæ comæ, ambroſius liquor, à poëtis vſurpantur, omnia ſcilicet ab eodem fonte deducta: ex quo Ambroſius deriuatur, id eſt, immortalis & diuinus. *Impeditos.*] decenter implicatos, nodatóſque. *Antependulos.*] Hos capillos antiqui antias appellauerunt, qui in frontem demiſſi ſunt, alio nomine capronei nominantur, quaſi à capite proni. Apuleius in Floridis: Iam primum, inquit, crines eius præmulſis antiis, præmulſis caproneis anteuentuli & propenduli. *Volatici Dei.*] Cupidinis, quem aligerum & volaticum poëtæ fingunt. Cauſam refert Alexander Aphrodiſeus in Problematis: quoniam ſcilicet cupiditas amantium non diurna eſt, nec omni no ſtabilis, ſed volatica & mutabilis euagatur: prętereà quaſi alis animi amantium attolluntur. *Roſidæ.*] quaſi rore conſperſæ, vel potiùs colore roſeo ſplendicantes. *Alis.*] Corrige, *alis.* alas enim quieſcentes & immotas in Cupidine ſopito fuiſſe ſignificat: cùm tantùm plumulæ illæ teneriores molliorésque tremore quodam agitarentur. *Extimæ.*] exteriores. ſicut intimus dicitur interior, ita extimus exterior, & pro extremo ponitur, vt in Apologia: Extimo mundi tergo degit. A. Gel. Circulos minimos qui axem extimum tangunt. *Inquietæ.*] mobiles. *Glabellum.*] ſine pilis, ac læuore terſiſſimum. *Lecticuli pedes.*] ingens copia eſt rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed alienis: vt canem, & venaticum, & marinum, & cœleſtem dicimus, ſic pedem & noſtrum, & lecti, & carminis. Mutuamur enim aliena, quotiens ſingulis ſingula aſſignare non poſſumus: auctor Seneca lib. 3. de Beneficiis. *Magni Dei.*] Cupidinis. Plato in Sympoſio: Magnus Deus eſt amor, & apud homines Deóſque mirandus. Idem pòſt paulò, Amorem magnum dæmonem eſſe autumat. *Rimatur.*] explorat. *Periclitabunda.*] pertentans, ac periculum faciens, an ſagittæ cuſpis foret penetrabilis. *Niſu.*] conatu. *Rorauerint.*] inſtar roris manauerint, fluxerintque. Roratij apud antiquos appellantur milites, qui primi prælium committebant: à rore dicti, quòd antè rorat, quàm pluit. *In Amoris amorem.*] alterum Deum Cupidinem, alterum dilectionem ſignificat. Ex eadem elegantia, cupidine Cupidinis flagrans, id eſt, cupiditate Dei Amoris exæſtuans.

Efflictim inhians.] vehementer ac immodicè deſiderãs. Quod enim

Tunc magis magiſque cupidine flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus ſuauiis feſti-

*festinãter ingestis, de somni mẽsura meditabat. Sed dum, bono tanto percita, sanccia mẽte fluctuat, lucerna illa, siue perfidia pessima, siue inuidia noxia, siue quod tale corpus contingere, & quasi basiare & ipsa gestiebat, euomuit de summa luminis sui stillam feruentis olei super humerum Dei dextrum. Hem audax & temeraria lucerna, & amoris vile ministeriũ! ipsum ignis totius Deũ aduris: cùm te scilicet amator aliquis, vt diutius cupitis etiã nocte potiretur, primus inuenerit. Sic inustus exiluit Deus, visáq; detectæ fidei colluuie, prorsus ex oculis & manibus infœliciſsimæ cõiugis tacitus auolauit. At Psyche statim resurgentis eius crure dextro manib. ambabus arrepto, sublimis euectionis appẽdix miseranda, & per nubilas plagas penduli comitatus, extrema consequta, tandem fessa delabitur solo. Nec Deus amator humi iacentẽ deserens, inuolauit proximã cupressum, déque eius alto cacumine sic eam grauiter commotus affatur: Ego quidẽ, simpliciſsima Psyche, parentis meæ Veneris præceptorum immemor, quæ te miseri extremique hominis *deuictã cupidine, infimo matrimonio addici iusserat, ipse potius amator aduolaui tibi. Sed hic feci leuiter scio: & præclarus ille sagittarius, ipse me telo meo percussi: téq; coniugẽ meã feci, vt bestia scilicet tibi viderer, & ferro caput excideres meum, quod istos amatores tuos*

desideranter nimis appetimus, idore hianti & patulo inuadere solemus. *De somni mensura.*] ne somnus, quo soporatus erat Cupido, fieret bretior. *Euomuit.*] stillam olei. Fulgentius: Scintillantis olei desputamento maritum succendit. Ex nimio autem olei alimento notamus accidere lucernis accensis, vt stilla liquoris decidat: sicut sidera, vt inquit Plin. igneam vim reddunt, abundantia alimento tracti humoris, cum deciduæ visuntur. Præsagium est futuræ hyemis, scintilla lucernæ. vnde ait poeta: Testa cùm ardente viderent Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Plin. quoque ait, pluuiæ nuncios esse in lucernis fungos. *Ignis Deum adu.*] Quod incredibile videri po-

teſt, id à lucerna factitatum eſt, vt ſcilicet vreret Cupidinem, qui Deus eſt vredinum, & ignis numen, qui cæco igni carpit vitalia amatorũ, & occulta inflammatione præcordia populatur in tantum, vt homo verè amans totus ignis fiat iuxta illud: Quæritis ignem? ite huc, quæritis, ignis homo eſt. Meritò autem lucerna fingitur interuenire rebus Cupidineis, ſiquidem amor (vt inquit Fulgentius mythologus) quid aliud niſi flamma fertur? extinguitur lucerna amatoria, quando vapore ætatis extincta, libido commoritur, & omnis calor ratę iuuentutis igniculus tepidæ veternoſitatis algeſcit ingenio. *Amator inuenerit.*] Lucernam feſtiuiter ait ab amatore inuentam, vt ad illius lumen voluptate veneria per noctem potiretur: iuuat enim lux & lumen amatores, in colluctatione veneria. De hac lucerna ait Propertius: Quàm multa oppoſita narramus verba lucerna. De hac Martialis, quam cubiculorem vocat: Dulcis conſcia lectuli lucerna, Quicquid vis facias licet, tacebo. Inuentum amatoris idoneum lucerna eſt, cùm totus ardeſcit, totus ſit flammi-

oculos gerit? Hic tibi identidem ſemper cauenda cenſebam, hic benenuolè remonebam. Sed illæ quidem conciliatrices egregiæ tuæ, tam perniciosi magiſterij dabunt actutùm mihi pœnas: te verò tantùm fugæ meæ puniuero. Cum termino ſermonis, pinnis in altum proripuit.

uomus. Celebratur ſcriptoribus lucerna appellata polymyxos, à multitudine narium, ſiue angulorum, quibus ellychnia compluſcula (ſic enim funiculi dicuntur in lucernis) accenſa illuſtrant triclinia. Tales ſunt lychni penſiles, laquearibus dependentes, quorum flammis noctis tenebræ illuminantur. De lucerna polymyxo eſt illud Epigrammatarij diſtichon: Illuſtrem cùm tota meis conuiuia flammis, Tótque geram myxos, vna lucerna vocor. Ab hac lucerna lychnidem puellam Pſychen appellat Fulgentius, quaſi lucernariam. *Inuſtus.*] exuſtus, vſtulatúſque. *Colluuie.*] fœditate, flagitióque. *Euectionis appendix.*] Appendix dicitur, quod eſt adiunctum, quaſi ex alio pendeat. M. Tullius in Hortenſio corpus eſſe tradit appendicem animi. ἀπενθήματα appendicula nominatur. Pſychen ait fuiſſe appendicem Cupidinis, dum euehitur, ſuſtollitúrque volatu, quando eius inhærens pedibus pendula viſebatur. *Conſequia.*] A conſequendo dicta, quaſi ſequela quædam, & conſectatrix. *Cupreſſum.*] arborem ſcilicet feralem, & Diti ſacram, & ideo funebri ſigno ad domos poſitam. *Simpliciſſima.*] Caſtigatio, qua Cupido Pſychen inceſſit, quæ ob ſim-

Digitized by Google

ob ſimplicitatem fallacibus ſororibus nimiùm credidiſſet: à quibus inducta, circumſcripta, decepta eſt, dum ſimpliciter nimis & procliuiter credulitatem ſuam illis addixiſſet, oblita mariti mandatorum. Eſt autem credulitas deceptionum mater, vt inquit Fulgentius. *Parentis.*]matris. *Addici.*]mancipari,& addictam obnoxiámque tradi, vt non tam libero quàm ſeruili matrimonio iungereris. *Percuſſi.*]Cupido,qui alios percutere ſolet ſagittis vrentibus, ſeipſum eodem telo percuſſit, dum in amorem Pſyches exardeſcit. *Telo meo.*] Prouerbium Græcum eſt, πυραύστου μόρος, de his qui ſe telo ſuo percutiunt, ſibíque ipſi exitium parant. Eſt enim pyrauſta,beſtiola volucris,quæ lucernis vltrò aduolat,ignique crematur: vnde Æſchylus ſcitè dixit, μόρον πυραύστου μόρον, id eſt, ſtultam pyrauſtæ mortem, quæ ſcilicet vltronea ſe cremat. *Caput excideres.*] Sic enim ſuaſerant ſorores, vt Pſyche caput abſcinderet nouacula ſerpenti. *Amatores oculos.*] Oculi in capite Cupidinis ſiti, amatores meritò Pſyches dicuntur,quoniam amor per oculos delabitur. Nam, vt inquit Propertius, *Si neſcis*, oculi ſunt in amore duces. & ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus oculi mœchationum pleni eſſe traduntur. Quintilianus quoque in ea declamatione, cui titulus eſt,Cæcus in limine: Sunt,inquit,oculi tota noſtra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant: mirantur,adamant,concupiſcunt. Apud philoſophos amoris definitio eſt, pulchritudinis fruendæ deſiderium:hæc autem per oculos fruimur. *Hic.*]hæc. *Identidem.*]frequenter. *Conciliatrices egregiæ.*] cum ironia dictum. *Actutùm.*]confeſtim, ſine dilatione.aduerbium temporis eſt. Virgilius:Tum cætera reddet Actutùm pius Æneas.Ouid. Quos equidem actutùm:ſed quid prædicere pœnam Attinet?

*Pſyche verò humi proſtrata, & quantùm viſu poterat, volatus mariti proſpiciens,extremis affligebat lamentationibus animam. Sed vbi remigio plumæ, captu maritum proceritas ſpatij fecerat alienum,per proximi fluminis marginem præcipitem ſeſe dedit. Sed mitis fluuius in honorem * Dei, ſcilicet qui & ipſas aquas vrere conſueuit, metuens ſibi, confeſtim eam innoxio volumine ſuper ripam florentem herbis ex-*

Captu.] remigium,inquit, alarum cùm in altum Cupidinem ſuſtuliſſet, alienum fecerat à captione, ne iterum manibus Pſyches prehendi poſſet. Dixit autem remigio plumæ, ex Virgiliana trãſlatione,qui canit in 6.Remigium ala-

rum , posuítque immania templa. Captu dixit, quasi captione, prensionéque. Quidam legunt , raptum: sed prior lectio venustior. *Aquas vrere.*] Cum aquæ elementum igni contrarium sit , & ignem suapte natura restinguat: eleganter dictum est , aquas exuri flamma Cupidinis, qui Nymphas aquaticas persæpe inflammauit, & amoris incendio flagrantes reddidit , vt poëtæ canunt. *Innoxio volumine.*] vertigine & volubilitate, nihil Psychen penitùs lædente. *Supercilium.*]altitudinem summitatémque marginis amnicæ. Sic Virgil. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit. *Cannam Deam.*] Fabulam signat, quę canit , nympham nomine Syringa amatam fuisse à Pane deo pastorali : cám-

posuit. Tunc fortè Pan Deus rusticus iuxta supercilium amnis sedebat, complexus hic humo Cannam deam, eámq; voculas omnimodas edocens recinere. Proximè ripam vago pastu lasciuiunt, comam fluuij tondentes capellæ. Hirtuosus Deus sauciam Psychen, atque defectam, vtcunque casus eius non inscius, clementer ad se vocatam, sic permulcet verbis lenientibus: Puella scitula, sum quidem rusticanus & opilio, sed senectutis prolixæ beneficio multis experimentis instructus. Verùm si rectè coniecto, quod profectò prudentes viri diuinationem autumant, ab isto titubante & sæpius vacillante vestigio, déque nimio pallore corporis, & assiduo suspiratu , *imò & ipsis mœrentibus oculis tuis, amore nimio laboras. Ergo mihi ausculta: nec te rursus præcipitio, vel vllo mortis accersito genere perimas. Luctum desine, & pone mœrorem: precibúsque potiùs Cupidinem Deorum maximum percole; &, vtpotè adolescentem delicatum luxuriosúmque, blandis obsequijs promerere. Sic locuto Deo pastore, nullo sermone reddito, sed adorato tantùm numine salutari, Psyche pergit ire. Sed antè quàm multum viæ laboranti vestigio pererrasset, inscio quodam tramite iam delabente , accedit quandam ciuitatem, in qua regnum maritus vnius sororis eius obtinebat. Qua re cognita Psyche, nuntiari præsentiam suam*

rum , posuítque immania templa. Captu dixit, quasi captione, prensionéque. Quidam legunt , raptum: sed prior lectio venustior. *Aquas vrere.*] Cum aquæ elementum igni contrarium sit , & ignem suapte natura restinguat: eleganter dictum est , aquas exuri flamma Cupidinis, qui Nymphas aquaticas persæpe inflammauit, & amoris incendio flagrantes reddidit , vt poëtæ canunt. *Innoxio volumine.*] vertigine & volubilitate, nihil Psychen penitùs lædente. *Supercilium.*]altitudinem summitatémque marginis amnicæ. Sic Virgil. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit. *Cannam Deam.*] Fabulam signat, quę canit , nympham nomine Syringa amatam fuisse à Pane deo pastorali : cám-

ſuam ſorori deſiderat. Mox inducta, alternis amplexibus mutuæ ſalutationis expletis, percontanti cauſas aduentus ſui, ſic incipit.

que in arundinem demutatam eſſe, cùm amatorem inſequentem fugitaret. Tunc Pan fiſtulã ex cãna glutino ceræ compegit. Græco vocabulo σύριγξ fiſtula nominatur. Plin. ſyringam calamum vocat, fiſtulis vtiliſſimum, qui totus concauus eſt. Auleticon verò tibialem: Græcè enim αὐλὸς tibia eſt. Idem ait calamos aucupatorios vocari zeugitas, neſcio an meliùs exeugitæ dicantur. nam ἰξεύω aucupor, ἰξὸς viſcum, ἰξευτὴς aucupem ſignificat. Ab eodem Plin. donax calamus nominatur, qui fruticoſiſſimus eſt. Græcè enim δόναξ calamus & arundo ſignificatur. A canna fit cannetum, quod eſt harundinetum. *Reſine re.*] Commodior lectio eſt, *recinere*. Canna enim fiſtularis recinit, hoc eſt, canendo reddit voces omnimodas. Ad marem recanunt, dixit Plin. de perdicibus ſcribens. *Vago pa.*] libera paſtione. *Hirtuoſus.*] Pan ſignificatur, qui villoſus & hirtus pingitur. Nam Pan in naturæ ſimilitudinem formatus eſſe traditur: vnde & Pan dictus, id eſt omne. Habét cornua in radiorum ſolis & cornu lunæ ſimilitudinem. Rubet eius facies, ad ætheris imitationem. In pectore nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem. Pars eius inferior hiſpida eſt, propter arbores, virgulta, & feras. Caprinos pedes habet, vt oſtẽdat terræ ſoliditatem. Fiſtulam ex ſeptem calamis compactam, propter harmoniam cæli ex ſeptem tonis conſtantem. Auctor eſt Herodotus, Pana inter octo Ægyptiorum Deos nominari, cuius ſimulachrum caprina facie, hirciníſque cruribus figuretur. Mendeſij Pana in primis venerantur, apud quos caprarij in præcipuo ſunt honore. Pan vocatur Mendes lingua Ægyptiaca. Olim audita eſt vox à nauticis in mari, magnum Pana mortuum eſſe. *Tondentes cap.*] carpentes: etenim à carpendo capræ nominatæ, quarum ſaliua & morſus eſt arborum venenum: oliuámque, quam lamberit capra, ſtatim ſterileſcere, M. Varro & Plin. prodiderunt. Apud Græcos prouerbium eſt, αἴξ ἀγρία, capra cæleſtis: de fortunatis, quibus pręſtò eſt quicquid concupiſcunt. Cui conſimile eſt illud quoq; κέρας ἀμάλθειας, id eſt cornu copiæ. *Puella citula.*] Verba Panos ruſticani Dei, ad Pſychen: quam ſcitulam appellat, quaſi dicas venuſtulam & elegantem. Teren. in Andria: Scitus puer eſt natus Pamphilo. Vbi à Donato exponitur, elegans & pulcher, quem Græci κόμψον dicunt. Hinc aduerbium ſcitè, quod eſt eleganter & pulchrè. *Opilio.*] Opiliones paſtores ouium dici quis ignorat, qui

illud tantum legit vulgatiſſimum: Venit & opilio, tardi venere bubulci? Græcè dicitur μηλοβόται. *Experimentis inſtru.*]Longa ætas, vt inquit eleganter Plaut. ſapientiæ condimentum eſt. *Diuinationem autumat.*] Coniectura diuinatio quædam eſt, dicta à coniectu, id eſt, directione quadam rationis ad veritatem. Vnde etiam ſomniorum atque omnium interpretes coniectores vocantur. auctor Quintil. *Titubante veſti.*]Titubans veſtigium, pallor immodicus, ſuſpiria crebra, indicia ſunt amoris. Olim Eraſiſtratus medicus ex coniectura conſimili amorem deprehendit incluſum Antiochi medullis: qui ægritudine amatoria tabeſcens, in lecto cubans, accedente Stratonice, quæ viſendi cauſa ad eum frequenter ventitabat, tanta repentè perturbatione occupabatur, vt defectum vocis, ruborem ſubitus, intuitum oculorum, ſudores acutos, motum incredibilem venæ, cunctáque alia ſigna (quæ Sappho de amatoribus refert) intueri in adoleſcente liceret: ſtatímque poſt hæc deficiente pedetentim ſenſu, ingens pallor toto corpore diffundebatur. Hæc obſeruans conſultiſſimus medicus ſcienter coniectauit Stratonices amore captum eſſe Antiochum: vafricia quadam atque aſtu circumueniens Seleucum effecit, vt Antiocho Stratonica nuberet. Medicinam coniecturalem eſſe autumant, & ex coniectura quaſi addiuinantes medicos ſalutariter mederi. *Suſpiratu.*]ſuſpirio. *Accerſito.*]euocato, adhibitóque. *Cupidinem Deorum maximum.* Iupiter maximus quidem dicitur, ſed tamen à Cupidine vincitur, cui cuncta ſuccumbunt. Apud Ouid. ait Venus ad filium: Tu ſuperos, ipſúmque Iouem, tu numina ponti Victa domas: &, vt inquit Seneca, Sacer eſt ignis, credite læſis: nimiúmque potens, & in omne mundi parte hic regna tenet puer immitis, ſpicula cuius ſentit omne genus animantum. *Obſequiis promerere.*] cõcilia tibi Cupidinem, illi præſtando obſequia blanda, & beneuolum redde. nam, vt inquit Ouidius, Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus: Obſequium tigréſque domat, tumidóſque leones. Conſimile eſt illud Quintiliani: Vt pleniore obſequio demereret amantiſſimos mei. *Nomine ſalutari.*] Lego, *numine.* Pſyche enim cùm adoraſſet numen Panos ſalutare & propitium, ire perrexit. *Inſcio tramite.*}ignoto & latente. Virgilianum eſt: Paſtor agens telis, liquítque volatile telum Neſcius; hoc eſt, ignoratus & latens. Vocabula enim ſunt compluria, quæ vtroque verſùm accipiuntur, habéntque ancipitem ſignificationem: vt formidoloſus, qui timet, & qui timori eſt: vt infeſtus, qui nocet, & cui nocetur. *Inducta.*} introducta intra ædes ſororias. Aliàs inductus, fraudatus: aliàs cancellatus & expunctus: vt

inductum

inductum decretum apud Tranquillum, inductum est testamentum apud iurisconsultos. *Percunctanti.*] scisciranti, exquirenti sorori.

*Meministi consilium vestrum, scilicet quo mihi suasistis, vt bestiã, quæ mariti mentito nomine mecum quiescebat, priusquam ingluuie voraci me miserã hauriret, ancipiti nouacula perimerem. Sed cũ primũ, vt æquè placuerat, cõscio lumine vultus eius aspexi, video mirũ diuinúmq; prorsus spectaculum: ipsum illum Dex Veneris filiũ, ipsum, inquã, Cupidinem leni quiete sopitum. Ac dũ tanti boni spectaculo percita, & nimia voluptatis copia turbata, fruendi laborarem inopia, casu scilicet pessimo, lucerna feruens oleũ rebullijt in eius humerum. Quo dolore statim somno recussus, vbi me ferro & igni conspexit armatã: Tu quidem, inquit, * vbi istud tã dirũ facinus? confestim toro meo diuorte, tibíque res tuas habeto. Ego verò sororẽ tuã (& nomẽ, quo tu censeris, aiebat) iã mihi confestim arra atque his niptijs coniugabo. Et statim Zephyro præcipit, vltra terminos me domus eius efflaret. Necdum sermonem Psyche finierat, illa vesanæ libidinis & inuidiæ noxiæ stimulis agitata, præconcinnato mendacio fallens maritum, quasi de morte parentum aliquid comperisset, statim nauem ascendit, & ad illum scopulum protinus pergit: & quamuis alio vẽto flante, cæca spe tamen inhians: Accipe me, dicens, Cupido dignam te coniugem: & tu*

Hauriret.] voraret, absorberétque. Aequè } pariter. Percita. } commota, perculsa. Rebullijt. } bulliendo refudit, euomuítque stillam feruentis olei super humerum Cupidinis dextrum. Mystico intellectu Psyche lucernam, quæ sub modio contecta erat, detegit: id est, desiderij flammam in pectore absconsam depalat, cuius ebullitione incenditur Cupido: quia omnis cupiditas, quantùm diligitur, tantùm ardescit, & peccatricem suæ carni configit maculam. Recussus. } excussus, experrectúsque. Virgilius: Excutior somno. Ferro & igni.] nouacula & lucerna. Thoro meo diuorte. } Ex matrimonio meo discede, fiátque inter

nos diuortium. Matrimonium enim dirimitur diuortio, morte, captiuitate, vt tradit Paulus iuriſconſultus. Dictum autem diuortium eſt, vel à diuerſitate mentium: vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium. *Réſque tuas habeto.*} Verba ſunt ſolennia, quibus in diuortiis vtebantur. Nam vt docet Caius iuriſconſultus, in repudiis, id eſt in renuntiationibus comprobata ſunt hæc verba: Res tuas tibi habeto. item, Tibi res tuas agito: tic & matrona Plautina diuortens à marito inquit: Tibi habeto res tuas. & apud Martialem: Menſe nouo Iani veterem Proculeia maritum Deſeris, atque iubes res ſibi habere ſuas. In ſponſalibus quoque diſcutiendis placuit, renuntiationem interuenire oportere, in qua re hæc verba probata ſunt: Conditione tua non vtar. *Nomen quo tu cenſeris.*} Quaſi dicat, Tu diceris Pſyche, quod anima ſonat: illa mihi erit anima & vita. Plautus ait, amicam animam eſſe amanti. vel, ſicut tu nomine vxoris & matrisfamiliâs cenſeris, hoc eſt in pretio es apud me: eodem hoc nomine ſororem tuam mihi copulabo, vt illa mihi ſit vxor, & materfamiliâs. Vel expone, Nominatim te nuncupauit, ad differentiam alterius ſororis. *Arra.*} pignore: alio nomine arrhabonem nuncupamus. dictio frequens eſt vtraque apud auctores. Quadrigarius, obſides in fidei pignus datos à Samnitibus Romanis, decenter appellat arrhabonem. In obſcœno carmine ſcriptum eſt: Vtilis hæc, arram ſi dederitis, erit. *Efflauerit.*} flatu ſuo exterminaret, expellerétque. *Præconcinnato mendacio*} præparato, & antè contexto, confutóque. *Alio vento.*] non Zephyro illo ſalutari, cuius vectura molli & tuta vti ſolebant. *Cæcum ſperat.*] dum ſperat, quod nuſquam videt, quod ignorat. *Inhians.*] deſideranter cupiens. *Ad illum locum.*} domicilium ſcilicet illud beatiſſimum, quo Pſyche fortunata priùs fruebatur. *Per ſaxa cautium.*] per ſaxorum aſpera. *Alitibus.*} Sic Virg. alitibus liquere feris, aut gurgite merſum Vnda ferat, piſcéſque impaſti vulnera lambent.

Zephyre ſuſcipe dominam: ſaltu ſe maximo præcipitem dedit. Nec tamen ad illum locum, vel ſaltem mortua, peruenire potuit. Nam per ſaxa cautium membris iactatis atque diſſipatis, &, perinde vt merebatur, laceratis viſceribus ſuis, alitibus beſtiiſque obuium ferens pabulum interijt.

Sequentis.} alterius ſcilicet ſororis. *Errabundo.*}

Nec vindictæ ſequentis pœna tarda fuit. Nã Pſyche errabũdo rurſus gradu perue-

*peruenit ad ciuitatem aliam, in qua pari modo soror morabatur alia. Nec secius & ipsa fallacie germanitatis inducta, & in sororis sceleratas nuptias æmula festinauit ad scopulum, inque simile mortis exitium * cecidit: interimdum Psyche quæsitioni Cupidinis intenta, populos circuibat. At ille vulnere lucernæ dolens, in ipso thalamo matris iacens ingemebat. Tunc auis peralba illa gauia, quæ super fluctus marinos pinnis natat, demergit sese properè ad Oceani profundum gremium. Ibi commodùm Venerem lauantem natantémque propter assistens, indicat adustum filium eius graui vulnere, dolore mœrentem, dubium salutis iacêre, iámque per cunctorum ora populorum rumoribus conuiciisque varijs omnem Veneris familiã malè audire, quòd ille quidem montano scortatu, tu verò marino natatu secesseritis. Ac per hoc non Voluptas illa, non Gratia, non Lepos, sed incompta, & agrestia, & horrida cuncta sint: non nuptiæ coniugales, non amicitiæ sociales, non liberûm charitates, sed enormis eluuies, & squalentium fœderum insuaue fastidium. Hic illa ver bosa & satis curiosa auis, in auribus Veneris filium lacerans existimationem, ganniebat.*

erratico, diu multúmq; errante. Catullus: Errabunda regẽs tenui vestigia filo. *Nec seci'.* } nec tardiùs, nec segniùs. & videtur à fero dictũ, vt grãmatici notant. Actius in Amphitryone: Si fortè paulò quàm veniã secius. *Inq; simile.* } Sicut extincta fuerat prior soror, sic simili eodẽ quoq; genere mortis & exitio altera occubuit, dũ scilicet sepræcipitẽ dat ex scopulo. *Ille.*] Cupido. *Auis gauia.* } Gauię aues sunt aquaticæ, quę bella gerũt dissidiáque cum anatibus, Plin. in 10. Dissidẽt, inquit, aquaticæ anates, & gauiæ. Idem auctor est, gauias in petris nidificare. Nũc memorat Apuleius, gauiam in imã pelagi profunditatẽ sese demergentẽ, indicasse Veneri, quẽadmodum Cupido lucernæ vulnere aduſtus, cum dolore decumbebat. *Commodùm.*] eo momento, id horæ, tunc tunc. Super hoc aduerbio satis multa in superioribus explicata. *Lauantem.*] Meritò Venerem natantem lauantémque corpus inducit in imo Oceano, pro-

ptereâ quòd Dea maris eſt, & ex ſpuma maris genita fertur. Quod ideò finxit antiquitas, quia ſpermatis ſiue genituræ natura ſpumoſa eſt, vt docet Ariſtoteles lib. 2. de generatione animalium. *Propter.*] propè: propter aquam, propter aquarium, dixerunt Lucretius & Virgilius. *Malè audire.*] vituperari, infamarique: ſicut è contrario bene audire eſt laudari, celebrarique. M. Tullius in epiſtolis ad Atticum: Me idcircò putent bene audire velle, vt ille malè audiat: & rectè facere non meæ laudis, ſed illius contumeliæ cauſa. *Montano ſortatu.*} Ait gauia auis ad Venerem: Familiam Veneris vituperari, ipſúmque in primis Cupidinem infamari, quòd ob amorem Pſyches meretricium, ſeceſſerit procul à commercio mortalium: & quòd ipſa quoque Venus ſeſe ſubduxerit ex cœtibus humanis, dum natabula aquarum marinarum expetit: qua ex re fieri ait, vt Venere Cupidinéque ſublatis, ſqualeant omnia, horrida & inculta ſint. Huic ſententiæ haud abſimile eſt illud Senecæ ex tragœdia, quæ inſcribitur Hippolytus: Excedat age dum rebus humanis Venus, Orbis iacebit ſqualido turpis ſitu. Scortatu autem, pro ſcortatione amoréque meretricio ponitur. Dictus ſcortatus ea forma, qua concubinatus, pellicatus, aliáque id genus. *Non voluptas vlla.*} Veneris & Cupidinis comites ſunt, voluptas, Gratiæ, lepiditates omnes. Claudianus in epithalamio ſcribit, in comitatu Veneris eſſe delicias omnis. Donatus lepórem, venuſtatem eſſe autumat: vnde lepidus dictus, in quo lepóris eſt plurimùm. Græci λεπίδα ſquamam vocant, vnde lepos deriuatur. Subducta Venere, nulla vſquam voluptas, nullę gratiæ conuiſuntur, quæ ſine Venere ingratæ ſunt. *Nuptiæ coniugales.*} Sine Venere non coniugia, non amicitiæ, non amores filiorum eſſe poſſunt, ſed cuncta ſqualentia, & ſitu deformata ſint neceſſe eſt. *Gluuies.*] Lego, *eluuies*, quod ad ſordes & dehoneſtamenta referendum eſt. *Auis.*} gauia. *Ganniebat.*] inſuſurrabat, immurmurabat. Gannitio propriè canum eſt querula murmuratio.

Solidum exclamat.} ſolida voce, firma, magna, durabili: nomen pro aduerbio. ſic Virgil. Totúmque repentè Clamat. *Bonus filius.*] Ironicòs pronuntiandum. *Pro-*

At Venus irata ſolidũ exclamat repentè: Ergo iã ille bonus filius meus habet amicã aliquam? Prome, age tu, quæ ſola mihi ſeruis amãter, nomẽ eius, quæ puerũ ingenuum & inuieſtem ſolicitauit, ſiue illa de Nympharũ populo, ſeu de Dearũ numero, ſeu de Muſarũ choro, vel

*ro, vel de mearum Gratiarum ministerio. Nec loquax illa conticuit anus: Sed nescio, inquit, domina: puto puellam, si probè memini, Psyches nomine dicitur, effictè cupere. Tunc indignata Venus exclamauit: Vel maximè Psychem illam, meæ formæ succubam, mei nominis æmulam, verè diligit. Nimirum illud incrementum lenam me putauit, cuius monstratu puellam illam cognosceret. Hic queritans *propter emergit à mari, suúmque protinus aureum thalamũ petit: & reperto (sicut audierat) egroto puero, iam inde à foribus quàm maximè boans: Honesta, inquit, hæc, & natalibus nostris, bonæque tuæ frugi congruentia? vt primùm quidem tuæ parentis, immò dominæ præcepta calcares, nec sordidis amoribus inimicam *meam cruciares: verum etiam hoc ætatis puer, tuis licentiosis & immaturis iungeres amplexibus, vt ego nurum scilicet tolerarem inimicam. Sed vtique præsumis mugo & corruptor, & inamabilis, te solum generosum, nec me iam per ætatem posse concipere. Velim ergo scias, multò te meliorem filium aliunde genturam: immò, vt contumeliam magis sentias, aliquem de meis adoptaturam vernulis, eique donaturam istas plumas, & flammas, & arcum, & ipsas sagittas, & omnem meam supellectilẽ, quam tibi non ad hos vsus dederam. Nec enim de patris tui bonis, ad in-*

me.] exprome, enuntia, demonstra. Ab hoc verbo promus dictus, qui ex promptuaria cella promit cibaria. Plaut. Ego sum promus condus, procurator peni. *Nomen eius.*] scilicet puellæ. *Inuestem.*] Cupidinem significat, qui ingenuus & inuestis figuratur, hoc est imberbis: antiqui enim vestem barbam dixerunt. vnde vesticipes, barbati: inuestes, qui sine barba sunt, nominantur. In Apologia: Inuestem à nobis accepisti, vesticipem illicò reddidisti. Arrogari non poterat, inquit Gel. nisi vesticeps. *De nympharum populo.*] Multa sunt genera nympharum. Nymphæ numina sunt fluuiorum, à fontibus ducentes originem. Vnde Virgi. Nymphæ Laurentes, nymphæ genus amnibus

vnde est. Nymphę montium Oreades dicuntur, ὄρος enim Græcè mons est: Dryades, syluarum, quoniam Græcè δρυς quercus: Hamadryades, quæ cum syluis nascuntur. sunt enim quædam nymphę vt auctor est Plutarchus, viuentes vnà commoriensque cum arboribus. Sunt & Napææ, quæ floribus & virgultis delectantur: νάπη enim Græci dicunt saltum, locúmque syluosum. Naiades fontium, Nereides maris. Memoriæ proditum est, quicunque effigiem nymphæ viderit, eum furendi non facere finem. hos Græci νυμφολήπτους, Latini lymphatos appellant. Nymphæa à nymphis dicta, quæ balnea & lauacra significant. Iosephus nymphæa lacus & balneas interpretatur, cùm sic scribit li-

structionem istam quicquam conceſſum est. Sed malè prima pueritia inſtructus es, & acutas manus habebas, & maiores tuos irreuerenter pulsasti toties: & ipſam matrẽ tuam, me, inquam, ipſam, parricida denudas quotidie, & percuſſisti ſæpius, & quaſi viduam vtique cõtemnis. Nec vitricum tuum, fortiſſimũ illum maximúmque bellatorem, metuis. Quidni? cui ſæpius in angorem mei pellicatus, puellas propinare conſueuiſti. Sed faxo te luſus huius pœniteat, & ſentias acidas & amaras nuptias iſtas. Sed nunc irriſui habita quid agã? quò me conferam? quibus modis ſtellionem iſtum cohibeã? Petámne auxiliũ ab inimica mea Sobrietate, quam propter huius ipſius luxuriam offendi ſæpius? aut ruſtica ſqualentíſque fœminæ colloquium prorſus adhibendum eſt? Horreſco: nec tamen vindicta ſolatium tantum ſpernendum eſt. Illa mihi prorſus adhibenda eſt, nec vlla alia: quæ caſtiget aſperrimè nugonem iſtum, phareтram explicet, & ſagittas dearmet, arcum denodet, tædam deflammet, immò & ipſum corpus eius acrioribus remedijs coërceat. Tunc iniuriæ meæ litatum crediderim, cùm eius comas, quas iſtis manibus meis ſubinde aureo nitore perſtrinxi, deraſerim: pinnas, quas meo gremio nectarei fontis infeci, pretotonderim. Sic effata, foras ſeſe propipit infeſta, & ſtomachata biles Veneriæ.

bit libro 1. Iudaici belli: Apud Aſcalona condidit nymphæa, ſiue lacus & balneas. *νύμφη* Græcè dicitur ſponſa, *νύμφιος* ſponſus. *Mearum.*] Gratiæ, quæ Græco vocabulo Charites, dicuntur, meritò famulæ Veneris, & miniſtræ eſſe dicuntur: quando ſine Venere gratia omnis ingrata eſt, inamabilis, & prorſus inuenuſta. Græci Charita vocant Venerem illam ſiue venuſtatem, quam Apelles ſibi peculiariter vendicat in pictura, qua ſola ſibi neminem parem eſſe dicebat. *Loquar.*] Corrigo, *loquax*, gauia enim auis loquax meritò nominatur, quam & ſuperiùs verboſam appellauit, quæ Veneri cuncta denarrauit. Tales, lingulacæ, loquuſuleiæ, blateratrices, eleganter dicuntur. *Puellam.*] quaſi vnam ex mortalibus fœminis. *Efflictè.*] vehementer, perditè: quod & efflictim dicitur. aduerbium eſt. *Meę formæ ſuccubam.*] Succuba quaſi vicaria dicitur, ac æmula, ſuccedénſque in alienam vicem & locum. Ouidius: Quod gemit Hypſipyle lecti quoque ſuccuba noſtri, Mœreat, & leges ſentiat ipſa ſuas. Venus ſuccubam formæ ſuæ Pſychen eleganter appellat, propterea quòd vt altera Venus religioſis adorationibus culta fuerat, & venerationis vicariæ partiario honore honeſtata. *Illud incrementum.*] Hoc eſt, inquit, quod indignationis auctarium eſt & cumulus, quod me lenocinij officio functam eſſe opinatur filius, tanquam monſtrauerim ego illi quem diligeret. *Queritans.*] id eſt, vehementer delamentata. Quòd ſi legas *Quiritans* expones, valdè vociferans: quiritare enim eſt, Quirites ciere, & Quiritium fidem clamando implorare: vnde quiritare pro vociferari & clamare vſurpantur: auctores M. Varro & Diomedes. Lex fuerat proquiritata, dixit Sidonius, pro eo quod eſt promulgata, & præconis boatu denunciata, publicatáque. *A foribus.*] antequàm cubiculum introiret. *Boans.*] clamans, vociferánſque. boare enim eſt ſonare & clamare: vnde Reboãt ſyluæ, apud Virgilium, pro reſultant & remugiunt. Nonnulli dialecticorum, Verbum dictum eſſe autumant à verum boando, hoc eſt verum ſonando. Ennius ſonum pedum bombum pedum dixit. Ex hoc autẽ quod boans alta voce filium compellat, cognoſcere potes, quàm ſera & ſeria & ſeuera obiurgatione ſit Cupidinem caſtigatura. *Honeſta hæc caſtigatio.*] Veneris ad filium, orſa ab ironia. *Bone frũ.*] hominem bonæ frugi dicimus, temperatum, vtilem, neceſſarium: laudantur ſerui, qui bonæ frugi ſunt. *Sordidus amori.*] Petierat Venus à filio, vt Pſyche amore flagrantiſſimi hominis extremi ac ſordidiſſimi teneretur: nunc dolenter afficitur, mandatum ſuum à filio poſthabitum per contem-

ptionem fuiſſe. *Hoc ætà.*]iſta ætate puerili, quæ nondum rebus amatoriis videtur idonea. Multa autem eſt copia talis loquutionis apud veteres ſcriptores. interim vno exemplo Ciceronis contenti erimus, quod obuium eſt: ſic enim ſcriptum eſt in 1. de Oratore: Peto igitur, inquit Craſſus, à te, quoniam id nobis Antoni, hominibus id ætatis onuſtis imponitur. *Nugo.*]nugonem, vt paulò pòſt quoque appellat filium, nomine probroſo & obiurgatorio: quaſi nugarum plenum, & nulli rei bonæ idoneum. *Per ætà.com.*}arbitraris, inquit, me vetulam eſſe: & ob ætatem non poſſe alterum Cupidinem progenerare: ſed Diis & Deabus nullum ſenium, nulla annoſitas obeſt, cùm æuiterni ſint, nec vnquam emoriantur: mulieres verò mortales poſt 50. annum non gignunt, maiorque pars quadrageſimo profluuium genitale ſiſtit: nonnullæ, vt inquit Ariſtot. 60. anno pepererunt. Cornelia ex Scipionum gente, poſt 62. annum, vt Plinius refert, genuit Voluſium Saturninum. Lucret. Deſtitit vt mulier ſpacio defeſſa vetuſto. *Adoptaturam.*]iure inquit, adoptionis aliquem ex ſeruis domeſticis mihi filium aſciſcam, qui vicarius ſit, ſucceedátque in nomen & bona ſuppellectilémque Cupidinis: iure enim adoptionis tranſit adoptiuus in nomẽ, in familiam, in hæreditatem adoptatoris. Seruus quoque manumiſſus patroni nomen accipit: quod & Lactant. memorat lib. 4. inſtitutionum. Sic Pompo. Atticus à Cæcilio adoptatus, deinceps dictus eſt Cęcil. Pomponius. De quo M. Varro in 2. de re ruſtica: Qui tunc, inquit, Titus Pomponius, nunc vocetur Cæcil. Pomponius, nomine eodem M. Tul. perquàm eleganter ob hanc nominum vſurpationem in epiſtolis ad Atticum ſcribit: Dio. tanquam adoptatum à ſe ipſo & Attico ſimul nominandum eſſe, M. Pompo. Dio. Verba Ciceronis hæc ſunt de Eutychide: Gratum quod vetere prænomine, nouo nomine Titus erit Cæcil. vt ex me & ex te iunctus, Dio. M. Pomp. in adoptione ſeruatur, vt naturam imitetur. Inde reprehenſus Clodius, quòd ſe Cæcil. Fonteio natu minori adoptandum dederit. *Meam ſup.*}mater materna bona ereptuam filio ſe minitatur, & alteri donaturam: cùm iure ciuili poſſit mater ſupellectilem ſuam legare cui velit, cùm paterna bona ad filium pertineant. *Ad inſtructionem.*}Legale verbum eſt, ſicut & inſtructus fundus, & inſtrumentum legatum. *Pulſaſti.*}violaſti, infamaſti: nec enim ad ſagittæ Cupidineæ ictum eſt id tantùm referendum, ſed ad omnem infamiam & ſugillationem. Iulius Firmicus, Pulſatus infamia. Virg. Pulſatos referens infecto fœdere diuos. *Inductus.*}Hic expone pro inſtitutus, educatus, conformatus: tanquam

quam educatio illa primigenia plurimùm polleat ad mores formandos. *Percuſſiſti ſæpius.*} quia Venus amauit Adonin, Martem, Anchiſen, & alios: quod ſine Cupidinis ſagitta fieri non potuit. & ita ſubtiliter mater imputat filio, quod ipſa ſponte commiſit: & detiuat crimen, quando ita comparatum eſt, vt homines malint vitia ſua excuſare, quàm excutere. *Quaſi viduam.*} filius ſub matre vidua liberiùs degit, & ſecuriùs agit: videntúrque viduæ matres natis contemptiores eſſe quàm nuptæ. nam, vt ſcribunt iuriſconſulti, fœminæ in poteſtate liberos non habent. Viduæ vt imperioſæ à ſcriptoribus taxantur. Martialis: Imperia viduarum Proculis. Iuuenalis: Vidua eſt, locuples quæ nubit auaro. Horatius: Vt piger annus Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. *Vitricum ſuum.*] Martem ſignat, Veneris maritum, de quo Ouid. Vitricus & gladiis & acuta dimicet haſta. *Quidni?*} quare non? comica locutio. Horat. Quidni? concurritur horæ Momento. Donatus: Eſt, inquit, quidni, aut quid niſi, aut cur non: quia veteres ni pro ne ponebant, & ne pro non. *Puellas propinare.*] Senſus eſt: vt ego magis angar & crucier ob pellicatus ſuſpicionem, puellas exhibes conciliáſque Marti coniugi. Nihil autem grauius ferunt acerbiúſque fœminæ, quàm pelices. Iuuenal. Tunc ficta pellice plorat. Quod autem Mars amauerit præter Venerem alias quoque docent poetæ, & exempla teſtantur, quibus inuulgatum eſt inter cætera, Romulum Romæ conditorem ex Marte & Ilia eſſe progenitum. Idem Nerienem amaſſe fertur, eámque iuſtæ vxoris loco habuiſſe. quod & Plaut. indicat, ſic ſcribens in Truculento: Mars peregrè aduenienſ ſalutat Nerienem vxorem ſuam. & in annalibus Gellij Heroſilia ita precatur: Nerio Martis te obſecro, pacem dare vt liceat nuptiis propriis & proſperis, vti de tui coniugis conſilio contigit: de tui, inquit, coniugis conſilio, Martem ſcilicet ſignificans. *Pellicatus.*] vt concubinatus, vt ſcortatus, ſic & pellicatus dicitur, videlicet à pellicibus, quæ inuiſæ infeſtæque ſunt maritatis fœminis: vnde ex lege Numæ Pompilij pellex vetabatur templum Iunonis introire, quæ odio ſemper internecino pelices eſt inſequuta. Verba legis antiquiſſimæ ſunt hæc: Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinib. dimiſſis agnum fœminam cædito. Refert M. Tul. de Offic. 2. Alexandrum Pheræum ab vxore interfectum eſſe propter pellicatus ſuſpicionem. *Propinare.*] porrigere, & quaſi præguſtandas tradere. ſuper quo verbo apud Suetonium ſatis multa. *Faxo.*] faciam. *Stellionem cohibeam.*] Probroſo nomine & maledico filium ſtellionem appellat: eſt enim ſtellio beſtiola minor lacerta, ore

maculoſo:&,vt inquit Ouid. Variis ſtellatus corpora guttis: vnde à ſtellarum quaſi pictura & varietate ſtellio dictus eſt. Nullum animal ſtellione fraudulentius: inuidere homini tradunt. inde ſtellionum nomen aiunt in maledicum tranſlatum, ſtelliones tuniculam exuunt, & ſenium, more cæterorum ſerpentium, ſtatis temporibus. Has exuuias Theophraſtus, Plin. cæteri, autumant remedio eſſe morbo comitiali: ſed niſi confeſtim eripiantur, malignóne præſagio an naturali appetentia, illicò conuertuntur & deuorant. ideóque cùm exuitur membrana à ſtellione, obſeruatur cubile: vbi vêre incipiente fixilib. harundinibus textas opponunt caſas, quarum anguſtiis gaudet, eo faciliùs exuens circumdatum ſenectæ torporem: eóque derelicto, non poteſt remeare. Arbitrantur eruditi, ſtelliones vulgò nunc tarantulas vocitari, Græci ἀσκαλαβώτας vocant. Tradit idem Plin. volumine vndetrigeſimo, ſtellionem ſcorpio eſſe contrarium in tantùm, vt viſu quoque pauorem his afferat, & torporem frigidi ſudoris: Græci colotem vocant, & aſcalabotem, & galeotem. Ariſtophanes meminit aſcalabotæ in comœdia quæ inſcribitur Nephelæ: hic plenus eſt lentigine ſtridoris acerbi. Inde ſtellionatus crimen, cuius apud iuriſconſultos multa mentio eſt, nomen ſumpſiſſe creditur. Stellionatum autem obiici poſſe his qui dolo quid fecerint, ſciendum eſt: & vbicunque titulus criminis deficit, illic ſtellionatum obiicimus, vt inquit Vlpianus: maximè autem in his locum habet, ſi quis fortè alij rem obligatam diſſimulata obligatione per calliditatem alij diſtraxerit: item ſi quis merces ſuppoſuerit, vel corruperit, & ſi quis impoſturam fecerit, ſtellionatus reus erit: &, vt generaliter dixerim, deficiente titulo criminis hoc crimen locum habet. Pœna autem ſtellionatus nulla legitima eſt, cùm nec legitimum crimen ſit. Quod ait Vlpiãn. ſi quis impoſturam fecerit, ſcito (vt id quoque in tranſcurſu annotemus) impoſturam dici fraudem, fallaciam, deceptionem. Iulius Capitolinus in Galienis: Impoſturam fecit & paſſus eſt. Imponere eſt, decipere & fallere: quo verbo vtuntur Iuuenalis, Martialis, M. Tul. omnis denique ſchola eruditorum. Apud eccleſiaſticos quoque ſcriptum eſt, Cur nobis impoſuiſti? inde impoſtores pro fraudatores, circunſcriptoréſq;. & apud Statium, Mens cunctis impoſta manet: pro fraudulenta & fallax. Conſimilis ſignificatus verbum illud implanare Cypriano, quod ille propè peculiariter vſurpat pro decipere, ſeduceréque. ab eodem implanator dicitur, ſeductor & impoſtor. *Acidas nuptias.*] à ſapore aſpero & amaro facta tranſlatio. Saporum genera multa reperiuntur: dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus,

acer,

Digitized by Google

acer,acutus,acerbus,acidus,falſus. Credo acidum eſſe illum ſaporem,quem medici ponticum vocant, & ſtipticum. nam Galenus ponticum à ſtiptico vix ſeiungit. noſtri vim ſtipticam, aſtringentem & aſtrictoriam interpretantur. Obiter enarrandum,quid ſignificare voluerit Pli.ſcribens de alumine lib. naturalis hiſtoriæ 35.his verbis:Omnium generum vis in aſtringendo.vnde à Græcis,ait Plin.impoſitũ nomen alumini,à vi aſtringendi.quod autem ſit id nomen,ſupprimit. Scito à Græcis dici, & ita appellat Gal.in libro de ſimplici medicina, à vi ſcilicet & potentia ſtiptica ſiue aſtrictoria.apud eundẽ frequẽter vſurpatur ponticitas,& ſtipticitas vocabulis vſitatioribus quã doctioribus. *Sobrietate.*]Nihil eſt tam inimicum Veneri,quàm ſobrietas,frugalitáſque. Nam ſine Cerere & Baccho friget Venus. Quæ Voluptatis comites deſcribuntur à Silio, eædem Veneri aſcribi poſſunt. ſic enim inquit lib.15. Punicorum: Ebrietas tibi fida comes,tibi Luxus, & attis Circum te ſemper volitans Infamia pennis. Sobriolus, eleganti vocabulo dictus Cypriano, ſobrietatis cultor,& frugi. *Ruſticæ.*] Ruſticitas omnis,ſordes, ſqualor,illuuies,procul ſunt à Veneris contubernio. *Illa mihi adhibenda.*]tandem deliberat adhibere opitulatricem Sobrietatem, ad Cupidinem mulctandum: nec enim vlla res magis exarmat infringítque Cupidinem, quàm ſobrietas, quàm abſtinentia, quàm frugalitas. *Nugonem iſtum.*] contumelioſe dictum in Cupidinem, tanquam odioſum iam & moleſtum. Nam hæc ſignificat Iſtum. Sic Teren. Iſtum æmulum, quod poteris, ab ea pellito. Propertius: Iſte quod eſt, ego ſæpe fui. Virg. Aut quid petis iſtis. Hæc enim pronomina, vt docet Donatus, ſpernentis ſunt, odiúmque demonſtrantis. *Explicet.*] relaxet, reſoluátque,ita vt fiat fluxura ſagittarum. *Dearmet.*] exarmet,& vi noxia viduet. A Liuio dicitur dearmatus exercitus. *Arcum denodet.*]Nodatur arcus,quando intenditur:denodatur,quando telenteſcit. Significantiſſimis autem verbis ſingula cola & membra exequitur. *Tedam deflammet.*]facem reſtinguat, flammíſque deſpoliet.hæc enim particula De in hiſce omnib. verbis ſignificat priuationem. Interdum habet vim actiuam, & valde ſignificat: vt, Defeſſus ſum, pro valde feſſus: &, Deamo te Syre,pro valde amo. *Iniuriæ litatum.*]Sicut qui litat Diis, propitiat Deos,placat, & votum impetrat,ita ait Venus litatum iri iniuriæ ſuæ,hoc eſt ſatis fieri poſſe & placari: ſicomam deraſerit.Cupidini,& pennas detonderit, quibus ille ſuperbiens & faſtuoſus, cuncta conculcat.Sacrificare eſt omnium,litare eſt paucorum. Hinc ait leno Plautinus: Tum me Iupiter faciat vt ſem

per ſacrificem, nec vnquam litem. *Subinde.*] frequenter. *Aureo nitore.*] vinculo aureolo comam Cupidinis filij ſe ſæpe nodaſſe atque perſtrinxiſſe ſignificat. *Stomachata biles venerias.*] Indignabunda & bili percita, qua Venus ſtomachabunda turgere ſolet, & concitari. Græci melancholiam vocant, quam noſtri atram bilem, quæ hominem facit furentem & inſanum: adeò magnum ineſt bilis vitus, cùm ſe fundit in animum. De varietate effectúque multiplici atræ bilis, luculentum problema eſt apud Ariſtotelem.

Tumido.] Indignationem iracundiámque præ ſe ferente. Ira enim, vt inquit Seneca, ſe profert, & in faciem exit. Dixit quoque Plautus feſtiuiter, nec minùs elegantèr, in fermento eſſe fœminam, intelligi volens iraſcentem: vt enim fermento turget panis, ſic ex bili & ira turgent præcordia, & vultus in ruborem tumorémque efferueſcit, fit fœda viſu facies, deprauantium ſe atque intumeſcentium, hæc enim irarum ſigna indiciáque ſunt: auctores Seneca, Gellius, Plutarchus, cæteri. *Venuſtatem coerceret.*] Ira formam deformat,

*Sed eam protinus Ceres & Iuno comitantur, viſáque vultu tumido, *quæſiere, cur truci ſupercilio tantam venuſtatem micantium oculorum coërceret? At illa: Opportunè, inquit, ardenti prorſus iſto *modo pectori, violentiam ſcilicet *perpetratur.e venitis. Sed totis ora veſtris viribus Pſychen illam fugitiuã, volaticam, mihi requirite. Nec enim vos vtique domus meæ famoſa fabulas & non dicendi filij mei factum latuerint. Tunc illæ ignaræ quæ geſta ſunt, palpare Veneris iram ſæuientem ſic adorte: Quid tale, domina, deliquit tuus filius, vt animo pernicaci voluptates illius impunes: &, quam ille diligit, tu quoque perdere geſtias? Quod autem, oramus, iſti crimen, ſi puellæ lepidæ libenter arriſit? An ignoras, eum maſculum & iuuenem eſſe? vel certè iam quot ſit annorum oblita es? An quòd ætatem portat bellulè, puer tibi ſemper videtur? Mater autem tu, & præterea cordata mulier, filij tui luſus ſemper explorabis curioſè, & in eo luxuriem culpabis, & amores reuinces, & tuas artes tuáſque delicias in formoſo filio reprehendes?*

*hendes? Quis autem Deûm, quis hominum patietur, paſsim cupidines populis diſſeminantem, cùm tuæ domus amores *amore coërceas, & vitiorum muliebrium publicam præcludas officinam? Sic illæ metu ſagittarum, patrocinio gratioſo Cupidini, quãuis abſenti, blãdiebantur. Sed Venus indignata ridiculè tractari ſuas iniurias, præuerſis illis, altè rurſus concito gradu, pelago viam capeſsit.*

venuſtatem deuenuſtat, flagrant oculi, os turbidum fit, labra quatiuntur, dentes arietantur, capilli ſubriguntur, manus comploduntur: neſcias, vtrùm magis deteſtabile ſit, an deforme, vitium iracundiæ. *Violentiam.*] Tanquam non ſponte, ſed vi compulſa Venus, ardorem ab imis præcordiis æſtuantem ſedatura ſit. Ideò autem ardenti pectore dixit, quia (vt philoſophi tradunt) ira mouetur ex pectore efferueſcente circa cor ſanguine. Cauſa autem cur potiſſimùm aſſignetur iræ locus, non alia eſt, quàm quòd in toto corpore calidiſſimum eſt pectus. *Volaticam.*] in fuga pernicem, & quaſi volatu aufugientem. Seneca: Meminiſti dixiſſe me volaticum eſſe ac leuem, & te non pedem eius tenere, ſed pennam. M. Tul. in epiſtolis ad Atticum: O Academiam volaticam, & ſui ſimilem, modò huc, modò illuc. *Fugitiuam.*] Alludit ad fugitiuum ſeruum, quem inquirere volentibus Senatuſconſultum & lex Fannia proſpexit: multa etiam in magiſtratus ſtatuta, ſi inquirentes non adiuuent: ſed & in eum, qui queri apud ſe prohibuit, eadem pœna ſtatuta eſt etiam generali epiſtola diuorum Marci & Commodi, quæ declarat & præſides & magiſtratus adiuuare debere in inquirendis fugitiuis. Scitè igitur & ſignificanter dixit, Fugitiuam mihi requirite. *Famoſa fabula.*] infamis rumor, & fabula infamiæ plena de Cupidine. *Ignaræ.*] Meliùs legas gnaræ, tanquam callentes, ſcientéſque quicquid contigiſſet. Deorum enim eſt, cuncta nouiſſe: vnde & dæmones à ſcientia nuncupati ſunt, qua prædita eſt eorum natura. Non facit ad ſtomachum Fulgentij interpretatio, ſcribentis Dæmonas dici ex eo, quòd populos ſubdere cupiebant: δῆμος enim Græcè populus dicitur. argutiola hæc vanior quàm vetior creditur. *Palpare iram.*] mitigare, mulcere. Palpare propriè eſt manu mulcere, ex hoc interdum accipitur pro adulari. Horatius: Cui malè ſi palpere, recalcitrat vndique tutus. apud Plautum, palpo percutit: pro adulatione & blandimentis. Palpatur dixerunt veteres, pro palpat. Lucilius: Hic vbi

me videt,ſubblanditur,palpatur,caput ſcabit. *Domina.*}Nomine venerationis Venerem dominam appellant, vt pote Deam potentiſſimam:cuius dominatu cuncta ſuperantur.vel ironicôs dictum accipe ab his Deabus,quę infenſæ infeſtæque Veneri fuiſſe traduntur: altera ob mariti concubinas, altera ob Proſerpinæ raptum,cuius conciliatrix & architecta fuit Venus. *Peruicaci.*}peruicaciam à pertinacia hoc diſtare grammatici exiſtimauerunt, vt peruicacia interdum ſit bonarum rerum perſeuerantia, pertinacia ſemper malarum. Huic diſtinctioni ſubſcribit illud Accij ex Myrmidonibus:Peruicacem dicis me eſſe,facilè patior: pertinacem,nihil moror:hæc fortes ſequitur,illam indocti poſſident.Verùm hæ grammaticorum obſeruationes interdum prærancidæ ſunt,nec ad æquilibrium perpenſæ.Econtrario enim & pertinacem in malo apud ſcriptores idoneos identidem licet reperire.Superſedeo exemplis,quæ infinita ſunt, & à nobis aliubi recitata.*Quot annorum.*}Tanquam ex ephebis iam exceſſerit, ſítque meritò eximendus ex materna tutela, ac iam poſſit impuniùs laſciuire:vſurpans illud Plautinum, Ætas mea iam exceſſit ex magiſtratu tuo.*Bellulè.*}ſcitè ac decenter.dicitur autem Cupido ætatem bellè portare,quia ſi formam eius ſpectes, puer ſemper eſſe videbitur:eſt enim inueſtis, & puerili ætate ſpectabilis. *Cordata mulier.*}prudens,circumſpecta,ſagax. In corde enim(vt inquit Plin.habitat mens:& ſecundum Ariſtotelem, cor fons eſt venarum,arteriarum & ſenſuum. Auicenna, Galenus,cor fontẽ vitæ, & radicem, nec non principium virtutis vitalis eſſe autumant:& quibuſdam cor(auctore M.Tullio)animus videtur.Vnde meritò cordati dicti prudentes, ſicut econtrà vecordes & excordes pro veſanis:ex quo Naſica ille prudens corculum appellatus,vt eſt ab Ennio dictum:Egregiè cordatus homo catus Helius Sextus. Super qua re annotamenta fecimus in 1.commentario Tuſculanarum. Plinius refert,Catos Corculos apud Romanos cognominatos eſſe,qui ſapientia præcellebãt.in vulpe,quod cœli ſidus eſt,habentes horoſcopum,erunt cordatiſſimi. *Semper explorabis.*}Caſtigatur Venus,tanquam non deceat matrem obſeruare nimis curiosè voluptatem & luſus filij, cùm parentes plerunq; debeant conniuere in negotiis filiorum:alioqui retorquebitur in illo illudComicum:Quàm iniqui ſunt parentes in filios iudices,qui æquum eſſe cenſent, nos iam à pueris illicò naſci ſenes,neque illarum affines rerum quas fert adoleſcentia. Detur (vt inquit veriſſimè elegantiſſiméque M.Tul.) aliquid ætati: ſit adoleſcentia liberior:non omnia voluptatibus denegentur: vincat aliquando cupiditas volupáſque rationem. *Reuinces.* } redargues,

dargues,refutabis: tanquam amori amores ſint conuenientiſſimi.A.Gellius:In culpa & maleficio reuicti ſunt.T*uas artes reprehendes.*}Abſurdum videtur eſſe, quòd parens reprendat in filio eas artes atque delicias,quarum ipſa magiſtra eſt,& quas profitetur. Ridiculum enim foret,ſi luſcus luſcum,claudus claudum conuicio inſectaretur, quòd in illum ſubitò retorqueri poſſet: Si Clodius accuſet mœchos,Catilina Cethegum. Illud quoque ſæpé fit,vt quæ ipſi fecimus,in aliis reprendamus: ſicut in ſcholis,luxuriantem patrem luxurioſus ipſe iuuenis accuſat. quod quàm decenter fieri poſſit,equidem (vt Quintil. verbis vtar)non inuenio. *Cupidines.*} De populo Cupidinum numeroſo antè dictum eſt.*Publicam officinã.*} Domicilium Veneris & Cupidinis officina eſt vitiorum,maximè muliebrium. Tolle ex rebus humanis Venerios amores, ex magna parte mulieres fient impeccabiles. *Metu ſagittarum.*] timentes ne ſagittis Cupidineis deurerentur; inflammarentúrque. *Peruerſis illis.*} Iunone & Cerere iam conuerſis in aliud iter,atque abeuntibus, Vel expone Peruerſis,poſthabitis,& quaſi relictis deabus,Venus ad vndas,vnde orta eſt,flexit iter,mariáque ſulcauit.

ARGVMENTVM LIBRI SEXTI.

Poſt anxiam diſquiſitionem,poſt Cereris ſuaſionem,poſt Iunonis refragationem,Pſyche vltronea Veneri ſeſe offert. Veneris aſcenſus in cœlum & numinum imploratio deſcribitur,eiúſque in Pſychen iuſſa imperioſiſſima memorantur: vt ſcilicet acervum omniſariæ frugis granis ſeiugatis diſponeret, vt floccum velleris pretioſi quæſitum afferret, vt liquorem Stygium vrnula deferret,vt Proſerpinæ pyxidem formoſitate repletam referret:quibus omnibus diuino adminiculo confectis,nubit Pſyche in concilio Deorum Cupidini ſuo,celebrantúrque in cœlo nuptiæ,ex quo matrimonio naſcitur Voluptas.

Et iratum.]Cupida erat Pſyche mitigare Cupidinem, quamuis iratum,& ex iuſta cauſa ſuccenſentem:quẽ ſi lenire non quiret blandimentis vxoriis, ſeruili prece & obſequio famulari propitiare decreuerat. *Defeſſũ.*exhauſtũ,debi

INtereà Pſyche variis iactabatur diſcurſibus, dies noctéſque mariti veſtigationib. inquieta, animo tanto cupidior,&,iratum licèt,ſi

Digitized by Google

non vxoris blanditijs lenire, certè ſeruilibus precibus propitiare. Et proſpecto templo quodam in ardui montis vertice: Vnde autem, inquit, ſcio, an iſtic meus degat dominus? Et illicò dirigit citatum gradum, quem defectum prorſus aßiduis laboribus ſpes incitabat, & votum. Iámque onauiter emenſis celſioribus iugis, puluinaribus ſeſe proximã intulit. Videt ſpicas frumentarias in acerno, & alias flexibiles in corona, & ſpicas ordei videt. erant & falces, & operæ meſſoriæ modus omnis: ſed cuncta paßim iacentia, & incuria confuſa, & (vt ſolet) æſtu laborantium manibus proiecta. * *Hinc ſingula Pſyche curioſè diuidit, & diſcretim remota ritè componit. rata ſcilicet, mullius Dei fana, & ceremonias negligere ſe debere, ſed omnium benenolã miſericordiã corrogare.*

litatúmque. Lipothymia dicitur Græco vocabulo defectus animi, cuius frequenter meminit inter cæteros Galenus. *Grauiter.*] Lego, *gnauiter*, hoc eſt ſtrenuè, impigrè, perniciter. *Puluinaribus.*] Puluinaria in templis lectuli ſignificantur, ſimulachris Deorum dicati, qui ſterni in templis conſueuerũt: abuſiuè pro templis ponuntur, de quibus affatim in cõmentatiis Tranquilli. *Videt ſpicas.*] Signa ſunt, ex quibus colligit id templum Cereri dedicatum eſſe. Spica, vt inquit M. Varro, à ſpe videtur nominata: eam enim ruſtici, quòd ſperant fore, ſerunt. ſpica mutica dicitur, quæ non habet ariſtam. Dicitur autem & hic ſpicus, & hoc ſpicum. Cic. in Arato: Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. Namque in cœlo ſpica eſt, oriens in virginis parte decima. Quicunque in ortu ſpicæ natus fuerit, auctore Materno, erit ruralibus officiis ſemper applicatus, & multas fruges horreis condet. A ſpica, ſpicilegium dictũ, ad quod facta meſſe accedũt ruſtici, legentes ſcilicet ſpicarũ reliquias, quas meſſores præterierunt. Hinc illud apud Varronẽ prouerbiale: Nemo reprehenſus, qui ex ſegete ad ſpicilegium reliquit ſtipulam. Quod in meſſe frumentaria eſt ſpicilegium, hoc in vindemia eſt racematio: quando ſcilicet à vindemiatoribus racemi rari interualla-tímq; prætereuntur. Hinc illud Tertulliani ex Apologetico: Poſt vindemiã parricidarũ racematio ſuperſtes. *Flexibiles in corona.*] ſpiceas coronas Cereri Deæ dicari ſolitas, teſtis eſt Tibul. cùm ait: Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona Spicea, quæ templi pendeat

pendeat ante fores. Fuit Romæ collegium fratrum Arualium, quod Romulus in primis instituit numero duodecim, cuius sacerdotij insigne est spicea corona: auctores Plin. & Gel. Cererem spiciferam Deam appellant poetæ. *Falces.*]In rustico instrumẽto,multa falciũ genera sunt: nã sunt falces putatoriæ,quibus in arbore vtimur,& vite:itẽ messorię, item fœnariæ,stramentariæ,syluaticæ,arborariæ, de quibus apud Columellam, Catonem, Palladium, cæteros crebra mentio. M. Varro falces adoreas,appellat à farre secando,quod ador veteres dixerunt.Lumariæ verò falces,quod obscurius est, & ignotius, sunt quibus secant lumecta: sic enim spinas in agris serpentes agricolæ vocant.Sirpiculæ falces,à sirpando,id est ab alligando vocatæ sunt. sirpare enim ligare est:vnde sirpea dicta pro vehiculo, quod virgis sirpatur,id est colligando implicatur: in qua stercus aliúdve quid vehitur. *Operæ.*] Operarum appellatione ipsi quandoque operarij significantur.De operis Clodianis,de operis campestribus,in lib. Annotationum, & in Tranquilli commentariis satis multa: Columella percenset in secundo, quot operæ exigantur in rusticatione:à quo occatoria,sarritoria,messoria seorsum describuntur. Sesquiopera Columellæ est opera vna & dimidiata. Sarritoriam operam intelligimus eam, qua sarritores agrum sarriunt,hoc est fodiunt:sarrire enim, aperire est. Occatoria verò, ab occando dicta.occare est,glebas comminuere,& quasi occidere: vnde occatio dicta: auctor M. Varro. Alij occationem quasi occęcationẽ interpretantur. quod sentire videtur M. Tul. sic scribens in Catone:Quæ cùm gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit,primùm id occatum cohibet: ex quo occatio,quæ hoc efficit, nominata est. A Sereno quoque dictum est:Occatio occæcatio est namque semina quasi occæcari videntur, cùm in occato mollitóque gremio terræ reconduntur. *Incuria.*]per incuriam, hoc est, negligentiam. septimus est casus. *Diſ retim.*} separatim, seiunctim, diuisim. aduerbium est, à discernendo dictum. Ab eodem verbo discerniculum deriuatur, quod significat acum, qua capillus mulierum ante frontem discernitur,diuiditúrque. Discerniculum A.Gellio est pro differentia atque discrimen. sic enim scribit libro 16. Tamen comperi duas species hellebori esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri. *Omnium misericordiam.*] Ex hoc admonemur, in cultu religionis nec minutos quidem Deos esse negligendos, sed & medioximos & patellarios esse propitiandos: contra Plauti sententiam, scribentis in Casina: Cùm sit tibi propitius Iupiter,tu istos minutos Deos floccifeceris?

Hic eam ſolicitè ſedulóque curantẽ, Ceres alma deprehendit: & longum exclamat protinus: * *Ain Pſyche miſeranda, totum per orbem Venus, anxia diſquiſitione, tuum veſtigium furens animi requirit: téque ad extremum ſupplicium expetit, & totis numinis ſui viribus vltionem flagitat. Tu verò rerum mearum tutelam nunc geris, & aliud quicquam cogitas, niſi de tua ſalute? Tunc Pſyche pedes eius aduoluta, & vberi fletu rigans Deæ veſtigia, humúmque verrens crinibus ſuis, multiugis precibus editis veniam poſtulabat:* * *Rogote, frugiferam tuam dextram iſtam deprecor, per lætificas meßium cerimonias, per tacita ſacra ciſtarum, & per famulorum tuorum draconum pinnata curricula, & glebæ Siculæ ſulcamina, & currum rapacem, & terram tenacem, & illuminarum Proſerpinæ nuptiarum demeacula, & luminoſarum filiæ inuentionum remeacula, & cætera quæ ſilentio tegit Eleuſis Atticæ ſacrarium, miſerandæ Pſyches animæ, ſuppliciſ tuæ, ſubſiſte. interiſtam ſpicarum cõgeriem, pátere vel pauculos dies delitéſcam; quoad Deæ tantæ ſæuiens ira ſpatio temporis mitigetur, vel certè meæ vires diutino labore feſſæ, quietis interuallo leniantur.*

Ceres alma.] Ex Virgilio ſumptũ epitheton, quod Cereri maximè conuenit, cuius frugibus homines potiſſimum aluntur. Almum diem pro tranquillum debemus accipere, vt inquit Donatus apud poëtam ſcribentem: Prætereà ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit. *Longum.*] è longinquo, vel longa vociferatione aduerbium eſt. *Ain.*] elegantius eſt, Ah, tanquam dolenter hoc pronunciet Ceres. *Diſquiſitione.*] inquiſitione, inueſtigatiónéque ſollicita, & per diuerſas orbis partes facta. Diſquirere enim inquirere eſt per diſiuncta & diſſidentia loca. Apud Liuium, Tranquillum, cæteros, fit mentio diſquiſitionis. *Furens animi.*] animo furenti concita, ac concitata: archaiſmos eſt. *Tutelam geris.*] Quia Pſyche id temporis occupata erat in rebus Cerealibus cõponendis, curandiſque: cùm ſolicita eſſe deberet de ſua ipſius ſalute,

lute, qua miſeris mortalibus nihil eſt charius. *Vberi fletu.*]larga vbertate lachrymarum. *Verrens crinibus.*} Liuius. Matronæ circa Deûm delubra diſcurrunt, crinibus ſparſis aras verrentes, nixæ genibus, ſupinas manus ad cœlum ac Deos tendentes. Verrere enim eſt trahere, & mundare. inde villa à Catone verſa dicitur, pro munda, purgatáque. Veteres, auctore Auguſtino Deam colebant nomine Deuerram, ab officio ſcoparum nuncupatam, quibus pauimenta verruntur: quæ Dea mulieri fœtæ adhibebatur. *Multiiugis precibus.*} plurimis precationibus. Dictio eſt compoſita, vt multiformia, multicoloria: prout oſtendit Gellius. Frequens locutio eſt apud eruditos. *Rege*} Lege, *Per ego.* Precatur enim Pſyche Cererem Deam, per frugiferam dextram, & cætera omnia ad numen Cereris pertinentia. *Per tacita ſecreta ciſtarum.*] Apud priſcos ſecluſa ſacra dicebantur, quæ Græci myſteria appellant, ab eo quòd ſeparata, ſepoſitáque, ac ſeorſum clauſa à nobis propter ſanctitatem aliquam eſſe debebant. Hinc Plinius ſacra quędam appellat opertanea, quòd ſcilicet in operto occulta ſint, ne oculis prophanorum obuia polluantur: Ad opertanea, inquit, ſacra nigræ gallinæ puræ non videntur. M. Varro & Auguſtinus auctores ſunt, Græcos teletas ac myſteria taciturnitate parietibúſque clauſiſſe. De teletis ſuo loco mox plura. Symbola in ſacris ethnicorum non parùm multa percenſet Euſebius in libris de Præparatione euangelica, quibus arcana myſteria continentur. In primis verò ſacra Cereris ciſtis condita celatim deportabantur à ſacerdotibus: quæ ob id canephoroi, quaſi dicas caſtiferæ, ſiue ciſtellatrices nominabantur. Græcis enim dicuntur cana, quæ nos caniſtra, & per diminutionem caniſtella: de hiſce canephoris, quæ in ciſta baiulabant ſecreta ſacrorum, annotamenta à nobis facta ſunt in lib. Annotationum. Ciſta hæc aliubi ab Apuleio dicta ſecretorum capax. De his ſacrificalib. ciſtis Catullus: Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis, Orgia quæ fruſtra cupiunt audire prophani. Tibullus: Et leuis occultis conſcia ciſta ſacris. *Draconum pinnata curricula.*] Mythici fabulantur, Cererem curru vehi ſolitam, tracto à pinnatis volaticíſque draconibus: quem mox Triptolemo dedit, iubens ſemina diſpergere. De his draconibus Claudianus: Et iuga cærulei ſubeant Actæa dracones. M. Varro & Auguſtinus tradunt, multa in Generalibus myſteriis tradi, quæ ad fruges maximè pertineant. Proſerpinam raptam interpretantur fœcunditatem, quæ cùm defuiſſet quodam tempore, exortam eſſe opinionem, quòd filiam Cereris, id eſt ipſam fœcunditatem, quæ à proſerpendo Proſerpina dicta eſt, Orcus abſtulerat,

& apud inferos detinuerat. Ceres à gerendis frugibus, auctore Varrone, dicta est, tanquam Geres. Fulgentius Cererem ex eo dictam suspicatur, quod Græcè χάρα gaudium dicitur: & ideò illam frumenti Deam haberi, quòd vbi plenitudo fructuum sit, gaudia semper superabundent necesse est. Proserpinam verò quasi segetem, id est terram radicibus proserpentem, quæ & Hecate dicitur. ἑκατὸν enim Græcè centum sunt, & ideò hoc illi nomen imponunt, quia centuplicatum Ceres proferat frumentum. Græcè Ceres δημήτηρ nuncupatur, ab ipsa alimentorum largitione: vt interpretatur Plato in Cratylo, quasi δίδουσα μήτηρ, id est exhibens mater. M. Tul. secundo de Natura Deorum volumine, refert, quòd à Græcis Demeter prima litera immutata sit nominata, quasi gemeter, hoc est terra mater: sicut à nostris Ceres, quasi geres, à gerendis frugibus. *Sulcamina.*] Ceres, auctore Plinio, frumenta inuenit, & (vt inquit Ouid.) Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris. Constat antiquissimis Græcorum Latinorúmque literis atque monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri ac Proserpinæ consecratam: arbitrantúrque Siculi natas esse has in his locis Deas, & fruges in ea terra primùm repertas. *Curtum rapacem.*] Proserpinam, quam eandem Liberam vocant, raptam tradunt ex Ennensium nemore: qui locus, quòd in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominatur. Ibi enim spelunca est quædam, conuersa ad Aquilonem infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repentè cum curru extitisse, abreptámque ab eo loco virginem secum asportasse, & subitò non longè à Syracusis penetrasse sub terras: meritò itaque cursus Orci siue Plutonis rapax dicitur, à rapina scilicet Proserpinæ. Physiologi Proserpinam esse interpretantur virtutem seminum, quam sol hyeme fouet quem Plutonem vocant; ideóque raptam ab eo Proserpinam autumat, quam Ceres sub terra latentem quæritet: cuius rei commeminit Eusebius in Præparatione euangelica. *Tenacem.*] Ex tempore & negocio tenacem terram appellat, à quo videlicet retenta sit Proserpina. Ouid. Viam tellus in Tartara fecit, Et pronos currus medio cratere recipit. *Illuminarum.*] tenebricosarum. Eleganter enim illuminas appellat Proserpinæ nuptias, quasi sine lumine, obscuras: quæ apud Manes in locis caligantibus, vbi omnia nigrantia conspiciuntur, celebratæ sunt. *Demeacula.*} descensiones, ad laca scilicet subterranea. Demeare enim est deorsum penetrare, descenderéque: vnde demeacula dicta. *Remeacula.*} Tangit fabulam, quæ tradit Cererem remeasse post longam filiæ disquisitionem ad superos, hac conditione, vt Proserpina esset superis inferísque communis:

munis: videlicet cum matre sex menses, totidem cum marito Plutone apud Manes. Ouidius: Nunc Dea regnorum numen commune Deorum, Cum matre est totidem cum coniuge menses. Vt à demeando demeacula, sic à remeando remeacula decenter nuncupantur, pro reditu & reuersione ad superos. *Luminosarum inuentionum.*] Ceres cùm inuestigare & inquirere vellet raptam Proserpinam, dicitur inflammasse tedas ex his ignibus qui Æthnæ vertice erumpunt, quas sibi cùm ipsa præferret, orbem omnium peragrasse terrarum. Canit Claudianus Cererem inflammasse geminas cupressos, hisque duab. facib. filiam quæsiuisse. Ouid. pineas faces fuisse tradit. Igitur ob lumen & flammas facularum inuentiones luminosas appellat. Mythologi tradunt, Cererem cum lampadibus raptam Proserpinam quærere dictam, illa videlicet ratione, quòd hoc tempore cum lampadibus, id est cum solis feruore, seges ad metendum cum gaudio requiratur: vnde & lampadum dies Cereri est dedicatus. *Eleusis.*] Ciuitas est Attica mysteriis Cereris inclyta. Augustinus in 7. in Cereris sacris prædicantur illa Eleusina, quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt. Frumenti satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est. auctor Trogus: in cuius muneris honorem noctes initiorum sacratæ sunt. Paræmia Græcorum est ἀγέλαστος πέτρα, id est, mœstus lapis: dicitúrque de rebus tristitiam concinnantibus. Est enim petra hæc in Attica iuxta Eleusin, vbi Ceres sedit mœsta & tristis ex raptu filiæ, quam per orbem terrarum accensis facibus dies noctésque queribunda vestigauerat. Inde inditum petræ nomen, vt ἀγέλαστος vocaretur. Græci enim ἀγέλαστον mœstum appellant. Addamus & illud tanquam auctarium: quemadmodùm Triptolemus, cui Ceres currum draconibus vinctum & fruges propagandas dederat, post vrbem terrarum frugibus satum constituit oppidum, & ex patris sui nomine appellauit Eleusinum, vbi Cereri sacra primus instituit, quæ Thesmophora Græco vocabulo nuncupantur, quasi dicas Cerealia, cùm & ipsa Ceres dicta sit Thesmophora, id est, legifera, à legibus quas dedit mortalibus. In Thesmophoriis, quorum non infrequens mentio apud eruditos, matronæ castitatem custodientes cubitus sibi sternebant foliis viticis, quem alij agnon à castitate nuncupant. Præterea cùm Ceres in Eleusine eximiè coleretur, inde sacra eius Eleusinia vocantur, & ipsa Eleusia Virgilio dicta. *Silentio tegit.*] Inter cætera mysteriorum Cereris arcana erat papauer, quod fertilitatis symbolum est. Ideò autem silentio tegi dixit, quia (vt tradit Tertullianus) mysteriis omnibus silentij fides adhibetur. *Subsiste.*] succurre,

opitulare. Alibi in hunc ſenſum: Tu meis, inquit, iam nunc extremis ærumnis ſubſiſte. *Spicarum.* } Ceres feracis & planæ terræ virtutem deſignat: ideóque eius imago ſpicis decoratur, ipſáque ſpicifera Dea cognominatur. In cœlo eſt ſpica, quo ſidere nati erunt dulciarij. *Deę tantæ.*] ſcilicet Veneris. *Spatio temporis.*] Seneca: Maximum, inquit, remedium iræ dilatio, vt primus eius feruor relangueſcat. Ariſtot. in Ethicis iras improbat, quæ diu cohibitæ continentur: eas probat, quæ effunduntur, & mox repentè deſiſtunt. Ira brevis eſt furor, qui ſpatio deferueſcit, & mora lenitur.

Opitulari.] opem ferre, & auxiliari. Veteres opitulo dicebant, idem quod opitulor. Liuius in tragœdia quæ inſcribitur Equus Troianus: Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor, porrige, opitula. Iupiter cognomento Opitulus colebatur, ex eo dictus, quòd opem indigentibus ferret, auctor Auguſtinus in ſeptimo. Grammatici annotant Opim nomen nymphæ ſignificari: opem auxilium dici, opes diuinas & potentiam: Ops verò Dea eſt, à qua dies feſtus dictus Opalia, quæ Romæ celebrantur die tertio poſt Saturnalia.

Suſcipit Ceres: Tuis quidem lacrymoſis precibus & commoueor, & opitulari cupio: ſed cognatæ meæ, cum quæ etiam antiquũ fœdus amicitiæ colo, bonæ præterea à fœminæ malam gratiã ſubire nequeo. Decede itaque iſtis ædibus protinus: &, quòd à me retenta cuſtoditáque non fueris, optimi conſule. Contra ſpem ſuã repulſa Pſyche, & afflicta duplici mœſticia, iter retrorſum porrigens, inter ſubſitæ conuallis ſublucidum lucũ proſpicit fanum ſolerti fabrica ſtructũ: nec vllam vel dubiam ſpei melioris viã volens omittere, ſed adire cuiuſcunque Dei veniam, ſacratis foribus proximat. Videt dona ſpecioſa, & lacinias auro literatas, ramis arborum poſtibúſque ſuffixas: quæ cum gratia facti, nomen Deæ cui fuerant dicata teſtabantur. Tunc genu nixa, & manibus aram tepentem amplexa, deterſis antè lacrymis, ſic adprecatur.*

Cognatæ meæ.] Venerem ſignificat, quæ cognatione Cereri iuncta eſt, vtpotè filia Iouis, quem fratrem Cereris fuiſſe tradunt, & ita Ce-

ita Ceres amita est Veneris. Refert Diodorus in 6. Bibliothecæ, ex Saturno & Rhea progenitos esse Iouem, Neptunum ac Plutonem, Cererem & Iunonem. Ceres, tanquam geres, à gerendis frugibus nominata est: quæ à Græcis Demeter, quasi gemeter, id est terra mater nuncupatur. Hinc apud Galenum lib. secundo de Alimentis, Demetria semina poni pro Cerealia, obseruaui, & frumentaria. Quod quemadmodum intelligunt Medici nostri, non discutio. Eandem Thesmophoram dicunt, quasi legiferam: prima enim leges mortalibus dedisse fertur. Vnde & Thesmophoria festa Cereris appellantur, vt diximus. *Fœdus amicitiæ.* } Potest hoc referri ad morem Cereris, quando scilicet amauit Iasiona, siue Iasium, de quo Ouid. Queritur canescere mitem Iasiona Ceres. & aliubi: Viderat Iasium Cretea diua sub Ida, Vidit, & vt teneræ flammas rapuere medullæ. Præterea ex Ioue genuit Proserpinam: vt meritò dicat Ceres, sibi cum Venere antiquum esse fœdus amicitiæ. *Optimi consule.* } accipe iudicáque in bonam partem: prouerbialis locutio. Quintilianus in primo. Fit enim consul à consulendo, vel à iudicando: nam & hoc consulere veteres vocauerunt. Vnde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas: id est, bonum iudices. In carmine obscœno: Consule poma boni. apud Columellam, Vt boni consulat. *Duplici mœstitia.*] Et ob Cupidinis desiderium, & ob Cereris repulsam. *Subsitæ.*] subiacentis. *Sublucidum.*] parùm lucentem: nam & lucus à contrario dictus, quia vmbra opacus parùm luceat, quod & Quintilianus memorat. Sublustris nox dicitur Horatio, & sublustris vmbra Virgilio, quæ habent aliquid luminis. Sic & A. Gellius sublustria verba decenter dixit, non ex toto luminosa, sed aliquid luminis habentia, & aliquantisper splendicantia. sublucare verbum vetus, quod significat ramos arborum supputare, & veluti subtus lucem mittere: collucare autem, succisis arboribus locum luce implere. Hoc intellectu accipiendum est illud Catonianum: Lucum collucare Romano more sic oportet. Plinio interlucatio est idē ferè quod sublucatio, quasi per interualla succisio ramorum, qui in densitate sunt superuacui. & in 17. Interlucatio, inquit, arboribus prodest. Apud eundem legitur, interlocata densitate ramorum. Corrige, interlucata: hoc est, supputata, succisáque. *Fanum.* } templum. *Solerti fabrica structum.*] Diximus antè, quemadmodùm probatio ædificij consideratur ex subtilitate officinationis, ex dispositione architecti, & ex domini magnificentia. *Veniam.*] pacem, beneuolentiam, propitiationem. Verbū propriè pontificale

eſt.vnde apud Virgilium: Tu modò poſce Deos veniam. Dicta autem venia,ad eliciendam miſericordiam:meretur enim beneuolentiam numinum, qui licèt innocens ſit, veniam tanquam peccauerit,petit.*Proximat.*]propinquat. *Lacinias.*]veſtes,vel potiùs veſtium partes literis aureis intextas. Refert Plinius, Zeuxim pictorem nomen ſuum ſolitum oſtentare, intextum aureis literis in palliorum teſſeris. *Quæ cum gratia facti.*]ſenſus eſt, Literæ ex auro intextæ laciniis teſtabantur ſpolia illa votiua eſſe.& ex voto Iunoni Deæ conſecrata,ob impetratum beneficium.Sic enim hodiéque fieri ſolet,vt homines voti compotes, in tabella, vel alia re votiua,declarent cauſam dedicationis, & gratiam facti teſtentur. *Poſtibus ſuffixas*] Alludit ad ritum priſcorum, qui in foribus affigere ſolebant hoſtium ſpolia : quæ nec emptori refigere liceret, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant.Hinc Tibullus: Et domus hoſtiles præferat exuuias.Silius in primo Punicorum refert, pro cutiæ Romanæ foribus & limine pependiſſe currus, clypeos, arma denique, ſpolia hoſtilia omne genus.*Genu nixa.*]ingeniculata. *Tepentem.*] adhuc ſacrificio calentem. *Manibus amplexa.*} Expreſſit ritum ſacrificantium.Is enim qui Deos precabatur,etiam aram manibus appre debat:inde M.Varro & Macrobius tradunt, aras primùm anſas dictas,quòd eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri : commutatione dein literatum aras dici cœptas. Quod nobiliſſimus poëta ſcienter expreſſit illo verſu, Talibus orantem dictis aráſque tenentẽ:necnon & alio:Talibus orabat dictis,aráſq; tenebat.

Germana & coniuga.} Deprecatio eſt Pſyches ad Iunonem,quæ ſoror & coniunx magni Iouis eſſe perhibetur. Cauſam Phyſici referunt, qui Iouem æthere m, id eſt ignem intelligi volunt, Iunonem verò aerem. & quoniam tenuitate hæc elementa paria ſunt, dixerunt eſſe germana. & quia

*Magni Iouis germana & coniuga, ſiue tu Sami, quæ querulo partu vagitúque & alimonia tua gloriatur, tenes vetuſta delubra:ſiue celſæ Carthaginis, *quam te virginem,vectura leonis,cœlo commeantem percolit, beatas ſedes frequentas: ſiue prope ripas Inachi,qui te iam nuptam Tonantis & reginam Deorum memorat,inclytis Argiuorum præſides mœnibus,quam cunctus oriens Zygiam veneratur; & omnis occidens Lucinam appellat: ſis meis extremis caſibus Iuno ſoſpita, méque in tantis*

*exan-

**exanclatis laboribus defessam, imminentis periculi metu libera. quòd sciam, soles prægnantibus periclitantibus vltrò subuenire.*

Iuno, hoc est aër subiectus est igni, id est Ioui, iure coniugata marita li vinculo prodiderunt. Super qua re Augustinus in quarto de Ciuitate Dei scribit hæc: Cur Ioui etiam Iuno vxor adiungitur, quæ dicatur soror & coniunx? quia Iouem, inquiunt, in cœlo accipimus, in aëre Iunonem. & hæc duo elementa cõiuncta sunt: alterum superius, alterum inferius. M. Varro Iunonem Iouis coniugem ideò dici autumat, quòd Iupiter cœlum sit, Iuno verò terra, quæ eadem & Tellus. Vnde à Virgilio scienter dictum est ex hac Varroniana sententia: Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther Coniugis in gremium latè descendit, id est, in gremium telluris, aut terræ: id quod & Augustinus quoque interpretatur. Aër, vt Stoici disputant, interiectus inter cœlum & mare, Iunonis nomine consecratur: quæ est soror & coniunx Iouis, quòd & similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Iunonem à iuuando nominatam credo, inquit M. Tullius, quam Græci appellant Ἥραν. vnde Heretum oppidum in Latio, quasi Iunonium: quod in honorem Heræ, id est Iunonis à Græcis conditum est. auctor Solinus. Illud adde, quod Theopompus & Hellanicus prodiderunt, Iunonem ab Ioue vinctam catenis aureis & degrauatam incudibus ferreis: intelligi volentes, quòd aër igni cœlesti coniunctior duobus deorsum elementis misceatur, id est aquæ & terræ: quæ elementa duobus superioribus grauiora sunt. *Sine tu Sami.*] Loca percensет, in quibus religiosè colitur. Quis enim ignorat Samon insulam Iunoni dedicatam fuisse? quæ in mari Icario sita est, quam M. Varro & Lactantius scribunt priùs nominatam esse Partheniam, quòd ibi παρθένος, id est virgo Iuno adoleuerit, ibi educata sit, ibi etiam Ioui nupserit. Fanum Iunonis nobilissimum, & antiquitùs famigeratum fuit Sami, vbi donarium Deæ perquàm opulentum visebatur, & simulachrum ipsius in habitu nubentis figuratum, & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. Samon perinde ac feracissimam laudantes prisci, non dubitant illud ei prouerbium accommodare, quòd etiam ferat gallinæ lac, ibíque reperire possis lactis gallinacei haustum: quod Plinius decenter vsurpat in proœmio naturalis historiæ. Pauones è Samo probantur quoque ad ganeam. *Vagitu.*] Vagitanum Deum prisci coluerunt, quem præesse voluerunt vagientibus. hic & Vaticanus nominatus est. Vagorem, vagitum di-

xit antiquitas. *Siue celsæ Carthaginis.*]Carthaginem Iunoni dilectam fuisse, nemo non nouit, qui vel illud Virgilianum tantùm legerit: Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Posthabita coluisse Samo. Olim Caius Grachus Carthaginem coloniam Romanam fecit, deductis colonis Italicis, & Iuloniam nuncupauit. Carthagine fuit templum, currus, arma Iunonis. Carthago hæc magna nominatur: cùm altera Hispaniæ Spartaria dicta sit, Græcè καρχηδών. vnde Carchedonij dicti carbunculi, ob opulentiam magnæ Carthaginis. *Vectura leonis.*]Ex fabula dictum hoc est, quæ tradit, Iunonem à leone per cœlum vectam, consedisse Carthagine. Posset hoc referri ad leonem Cybeleium, quoniam (vt theologia ethnicorum docet) vnus est Deus, res plures, & plura vocabula: quandoquidem (vt auctor est Augustinus) matrem magnam, eandem Cererem volunt, quam nihil aliud dicunt esse quàm terram, eámque perhibent & Iunonem. Ideò autem Magnæ matri siue Iunoni leonem adiungunt solutum atque mansuetum, vt ostendant nullum genus terræ tam remotum ac vehementer ferum, quod non subigi colique conueniat. *Argiuorum præsides mœnibus.*]Mycenæ, Spartæ, Argos, Græciæ ciuitates inclytæ, Iunoni sacratæ sunt. Hinc ait Iuno apud Statium: An scis semper vt arces Cyclopum, magníque Phoroneos inclyta fama, Sceptra viris opibúsque Iouem? quibus versibus Argiuorum mœnia significantur, vbi Phoroneus primus dicitur Iunoni templum dicasse, & sacrificiorum instituisse solennia. Cyclopes autem, quos gasterochiras, id est ventrimanos appellant, numero septem, mœnia & arcem Argiuorum, aláque complura extruxisse produntur: quorum meminit Strabo in octauo. Argos autem apud Homerum multiplex est, à quo modò priscum, modò Iasium, modò Achæum, modò Pelasgicum memoratur. ab eodem dictum est Argos Hippion, hoc est equestre. ἄργος ἱππόβοτον, id est equorum nutricium, ex quo fluxit æmulatio illa Horatiana: Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos: ditésque Mycenas. Homericum quoque est Argos Dipsion, id est siticulosum, & aquarum indigum. Argos quidem Pelagicum significat Thessaliam Homero, sicut nomine Achæi Peloponnesus demonstratur. Generali vocabulo Argiuos vocat Græcos omneis. Argiuum agrum percurrit fluuius Inachus, de quo apud poëtas crebra mentio. Vnde Inachidæ Argiui Græcíque nuncupati. Plinius in quarto, inter Inachum & Erasinum amnes situm esse docet Argos Hippium cognominatum. & mox paulò: Appellatum est, inquit, Inachium, aliàs Argos hippium. Auctor est Strabo, templum dicatum Iu-

Digitized by Google

tum Iunoni iuxta Mycenas fuiſſe,Argiuis Mycenísq; cõmune:in quo fuerunt Polycleti ſimulachra artificio præſtantiſſima. Argos, ab initio ac magis extitit potentia opibúſque præpollens, vbi floruit regnum Pelopidarum.Apud Argiuos Inachidas Iuno colebatur iam nupta & regina cœlitum, cùm Samij virginem & infantem venerarentur.Cyprianus in libello,quod idola Dij non ſint,oſtendit Iunonem Deam eſſe Argiuorum, Samiorum,& Carthaginenſium:à quo Argiua,Samia,& Pœna nuncupatur. *Zygiam veneratur.*]Optimo epitheto Iuno zygia nominatur,quaſi iugalis,ab eo quòd præeſt maritali coniugio,cuíq; ſunt vincla iugalia curæ,vt inquit poëta.ζύγος Græcè iugum dicitur, vnde zygia Iuno,quaſi iugatiua,ſiue iuga:ſic enim à Latinis nuncupatur.Auctor eſt Victruuius, carpinum arborem à Græcis zygiam appellari, quòd ex ea materia fiunt iuga in armentis, quæ apud eos zyga vocitantur. Romæ fuit Iugarius vicus,ſic dictus, quia vbi fuerat ara Iunonis iugæ, quam putabant matrimonia iungere.Seruius grammaticus in enarratione Virgiliani carminis,Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali,ſic exponit: Iugali, propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis. Vnde etiã Iuno Iugalis dicitur. Deus quoque Iugatiuus ob hoc nominatus,in nuptiali ſolennitate inuocabatur,quando ſponſus ſeſe ſponſæ coniungebat,iugúmque maritale pariter ſubibant. Apud priſcos,cùm Iunonis numen nuptialibus miniſteriis multi iugis adhiberetur, cognomentis quoque variis nuncupabatur: vnde Interducam,& Domiducam,Vnxiam & Cinxiam Iunonẽ puellæ nubentes in nuptiis aduocabant: vt videlicet eorum itinera protegeret,& in optatas domos duceret:& cùm poſtes maritales vngerent,fauſtum omen affigerent: & cingulum ponentes in thalamo,non relinquerent.auctor Marcianus.Quod diximus, cognomine Vnxiæ Iunonem à nubentibus coli, ſcito nouas nuptas intrantes domum coniugalem, ſolitas eſſe perungere poſtes adipe ſuillo,vt inquit Plinius,vel lupino,vt Maſurius tradit:vnde vxores ab vngendo nominatæ ſunt.*Cunctus oriens.*]nationes orientales;occidens,populi occidentales, Lucinã appellant Iunonẽ. Lucinam à parturientibus inuocari,nemo eſt qui neſciat.Lucinã autem ideò nuncupant, quòd lucem naſcentibus tribuat:à luce quoque Lucecia nominatur:ſicut & Iupiter Lucecius dictus, & quòd lucis cauſa ſit,quódq; nos luce quaſi vita ipſa afficiat & iuuet.Marcianꝰ,Gellius,Feſtus,auctores.Plin.autumat, Lucinã à loco nominari, in quo Romæ condita eſt ædes Lucinæ. Ouidius vtrumq; etymon cõplexus eſt his verſibus: Gratia Lucinæ dedit hęc tibi nomina lucꝰ,Vel quia principiũ tu Dea lucis habes.Supercilia in Iunonis tutela eſſe prodiderunt, quòd his protegantur o-

culi,per quos luce fruimur : quam lucem tribuere putabant Iunonis Lucinam. Quidam tradunt,Lucinam Iunonis esse filiam: Græci mystico nomine Ilithyiam vocant , qua dictione vsi sunt & nostri.Ouidius:Præpositam timidis parientibus Ilithyiam.Horatius in carmine seculari:Lenis Ilithyia tuere matres:Siue tu Lucina probas vocari,Seu genitalis.M.Varro sentit Iunonem Lucinam esse lunam , eandem & Proserpinam,Dianámque:quæ ideò videtur Lucina dicta,vel quòd lucet,vel quòd lucem nascentibus præbet. Luna enim nascentium dux,à quo parientes eam inuocant. *Iuno Sospita.*]sospitatrix,salutaris,opifera. Alludit ad cognomen Iunonis Sospitæ:hoc enim cognomine in Lanuuino municipio colebatur , cui omnes consules sacrificare necesse erat:vt docet M.Tullius in oratione pro Murena. Liuius auctor est in 8.Lanuuinis ciuitatem datam,sacráque sua reddita,ea conditione,vt ædes lucúsque Sospitę Iunonis communis Lanuuinis municipibus cum Po.Romano esset. Refert Ouid. in Fastis,calendis Februarij delubrum Iunoni sospitæ dedicatum fuisse. Apud eundem Liuium leges, decemuirorum monitu decretum esse in secundo Punico bello,vt Iunoni Sospitæ Lanuuini maioribus hostiis sacrificaretur.Mendum inoleuit in codicibus Liuianis,nam pro Lanuuini passim legitur Lauinijs: sicut altera quoque menda consimilis & compar libros Nasonis occupauit,apud quem in 6.Fastorum,pro Lanuuium, vulgus scribit & legit Laniuium,syllaba repugnante & refractaria : sic enim loquitur Iuno Sospita. Et populus Laurens Lanuuiúmque meum.Sospitareverbum vetus est,quod saluum facere significat.Ennius:Regnum nostrum sospitent:vnde sospitator,sospes,& sospita inclinantur. prisci quoque Iunonem Soticenam nuncupauerunt, vt docet Marcianus Capella : quasi dicas salutarem & sospitatricẽ.

Totius sui numinis.]Sicut multiuga sunt Iunonis nomina, ita multiplex est numen & potestas. Numen enim dicunt esse imperiũ Dei, à nutu: nam præter cognomenta Iunonis iam explicata , eandem nuncupant Regi-

*Ad istum modum supplicanti statim sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate præsentat. & protinus: Quàm vellem,inquit, *per fidem, nutum meum precibus tuis accommodare:sed contra voluntatem Veneris, nurus meæ,quam filiæ semper dilexi loco, præstare me pudor non sinit. tunc etiam legibus, quæ seruos alienos profugos inuitis dominis vetant suscipi,prohibeor.*

Isto

Isto quoque fortunæ naufragio Psyche perterrita, nec indipiſci iam maritum volatilem quiens, tota ſpe ſalutis depoſita, ſic ipſa ſuas cogitationes conſoluit. Iam quæ poſſunt alia meis ærumnis tentari vel adhiberi ſubſidia, cui nec Dearum quidem, quanquam volentium, potuerunt prodeſſe ſuffragia? Quò rurſum itaque, tantis laqueis incluſa, veſtigium porrigam: quibúſque tectis, vel etiam tenebris abſcondita, magnæ Veneris ineuitabiles oculos effugia? Quin igitur maſculum tandem ſumis animum, & caſſæ ſpeculæ renuncias fortiter, & vltroneam te dominæ tuæ reddis? & vel ſera modeſtia ſæuientes impetus eius mitigas? Quí ſcias, an etiam, quem diu quæritas, illic in domo matris reperias? Sic ad dubium obſequium, immò ad certum exitium præparata, principium futuræ ſecum meditabatur obſecrationis.

nam & ſelectam. Fluoniam quoque colunt fœminæ, quòd fluoribus menſtruis præſit. quinetiam Februa lem, februam, februatam nuncuparent: ex eo quod ipſi Iunoni menſe Februario ſacra fiebant: & mulieres februabantur, id eſt, purgabantur. Populoniam plebes, Curetim bellantes memorabant. *Auguſta.*] ſancta ac religioſa. *Per fidem.*] Iuſiurandũ eſt per Deam Fidem, cui Numa Pompilius ſolenne inſtituit, vt cuius ſacrario flamines manu ad digitos vſque inuoluta rem diuinam faciebant, ſignificantes fidem tutandam, ſedémque eius etiam in dextris ſacratam eſſe. Apud auctores frequens eſt iſta locutio, Veſtram imploro fidem, pro auxilium. Quidam codices habent non per fidem, ſed Pſyche: tanquam Iuno nuncuparim Pſychen appellet, vt ſit vocatiui caſus, ô Pſyche. *Nutum.*] fauorem. nutus enim numinum ſuffragatio ſignificatur, ſicut renutus refragatio. Plin. in epiſtolis: Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. *Nurus meæ.*] Venerem nurum ſuam Iuno appellat, vel quia vxor eſt Vulcani, Iunonis filij: vel quia Martis eadem Iunone progeniti: vtrunque enim coniugem habet Venus. *Legibus prohibeor.*] Titulus eſt apud iuriſconſultos, de ſeruo corrupto: quo ait prætor: qui ſeruum ſeruámve, alienum alienámve recepiſſe, perſuaſiſſéve quid ei dicetur dolo malo, quo eum cámve deteriorem faceret, in eum quanti ea res erit,

in duplum iudicium dabo. Quod ait prætor recepiſſe,ita Vlpianus accipit, ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe in alieno lòco ædificióve. Item titulo de fugitiuis ſcriptum legimus, quòd is qui fugitiuum celauit ſeruum,fur eſt.Senatus cenſuit,ne fugitiui admittantur,ne protegantur à villicis. His autem qui intra 20. dies fugitiuos vel dominis reddidiſſent,vel apud magiſtratus exhibuiſſent,veniam in anteactum dedit. *Quiens.*]potens,valens. *Indipiſci.*]conſequi ac vſurpare. Veteres dicebant indipiſco.pro peto. Plaut.nec partem tibi adeò cui ſit indipiſcas, neque furem excipias. *Cogitationes conſuluit.*]habuit cogitationes in conſilio, tanquam conſiliarias,& ſecum ſic ſermocinata eſt. *Quanquam volentium.*] Ceres & Iuno volebant quidem poſſe ſuffragari ærumnis Pſychæ,ſed non audebant,reueritæ Veneris poteſtatem. *Oculos effugiam.*]Percunctatiuè pronuntiandum. Videt Pſyche nullum eſſe tam tenebroſum latibulum,támque recõditum,quò poſſit effugere Veneris oculos,qui cuncta prætentant penetránteque. Hoc eſt totum phyſicè dictum:vis enim Veneris ac potentia nihil intactum,nihil inacceſſum relinquit. Hic Deus & terras & maria alta domat.Quint.in declamatione,quæ inſcribitur Apes papaueris: Non illas libido progenerat,domitrixque omnium animalium Venus. *Caſſæ ſpe.*]irritæ & vanæ ſpei.Specula à ſpe diminutiuo vocabulo deriuatur, quo vtitur Plaut. Veteres pluraliter dicebant ſperes.Ennius:Spero,ſi ſperes quicquam prodeſſe potis ſunt. *Maſculum.*]virilem & impauidum.*Vltroneam.*] voluntariam,& tuapte ſponte , Vetus prouerbium eſt, vltroneas putere merces:cuius meminit Hieron. *Qui ſciat,*] vnde ſcias. *In domo matris.*]Probabile videtur,& ſatis credibile,Cupidinem filium repetiri poſſe in materna domo , cùm matres in filios ſint longè quàm patres indulgentiores. *Dubium obſequium.*]Neſciebat Pſyche, an Venerem eſſet obſequio mitigatura , & an à Venere in famulatum reciperetur.

T*errenis remedijs.*] Venus recuſans inquirere Pſychem ope terrena & humano remedio, cœlum petit, imploratura diuinas ſuppetias.C*urrum polluerat.*]Credibile eſt carrucã Veneris omni or-

*At Venus terrenis remedijs inquiſitionibus abnuens,cœlum petit.Iubet cõſtrui currum, quem ei Vulcanus ſubtili fabrica ſtudiosè poliuerat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, * lunæ tenuantis detrimento conſpicuum, & ipſius auri damno pretioſum.De multis,quæ circa cubiculum dominæ ſtabulant, procedunt quatuor candi-*

Digitized by Google

*candidæ columbæ, & hilaris inceſſibus picta colla torquentes, iugum gemmeum ſubeunt; ſuſceptáque domina lætæ ſubuolant. Currum Deæ proſequentes gannitu conſtrepenti laſciuiunt paſſeres: & cæteræ, quæ dulcè * cantitant aues, melleis modulis ſuauè reſonantes, aduentum Deæ* prænunciant. Cedunt nubes, & cælum filiæ panditur, & ſummus æther cum gaudio ſuſcipit Deam. Nec obuias aquilas, vel accipitres rapaces pertimeſcit magnæ Veneris canora familia. Tunc ſe protinus ad regias Iouis arces dirigit, & petitu ſuperbo Mercurij Dei vocalis opêræ neceſſariam vſuram poſtulat. Nec renuit Iouis cærulum ſupercilium. Tunc ouans ilicò, comitante etiam Mercurio, Venus cælo demeat, eíque ſolicitè ſerit verba.*

natu cultúq; fuiſſe politiſſimam, pretioſiſſimámq;, cùm eam fabrilis Deus, idémque maritus fabrefecerit. Matronarũ Rom. carrucas ex argento celatas fuiſſe Plin. cenſoria caſtigatione reprendit: luxum videlicet taxans. Heliogabalus habuit gemmata vehicula, & aurata. Inter currus priſcorum delicatiores eſt pamphilũ, de quo Lampridius: Iunxit & quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum, vel ternas, & ſic vectatus eſt. Celebrant inter vehicula matrimonialia & baſternas: quibus ſimilia dixit Seruius eſſe pilenta, enarrans illud Maronianum, Pilentis matres in mollibus. De baſternis Ammianus Marcellinus ſic meminit: Matronæ complures opertis capitibus, & baſternis, per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt. Baſternarum meminit & Palladius quadamtenus. *Ante thalami rudimentum.*] primum concubitum coniugalem decenter & verecundè ſignificat. *Nuptiale munus.*] Apud Iuuenalem de nuptialibus muneribus mentio fit illo verſu: Nec illud, Quod prima pro nocte datur, cùm lance beata Dacicus & ſculpto radiat Germanicus auro. Vulcanus currum hunc Veneri dono dederat pro munere nuptiali, poſt primos concubitus maritales. Nam cùm virginitas vxoris omnibus maritis acceptiſſima ſit, pro ea erepta quæ reddi nequit, munus repetitur, tanquam præmium ſit deuirginatæ puellæ, cui nihil virginitatis flore eſt pretioſius. *Lunæ detrimento.*] Significat currum Veneris arcuatum fuiſſe, & ad effigiem lunæ

corniculatæ figuratum. Luna enim in cornua tenuatur, ſentire quòd videtur detrimentum. cùm verò peruenerit ad orbiculatam rotunditatem, pleno orbe nihil patitur diſpendij. Scitè autem dixit, auri damno pretioſum. Nam cùm aurum in effigie currus corniculata deeſſet, prout fabrica talis depoſcit, damnum auri fieri in vehiculo dicebatur, ídque ex tali detrimento fiebat venuſtius. *Columbæ candidæ.*] Columbas tutelæ Veneris aſſignant poetæ, & nullus ignorat, cui vel illud tantùm notum ſit: Tum maximus heros Maternas ignoſcit aues, lætúſque precatur. Autumant eruditi, columbas Veneri conſecratas eſſe propter fœcum frequentem, & coitum Mythici de columbis Veneri dicatis hæc fabulantur. Venus & Cupido cùm quodam tempore voluptatis gratia in quoſdam campos deſcendiſſent, laſciua contentione certare cœperunt, quis ſibi plures gemmantes colligeret flores: quo in certamine ludicro victus eſt Cupido. Siquidē nympha nomine Periſtera ſubitò accurrit, & adiuuando Venerem ſuperiorem effecit, ex quo indignatus Cupido, puellam demutauit in columbam, quæ à Græcis periſtera appellatur. Sed pœnam honore muniuit Venus. Namque in conſolationem transfigurationis, columbam in tutela ſua eſſe voluit. Albertus Magnus, homo eruditior quàm eloquentior, columbos ex eo appellari opinatur, quaſi colentes lumbos: ſed malè. nam, vt docet M. Varro, columbaria propriè ſunt loculamenta, quæ ſingulis paribus intra periſterotrophion aſſignantur: columbarius verò, columbarum cuſtos & educator nominatur. Nihil columbis fœcundius: nam diebus quadragenis concipiunt, pariunt, incubant, educant. & hoc ferè totum annum faciunt. Illud adde, columbar ſignificare genus vinculi apud veteres: vnde Plaut. in Rudente feſtiuiter, inquit, In columbari collus haud mullum poſterit. *Hilaris.*} Hilarus in ſecundo ordine & hilaris in tertio declinatur: ſicut exanimus & exanimis. Hilaréſcere eſt, hilarem fieri, & lætum: hilarari, iucundari, & hilaritate perfundi. Veteres hilaritudinem pro hilaritate dixerunt. Plaut. Onera te hilaritudine. Hilarodus apud antiquos dictus, laſciui & delicati carminis cantor. *Picta colla.*} Torquatam columbam appellat Propertius illo verſu; At tu torquatæ Venus ô regina columbæ: à torque videlicet, quo circa colla inſignitæ conſpiciuntur. Arceſilas philoſophus intuens columbinum, probabat in comprenſibilitatem: ſiquidem columbarum ceruix variis coloribus nitet quoties aliquò deflectitur, vt auctor eſt Seneca in 1. Quæſtionum. Hinc Cæſar verò diſertiſſimè: Colla Tiberiacæ ſplendent agitata columbæ. Lucret. quoque de

multipli-

multiplici varietate coloris circa collum columbarum facundissimè scribit. Huiusce rei non ignarus Hieronymus, contra Iohannem Origenistam sic inquit: Columbarum colla ad singulas conuersiones colorem mutantia. *Passeres.*] Non immeritò passeres in famulitio sunt Veneris, quos constat esse libidinosissimos. Plin. in 10. refert, salacitatem columbarum & passerum esse comparem. Hinc illud, Vernis passeribus salaciores. Annotatu dignum est, priscos strutheum dixisse virile membrum, à salacitate passeris, qui Græcè στρουθὸς dicitur. *Melleis modulis*} Democritus nominat aues quasdam, quarum confuso sanguine serpens gignatur: quem quisquis ederit, intellecturus sit alitum colloquia. Apollonius Tyaneus sermonem auium callebat: qui olim spectans, ad passeres in arbore considentes venisse vnum aliunde passerculum gannitu & voce obstrepentem, cunctósque illum secutos euolasse, dixit ad socios, passer ille reliquis nunciauit, se inuenisse frumentum sparsum in angiportu, & cibi affatim. His verbis permulti commoti, iuere spectatum: & ita factum esse prout ille prædixerat, mirabundi inuenerunt. *Cedunt nubes.*} Aduentu Veneris cuncta differenant, omnisque cœli tristitia discutitur. *Cælum filiæ panditur.*] Mythici fabulantur, Venerem ex pudendis Cœli abscissis, in mareque proiectis procreatam, quæ à spuma, vnde coaluit, Aphrodites nomen accepit. *Canora.*} Non minùs decenter quàm eleganter Canoram Veneris familiam appellat, intelligi volens auiculas dulcisono cantu constrepentes, comitantésque Venerem dominam instar famularum. *Petitu.*} petitione, *Vocalis operæ*} Sensus est: Petit Venus à Mercurio, vt sibi paulisper præconis accommodet, fungatúrque præconio in Psyche disquirenda. præconis autem opera vocalis est & ministerium vocalissimum. Mercurium autem præconem nunciúmque Deorum esse praedunt, cui sermonis potestas tributa perhibetur. Ideóq; Mercurius quasi medius currès appellatus, quòd sermo currat inter homines medius: idèo Hermes Græcè, quod sermo vel interpretatio, quę vtriq; ad sermonẽ pertinet hermenia dicitur. Ideò & mercibus præesse, quia inter vẽdẽtes & ementes sermo sit medius. Ideò alas ei in capite & pedib. ponũt, volẽtes significare volucrẽ fieri per aëra sermonem. Ideò nunciũ dicũt, quoniã per sermonẽ omnia cogitata enunciantur. Græcè διάκτορος dicitur quasi internuncius: Fulgentio furatrinus Deus nominatus, quòd furtis præsit. *Vsuram.*} vsũ. M. Tul. Huic vitæ vsuram eripere vis. inde vsuraria fœmina Platoni, ab vsura, hoc est vsu nominata. Iurisconsulti vsuarium ab vsu nuncupant eum cui vsus legatus est. Apud eosdem vsuarius seruus, & vsua-

riæ ancillæ dicuntur, quorum vſus ſit legatus. *Cæruleum ſupercilium.*] Ex Homero ſumptum, epitheton ſupercilij Iouialis, qui ait, κυάνεια νεφέων ἐπένευσε κρατὶ Κρονίων : id eſt, annuit Iupiter cæruleis ſupercilijs. nam cyaneus color eſt Græco vocabulo cæruleus, ſubuiridis, ſubniger, qua dictione frequenter vtitur Plinius.

Frater Arcadi.] Fratrem Arcadium Mercurium ex eo appellat, quòd in Arcadia natus ſit. Namque in Cyllene Arcadię mõte Maia ex Ioue Mercuriũ enixa eſt. Ex Ioue quoque natã Venerem & Dione, fabulatores tradunt. *Sine Mercurij præſentia.*] Hoc ex ſiderali doctrina & aſtrologico apotelesmate ſumptum : namque Mercurij ſidus proximum ſtellæ Veneris, inferiore circulo fertur: &, vt auctor eſt Iulius Firmicus, ſi Veneri in horoſcopo conſtitutæ Mercurij ſe ſtella coniunxerit, & in eodem ſigno & iiſdem partibus partiliter fuerint conſtituti, coronatos facient, & muſicos, qui omnium admiratione laudentur. Itẽ

Frater Arcadi, ſcis nempe ſororem tuam Venerem ſine Mercurij præſentia nil vnquam feciſſe: nec te præterit vtique, quanto iam tempore deliteſcentem ancillam nequiuerim reperire. Nil ergo ſupereſt, quam tuo præconio præmium inueſtigationis publicitùs edicere. Fac ergo mandatum matures meum, & indicia quibus poſsit cognoſci manifeſtè deſignes: ne ſiquis occultationis illicitæ crimen ſubierit, ignorantiæ ſe poſsit excuſatione defendere. Et ſimul dicens, libellum ei porrigit, vbi Pſyches nomen continebatur, & cætera. Quo facto, protinùs domum ceſſit. Nec Mercurius omiſit obſequium. Nam per omnium ora populorum paſsim diſcurrens, ſic mandatæ prædicationis munus exequebatur: Si quis à fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conueniat retro metas Murtias, Mercurium prædicatorem, accepturus indicij nomine ab ipſa Venere ſeptem ſauia ſuauia, & vnum blandientis adpulſum linguæ longè mollitum. Ad hunc modum pronuntiante Mercurio, tanti præmij cupido certatim omnium mortalium ſtudium arrexerat. Quæ res nunc vel maxi-

maximè ſuſtulit Pſyches omnem contationem.

Mercurius & Venus in horoſcopo partiliter conſtituti in diurna genitura, facient præfectos theſaurorum regiorũ, oratores, grammaticos, legum inuentores: ſi verò per noctem in horoſcopo partiliter fuerint inuenti, facient acutos, ingenioſos,& qui omnia quæcunque agere voluerint,facilè conſequantur,quorúmque oratio ac ſermo,plenus ſit lepôris ac gratiæ. Præterea Veneris ſtella nunquam longiùs quadraginta ſex partibus, Mercurius verò viginti à ſole abſcedunt. *Ancillam.*}Pſychen. *Tuo præconio.*} Mercurium Deorum nuntium dici nullus ignorat, vtpotè ſermonis Deum:qui ideò Mercurius, quaſi medius currens creditur appellatus, quòd ſermo currat inter homines medius:ſicut Hermes Græcè, quòd ſermo vel interpretatio ſignificatur. Hinc Plautinus Mercurius ait: Nam vos qui ſcitis conceſſum & datum mihi eſſe ab Diis aliis, nuntiis præſim, & lucro.Diodorus auctor eſt in 6.Bibliothecæ, præconia & præcones Mercurio aſſignari, qui internuncij eſſe ſolent: ipſum verò præconem Deorum eſſe, & qui mandata diligenter exequatur. Martianus Capella Famam præconantem non inſcitè facit vocare nominatim Deos in conſiſtorium cœleſte, cùm nullum ſit præconium maius quàm Famæ vocaliſſimæ. *Publicitus.*]publicæ occultationis illicitæ. Qui occultat alienum ſeruum,in eum pœna conſtituta eſt:vt inquit Vlpianus. is qui fugitiuum celauit ſeruum, fur eſt. Epiſtola quoque generali diuorum Marci & Commodi, pœna in eum ſtatuta eſt, qui apud ſe quæri prohibuit.quæ declarat, & præſides, & magiſtratus, & milites ſtationarios adiuuare debere dominos in inquirendis fugitiuis: & vt inuentos reddant, & vt hi, apud quos deliteſcunt, puniantur,ſi crimine contingantur. *Ignorantiæ excuſatione.*}Ariſt.lib.3. Ethicorum, commiſſa per ignorantiam punienda eſſe cenſet, ſi ipſe committens cauſa ignorantiæ fuiſſe videatur.Puniuntur &ignorantes aliquot ex his quæ legibus continentur, quæ vtique ſcire oportet, nec difficilia ſunt, & quæ per negligentiam ignorantur. In lege Moſaica damnatur ignorantia, & punitur: ſuper qua re ſubtiliter & copioſè ſcribit diuus Hieronymus aduerſus Pelagianos. Apud Oratores, in partibus purgationis eſt imprudentia, per quam is qui arguitur aliquid ſciuiſſe negatur,& ignorãtię excuſatione defenditur:vt apud quoſdam lex erat,ne quis Dianæ vitulum immolaret.Nautę quidam cùm aduerſa tẽpeſtate in alto iactarẽtur,vouerunt,ſi portu potiti

essent,se ei Deo qui ibi esset vitulum immolaturos. Casu erat in eo portu fanum Dianæ,eius cui vitulum immolare non licebat. Imprudentes legis cùm exissent,vitulum immolauerunt. Accusantur, quòd contra legem fecerint.Defenduntur, ignorantiæ imprudentiæque præsidio. apud iurisconsultos lata culpa dicitur,nimia negligentia,id est, non intelligere quod omnes intelligunt. *Libellum.*} Ex ritu præconis: qui vel ex libello præconium facit,vel scriba subiiciente proclamat. *Obsequium.*} M. Tullius existimat,obsequium esse verbum Terentianum, & ab ipso Terentio primitùs vsurpatum. Donatus M. Tullium refellit, cùm Plautus & Næuius ante Terentium dixerint obsequium. Obsequibiles dicti officiosi,& ad obsequium propensi. *Mandatæ prædicationis.*} iniuncti à Venere præconij. *Metas Murtias.*] Venerem prisci Murtiam cognominarũt,à myrto videlicet,quæ arbor Veneri dicata est:&,vt refert Plinius in 15.ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ,quam nunc Murtiam vocant. Murtiæ deæ sacellum erat sub monte Auentino, vt apud scriptores idoneos repetio.In libro Annotationum enarratum reperies illud Liuianum, ex libro primo historiarum, Ad Murtiæ datæ sedes: vbi scripsimus,Murtiæ Veneris templum significari,elocutione apud eruditos vsitatissima. Nunc scitè scientérque Apuleius alludens ad cognomentum hoc Murtiæ Veneris, simúlque ad sacellum illi sub Auentino monte dedicatum,ait eum qui indicium facturus sit inuentæ Psyches, conuenire debere ipsum Mercurium ad metas Murtias: hoc est,ad sedem domicilióq; Deæ Veneris,quæ Murtia quasi Myrtea cognominatur, vt illic capiat mercedulã indicij.Murcea verò Dea est desidiosorum, sicut Strenua vegetorum ex eo nominata,quòd præter modum faceret hominẽ murcidum,id est nimis desidiosum.auctores Pomponius & Augustinus.Illud addendũ,murcos appellari homines,qui munus Martium pertimescentes,pollicem sibi precidũt:ex eo opinor dictos, quòd murcidi sint,& ex formidine desidiosi ad res bellicas obepudas. *Præcatorem.*} præconem,præconiúmque factitantem. *Septem suauia sæuia.*} id est,septem oscula mellita & dulcia. Ideò autem,septem dixit,propter septenarium numerum, qui plenissimus potentissimúsque est:de quo plura in libello septem sapientum. *Nomine indicij.*]Moris est,vt indici ob rem indicatam præmium constituatur: sicut Vindico illi proditionis indici pecunia ex ærario, & libertas & ciuitas data sunt pro præmio. Alio nomine indicium dicitur indicina. *Adpulsum.*] ad pulsionem, vibrationémque & ferruminationem linguæ cum lingua,labelli cum

li cum labello,quod ſuauiolũ eſt dulci dulcius ambroſia. Quod genus baſiationis intelligi voluit Plautus,cùm ait:Fac me proſer pentem beſtiam duplicem vt habeam linguam. Aliàs appulſus eſt,pecorum acceſſus ad aquam,vt apud iuriſconſultos.*Cupido.*] cupiditas.*Suſtulit.*]remouit,abſtulit.

Iámque fores eius dominæ proximanti,occurrit vna de famulatione Veneris,nomine Conſuetudo,ſtatímq;quantũ maximè potuit exclamat:Tandẽ ancilla nequiſſima,dominam habere te ſcire cœpiſti? An pro cætera morum tuorum temeritate, iſtud quoq; neſcire te fingis, quantos labores circa tuas inquiſitiones ſuſtinuerimus?Sed bene, quòd meas potiſſimùm manus incidiſti, & inter Orci cancros iam ipſos adhæſiſti,datura ſcilicet actutùm contumaciæ tantæ pœnas. Et audaciter in capillos eius immiſſa manu,trahebat eam,nequaquàm renitentem. Quam vbi primùm inductam, oblatámq; ſibi conſpexit Venus,latiſſimum cachinnum extollit,& qualem ſolent furenter irati: capútque quatiens, & adſcalpens aurem dexteram: Tandẽ,inquit, dignata es ſocrum tuam ſalutare? An potiùs maritum, qui vulnere tuo periclitatur,interuiſere veniſti?Sed eſto ſecuraxiam enim excipiam te,vt bonam nurum condecet. &, Vbi, inquit, Solicitudo atq; Triſtities,ancillæ meæ? quibus intrò vocatis, torquendam tradidit eam. At illæ ſequentes herile præceptum, Pſychen miſellam flagellis affligiam,& cæteris tormentis excruciatam,

Proximanti. } Pſychæ appropinquanti ad fores dominæ Veneris.
De famulatione. } de famulitio, miniſterióque. Interdum miniſteria pro ipſis miniſtris ponuntur, ſicut & miniſteriũ pro miniſtratoribus poſuit Plinius. *Conſuetudo.*] Scitiſſimè Conſuetudinem Veneri miniſtram facit : quoniam, vt inquit Lucretius, conſuetudo concinnat amorem,& ex conſuetudine Veneris incentiua & æſtus efferueſcunt. Lælius apud Ciceronem : Auxit, inquit, beneuolentiam conſuetudo. Conſimiliter Marcianus, conſultò dat Periergiam, Philologiæ pediſſequam, & Agrypniam ancillam : ſiquidem περιεργία dicitur

sedulitas, & agrypnia vigilia interpretatur. Sine *iterùm domine conſpectui reddunt.*

sedulitate autem & vigiliis ad philoſophiam aſpirare non poſſumus. *Ancilla nequiſſima.*} Obiurgatio eſt ſeria & criminoſa in Pſychen, quæ ancilla nomine probroſo à conſuetudine nominatur, cùm Venerem dominam habeat: ancilla enim & domina relatiua ſunt nomina, vt patronus & libertus, vt rex & paraſitus. Vetus verbum eſt, Ex moribus ancillarum dominas perſæpe perpendi. *Sed bene.*} Scilicet eſt, vel habet, vel quippiam conſimile. *Intra Orci cãcros.*] Cancri dicebantur ab antiquis clauſtra & ſepta: nunc diminutiuo vocabulo cancelli. Fiunt autem lignis in tranſuerſum per modica interualla connexis, ad ſimilitudinem retis, quibus ſæpe ſacella & ædiculæ ſacræ ſepiuntur, ne profanis pateant. Feneſtræ quoque his muniuntur, & ſcenæ. M. Tullius in oratione pro Quintio: Et me facilè reuocatione veſtra reuocabitis, ſi extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſi circundedi. Sidonius: Excluſa velis, incluſa cancellis. M. Varro in lib. de villaticis paſtionibus, poſituram cancellorum ſubiicit oculis legentium, his verbis: Prætereà & perticis inclinatis ex humo ad parietem, & in eis tranſuerſis gradatim modicis interuallis, perticis annexis ad ſpeciem cancellorum ſcenicorum ac theatri. Cancellare verbum eſt in ore vulgi & indoctorum frequentiſſimum, quod tamen à Latinitate non abhorret. Nam ſicut ex tranſuerſo ducuntur ligna in cancellis, ita in delendis ſcripturis inducuntur tranſuerſo calamo notæ linéæque atramentariæ. Iuriſconſultus, titulo de his quæ in teſtamento delentur: Cancellauerat quis teſtamentum, vel induxerat. Inde cancellarij hodie quoque nominantur, dictione vulgari quidem, ſed tamen Latina: quorum officium eſt ſcribere, & ſcripta delere cancellaréq;. Flauius Vopiſcus in Carino: Præfectum vrbis vnũ ex cancellariis ſuis fecit. Plinius ſcribit, cancellatam cutem eſſe elephantis, eáq; extenta recipi examina muſcarum, mox artatis in rugas repentè cancellis comprehenſas enecari. Idem refert, quempiam prodigioſis viribus præditum habuiſſe neruos rectos & trãſuerſos cancellatim in toto corpore. Senſus eſt Apuleij: Pſychen intra clauſtra & cancellos Plutonis adhæſiſſe, tanquam ſignificet nullum illi effugium ampliùs ſupereſſe, cùm Orci quaſi faucibus forcipibúſque incluſa contineretur. Cancellos autem orci quis euadere poſſit? quis perrumpere? cùm ſint adamantini & ineffugibiles. *Actutum.*] ſtatim, confeſtim, ſine dilatione.

Audaci-

Audaciter.} Contra Quintiliani præceptum, audaciter dicere maluit, quàm audacter. Verba Quintiliani ex libro primo hæc sunt: Inhærent tamen quidam molestissima diligentiæ peruersitate, vt audaciter potiùs dicant, quàm audacter: licèt omnes oratores aliter sequantur. *Cachinnum,*] risum solutiorem. Galenus in libro de Motibus, negat se scire causam risus & cachinni erumpentis ex alæ titillatu. Decachinnamur, dixit Tertullianus, pro deridemur. *Scalpens aurem.*] Signum est furentis, indignantísque, quassare caput, & scalpere aurem. Refert Plinius, post aurem dextram esse locum Nemesios Deæ: quò referimus tacto ore proximum à minimo digitum, veniam sermonis à Diis exposcentes. Est autem Nemesis Dea Græca, vltrix impiorum, præmiatrix bonorum, puniens superbos, regina causarum, arbitra rerum: quæ Latinum nomen non habet, quamuis eius simulachrum Romæ fuerit in Capitolio. De qua Marcellinus, Macrobius, Plin. Antimachus, Catullus, cæteri. Rhammusiam poëtæ frequenter appellitant. Dicitur & Adrastia. Pinnas Nemesi fabulosa vetustas aptauit, vt adesse volocitate volucri cunctis existimetur. Hæc voluntatum nostrarum exorsa, multiplicésque actus permutando conuoluit: nunc rectas mentium ceruices opprimens eneruat, nunc bonos ab imo suscitans, ad bene viuendum extollit. Sed ad propositum: qui irascitur, & ex indignatione subiannat, aurem scalpit: contrà de effœminatis & impudicis proditum est, quòd vno digito caput scalpant: sicut olim de Pompeio dixit Caluus mordaciter, Digito caput vno * Scalpit, quo credas hunc sibi velle virum. Ex quo illud Satyrographi translatum: Qui digito scalpunt vno caput. Seneca in epistolis ad Lucilium: Impudicum, inquit, ostendit relatus ad caput digitus. *Interuisere.*] quasi ex interuallo visitare: quod & inuisere dicimus: Donatus. Visere, inquit, officij est: videre, quærentis aliquem. *Bonam nurum.*} Ironicôs. Inter socrus & nurus quoddam quasi genuinum & naturale dissidium est. In Lepti vrbe semibarbara moris est, vt nurus altera die socrum ollam mutuam postulet: cui illa statim negat. Vt scias illud verum esse Terentij, quod consultò ambiguè protulit: Quid est hoc? omnes socrus oderunt nurus. *Solicitudo atque tristities.*] Non inscienter, neque insubtiliter ancillas Veneris Solitudinem atque Tristitiã esse autumat: cùm amor omnis solicitus sit & anxius plúsq; tristitiæ & amaroris sit in Veneris cõtubernio quàm dulcedinis. Catullus de Venere: Spinosas Erycina serẽs in pectore curas: Plautus in Cistellaria: Amor & melle & felle fœcundissimus, Gustu dat dulce, amarum ad satietatẽ vsque aggerit. Idem Plautus in

Mercatore, curàm & ægritudinem ſectari amorem memorat. Meritò ergo Pſyche traditur à Venere torquenda Solicitudini & Triſtitiæ, qui duo tortores animos animantium torquent cruciabilitatib. imparibilibus. Amor enim apud homines carnificinã cõmentus eſt, vt verè credit Plautinus amator; qui, Iactor (inquit) crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer. *Herile præceptum.*] Veneris, heiæ & dominæ.

Ventris lenocinio.] Vterus fœminæ turgidus & prægnatio conciliat fauorem, & quoſdam quaſi lenocinio blandimenta conquirit, ídque potiſſimùm apud ſocrũ quæ futura eſt auia. Tales enim in primis fœminæ nepotulorum deſiderio capiuntur. *Vocabor auia.*] Theris apud Papinium optat fieri auia, & ſinu portare nepotulum: eſt enim nomen aui & auiæ optatiſſimum parentibus. Inter exempla fœlicitatis memoratur diuus Auguſtus, qui neptis ſuæ nepotem vidit, M. Syllanum. *Audiet.*] nominabitur, dicetúrque: id enim audimus, quod dicitur *Impares nuptiæ.*] Argu-

Tunc rurſus ſublato riſu Venus: Et ecce, inquit, nobis turgidi ventris ſui lenocinio commouet miſerationem, vnde me præclara ſobole, auiam beatam ſcilicet faciat. Fœlix verò ego, quæ in ipſo ætatis meæ flore vocabor auia: & vilis ancillæ filius, nepos Veneris audiet. Quanqua inepta ego, fruſtra filiũ dicã. Impares enim nuptiæ, & præterea in villa, ſine teſtib. & patre nõ cõſentiente factæ, legitimæ nõ poſſũt videri: ac per hoc ſpurius iſte naſcetur; ſi tamẽ partũ omnino proferre te patiemur. His editis, inuolat in eã, veſtémq; pluriſariã diloricat: capillóq; diſcuſſo, & capite conquaſſato, grauiter afflixit: & accepto frumẽto, & ordeo, & milio, & papauere, & cicere, & lẽte, & faba, comixtíſq; aceruatim, cõfuſiſq; in vnũ glomulũ ſic ad illã: Videris enim mihi tã deformis ancilla, nullo alio, ſed tantũ ſedulo miniſterio amatores tuos promereri. Iã ego & ipſa frugẽ tuã periclitabor: diſcerne ſeminũ iſtoriũ paſſiuã congeriem: ſinguliſq; granis ritè diſpoſitis, atq; ſeiugatis, ante iſtã veſperam opus expeditum approbato mihi. Sic aſſignato tantorum ſeminum cumulo, ipſa cœnæ nuptiali conceſſit.

menta-

mentatur Venus, legitimas nuptias non videri inter Cupidinem & Psychen, ob disparilitatem : & quòd ea facta est furtim sine testibus, sinéque parentis voluntate. Vnde consequenter colligit, eum qui ex tali concubitu nascetur, minimè legitimum futurum, sed spurium & nothum. Boëtius in commentariis Topicorum tradit, nuptias non esse iure contractas, quæ non aut inter ciuem Romanum ciuémque Romanam iungebantur: aut cui princeps populúsve ciuitatem vel connubium non permisisset, & ex impari matrimonio suscepti, non patrem, sed matrem sequuntur. Hinc in Topicis exemplum hoc est : Quædam Romana vel cum Latino, vel cum peregrino, vel cum seruo, vel cũ quouis cõnubij non erat, nuptias fecit, dotem contulit, factóque inter eos diuortio contenditur, an nuptæ mulieris cum eo quo ius connubij non erat, apud virum dotis pars post diuortium debeat permanere. Decemuiri, qui leges Decemuitales condiderunt, lege sanxerunt, ne patribus connubium cum plebe esset, tanquam tales nuptiæ impares sint, & ob hoc minimè legitimæ. Sed cùm contumelia hæc plebis insignis esse videretur, lege Canuleia connubia inter patres & plebem promiscua facta sunt, vt copiosè explicat Liuius in 4. Prætereà legimus apud iurisconsultos, lege Papia caueri, ne senatoribus, eorúmque liberis, libertinam vxorem habere liberè liceat.

Prætereà in villa.] Non video cur in villa factæ nuptiæ non sint legitimæ, cùm & ipse in apologia scribat, vxorem multò auspicatiùs in villa quàm in opido duci in solo vberi, quàm in loco sterili. Nec lex Iulia de maritandis ordinibus, ad hunc modum vsquam sic interdicit, Vxorem in villa ne ducito. Forsitan nuptias in villa factas improbat, ob solitudinem, vbi nullis testibus (quod nefas est) Psyche Cupidini copulata est.

Patre non consentiente.] Scribit Paulus iurisconsultus, nuptias consistere non posse, nisi consentiant omnes, id est qui coëunt, quorúmque in potestate sunt : &, vt auctor est Vlpianus, si nepos vxorem velit ducere, auo furente, omnimodò patris auctoritas erit necessaria : sed si pater furiat, auus sapiat, sufficit aui voluntas. Si ita pater absit, vt ignoretur vbi sit, & an sit, quid faciendum sit meritò dubitatur. & si triennium effluxerit postquàm apertissimè fuerit pater ignotus vbi degit & superstes sit, non prohibentur liberi eius vtriusque sexus matrimonium vel nuptias legitimè contrahere. *Spurius.*] Vulgò concepti solent spurij appellari, vel quasi sine patre filij: vel à Græca voce σποῦρα, quod significat pudenda. Et ita legendum est libro primo Institutionum, vbi mendosa dictio passim reperitur, & perpe-

ràm exponitur ab Accurſio. Auctor eſt Plutarchus in problematis, Sabinos vxoris pudenda ſporion appellare, & inde ſpurium dictum. Purior illa interpretatio eſt, vt ſpurius dicatur quaſi ſine patre: neque enim hi patrem habere intelliguntur. Inter prænomina antiquorum, duabus literis, S. P. ſpurius notatur: quod apud hiſtoricos ſæpiſſime inuenies. *Inuolat in eam.*} Vola manus & pedis media pars dicitur: auctores Donatus & Seruius. vnde & inuolare dicimus, cùm aliquid furtim vola manus ſubtrahitur: & inuolare rurſus, cùm violentæ manus in aliquem diriguntur. Terentius in Eunucho: Vix me contineo, quin inuolé in capillum. Et minæ iſtæ propriè fœminarum ſunt, vnguibus ſæuientiũ. Nam, vt inquit Lucret. Arma antiqua, manus, vngues, dentéſque fuerunt. *Diloricat.*} diſtẽdit, dilacerat, diſcerpit, M. Tul. in ſecundo de Oratore: non dubitauit excitare reum conſularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere. Quod diloricat dixit, alibi idem exẽpiũ memorans inquit, Tunicã à pectore diſcidit: vt intelligamus diloricare & diſcindere eodem intellectu vſurpari. Egeſippus in quarto: Momẽtanei bellatores gladios occulentes, quẽcunq; reperiebant, diloricabant. Videtur dici diloricare, quaſi loricã diſſoluere atque diſcludere: ſicut diffibulare eſt, diſcindere, & fibulam reſoluere. Statius in 6. Thebaidos: Torto clamydem diffibulat auro. *Plurifariàm.*} plutibus in locis & partibus. *Confuſis in vnum glomulum.*] Venus aceruauit conglobauítque hæc omnia confuſaneo aceruo facto, & vix ſeparabili, vt ita grauiùs torqueret fatigarétque Pſychen in diſcernenda congerie. Glomus accipitur pro glomere, ſiue glomeratione, & quadam quaſi aceruatione. Plinius tradit in 36. Si quis improperet intra labyrinthum ſine glomere lini, exitum inuenire non queat. Glomus in ſacris appellatur cruſtulum cubi figura, quod obſonij genus eſt. Grumus verò dicitur agger, ſiue collectio terræ minor tumulo, à congerie dictus. hinc exgrumantes decentiſſimo vocabulo Varronianæ dictæ cochleæ, quaſi grumos eruentes, & ex grumis exilientes, accepto frumento & hordeo. Ex Pliniana diſtinctione, frumenti appellatione hordeum continetur. duo enim prima frugum genera facit Plinius: frumenta, vt triticum & hordeum: legumina, vt faba & cicer. Videtur Apuleius frumentum pro tritico poſuiſſe, ſpeciali quodam ſignificatu. Frumenta autem & fruges à fruendo dicta. Frui eſt veſci, à frumine, quæ eſt ſumma pars gulæ: per frumen enim eſculenta delabuntur. Hordeum verò antiquiſſimum in cibis, ſicut Athenienſium ritu, Menandro auctore, apparet. Inde gladiatores hordearij appellati.

appellati. Polentam Græci ex hordeo præferunt: panem hordeaceum antiquis vſitatum vita damnauit. Plinius hordeum inter genera frumenti numerat, aítque id ex omni frumento minimè calamitoſum eſſe, & frugum omnium molliſſimum. Quæri ſolet, cur à Columella hordei genus hexaſtichum ſit nominatum, & aliud quod diſtichum vocant. Dicitur autem hexaſticum id, cuius ſpicæ ſenos ordines habent: ſicut diſtichon, quæ binos: Græcè κρίθη hordeum, & κρίθινος hordeaceus. *Et milio.*] Quidam putant milium cepiſſe nomen à maxima numerorum, quæ eſt mille: Græci κέγχρον vocant. Panis è milio fit, qui antequàm refrigeſcat, ſine faſtidio poteſt abſumi. Milio Campania gaudet, pultémque candidam ex ea facit. Sarmatarum quoque gentes hac maximè pulte aluntur. Æthiopes non aliam frugem, quàm milij hordeíque nouere. Milij purgamenta apludam vocant, auctore Plinio. Gellius verò & Nonius tradunt, ruſticos veteres dixiſſe apludam, frumenti furfurem: ſicut floces, vini fecem. Miliariæ auiculæ ſunt ex eo dictæ, quòd milio fiant pingues. *Et papauere.*] Papaueris ſatiui & ſponte naſcentis genera & medicinas percenſet Plinius in 19. & 20. Græcè μήκων dicitur, vnde Meconium ſuccus papaueris vocatur, multùm opio ignauior. Meconium quoque vocant ſordes infantium aluo editarum, quod Ariſtotelis interpres papauerculum interpretatus eſt, quod colore cruentum atque admodùm nigrum & piceum eſt. κώδια caput papaueris nominatur à Græcis, indéque medicamentum diacodion dictum, qui ex papauerum capitibus conficitur: cuius Plinius & Galenus meminerunt. Papauer Cereri attribuitur propter fertilitatem. vnde epitheto poëtico Cereale papauer. Symbolum ciuitatis, Euſebio teſte, eſt papauer. *Cicer.*] Columella quoddam ciceris genus arietinum appellat, quod (vt inquit Plinius) arietino capiti ſimile eſt: religio columbinum, quod alij venerium vocant, paruigiliis adhibet. Siliquæ ciceri rotundæ ſunt, vnde Ciceronum cognomina. Græci ἐρέβινθον appellant. Ædiles in celebratione Floraliorum cicer & fabam, aliáque id genus populo ſpargebant, inde illud Horatianum: In cicere atque faba bona tu, perdáſque lupinis. Quod æmulatus Perſius dixit: Cicer ingere largè Rixanti populo. *Lente.*] in Ægypto laudatiſſima lens naſcitur, quæ ob id à poëtis Peluſiaca eſt cognominata. Sunt auctores, æquanimitatem fieri veſcentibus ea. Inde Lentulorum cognomina. Græci φακὸν dicunt. Lens optima, quæ facilimè coquitur. aciem quidem oculorum obtundit, & ſtomachum inflat: ſed aluum ſiſtit in cibo, magíſque diſcocta cœleſti aqua. *Et*

Digitized by Google

faba.]Inter legumina maximus honos eſt fabæ.Lomentum appellatur farina fabacea, quo ad eruganda corpora vſa eſt antiquitas. hinc illud epigrammatiſtæ : Lomento rugas vteri quòd condere tentas. A faba inſulæ in Oceano ſeptentrionali Fabariæ nominantur.Græcè κύαμος dicitur. Cur Pythagorica ſententia fabæ damnentur, cauſas referunt Plinius, M. Varro, Gellius,Cicero. Illud annotatu dignum memorat Plutarchus, ænigma videlicet Pythagoricum de abſtinentia fabarum ſignificare, abſtinendum eſſe à republica: vt Abſtine à fabis, nihil aliud ſit,quàm abſtine à reipublicæ adminiſtratione, neque publica tractes:fabis enim priſcorum ſuffragia continebantur. Silente luna fabam vellendam eſſe præcipit Columella. Eſt autem luna ſilens interlunium, ſiue coitus lunæ:quod Græci νέου μηνίου,hoc eſt neomeniam dicunt. Synodicam lunam frequenter appellat Firmicus Maternus,quando eſt coniuncta cum ſole, in coitu videlicet. Ab eodem periæpe ſynodica radiatio ponitur, pro ea radiatione quæ eſt in coniunctione errantium ſtellarum.Valuoli fabæ folliculi appellantur,quaſi valliuoli qui vallo fracti excutiuntur. *Glomulum.*]aceruum,glomerem, globum. Glomus in ſacris cruſtulum appellatur,& ex oleo coctum : glumam verò folliculum ſiue tuniculam in hordeo & tritico appellant.auctor M.Varro. *Sedulo miniſterio*]non ſolùm forma, ſed etiam dexteritas ſtrenuitáſque in puella, amoris eſt conciliatricula: ſed & vtilitate miniſterij laudatur puella apud Ouidium his verſibus:Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis, Flaua comas aderat,faciendis ſtrenua iuſſis, Officiis dilecta ſuis. *Promereri.*]conſiliare,& obſequio demereri Dixit poëta in Opere ſerio:Nunquam regina negabo Promeritam.Exponunt grammatici præſtitiſſe,bene geſſiſſe. Teren. Ita me velim ames promerentem patet:id eſt, bene agentem. Econtrario commereri,eſt malè agere & delinquere.vt illud: Quid commerui,aut peccaui patet? *Frugem tuam periclitabor.*]id eſt, periculum faciam tuæ virtutis:periclitari enim eſt experiri,alias periculum ſubire. Hinc illud amphibolon apud Epigrammatiſtam, periclitatur capite ſodalis noſter. *Diſcerne:*]diuide,diſcrimina. Nam diſcriminare eſt,ſpeciem à ſpecie ſeparare:quod & Donatus docet in II.Ænei dos commentario. *Paſſiuam congeriem.*]indiſcretam & confuſaneam, vocabulo à paſſim deducto. Sic paſſiua Venus, paſſiua libido, apud Iulium Firmicum vſurpatur pro publica & cõmuni ac promiſcua: & paſſiui amatores ab eodem dicuntur, qui paſſim ac indifferenter fœminas omnis amant. *Seiugatis.*] ſeparatis,ſepoſitiſque per ſpecies.

Nec

Digitized by Google

Nec Psyche manus admolitur incondita illi & inextricabili moli: sed immanitate præcepti consternata, silens obstupescit. Tunc formicula illa paruula, atque ruricola, certatim difficultatis tantæ, laborisque miserta, contubernalis magni Dei, socrúsque sæuitiam execrata, discurrens gnauiter, conuocat, corrogátque cunctam formicarum accolarum classem: Miseremini terræ omniparentis agiles alumnæ, miseremini, & Amoris uxori puellæ lepidæ periclitanti prompta velocitate succurrite.

Moli.] aceruo, glomulo. & declinatur, hæc moles. *Inconditæ.*] incompositæ, indigestæque. *Formicula ruricula.*] Optimum formicæ epitheton, vt ruricola dicatur, quasi ruris cultrix diutina, & operaria sedula. Plin. in 11. de formicis loquēs scribit hæc: Iam in opere qui labor, quæ sedulitas? silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque sedulitas. operantur noctu plena Luna, interlunio cessant: &, vt inquit Horatius, Exemplum magni laboris formica est. Vnde Solomon in Prouerbiis: Vade ad formicam, inquit, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Græcè dicitur *μύρμηξ*, & formia diminutiua *μυρμήκιον*. Hinc prouerbium Græcorum, *ἀγαθῶν μυρμήκια*. de copia fœlicitatis, & bonorum affluentiam. Aliàs myrmecia dicuntur vlcuscula, quorum meminit Cor. Celsus. *Contubernalis magni Dei.*] Contubernalem Cupidinis Psychen intelligit, cuius laboris misserta est formica. Magnus autem Deus non tam Iupiter hoc in loco significatur, quàm ipse Cupido, de quo Plato memorat in Sympolio: Magnus Deus est amor, & apud homines Deósque mirandus. *Socrus.*] Veneris, quæ in Psychem nurum atrociter nimis sæuiebat. *Gnauiter.*] strenuè, velociter. *Classem formicarum.*] totum ordinem, populosámque familiam formicarum, quæ illius loci cultrices erant. Appellatione classis significatur ordo & multitudo. Liuius narrat, Romam fuisse distributam in classes à Seruio Tullio. Classes quoque in scholis sunt ordines discipulorum. Quintilianus in primo auctor est, à præceptoribus suis pueros in classes distributos, ordinémque dicendi secundum vires ingenij datum. Ea nobis, in-

quit ; ingens palmæ contentio, ducere verò classem multò pulcherrimum. De hac classe scholastica intellexit Satyrographus illo versu: Cùm perimit sæuos classis numerosa tyrannos. Classici, vt docet Gellius, dicebantur non omnes qui in classes distributi erant, sed primæ tantùm classis homines, quibus centum milia æris ampliúsue censi erant: infra classem autem appellabantur, secundæ classis, cæterarúmque omniũ classiũ qui minore summa censebantur. Ex hac translatione decenter à Seneca dicũtur scriptores primæ & secũdæ classis, hoc est primi & secundi ordinis & loci. *Alumnæ.*] Condecenter & commodè animantes omnes dici possunt alumnæ telluris, cùm omnia ab ea alantur indulgenter, perinde atque nutrice & matre, cui eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Hæc, vt Plinj verbis vtar, benigna, mitis, indulgens, vsúsque mortalium semper ancilla, quæ coacta generat? quæ sponte fundit? quos odores, saporésque? quos succos? quos tractus? quos colores? quàm bona fide creditũ reddit fœnus? quæ nostri causa alit? Meritò terra omniparens à scriptoribus dicta, sicut à Virgilio scribente, Necnon & Tition terræ omniparentis alumnũ Cernere erat. Aug. in 7. de Ciuitate Dei, Tellurẽ matrẽ dici tradit, quòd plurima pariat: magnã, quòd cibũ pariat. M. Varro terræ vim geminam, masculinã scilicet & fœmininam, inesse plodit: Masculinam scilicet, quòd semina producat: & fœmininam, quòd recipiat, atque nutriat. Inde à vi fœminina dictam esse Tellurem, à vi masculina Tellumonem Pontifices faciebant rem diuinam Telluri & Tellumoni: addentes præterea duos terræ Deos, Altorem scilicet & Rusorem. Altor autem dicebatur, quòd ex terra aluntur omnia quæ nata sunt: Rusori verò nomen erat ex eo, quòd rursus cuncta eodem reuoluuntur. *Amoris vxori.*] Psychæ. *Promptâ velocitate.*] Æsopus ille fabulator elegantissimus, fabulatur formicam olim hominem fuisse, quæ non propriis laboribus contenta, vicinorum quoque fructus auferebat: ex quo indignatus Iupiter transfigurauit eam in bestiolam formicam quæ formam quidem immutans, pristinum affectum, pristinâmque parcitatem retinuit. Vnde & nunc quoque rura perlustrans, colligit alienos labores, recondítque in thesauro.

Sepedum.] Id est, populosus numerus formicarum, instar vndarum & fructuum,

Ruunt aliæ, supérque aliæ sepedum populorum vndæ, summóque studio singulæ granatim totum digerunt acerũ.

sepa-

ſeparátimque diſtributis, diſſitiſque generibus, è conſpectu perniciter abeunt. Sed initio noctis è conuiuio nuptiali, vino madens, & flagrans balſama Venus remeat, totúmque reuincta corpus roſis micantibus, visáque diligentia miri laboris: Non tuum, inquit, nequiſſima, nec tuarum manuum iſtud opus, ſed illius, cui tuo, immò & ipſius malo placuiſti. Et, fruſto cibarij panis ei proiecto, cubitum faceſſit.

vndatim ruebant in auxilium Pſyches. Virgilius: Manè ſalutantum plenis vomit ædibus vndam. Sepedes autem elegan ti vocabulo dicuntur, à numero pedum: formicis enim leni pedes ſunt, ſicut in ſectis ferè omnibus. Inſecta verò ſunt ea animalia, quæ Albertus Magnus anulata appellat, Ariſtoteles & Græci ἔντομα. Plinius in 11. Omnibus inquit, his ſeni pedes, plerique vermes duodenos habent, aliqua & centenos: numerus pedum impar nulli eſt. *Granatim.*] per grana, ſpeciéſque granorum. *Diſſitis.*] diuiſis, ſeparatis, diſcretis. *Perniciter.*] celeriter. *Vino madens.*] Vinum & vnguenta decenter Veneri copulantur, cùm ſint incentiua libidinis: meritóque priſci ex Venere & Bacho Priapum genitum finxerunt, coniectura ſatis proba: quòd qui vino indulgent, ſint ad Venerem propenſiores, procliuioréſque. *Fragrãs.*] ſpirans, redolens. *Reuincta.*] circundata, coronatáque. *Roſis micantibus.*] Venerem roſis reuinctam, ſcitiſſimè memorat, námque roſa Veneris flos eſt. Id quod & Virg. teſtatur in Elegidio cui titulus eſt Roſæ, cùm ait: Sideris & floris eſt domina vna Venus. Apud Aphthonium fabella eſt, quemadmodùm olim Venus latura ſuppetias Adonidi, deliciolo ſuo, quem Mars necare tendebat, in roſas incidit, quarum ſpinis pedem perforatur: ex quo vulnuſculo manans cruor, roſam, quæ priùs candida erat, colorauit. Hinc Claudianus, ſignificare volens roſas à Venere colligi, ita inquit: Sic fata cruoris Carpit ſigna ſui: id eſt, roſas decerpit Venus, ſuo ipſius ſanguine coloratas, infectáſque. Epigrammatiſta quoque Veneri gratam eſſe roſam illo hendecaſyllabo demonſtrat: Sic felix roſa, mollibúſque ſertis Noſtri cinge comas Apollinaris, Quas tu nectare candidas, ſed olim Sic te ſẽper amet Venus memento. Græci roſã rhodon appellãt: inde rhodion vnguentum dictum, ex roſa confectum, de quo Plin. in 13. *Illius.*] Cupidinem intelligit. *Fruſto panis.*] M. Cato: Fruſto, inquit, panis conduci poteſt vel vti taceat, vel vti loquatur. Hinc ad

uerbium fruſtatim, quod ſignificat per fruſta, & minutatim: quod & ἰσμικρογενῶς fruſtilatim dicitur. Plautus in Curgulione: Iam ego te faciam vt hic te formicæ fruſtilatim differant. Inde fruſtulentam aquam appellat, intelligi volens iuſculum concinnatum ex carne minutim conciſa. *Cibarij panis.*] Cibarium panem dicimus ſordidum, plebeium, prorſúſque viliorem: qui & ſecundarius nuncupatur. Apud Suetonium non pauca annotauimus, ſuper generibus panis: vbi tradit ſecundarium panem mirè Auguſto expetitum eſſe. Plin. in 18. Cibarij inquit, quod ſecundarium vocant, ſeſtarios quatuor. Idem paulo mox cibarium à ſecundario ſeiungere videtur, cùm ait: Secundarij panis quinas ſelibras, totidem cibarij, & furfurum ſeſtarios ſex. Cor. Celſus cibarium panem dicit eſſe infirmiſſimum: ſic enim vocat, in quo eſt minimùm alimenti: ſicut valentiſſimum id, in quo plurimùm alimenti eſt. De cibario pane M. Tullius in 5. Tuſcula. Cùm cibarius, inquit, in caſa panis datus eſſet, nihil viſum illo pane iucundius. Cibarium quoque vinum dici poſſe pro ignobili, teſtis eſt M. Varro, qui ait; Potus meus vinum cibarium. Idem dixit, Tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenes: vbi cibarius homo impropriè quidem, ſed ſcitè, accipitur pro ſordido & plebeio ac proletario. *Cubitum faceſſit.*] It dormitum. Præceptum M. Catonis eſt, Villicus primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat.

Petulanti luxurie.] Luxuriem & luxuriam indifferenter vſurpari apud ſcriptores idoneos, ſat liquet. *Cupita.*] Pſyche dilecta, deſideraráque. *Separatis amatoribus.*] Pſyche & Cupidine. *Tetra nox.*] nigra, crudelis, amara, ob diſſidium ſcilicet amatorum. Aliàs tetrum, vitabile, illuuioſum, fœdam dicitur.

Interim Cupido ſolus interioris domus vnici cubiculi cuſtodia clauſus, coërcebatur acriter: partim, ne petulanti luxurie vulnus grauaret partim, ne cũ ſua cupita conueniret. Sic ergo diſtinctis & ſub vno tecto ſeparatis amatoribus, tetra nox exanclata. Sed aurora commodum inequitanti, vocatæ Pſychæ Venus inſit talia: Vides ne illud nemus, quod fluuio præterluenti, ripiſque longis attenditur: cuius imi gurgites vicinum fontem deſpiciunt? oues ibi nitentes, auríque colore florentes, incuſtodito paſtu vagantur. Inde de coma pretioſi velleris floccum mihi confeſtim quo-*

quoquo modo quæsitum afferas censeo. Perrexit Psyche volenter, non obsequiũ quidem illa functura, sed requiem malorum præcipitis fluuialis rupis habitura. Sed inde de fluuio Musicæ suauis nutricula, leni crepitu dulcis aurę diuinitus inspirata, sic vaticinatur Arũdo viridis: Psyche, tantis ærumnis exercita, neque tua miserrima morte meas sanctas aquas pollues, nec verò contra formidabiles oues istius orę feras aditum, quoad de Solis flagrantia mutuato calore, truci rabie solent efferri: cornúque acuto, & fonte saxea, & nonnunquam venenatis morsibus in exitium sęuire mortalium. Sed dum meridies Solis sedauerit vaporem, & pecua spiritus fluuialis serenitate conquieuerint, poteris sub illa proceriſsima platano, quæ mecum simul vnum fluentum bibit, latenter te abscondere: &, cum primùm mitigata furia laxauerint oues animũ, percußis frondibus attigui nemoris lanosum aurum reperies, quod passim stirpibus connexum obhæresct. Sic Arundo simplex & humana Psychen ægerrimam salutem suam docebat.

Exanclata.] Quasi cum ærumnis & laboribus exhausta, transactáque. Græci verbi proprietas exigere videtur, vt exantlare potiùs per literam t, quàm exanclare dicamus: quod & in primo commentario annotaui. Illud adde, quòd anclabris siue antlabris mensa vocatur, quæ in sacrificando Diis anclatur, id est hauritur, ministratúrque. *Attenditur.*] iuxta & propè explicatur, extenditúrque. *Nitentes.*] splendentes. *Incusto-dito pastu.*] libera & soluta pastione. *Floccum afferas.*] Floccus propriè dicitur in panno, si in vellere particula est eminentior, quæ forficibus reciditur: cuius diminutiuum est flocculus. Plinius in 16. de robore loquens ait: Nascuntur in eo & pipulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. Idem in 10. Hirundines, inquit, nidum mollibus plumis floccíſque consternunt. Cor. Celsus inter notas & signa mortiferi morbi esse scribit, si quis in febre & acuto morbo manibus in veste floccos legit, fimbriáſve diducit: inde fit verbum flocci facio pro contemno, nihilipendo, nec pluris facio quam

ſint flocci Apud Plautum in Epidico anceps eſt ſcriptura.nam à quibuſdam legitur,duo deflacci ſenes.Alij legere malunt,defloccati,quaſi attriti,vetuli, vt pannus & veſtis ſine flocco.Demiror Nonium Marcellum ſic ſcripſiſſe : Deflaccare eſt atterere , tractum à veſtibus ſine flacco. Fateor equidem deflaccare,accipi in eo ſignificatu, quem ille tradit:ſed à flacco veſtimenti deriuari id planè diffiteor.non enim flaccus in veſtib. dicitur ſed floccus,vt iam docuimus,& vulgo quoque vſurpatur. Flaccus verò vocabulo priſco Latino ſignificat languidum , vietum & mollem:quod & flaccidus nominatur.Plinius autumat , cognomina Flaccorum ducta eſſe ab auribus flaccis,hoc eſt mobilibus, flaccidis,languidulis. Eſt & verbum vetus flaccet , quod ſignificat languet,deficit:inde deflaccare & inflaccare. Apuleius in Apologia:Cur veſtra oratio rebus flaccet, ſtrepitu viget ? *Fungatur.*] peragit.fungi enim agere eſt,defungi peragere: vt docet Agretius. Purior lectio eſt, ſi corrigas , Functura : ſicut verbum illud Habitatur,corrigo Habitatura.Eſt enim ſenſus, Pſyche libenter vtroque perrexit , non quidem ob obſequium iniunctum peractura,ſed requiem malorum habitura , inuenturáque ex morte, quam ſubire deſtinauerat ex rupis præcipitio. *Muſicæ nutricula.*] Arundinē muſicæ nutriculam eleganter appellat. nam ex arundine Pan fiſtulam compaginauit:ex arundine tibiæ conficiuntur. inde calamum auleticon vocant Græci , quam noſtri tibialem, Plin.in 16.docet, quemadmodùm arundines præparandæ ſint in vſum tibiarum. *Inſpirata.*]quaſi ſpiritu quodam animata, & vocalis facta.*Exercita.*]fatigata,agitata. Virg. nate Iliacis exercite fatis:interdum exercitus dicitur contemptus , neglectúſque,vt docet Fulgentius Placiades , allegans illud Plautinum, Nos noſtrámque familiam habes exercitam. A. Gellius dixit in primo, Aderat ibi fortè amicus noſter lectione multa exercitus, pro exercitatus.& ita frequenter repetias apud auctores. *Iſtius oræ.*]regionis & loci. *Formidabiles oues.*] Sunt oues quas feras vocant. nam in quocunque genere animalium eſt placidum, eiuſdem inuenitur & ferum. Ait Plin. camelopardalin appellatam eſſe ouis feræ nomine , cùm aſpectu magis quàm feritate conſpicua ſit.Græcè προβατον dicitur : vnde Probatica piſcina in Euangelio dicta , qua probata,id eſt,oues lauabantur. Apicas vocant oues,quibus nudus eſt venter , & ſine lanicio, quas damnant μῆλον quoque ouem Græci nuncupant : vnde melotes , veſtes ex ouinis pellibus factæ,apud Eccleſiaſticos ſcriptores apellantur.*Matuato calore.*]quòd calorem & vim excitet ſolis feruor, exemplo ſunt ſerpentes, quæ per calorem acerrimè mouentur:

per

per brumalia autem & hyberna tempora mutatione cœli refrigeratæ, immotæ sunt stupore. auctor Victruuius. Et à Salustio proditum est in Iugurtha, calore & siti serpentes magis quàm re alia accendi, & in rabiem efferari. Contrà in hominibus corpora calore fiunt imbecilla, & feruore dissoluuntur: cùm à refrigerationibus solidentur atque confirmentur. nam calor exurendo eripit naturales virtutes, dissoluítque eas & mollescentes efficit atque imbecillas: vt etiam in ferro animaduertimus, quod quamuis natura sit durum, tamen in fornacibus ignis calore percalefactum ita mollescit, vt in omne genus formæ facilè fabricetur: idem frigida aqua tinctum redurescit, & restituitur in pristinam proprietatem. *Fronte saxea*.} dura, indomabili, & quasi lapideâ. *Pecua*.} oues. Veteres (vt tradunt grammatici, & annotat in 5. Priscianus) hoc pecu singulariter, pecua pluraliter dixerunt. Plautus in Mercatore: Nec pecua ruri, pascere, nec pueros nutricare. & Solinus: Ita impabulosa, inquit, est vt pecua nisi interdum à pastoribus arceantur, ad periculum agat satietas. Pecuatum dici voluerunt stultum. Antidamus in Moralibus: Hominem quis ferat sic pecuatum? *Spiritus*.] auræ ex flumine minantis. Homerus, è flumine auras ante lucanas semper insalubres esse tradit. Nilus solus omnium fluuiorum, auctore Herodoto, nullas ex se auras remittit, spirátque. Lucan. amnem celebrat nomine Anauron, quasi sine aura, & nullum spiritum exhalantem. *Procerissima*.} editissima, ampliss imáque Plinius de magnitudine arborum scribit in 16. aítque visas esse arbores admirationis præcipuæ, longitudiníq; incredibilis. Idem in 12. refert, platanos celebratas fuisse Athenis in ambulatione Academiæ. Fabulositas Græciæ narrat Iouem sub platano cum Europa concubuisse in insula Creta, quæ nunquã folia dimittat. Vmbræ causa tantũ hæc arbor expetitur: cuius non alia cõmendatio maior est, quàm quòd solẽ æstate arcet, hyeme admittit. Genialis ab Ouid. dicta est, quasi voluptária. Platani radices mero infuso nutriuntur; docuítque luxuria piscorum, arbores vina potare. *Abscondere*.] Tanta est platanorum capacitas & amplitudo, vt quædam celebretur domicilij modo caua octoginta pedum specu, tam digna miraculo, vt Liuinius Mutianus prodiderit, epulatum intra eam se cum decem & octó comitibus. Caius quoque princeps in Veliterno rure epulatus est sub platano quindecim conuiuarum ac ministrorum capace: quam cœnam appellauit ille nidum. *Attigui*.]proximi. *Lanosum*.] Vellus aureum significat, vt in quo aurum est lanæ plenum, & floccis lanicij fulgidum.

Obhæresit.] adhæresit atque implicatur. ob enim antiqui pro ad ponebant: vt obiurare pro adiurare: & ob os, quod significat ad os: ob Romam, ad Romam. Ennius: Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Ab eodem dictum est, Omnes occisi occensique in nocte serena: id est, accensi.

*Nec auscultatu pœnitendo diligenter instructa illa cessauit: sed obseruatis omnibus, furatrina facili, flauentis auri mollitie congestum gremium Veneri reportat. Nec tamen apud dominam saltem secundi laboris periculum, secundum testimonium meruit, sed contortis supercilijs subridens amarum, sic inquit: Nec me præterit huius quoque facti auctor adulterinus. Sed iam nunc ego sedulo periclitabor, an oppidò forti animo, singularique prudentia sis præditus. Videsne insidentem celsissimæ illi rupi montis ardui verticem, de qua fontis atri fuscæ defluunt undæ, proximæque conceptaculo vallis inclusæ Stygias irrigant paludes, & pauca Cocyti fluenta nutriunt. Indidem mihi de summi fontis penita scaturigine rorem rigentem hauritum ista confestim deferto vmula. Sic aiens, crystallo dedolatum vasculum, insuper ei grauiora comminata, *tradit.*

Nec pœnitendo.] auscultatione salutari, & optimo documento. Auscultare enim significat obedire: nec tam audire est, quàm diligenter attendere. hinc illud Catonianum: Auditis enim non auscultatis, tamquam pharmacopolam. *Furatrina.*] furto & rapina. eodem epim inclinatu furattina dicitur, quo molettina, fetatrina, fœcutrina. est autem molettina, pistrinum, à molendo dictum. Antiquitas Deam coluit nomine Furinam: in cuius honorem feriæ furinalia dicuntur: cui etiam flamen fuit attributus, dictus furinalis. *Flauentis.*] aurei. A colore & flauum & fuluum dicitur aurum. Quid autem distet flauus à fuluo, docet Gellius. *Dominam.*] Venerem. *Contortis.*] toruis, superbiam Fastúmque indicantibus: homini enim in superciliis, vt inquit eleganter Plin. tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis indicium est. Fastus & superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, hic subit, hic pendet. Supercilia in Iunonis tutela esse puta-

putabat antiquitas, quòd his protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant lunonem, vnde & Lucina dicta est. M. Varro luciam Lucinam esse interpretatur, quam ait ducem nascentium esse: eique Dææ mulieres potissimùm supercilia attribuisse, quia supercilia in altissima corporis parte collocata sunt. inde supercilium pro loco edito abruptóque accipitur, vt antè diximus. superciliosos dicimus superbos, & seueros. *Amarùm.*] Subrisit quidem Venus, sed eo risu qui magis amaritudinem animi tristitiámque præ se ferret, quàm hilaritatem. amarùm dixit, pro amarè & indignanter. *Adulterinus.*] sicut, inquit, aliena ope vsa est in digerendis frugibus, aceruatim commixtis, ita in hoc quoque negotio alienas suppetias, alienúmque adminiculum adhibuisti, fuitque tibi opitulator adulterinus, videlicet Arundo, cuius monitu instructa Psyche peregerat Veneris mandata. *Periclitabor.*] tentabo, experiar. *Oppiàò forti.*] valde robusto & firmo: aduerbium est frequentissimum. *Verticem.*] Vertex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Sic & pars summa capitis vertex, & quod in montibus eminentissimum, rectè dixeris hæc omnia vertices. auctor Quintilian. in 8. A poëta dictum est, Saxi de vertice pastor. *Fuscæ.*] nigrantes: vnde fuscitatem & attritatem posuerunt veteres pro nigritia, & atro colore. *Cocyti fluenta.*] Præconio poëtarum Cocytus inter infernos amnes notissimus est, cuius Plato meminit in Phædone, scribens eum contra Pyriphlegethontem erumpere in Tartarum. Philosophi corpora mortalium inferos vocauerunt, & omnia quæ illic est credidit fabulosa persuasio, in nobismetipsis assignare conati sunt, afferentes Cocytum esse quicquid homine in luctum lacrymásque compellit. Græcè enim κωκύω lugeo, & κώκυτος luctus vlulatúsque significatur. Stygiam verò paludem interpretantur, quicquid inter se humanos ánimos in gurgite mergit odiorum, ἀπὸ τῦ στυγεῖν, quod odisse significat. στυγνὸς odibiliter, στυγερὸς querulus, odiosus dicitur. *Indidem.*] inde, ex illo loco & fonte. *Penita scaturigine.*] interiori fluxione: ab hac particula penitus, quæ significat intimam partem, fit nomen penitus, penita, penitum. Antiqui quoque auctore Prisciano, & penitior, & penitissimus dicere solebant, velut interior intimus. A. Gellius penitissimas gentes dixit pro remotissimas, vltimásque, quas Plin. extimas vocat. Apuleius in Dæmonio, In penitissimis mentibus diuersetur, pro intimis. Plaut. in Asinaria: Age quæso Hercle vsque ex penitis faucibus, id est, ex interioribus. Sidonij est ille versiculus Phalecius: Francorum penitissimas paludes. *Hauritum.*] haustum, eductum: sicut enim ab audio

auditum, ſic ab haurio hauritũ declinauit. Hauſtra veteres dixerunt rotarum cados, ab hauriendo: Græcè antla dicuntur. De multiplici ſignificatu huiuſce verbi (eſt enim polyſemon) annotant grammatici: aliter enim eſt dictum, Latus haurit apertum: aliter, Ille impiger hauſit ſpumantem pateram: aliter, Vocémque his auribus hauſi. *Cryſtallo dedolatum.*] Plin. cryſtallum inter gemmas percenſet, & gratiam cryſtallinorum poculorum celebrat. Cryſtallum glaciem eſſe certum eſt, vnde nomen Græci dedêre. Infeſtatur pluribus modis, ſcabricie, ferrugine, maculoſa nube, occulta aliquando vomica: eſt & ruffa, aliquibus rubigo, aliis capillamentum rimæ ſimile. Hoc vitrearij artifices litura occultant: quę ſine vitio ſunt, appellant aſyntheta, quaſi ſimplicia & pura. Quidam apud Plinium acentra legere malunt, quàm aſyntheta, quaſi ſine centro: quod prædurum fragiléque inter cryſtalli vitia numeratur. Nero amiſſarum rerum nuntio accepto, duos calices cryſtallinos in ſuprema ira fregit illiſos. Fragmenta farciri nullo modo queunt. Pocula cryſtallina in frigido potu probantur, calore diſſiliunt. Dedolatum dixit, artificio vitrearij læuigatum, & omni ſcabritiâ expolitum. Dolare enim, & dedolare, fabrorum verbum eſt, cùm materiarum complanatur aſperitas. Hieron. dolatorium appellat id ferramenti genus, quo materia & lapides dolantur: quod alio nomine aſciam Latini vocant. vnde aſciare verbum Vitruuio eſt. aſcia dolare. Sic enim inquit in 7. Sumatur aſcia, & quemadmodùm materia dolatur, ſic calx lacu macerata aſcietur. Exaſceatum dixit Plaut. quaſi dicas expolitum, perfectúmque.

Inuitæ.] Vt lectio planior ſit, legere malim, Inuentura vitæ finem. Volebat enim Pſyche ex rupe ardua ſe præcipitans, inuenire vitæ finem, ærumnoſæ ſcilicet, & infœlicis: cum mors ærumnarũ requies ſit, & finis. Hinc illud Horatianum: Moriar, mors vltima

At illa ſtudiosè gradum celerans, montis extremum petit cumulum, certè vel illic inuentura vitæ peſsimæ finem. Sed cùm primùm prædicti iugi conterminos locos appulit, videt rei vaſtæ lethalem difficultatem. Namque ſaxum immani magnitudine procerum, & inacceſſa ſalebritate lubricum, mediis è faucibus lapidis fontes horridos euomebat: qui ſtatim proni foraminis lacinijs editi, pérque procliue delapſi. & anguſti canalis exerto contecti tramite, proximam conuallem latenter incidebant.

Dexte-

Digitized by Google

*Dextera læuáque cotibus cauatis proſerpunt, & longa colla porrecti ſæui dracones, inconniuæ vigiliæ luminibus addictis, & in perpetuam lucem * populis excubantibus. Iámque & ipſæ ſemet muniebant vocales aquæ. Nam &, Diſcede, &, Quid facis? Vide, &, Quid agis? Caue, & Fuge, & Peribis, ſubinde clamant. Sic impoſsibilitate ipſa mutata in lapidem Pſyche, quamuis præſenti corpore ſenſibus tàmen aberat: &, inextricabilis periculi mole prorſus obruta, lacrymarum etiam extremo ſolatio carebat.*

linea rerum eſt. *Letalem.*] mortiferum, & letum afferentem. *Immani.*} ingenti & enormi. Aliàs immane dicitur fœdum & noxium. *Salebritate.*} acerbitate, aſperitate ſaxorum. Salebras aſperitates ſaxorum dici voluerunt. M. Tul. nunquam in tantas ſalebras cecidiſſet. Inde ſalebroſus, aſper: & ſalebritas, aſperitudo ſignificatur. *Inacceſſa.*} inacceſſibili, inuia, inadibili. *Lacinÿs.*] tortuoſis & flexuoſis limitibus. Sic enim aquæ fontanæ per ſemitas obliquas fluere conſueuerunt, & delabi. *Exerto tramite.*] aperto & ſubdiali. ſubdialia enim dicuntur, quæ ſub dio. hoc eſt cœlo ſunt. Veteres expapillatum dixerunt, renudatum & exertum: ſicut à Plauto dictum eſt expapillatum brachium. Cùm autem contraria ſint exertus & contectus, ſcitè dixit fontes fluxiſſe contectos in tramite aperto, cùm intra canalem anguſtum, decurrerent: ſæpe enim vſuenit, vt locus fluentis riui ſit exertus, ipſæ verò aquæ intra anguſtias canalis inumbrentur, & contectæ decurrant. *Cotibus.*} cautibus & ſaxis. *Proſerpunt.*} Serpere & proſerpere idem dicebant: quod eſt proprium peculiaréque draconum. Plaut. Fac me proſerpentem beſtiam, duplicem, vt habeam linguam. Hinc Proſerpina quoque dicta luna, quòd vt ſerpens modò in dextram, modò in ſiniſtram partem latè mouetur. *Inconniuæ vigiliæ.*] Vigilia inconniua eleganter dicitur, quando nuſquam oculi conniuent, ſed aperti micantéſque aſpectu vegeto peruigilant. Conniuere enim eſt, oculum claudere, genas operire, grauiores alitum (vt auctor eſt Plin.) inferiore gena conniuent, columbæ & ſimilia vtraque conniuent. Silius: Conniuent, ſolémq; pauent agnoſcere viſu. Hinc eleganti tranſlatione dicimus Deos & homines conniuere in delictis, quæ impunita prętereũt. Ecõtrariò incõniuẽs dicitur, qui oculis eſt vigi

lantibus,apertíſque ſine nictatione,ſine palpitatione. A. Gellius de Socrate memorat,quòd inconueniens,immobilis,iiſdémque in veſtigiis perſtabat. Sic & incomiua vigilia, pro inconniuens & exerta,oculis nuſquam ſomno ſuccumbentibus. Dracones autem acie oculorum acutiſſima & peruigili prædiros eſſe, tradunt auctores:& nomen argumento eſt:nuncupãtur enim δρὰκοντες, quod eſt videre. & ob id ſimulachris Æſculapij & Salutis draco ſubiungitur:oportet enim medicum eſſe oculatiſſimum, & prænoſcere commoda incommodáque in corporibus: cui conuenit dicere poſſe de ægroto,quæ ſint,quæ fuerint quæ mox ventura ſequantur. *Addictis.*} Eleganter & ſcitè, quaſi oculi ita addicantur mancipentúrque vigiliæ,vt illi præſtò ſint:ſicut addicti ſententiæ prætoris creditoribus tradebantur in mancipatum:ſuper qua re legito A.Gellij librum nouiſſimum. *Populis.*] Omnis vis videndi, ac ratio cernendi, continetur in populis, quæ & pupillæ dicuntur: quas ob id Lactantius ſcintillas luminum nuncupat, in libro de Opificio: per eas enim ſe ipſa mens intendit,vt videat:mens enim videt, animus cernit, tranſmittítque vim viſibilem per oculos,quaſi quaſdam per feneſtras. Auctores Plin.M.Tul.cæteri. *Munieb-nt.*} ne ſcilicet vox polluerotur. *Vocales.*} Ab effectu: nam vocem repentè emiſerunt, Pſychem admonentes vt abſcederet procul. Præterea aquæ vocales dici poſſunt à ſono & ſtrepitu,quem fluentes efficiunt. *Subinde.*} frequenter,identidem. *Mutata in lapidem.*} Facta eſt, inquit, Pſyche ſimilis ſtatuæ lapideę, ſine ſenſu,ſtupens,attonita,ob rei imperatæ impoſſibilitatem. *Mole.*] Magnitudine & quaſi aggere preſſa. *Lacrymarum ſolatio.*} Habebat Pſyche oculos quaſi puniceos,qui(vt inquit Plaut.)lacrymam expuerevnam non quibant: cùm interdum lacrymarum in dolore profluuio ſit maximum ſolatium. Seneca: Omnis aduerſa fortuna habet in querelis leuamentum. Ouid: Fléque meos caſus, eſt quædam flere voluptas.

Prouidentia.} Græci προνοιαν vocant, quam noſtri prouidentiã: quæ fatidica Stoicorũ anus appellatur à Velleio Epicureo apud M. Tullium. prouidentia mundum

Nec Prouidentia bona graues oculos innocẽtis animæ lauit ærumna. Nã primi louis regalis auis illa,repentè,propanſis vtrinque pinnis, affuit rapax aquila:memórque veteris obſequij, quo ductuCupidinis Ioui pocillatorem Phrygiũ ſuſtulerat,opportunam ferens opem, Deíque nũmen in vxoris laboribus per

colens,

colens, alti culminis Diales vias deserit. ob os puellæ præuolans incipit: At tu simplex alioquin, & expers rerum talium, *sperásque te sanctissimi, nec minùs truculenti fontis, vel vnam stillam posse furari, vel omnino cõtingere? Dijs etiam, ipsique Ioui formidabiles aquas istas Stygias, vel sando comperisti? quód que vos deieratis per numina Deorum, Deos per Stygis maiestatem solere? Sed cedò istam vrnulam.* ℭ *protinùs arreptam, completáque festinanter, librauisque pinnarum nutantium molibus, inter genas sauientium dentium, & trisulca vibramina draconum, remigium dextra lauáque porrigens, nolentes aquas, & vt abiret innoxius præmonentes, excipit: commentus, ob iussum Veneris petere, eíque se præministrare. quare paulò facilior adeundi fuit copia, Sic acceptam cum gaudio plenam vrnam Psyche Veneri cìtata retulit.*

tegi autumant sanctiores philosophi: cuius oculum nihil latet, nihil effugit. de qua M. Tullius in secundo de Natura deorum. Talis igitur mens mundi cùm sit, ob eámque causam prudentia appellari rectè possit, ita enim pronœa dicitur, hæc potissimũ prouidet, & his maximè est occupata: primùm vt mundus quàm aptissimus sit ad permanendum: deinde vt nulla re egeat, maximè autem vt in eo eximia pulchritudo sit, atque omnis ornatus. Sensus est, ærumnam Psychæ, hoc est animæ, non latuisse oculos prouidentiæ perspicacissimos. *Aquila regalis auis.* ℭ Sat est notum, aquilam Ioui dicatam esse, vel quia fulmine non percutitur, vel quia dicitur dimicanti Ioui contra Gigantes fulmina ministrasse, vel quòd in auspicium aduolauerit illi aduersus Titanas profisciscenti: quam victor bono omine acceptam, tutelæ suæ subiugauerit. Sacra verò historia testatur, aquilam consedisse Ioui in capite, atque ita regnum portendisse. Igitur ob hæc aquila regalis auis nuncupatur: & quia in omnia auitia regnum sortita est, iccircò traditur exercere inimicitias cum auicula, cui trochilos est nomen ob hoc tantum, quòd rex auium nominatur. Prouerbium Græcorum est γέρων ἀετός, aquilæ senectus, quod de senibus biboſis & vini auidis dicitur: & ita vsurpat noster Comicus, quoniam aquilæ in senectute tantum

bibunt, cùm ob aduncitatem roſtri ſuperioris cibo veſci non poſſint. A Græcis dicitur hæc paræmia, de his qui in ſenecta ſunt meliores quàm in iuuenta: propterea quod aquilæ ſeneſcentes maturè victum * feruntur & ob curuaturam roſtri fieri innocentiores. quas Plinius noſter ait oppetere non ægritudine, ſed fame: in tantùm ſuperiore roſtro accreſcente, vt aduncitas aperiri non queat. *Pocillatorem Phrygium.*] Ganymedem ſignificat, quem Iupiter efflictim amans, in aquilam demutatus rapuit. fabula notiſſima. Lactantius poëticum velamentum ita referat ac detegit, vt tradat, ideò dici Iouem rapuiſſe in aquila catamitum, quia aut per legionem rapuit, cuius inſigne aquila eſt: aut quia nauis in qua eſt impoſitus, tutelam habuit in aquila figuratam: Strabo harpagiam dici locum autumat, vnde raptus ſit Ganymedes. ἁρπάζω enim Græcè eſt rapio. Id autem circa Dardanium promontorium contigiſſe arbitrantur. * Euſebius chronographus ſignat, Ganymedem à Tantalo raptum eſſe, indéque exortum bellum inter Troëm Ganymedis patrem, & Tantalum. Hunc in cœlo pocula & nectar Ioui miniſtrare, canunt poëtæ, & cum primis Ouidius, cùm ait: Nec mora, percuſſo mendacibus aëre pennis Arripit Iliadem, qui nunc quoque pocula miſcet, Inuitáque Ioui nectar Iunone miniſtrat. Igitur cùm Ganymedes poculorum Iouialium pincerna ſit, vocabulo elegantiſſimo pocillator dicitur, quaſi poculorum miniſtrator. à poculo enim fit pocillum, qua dictione Liu. & Plin. vtuntur. Prætereà in Zodiaco aquarius eſt, quem complures (vt inquit Higinus) Ganymedem eſſe dixerunt, quem Iupiter miniſtrum Deorum feciſſe exiſtimatur. Itaque oſtenditur velut aquam fundens. vnde à Græcis Hydrochoos dictus eſt, quo nomine & à noſtris nominatur. Catullus in Callimachi interpretamento: Proximus Hydrochoi fulgures Oarion. Pocillatorem Ganymedem denotat Auſonius illo verſu: Stat Iouis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros. Nam ſtare ad cyathum ſcitè & eleganter dicitur pocillator, qui cyathum propinat. ſic Iuuenalis: Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor Ad cyathos. Sueton. tradit, Cæſarem ad cyathum ſteriſſe Nicomedi. Cyathiſſare Plautino verbo eſt ad cyathum ſtare, & cyatho vina miniſtrare: hoc eſt, fungi pocillatoris miniſterio. *Numen Dei.*] imperium Veneris, & maieſtatem: à nutu numen dictum. *Suſtulerat.*] in cœlum tulerat, portauerátque. *Ductu Cupidinis.*] Senſus eſt, aquila rependere vult beneficium Cupidini, ſubueniens laborioſæ Pſychæ eius vxori, memor, quòd & auſpicio ductúque ipſius Cupidinis Ganymedem in cœlum vexerat

Ioui

Ioui amatori. *In vxoris laboribus.*] in laboriosis ærumnis Psyches. *Diales vias:* } Iouiales & cœlestes. Græci Dia Iouem appellant: hinc flamen dialis dictus, à Ioue cui sacra facit. à die quoque dialis deducitur. Hinc scomma illud M. Tullij in consulem, qui vno tantùm die consulatum peregit. Solent, inquit, esse flamines diales, modò consules diales habemus. Inde sub dio dicitur, quasi sub Ioue, id est cœlo, quod & sub diuo dicitur: vnde subdiales dictæ, siue subdiuales ambulationes, Plinio, quæ apertæ sunt, & ostentæ soli atque sub cœlo: est enim æthra, splendor ætheris. *Ob os.*]ad os. ob enim, vt suprà dictum est, antiqui ponebant pro ad: vt ob Romam, ad Romam: ob os, ad os. M. Tullius: Cuius ob os Graij ora obuertebant sua. *Ioui formidabiles Stygias aquas.*]Vt poëtę canũt, statuit Iupiter, si quis fefelliſſet numen Stygis, peieraſſętque per Stygias vndas, vt vno anno & nouem diebus ab ambrosia & nectare prohiberetur. Ideò autem hoc fictum creditur, quia tristitia contraria est æternitati, & Dij per Stygias aquas tanquam rem contrariam iurare formidant. Virgilius: Stygiámque paludem, Dij cuius iurare timent & fallere numen. Apud Platonem in Phædone Stygius per colorem Cyaneum, hoc est nigrum & obscurum erumpere fertur, qui paludem efficit Stygiam. Antè dictum est, nomine Stygis tropologicè significari, quicquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorum. *Deieratis.* }Deierare est, valde iurare. hæc enim particula de auctiua est: vt deamat, pro valde amat. auctor Donatus. vnde deiurium dicitur Gellio, & reliquis, pro iureiurando. Peierare verò est, falsum iusiurandum dicere: quod & periurare vsurpatur. Tertullianus: Citiùs apud vos per omnes Deos quàm per vnum Genium Cæsaris peieratur. *Cedo.*]da. *Vrnulum.*] vas aquarium est: ex eo dicta vrna, quòd vrinat in aqua haurienda. Vrinare enim est mergi: inde vrinatores & vrinantes dicti, qui sub aquis natant & mergunt ur: quæ dictio apud Plinium frequentissima est. Quicunque sidere delphini orienti natus fuerit, vrinator erit. Vrinatium mensa est vasorum, ex eo dictum, quòd vrnas cum aqua positas ibi potissimùm habebant. *Trisulca vibramina draconum.*]Hoc, dictum propter linguam serpentis quæ trisulca est, vibrans. atríque coloris, vt docet Plin. in 11. quod & poëtæ testantur. Virgilius: Arduus ad solem & linguis micat ore trisulcis. Ouidius: Tréſq; micant linguæ. Sensus est, aquilam erepta vrnula ex cepisse, retulisséq; ad Psychen aquas illas formidabiles, inter trisulcas vibrantésq; linguas draconũ, & dentes oculeatos, quos serpentibus esse tradunt serratos, pectinatim coëuntes, ne contrario

occurſu atterantur. *Remigium.*]Alas dicit, vt ſuprà poëtica tranſlatione. *Innoxius.*}atmiger ſcilicet Iouis aquila. *Præminantes.*] poſſumus etiam legere, *præmouentes*, tanquam aquæ priùs mouerint aquilam, vt abiret ſine nocumento. *Commentus.*}cùm finxiſſet aquila.

*Nec tamen nutum Deæ ſæuientis vel tunc expiare potuit. Nam ſic eam maiora atque peiora flagitia comminans, appellat renidens exitiabilè: Iam tu quidem videris * magna quædam mihi, & alta prorſus malefica, quæ talibus præceptis meis obtemperaſti gnauiter. Sed adhuc iſtud mea pupula, miniſtrare debebis. Sume iſtam pyxidem, & (dedit protinus) vſque ad inferos & ipſius Orci ferales penates te dirige. Tunc conferens pyxidem Proſerpinæ: Petit de te Venus, dicito, modicum de tua mittas ei formoſitate, vel ad vnam ſaltem dieculam ſufficiens. Nam quod habuit, dum filium curat ægrotum, conſumpſit atque contriuit omne. Sed haud immaturius redito, quia me neceſſe eſt indidem delinitam, theatrum Deorum frequentare.*

Vel tunc.] exhibito officio tam difficili, & obſequio tam ancipiti. *Appellat.*] alloquitur. *Renidens exitiabilè* } riſu exitium pernicieémque denuncians. *Magna quædam.*]Si legis magna, copulabitur cũ maleficâ. Sed diſpice an purior lectio ſit Maga. dicit enim Venus, ſibi magam quandam videri Pſychen, & maleficã primi nominis, quæ mandata ipſius impoſſibilia, nedum difficilia factu, tam ſtrenuè exequuta ſit.

Gnauiter. }ſtrenuè, velociter, diligenter. *Pupula.*] Ironicôs pronunciandum. nomine enim blandimenti appellat Pſychen, quam maximè oderat: quemadmodum blandientes dicere ſolemus, Meus ocellus, mea columba, mea feſtiuitas. Conſimiliter dicimus, mea pupulà, quæ in oculo pars pretioſior eſt: vt potè viuendi opifex atque effectrix, & (vt auctor eſt Plinius) adeò pupillis abſoluta vis ſpeculi eſt, vt totam imaginem hominis reddant. Quidam id blandimenti nomen à puppa deducunt. ſunt enim puppæ, quæ per diminutionem pupullæ dicuntur, imagunculæ puellares in deliciis oblectamentiſque virgunculorum, de quibus eſt illud Perſianum: Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ. Ita puppas & puppos nominauit antiquitas, puellas

puellas & puellos. Prior interpretatio magis proba, magíſque venuſta eſt, vt ad pupulam, oculi blandimentum, id genus referatur. *Orci ferales penates.*}Domicilium, Orci, id eſt Plutonis, ferale eſſe, & mortiferum meritò dici, nemo eſt qui neſciat. *De te.*]à te. vetus elegánſque locutio. Horatius: Quærit de pueris, num ſit quoque fracta lagena. *Die vlam.*] quòd per vnam diem etiam breuiculam ſufficiat. Diecula enim modò diem ſignificat, aliàs morulam & tempuſculum: vt in primo commentario fuſiùs explicatum eſt. *Quod habuit.*]ſcilicet formoſitatis. Quaſi dicat, omnis mea formoſitas genuina & ingenita eſt abſumpta in curatione Cupidinis ægroti: ſicut medicamentum ex pyxide depromptum abſumitur in ægro curando. *Redito.*] regredere. *Haud immaturus.*]citò, præmaturè, feſtinanter. *Indidem.*}inde, ex hac pyxide, ex hac formoſitate Proſerpinæ.

*Tunc Pſyche vel maximè ſenſit vltimas fortunas ſuas: &, velamento reiecto, ad promptum exitium ſeſe compelli manifeſtè comperit. Quid ni? quæ ſuis pedibus vltrò ad Tartarum manéſque demeare cogeretur. Nec *cunctata diutius, pergit* ad quampiam turrim prealtam, indidem ſe datura præcipitem: ſic enim rebatur, ad inferos rectè atque pulcherrimè ſe poſſe deſcendere. Sed turris prorumpit in vocem ſubitam: Ecquid te, inquit, præcipitio miſella quæris extinguere? quidque iam nouiſſimo periculo, laboríque iſto temerè ſuccumbis? Nã ſi ſpiritus corpore tuo ſemel fuerit ſeiugatus, ibis quidẽ profectò ad imum Tartarũ, ſed inde nullo pacto redire poteris. Mihi auſcultа. Lacedæmon, Achaiæ nobilis ciuitas, non longè ſita eſt. huius conterminam, deuys abditam locis, quære Tænarum. Inibi ſpiraculum Ditis, &*

Velamento reiecto.]id eſt, apertè, nec per ambages ac velamentum, cognouit ſe impelli ad vltimum exitium. *Vltimas fortunas.*]vltimum infortuniũ. *Quidni.*] cur non, ſcilicet comperiret cognoſcerétque ſeſe compelli ad exitium præparatum remotis ſtrophis, & fucis. *Demeare.*}deſcendere, & deorſum meare. *Indidem.*] ex ea turri. *Deſcendere.*] vt ſcilicet per præcipitium extincta ita deſcenderet ad manes, ad quos demeant ſoli mortui. *Et quid.*]Turris vocalis facta caſtigat Pſychen,

quod ſe præcipitio peremptam demittere vellet ad Tartarum, cũ mortuis nullus ad ſuperos reditus pateat, vnde negant redire quenquam: ex quo fieret, vt Veneri pyxideculam referre non poſſet. *Nouiſſimo periculo.*] Qui vltimum periculum ſibi ſuperandum eſſe cognoſcit, & extremum laborem ſupereſſe, id forti animo capeſſere non recuſat, vt exanclatis ęrumnis deinceps molliter quieſcat, nam ſpes quietis inuitamentum eſt laboris ſubeundi. *Seiugatus.*] ſeparatus, ſeiunctúſque, abiuratis vitæ ſtipendiis. *Tartarum.*] poëtæ Tartarum appellant carcerem pœnarum infernarum: quod & Tertullianus memorat in Apologetico. Plato receptaculum eſſe autumat, in quo omnia flumina confluant, & rurſus effluant, tanquam Tartarus fons ſit aquarum omnium. Platonem refellit Ariſtot. in ſecundo Meteororum. Grammatici Tartarum deducunt ἀπὸ τῦ περιτρίζειν, id eſt, à tremore frigoris, vel ἀπὸ τῦ ταράττειν, quia omnia illic turbata ſunt. Ob hoc dixit M. Varro, Tartari originem Græcam eſſe. A Tartaro fit tartarinus, quod vetuſti poëtæ carmen oſtendit: Corpore tartarino prognata palude virago. *Abditam locis.*] obditam, quaſi in receſſu conditam ac deliteſcentem. deuia autem loca dicimus, quæ extra viam militarem ac publicam remota ſunt. Sic deuij populi, M. Tullio dicti: ſic ab Horatio ſcortum deuiũ, pro meretrice, quæ in angiportu ſiue vico remotiore degat, procul à vicis publicis. *Tænarum.*] De Tænaro, quod nomen eſt promontorij & oppidi, & ſpiraculi inferni, affatim diximus in primo com-

per portas hiantes monſtratur iter inuium, cuius te limine tranſmeatam ſimul commiſeris, iam canale directo pergis ad ipſam Orci regiam. Sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, ſed offas polentæ mulſa concretas ambabus geſtare manibus, ac in ipſo ore duas ferre ſtipes. Iámque confecta bona parte mortiferæ viæ, continuaueris claudum aſinum lignorum gerulum cum agaſone ſimili: qui te rogabit, decidenti ſarcinæ fuſticulos aliquos porrigas ei: Sed tu nulla voce deprompta, tacita præterito. Nec mora, cùm ad flumen mortuum venies, cui præfectus Charon, protinus expetens portorium, ſic ad ripam vlteriorem ſutili cymbæ deducit commeantes.

Digitized by Google

commentario. *Ditis.*] Plutonis, quem & Summanum vocant, quasi summum manium, cui nocturna fulmina assignant. *Offas.*] Canit vates Mantuan. Cerberum custodem inferorum tricipitem, obfrænatum demulctũ, ac sepultum somno fuisse ab Æneа, cùm illi obiecisset offam melle & medicatis frugibus soporatam. nunc ex doctrina poëtica præcipitur Psychæ, vt offas secum gestaret, quibus sæuitiam canis ferocientis leniat ac mitiget: quas ex polenta & mulsa concinnatas esse præscribit. Est autem polenta, cibus tam peculiaris Græciæ, quàm puls Italiæ. Fit ex hordeo, & pluribus quidem modis, vt docet Pli. A polenta, polentarium crepitum dixit Plautus: apud Ouidium neutraliter enunciatur illo versu: Dulce dedit testa quod coxerat antè polenta. De offa & polenta satis multa in primo commentario. Mulsa verò potio est ex aqua & melle confecta, Græcè vocatur hydromel: ab rei argumento, quæ præclaram vtilitatem habet in cibo ægrotantium, in viribus recreandis, stomachóque mulcendo, ardore refrigerando: vt docet Plinius in 22 & vt auctor est Hippocrates, scribens de regimine acutorum: Hydromel, id est aqua mulsa, omnibus temporibus morbi bibi potest in acutis ægritudinibus. Duo mulsæ genera, alterum scilicet subitæ ac recentis, alterum inueteratæ. Repentina fit melle despumato vtilior, inueteratæ vsum damnauere. Inuenio apud auctores, hunc potum bibendum esse alsiosis, item animi humilis & præparci, quos micropsychos appellant. Sunt autẽ alsiosi, qui frigore conflictantur, & algores ferre non possunt. M. Varro pecus caprinum alsiosum esse tradit. frequens est apud Plin. dictio hæc, in hoc significatu. Simpliciter autem dicitur mulsa, sicut & mulsum. Interdum adiectiuum nomen est: vt aqua mulsa, lac mulsum, acetum mulsum. Plin. lacte mulso augeri ait iecur anserinum. Apud eundem mentio est aceti mulsi, quod fit ex aceto & melle, quod Græci dicunt oxymel. Tradit Hippocrates, pleuriticis potum oxymellis dandum esse hyeme quidem calidum, æstate verò frigidum. Plin. in 14. oxymellis confectionem docet. Oenomel Palladio est quasi mulsum ex vino scilicet & melle non despumato confectum: vnde & nomen. Apud eundem mentio est omphacomelis, quod fit ex succo vuæ semiacerbæ, & mellis mixtura. Græco vocabulo ὀμφακες dicuntur vuæ acerbæ, & cæteri fructus immaturi. Inde Plin. omphacinum oleum & vinum, quod fit ex vua immatura & olea drupa: sic enim vocatur, antequam cibo matura sit. *Stipes.*] nummos. *Mortiferæ viæ.*] Viã mortiferã appellat, quæ ducit ad manes, & mortis domicilium. *Continuaueris.*] eundo conuene-

ris,conſequuta fueris. *Claudum aſinum.*] Verbum eſt vetus per quàm elegans clodere, quod ſignificat claudicare, & claudum fieri.Plin.in 18.Clodunt ita,lipiúntve ab afflatu,& aluo cita pereunt.*Agaſone.*]Hic agaſonem pro aſinario accipimus.Aliàs ſignificatur equorum curator,&(vt inquiunt grammatici) agaſo propriè dicitur,qui iumẽta curat.Pli.in 35.Pĩxit,inquit,Athemiõ agaſonem cum equo.Liu.in 7.Agaſones mulis imponit.*Simili.*] Signat agaſonem peræquè gerulum fuiſſe lignorum, ſicut erat aſinus.*Fuſticulos.*] Minuta ligna ſignificat,à fuſte,per diminutionem deriuato vocabulo, ab A. Gellio caudices lignorum dicti in conſimili ſignificatu. Fuſtuarium Liuio & M. Tullio ponitur pro fuſtium caſtigatione atque ſupplicio. *Tacita prætertto.*] Præcipit turris Pſychæ, vt tacita ſilénſque prætereat, nec vllum reſponſum depromat agaſoni, quando rogabit vt ligna porrigat ſarcinæ corruenti. *Ad flumen mortuum.*] Sicut mare mortuum,ita & flumen mortuum vſurpatur eruditis,quod eſt apud inferos. Hecatæus oceanum ſeptentrionem appellat Amalchium, quod nomen Scythica lingua ſignificat congelatum. Philemon Morimaruſam à Cimbris vocari tradit:hoc eſt,mortuum mare. vltra deinde Cronium appellant. hinc intelligi poteſt carmen Claudiani. Apud Plin.mendoſa dictio eſt in quarto,vbi non Cronium legitur, ſed Crenium. Flumen verò mortuum ſignificatur Acheron, qui apud manes eſt, quo portitor Charon vmbras tranſuehit cymba ferruginea.infrà pigrum fluentem appellat.De hoc Plato in Phædone:Acheron,inquit, per deſerta fluens loca, atque ſub terram, ea in paludem defluit Acheruſiam, quò plerique defunctorum deueniunt animi: ibíque per fatalia quædam templorũ curricula commorati,partim quidem longiora,partim verò breuiora, rurſus in generationes animalium relabuntur. Acheron Græcè dicitur quaſi triſtis, & ſine gaudio. vnde optimo epitheto triſtis nominatur à Silio, illo verſu:Triſtior his Acheron ſanie, craſſóque veneno Æſtuat. Tradunt auctores, de Tartaro naſci Acheronta, ex Acheronte Stygem,de Styge Cocyton:quod totum ex phyſiologiæ ſecretariis depromptum eſt. Nam qui caret gaudio, ſine dubio triſtis eſt:triſtitia vicina luctui eſt, luctus ex morte progignitur. Platonici tradunt, per Acheronta ſignificari, quicquid feciſſe nos pœnitet vſque ad triſticiam.*Charon.*]De hoc ait poëta graphicè & eleganter:Portitor has horrẽdus aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon,cui plurima mento Canicies inculta iacet,ſtant flumina flamma, Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.Charon vt grammatici autumant, per antiphraſim dictus,

ctus, quasi acheron, id est tristis. Charon argumentum est frequens Luciano in dialogis condendis, quem πορθμέα, hoc est portitorem vocat, & πορθμεῖον naulum siue portorium. *Portorium.*] Merces quæ datur portitoribus, propriè dicitur portorium. Lucilius: Portu exportant clanculùm ne portorium dent. Plautus in Asinaria: Ego pol hunc portitorem priuabo portorio. Portitores appellant telonarios, qui portum obsidentes omnia scisciantur, vt ex eo vectigal accipiant. Donatus in sexto Æneidos commentario: Portitores, inquit, sunt qui portus obseruant. hinc scitè Plaut. in Menæchmis: Portitorem domum duxi: ita mihi necesse est eloqui, quicquid egi atque ago. Interdum portitor est qui portat, vehitque, nauigio, accepto portorio, hoc est mercedula transuectionis. vt Charon portitor in hoc significatu, quem Græci porthmea appellant. Ita enim dicere malo, quàm transfretatorem. Iuuenalis: Iam sedet in ripa, tetrúmque nouitius horret Porthmea. Aliàs portitor Sidonio, Hieronymo, aliisque recentioribus est, gerulus baiulúsque literarum, quos literati rabellarium, male literati latorem vocant. *Sutili cymba.*] Imitatio Virgiliana. Sic enim scriptum est in serio opere: Gemuit sub pondere cymba Sutilis. vbi sutilis exponitur à commentatoribus pro intexta, per quod fragilis ostenditur. solutilis verò nauis Suetonio dicta, qua Neronis mater periclitata est: altera à suendo, altera à soluendo deducitur. Lucianus scaphidion vocat Cymbam Charonis. Cymbia, quod poculorum genus est, dicta sunt à cymba naui, cuius figuram repræsentant.

Ergo & inter mortuos auaritia viuit: nec Charon ille Ditis & pater tantus Deus, quicquam gratuitò facit? & pauper moriens viaticum debet quærere; & as si forte præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur. Huic squalido semi dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram: sic tamen, vt ipse sua manu de tuo sumat ore. Nec secius tibi pigrum fluentum transmeanti, quidam supernatans senex mortuus, putris attollens manus, orabit, vt eum intra nauigium trahas: nec tu tamen illi-*

Inter mortuos auaritia.] Sententialiter indignantérque simul dictum est in auaritiam, cuius tanta est vis, vt non solum inter viuentes vigeat, sed etiam apud mortuos viuat, dominetúrque, cum Charō neminem sine portorio mercedulàque transuehere velit. Et hoc totum ex disci-

plina Ægyptiorum translatum est, apud quos mos fuit, vt cadauera defunctorũ per fluuium & Acherusiam paludem ad sepulchrũ delata conderentur: nauis quæ vectabat corpora, baris appellabatur: alio vocabulo apud Græcos epibatra nuncupata. Obolum portitori dabatur, cui nomen inditum est Charon. ibidem quoque Hecates templum, Cocyti portæ atque oblitionis fuisse produntur, multáque alia, quæ poëtis locum dederunt de infernis fabulosa commentandi, auctor Diodor. in 2. Bibliothecæ. Lucianus quoque pluribus in dialogis memorat, obolum Charoni pro naulo dari solitum à defunctis qui transuehebantur. Hinc illud Satyrographi: Nec habet quem porrigat ore trientem. Ad hunc situm alluſit Hie-

cita affectare pietate. Transito fluuio, modicum te progressam textrices orabunt anus telam struentes, manus paululsper accommodes: nec id tamen tibi cõtingere fas est. Nam hic omnia tibi, & multa alia de Veneris insidijs orientur, vt vel vnam de manibus committas offulam. Nec putes futile istud pollentarium dannum leue: altera enim perdita, lux hæc tibi prorsus denegabitur. Canis namque pergrandis tryugo & satis amplo capite præditus, immanis & formidabilis, conantibus oblatrans faucibus, mortuos, quibus iam nil mali potest facere, frustra territando, ante ipsum limen & atra atria Proserpinæ semper excubans, seruat vacuam Ditis domum. Hunc offrenatum vnius offulæ præda, facilè præteribis. Ad ipsámque protinus Proserpinam introibis: quæ te comiter excipiet, ac benignè, vt & molliter assidere, & prandium opiparè suadeat sumere. Sed tu & humi reside, & panem sordidum petitu esto. Deinde nuntiato quid aduenieris: susceptóque quod offeretur, rursus remeans, canis sæuitiem offula reliqua redime. Ac deinde auaro naute data, quam reseruaueras, stipe, transitóque eius fluuio, recalcans priora vestigia, ad istum cœlestium siderum redies chorum. Sed inter omnia, hic obseruandum præcipuè tibi censeo, ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem:

dē: vel omnino formoſitatis diuinæ abditū cures theſaurū. Sic turris illa vel propitia vaticinationis munus explicuit. ronymus ſcribēs: Diebus ac noctib. operior cum tremore reddere nouiſſimum quadrantem. *Ditis & pater.*] Nitidior lectio eſt ſi legas, Nec Ditis pater tantus Deus : vt Ditis ſit caſus rectus, & pro Plutone accipiatur. Sicut enim Græcè πλοῦτος dicitur, quaſi πλούτων, id eſt diuitiarum dator, quoniam diuitiæ omnes ex terra, ſic Latinè Ditis, & Dis, & Diuis pater, à diuitiis nuncupatur: auctores Plato & M. Tul. Eſt ergo ſenſus : Nec Charon, nec Pluto maximus manium Deus, quicquam gratuitò faciunt. Vel referatur ad ſolum Charonem, qui ſine viatico & naulo non nauat operam tranſuectionis. Apud eundem Lucianum in dialogo qui inſcribitur Tyrannus, conqueritur Charon, quòd per totā diē neq; vnum quidem obolum lucrifecerit, & ob id timet ne à Plutone caſtigetur. Infrà auarus nauta dicitur ab Apuleio an⁹. Eū dē Lucianus inducit vociferātem, ἀπόδος ὦ καὶ σὺ τὸν πορθμεῖον: id eſt, redde ô ſceleſte naulū: & niſi ſibi obolus detur, negat ſe vecturū cymba Menippū cynicum. *Viaticum.*] Græci ephodion vocāt, quaſi itineris cauſa paratū. Diminutiuè dicitur viaticulū. Iuriſconſultus tit. de iudiciis: viaticulo ſuo nō recepto, quod ad ſū ptus pater ei deſtinauerit. Verbū vetus eſt, & Plautinū, viaticari: quod eſt, viatico inſtrui. *Præ manu.*] in prōptu, ad manū, præſtò. A. Gellius: Quod præ manib⁹ eſt ponem⁹. *Naulo nomine.*] Merces quæ portitoribus datur, naulū dicitur, & porthmeiō, Latinè portoriū. Vulgus hodiéque naulon vocat, quā dictionem & Latini ſcriptores vſurpāt. Iuuenal. Furor eſt poſt omnia perdere naulū. *De ſtipibus.*] aſſibus, nummis: à ſtipando dictæ ſtipes, vt interpretatur M. Varro. *De tuo ore.*] in hanc ſententiam dictum eſt illud à Satyrographo : Nec habet quem porrigat ore trientem: Lucianus: Oportebit vnum duntaxat habentes obolum proficiſci ad Charontem. *Pigrum flu.* } Flumen intelligit, quod mortuum antè nominauit : etenim apud manes omnia pigra, torpentia, triſtia finguntur. *Supernatans ſe.*] Quis hic ſenex intelligatur, non ſatis conſtat, nec Mythici, nec poëtæ commemorant. Videor neſcio quid legiſſe apud Lucianum ſuper hæc. *Affectare.*] Noli, inquit, affici moueríque ſympathia & pietate, quæ illicita & perinde damnoſa tibi futura eſt. poſſes legere, *Afficiare: Textrices anus.*] Hoc ad Parcas commodiſſimè referri poteſt, quæ vitam mortalium nere dicuntur, & texere filis inexorabilibus. Admonetur Pſyche, ne textricibus obtemperet, ſubdolas preces adhibentibus, & offam vnam dari depoſcentibus: hæc

lantibus,apertíſque ſine nictatione,ſine palpitatione. A. Gellius de Socrate memorat,quòd inconueniens,immobilis,iiſdémque in veſtigiis perſtabat. Sic & inconniua vigilia, pro inconniuens & exerta,oculis nuſquam ſomno ſuccumbentibus. Draconem autem acie oculorum acutiſſima & peruigili prædítos eſſe, tradunt auctores:& nomen argumento eſt:nuncupãtur enim δρὰκοντες, quod eſt videre. & ob id ſimulachris Æſculapij & Salutis draco ſubiungitur:oportet enim medicum eſſe oculatiſſimum, & prænoſcere commoda incommodáque in corporibus: cui conuenit dicere poſſe de ægroto,quæ ſint,quæ fuerint quæ mox ventura ſequantur. *Addictis*} eleganter & ſcitè, quaſi oculi ita addicantur mancipentúrque vigilię,vt iſti præſiò ſint:ſicut addicti ſententiæ prætoris creditoribus tradebantur in mancipatum:ſuper qua re legito A.Gellij librum nouiſſimum. *Populis.*] Omnis vis videndi, ac ratio cernendi, continetur in populis, quæ & pupillæ dicuntur: quas ob id Lactantius ſcintillas luminum nuncupat, in libro de Opificio: per eas enim ſe ipſa mens intendit,vt videat:mens enim videt, animus cernit, tranſmittítque vim viſibilem per oculos,quaſi quaſdam per feneſtras. Auctores Plin.M.Tul.cæteri. *Mumiebant.*} ne ſcilicet vox polluerotur. *Vocales.*} Ab effectu: nam vocem repentè emiſerunt, Pſychem admonentes vt abſcederet procul. Præterea aquæ vocales dici poſſunt à ſono & ſtrepitu,quem fluentes efficiunt. *Subinde.*} frequenter,identidem. *Mutata in lapidem.*} Facta eſt, inquit, Pſyche ſimilis ſtatuæ lapideę, ſine ſenſu,ſtupens,attonita,ob rei imperatæ impoſſibilitatem. *Mole.*]Magnitudine & quaſi aggere preſſa. *Lacrymarum ſolatio.*} Habebat Pſyche oculos quaſi puniceos,qui(vt inquit Plaut.)lacrymam expuerevnam non quibant; cùm interdum lacrymarum in dolore profuſio ſit maximum ſolatium. Seneca: Omnis aduerſa fortuna habet in querelis leuamentum. Ouid: Fléque meos caſus, eſt quædam flere voluptas.

Prouidentiæ.} Græci προνοίαν vocant, quam noſtri prouidentiã: quæ fatidica Stoicorũ anus appellatur à Velleio Epicureo apud M. Tullium. prouidentia mundum

Nec Prouidentia bona graues oculos innocẽtis animæ lauit ærumna. Nã primi Iouis regalis auis illa,repentè,propanſis vtrinque pinnis, affuit rapax aquila:memórque veteris obſequij, quo ductuCupidinis Ioui pocillatorem Phrygiũ ſuſtulerat,opportunam ferens opem, Deíque numen in vxoris laboribus per colens,

*colens, alti culminis Diales vias deſerit. ob os puellæ prænolans, incipit: At tu ſimplex alioquin, & expers rerum talium, *ſperdſque te ſanctiſſimi, nec minùs truculenti fontis, vel vnam ſtillam poſſe furari, vel omnino cõtingere? Dijs etiam, ipſique Ioui formidabiles aquas iſtas Stygias, vel fando comperiſti? quód que vos deieratis per numina Deorum, Deos per Stygis maieſtatem ſolere? Sed cedò iſtam vrnulam. & protinùs arreptam, completáque feſtinanter, libraiſque pinnarum nutantium molibus, inter genas ſæuientium dentium, & triſulca vibramina draconum, remigium dextra lævaque porrigens, nolentes aquas, & vt abiret innoxius præmonentes, excipit: commentus, ob iuſſum Veneris petere, eíque ſe præminiſtrare. quare paulò facilior adeundi fuit copia, Sic acceptam cum gaudio plenam vrnam Pſyche Veneri citata retulit.*

tegi autumant ſanctiores philoſophi: cuius oculum nihil latet, nihil effugit. de qua M. Tullius in ſecundo de Natura deorum. Talis igitur mens mundi cùm ſit, ob eámque cauſam prudentia appellari rectè poſſit, ita enim prouidentia dicitur, hæc potiſſimũ prouidet, & his maximè eſt occupata: primùm vt mundus quàm aptiſſimus ſit ad permanendum: deinde vt nulla re egeat, maximè autem vt in eo eximia pulchritudo ſit, atque omnis ornatus. Senſus eſt, ærumnam Pſychæ, hoc eſt animæ, non latuiſſe oculos prouidentiæ perſpicaciſſimos. *Aquila regalis auis.* Sat eſt notum, aquilam Ioui dicatam eſſe, vel quia fulmine non percutitur, vel quia dicitur dimicanti Ioui contra Gigantes fulmina miniſtraſſe, vel quòd in auſpicium aduolauerit illi aduerſus Titanas profiſciſcenti: quam victor bono omine acceptam, tutelæ ſuæ ſubiugauerit. Sacra verò hiſtoria teſtatur, aquilam conſedíſſe Ioui in capite, atque ita regnum portendiſſe. Igitur ob hæc aquila regalis auis nuncupatur: & quia in omnia auitia regnum ſortita eſt, iccircò traditur exercere inimicitias cum auicula, cui trochilos eſt nomen ob hoc tantum, quòd rex auium nominatur. Prouerbium Græcorum eſt γήρας ἀετοῦ, aquilæ ſenectus, quod de ſenibus biboſis & vini auidis dicitur: & ita vſurpat noſter Comicus, quoniam aquilæ in ſenectute tantum

bibunt, cùm ob aduncitatem roſtri ſuperioris cibo veſci non poſſint. A Græcis dicitur hæc paræmia, de his qui in ſenecta ſunt meliores quàm in iuuenta: propterea quod aquilæ ſeneſcentes maturè victum * feruntur & ob curuaturam roſtri fieri innocentiores. quas Plinius noſter ait oppetere non ægritudine, ſed fame: in tantùm ſuperiore roſtro accreſcente, vt aduncitas aperiri non queat. *Pocillatorem Phrygium.*] Ganymedem ſignificat, quem Iupiter efflictim amans, in aquilam demutatus rapuit. fabula notiſſima. Lactantius poëticum velamentum ita referat ac detegit, vt tradat, ideò dici Iouem rapuiſſe in aquila caſamitum, quia aut per legionem rapuit, cuius inſigne aquila eſt: aut quia nauis in qua eſt impoſitus, tutelam habuit in aquila figuratam: Strabo harpagiam dici locum autumat, vnde raptus ſit Ganymedes. ἁρπάζω enim Græcè eſt rapio. Id autem circa Dardanium promontorium contigiſſe arbitrantur. Euſebius chronographus ſignat, Ganymedem à Tantalo raptum eſſe, indéque exortum bellum inter Troëm Ganymedis patrem, & Tantalum. Hunc in cœlo pocula & nectar Ioui miniſtrare, canunt poëtæ, & cum primis Ouidius, cùm ait: Nec mora, percuſſo mendacibus aëre pennis Arripit Iliadem, qui nunc quoque pocula miſcet, Inuitáque Ioui nectar Iunone miniſtrat. Igitur cùm Ganymedes poculorum Iouialium pincerna ſit, vocabulo elegantiſſimo pocillator dicitur, quaſi poculorum miniſtrator. à poculo enim fit pocillum, qua dictione Liu. & Plin. vtuntur. Præterea in Zodiaco aquarius eſt, quem complures (vt inquit Higinius) Ganymedem eſſe dixerunt, quem Iupiter miniſtrum Deorum feciſſe exiſtimatur. Itaque oſtenditur velut aquam fundens. vnde à Græcis Hydrochoos dictus eſt, quo nomine & à noſtris nominatur. Catullus in Callimachi interpretamento: Proximus Hydrochoi fulgures Oarion. Pocillatorem Ganymedem denotat Auſonius illo verſu: Stat Iouis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros. Nam ſtare ad cyathum ſcitè & eleganter dicitur pocillator, qui cyathum propinat. ſic Iuuenalis: Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor Ad cyathos. Sueton. tradit, Cæſarem ad cyathum ſtetiſſe Nicomedi. Cyathiſſare Plautino verbo eſt ad cyathum ſtare, & cyatho vina miniſtrare: hoc eſt, fungi pocillatoris miniſterio. *Numen Dei.*] imperium Veneris, & maieſtatem: à nutu numen dictum. *Suſtulerat.*] in cœlum tulerat, portauerátque. *Ductu Cupidinis.*] Senſus eſt, aquila rependere vult beneficium Cupidini, ſubueniens laborioſæ Pſychæ eius vxori, memor, quòd & auſpicio ductúque ipſius Cupidinis Ganymedem in cœlum vexerat Ioui

Ioui amatori. *In vxoris laboribus.*] in laboriosis ærumnis Psyches. *Diales vias:* } Iouiales & cœlestes. Græci Dia Iouem appellant:hinc flamen dialis dictus, à Ioue cui sacra facit. à die quoque dialis deducitur. Hinc scomma illud M. Tullij in consulem,qui vno tantùm die consulatum peregit. Solent, inquit,esse flamines diales,modò consules diales habemus.Inde sub dio dicitur,quasi sub Ioue,id est cœlo,quod& sub diuo dicitur:vnde subdiales dictæ, siue subdiuales ambulationes, Plinio, quæ apertæ sunt,& ostentæ soli atque sub cœlo: est enim æthra, splendor ætheris.*Ob os.*]ad os.ob enim,vt suprà dictum est, antiqui ponebant pro ad:vt ob Romam,ad Romam : ob os,ad os, M.Tullius:Cuius ob os Graij ora obuertebant sua. *Ioui formidabiles Stygias aquas.*]Vt poëtę canũt,statuit Iupiter,si quis fefelliſſet numen Stygis, peieraſſętque per Stygias vndas, vt vno anno & nouem diebus ab ambrosia & nectare prohiberetur. Ideò autem hoc fictum creditur, quia tristitia contraria est æternitati, & Dij per Stygias aquas tanquam rem contrariam iurare formidant. Virgilius: Stygiámque paludem,Dij cuius iurare timent & fallere numen. Apud Platonem in Phædone Stygius per colorem Cyaneum, hoc est nigrum & obscurum erumpere fertur,qui paludem efficit Stygiam. Antè dictum est, nomine Stygis tropologicè significari, quicquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorum. *Deieratis.*}Deierare est,valde iurare.hæc enim particula de auctiua est:vt deamat, pro valde amat.auctor Donatus.vnde deiurium dicitur Gellio, & reliquis, pro iureiurando. Peierare verò est, falsum iusiurandum dicere: quod & periurare vsurpatur. Tertullianus: Citiùs apud vos per omnes Deos quàm per vnum Genium Cæsaris peieratur. *Cedo.*]da. *Vrnulam.*] vas aquarium est:ex eo dicta vrna, quòd vrinat in aqua hauriendа. Vrinare enim est mergi: inde vrinatores & vrinantes dicti, qui sub aquis natant & merguntur:quæ dictio apud Plinium frequentissima est. Quicunque sidere delphini orienti natus fuerit, vrinator erit. Vrinatium mensa est vasorum, ex eo dictum, quòd vrnas cum aqua positas ibi potissimùm habebant.*Trisulca vibramina draconum.*]Hoc, dictum propter linguam serpentis quæ trisulca est, vibrans. atríque coloris, vt docet Plin.in 11. quod & poëtæ testantur. Virgilius: Arduus ad solem & linguis micat ore trisulcis. Ouidius:Tréſq; micant linguæ.Sensus est,aquilam erepta vrnula ex cepisse,retulisséq; ad Psychen aquas illas formidabiles, inter trisulcas vibrantéſq; linguas draconũ,& dentes oculeatos,quos serpentibus esse tradunt serratos,pectinatim coëuntes,ne contrario

occurſu atterantur. *Remigium.*]Alas dicit, vt ſuprà poëtica tranſlatione. *Innoxius.*}armiger ſcilicet Iouis aquila. *Præminantes.*] poſſumus etiam legere, *præmouentes*, tanquam aquæ priùs mouerint aquilam, vt abiret ſine nocumento. *Commentus.*}cùm finxiſſet aquila.

*Nec tamen nutum Deæ ſæuientis vel tunc expiare potuit. Nam ſic eam maiora atque peiora flagitia comminans, appellat renidens exitiabilè: Iam tu quidem vidêris * magna quædam mihi, & alta prorſus malefica, quæ talibus præceptis meis obtemperaſti gnauiter. Sed adhuc iſtud mea pupula, miniſtrare debebis. Sume iſtam pyxidem, & (dedit protinus) vſque ad inferos & ipſius Orci ferales penates te dirige. Tunc conferens pyxidem Proſerpinæ: Petit de te Venus, dicito, modicum de tua mittas ei formoſitate, vel ad vnam ſaltem dieculam ſufficiens. Nam quod habuit, dum filium curat ægrotum, conſumpſit atque contriuit omnè. Sed haud immaturius redito, quia me neceſſe eſt indidem delinitam, theatrum Deorum frequentare.*

Vel tunc.] exhibito officio tam difficili, & obſequio tam ancipiti. *Appellat.*] alloquitur. *Renidens exitiabilè*} riſu exitium pernicieémque denuncians. *Magna quædam.*]Si legis magna, copulabitur cũ maleficâ. Sed diſpice an purior lectio ſit Maga. dicit enim Venus, ſibi magam quandam videri Pſychen, & maleficã primi nominis, quæ mandata ipſius impoſſibilia, nedum difficilia factu, tam ſtrenuè exequuta ſit. *Gnauiter.*}ſtrenuè, velociter, diligenter. *Pupula.*] Ironicôs pronunciandum. nomine enim blandimenti appellat Pſychen, quam maximè oderat: quemadmodum blandientes dicere ſolemus, Meus ocellus, mea columba, mea feſtiuitas. Conſimiliter dicimus, mea pupula, quæ in oculo pars pretioſior eſt: vt potè viuendi opifex atque effectrix, & (vt auctor eſt Plinius) adeò pupillis abſoluta vis ſpeculi eſt, vt totam imaginem hominis reddant. Quidam id blandimenti nomen à puppa deducunt. ſunt enim puppæ, quæ per diminutionem pupullæ dicuntur, imagunculæ puellares in deliciis oblectamentiſque virgunculorum, de quibus eſt illud Perſianum: Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ. Ita puppas & puppos nominauit antiquitas, puellas

puellas & puellos. Prior interpretatio magis proba, magísque venusta est, vt ad pupulam, oculi blandimentum, id genus referatur. *Orci ferales penates.*}Domicilium, Orci, id est Plutonis, ferale esse, & mortiferum meritò dici, nemo est qui nesciat. *De te.*]à te. vetus elegánsque locutio. Horatius: Quærit de pueris, num sit quoque fracta lagena. *Die mihi etiam.*] quòd per vnam diem etiam breuiculam sufficiat. Diecula enim modò diem significat, aliàs morulam & tempusculum: vt in primo commentario fusiùs explicatum est. *Quod habuit.*]scilicet formositatis. Quasi dicat, omnis mea formositas genuina & ingenita est absumpta in curatione Cupidinis ægroti: sicut medicamentum ex pyxide depromptum absumitur in ægro curando. *Redito.*] regredere. *Haud immaturus.*]citò, præmaturè, festinanter. *Indidem.*}inde, ex hac pyxide, ex hac formositate Proserpinæ.

*Tunc Psyche vel maximè sensit vltimas fortunas suas: &, velamento reiecto, ad promptum exitium seſe compelli manifestè comperit. Quid ni? quæ suis pedibus vltrò ad Tartarum manésque demeare cogeretur. Nec *cunctata diutius, pergit* ad quampiam turrim prealtam, indidem se datura præcipitem: sic enim rebatur, ad inferos rectè atque pulcherrimè se posse descendere. Sed turris prorumpit in vocem subitam: Ecquid te, inquit, præcipitio misella quæris extinguere? quidque iam nouissimo periculo, laboríque isto temerè succumbis? Nã si spiritus corpore tuo semel fuerit seiugatus, ibis quidẽ profectò ad imum Tartarũ, sed inde nullo pacto redire poteris. Mihi ausculta. Lacedæmon, Achaiæ nobilis ciuitas, non longè sita est. huius conterminam, deuys abditam locis, quære Tænarum. Inibi spiraculum Ditis, &*

Velamento reiecto.]id est, apertè, nec per ambages ac velamentum, cognouit se impelli ad vltimum exitium. *Vltimas fortunas.*]vltimum infortuniũ. *Quidni.*] cur non, scilicet comperiret cognoscerétque sese compelli ad exitium præparatum remotis strophis, & fucis. *Demeare.*}descendere, & deorsum meare. *Indidem.*] ex ea turri. *Descendere.*] vt scilicet per præcipitium extincta ita descenderet ad manes, ad quos demeant soli mortui. *Et quid.*]Turris vocalis facta castigat Psychen,

quod se præcipitio peremptam demittere vellet ad Tartarum, cũ mortuis nullus ad superos reditus pateat, vnde negant redire quenquam: ex quo fieret, vt Veneri pyxideculam referre non posset. *Nouissimo periculo.*] Qui vltimum periculum sibi superandum esse cognoscit, & extremum laborem supereſſe, id forti animo capessere non recusat, vt exanclatis ęrumnis deinceps molliter quiescat, nam spes quietis inuitamentum est laborum subeundi. *Seiugatus.*] separatus, seiunctúsque, abiuratis vitæ stipendiis. *Tartarum.*] poëtæ Tartarum appellant carcerem pœnarum infernarum: quod & Tertullianus memorat in Apologetico. Plato receptaculum esse autumat, in quo omnia flumina confluant, & rursus effluant, tanquam Tartarus fons sit aquarum omnium. Platonem refellit Aristot. in secundo Meteororum. Grammatici Tartarum deducunt ἀπὸ τῦ τερτρίζειν, id est, à tremore frigoris, vel ἀπὸ τῆς ταραχῆς, quia omnia illic turbata sunt. Ob hoc dixit M. Varro, Tartari originem Græcam esse. A Tartaro fit tartarinus, quod vetusti poëtæ carmen ostendit: Corpore tartarino prognata palude virago. *Abditam locis.*] obditam, quasi in recessu conditam ac delitescentem. deuia autem loca dicimus, quæ extra viam militarem ac publicam remota sunt. Sic deuij populi, M. Tullio dicti: sic ab Horatio scortum deuiũ, pro meretrice, quæ in angiportu siue vico remotiore degat, procul à vicis publicis. *Tænarum.*] De Tænaro, quod nomen eit promontorij & oppidi, & spiraculi inferni, affatim diximus in primo com-

per portas hiantes monstratur iter inuium, cuius te limine transmeatam simul commiseris, iam canale directo pergis ad ipsam Orci regiam. Sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, sed offas polentæ mulsa concretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore duas ferre stipes. Iámque confecta bona parte mortiferæ viæ, continuaueris claudum asinum lignorum gerulum cum agasone simili: qui te rogabit, decidenti sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei: Sed tu nulla voce deprompta, tacita præterito. Nec mora, cùm ad flumen mortuum venies, cui præfectus Charon, protinus expetens portorium, sic ad ripam vlteriorem sutili cymba deducit commeantes.

commentario. *Diis.*] Plutonis,quem & Summanum vocant, quaſi ſummum manium, cui nocturna fulmina aſſignant. *Offas.*] Canit vates Mantuan. Cerberum cuſtodem inferorum tricipitem,obfrænatum demulctũ, ac ſepultum ſomno fuiſſe ab Æneа, cùm illi obieciſſet offam melle & medicatis frugibus ſoporatam.nunc ex doctrina poëtica præcipitur Pſychæ,vt offas ſecum geſtaret, quibus ſæuiti am canis ferocientis leniat ac mitiget : quas ex polenta & mulſa concinnatas eſſe præſcribit. Eſt autem polenta, cibus tam peculiaris Græciæ,quàm puls Italiæ.Fit ex hordeo , & pluribus quidem modis , vt docet Pli. A polenta,polentarium crepitum dixit Plautus : apud Ouidium neutraliter enunciatur illo verſu : Dulce dedit teſta quod coxerat antè polenta. De offa & polenta ſatis multa in primo commentario. Mulſa verò potio eſt ex aqua & melle confecta, Græcè vocatur hydromel:ab rei argumento , quæ præclaram vtilitatem habet in cibo ægrotantium , in viribus recreandis , ſtomachóque mulcendo , ardore refrigerando : vt docet Plinius in 22 & vt auctor eſt Hippocrates, ſcribens de regimine acutorum : Hydromel , id eſt aqua mulſa,omnibus temporibus morbi bibi poteſt in acutis ægritudinibus. Duo mulſæ genera, alterum ſcilicet ſubitæ ac recentis,alterum inueteratæ. Repentina fit melle deſpumato vtilior , inueteratæ vſum damnauere. Inuenio apud auctores , hunc potum bibendum eſſe alſioſis, item animi humilis & præparci , quos micropſychos appellant.Sunt autẽ alſioſi,qui frigore conflictantur , & algores ferre non poſſunt.M. Varro pecus caprinum alſioſum eſſe tradit. frequens eſt apud Plin.dictio hæc,in hoc ſignificatu. Simpliciter autem dicitur mulſa, ſicut & mulſum. Interdum adiectiuum nomen eſt:vt aqua mulſa,lac mulſum,acetum mulſum.Plin.lacte mulſo augeri ait iecur anſerinum. Apud eundem mentio eſt aceti mulſi,quod fit ex aceto & melle , quod Græci dicunt oxymel.Tradit Hippocrates , pleuriticis potum oxymellis dandum eſſe hyeme quidem calidum , æſtate verò frigidum. Plin. in 14. oxymellis confectionem docet. Oenomel Palladio eſt quaſi mulſum ex vino ſcilicet & melle non deſpumato confectum: vnde & nomen.Apud eundem mentio eſt omphacomelis, quod fit ex ſucco vuæ ſemiacerbæ,& mellis mixtura.Græco vocabulo ὄμφακες dicuntur vuæ acerbæ,& cæteri fructus immaturi. Inde Plin.omphacinum oleum & vinum,quod fit ex vua immatura & olea drupa:ſic enim vocatur,antequam cibo matura ſit. *Stipes.*]nummos. *Mortiferæ viæ.*]Viã mortiferã appellat, quæ ducit ad manes,& mortis domicilium. *Continuaueris.*]eundo conuene-

ris,conſequuta fueris. *Claudum aſinum.*] Verbum eſt vetus per quàm elegans clodere, quod ſignificat claudicare, & claudum fieri.Plin.in 18.Clodunt ita,lipiſúntve ab afflatu,& aluo cita pereunt. *Agaſone.*]Hic agaſonem pro aſinario accipimus. Aliàs ſignificatur equorum curator,&(vt inquiunt grammatici) agaſo propriè dicitur,qui iumẽta curat.Pli.in 35. Pixit,inquit,Athemiõ agaſonem cum equo.Liu.in 7. Agaſones mulis imponit. *Simili.*] Signat agaſonem peræquè gerulum fuiſſe lignorum, ſicut erat aſinus. *Fuſticulos.*] Minuta ligna ſignificat,à fuſte,per diminutionem deriuato vocabulo, ab A. Gellio caudices lignorum dicti in conſimili ſignificatu. Fuſtuarium Liuio & M. Tullio ponitur pro fuſtium caſtigatione atque ſupplicio. *Tacita præterito.*] Præcipit turris Pſychæ, vt tacita ſilénſque prætereat, nec vllum reſponſum depromat agaſoni, quando rogabit vt ligna porrigat ſarcinæ corruenti. *Ad flumen mortuum.*] Sicut mare mortuum,ita & flumen mortuum vſurpatur eruditis,quod eſt apud inferos. Hecatæus oceanum ſeptentrionem appellat Amalchium, quod nomen Scythica lingua ſignificat congelatum. Philemon Morimaruſam à Cimbris vocari tradit:hoc eſt,mortuum mare. vltra deinde Cronium appellant. hinc intelligi poteſt carmen Claudiani. Apud Plin.mendoſa dictio eſt in quarto,vbi non Cronium legitur, ſed Crenium. Flumen verò mortuum ſignificatur Acheron, qui apud manes eſt, quo portitor Charon vmbras tranſuehit cymba ferruginea.infrà pigrum fluentem appellat.De hoc Plato in Phædone:Acheron,inquit, per deſerta fluens loca, atque ſub terram, ea in paludem defluit Acheruſiam, quò plerique defunctorum deueniunt animi: ibíque per fatalia quædam templorũ curricula commorati,partim quidem longiora,partim verò breuiora, rurſus in generationes animalium relabuntur. Acheron Græcè dicitur quaſi triſtis, & ſine gaudio. vnde optimo epitheto triſtis nominatur à Silio, illo verſu:Triſtior his Acheron ſanie, craſſóque veneno Æſtuat. Tradunt auctores, de Tartaro naſci Acheronta, ex Acheronte Stygem,de Styge Cocyton:quod totum ex phyſiologiæ ſecretariis depromptum eſt. Nam qui caret gaudio, ſine dubio triſtis eſt:triſtitia vicina luctui eſt, luctus ex morte progignitur. Platonici tradunt, per Acheronta ſignificari, quicquid feciſſe nos pœnitet vſque ad triſticiam. *Charon.*]De hoc ait poëta graphicè & eleganter:Portitor has horrẽdus aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon,cui plurima mento Canicies inculta iacet,ſtant flumina flamma, Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.Charon vt grammatici aurumant, per antiphraſim dictus,

ctus,quasi acheron, id est tristis. Charon argumentum est frequens Luciano in dialogis condendis, quem πορθμέα, hoc est portitorem vocat, & πορθμεῖον naulum siue portorium. *Portorium.*] Merces quæ datur portitoribus, proprièdicitur portorium. Lucilius: Portu exportant clanculùm ne portorium dent. Plautus in Asinaria: Ego pol hunc portitorem priuabo portorio. Portitores appellant telonarios,qui portum obsidentes omnia scisitantur, vt ex eo vectigal accipiant. Donatus in sexto Æneidos commentario: Portitores, inquit, sunt qui portus obseruant. hinc scitè Plaut.in Menæchmis:Portitorem domum duxi:ita mihi necesse est eloqui,quicquid egi atque ago. Interdum portitor est qui portat,vehitque,nauigio,accepto portorio,hoc est mercedula transuectionis. vt Charon portitor in hoc significatu, quem Græci porthmea appellant. Ita enim dicere malo, quàm transfretatorem. Iuuenalis: Iam sedet in ripa, tetrúmque nouitius horret Porthmea. Aliàs portitor Sidonio, Hietonymo, aliisque recentioribus est,gerulus baiulúsque literarum, quos literati tabellarium,male literati latorem vocant. *Suuli cymba.*]Imitatio Virgiliana. Sic enim scriptum est in serio opere:Gemuit sub pondere cymba Sutilis. vbi sutilis exponitur à commentatoribus pro intexta,per quod fragilis ostenditur. solutilis verò nauis Suetonio dicta,qua Neronis mater periclitata est:altera à suendo, altera à soluendo deducitur. Lucianus scaphidion vocat Cymbam Charonis. Cymbia,quod poculorum genus est,dicta sunt à cymba naui,cuius figuram repræsentant.

Ergo & inter mortuos auaritia viuit: nec Charon ille Ditis & pater tantus Deus,quicquam gratuitò facit? & pauper moriens viaticum debet quærere; & æs si fortè præ manu non fuerit,nemo eum expirare patietur. Huic squalido seni dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram: sic tamen, vt ipse sua manu de tuo sumat ore. Nec secius tibi pigrum fluentum transmeanti, quidam supernatans senex mortuus, putris attollens manus, orabit, vt eum intra nauigium trahas: nec tu tamen illi-*

Inter mortuos auaritia.]Sententialiter indignantérque simul dictum est in auaritiam, cuius tanta est vis, vt non solum inter viuentes vigeat,sed etiam apud mortuos viuat, dominetúrque, cum Charõ neminem sine portorio mercedulaque transuehere velit. Et hoc totum ex disci-

plina Ægyptiorum translatum est, apud quos mos fuit, vt cadauera defunctorũ per fluuium & Acherusiam paludem ad sepulchrũ delata conderentur: nauis quæ vectabat corpora, baris appellabatur: alio vocabulo apud Græcos epibatra nuncupata. Obolum portitori dabatur, cui nomen inditum est Charon. ibidem quoque Hecates templum, Cocyti portæ atque oblitionis fuisse produntur, multáque alia, quæ poëtis locum dederunt de inferis fabulosa commentandi, auctor Diodor. in 2. Bibliothecæ. Lucianus quoque pluribus in dialogis memorat, obolum Charoni pro naulo dari solitum à defunctis qui transueheban tur. Hinc illud Satyrographi: Nec habet quem porrigat ore trientem. Ad hunc situm alluſit Hie-

cita affectare pietate. Transito fluuio, modicum te progressam textrices orabunt anus telam struentes, manus pauliſper accommodes: nec id tamen tibi cõtingere fas est. Nam hic omnia tibi, & multa alia de Veneris insidijs orientur, vt vel vnam de manibus committas offulam. Nec putes futile istud pollentarium damnum leue: altera enim perdita, lux hæc tibi prorsus denegabitur. Canis namque pergrandis triiugo & satis amplo capite præditus, immanis & formidabilis, conantibus oblatrans faucibus, mortuos, quibus iam nil mali potest facere, frustra territando, ante ipsum limen & atra atria Proserpinæ semper excubans, seruat vacuam Ditis domum. Hunc offrenatum vnius offulæ præda, facilè præteribis. Ad ipsámque protinus Proserpinam introibis: quæ te comiter excipiet, ac benignè, vt & molliter assidere, & prandium opiparè suadeat sumere. Sed tu & humi reside, & panem sordidum petitu esto. Deinde nuntiato quid aduenieris: susceptóque quod offeretur, rursus remeans, canis sæuitiem offula reliqua redime. Ac deinde auaro naute data, quam reseruaueras, stipe, transitóque eius fluuio, recalcans priora vestigia, ad istum cœlestium siderum redies chorum. Sed inter omnia, hic obseruandum præcipuè tibi censeo, ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem:

Digitized by Google

dẽ: vel omnino formoſitatis diuinæ abditũ cures theſaurũ. Sic turris illa vel propitia vaticinationis munus explicuit.

ronymus ſcribẽs: Diebus ac noctib. operior cum tremore reddere nouiſſimum quadrantem. *Ditis & pater.*] Nitidior lectio eſt ſi legas, Nec Ditis pater tantus Deus: vt Ditis ſit caſus rectus, & pro Plutone accipiatur. Sicut enim Græcè πλοῦτος dicitur, quaſi πλούτων, id eſt diuitiarum dator, quoniam diuitiæ omnes ex terra, ſic Latinè Ditis, & Dis, & Diuis pater, à diuitiis nuncupatur: auctores Plato & M. Tul. Eſt ergo ſenſus: Nec Charon, nec Pluto maximus mortuum Deus, quicquam gratuitò faciunt. Vel referatur ad ſolum Charonem, qui ſine viatico & naulo non nauat operam tranſuectionis. Apud eundem Lucianum in dialogo qui inſcribitur Tyrannus, conqueritur Charon, quòd per totã diẽ neq; vnum quidem obolum lucrifecerit, & ob id timet ne à Pletone caſtigetur. Infrà auarus nauta dicitur ab Apuleio an⁹. Eũ dẽ Lucianus inducit vociferãtem, ἀπόδος ὃ κακὸν ναῦλον: id eſt, redde ô ſceleſte naulũ: & niſi ſibi obolus detur, negat ſe vecturũ cymba Menippũ cynicum. *Viaticum.*] Græci ephodion vocãt, quaſi itineris cauſa paratũ. Diminutiuè dicitur viaticulũ. Iuriſconſultus tit. de iudiciis: viaticulo ſuo nõ receptõ, quod ad ſũptus patr ei deſtinauerit. Verbũ vetus eſt, & Plautinũ, viaticare: quod eſt, viatico inſtrui. *Præ manu.*] in prõptu, ad manũ, præſtò. A. Gellius: Quod præ manib⁹ eſt ponem⁹. *Naulo nomine.*] Merces quæ portitoribus datur, naulũ dicitur, & porthmeiõ, Latinè portoriũ. Vulgus hodiéque naulon vocat, quã dictionem & Latini ſcriptores vſurpãt. Iuuenal. Furor eſt poſt omnia perdere naulũ. *De ſtipibus.*] aſſibus, nummis: à ſtipando dictæ ſtipes, vt interpretatur M. Varro. *De tuo ore.*] in hanc ſententiam dictum eſt illud à Satyrographo: Nec habet quem porrigat ore trientem: Lucianus: Oportebit vnum duntaxat habentes obolum proficiſci ad Charontem. *Pigrum flu.*] Flumen intelligit, quod mortuum antè nominauit: etenim apud manes omnia pigra, torpentia, triſtia finguntur. *Supernatans ſe.*] Quis hic ſenex intelligatur, non ſatis conſtat, nec Mythici, nec poëtæ commemorant. Videor neſcio quid legiſſe apud Lucianum ſuper hæc. *Affectare.*] Noli, inquit, affici moueríque ſympathia & pietate, quæ illicita & perinde damnoſa tibi futura eſt. poſſes legere, *Afficiare*: *Textrices anus.*] Hoc ad Parcas commodiſſimè referri poteſt, quæ vitam mortalium nere dicuntur, & texere filis inexorabilibus. Admonetur Pſyche, ne textricibus obtemperet, ſubdolas preces adhibentibus, & offam vnam dari depoſcentibus: hæc

plina Ægyptiorum translatum est, apud quos mos fuit, vt cadauera defunctorũ per fluuium & Acherusiam paludem ad sepulchrũ delata conderentur: nauis quæ vectabat corpora, baris appellabatur: alio vocabulo apud Græcos epibatra nuncupata. Obolum portitori dabatur, cui nomen inditum est Charon. ibidem quoque Hecates templum, Cocyti portæ atque obliuionis fuisse produntur, multáque alia, quæ poëtis locum dederunt de inferis fabulosa commentandi, auctor Diodor. in 2. Bibliothecæ. Lucianus quoque pluribus in dialogis memorat, obolum Charoni pro naulo dari solitum à defunctis qui transuehebantur. Hinc illud Satyrographi: Nec habet quem porrigat ore trientem. Ad hunc situm allusit Hie-

cita affectare pietate. Transito fluuio, modicum te progressam textrices orabunt anus telam struentes, manus paulisper accommodes: nec id tamen tibi cõtingere fas est. Nam hic omnia tibi, & multa alia de Veneris insidijs orientur, vt vel vnam de manibus committas offulam. Nec putes futile istud pollentarium dammum leue: altera enim perdita, lux hæc tibi prorsus denegabitur. Canis namque pergrandis triyugo & satis amplo capite præditus, immanis & formidabilis, conantibus oblatrans faucibus, mortuos, quibus iam nil mali potest facere, frustra territando, ante ipsum limen & atra atria Proserpinæ semper excubans, seruat vacuam Ditis domum. Hunc offrenatum vnius offulæ præda, facilè præteribis. Ad ipsámque protinus Proserpinam introibis: quæ te comiter excipiet, ac benignè, vt & molliter assidere, & prandium opiparè suadeat sumere. Sed tu humi reside, & panem sordidum petitu esto. Deinde nuntiato quid aduenieris: susceptóque quod offeretur, rursus remeans, canis sæuitiem offula reliqua redime. Ac deinde auaro nautæ data, quam reseruaueras, stipe, transitóque eius fluuio, recalcans priora vestigia, ad istum cœlestium siderum redies chorum. Sed inter omnia, hic obseruandum præcipuè tibi censeo, ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem:

dē: vel omnino formoſitatis diuinæ abditū cures theſaurū. Sic turris illa vel propitia vaticinationis munus explicuit.

ronymus ſcribēs: Diebus ac noctib. operior cum tremore reddere nouiſſimum quadrantem. *Ditis & pater.*] Nitidior lectio eſt ſi legas, Nec Ditis pater tantus Deus: vt Ditis ſit caſus rectus, & pro Plutone accipiatur. Sicut enim Græcè πλοῦτος dicitur, quaſi πλούτων, id eſt diuitiarum dator, quoniam diuitiæ omnes ex terra, ſic Latinè Ditis, & Dis, & Diuis pater, à diuitiis nuncupatur: auctores Plato & M. Tul. Eſt ergo ſenſus: Nec Charon, nec Pluto maximus mānium Deus, quicquam gratuitò faciunt. Vel referatur ad ſolum Charonem, qui ſine viatico & naulo non nauat operam tranſuectionis. Apud eundem Lucianum in dialogo qui inſcribitur Tyrannus, conqueritur Charon, quòd per totā diē neq; vnum quidem obolum lucrifecerit, & ob id timet ne à Plutone caſtigetur. Infrà auarus nauta dicitur ab Apuleio an⁹. Eū dē Lucianus inducit vociferātem, ἀπόδος ὁ κακόδαιμον τὸ πορθμεῖον: id eſt, redde ô ſceleſte naulū: & niſi ſibi obolus detur, negat ſe vecturū cymba Menippū cynicum. *Viaticum.*] Græci ephodion vocāt, quaſi itineris cauſa paratū. Diminutiuè dicitur viaticulū. Iuriſconſultus tit. de iudiciis: viaticulo ſuo nō receptō, quod ad ſū ptus pater ei deſtinauerit. Verbū vetus eſt, & Plautinū, viaticare quod eſt, viatico inſtrui. *Præ manu.*] in prōptu, ad manū, præſtò. A. Gellius: Quod præ manib⁹ eſt ponem⁹. *Nauli nomine.*] Merces quæ portitoribus datur, naulū dicitur, & porthmeiō, Latinè portoriū. Vulgus hodiéque naulon vocat, quā dictionem & Latini ſcriptores vſurpāt. Iuuenal. Furor eſt poſt omnia perdere naulū. *De ſtipibus.*] aſſibus, nummis: à ſtipando dictæ ſtipes, vt interpretatur M. Varro. *De tuo ore.*] in hanc ſententiam dictum eſt illud à Satyrographo: Nec habet quem porrigat ore trientem: Lucianus: Oportebit vnum duntaxat habentes obolum proficiſci ad Charontem. *Pigrum flu.*] Flumen intelligit, quod mortuum antè nominauit: etenim apud manes omnia pigra, torpentia, triſtia fingunrur. *Supernatans ſe.*] Quis hic ſenex intelligatur, non ſatis conſtat, nec Mythici, nec poëtæ commemorant. Videor neſcio quid legiſſe apud Lucianum ſuper hæc. *Affectare.*] Noli, inquit, affici mouerique ſympathia & pietate, quæ illicita & perinde damnoſa tibi futura eſt. poſſes legere, *Afficiare: Textrices anus.*] Hoc ad Parcas commodiſſimè referri poteſt, quæ vitam mortalium nere dicuntur, & texere filis inexorabilibus. Admonetur Pſyche, ne textricibus obtemperet, ſubdolas preces adhibentibus, & offam vnam dari depoſcentibus: hæc

enim omnia insidiarum genera, ad miseram Psychen opprimendam excogitata Veneris astu & vafricia fuerunt. Martianus scitè scribit Parcas esse librarias cœlitum, archiuíque custodes, quæ sententias Iouis orthographæ studio veritatis excipiant. *Polentarium damnum.*] iacturam offæ intelligit, quæ ex polenta mulsaque confecta erat. *Lux hæc.*] scilicet vitalis & ætherea. *Canis.*] Cerberus significatur. Physiologi Cerberum terram esse interpretantur, quæ est consumptrix corporum: vnde & Cerberus dictus creditur, quasi κρεοβόρος, id est, carnem vorans Tricerberum canem ideò fingi autumat Fulgentius, quòd iurgiorum inuidiæ ternario nodo conflentur, quæ sunt nugalia & futilia. *Tritingo capite.*] Poëtæ tricipitem dicunt Cerberum: quia terra in tris partes diuiditur. Maro in 6. Latratu regna trifauci Personat. Historici tradunt, Cerberum fuisse canem Orci regis Molossorum, ingenti magnitudine, qui Pirithoum deuorauit, qui ad raptum Proserpinæ vxoris Orci cum Theseo venerat. *Conantibus.*] pro viribus, & conatu maximo hiantibus. Quid si legas *comantibus*? vt referas ad serpentes, quos habet pro capillis, qui vice capillorum & comæ colla faucésque obnubunt. Virg. Cui vates, horrere vides iam colla colubris. *Atra atria.*] Declamatio à contrario, per quandam quasi annominationem. Nam cùm atria in ædib. principum luminosa sint, & à clientibus frequententur, Proserpinæ atra & nigrantia visebantur. namque apud Manes omnia sunt tenebricosa, lurida, & pallentia. infetis animal totum nigrum deputatur, & steriles quòd ab inferis nihil possit exoriri. *Excubans.*] excubias agens, fungénsque excubitoris officio. Poëta verò alio significatu recubantem dixit, cùm ait; Personat aduerso recubans immanis in antro. *Seruat.*] tuetur, tenet, custodit. Teren. Solus Sannio seruat domi. Virg. Sola domum & tantas seruabat filia sedes. *Vacuam.*] Ex imitatione Virgiliana sumptum: Pérque domos Diuis vacuas, & inania regna. Optimo autem epithero domus Plutonis vacua nuncupatur, vbi simulachra sunt defunctorum incorporea & inania. Homo constat ex animo, corpore, & vmbra, vt philosophi tradunt. Anima, cui cœlestis origo est, repetit cœlestia domicilia: corpus, quod terrenum est, terræ redditur: vmbra inferos petit. Dicitur autem id esse simulachrum ἀσώματον, id est incorporeum, ad nostri corporis effigiem. Talia omnia sunt apud manes, vt etiam eorum qui per apotheosin diui facti sunt, simulachra apud inferos visitari ferantur. *Offrænatum.*] coërcitum, & (vt vtar vocabulo Pliniano) suffrænatum. Translatio sumpta ab equo, qui fræno obdito compescitur, contemnitúrque.

Digitized by Google

nitúrque. *Comiter.*]benignè,lubenter,hilarè. *Opiparè.*]lautè. *Eſto}* comeſto,&(vt vulgariter dicitur)comedito. Inclinatur autem ab hoc verbo Edo,es,eſtur,apud Plautum, Plinium, cæteros,pro comeditur,quod elegantiùs dicas comeſtur. *Offuſa reliqua redime.*] Alteram,inquit,offam polentariam obiicito ipſi Cerbero, dum remeabis, vt hac quaſi mercedula ſæuitiam canis redemptam habeas,& complacatam. *Auaro nautæ.*] Charoni,qui obolum inhiat,& ſtipes exigit è defunctis *Recalcans.*]Quaſi recalcando relegẽs,repeténtſq;.Haud multũ abſimile eſt illud Virgilianũ: Veſtigia retro Obſeruata ſequor. *Redies.*]redibis,remeabis. *Hic.*}hoc,lectio Apuleiana. *Abditum theſaurum.*}Noli,inquit,vitio curioſitatis ſcrutari, inſpiceréque theſaurum formoſitatis, abditum hoc eſt,incluſum obturatúmque intra pyxidem. *Munus.*}officium peregit. Indifferenter dicimus explicuit & explicauit:ſed modò hoc,modò illo vtimur, prout euphonia & elegãtia compoſitionis expoſcit. A.Gel.in primo Noctium Atticarum annotauit. Ciceronem dixiſſe explicauit potiùs quàm explicuit,cauſa vocalitatis,compoſitioniſque iucundioris. *Tranſito.*]ſuperato,præteritóque.Obſeruandum eſt ſcriptoris breuiloquium, qui concinnitate breuiſſima expeditiſſimus tranſlegit cuncta præterita: vt ita legentium faſtidio parcens,nihil moroſum moleſtúmque inculcare videatur.

*Nec morata Pſyche, pergit Tenarum: ſumptiſque vitè ſtipibus illis, & offulis,infernum decurrit meatum:tranſitóque per ſilentium aſinario debili,& amnica ſtipe vectori data, neglecto ſupernatantis mortui deſiderio, & ſpretis textricum ſubdolis precibus,& offulæ cibo ſopita canis horrendi rabie, domum Proſerpinæ penetrat. Nec offerentis hoſpitis ſedile dedicatum, vel cibum beatum amplexa: ſed ante pedes eius reſidens humilis, & cibario pane contenta, * Veneriam pertulit legationem. Statímque ſecretò repletam concluſámque pyxidem ſuſcipit, & offulæ ſequentis fraude caninis latratibus obſe-*

Amnica.] fluuiali. quæ ſcilicet pro vectura amnis,hoc eſt fluminis Acherontis dari ſolet. ab amne enim, hoc eſt fluuio, amnicus deriuatur,pro fluuialis. *Vectori.*} Charoni. *Sopita rabie.*] Virg.dixit: Occupat Æneas aditum cuſtode ſopito. & idem offam ſoporatam eleganter appellat,qua ſopita efficitur Cerberi ſæuities. *Dedicatum.*]

Purius eſt ſi legas, Delicatum. *Hoſpita.*]Proſerpinę ſic enim hoſpites dicimus fœminas, quæ & hoſpitium præbent, & quæ hoſpitio accipiuntur. M. Tullius in epiſtolis ad Atticum: Ego ſum, inquit, hic ſoſpita. *Cibario pane.*} vili & plebeio: quẽ ſuprà ſordidum dixit, qui & ſecundarius & ſecundus alio nomine nuncupatur: auctores, Plinius, Horatius, Seneca. *Veneriam.*} à Venere mandatam, præſcriptámque. *Latratibus obſeratis.*} Obiecta offa latratus Cerberi offrænati ſunt, & cohibiti atque coërciti, eiúſque rabies conſopita. *Vegetior.*} viuidior, alacrior. *Luce.*]ſcilicet vitali, qua animantes fruuntur, qua nihil eſt miris mortalibus charius: iucundum eſt enim, & blandum cœli lumen, & lux æthe-

ratis, & reſidua nauitæ reddita ſtipe, longè vegetior ab inferis recurrit. Et repetita atque adorata candida iſta luce, quanquam feſtinans obſequium terminare, mente capitur temeraria curioſitate. Et ecce, inquit, inepta ego diuinæ formoſitatis gerula, quæ nec tantillùm quidem indidem mihi delibo, vel ſic illi amatori meo formoſo placitura. Et cum dicto reſerat pyxidem: nec quicquam ibi rerum, nec formoſitas vlla, ſed infernus ſomnus, ac verè Stygius, qui ſtatim cooperculo reuelatus, inuadit eã craſſi ſoporis nebulã, cunctis eius membris perfunditur, & in ipſo veſtigio ipſáque ſemita conlapſam poſſidet: & iacebat immobilis, & nihil aliud quàm dormiens cadauer. Sed Cupido iam cicatrice ſolida reualeſcens, nec diutinã ſuæ Pſyches abſentiam tolerans, per arctiſſimam cubiculi, quo cohibebatur, elapſus feneſtram, refectiſque pinnis aliquanta quiete, longè velocius pronolãs, Pſychen accurrit ſuam: detersóque ſomno curiosè, & rurſum in priſtinam pyxidis ſedem recondito, Pſychen inoxio punctulo ſuæ ſagittæ ſuſcitat. Et ecce, inquit, rurſum perieras miſella ſimili curioſitate. Sed interim quidem tu prouinciam, quæ tibi matris meæ præcepto mandata eſt, exequere gnauiter: cætera egomet videro. His dictis, amator leuis in pinnas ſe dedit.

riæ

riæ auræ, vt Silius Virgiliúſque cecinere: &, vt inquit Eccleſiaſtes, delectabile eſt oculis videre ſolem. *Temeraria curioſitate.*] Optimo epitheto temerariam dixit curioſitatem, quæ ſcrutatur non ſcrutanda, veſtigat non veſtiganda. Ex quo illud vulgatum: Nemo curioſus quin maleuolus. Quicunque oriente capræ ſidere nati fuerint, erunt curioſi omnium rerum, vt ſemper noua quæque curioſa deſiderij cupiditate ſectentur. Curioſitas, vt inquit Fulgentius, detrimenta ſuis amatoribus magis nouit parturire, quàm gaudia. *Et ecce, inquit.* } Verba ſunt Pſyches, ſecum ſermocinantis, tanquàm inepta & inſipiens videri meritò poſſit, ſi nihil hauſerit delibauerítque ex formoſitate quam ipſa geſtet: cùm ſibi nulla re opus magis ſit quàm pulchritudine, ad demerendum conciliandúmque amatorem pulcherrimum Cupidinem: formoſum enim formoſa capi par eſt: iuxta illud prouerbium Græcorum, τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, ſimile ſimili eſt amicum. *Referat.*]aperit. *Verum.*]ſcilicet eſt. hæc enim verba, Eſt, erat, fuit, plerunque omittuntur cauſa elegantiæ, & ſine detrimento ſententiæ. *At verè Stygius*] tanquam inferno ſomno nullus altior, nullus craſſior, nullus ſit (vt ita dicam) veternoſior. *Cooperculo.*]ſomnus intra pyxidem incluſus, vbi ſublato cooperculo reſeratus eſt, inuaſit præcordia Pſyches, ita vt euoctis membris poſſeſſis perfuſíſque iacêret immobilis, ac ſimilis cadaueri, exanimataque. Cooperculum dicitur tegumentum, obturamentúmque vaſculorum: operculare eſt, operculo obturare atque occludere. Columel. Ab eo tempore, quo primùm dolia operculaueris. Ab eodem dictum eſt opercula gypſare, & pelliculare, quod ſignificat gypſo illinere, & pellibus circumligaris obturare, ne vaſa interſpirare poſſint. *In ipſo.*] Signat Pſychem repentè ſomno poſſeſſam, collapſam eſſe eo ipſo in veſtigio, quo reuelauerat pyxidis cooperculum. *Solida.*] obducta, cicatricatum dixit Sidonius, intelligi volens, cicatricibus multis foraminatum, ſignatúmque. cicatrices Græci οὐλὰς vocant. *Reualeſcens.*]in apologia: Augetur oppidò familiaritas, interibi reualeſco. Reualeſcentes, & ab imbecillitate vires recolligentes, antiqui atrophos vocant, quibus bubulum lac vtiliſſimè bibitur. *Nec diutinam abſentiam.* } Amatoris animus viuit in alieno corpore. Amator habet in ore & in pectore illud Plautinum: Vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum, ibi eſt animus. Amans aſpectu amati lætatur, vt inquit Ariſtoteles: itaque meritò Cupido diutius abſentiam Pſyches ferre non poterat, cuius præſentia recreabatur. *Arctiſſimam.*]angustiſſimam. *Elapſus feneſtram.*]Nullis clauſtris coërceri amator

poteſt, cunctas exuperat difficultates, omnia pertentat, non periculorum memor, non laborum. Amor illi incentiuum eſt, amica animum & corpus foràs euocat, & ad ſe trahit. *Curioſe.*] ſcilicet Pſyches. *Recondito.*] illito ſcilicet ſomno, qui ex pyxide erumpens inuaſerat Pſyches præcordia. *Rurſum perieras.*} Perierat Pſyche prima vice, cùm nimiæ curioſitatis impulſu videre voluit maritum incognitum, contra ipſius præſcriptum. *Prouinciam.*} munus officiúmque iniunctum. Terent. Prouinciam cepiſti duram. *Exequere gnauiter.*] perage nauiter & ſtrenuè. *In pinnas ſe dedit.*} id eſt, euolauit remigio alarum: ſicut in pedes ſe dare, eſt pedibus effugere.

Pſyche verò confeſtim Veneri munus reportat Proſerpinæ. Interea Cupido amore nimio pereſus, & ægra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem pertimeſcens, ad armile redit, aliſque pernicibus cœli penetrato vertice, magno Ioui ſupplicat, ſuámque cauſam probat. Tunc Iupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manúque ad os ſuum relata, conſauiat, atque ſic ad illum: Licèt tu, inquit, domine fili, nunquam mihi conceſſu Deûm decretum ſeruaris honorem, ſed iſtud pectus meum, quo leges elementorum & vices ſiderum diſponuntur, conuulneraris aſſiduis ictibus crebríſque terrenæ libidinis fœdaueris caſibus, contráque leges, & ipſam Iuliam, diſciplinámque publicam turpibus adulteriis exiſtimationem famámque meam læſeris, in ſerpentes, in ignes, in feras, in aues & gregalia pecua ſerenos vultus meos ſordidè reformando: attamen modeſtiæ meæ memor, quódque inter iſtas meas manus creueris, cuncta perficiam: dum tamen ſcias, amu-

Pereſſus.] conſumptus, maceratúſque. Amor non ſolùm animi carnificina eſt, ſed etiã corporis: ſuccum exorbet, pallore deformat, medullas depopulatur, & ad extremam maciem tabitudinémque ſæpicule deducit. *Repentinam ſobrietatem matris.*] Feſtiuiter dictum. nam cum Venus ſemper ſit lætabunda & luxuriosa, procúlque à contubernio ſobrietatis, nunc repentinam induerat ſobrietatem, ſeueritatémque, quæ Veneri malè conuenit. Sobrioſus dicitur Cypriano, pro temperato & frugi. *Ad armile redit.*] Vocabulum

æmulos tuos cauere : ac, ſi qua nunc in terris puella præpollet pulchritudine, præſentis beneficij vicem per eam mihi repræſentare te debere.

eſt infrequens, parúmque protritum, quod ſignificare videtur repoſitorium fraudis, & doli: accipitúrque pro inſtrumento & apparatu verſutiarum, vafriciarúmque. Dicitur armile ab armis: arma autem dici inſtrumenta rerum omnium, teſtimonio grammaticorum ſatis liquet: & auctoritate poëtarum indubitatum eſt, apud quos legitur, Cerealiáque arma Expediunt. Item, Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma. Item, Quærere conſcius arma. Vbi Seruius expoſuit arma, pro dolos & fraudes: Armilum verò vas vinarium ſignificatur, ab eo dictum quòd armo, id eſt, humero deportetur. auctores Nonius, Feſtus, M. Varro. *Buccula.*} hoc nimirùm ſpecimen eſt amoris, affectúſque paterni, bucculam apprendere & diſſuauiari. Conſimiliter apud Sueton. in Galba: Conſtat Auguſtum puero adhuc ſalutanti ſe, inter æquales apprehenſa buccula dixiſſe. Eſt autem bucca, & per diminutionem buccula, oris pars: interdum ipſum os ſignificat. De buccis Plin. in 11. & nos copioſe annotauimus in Suetonij commentariis. Hic buccula tam ſignificari poteſt os ipſum, quàm genæ ſiue mala: namque mos eſt, cùm puerum blandimenti cauſa oſculari volumus, vt bucculam illius appendamus, & ad oſculum noſtrum referamus. Alio diuerticulo ſignificationis buccula dicitur vacca, aliàs accipitur pro parte caſſidis & galeæ. Fuluiæ M. Antonij altera bucca erat inflatior. *Conſauiat.*}deoſculatur & baſiat. *Domine fili.*]Videtur indecorum & abſonum, quòd pater dominum filium appellat: ſed ſi quis diligentiùs introſpexerit vim potentiámq; Cupidinis, diiudicabit meritiſſimò eum vel à Ioue patre dominum nuncupari: qui, vt inquit Plato in Sympoſio, magnus eſt Deus, & apud Deos hominéſque mirandus, qui Iouem ſæpe ſub iugum miſit: qui (vt inquit eleganter veréque Propertius) & cœlum & terras & maria alta domat; de quo Ouid. cecinit: Tu ſuperos, ipſúmque Iouem, tu nomina ponti Victa domas: quem Cęcilius, Deum qui non ſummum putet, aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimat: cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit, quem ſapere, quem inſanire. Haud ab re igitur Iupiter Cupidinem filium dominum appellat, cuius dominatus in omne animantium genus imperioſiſſimus eſt, cuius dominicam poteſtatem in primis ipſe expertus eſt. Vel expone, vt vocabulum blandimenti ſit, & ita pater filio blandiatur. *Decretum honorem.*] Conueniens

dos esse Deos, si ad concionem cõ uocati, venire supersederint. Metus enim pœnæ & legis, causa obedientiæ est efficacissima. De pignore capiendo, mulctáque dicenda senatori, qui cùm in senatum venire deberet, non adesset, M. Varro disseruit in epistola ad Oppianicum scripta. Seneca quoque tradit, quòd senator à 60. anno in curiam venire neque cogitur, neque vetatur. *Cæleſti theatro.*] Alluſit ad ritum antiquorum, non magis Romanorum quàm Græcorum, apud quos in theatro popularis concio habebatur. Hinc illud Satyrographi de Demosthene: Pleni moderantem fræna theatri. & à Sidonio dictum est: Pandioniam mouebat arte Orator caueam tumultuosus. *Proſede.*] in sede: vt pro rostris, pro tribunali. *Muſarum aluo.*] Corrige, *albo.* Fulgentius consimiliter: Vna, inquit, è virginali sum Helicõniadeum curia Iouis albo conscripta. Vbi corrigendum est Heliconiadum curia, quasi dicas, Vna sum ex senatu Musarum, quæ in albo Iouis scriptæ sunt. De albo iudicum, decurionum, pontificum, scripsimus affatim in Tranquilli commentariis. Illud adde, quòd Græci tabulam hanc, quæ albi nomine significatur, λεύκωμα vocitant, vt testis est Iulius Pollux: quòd & pitacium

ſtatum completo cœleſti theatro, pro ſede ſublimi ſedens procerus Iupiter, ſic enuntiat: Dei conſcripti Muſarum albo, adoleſcentem iſtum, quem manibus meis alumnatus ſum, profectò ſcitis omnes: cuius primæ iuuentutis caloratos impetus fræno quodam coërcendos exiſtimaui. Sat eſt quotidianis eum fabulis, ob adulteria, cunctáſque corruptelas infamatum. Tollenda eſt omnis occaſio, & luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda. Puellam elegit, & virginitate priuauit: teneat, poſſideat, amplexus Pſychen, ſemper ſuis amorib. perfruatur. Et ad Venerem collocata facie: Nec tu, inquit, filia quicquam cõtriſtare: nec proſapiæ tantæ tuæ, ſtatuíque de matrimonio mortali metuas. Iam faxo nuptias non impares, ſed legitimas, & iure ciuili congruas. Et illicò per Mercurium arripi Pſychen, & in cœlum perduci iubet. Porrecto ambroſiæ poculo, Sume, inquit, Pſyche, & immortalis eſto: nec vnquam digredietur à tuo nexu Cupido, ſed iſtæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ.

pitacium quoque dici videtur, vt in Alexandro Cæsare insinuat Helius Lampridius: Vulgo matricula nuncupatur: qua dictione quamuis prorrita vernaculáque vtuntur apud nostros, & Vegetius, & inferioris notæ scriptores. Pitacium verò in alio significatu accipitur apud Cor. Celsum, videlicet pro eo panno medico, qui modò præcordiis, modò capiti dolentis imponi solet, ad mitigandum cruciatum: pitimam vocant, dictione quidem vulgari, quæ tamen ex Latino vocabulo inflexa esse videatur. In Decretis canonicis 30. quæstione secunda sic scriptum est: Pitacium, quod nobis tua veneranda fraternitas obtulit, suscepimus. Vbi pitacium ponitur pro libello, siue chatta epistolari. Interpres à petendo pitacium dici tradit: sed hæc barbarica est magis quàm Latina. Apud Laberium est tunicæ pictacium, pro vestimento siue ornatu tunicæ, vt ego opinor, à pictura inclinato vocabulo. Sed vt domum repedemus, quod ait, Dei conscripti, allusit ad illud frequens in Orationibus, Patres conscripti. *Alumnatus fuit.*] nutritui, educaui. verbum infrequens alumnari, idem quod alumnum alere significat. *Caloratos impetus.*] Iuuenis, vt eleganter dixerit Pythagoras apud Ouid. æstati comparatur: nam vt æstas, quod tempus feruentissimum est, sic iuuentus calore insito feruet. Horatius: Non ego hæc ferrem calidus iuuenta. Ex hoc iuuenili feruore fit, vt cupiditates in adolescente feruescant, vt voluptas rationem vincat, vt virtus ipsa conueniat: verùm, vt inquit M. Tul. multi fuerunt, quorum cùm adolescentiæ cupiditates efferbuissent, eximiæ virtutis firmata iam ætate extiterunt. Inter priscos medicos disceptatio est, vtrùm feruor in puero maior sit quàm in iuuene. Fuerunt enim qui affirmarent, calidiores pueros esse, propterea quòd appetentia & digestio in puero ob calorem maior sit quàm in iuuene: cõtrà extitere, qui dicerent calorem ingenitum in iuuenibus esse robustiorem, valentiorémque, quod eorum scilicet sanguis & copiosior & spissior sit, constitutióque procliuior ad choleram, cùm puerorum complexio magis phlegmatica sit. Galenus, & post eum Auicenna, tanquam arbitri honorarij, controuersiam hanc ita diiudicant, vt vtrique calidi quidem sint, sed iuuenes calidiores, in quibus est sperma, & vis generationis potentissima. Ob hoc Plato lib. 8. de Legibus dixisse videtur, iuuenem improbaturum legem quæ libidinem coërceret, cùm vehemens (inquit) sit, & multo spermate plenus. *Fræno quodam.*] Translatio ab auriga, qui equos præcipitanter ruentes fræno coërcet ac retinet. Philosophi sensus corporum equis comparant sine ratione cursoribus, animam verò & rationem aurigæ retinenti fræna cur-

gentium: & quomodò equi abſque ratione præcipites ruunt, ita corpus ſine ratione & imperio animæ in ſuum fertur interitum. Altera quoque comparatio animæ & corporis à philoſophis ponitur: corpus puerum, animam pædagogum eſſe docentibus. Etenim niſi vitia adoleſcentis prudẽtia pædagogi rexerit, omnis conatus eius & impetus ad laſciuiam properant. opus eſt igitur, vt ratio præſtò ſit, quæ inſtar pædagogi affectus impetúſque iuueniles fræno quaſi quodam ſuffrænet atque coërceat. frænum autem coërcendi iuuenis validiſſimum eſt coniugium, quo omnis effrænatus calor edomatur. *Quotidianis fabulis.*] rumuſculis vulgi, & ſermocinationibus, quæ quotidie ſeruntur, iactantúrque de alienis flagitiis. Ouid. Fabula, nec ſentis, tota iactaris in vrbe. *Nuptialibus po.* } Vir, vt inquit Apoſtolus, ſui corporis non habet poteſtatem, ſed vxor. Qui maritus eſt, alligatus eſſe dicitur, & vinculo quidem inſolubili. De quo poëta inclytus: Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali. & apud Satyrographum ❦ Stulta maritali iam porrigis ora capiſtro. Ducturus vxorem ſubibat iugum, vnde & Iuno Iuga ſiue Iugalis dicta. In Decretis canonicis, d. 32. quæſtione 7, ſcriptum legimus, grauem eſſe ſarcinam coniugij, & vinculum nuptiale ſolui non debere. Pedicas autem dici laqueos, quibus pedes illaqueantur, quis ignorat? Virg. Tum gruibus pedicas & retia ponere ceruis. Ouid. Retia cum pedicis, laqueos artéſque doloſas Tollite. Pedicæ nuptiales edomant, emolliúntque omnem in iuuenili feruore ferociam: & qui priùs per inſolentiam erat effrænis & feroculus, vinculo coniugali vinctus miteſcit, & (vt veteres dicunt) fit cicur, hoc eſt manſuetus. *Virginitate pri.* } Verbum vetus eſt deuirginare, quod ſignificat virginitate deſpoliare. In Apologia dicitur virgo prefloratа, que virginitatis flore priuata eſt: ipſa autem virginitas coniugalis omnibus maritis acceptiſſima eſt, ſed plerunque noua nupta ab alio præflorata ad maritum venit. Tanta eſt morum corruptela, vt virgines fiant mulieres in ædibus parentum, exuántque pudicitiam: qua amiſſa, omnis virtus in fœmina ruit. Impudica autem ſeruari non poteſt, etiam ſi turri ænea includatur. Natura & educatio plurimum referunt in virginali pudore tutando. *Semper.* } Hac dictione præſcribit, nullum futurum inter Cupidinem & Pſychen diuortium, dum vult vt ſemper amoribus perfruatur, ſine vllo diſſidio. *Statui.* } conditioni & natalibus tuis. Nomen eſt quarti ordinis. Status autem Veneris & conditio, cùm cæleſtis ſit & immortalis, meritò ipſi Veneri poterant videri nuptiæ terrenæ fœminæ & mortalis, impares atque aſpernabiles. Proinde triſtitiam

tiam hanc diſcutit Iupiter, oſtendens ſe facturum nuptias inter Pſychen & Cupidinem legitimas: videlicet ſpondens ſe immortalem illam effecturum, vt ita connubij inter immortales compar fieri poſſet. Obtenuauimus apud Boëtium in commentariis Topicorum, id quod ad hanc rem mirè conuenit, nuptias ſcilicet inter impares iure contractas non eſſe, quæ ſcilicet non inter ciuem Romanum, ciuémque Romanam iungebantur. In quo illud annotandum, quòd ex impari matrimonio ſuſcepti non patrem, ſed matrem ſequuntur. Decemuiri legem decemuiralem tulerunt, ne connubium patribus cum plebe eſſet: poſteà Canuleius Tribunus plebis legem promulgauit, qua connubia inter patricios, plebeióſque promiſcua eſſent, maxima patrum indignatione, qui impares nuptias ægro animo fieri patiebantur. *Porrecto am.po.*] Mortales immortales fiunt, & diuinos honores conſequuntur Dearum coniugio, & Deorum conuiuio: cùm ſcilicet nectar aut ambroſia propinatur, quibus Dij veſcuntur. Nam (vt inquit ille) Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit. Hinc eſt quòd Iunoni gratias agit Æolus Maronianus, quòd per eius beneficium diuinos honores adeptus ſit, cùm ait: Tu das epulis accumbere Diuûm. Ambroſiam & nectar cibum Deorum & potionem poëtæ vocant, nec immeritò. ἀμβρόσιος enim Græcè diuinus dicitur & immortalis. νέκταρ quoque immortalitatem ſignificat, ab hac particula ν, quæ priuationem denotat, & κτείνω occido. Ambroſia apud Plin. herba eſt, quam quidam botryn vocant: à quo nomine Artemiſia dicta, ab vxore Mauſoli adoptato cognomine. Canit Ouid. equos ſolis ambroſiam habere pro gramine: Ea feſſa diurnis Membra miniſterijs nutrit, reparátque labori. *Nexu.*] complexu, & pedicis nuptialibus. *Perpetuæ nuptiæ.*] Hoc id ideò dixit, vt doceat, hoc connubium nullo diuortio diuelli diſiungíque debere. Conſimile illud: Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo.

Nec mora, cùm cœna nuptialis affluens exhibetur. Accumbebat ſummum torum maritus, Pſychen gremio ſuo complexus: ſic & cum ſua Iunone Iupiter, ac deinde per ordinẽ tori Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum eſt, Ioui quidẽ ſuus pocillator

Cœna nuptialis.] Multæ apud priſcos & recentiores cœnæ apparatu & luxu lautæ fiunt, inter quas lautiſſimæ ſunt nuptiales, in quib. epulę quęſtiſſimę, fercula co

pioia, & cerealis pompa conuiſitur : vbi fumant patinæ, vbi iuculenta, aſſa, elixa, ganeatáque omne genus edulia aſſatim inferri ſolét.

ille ruſticus puer, cæteris verò Liber miniſtrabat. Vulcanus cœnam coquebat. Horæ roſis & cæteris floribus purpurabant omnia. Gratiæ ſpargebant balſama. Muſæ quoque canora perſonabant.

Leges ſumptuariæ, quib. ganea luxuriáque coërcetur, permittunt in cœnis nuptialibus impendi inſumíque pecuniam largiorem. De nuptiali hac cœna intellexit Iuuenalis illo verſu: Non eſt cur cœnam & muſtacea perdas, Labente officio crudis donanda. Sunt autem muſtacea, vt in tranſcurſu verbum Satyrographi explicemus, obſonia inter ganeatas eſcas annumerata. Cato muſtaceos maſculino genere protulit, quos ſic fieri iubet : Farinæ ſiligineæ modium vnum muſto conſpergito : aniſum, cuminum, adipis pondo duo: caſei libram : & de virga lauri deradito eŏdem addito: & vbi defruxeris, lauri folia ſubtus addito, dum concoques. Papinius in Syluis conſimiliter maſculino genere dixit: Et muſtaceus & latente palma, Prægrandes caryotides cadebant. à muſto, quo conſperguntur, nomen inditum. Palladius lib. 11. caput facit de fermento muſteorum ſeruandò, qui muſteos panes accipere videtur pro muſtaceos: & quia lauri folia muſtaceis ſubiiciuntur, ideò Pompeius Lenæus laurum muſtacen Cypriam appellauit. Hinc à M. Tullio facetoſa quaſi quadam vrbanitate dictum eſt in epiſtolis ad Atticum: Cœpit laureólam in muſtaceo quærere. Repotia verò eruditi appellant diem poſt nuptias, quo apud nouum maritum apparatu lautiore cœnatur: ex eo dicta, quia quaſi reficitur renouatúrq; potatio. In repotiis & nuptiis lex Iulia ſeſtertij inſumi permittit, ſũptúſq; harũcce cœnarũ eſt propagatus. Deniq; in cœna nuptiali affluẽter omnia exhibẽtur, in qua viget prouerbiũ Græcum, πλουσια βαρβαρικα, id eſt opulẽtia barbarica. *Accũbebat.*] Verbũ propriũ epulantium eſt. M. Tullius : Qui mihi accubantes in conuiuiis. Recumbere ſummum torum is dicitur, qui in ſummo, hoc eſt honoratiore loco diſcumbit. In hanc ſententiam Plaut. in Stricho: Sũmmates viri ſummi accũbent, ego infimatis infimus. Horat. in 2. Sermonũ: Sũmus ego & prope me Viſcus Turinus, & infrà, Si memini, Varius. Cõtra qui in infimo mẽſæ loco accũbit, dicitur elegãter à Plauto imi ſubſellij vir. Mendoſitas eſt tollẽda de Plautinis codicib. in quib. ſic paſſim legitur: Scis tu me eſſe vni ſubſelli virũ. Expunge illud vni, & in eius locũ ſuccedaneam dictionem

ctionem ſubſtituerimi. Plautum Horatius opinor æmulatus, ſcripſit in epiſtolis: & imi Deri ſor lecti. Seneca quoque in Sualoriis ſic refert: Subinde interrogabat, quî ille vocaretur, qui in imo recumberet. Saluſtius quoque in hiſtoriis ſcripſit hæc: Igitur diſcubuere Sertorius in medio, ſuper eum Fabius ſenator, ex proſcriptis in ſummo Antonius, & infrà ſcriba Sertorij Verrius, & alter ſcriba Mœcenas in imo, medius inter Tarquinium & denarium Perpenna. Hactenus. Saluſt. Illud annotandum, quòd non tam ſummus in menſa locus honoratior, quàm medius fuit. ex quo illud Virgilianum: Aurea compoſuit ſponda, mediáque locauit, & Saluſtius in Iugurtha: Dextra Adherbalem aſſedit, ne medius Iugurtha foret, quod apud Numidas honori ducitur. Xenophon quoque refert in Pædia, Cyrum ſolitum in medio recumbere, iuſſis conpranſoribus ſedere, partim ad dextram, partim ad ſiniſtram, ex quibus honoratior ſedebat ad ſiniſtram, quòd hæc inſidiis magis ſubiecta ſit quàm dextra. *Per ordinem toti Dei.*] Vt ſcilicet proximi Ioui ſint, & primos recubitus obtineant Dij maiores: mox medioxymi, in imo verò toro minuti ſedeant: & ita gradatim ordinatímque collocentur. nam, vt inquit Manlius in vltimo Aſtronomicôn, ſunt proxima primis Sidera, ſúntque gradus. Ouid. quoque in ſerio opere, habitationes Deorum pro dignitate dicit eſſe aulæ Iouiali vel propinquiores, vel remotiores, cùm ſic ait: Pars habitat diuerſa locis. & vt auctor eſt Apuleius in Dæmonio Socratis, ſunt Dij ſummi, medij, infimi. Idem in Dogmate Platonis ait, medioxymos deos à Romanis veteribus appellari, qui Diis ſummis ſunt minores, & in tertio ordine cenſentur. De quib intellexit Plaut. qui ſic ſcribens in Ciſtellaria ait: Ita me Dij deæque, ſuperi atq; inferi & medioxymi. Ab eodem dictum eſt, Dij me omnes magni, minutíque & patellarij faxint. Vbi patellarios vocat Deos, à pateris, & per diminutionem, patellis quæ vaſa ſunt ſacrificalia, quibus Dij coluntur. Martianus in lib. de Nuptiis Philologię, tradit Deos cœlites dici, qui in ipſo æthere puriore ſint, vbi Iouem regnare certiſſimum eſt. Infra ſolis meatum, vſque ad lunarem globum, ſecundæ beatitatis numina eſſe. Hos omnes Græci dæmonas dicunt, Latini medioxymos vocitarunt. Hemitheos Græci appellant, quos Latinè * ſemihomines aut ſemideos conuenit nominare: quia à medietate aëris vſque in montium terræque confinia verſantur: qui ex eo quòd Heram terram veteres dixere, Heroës nuncupati ſunt. M. Varro & diuus Auguſtinus præcipuos Deos dici ſelectos prodiderunt, qua in re facetiſſimè luſit Tertullianus: Si, inquit, Dij ſeliguntur vt bulbi,

vtique cæteri reprobi iudicantur. Præteréà Dij per ordinem accumbere dicuntur, quando quilibet cum Dea ſibi coniuncta diſponitur: vt Iupiter cũ Iunone, Neptunus cũ Salacia, Quirinus cum Hora, Mars cum Neriene. Eſt enim Nerie vxor Martis dicta à ſcriptoribus idoneis, inter quos eſt Plaut. qui in Truculento peritè ſic ſcribit: Mars peregrè adueniens ſalutat Nerienem vxorem ſuam. *Pocillator.*] Vocabulo perquàm eleganti pocillator dictus poculorum miniſtrator, ſiue pincerna, qué Græci οἰνοχόον vocant. Ganymedem autem ſignificat, qui pocula Ioui miniſtrat in cœlo, ſtátque maximo Deorum ad cyathum. De quo M. Tullius in prima Tuſculana ſic refert: Ne cum ego audio qui Ganymedem à Diis raptum ait propter formam, vt Ioui bibere miniſtraret. Quicunque habuerint horoſcopum in quarta parte Geminorum, erunt maxima pulchritudine corporis ſpecioſi, quos regibus corporis pulchritudo commendet, vt in amorem eorum regis deſideria ſemper æſtuent. *Liber.*] Congruum eſt vt Bacchus, qui liber pater nominatur, pocula miniſtraret Diis in cœna Pſyches nuptiali: vt potè vini repertor, & Deus. Homerus tamen in prima Iliados rhapſodia auctor eſt, Vulcanum Diis propinaſſe, pincernæ officio fungentem: & cùm vltrò citróque commearet, ad deformitatem claudicantis ingentes riſus ab aliis cœlicolis toto conuiuio excitatos. *Nectar.*] poculum Deorum glycy nectar optimo epitheto dictum, quaſi dulce nectar. Nunc Apuleius ſcitè fingit, cœnam à Vulcano coqui, perinde ac ignis Deo: vnde eſt Mulciber nominatus, ex eo quòd ignis omnia mulceat ac domet: à poëtis ignipotens dictus: Quem claudum fingunt, quia per naturam nunquam rectus eſt ignis. Vulcanus nominatur, quaſi volicanus, quòd per aërem volitet. Græci Hephęſton appellant, vnde Hephæſtiades dictæ inſulæ à Græcis, quæ à noſtris Vulcaniæ nuncupantur. Plato lib. 11. de Legi. ſcribit, Vulcanum & Pallada vitam mortalium ſuis artib. inſtruxiſſe: ideò illis opificum genus conſecratum eſſe. *Horæ.*] Ouid Horas Deas celeres appellauit, eáſque ſolis miniſtras eſſe decenter cecinit, cùm ex curſu ſolis horæ conſiant. Vnde & à ſole nomen acceperunt, qui apud Ægyptios Horus vocatur. auctor Macrobius. Idem Ouid. ſcripſit in Faſtis Ianum præſidere foribus cœli, cum mitibus Horis: quas prior Ouid. Homer. cuſtodes cœleſtis auræ eſſe dixit. Diodorus Horas ex Ioue genitas refert. Eſt & Hora Dea Quirini coniunx, cuius Ouid. & Ennius meminere. Non alienum videtur hoc in loco annotare, duo eſſe genera horarum: æquinoctiales, quæ à Græcis iſomerinæ vocãtur: & vulgares ſiue temporales, quas illi cæricas appellant

lant. Æquinoctiales paribus interuallis numero vigintiquatuor diem noctémque conficiunt,quales ſunt in æquinoctio vtroque, autumnali ſcilicet & verno:quibus & noſtri vtuntur,& hæ ſemper æquales. Vulgares verò ſunt, quibus dies tam longus quàm breuis per duodena interualla diuiditur: vnde fit,vt id genus horæ die æſtiuo ſint longiores, brumali breuiores: & cùm noſtræ horæ paribus ſemper ſpatiis progrediantur, iſtæ quas vulgares vocant & temporales, pro tempore fiunt modò productiores, modò cõtractiores,& ita ſemper inæquales. Exempli cauſa,dies ſolſtitialis,qui totius anni longiſſimus eſt,colligit in Italia horas æquinoctiales 15.vulgares verò 12. & ita poſita calculo menſura vnius horæ vulgaris continet horam æquinoctialem, & partem quartam vnius horæ.Econtrariò per brumam,cùm dies breuiſſimus colligat nouem horas æquinoctiales apud nos, vulgares autem 12. fit vt hora vulgaris minor ſit æquinoctiali quadrante vnius horæ. Hoc ideò copioſiùs perceuſui, vt intelligeres illud epigrammatarij poëtæ. Hora nec æſtiua eſt, nec tibi tota perit. Vbi hora æſtiua ſignificatur longior hora, vulgaris ſcilicet,non æquinoctialis : ſuper quo verſu commentatores hallucinant. Ediuerſo hybernam horam ſcitiſſimè poſuit Plaut.pro breuem, ſpatiíque anguſtioris.Sic enim ait in Pſeudolo: Credo te poteſſe Maſſici montis vbertimos quatuor fructus ebibere in hora vna. Hyberna addito. Enarratores Plautinæ fabulæ id genus elegantias cæcutientibus oculis prætereunt, nec medullam introſpiciunt.*Purpurabant.*]purpureo colore nitentia reddebant. Purpuraſcentes violæ, purpuraſcens mare, à colore purpureo dictum. *Gratiæ.*]Gratias numero tris celebrari nemo ignorat,quas Græci Charitas vocant: quæ manibus implexis ridentes, iuuenes, virgines, ſoluta ac perlucida veſte pinguntur. Ideò autem tres ſorores videri volunt,vt vna ſit quæ det beneficium, altera quæ accipiat,tertia quæ reddat.Alij tria beneficiorum genera, promerentium,reddentium ſimul,&accipientium,reddentiúmq; Ideò vna auerſa pingitur, & duæ ad nos reſpicientes: quia profecta à nobis gratia duplex ſolet reuerti. Cõſertis manibus connexæ ob hoc figurãtur,quia inſolubilia eſſe beneficia debẽt: & quia ordo beneficij per manum tranſeuntis nihilominùs ad dantẽ reuertitur,& totius ſpeciem perdit,ſi vnquam interruptus eſt:pulcherrimus,ſi cohæſerit,& vices ſeruat.Ideò iuuenes,quia nõ debet beneficiorũ memoria ſeneſcere.Ideò virgines,quia incorrupta eſſe debent & ſincera,atq; omnibus ſancta beneficia:in quibus cùm nihil alligati eſſe deceat,ſolutis tunicis vtũtur atque perlucidis, quia beneficia cõſpici volunt. Quidã nudas gratias eſſe tradunt,

poteſt,cunctas exuperat difficultates,omnia pertentat,non periculorum memor,non laborum. Amor illi incentiuum eſt,amica animum & corpus forâs euocat,& ad ſe trahit. *Curioſæ.*]ſcilicet Pſyches. *Recondito.*]illito ſcilicet ſomno,qui ex pyxide erumpens inuaſerat Pſyches præcordia. *Rurſum perierat.*} Perierat Pſyche prima vice, cùm nimiæ curioſitatis impulſu videre voluit maritum incognitum,contra ipſius præſcriptum. *Prouinciam.*}munus officiúmque iniunctum. Terent. Prouinciam cepiſti duram. *Exequere gnauiter.*]perage nauiter & ſtrenuè. *In pinnas ſe dedit.*} id eſt,euolauit remigio alarum: ſicut in pedes ſe dare, eſt pedibus effugere.

Pſyche verò confeſtim Veneri munus reportat Proſerpinæ. Interea Cupido amore nimio pereſus, & ægra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem pertimeſcens, ad armile redit, aliſque pernicibus cœli penetrato vertice, magno Ioui ſupplicat, ſuámque cauſam probat. Tunc Iupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manúque ad os ſuum relata, conſauiat, atque ſic ad illum: Licèt tu, inquit, domine fili, nunquam mihi conceſſu Deûm decretum ſeruaris honorem, ſed iſtud pectus meum, quo leges elementorum & vices ſiderum diſponuntur, conuulneraris aſſiduis ictibus crebríſque terrenæ libidinis fœdaueris caſibus, contráque leges, & ipſam Iuliam, diſciplinámque publicam turpibus adulteriis exiſtimationem famámque meam læſeris, in ſerpentes, in ignes, in feras, in aues & gregalia pecua ſerenos vultus meos ſordidè reformando: attamen modeſtiæ meæ memor, quódque inter iſtas meas manus creueris, cuncta perficiam: dum tamen ſcias, æmu-

Pereſus.] conſumptus,maceratúſque. Amor non ſolùm animi carnificina eſt, ſed etiã corporis: ſuccum exorbet,pallore deformat, medullas depopulatur, & ad extremam maciem tabitudinémque ſæpicule deducit. *Repentinam ſobrietatem matris.*] Feſtiuiter dictum. nam cum Venus ſemper ſit lætabunda & luxurioſa, procúlque à contubernio ſobrietatis, nunc repentinam induerat ſobrietatem, ſeueritatémque, quæ Veneri malè conuenit. Sobrioſus dicitur Cypriano, pro temperato & frugi. *Ad armile redit.*]Vocabulum

æmulos tuos cauere: ac, si qua nunc in terris puella præpollet pulchritudine, præsentis beneficij vicem per eam mihi repræsentare te debere.

est infrequens, parúmque protritum, quod significare videtur repositorium fraudis, & doli: accipitúrque pro instrumento & apparatu versutiarum, vafriciarúmque. Dicitur armile ab armis: arma autem dici instrumenta rerum omnium, testimonio grammaticorum satis liquet: & auctoritate poëtarum indubitatum est, apud quos legitur, Cerealiáque arma Expediunt. Item, Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Item, Quærere conscius arma. Vbi Seruius exposuit arma, pro dolos & fraudes: Armilum verò vas vinarium significatur, ab eo dictum quòd armo, id est, humero deportetur. auctores Nonius, Festus, M. Varro. *Buccula.*} hoc nimirùm specimen est amoris, affectúsque paterni, bucculam apprendere & dissuauiari. Consimiliter apud Sueton. in Galba: Constat Augustum puero adhuc salutanti se, inter æquales apprehensa buccula dixisse. Est autem bucca, & per diminutionem buccula, oris pars: interdum ipsum os significat. De buccis Plin. in 11. & nos copiosè annotauimus in Suetonij commentariis. Hic buccula tam significari potest os ipsum, quàm genæ siue mala: namque mos est, cùm puerum blandimenti causa osculari volumus, vt bucculam illius appendamus, & ad osculum nostrum referamus. Alio diuerticulo significationis buccula dicitur vacca, aliàs accipitur pro parte cassidis & galeæ. Fuluiæ M. Antonij altera bucca erat inflatior. *Consauiat.*} deosculatur & basiat. *Domine fili.*] Videtur indecorum & absonum, quòd pater dominum filium appellat: sed si quis diligentiùs introspexerit vim potentiámq; Cupidinis, diiudicabit meritissimò eum vel à Ioue patre dominum nuncupari: qui, vt inquit Plato in Symposio, magnus est Deus, & apud Deos hominésque mirandus, qui Iouem sæpe sub iugum misit: qui (vt inquit eleganter veréque Propertius) & cœlum & terras & maria alta domat; de quo Ouid. cecinit: Tu superos, ipsúmque Iouem, tu nomina ponti Victa domas: quem Cęcilius, Deum qui non summum putet, aut stultum, aut rerum esse imperitum existimat: cui in manu sit, quem esse dementem velit, quem sapere, quem insanire. Haud ab re igitur Iupiter Cupidinem filium dominum appellat, cuius dominatus in omne animantium genus imperiosissimus est, cuius dominicam potestatem in primis ipse expertus est. Vel expone, vt vocabulum blandimenti sit, & ita pater filio blandiatur. *Decretum honorem.*] Conueniens

eſt, & naturæ quaſi iure præſcriptum, vt filius parentes cùm primis honoret: iuxta illud ſanctiſſimum Phocylidis præceptum, πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σοὺς γεννήτας: id eſt, Imprimis venerare Deum, mox deinde parentes. Plato quoque libro tertio de Legibus: Prima, inquit, dignitatis ratio erit, vt pater ac mater, & ſimpliciter genitores vbique natis imperent. Ariſt. in 1. Politicorum auctor eſt, parentes iura dare natis & vxoribus. Verùm cùm Iupiter filij Cupidinis imperioſiſſimis ardoribus ſæpe ſuccumbat, haud immeritò ait, honorem ſibi à filio haudquaquàm ſeruari, quem filij parentibus comiter præſtant. *Terrenæ libidinis.*] Multifarios Iouis amores homo nemo non nouit: vt ſcilicet efflictim & ardenter amauerit Alcumenam, Semelen, Ledam, Europen, & alias propè ſexcentas. Vnde à Lactantio dictum eſt, Quòd Iupiter vitam in ſtupris adulteriiſque conſumpſerit, quoniam (vt inquit ſcitè Plautinus Mercurius) mulierum maximus eſt amator: quem Tertullianus in apologetico, fœdè ſubantem in ſororem commemorat. Subſcribit huic ſententiæ illud Propertianum: Iuppiter infamat ſéque ſuámque domum. *Caſſibus.*} Lego, *caſſibus*, vt caſſes exponas pedicas & laqueos, quibus amantes illaqueantur, quibus Iupiter ſe captum fœdatúmque à filio Cupidine quaſi dolenter affirmat. *Contra leges.*} Venuſtè ſatis & decenter inquit Iupiter, ſe inſtinctu Cupidinis fuiſſe mancipatum adulteriis contra legem Iuliam, & alias leges quæ adulteros puniunt, & adulteria coërcent. Apud iuriſconſultos titulus eſt, Ad legem Iuliam de adulteriis, quam Auguſtus Cæſar tulit, qua pœnæ in adulteros conſtituuntur. vnde Horatianum illud de Auguſto Cæſare præconium non minùs verè quàm plauſibiliter effluxit: Nullis polluitur caſta domus ſtupris, Mos & lex maculoſum edomuit nephas: Laudatur ſimili prole puerpera, Culpam pœna premit comes. Legis Iuliæ de adulteriis ab Auguſto Cæſare latæ meminit Plutarchus in Apophthegmatis, his verbis: Cùm de adulteriis legem tuliſſet, qua ſanxerat, quo pacto rei iudicandi, ac puniendi deprehenſi eſſent: deinde ira lapſus, adoleſcentem, qui de Iulia ipſius filia eſſet inſimulatus, manibus verberaret, ille proclamauit, νόμον ἔθηκας ἢ κώμον, legem tuliſti ô Cæſar: eo verbo tanta pœnitentia & triſtitudine affectus eſt Auguſtus, vt die illo cœnare recuſauerit. *In ſerpentes.*] Iouem poëtæ fingunt in hæc omnia transfiguratum eſſe, amoris cauſa. Serpens autem factus eſt ob Deolidos puellæ amorem, ſicut Mnemoſynes cauſa paſtoris induit formam. Quod vtrunque Ouid. verſiculo illo complexus eſt: Mnemoſynem paſtor, variúſque Deolida ſerpens. Fabula Deolidos puellæ,

& Iouis

& Iouis in ſerpentem reformati, ignotior vulgo eſt, & ampliùs quærēda. Ex Mnemoſyne & Ioue Muſas progenitas ferūt. *Ignes.*} Hoc ad eam fabulā referendum eſt, quæ canit, Iouem ſub ignis ſpecie Aſopi filiam conſtupraſſe: quod hemiſtichio attingit magis quàm expreſſit Ouid. cùm ait, Aſopida luſerit ignis. Lego apud Diodorum, Æginam vnam ex 12. filiabus Aſopi fuiſſe, quā Iupiter rapuerit, atque inſulam aduexerit, quæ ab ea mox eſt Ægina nominata. Hæc ex compreſſu Iouis Cacum genuit. Ex hac Diodori enarratione locum illum Ouidij ita interpretor: vt Aſopida exponas Æginam Aſopi filiam, quam Iupiter ſub imagine ignis deluſam rapuerit, compreſſerítque. *In feras.*] Iupiter, imagine ſatyri celatus, Antiopam compreſſit Nyctei filiam, ex quo compreſſu nati ſunt Zethus & Amphion. *In aues.*] in aquilam reformatus, rapuit Ganymedem: idem cygni effigie delitеſcens, Ledam in deliciis vſurpauit. *Gregalia pecua.*} ſub imagine tauri Europam dilexit, aſportauítque. Pecua autem dici pecora vocabulo priſco, ſuprà ſatis diligenter explicatum eſt. *Æmulos cauere.*] An reliquos Cupidines riualeſ intelligit? an quoſcunque eandem puellam expetentes? qui in amore vtique cauendi ſunt in tantùm, vt nulli ſatis fidendum ſit. Hinc illud Naſonis ſaluberrimum documentū: Cognatum fratrémque caue, fidúmque ſodalem: Quos credis fidos, effuge tutus eris. Æmulatio enim riualitatis acerrima eſt, vt inquit Propertius. Nullæ ſunt inimicitiæ, niſi amoris, acerbæ. *Præpollet.*] valde pollens poténſque eſt. *Beneficij vicem repenſare.*} Petit à Cupidine Iupiter, vt pro remuneratione huiuſce beneficij ſibi rependat amorem cuiuſpiam puellæ, inclita facie præpollentis. Et ſanè in rebus omnibus gratos agere debemus & meminiſſe beneficiorum, cùm ingratitudine nihil ſit deteſtabilius, quo in vitio nihil non mali ineſt: meritóque apud Athenienſes actio conſtituta eſt aduerſus ingratos, & Perſæ ingratos plectunt ſeueriter. Lex beneficij hæc eſt, vt inquit Seneca, vt alter dati ſtatim obliuiſcatur, alter accepti ſemper meminerit, ſempérque cogitet de remuneratione. Honeſtiſſima enim contentio eſt, beneficiis beneficia vincendi.

Sic fatus, iubet Mercurium Deos omnes ad concionem cōuocare protinus. Ac, ſi qui cœtu cœleſtium defuiſſet, in pœnam decem milium nummorum conuentum iri pronuntiare. Quo metu

In pœnam.] Sicut ſenatores in ſenatum venire iuſſi, ſi non veniſſent, mulctabantur: itidem præcipit Iupiter, mulctan-

pitacium quoque dici videtur, vt in Alexandro Cæsare insinuat Helius Lampridius: Vulgo matricula nuncupatur: qua dictione quamuis protrita vernaculaque vtuntur apud nostros, & Vegetius, & inferioris notæ scriptores. Pitacium verò in alio significatu accipitur apud Cor. Celsum, videlicet pro eo panno medico, qui modò præcordiis, modò capiti dolentis imponi solet, ad mitigandum cruciatum: pitimam vocant, dictione quidem vulgari, quæ tamen ex Latino vocabulo inflexa esse videatur. In Decretis canonicis 30. quæstione secunda sic scriptum est: Pitacium, quod nobis tua veneranda fraternitas obtulit, suscepimus. Vbi pitacium ponitur pro libello, siue charta epistolari. Interpres à petendo pitacium dici tradit: sed hæc barbarica est magis quàm Latina. Apud Laberium est tunicæ pictacium, pro velamento siue ornatu tunicæ, vt ego opinor, à pictura inclinato vocabulo. Sed vt domum repedemus, quod ait, Dei conscripti, allusit ad illud frequens in Orationibus, Patres conscripti. *Alumnatus sum.*] Nutrijui, educaui. verbum infrequens alumnari, idem quod alumnum alere significat. *Caloratos impetus.*] Iuuenis, vt eleganter differit Pythagoras apud Ouid. æstati cõparatur: nam vt æstas, quod tempus feruentissimum est, sic iuuentus calore insito feruet. Horatius: Non ego hæc ferrem calidus iuuenta. Ex hoc iuuenili feruore fit, vt cupiditates in adolescente feruescant, vt voluptas rationem vincat, vt virtus ipsa conueniat: verùm, vt inquit M. Tul. multi fuerunt, quorum cùm adolescentiæ cupiditates effrebuissent, eximiæ virtutis firmata iam ætate exstiterunt. Inter priscos medicos disceptatio est, vtrùm feruor in puero maior sit quam in iuuene. Fuerunt enim qui affirmarent, calidiores pueros esse, propterea quòd appetentia & digestio in puero ob calorem maior sit quàm in iuuene: cõtrà exstitere, qui dicerent calorem ingenitum in iuuenibus esse robustiorem, valentioremque, quod eorum scilicet sanguis & copiosior & spissior sit, constitutióque prochuior ad choleram, cùm puerorum complexio magis phlegmatica sit. Galenus, & post eum Auicenna, tanquam arbitri honorarij, controuersiam hanc ita diiudicant, vt vtrique calidi quidem sint, sed iuuenes calidiores, in quibus est sperma, & vis generationis potentissima. Ob hoc Plato lib. 8. de Legibus dixisse videtur, iuuenem improbatorum legem quæ libidinem coërceat, cùm vehemens (inquit) sit, & multo spermate plenus. *Fræno quodam.*] Translatio ab auriga, qui equos præcipitanter ruentes fræno coërcet ac retinet. Philosophi sensus corporum equis comparant sine ratione currentibus, animam verò & rationem aurigæ retinenti fræna cur-

ɀentium: & quomodò equi abſque ratione præcipites ruunt, ita corpus ſine ratione & imperio animæ in ſuum fertur interitum. Altera quoque comparatio animæ & corporis à philoſophis ponitur: corpus puerum, animam pædagogum eſſe docentibus. Etenim niſi vitia adoleſcentis prudẽtia pædagogi rexerit, omnis conatus eius & impetus ad laſciuiam properant. opus eſt igitur, vt ratio præſtò ſit, quæ inſtar pædagogi affectus impetúſque iuueniles fræno quaſi quodam ſuffrænet atque coërceat. frænum autem coërcendi iuuenis validiſſimum eſt coniugium, quo omnis effrænatus calor edomatur. *Quotidianis fabulis.*] rumuſculis vulgi, & ſermocinationibus, quæ quotidie ſeruntur, iactantúrque de alienis flagitiis. Ouid. Fabula, nec ſentis, tota iactaris in vrbe. *Nuptialibus pe.* } Vir, vt inquit Apoſtolus, ſui corporis non habet poteſtatem, ſed vxor. Qui maritus eſt, alligatus eſſe dicitur, & vinculo quidem inſolubili. De quo poëta inclytus: Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali. & apud Satyrographum Stulta maritali iam porrigis ora capiſtro. Ducturus vxorem ſubibat iugum, vnde & Iuno Iuga ſiue Iugalis dicta. In Decretis canonicis, d. 32. quæſtione 7, ſcriptum legimus, grauem eſſe ſarcinam coniugij, & vinculum nuptiale ſolui non debere. Pedicas autem dici laqueos, quibus pedes illaqueantur, quis ignorat? Virg. Tum gruibus pedicas & retia ponere cervis. Ouid. Retia cum pedicis, laqueos artéſque doloſas Tollite. Pedicæ nuptiales edomant, emolliúntque omnem in iuuenili feruore ferociam: & qui priùs per inſolentiam erat effrænis & ferocculus, vinculo coniugali vinctus miteſcit, & (vt veteres dicunt) fit cicur, hoc eſt manſuetus. *Virginitate pri.* } Verbum vetus eſt deuirginare, quod ſignificat virginitate deſpoliare. In Apologia dicitur virgo pręflorata, quę virginitatis flore priuata eſt: ipſa autem virginitas coniugalis omnibus maritis acceptiſſima eſt, ſed plerunque noua nupta ab alio præflorata ad maritum venit. Tanta eſt morum corruptela, vt virgines fiant mulieres in ædibus parentum, exuántque pudicitiam: qua amiſſa, omnis virtus in fœmina ruit. Impudica autem ſeruari non poteſt, etiam ſi turri ænea includatur. Natura & educatio plurimum referunt in virginali pudore tutando. *Semper.* } Hac dictione præſcribit, nullum futurum inter Cupidinem & Pſychen diuortium, dum vult vt ſemper amoribus perfruatur, ſine vllo diſſidio. *Statui.* } conditioni & natalibus tuis. Nomen eſt quarti ordinis. Status autem Veneris & conditio, cùm cæleſtis ſit & immortalis, meritò ipſi Veneri poterant videri nuptiæ terrenæ fœminæ & mortalis, impares atque aſpernabiles. Proinde triſtitiam

tiam hanc diſcutit Iupiter, oſtendens ſe facturum nuptias inter Pſychen & Cupidinem legitimas: videlicet ſpondens ſe immortalem illam effecturum, vt ita connubij inter immortales compar fieri poſſet. Obſeruauimus apud Boëtium in commentariis Topicorum, id quod ad hanc rem mirè conuenit, nuptias ſcilicet inter impares iure contractas non eſſe, quæ ſcilicet non inter ciuem Romanum, ciuémque Romanam iungebantur. In quo illud annotandum, quòd ex impari matrimonio ſuſcepti non patrem, ſed matrem ſequuntur. Decemuiri legem decemuiralem tulerunt, ne connubium patribus cum plebe eſſet: poſteà Canuleius Tribunus plebis legem promulgauit, qua connubia inter patricios, plebeióſque promiſcua eſſent, maxima patrum indignatione, qui impares nuptias ægro animo fieri patiebantur. *Porrecto am.po.*] Mortales immortales fiunt, & diuinos honores conſequuntur Dearum coniugio, & Deorum conuiuio: cùm ſcilicet nectar aut ambroſia propinatur, quibus Dij veſcuntur. Nam (vt inquit ille) Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit. Hinc eſt quòd Iunoni gratias agit Æolus Maronianus, quòd per eius beneficium diuinos honores adeptus ſit, cùm ait: Tu das epulis accumbere Diuûm. Ambroſiam & nectar cibum Deorum & potionem poëtæ vocant, nec immeritò. ἀμβρόσιος enim Græcè diuinus dicitur & immortalis. ὐ quoque immortalitatem ſignificat, ab hac particula ν, quæ priuationem denotat, & τείνω occido. Ambroſia apud Plin. herba eſt, quam quidam botryn vocant: à quo nomine Artemiſia dicta, ab vxore Mauſoli adoptato cognomine. Canit Ouid. equos ſolis ambroſiam habere pro gramine: Ea feſſa diurnis Membra miniſterijs nutrit, reparátque labori. *Nexu.*] complexu, & pedicis nuptialibus. *Perpetuæ nuptiæ.*] Hoc id ò dixit, vt doceat, hoc connubium nullo diuortio diuelli diſiungíque debere. Conſimile illud: Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo.

Nec mora, cùm cœna nuptialis affluens exhibetur. Accumbebat ſummum torum maritus, Pſychen gremio ſuo complexus: ſic & cum ſua Iunone Iupiter, ac deinde per ordinẽ toti Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum eſt, Ioui quidẽ ſuus pocillator

Cœna nuptialis.] Multæ apud priſcos & recentiores cœnæ apparatu & luxu lautæ fiunt, inter quas lautiſſimæ ſunt nuptiales, in quib. epulę quęſitiſſimę, fercula co

piola, & cerealis pompa conuiſitur : vbi fumant patinæ, vbi iuru-lenta, aſſa, elixa, ganeaque omne genus edulia aſſatim inferri ſolet.

ille ruſticus puer, cæteris verò Liber miniſtrabat. Vulcanus cœnam coquebat. Horæ roſis & cæteris floribus purpurabant omnia. Gratiæ ſpargebant balſama. Muſæ quoque canora perſonabant.

Leges ſumptuariæ, quib. ganea luxuriáque coërcetur, permittunt in cœnis nuptialibus impendi inſumíque pecuniam largiorem. De nuptiali hac cœna intellexit Iuuenalis illo verſu: Non eſt cur cœnam & muſtacea perdas, Labente officio crudis donanda. Sunt autem muſtacea, vt in tranſcurſu verbum Satyrographi explicemus, obſonia inter ganeatas eſcas annumerata. Cato muſtaceos maſculino genere protulit, quos ſic fieri iubet : Farinæ ſiligineæ modium vnum muſto conſpergito : aniſum, cuminum, adipis pondo duo: caſei libram : & de virga lauri deradito eŏdem addito: & vbi defruxeris, lauri folia ſubtus addito, dum concoques. Papinius in Syluis conſimiliter maſculino genere dixit: Et muſtaceus & latente palma, Prægrandes caryotides cadebant. à muſto, quo conſperguntur, nomen inditum. Palladius lib. 11. caput facit de fermento muſteorum ſeruandò, qui muſteos panes accipere videtur pro muſtaceos: & quia lauri folia muſtaceis ſubiiciuntur, ideò Pompeius Lenæus laurum muſtaceen Cypriam appellauit. Hinc à M. Tullio facetoſa quaſi quadam vrbanitate dictum eſt in epiſtolis ad Atticum: Cœpit laureŏlam in muſtaceo quærere. Repotia verò eruditi appellant diem poſt nuptias, quo apud nouum maritum apparatu lautiore cœnatur: ex eo dicta, quia quaſi reficitur renouatúrq; potatio. In repotiis & nuptiis lex Iulia ſeſtertij inſumi permittit, ſũptúſq; harũcce cœnarũ eſt propagatus. Deniq; in cœna nuptiali affluĕtes omnia exhibẽtur, in qua viget prouerbiũ Græcum, πλουτος βαρβαρικος, id eſt opulẽtia barbarica. *Accũbebat.*] Verbũ propriũ epulantium eſt. M. Tullius : Qui mihi accubantes in conuiuiis. Recumbere ſummum torum is dicitur, qui in ſummo, hoc eſt honoratiore loco diſcumbit. In hanc ſententiam Plaut. in Sticho: Sũmmates viri ſummi accũbent, ego infimatis infimus. Horat. in 2. Sermonũ: Sũmus ego & prope me Viſcus Turinus, & infrà, Si me mini, Varius. Cõtra qui in infimo mẽſæ loco accũbit, dicitur elegãter à Plauto imi ſubſellij vir. Mendoſitas eſt tollẽda de Plautinis codicib. in quib. ſic paſſim legitur: Scis tu me eſſe vni ſubſelli virũ. Expunge illud vni, & in eius locũ ſuccedaneam dictionem

ctionem ſubſtituerimi. Plautum Horatius opinor æmulatus, ſcripſit in epiſtolis: & imi Deriſor lecti. Seneca quoque in Suaſoriis ſic refert: Subinde interrogabat, quî ille vocaretur, qui in imo recumberet. Saluſtius quoque in hiſtoriis ſcripſit hæc: Igitur diſcubuere Sertorius in medio, ſuper eum Fabius ſenator, ex proſcriptis in ſummo Antonius, & infrà ſcriba Sertorij Verrius, & alter ſcriba Mœcenas in imo, medius inter Tarquinium & denarium Perpenna. Hactenus. Saluſt. Illud annotandum, quòd non tam ſummus in menſa locus honoratior, quàm medius fuit. ex quo illud Virgilianum: Aurea compoſuit ſponda, mediáque locauit, & Saluſtius in Iugurtha: Dextra Adherbalem aſſedit, ne medius Iugurtha foret, quod apud Numidas honori ducitur. Xenophon quoque refert in Pædia, Cyrum ſolitum in medio recumbere, iuſſis conpranſoribus ſedere, partim ad dextram, partim ad ſiniſtram, ex quibus honoratior ſedebat ad ſiniſtram, quòd hæc inſidiis magis ſubiecta ſit quàm dextra. *Proximum tori Deos.*] Vt ſcilicet proximi Ioui ſint, & primos recubitus obtineant Dij maiores: mox medioxymi, in imo verò toro minuti ſederint: & ita gradatim ordinatímque collocentur. nam, vt inquit Manlius in vltimo Aſtronomicôn, ſunt proxima primis Sidera, ſúntque gradus. Ouid. quoque in ſerio opere, habitationes Deorum pro dignitate dicit eſſe aulæ Iouiali: vel propinquiores, vel remotiores, cùm ſic ait: Pars habitat diuerſa locis. & vt auctor eſt Apuleius in Dæmonio Socratis, ſunt Dij ſummi, medij, infimi. Idem in Dogmate Platonis ait, medioxymos deos à Romanis veteribus appellari, qui Diis ſummis ſunt minores, & in tertio ordine cenſentur. De quib intellexit Plaut. qui ſic ſcribens in Ciſtellaria ait: Ita me Dij deæque, ſuperi atq; inferi & medioxymi. Ab eodem dictum eſt, Dij me omnes magni, minutíque & patellarij faxint. Vbi patellarios vocat Deos, à pateris, & per diminutionem, patellis quæ vaſa ſunt ſacrificalia, quibus Dij coluntur. Martianus in lib. de Nuptiis Philologię, traditDeos cœlites dici, qui in ipſo ætherę purioꝛe ſint, vbi Iouem regnare certiſſimum eſt. Infra ſolis meatum, vſque ad lunarem globum, ſecundæ beatitatis numina eſſe. Hos omnes Græci dæmonas dicunt, Latini medioxymos vocitarunt. Hemitheos Græci appellant, quos Latinè * ſemihomines aut ſemideos conuenit nominare: quia à mediętate aëris vſque in montium terræque confinia verſantur: qui ex eo quòd Heram terram veteres dixere, Heroës nuncupati ſunt. M. Varro & diuus Auguſtinus præcipuos Deos dici ſelectos prodiderunt, qua in re facetiſſimè luſit Terſullia ws: Si, inquit, Dij ſeliguntur vt bulbi,

vtique cæteri reprobi iudicantur. Præterea Dij per ordinem accumbere dicuntur, quando quilibet cum Dea ſibi coniuncta diſponitur: vt Iupiter cũ Iunone, Neptunus cũ Salacia, Quirinus cum Hora, Mars cum Neriene. Eſt enim Nerie vxor Martis dicta à ſcriptoribus idoneis, inter quos eſt Plaut. qui in Truculento peritè ſic ſcribit: Mars peregrè aduenieus ſalutat Nerienem vxorem ſuam. *Pocillator.*] Vocabulo perquàm eleganti pocillator dictus poculorum miniſtrator, ſiue pincerna, quẽ Græci οἰνοχόον vocant. Ganymedem autem ſignificat, qui pocula Ioui miniſtrat in cœlo, ſtátque maximo Deorum ad cyathum. De quo M. Tullius in prima Tuſculana ſic refert: Ne cum ego audio qui Ganymedem à Diis raptum ait propter formam, vt Ioui bibere miniſtraret. Quicunque habuerint horoſcopum in quarta parte Geminorum, erunt maxima pulchritudine corporis ſpecioſi, quos regibus corporis pulchritudo commendet, vt in amorem eorum regis deſideria ſemper æſtuent. *Liber.*] Congruum eſt vt Bacchus, qui liber pater nominatur, pocula miniſtraret Diis in cœna Pſyches nuptiali: vt potè vini repertor, & Deus. Homerus tamen in prima Iliados rhapſodia auctor eſt, Vulcanum Diis propinaſſe, pincernæ officio fungentem: & cùm vltrò citróque commearet, ad deformitatem claudicantis ingentes riſus ab aliis cœlicolis toto conuiuio excitatos. *Nectar.*] poculum Deorum glycy nectar optimo epitheto dictum, quaſi dulce nectar. Nunc Apuleius ſcitè fingit, cœnam à Vulcano coqui, perinde ac ignis Deo: vnde eſt Mulciber nominatus, ex eo quòd ignis omnia mulceat ac domet: à poëtis ignipotens dictus: Quem claudum fingunt, quia per naturam nunquam rectus eſt ignis. Vulcanus nominatur, quaſi volicanus, quòd per aërem volitet. Græci Hephęſton appellant, vnde Hephæſtiades dictæ inſulæ à Græcis, quæ à noſtris Vulcaniæ nuncupantur. Plato lib. 11. de Legi. ſcribit, Vulcanum & Pallada vitam mortalium ſuis artib inſtruxiſſe: ideò illis opificum genus conſecratum eſſe. *Horæ.*] Ouid Horas Deas celeres appellauit, eáſque ſolis miniſtras eſſe decenter cecinit, cùm ex curſu ſolis horæ conſiant. Vnde & à ſole nomen acceperunt, qui apud Ægyptios Horus vocatur, auctor Macrobius. Idem Ouid. ſcripſit in Faſtis Ianum præſidere foribus cœli, cum mitibus Horis: quas prior Ouid. Homer. cuſtodes cœleſtis auræ eſſe dixit. Diodorus Horas ex Ioue genitas refert. Eſt & Hora Dea Quirini coniunx, cuius Ouid. & Ennius meminere. Non alienum videtur hoc in loco annotare, duo eſſe genera horarum: æquinoctiales, quæ à Græcis iſomerinæ vocãtur: & vulgares ſiue temporales, quas illi cæticas appellant

lant. Æquinoctiales paribus interuallis numero vigintiquatuor diem noctémque conficiunt, quales sunt in æquinoctio vtroque, autumnali scilicet & verno: quibus & nostri vtuntur, & hæ semper æquales. Vulgares verò sunt, quibus dies tam longus quàm breuis per duodena interualla diuiditur: vnde fit, vt id genus horæ die æstiuo sint longiores, brumali breuiores: & cùm nostræ horæ paribus semper spatiis progrediantur, istæ quas vulgares vocant & temporales, pro tempore fiunt modò productiores, modò cõtractiores, & ita semper inæquales. Exempli causa, dies solstitialis, qui totius anni longissimus est, colligit in Italia horas æquinoctiales 15. vulgares verò 12. & ita posita calculo mensura vnius horæ vulgaris continet horam æquinoctialem, & partem quartam vnius horæ. Econtrariò per brumam, cùm dies breuissimus colligat nouem horas æquinoctiales apud nos, vulgares autem 12. fit vt hora vulgaris minor sit æquinoctiali quadrante vnius horæ. Hoc ideò copiosiùs perceusui, vt intelligeres illud epigrammatarij poëtæ. Hora nec æstiua est, nec tibi tota perit. Vbi hora æstiua significatur longior hora, vulgaris scilicet, non æquinoctialis: super quo versu commentatores hallucinant. Ediuerso hybernam horam scitissimè posuit Plaut. pro breuem, spatiique angustioris. Sic enim ait in Pseudolo: Credo te potesse Massici montis vberrimos quatuor fructus ebibere in hora vna. Hyberna addito. Enarratores Plautinæ fabulæ id genus elegantias excutientibus oculis prætereunt, nec medullam introspiciunt. *Purpurabant.*] purpureo colore nitentia reddebant. Purpurascentes violæ, purpurascens mare, à colore purpureo dictum. *Gratiæ.*] Gratias numero tris celebrari nemo ignorat, quas Græci Charitas vocant: quæ manibus implexis ridentes, iuuenes, virgines, soluta ac perlucida veste pinguntur. Ideò autem tres sorores videri volunt, vt vna sit quæ det beneficium, altera quæ accipiat, tertia quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium simul, & accipientium, reddentiúmq; Ideò vna auersa pingitur, & duæ ad nos respicientes: quia profecta à nobis gratia duplex solet reuerti. Cõfertis manibus connexæ ob hoc figurãtur, quia insolubilia esse beneficia debẽt: & quia ordo beneficij per manum transeuntis nihilominùs ad dantẽ reuertitur, & totius speciem perdit, si vnquam interruptus est: pulcherrimus, si cohæserit, & vices seruat. Ideò iuuenes, quia nõ debet beneficiorũ memoria senescere. Ideò virgines, quia incorrupta esse debent & sincera, atq; omnibus sancta beneficia: in quibus cùm nihil alligati esse deceat, solutis tunicis vtũtur atque perlucidis, quia beneficia cõspici volunt. Quidã nudas gratias esse tradunt,

propterea quòd sine fuco esse debent: ridentes fiunt, quia vultus qui dant vel accipiunt beneficia, hilares esse & debent & solent. Hesiodus Gratijs nomina imposuit: qui maximam natu Æglen appellat, quasi splendidam: mediam Euphrosynem, à lætitia: tertiam Thaliam, quia beneficiorum gratia semper virescere debet, nec vnquam senescere. Homerus vni immutauit nomen, Pasitheam appellando, cuius & Catullus meminit. Quidam Liberi & Veneris filias esse memorant, ex eo quòd Gratiæ per horum ferè numinum blandimenta conciliantur. Chrysippus eas ait Iouis & Eurynomes filias esse, quibus (teste Diodoro) assignant beneficij retributionem. Charites, vt inquit Martianus, ve nustant quicquid apprehendunt. *Musæ persuabant.*] Homerus in primo Iliados scribit, Musas in conuiuio Deorum suauissima voce & modulato cantu cecinisse, Apolline citharizante. Aristoteles in octauo Politicorum auctor est, musicam adhibendam esse rebus voluptarijs: & ex auctoritate Homerica citharœdum delicijs conuiualibus exhibendum, qui omnes demulceat: tunc enim lætitia conuiuæ perfusi, libenter audiunt citharœdum: denique per citharœdicam artem Orpheus plurimùm potuit. Hanc proculdubio philosophi graues & prudentes amant, hanc diligunt Musæ, quibus tradentibus in vsum hominum venit: hæc in agonibus, hoc est sacris certaminibus, coronatur. Denique constat, musicam inter honestas professiones numerari, quam Plato & Aristoteles in primis discendam esse præcipiunt.

Apollo cantauit ad citharam.] Citharæ sine voce cecinit Thamyras, eum cantu Amphion. citharæ edita carmina composuit Terpander. Apollineum, verò citharæ, eiúsque musicæ inuentorem ferunt: qui cum Marsia certans, primùm citharæ sine voce vsus est: mox cùm videretur à Marsia superari, ad citharæ modulationem addidit vocis quoq; suauitatem, ad citharámque cantillans victor est iudicatus. *Formosa saltauit.*] Plato libro 2. de legibus refert, Deos laboriosam homi-

Apollo cantauit ad citharam. Venus suauis musica superingressa, formosa saltauit: scena sibi sic concinnata, vt Musæ quidem chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, & Paniscus ad fistulam diceret. Sic ecce Psyche conuenit in manũ Cupidinis: & nascitur illis maturo partu filia, quam Voluptatem nominamus. Sic captiuæ puellæ delira & temulenta illa narrabat anicula.

hominum vitam miseratos, remissiones laborum constituisse: Musas quoque, & Apollinem Musarum ducem, & Bacchum concelebratores adhibuisse, qui cum voluptate tripudia & saltationes nobis ducunt. Idem Plato saltationes & choreas nequaquam improbat. Venus saltatriculæ partes implevit, cuius motu cuncta venustantur. Est autem saltatio irritamentum incentiúmque libidinis. *Chorum canerent.*] A chara, id est lætitia, chorum nominauerunt, vt interpretatur Plato: qui tres choros fieri præcipit, videlicet puerilem, iuuenilem, & senilem. quod ex instituto Laconico sumptum videtur. Nam apud Lacedæmonios ex disciplina Lycurgi tres chori constituti sunt: vnus senum, qui sic canebat, Nos olim fuimus robusti iuuenes: alter iuuenum, qui succinebat, Nos autem sumus, quod si velis periculum facito: tertius verò puerorum, à quo illud cantabatur, ἔμμεν δὲ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κρέσσονες, id est, Nos erimus multò meliores. Chorum Seneca & Macrobius ex multorum vocibus constare autumant: vnum tamen ex omnibus sonum reddi, vbi aliqua acuta, aliqua grauis, aliqua media vox est. In choro singulorum latent voces, omnium apparent, fitque ex dissonis concentus. Mesochorum vocant modulatorem, qui in medio canit choro, qua dictione Plinius minor & Sidonius vtuntur. *Panisci.*] Pana Deum esse syluestrem, nemo non nouit: à quo per diminutionem Paniscus ita inflectitur, vt à Satyro Satyriscus, qui si minutulus Pan sit Paniscus. Suetonius in Tiberio: Prostantes ex vtriusque sexus pube Paniscorum & Nympharum habitu. Scribit Plin. in 35. Paniscum fuisse pictum à Tauriseo pictore. A paniseo differt panicus. Græci enim panicon repentinum terrorem dicunt, & consternationem: hinc illud M. Tul. in epistolis ad Atticum. De Ventidio Panicon puto. Item: Rumorem afferunt magnum Romæ, domum ad Antonium frumentum omne portari. panicon certè Higinus quoque tradit, capricornum obiecisse hostibus timorem, qui panicos nominatur. Mendositas inoleuit in codicibus Higini, in quibus pro panicos passim legitur paniscos. Fistulam autem inuentum esse Panos quis nescit? Vnde cicuricines dicuntur, quasi fistulicines Panes à Sidon. Apollinari, sic scribente: Alta cicuricines liquerunt Mænala Panes. Terram habitant, vt docet Capella Martianus, Fauni, Panes, Satyri, Syluani: qui omnes post prolixum tempus moriuntur, tanquam polychronii sint, non æuiterni. Apud Eusebium & Plutarchum in libro cui titulus est, Quòd oracula defecerunt, scriptum legimus, nunciatum fuisse Tiberio, quòd magnus Pan mortuus erat. *Cæsii in mare [illegible].*] Non parùm multa sunt, quæ

cùm legas, primori cute nihil præ ſe ferant obſcuritatis & diſciplinæ reconditæ: ſed ſi introſpexeris curioſiùs, deprendas arcanam eruditionem, ſemotámque, vt hic Apuleii locus eſt: quo non ſimpliciter, ſed ſcienter & ex legalis doctrinæ verbis dictum eſt, Pſychen conueniſſe in manum mariti. Namque vxoris ſpecies duæ ſunt: vna matrum familiâs, altera vſu. Mater familiâs eſſe non poterat, niſi quæ conueniſſet in manum. hæc autẽ certa erat nuptiarum ſpecies. Quæ in manum per coemptionem venerãt, hæ matres familiâs vocabantur: coemptio verò certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe coëmẽdo inuicem interrogabãt, vir ita: an mulier ſibi materfamiliâs eſſe velle? illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, vtrùm vir ſibi paterfamiliâs eſſe velle? ille reſpondebat, velle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem, & erat mulier materfamilias: quam ſolennitatem Vlpianus & Boëtius exponunt. Hinc in Topicis argumentum ſumitur & quæſtio eſt, An vxoris Fabię legatum, quæ in manum ſit argentum, quæ in manum mariti non cõuenit, nec materfamilias fuit. Quinetiam A. Gellius lib. 18. noctium Atticarum, matremfamilias appellatam eſſe eam ſolam memorat, quæ in mariti manu mancipióque eſſet: ſicut matrona ea propriè dicta eſt, quæ in matrimonium cum marito cõueniſſet, à matris nomine nuncupata, non adepro iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcẽdi: vnde ipſum quoque matrimonium dicitur. Ad hanc coëmptionem rei vxoriæ referendus eſt ille Virg. verſus, Téque ſibi generum Thetis emat omnibus vndis. Inuenio apud auctores, quòd nubentes veteri lege Romana aſſes tris ad maritum venientes ſolebant ferre, atque vnum quem in manu tenerent tanquã ementi marito dare, aliũ quem in pede haberent in foco Larium familiarium ponere, tertium in ſacciperio in compito vicinali ſolere reſonare. Ita enim legere malim, In ſacciperio, apud Nonium Marcellum, quàm vti legitur invulgatiſſimis codicibus, in ſacciperone. Nã facciperium crumena maior eſt, & minoris marſupij receptaculũ. Plautus in Rudente: Meum marſupium, quod plenum argenti fuit in ſacciperio. *Maturo partu.*] nono ſcilicet exacto menſe, vel decimo. ſunt enim hi duo menſes maximè genitales, quibus partionem mluieris maturam fieri ſecundum naturam exiſtimauerũt antiqui & medici & philoſophi: ſuper qua re luculentum caput condidit Gellius in Noctib. Atticis illis lucidiſſimis. *Quam voluptatem nominauimus.*] Martianus Capella ſcribit, Pſychen muneribus Deorum opimam, adamantinis nexibus à Cupidine detineri, eãdémq; à Philologia expolitam. Etiam conducenter & ſcitè

ſcitè Voluptatem ex connubio Cupidinis & Pſyches natam eſſe finxerũt, cùm ex cupiditate animæ & dilectione voluptas progignatur, qua ſummum bonum clariſſimi philoſophorum metiuntur. De multiplici voluptate ſcribit Ariſtoteles copioſè, & nos annotauimus in quinto commentario Tuſculanarum. Græce dicitur ἡδονή, inde ſumptus Hedonius decentiſſimè dictus Spartiano, pro impenſa facta in rebus voluptariis. Condentibus hæc nobis, & has Pſyches ac Cupidinis nuptias cõmentantibus, ſiderali opinor decreto factum eſt, vt ego qui hactenus à ducenda vxore ſemper abhorrui, nec quicquam libero lectulo cenſui eſſe iucundius, Diis hominibúſque approbantibus vxorem duxerim filiam clariſſimi iuriſconſultorũ Vicentij Palęoti, cui Camillæ nomen eſt: quæ annum agẽs duodeuigeſimũ, forma modeſta, moribus ingenuis, & virginali pudore prædita, in manum meam conuenit. Dij faxint, vt hoc cõnubium ſit nobis fœlix, fauſtũ ac fortunatum: vtque ex eo Voluptas gignatur. Quod ſi præſagia vana nõ ſunt, haud dubię concordi voluptarióq; coniugio perfruemur. Nec me cõtriſtat illud Biantis dehortamentum, qui rogatus à quodam, an vxor ducenda eſſet? Aut, inquit, pulchram duces, aut deformẽ. Si pulchram, habebis communem: ſi turpẽ, habebis pœnam. Neutrum autem bonum. Igitur vxorem ducẽdã non eſſe, argumẽto (vt opinabatur) ſatis firmo proponebat. Verùm, vt Phauorinus dicere ſolebat, eſt quædam fœminæ forma media inter pulcherrimam & deformiſſimam, qualis ab Ennio perquàm eleganti vocabulo ſtata dicitur, quæ neque communis futura ſit ob nimiam pulchritudinem, neque pœnitenda ob immodicam deformitatem: quam formam modicam & modeſtã idem Phauorinus non inſcitè appellabat vxoriam. Ennius quoq; eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma ſorent. Talis eſt Camilla vxor, non deformis, neque formoſiſſima, formoſæ tamen proprior: non inelegans, neque venuſtiſſima, venuſtatis tamen matronalis particeps. Theophraſtus in libro cui titulus eſt Aureolus, & poſt Theophraſtum Hieronymus in voluminibus contra Iouinianum, tradunt, ſapientem inire matrimonium tunc debere, ſi pulchra eſſet coniunx, ſi bene morata, ſi honeſtis parentibus. Quàm pulchra mihi ſit vxor, nouerunt qui videre: quàm bene morata ſit, ego ipſe noui: quàm honeſtis parentibus nata, nullus ignorat: cuius pater iuriſconſultiſſimus in vrbe noſtra clariſſimus eſt, meritóque dici poteſt futura ſcholaſtici gymnaſij: cuius domus huius oraculum eſt ciuitatis: cuius ianua & veſtibulũ tanquã alterius Mutij Scæuolæ maxima conſultorum frequentia ac ſummorũ hominum ſplẽdore

celebratur: qui propter huius ciuilis iuris ſcientiam nominari veriſſimè poteſt, Egregiè cordatus homo, & catus, vt de Helio Seſto ſcripſit Ennius: qui in legibus interpretandis annos ampliùs 40. floruit, inter primarios totius Italiæ profeſſores. Præterea in homine tãta vrbanitas, affabilitas, comitas eſt, vt omnib. maximè colatur, maximéq; diligatur: & cùm principibus placuiſſe viris magna laus ſit, ſocer meus adeò placet, adeo gratus charúſque eſt illuſtriſſimo principi Io. Bentiuolo, ſub cuius tutela Bononienſes fœliciter otiantur, vt eum conuictorem habeat quotidianum, vt ſine contubernalitate ipſius iucundè & hilarè cœnare non poſſit: qui ſi eo quandoque caret, dicere ſolet, Palæotum meum deſidero. Mater verò coniugis meæ ea eſt, vt probitate, ſtrenuitate, & domeſticorum negotiorum curatione nulli matronarum poſtponenda ſit: vt quodam quaſi præſagio à parentibus Dorotheæ nomen illi inditum eſſe videatur, veluti dono Deorum data ſit. In vxore ducenda quatuor principaliter expetuntur: Forma, probitas, dos, nobilitas. Vxori meæ forma eſt illa, quam dixi: probitas, quam noui: quæ bene dotata, nobili genere nata, in manum meam venit: quanquam pudicitia, quæ fœminei ſexus præcipua virtus eſt, pro nobilitate ſit: quamuis non illa dos ducenda ſit quæ dos dicitur, ſed (vt matrona Plautina inquit) pudicitia, & pudor, & ſedatus cupido, Deûm metus, parentum amor, & cognatorum concordia: quæ morigera marito. olim ſoror vxoriæ contubernalitatis cœlibatum præferebam. Quinetiam ſubinde mecum reputans, muſculum puſillum ſapientem dici à ſapientibus beſtiam, qui ætatem vni cubili nunquam committit ſuam, ego quoque diſcurrebam per multiplices temporarióſque amores, nullo ſtabili proprióq; vinculo illigatus, erámque erraticus ac volaticus amator. Anteà illud Horatianũ laudare ſolebam: Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe vita. & illud Terentianum: Et iſti quod fortunatum eſſe autumant, vxorem nunquam habui. Et cum aliquando publico auditorio ac frequenti profiterer Satyram illam, qua in mulieres maledicta continẽtur & probra: inuectus ſum in vitam cõiugalem, & in moleſtias vxorias, aceruatis teſtimoniis ex Hieronymo, Seneca, Plutarcho, cæteríſque ſcriptoribus, identidem memorabam verſiculos illos Græcos, νόμιζε γάμος δοῦλος ἢ πᾶ βίῳ. ὁ μὴ γαμῶν ἀνδρὸς ἐκτὸς ἐν κακῷ. id eſt, Cogitato, ſi duxeris vxorẽ, te in omni vita ſeruum fore: vir ſine vxore malorum expers eſt. Nunc verò palinodiam recino more Steſichori: facióque quod vir ſapiens facere conſueuit, qui de ſententia, ſi ita rectius ſit, decedere aliquando conſueuit: ídque cum laude. Quamuis Stoicorum

eorum paradoxon repugnet, asserentium sapientem nullius rei pœnitere, & nunquam mutare sententiam. Nunc in ore mihi est, & in pectore sententia illa Græci poëtæ, γυνὴ δὲ χρηστὴ παιδίων ἐστὶ σύνεσις: id est, Vxor bona gubernaculum est domus. Anteà illud more identidem habebam, probabámque, Vxorem non esse ducendam homini literato: impediri enim studia literarum, nec posse quenquam libris & vxori pariter inseruire. Nunc sentio cum M. Tullio, qui libro tertio de Finibus, consentaneum ait esse naturæ, vt sapiens velit vxorem sibi adiungere, & ex ea liberos procreare. Legem quoque Platonis sequor, qua ille præcipit, vt vnusquisque vxorem ducat: qui verò non duxerit, pecunia mulctetur, atque dedecore; Nec assentior his qui existimant, studia literarum impediri vxoris interpellationibus, cùm mihi interdum inter libros lasseſcenti fomentum sit & suscitabulum interuentus vxoris. Ex quo fit, vt id quod fertur credam esse verissimum: Quòd scilicet olim Marcia Hortensio, Terentia Tullio, Calphurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, legentibus meditantibúsque candelas & candelabra tenuerint: vt liquidò satis clareat, studentibus discendi per nuptias occasionem tribui desidibus excusationem. Habeo itaque vxorem ex animi mei sententia: nec me pœnitet censeri in ordine maritorũ. Quod superest, Deum optimum maximum precor, vt id connubium fortunet, citra vllum incommodum, citra offensiunculam, citraque labeculam omnem: vt concorditer, fœliciter, amanter annos Nestoreos traducamus: nec vllo æuo commutemur. quin ego illi iuuenis, illa mihi puella esse videatur: gignatúrque ex nobis soboles voluptifica, qualis ex Psyche & Cupidine progenerata est. Nam vt Musæ Græcorum canunt, φιλίας μέγιστος δεσμὸς αἱ τέκνων γενεά· id est, Beneuolentiæ coniugalis maximum vinculum est soboles. Cùm in præsentia vxor ventrem ferat & prægnationis sarcina quotidiano incrementulo turgeſcat, spero & ominor filium anno hoc lubilei memorando nasciturum: qui parentibus sit voluptati futurus, & ornamento. Sed iam tempus est, vt ad institutum curriculum redeamus, & è carceribus ad metas commentatio nostra decurrat. *Delira anicula.*] Proprium anicularum est, vt delirare dicantur. M. Tul. deliramenta aniculis ferè peculiariter aſcribit. Idem tradit in Catone: Vt petulantia magis est adoleſcentum, sic senum esse stultitiam, quæ deliratio appellari solet. Videtur autem hoc vocabulum habere etymon à verbo rustico, quod vocant lirare, operientes semina, vnde, vt docet Plin. primùm appellata deliratio est: inde & delirare dici-

tur, à recto recedere. Quòd autem aniculæ peculiariter delirent & fatuæ sint, docet vocabuli etymon: namque anum dici autumant ab à particula priuatiua, καὶ νοῦς, quòd sit sine mente & sensu. Prouerbium est apud Græcos γραῶν ὕθλος, id est vetularum nugæ: de his qui delirant & nugantur.

Pugillares & stilum. } Vt calamus in charta & membranis scribit, sic stilus in cera, vt inquit Hieronymus in expositione Psalmorum 337. Pugillares autem, siue pugillaria, dici tabellas ceratas, quibus antiqui scriptitabant, quis ignorat? Prisc. autumat literas dici à lituris, propterea quòd plerunque antiqui in ceratis tabulis scribere solebant, & posteà delere. In codicibus Prisciani menda inoleuit, in quibus pro ceratis tabulis vulgò legitur cæteris tabulis. Græci pinacas vocant. Homerus scribit, Bellerophonti datos in Lycia pinacas. Plin. codicillos & pugillares interpretatur. à Catullo quoque codicilli dicun-

*Sed astans ego non procul, dolebam mehercules, quod pugillares, & stilum non habebam, qui tam bellam fabellam prænotarem. Ecce confecto nescio quo graui prælio, latrones * eueniunt onusti: nonnulli tamen, imò promptiores vulneratis domi relictis, & plagas recuranti-bus, ipsi ad reliquas occultatas in quadam spelunca sarcinas (vt aiebant) proficisci gestiunt. prandióque raptim tuburcinato, me & equum vectores rerum illarum futuros, fustibus exinde tundent, producunt in viam: multisq; cliuis & anfractibus fatigatos, prope ipsam vesperam producunt ad quampiam speluncam: vnde multis onustos rebus rursum, ne breuiculo quidem tempore refectos, ob iter reducunt: tantáque trepidatione festinabant, vt me plagis multis obtundentes, propellentésque super lapidem prope viam positum deicerent. vnde crebris æquè ingestis ictibus, dextero crure & vngula sinistra me debilitatum ægrè ad exurgendum compellunt. Et vnus: Quousque, inquit, ruptum istum asellum, nunc etiam claudum, frustra pascemus? Et alius: Quid quòd & pessimo pede domum nostram accessit, nec quicquam idonei lucri exinde cepimus, sed vulnera, & fortissimorum*

morum occiſiones. Alius iterum: Certè ego cum primum ſarcinas iſtas, quanquam inuitus, pertulerit, protinus eum vulturijs gratiſſimum pabulum futurum præciputabo.

tur. Pugillarium vſum peruàm vetuſtum eſſe, apud auctores inuenio. Iuriſconſultus titulo de verborum ſignificatione, indicat pugillares codicillos enuntiari, numero ſemper pluratiuo. Auſonius tamen *vnũs*, id eſt, ſingulariter dixit: Bipatens pugillar expedi. *Euenium.*]Lege, *reuenium*, hoc eſt, redeunt domũ, & repedant. *Tuburcinato.*}feſtinãter comeſo. Tuburcinari.n. ſignificat raptim comedere. Titinius: Tuburcinari ſine me vultis reliquias? Plautus in Perſa: Libido extemplo cupere conuiuiũ tuburcinari. Cato tuburcinabundũ & lurcabundũ dixit pro helluone & voratore: quæ vocabula vt vetuſta nimis, repudianda præcipit Quintilianus in primo: nam verbis vt nummis vtẽdũ eſt, quibus ſit forma publica. *Cliuus.*]loca cliuoſa & per anfractus ſinuoſa, vexant in primis atque fatigant iumenta ſarcinis onuſta. *Anfractibus.*]viarum ſcilicet & locorum. anfractum dici flexum, tradit M. Varro: dictum ab ambitu & frangendo. ab eo leges iubent, in directo pedum octo eſſe, in anfracto 16: id eſt, in flexu. *Refectos.*]recreatos, refocillatos. ſignificat enim nec minimum quidem laxamentum ſibi præditum fuiſſe. *Obiter.*] Annotandum, ob iter hoc loco dici, quaſi ad iter ſeiunctim, vt duæ dictiones eſſe videantur. Aliàs obiter aduerbium eſt, ſignificátque inter eundum, incidenter, tali de cauſa: quæ particula veteribus vſitata, & Plinio frequens eſt. *Trepidatione.*] feſtinatione. Virgilius Ne trepidate meas Teucri defendere naues. *Et imus.*}Corrige, vnus. *Ruptum.*} Ruptos dicimus delaſſatos, & membris fractos, ex diutino ſcilicet labore. Apud Plinium non pauca ruptis & conuulſis medicamenta ſunt tradita: aliàs rupti dicuntur, veſtibus laceratis, pannoſi, ſentíque. Hinc illud amphibolon apud epigrammatarium poëtam: Qui ſanet ruptos, dic mihi Galle quis eſt? Nam cùm de morbi genere loqui videatur, ſignat feſtiuiter ruptos, hoc eſt habentes veſtem laceram, & rupto panno diſciſſam; nulla medela, nullóque medico poſſe ſanari. *Fruſtra paſcemus.*]ex Catonis præcepto, qui boues vetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, ſeruos ſenes, morboſos, & ſi quid aliud infructuoſum ſuperſit, vendi iubet. Reiicula autem, vt Catonianum verbum in tranſcurſu explicem, dicuntur animalia, quæ morbo ſenióve grauia reiiciuntur, à reiiciendo videlicet nominata. M. Varro in ſecundo de Re ruſtica: In gregibus pecuarij dilectus quotannis habendus & reiiculæ

reiiciendæ,quòd locum occupant earum quæ ferre possunt fructus. *Pessimo pede.*] quasi dicat,malo omine & sinistro pede.Sicut enim dextro pede ad nos illi venire dicuntur, qui apportant quippiam boni, ita sinistro & pessimo pede, quorum aduentus infortunatus est,& calamitosus. *Vulturis pabulum.*] Apud antiquos variè declinatum hoc nomen est.nam & vultur vulturis,& vulturius recto casu, veteres dictitarunt: nunc in viu est vultur. Ennius:Vulturis in syluis miserum mandebat homonem. Catullus:Lingua exerta auidlo sit data vulturi. M. Tul.in oratione pro Sestio: Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo vulturij paludati. Vultures,vt inquit Hieronymus,& ante Hieronymum Plut.& Plin. transmarina cadaueta sentiunt: & triduo aut biduo illuc prænolant,vbi cadauera futura sunt. Hinc in captatores & bona defunctorum inhiantes scitissimè translatum nomen.Mart. Cuius vulturis hoc erit cadauer. & illud Senecæ velut prouerbiale:Vultur es,cadauer expecta.Penna vulturina,subiecta pedibus,adiuuat parturientes. Auctor est Ambrosius,vultures non indulgere concubitui,atque sine vllo masculorum semine concipere. Vita vulturio in confesso longa est adeò,vt vsque ad centum annos vita eorum producatur. Romani(vt refert Plutarchus)vulturem in augurijs vt principalem obseruauerunt, cuius aspectu Hercules in rebus obeundis maximè lætabatur. Ex cadaueribus sibi escam quærit. nihil enim animatum interficere fertur.Græci γύπας vultures appellant.

Mitissimi.] ironicôs. *Timor vngulas fecerat.*] Eximitatione Virgiliana ductus color.sic enim in sertio opere scriptũ est:Pedibus timor addidit alas. & Quintus Curtius metum vocat elegantèr strenuum, propterea quòd homines ex metu fiunt strenuissimi, velocissimique. à Thucydide quoq; dictum est, Ti-

Dum secum mitissimi homines altercant de mea nece, iam & domum perueneramus: nam timor vngulas mihi alas fecerat. Tum,quæ ferebamus,amoliti properiter,nulla salutis nostræ cura,ac ne meæ quidem necis habita, comitibus adscitis, qui vulnerati remanserant,dudum recurrunt,relaturi tædia (vt aiebant)nostræ tarditatis. Nec me tamen mediocris carpebat scrupulus,cõtemplatione commmatæ mihi mortis. Et ipse mecum: Quid agis,Luci,vel quid iam nouissimum expectas? Mors, & hæc acerbissima, decreto latronum tibi compara-

Digitized by Google

comparata eſt Nec magno conatu res indiget. Vides iſtas ruinas proximas, & præacutas in his præminentes ſilices, quæ te penetrantes, quà decideris, membratim diſſipabunt. Nam & illa ipſa præclara magia tua, non vultum laboréſque tibi tantùm aſini, verùm corium non aſini craſſum, ſed hirundinis tenue membranulum circundedit. Quin igitur maſculum tandem ſumis animum, tuæque ſaluti, dum licet, conſulis? Habes ſummam opportunitatem fugæ, dum latrones abſunt. An cuſtodiam anus ſemimortuæ formidabis? quam licèt claudipedis tui calce vnica finire poteris. Sed quò gentium capeſſetur fuga? vel hoſpitium quis dabit? Hic quidem inepta, & prorſus aſinina cogitatio: quis enim viantium, vectorem ſuum non libenter auferat ſecũ. Et alacri ſtatim niſu locorum, quo fueram deſtinatus, abrumpo, néque quadrupedi curſu prorſpio.*

mor excurit inertiam. Aſinus ergo Apuleius ex tardo factus eſt ob mortis metũ volaticus, contra naturam aſinorum, quibus tarditas peculiaris eſt. Hinc optimo epitheto dixit poëta, Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli. Lucianus, ὁ δὲ τῷ θανάτου μὲ φόβος αἰσθησιν τῆς ὁδοιπορίας ἔδωκεν: id eſt, timor mortis detraxit mihi ſenſum doloris. *Amoliti.*] remouentes, exonerantéſque. Amoliri enim eſt tollere, abigere, remouere. inde amuletæ dicta, remedia contra mala medicamenta. *Dudum.*]paulò antè. *Comminatæ mortis.*]quam mihi comminati fuerant latrones mei. *Scrupulus.*] ſolicitudo & angor. à ſcrupulo lapillo dictus, qui calcatus moleſtiam affert, &(vt inquit Donatus)nimis moleſtæ ſunt pedibus ſcrupuloſæ viæ. *Quod iſtas luci.*]Lego, *Quid ſtas Luci?* Sermocinatio eſt, quam ſecum habet Lucius Apuleius. *Luci.*] Caſus eſt ſalutatorius, quem vocatiuum vocant. Apuleium autem prænomine Lucium dici quis neſcit? apud Lucian. ἄθλιε, τί δ' ἔτι ὀκνεῖς ἐνταῦθα: γύπες σε ἢ γυπὸς τέκνα δεήσουσιν: id eſt, Infœlix, quid hic etiam manes? vulturibus & vulturum pullis eris ſagina cœnatica. *Silices.*] Fœminino genere dixit, ſicut Virg. qui ait in Bucolico ludicto: Ah ſilice in nuda connixa reliquit. & in ſexto Æneidos: Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura cadendi Imminet aſſimilis. nã vt docet Quintil. auctoritas ſummorum virorum pro ratione

eſt.Silex autem lapis eſt vulgaris,duritia indomita,quo viæ ſternuntur.Vnde apud nos vſitatum verbum ſilicare, quod eſt ſilicibus ſternere. Liu. in 10. Via à Martis ſilice ad Bouillas proſtrata eſt.vbi annotandum,Liuio dictum eſſe à Martis abſolutè,pro eo quod eſt , à Martis æde ſiue templo , quæ dicendi figura priſcis vſitatiſſima eſt: vt,ad Veſtæ.vt ad Veneris , ad Apollinis dixerunt,Horat.Terent.Cicero , ſubintelligi volentes ædem. Scribit Plin.Pyrodem primum inueniſſe ignem excutere è ſilice, quem aſſeruare in ferula docuerit Prometheus : auctor eſt Victruuius, calcem coquendam eſſe de ſilice , tanquam ea melior ſit ſtructura. Idem lapidicinas ſilicis aſſerit duras eſſe : nigri ſcilicet auctore Plin.optimi ſunt quibuſdam in locis,& rubentes. *Præclara.*} Ironicôs pronũciandum. *Magia tua.*} Fotidem ſignificat, à qua Apuleius en aſinum deformatus eſt:nunc conqueritur, ſibi quidem in ea transformatione effigiem aſini & labores aſininos fuiſſe indutos:pro corio autem aſini,quod craſſum eſt & impenetrabile,cutem tenuiſſimam, qualis hirundiniana eſt , fuiſſe circundatam.Attende membranulum dici neutro genere , cùm in vſu quotidiano ſit vt mẽbrana , & per diminutionem mẽbranula fœminino genere dicatur:pauca enim inueniuntur diminutiua , vt auctor eſt Priſcianus , quæ non ſeruent genera primitiuorum: vt hæc rana, hic ranunculus:hoc piſtrinum , hæc piſtrila:hic qualus,hoc quaſillum,quod vaſis genus eſt. Sunt qui ſubtilitatem animi conſtare putent cute , operimentiſque corporum:& ea maximè bruta eſſe animalia,quibus craſſior eſt pellis. Vnde aſinus brutali in primis tarditate præditus videtur , cuius corium iam eſſe craſſiſſimum,quod obſtat ſpiritus innati tenuitati. *Maſculum animum*] virilem,imperterritum, & (vt veteres dicunt) extrilidum. *Quin ſumis.*] Exhortantis particula eſt,cuius varietates in conuertenda oratione multiplices curioſus lector agnoſcet,& docet Gellius in 16. *Opportunitatem fugæ.*} Pittacus Mitylenæus,vnus ex ſeptem ſapientibus,dixit hanc ſententiam,γνῶθι καιρόν, quod Latinè ſignificat, Noſce tempus, ſiue tempeſtiuitatem,ſiue opportunitatem in rebus obeundis. Nam, vt inquit ſcitè Auſonius , cui non fuerit ſpectata opportunitas, is offenſam ſæpe incidit. Plaut. in Pſeudolo : Ipſa mihi opportunitas non potuit opportuniùs aduenire. Item: Omnes opportunitatis articulos noui. Terent. quoque rerum omnium eſſe primum tempus autumat:& à Plin.noſtro dictum eſt, Tantùm tempeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet.ſuper qua re ſcripſi non indiligẽter in Heptalogo. *Calce vnica.*} vnico calcis ictu. Modò enim non partem plantæ , ſed percuſſionem pedum plagámque

gámq; ſignificat: vt Virg. Calcémq; terit iã calce Diores. Auctoritas veterũ multa licẽter vſurpat, & variis generib. inflectit, inter quæ calx eſt: quæ dictio modò maſculino, modò fœminino genere ponitur, pro calcaneo pedis & percuſſione. ſic Silius: Iã cãpos voti ferrata calce cruẽta Cornipedẽ. In quo imitatus Virgiliũ videtur. ſic ſcribentẽ: Quadrupedémq; citũ ferrata calce fatigat. Notum eſt prouerbium Terentianũ: Namque inſita eſt, aduerſus ſtimulum calces. Ductum ex illa Græca παροιμία, πρὸς κέντρα λακτίζειν: id eſt, cõtra ſtimulũ calcitrare: cuius meminit Æſchylus. & ab Euripe dictum eſt πρὸς κέντρα λακτίζῃ θνητὸς ὢν θεοῖς, id eſt mortalis exiſtẽs contra ſtimulũ Deo recalcitrat. *Viantiũ.*] Sidonius, Apuleius, recentioréſq; ſcriptores, viãtes frequẽter vſurpãt pro viatoribus. In Floridis: vt fermè religioſis viantium mos eſt. Viare verbum eſt, quo Ambroſius vtitur. *Vectorem.*] me aſinum ſcilicet, à quo vehatur. *Niſi.*} Lege, *nixu*, hoc eſt conatu & viribus. *Deſtinatus.*] deligatus. deſtinare enim pro deligare, Apuleio peculiare verbum eſt. *Quadrupedi curſu.*} quadrante.

*Nec tamen aſtutulæ anus miluinos oculos effugere potui. Nam vbi me conſpexit abſolutum, captæ ſuper ſexum & ætatem audacia, lorum prehendit, ac me deducere ac reuocare cõtendit. Nec tamen ego, memor exitiabilis propoſiti latronum, pietate vlla commoueor: ſed incuſſis in eam poſteriorum pedum calcibus, protinus applaudo terræ. At illa quamuis humi proſtrata, tamen tenaciter loro inhærebat, vt me procurrente aliquantiſper, tractu ſui ſequeretur. Et occipit ſtatim clamoſis vlulatibus auxilium validioris manus implorare. Sed fruſtra fletibus caſſum tumultum commouebat: quippe cùm nullus adforet, qui ſuppetias ei ferre poſſet, niſi ſola illa virgo*captiua. quæ vocis exitu procurrens, videt hercules memorandi ſpectaculi ſcenam, non tauro, ſed aſino de-*

Miluinos oculos.] Acutiſſima & perſpicaciſſima acie oculos ſignare volens, miluinos dixit, tanquã miluus clariſſimè cernat. Notatum quidem eſt à ſcriptoribus idoneis, miluum rapaciſſimam eſſe & famelicam ſemper alitem, quæ videtur artem gubernandi nauigia docuiſſe caudæ flexibus. Traduntur milui ſolſtitijs affici podagra. Aquilæ, vt inquit Plinius noſter, clariùs quàm nos cernunt: vultures ſagaciùs odo-

rantur: liquidiùs audiunt talpæ. Miluinos oculos ſcriptor nullus, quod quidem ſciam, celebrat, velut acumine oculorum præpollentes: ſicut Lynceus inter homines, aquilæ inter aues, lynces inter quadrupedes clariſſimè omnium cernere traduntur. Credibile eſt tamen miluo oculos clariores inesſe, cùm ex alto ſpeculatus deuolet ad prædam, cùm pullis gallinaceis ex cœlo inſidietur, & circa macella (vt docet Albertus Magnus) carnem ſectetur, & cadauera. Apud Ouidium & Higinum fabula eſt de miluo inter ſidera collocato. Plaut. feſtiuiter, nec minùs ſcitè dixit, coquos eſſe miluinis & aquilinis vngulis ſignificare volens, furtificas eſſe & rapaces coquorum manus. *Super ſexum.*] Facta eſt anus vltra ſexum muliebrem audacula & ferocula, cùm fœminæ naturaliter timidæ eſſe ſoleant. Ariſtot. lib 9. de animalibus: Fœmmæ omnes, inquit, minùs quàm mares ſunt animoſæ, excepta panthera & vrſa: fœminæ enim his generibus videntur eſſe animoſiores, cùm cæteris ſint poculdubiò molliores Verùm malitioſiores, aſtutiores, inſidioſiores fœminæ ſunt, atque in enutrienda prole ſolicitiores: mares contrà animoſiores, ferociores, ſimpliciores, minúſque inſidioſi. hactenus Ariſtot. Plin. noſter, illa ſua breuitate inimitabili: Mares, inquit, in omni genere fortiores, præterquàm in pantheris & vrſis. Xenophon quoque in lib. qui Œconomicus inſcribitur, & L. Columella, prodiderunt, ſexum muliebrem iccircò timidiorem à natura formatum eſſe, quàm virilem, quoniam cuſtodia & diligentia domeſtica mulieribus aſſignantur: metus autem plurimùm confert ad diligentiam cuſtodiendi. In 26. parte ſagittarij mulieres habentes horoſcopum, erunt viragines: hoc eſt, virile implentes officium, & virilitate maſculina animoſæ. *Exitio-*

*pendentem directè auiculam: ſumptáque conſtantia virili, facimus audet pulcherrimũ. Extorto etenim loro manibus eius, me placitis gannitibus ab impetu reuocatum gnauiter inſcendit, & ſic ad curſum rurſum incitet. Ego ſimul voluntariæ ſuæ voto, & liberandæ virginis ſtudio, ſed & plagarum ſuaſu, quæ me ſæpicule commonebant, equeſtri celeritate, quadrupedi curſu ſolum replaudens, virginis delicatas voculas adhinnire tentabam: ſed & ſcalpendi dorſi mei ſimulatione, nonnunquam * obligata ceruice pedes decoros puellæ baſiabam.*

Digitized by Google

bilis

bilis propoſiti.] quo ſcilicet propoſuerant, decreuerántque me ſæuiſſimo mortis genere mulctare: cuius ego memor, nulla in fœminam pietate commoueor. *Calcibus.*] percuſſionibus, expone vt ſuprà. Illud adde, quòd calcem antiqui dicebant, quam nunc metam vocamus: & pro fine vſurpant. M. Tullius: Quando ſumus ab ipſa calce eius interpellatione reuocati. Huiuſce rei meminit Seneca libro Epiſtolarum moralium vndeuigeſimo. *Applaudo terræ.*] allido ad terram. opplodere enim & complodere ſignificanter & propriè dicitur plauſum edere, illiſis inter ſe manibus, & palma cum palma collata. Cæterùm cùm quid allidituꝛ ad terram, ſonitum & planctum facit: propterea applodere eleganter dicitur, ad terram cum ſonitu dare. Græci πομπύζειν dicunt, quod & ſibilare ſignificat. Plin. ſcribit, pictum fuiſſe poppyzonta: intelligi volens, vel manibus plaudentem, vel ſibilantem. Seneca in ſecundo Quæſtionum: Manus inter ſe clauſæ plauſum edunt, auerſæ inter ſe manus colliſæ non plaudunt, ſed palma cum palma collata plauſum facit. Græci tradunt, morem fuiſſe apud priſcos ἐκφαίνειν πομπύζειν, hoc eſt, fulgetris applodere ſiue inſibilare. Hinc illud Plinianũ: Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt: vbi poppyſmi pro complosionibus accipiuntur. quamuis non parùm multi codices Pliniani ſint, in quibus ita legitur, Fulgetras adorare conſenſus gentium eſt: omiſſa dictione illa poppyſmis. & nunc quoque plerique omnes fulgetras ſigno crucis vel adorant, vel defendunt. In oratoribus peſſimus ſupplosio loco & tempeſtiuè vſurpata laudem affert: ſi verò crebra eſt, inepti hominis eſſe dicitur. auctores Quintilianus & Cicero. *Tractu.*] tractione, dum trahitur, inhærens ſcilicet loco. *Occipit.*] incipit Lucianus tradit, vetulam cauda correpta aſinum retẽtaſſe. *Caſſum.*] inanem irritum ineffacem: vocabulo ab araneorum caſſibus ducto, quòd ſint leuis ac nullius ponderis. Virg. in 11 dixit caſſum lumine, pro priuatum: ſicut Plaut. caſſam dote, in Aululatia poſuit, pro carentem dote. *Suppetias.*] auxilia. *Captiua.*] Dictio eſt eadem formula à capta inclinata, qua ab empto empticius, à facto facticius ſignificat captam, ſiue captiuam: ſicut empticius emptum, factitius factum. M. Varro in 3. de Re ruſtica: Hic aprum glans cùm paſcit empticia, facit pinguem, illic gratuita exilem. Lucian. & Græci αἰχμάλωτον dicunt capticiam. *Exitu.*] cùm fine clamoris anilis. Malim legere, *exitu*, vt ſignificet excitatione vocis, & inclamatione virginẽ procurriſſe. *Hercules.*] Iuriſiurandi aduerbium eſt. *Scenam.*] apparatum. In eodem ſignificatu ſuperius quoque accipitur ſcena: tranſlatio à ſcena hiſtrionica, cuius apparatu ſpectacula exhibentur. Non

tauro.] Alluſit ad fabulam Europæ, quæ tauro auecta eſt, quæ fabula in ſcenicis ſpectaculis Romæ edita eſt. *Placitis gannitibus.*] Voces, inquit, & ſuſurros adhibebat virgo illa capricia: quibus, vt potè placentibus, reuocatus ſum ab impetu fugæ, præbuíque facilè dorſum aſcenſuræ puellæ. *Gnauiter.*] ſtrenuè ac perniciter. *Equeſtri celeritate.*] Lucian. κἀγὼ πρὸς ἔρωτα τῆς φυγῆς, καὶ τῇ τῆς κόρης σπουδῇ ἐφυγον ἱππικῷ δρόμῳ: id eſt, Ego fugæ amore & puellæ ſtudio fugiebam curſu equino & celeritate. *Sapiculę.*] ſæpe. *Suaſu.*] ſuaſione & incitamento. *Solum replaudens.*] terram vngula quadrupedante repercutiens: id quod fieri ſolet ab equo, iumento, aſino, perniciter curſitantibus. *Adhinnire.*] quodam quaſi hinnitu reſponſare, recanere. Maluit autem adhinnire dicere, quàm rudere: cùm hinnire equorum ſit, rudere aſinorum: tanquam equinam naturam imitaretur, ſítque honeſtius verbum. Getæ Imperatori Romano familiare fuit haſce quæſtiones grammaticis proponere, vt dicerent, ſingula animalia quomodò vocem emitterent: vt exempli cauſa, Agni balant, porcelli grunniunt, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt.

Spirans altiùs.] Quidã legunt, *ſuſpirans*, vt ſit imitatio Virgiliana ex illo verſu: Suſpirans, imóque trahens à pectore vocem. Vtraq; lectio erudita, vtraque poëtica eſt: ſpirare altum is dicitur, qui cum fiducia ferociáque elatior eſt: ſuſpirare altum, eſt, ſuſpiria ab imis præcordiis trahere. *Opem facite.*] ſuccurrite atque opitulamini. Veteres Iouem cognomẽto Opitulum coluere, quòd opem indigentibus ferret.

*Tunc illa, * ſpirans altiùs, cœlúmque ſolicito nutu petens: Vos, inquit, ſuperi tandem meis ſupremis periculis opem facite: & tu Fortuna durior iam ſæuire deſine: ſat tibi miſeris iſtis cruciatibus meis litatum eſt. Túque præſidium meæ libertatis, meæque ſalutis, ſi me domum peruexeris incolumem, parentibúſque & formoſo proco reddideris, quas tibi gratias perhibebo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo? Iam primùm iubam iſtam tuam probè pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo: frontem verò criſpatam, priùs decoriter diſcriminabo: caudæque ſetas incuria congeſtas & horridas, compta diligentia perpolibo: bulliſque te multis aureis inoculatum, veluti ſtellis ſidereis relucentem, & gaudijs popularium pom*

parum

parum ouantem, sinu ſerico progeſtans nucleos, edulia mitiora, te meum ſoſpitatorem quotidie ſaginabo.

ret. Opem quoq; Deam venerati ſunt, quòd ipſius ope, id eſt auxilio vita conſtet, humanæque vitæ alimenta quæ antur: vel quòd Ops eſt terra, & hinc omne opus. cui feriæ dedicatæ dicuntur, Opalia, qui dies erat poſt Saturnalia. auctor Auguſt. Lucianus ſic: ἡ δὲ παρθένος τοῖς μὲ θεοῖς ἤυχετο σώσαι αὐτὴν τὴν φυγήν: id eſt, Virgo quidem Deos rogabat, vt ipſam in fuga incolumem ſeruarent. *Cœlum petent.*] Ariſtoteles in 2. de Cœlo & mundo refert, antiquos cœlum Diis aſſignaſſe. Noſter quoque Apuleius in Coſmographia teſtatur, Deum habere in arduis arcib. ſolium conſecratum, ideóque mortales cœlum ſuſpicere ſolent in precationibus, tanquam in domicilium Deorum ac ſedem. Plin. Sic hominum terra, vt cœlum Dei. *Litatum eſt.*] Debet, inquit, mala fortuna ſatis ſupérque placata eſſe cruciatibus & ærumnis, quas hactenus perpeſſa ſũ: litare enim ſignificat, ſacrificio facto placare numen, quod aliubi copioſiſſimè explicatum legis. Malæ autem ſæuienti ſque fortunæ placatur numen calamitatibus, cruciatibus & ærumnis: talibus enim piaminibus gaudet fortuna durior, ſicut Mars cognominatur à Græcis αἱμοχάρης, quaſi ſanguine gaudens. Malæ autem fortunæ ara in Exquiliis conſecrata fuit: cuius Plin. & M. Tul. meminerunt. *Tuque præſidium.*] Verba hæc per apoſtrophã fiunt à virgine ad aſinum, quẽ libertatis ſalutiſque ſuæ præſidium vocat, cùm illius ope & dorſo effugiũ inuenerit. Apud Lucianum ſic inquit: ὦ μ', ἔφη, κομίσῃς σαυτὸν πατέρα, ὃν καλὸν σὺ, καὶ διεγερεῖ σε ἑωθινὸς ἥρωα ἀφεῖσα, καὶ θῶν δὲ μέδιμνος ἔσῃ σοι ὑπ' ἐμέτας ἡμέρας τὸ ἄριστον. i. Si me, inquit, ad patrem peruexeris, ô formoſe, te liberum eſſe ſinam, tibique quotidie pro prandio dabitur medimnus hordei. Eſt autem medimnus Græcis menſuræ nomẽ, quem noſtri modium interpretantur, de quo Priſcianus & Auſonius. *Proco.*] Qui me expetit vxorem. Græci μνηστῆρας procos vocant. *Quos honores.*] Exornatio rhetorica eſt, Græci iſocolon vocant: à noſtris dicitur compar: hiſce autem exornationibus oppidò quàm frequens eſt Lucius noſter. *Iubam.*] ſcilicet aſininam. *Pectina.*] apud Plinium pectinare ſegetem, eſt cratibus dentatis quaſi pectinibus herbas peregrinas ac capillos pectere. Errant grammatici, qui autumant pectinare verbum Latinum non eſſe: quibus Plin. Apul. cæteri refragantur, quorum auctoritas apud me pluris eſt quàm illorum regulæ & decreta. Eleganter pectita tellus dicitur Columellæ, pro pectinata, quam intelligi vult diſcriminatam, repurgatam, &

in Georgicis:Nec modus inſerere, atque oculos imponere ſimplex.Emplaſtratio eadem fermè eſt,quæ & inoculatio;ideóque dixit Plin.emplaſtri ratio ex inoculatione & ipſa nata videri poteſt.Palladius:Perſicus,inquit,inoculari poteſt:quod& emplaſtrari dicitur. inoculatio omnium inſitionum fœcundiſſima eſt. *Progeſtans nucleos.*]Pollicetur puella,ſe ſinu veſtis,& quidem ſericæ, nucleos ſcitioris ſaporis geſtaturã: quibus aſinum opimet, ſaginétque:quem eleganti vocabulo ſoſpitatorem appellat,propterea quòd eam ſoſpitauerit, ſaluámque eduxerit ex manibus latrocinalibus.ſoſpitare enim ſaluare eſt,& conſeruare. Ennius: Regnum noſtrum ſoſpitent,ſuperſtiténtque. Hinc Iuno ſoſpita dicta,cuius M.Tul.Ouid.Liuius,cæteri meminerunt.Deus quoque ille genitor omnium & architectus bono epitheto dictus eſt ſoſpitator,cuius nutu cuncta regũtur & cõſeruãtur. Nucleos autem hoc in loco non tam pineos& ex nucibus intelligo,quàm ex opere piſtorio concinnatos à dulciario. Nuclei nucis pineæ ſitim ſedant,& acrimoniam ſtomachi, renibus & veſicæ vtiles. Græci στρόβιλους vocant.Iuriſconſultus tit.de verborum ſignificatione inquit,integros ſtrobylos de pinu ligni appellatione contineri. *Saginabo.*] Saginarium dici voluerunt veteres, locum in quo ſagina, id eſt pinguitudine gliſcerent animalia, & opimarentur. M. Varro in tertio de Re ruſtica : ad ſaginandum, inquit,eligũt pullos circiter ſexquimẽſes qui sũt nati,eos includũt in ſaginario.Nucleos autem mellitos & eſculẽtos pollicetur aſino,perinde ac humanam guſtatum habenti:cùm alioqui cibaria homini non faciant ad palatum aſini, cui (vt inquit Heraclitus, & repetit Ariſtot.in 10. Ethicorum) iucundius eſt fœnum auro.

Sed nec inter cibos delicatos, & otiũ profundum, vitæque totius beatitudinem deerit tibi dignitas glorioſa. Nam memoriam præſentis fortunæ meæ,diuinæque prouidentiæ, perpetua teſtatione ſignabo:& depictam in tabula fugæ præſentis imaginem meæ domus atrio dedicabo. Viſetur, & in fabulis audietur, doctorúmque ſtilis rudis perpetuabitur hiſtoria, Aſino vectore virgo regia fugiens captiuitatem. Accedes antiquis & ipſe miraculis. Credemus etiam

Otium profundum.] tanquam immenſis otium ſit finis beatitatis, in quo multiſſimum bonum poſuere, & in otium tanquam portum profugerũt:quod, vt inquit Horatius, neque gemmis, neque purpura, neque auro venale eſt. *Non deerit dignitas.*]

*exemplo *tuo veritatis, & Phryxum arieti ſupernataſſe, & Arionem delphino gubernaſſe, & Europam tauro ſupercubaſſe. Quòd ſi verè Iupiter mugiuit in bouem, poteſt in aſino meo latêre aliquid, vel vultus hominis, vel facies Deorum.*

Promittit aſino, id quod ſapientes viri in primis expetendum eſſe cẽſent, otioſam ſcilicet dignitatem. M. Tull. in oratione pro Seſtio: Id quod eſt præſtantiſſimum, maximéque optabile ſanis & bonis & beatis, cum dignitate otium. *Perpetua teſtatione.*] Conſtituam, inquit, monumentum, quod perpetuò teſtetur, propagétque poſteritati hanc meam fortunam & fugam. *Atrio dedicabo.*] Ex ritu inſtitutóque antiquorum, in atrio dedicaturam ſe dicit tabulam, cuius pictura exprimat aſinum virginis ſoſpitatorem. Namque apud maiores in atriis cereæ imagines ſingulis diſponebantur armariis. Obiter ſpectandus eſt Ouidij verſus penſiculatè, qui libro Amorum primo ſic legi ſolet: Tene decipiant veteris quinquatria ceræ. Quid ſint quinquatria, triuialibus quoque Grammatiſtis notiſſimum eſt. Sed quàm bene hoc in loco conueniat dictio hæc, non diſpicio: extortus nimirum eſt intellectus ille, qui fertur, nec elegantiæ poëticæ ſatis quadrans. Quocircà ſenſu curioſè perpenſo, ita legendùm opinor, Nec te decipiant veteris plena atria ceræ: hoc intellectu puro ſanè & lucido. inquit lena ad puellam, ne decipiat te amator, pro nummis afferens nobilitatem & ſtemmata familiæ, oſtentáuſque atria plena auorum imaginibus. & ita docet, in amatore ſpectandum eſſe marſupium, non ſtemmata. De atrio pleno fumoſis imaginibus, in hunc ſenſum M. Tull. & Seneca commemorarunt: Repoſitorium quoque ibidem erat tabularum pictarum, quod Pinacothecen ex re dixere, de qua mentio apud Plinium & Varronem. Docet Victruuius, qua magnitudine conſtituẽdæ ſint Pinacothecæ. *Aſino vectore virgo.*] Erit, inquit, res nouis annalibus memoranda, & ſtilo hiſtorico celebranda, quòd virgo euaſerit captiuitatem, aſino vectore liberata. *Phryxum arieti.*] Mythici traduut, & memorat Higinus, Phryxum, & Hellen eius ſororem, arieti impoſitos, iras nouercales & paternum furorem per vndas profugiſſe: Hellen in pontum decidiſſe, à cuius nomine dictus ſit Helleſpontus: Phryxum Colchos peruenisſe incolumem, & arietem Ioui immolaſſe, pellem in templo fixiſſe, & arietis ipſius effigiẽ ab Ioue inter ſidera conſtitutam. Eſt autẽ aries cœlo ſignum æquinoctiale regale, à Græcis κριὸς dictũ: quòd, cùm in eo ſigno ſol fuerit,

fit,inter diem & noctem quodammodò iudicat. Tropicũ dicitur, quòd in eo Sol vernum tempus faciat:ver enim initiatur Sole in arietem ingresso. auctor Firmicus Maternus in primo Matheseôn.Prodiderunt auream habuisse pellem arietem Phryxi,propter caritatem,ad quam in Colchida profecti regio genere dicuntur Argonautæ. Eusebius chronographus affirmat, ideò ariete fingi vectum Phryxum,quia naui fugit nouercales insidias,cuius insigne erat aries. *Et Arionem.*] De Arione citharœdo famigerato,qui delphino vectus est,scribunt Plinius, Solinus, cæteri: copiosissimè omnium Gellius & Herodotus. de quo cecinit Ouidius in secundo Fastorum: Quod mare non nouit,quæ nescit Ariona tellus? Strabo vulgatæ historiæ derogans fidem à prædonibus in mari obrutum Arionem fuisse asseuerantes affirmat. Sed fabulæ argumentum vel potentissimum est,quòd simulachra duo ænea ad Tænarum Laconiæ promontorium visebantur:delphinus vehens, & homo insidens. Præterea affatim exemplorum est,quibus proditur,pueros à delphinis amasiis per maria vectos esse: quæ fidem faciunt, vt inquit Plinius,vt credatur, Arionem quoque fidicinem interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos eius quæstus, eblanditum vt priùs caneret cithara,congregatis cantu delphinis,cùm se iecisset in mare, exceptum ab vno, Tenarum in litus prouectum: pro quo facto inter sidera delphin est collocatus. Scio alias quoque causas tradi, cur delphin inter sidera figuratus sit. Sub quo sidere nati, erunt petaminarij & petauristarij, vt docet Firmicus Maternus nouissimo Matheseos volumine.sunt autem petaminarii, qui agilitate corporis quasi volare videntur: vnde & nomen.Græcè enim πέτομαι significat volo, volas. Significatio petaminariorũ haud multùm dissidet à petauristariis, quos & petauristas appellant. De petauro quis ignorat, illa quæ traduntur à commentatoribus Iuuenalis & Martialis? nihil notius. Arion quoque nomen est equi memoratissimi præconio poëtarum,cuius dominus fuit Adrastus:qui ex Neptuno & Cerere natus dicitur, humano dextri pedis vestigio. *Europam tauro supercubasse.*] Notissima Europæ Agenoris filiæ fabula est, quam Iupiter in taurum deformatus, ex Phœnice exportauit in Cretam,à cuius nomine tertia pars terrarum Europa nominatur.Hinc illud Horatianum:Tua sectus orbis Nomina ducet. Pythagoras ex ære Tarenti fecit egregiam Europæ imaginem, tauro insidentis.Historici tradunt, Europam à Cretensibus raptam esse naui,cuius fuerit insigne taurus:ideóque fingi, à tauro auectam. Notabile illud, & ad fœmineum sexum commendan-

dum maximè pertinens, orbem terrarum à nominibus fœminarum nuncupari. Namque Asia dicta est à nympha, ex qua & Iapeto oritur Prometheus: Europa, vt diximus, ab Europa Agenoris filia, Libya, quæ est Africa, à Libya Epaphi filia. Quod si talia scirent mulieres nostri temporis, quàm insolenter gloriarentur, quàm sese iactanticulæ extollerent, quàm sibiipsis placerent, & quotidiano iurgio viris opprobrarent, quòd muliebre genus foret longè quàm virile præstantius, quòd fœminæ nomen orbi terrarum indidissent? proinde viros moneo, vt hæc veluti mysteria habeant in sanctuariis, nec prodant in cœtu fœminarum, ne illæ ex insolentibus fiant insolentiores. *Mugiuit in bouem.*] Quando scilicet factus taurus. Europam vexit: ob id dicitur taurus inter astra esse constitutus. in cuius prima parte quicunque habuerit horoscopum, erit vates entheus, id est diuinus, & numine afflatus: quæ dictio frequens est apud scriptores. Dixit Cic. enthusiasmos abest, pro afflatu poëtici furoris.

Hic.] id est, hæc. *Identidem.*] frequenter. *Suspiratus.* } suspiria, nomen est quarti ordinis. sic Ouid. in 14. Respexit hunc vates, & suspiratibus haustis. *Ad triuium.*] Lucianus, briuium. Græcè enim ait διὰ τὸ ἔδος. Apud Græcos est prouerbium huic loco congruens, ἐν τριόδοισιμὶ, id est, in triuio sum. Dicitur autem de his qui incerti sunt & nutabundi in negotiis obeundis, propterea quòd ἐν τριόδῳ in triuio positus, nescit

Dum hic identidem puella replicat, votisque crebros intermiscet suspiratus, ad quoddam peruenimus triuium, vnde me arrepto capistro dirigere dextrosum magnopere gestiebat; quòd ad parentes eius ea scilicet iretur via. Sed ego gnarus, latrones illà ad reliquas commeasse prædas, renitebar fortiter, atque sic in animo meo tacitus expostulabam: Quid faris infœlix puella? quid agis? cur festinas ad Orcum? quid meis pedibus facere contendis? non enim te tantum, verùm etiam me perditum ibis. Sic nos diuersa tendentes, & in causa finali, de proprietate soli, imò vitæ hereiscundæ contendentes, rapinis suis onusti coràm deprehendunt ipsi latrones: & ad lunæ splendorem iam inde longius cognitos, risu magno salutant. Et vnus è numero sic appellat: Quorsum istam festinanti vestigio lucubratis viam, nec noctis

*noctis intempeſtæ Manes Larúſque formidatis? An tu probiſſima puella parentes tuos interuiſere properas. Sed nos & ſolitudini tuæ præſidium præbebimus, & compendioſum ad tuos iter monſtrabimus. Et verbum manu ſecutus, * prehenſo loro, retrorſum me circumtorquet: nec baculi nodoſi, quem gerebat, ſuetis ictibus temperat. Tunc ingratis ad promptum recurrens exitium, reminiſcor doloris vngulæ, & occipio nutanti capite claudicare. Sed ecce (inquit ille qui me retraxerat) rurſum titubas & vacillas? & putres iſti tui pedes fugere poſſunt, ambulare neſciunt? At paulò antè pinnatam Pegaſi vincebas celeritatem.*

qua via ire debeat. *Dextrorſum.*} ad dextram partem. Horatius: Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum. *Guarus.*} ſcius & callens. *expoſtulabam*] Conquerebar, ſubaccuſabam. expoſtulare enim eſt, vt inquit Donatus, conqueri apud illũ ipſum qui peccauerit: poſtulare, de illo apud adulterum. eodémque ſignificatu poſtulatio & expoſtulatio vſurpantur. *Meis pedibus.*] vt ſcilicet pedes mei te ducant perditum in manus latronum. *In cauſa finali.*} Verba ſcitè & conducenter vſurpat Iuriſconſultorum, apud quos tituli ſunt finium regundorum, familiæ herciſcundæ, & qui ſit proprietarius, & qui fructuarius. Actio in agris vectigalibus & inter eos qui vſumfructum habent, vel fructuarium, & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos qui iure pignoris poſſident, competere poteſt. In finalibus quæſtionibus (vt inquit Papinianus) vetera monumenta ſequenda ſunt. Familiæ verò herciſcundæ nomen dicitur hæreditatis diuidendæ, vbi familia accipitur pro pecunia & rebus hæreditariis. quod ducent iuriſconſulti, titul. de verborum ſignificatione, allegantes legem 12. Tabularum, cuius hæc ſunt verba: agnatus proximus familiam habeto: hoc eſt, hæreditatem. In eadem ſignificantia dictum eſt illud ab A. Gel. Familiam pecuniámque ſuam prandiorum gurgitibus proluiſſent. In eodem ſignificatu apud Terent. quoque familiam dici reperies. Per familiæ herciſcundæ actionem, vt inquit Vlpia. diuiditur hæreditas, quæ quidem actio proficiſcitur ex lege 12. Tabularum. Namque hæredibus volentibus à concione diſcedere, neceſſariũ videbatur aliquam actionem conſtitui, qua inter eos res hæreditariæ diſtribuerentur. Sicut ergo inter litigatores de proprietate

ſoli litigatur, ſicut quæſtiones finales exiſtunt inter cohæredes de familia herciſcunda, hoc eſt hæreditate diuidenda, ita feſtiuiter deceníque tranſlatione inquit Apuleius ſe contendiſſe cum puella de via herciſcunda, cùm illa dextrorſum tenderet, hic verò ſiniſtrorſum. Tota res eſt ex verbis iuris ciuilis ſcienter aptéque tranſlata. Feſtus Pompeius erectum dici tradit, à coercendo dictum. Vnde & herciſcundæ, inquit, & erciſci videor legiſſe apud M. Tul. ercium cieri: quod & legi poteſt erciſci, ex hac Feſti auctoritate. cuius verbum corrigo, vt pro erectum legas ercium. Herceus verò Iupiter, dictus ex eo quòd intra conſepta & penetralia domi colitur, quem & penetralem vocant. Græcè ἕρκος dicitur ſeptum. De Ioue Herceo, Ouid. Lucanus, cæteri. *Ad Lunæ ſplendorem.*] Lucianus, καὶ πόῤῥωθεν ἐδόκει πρὸς τὴν σελήνην ἔγνωσαν τοὺς δυσυχεῖς αἰχμαλώτους: id eſt, Et procul ſtatim ad Lunam cognouere infœlices captiuos. *Appellat.*] alloquitur. Alias appellare verbum eſt creditoris, quo debitorem ſuper debita pecunia compellat. Apud Columellam Alphius fœnerator dixiſſe ſeueriſſimè fertur, Optima nomina non appellando fieri mala: vbi nomina pro debitoribus accipiuntur. *Lucubratis viam.*] quaſi nocturno tempore ad lucubrationem conficiatis. Docet Columella, quemadmodum agricola debet ad lucubrationem veſpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidémque per antelucanam lucubrationem. Vocantur autẽ ridicæ, pedamenta, quæ opimam in vineam ſolent afferri ex quercu & iunipero. Aliubi correximus mendoſum Plinij locum, apud quem in 17. non ridicæ legebatur, ſed radice. *Noctis intempeſtæ.*] Intẽpeſtam noctem dicunt mediam & tenebroſam. Helius dicebat, intempeſtum eſſe id noctis tempus, quod agẽdis rebus minimè idoneum eſt: quod alij concubiũ appellãt, quòd ferè omnes cubẽt: alij, ab eo quòd ſileretur, ſilentium noctis, quod Plaut. conticiniũ vocat. *Larvas.*] Propert. libro Elegiarum quarto tradit, Manes vmbráſque defunctorum nocturno tempore liberas vagari. Sic enim ſcribit: Nocte vagæ ferimur, nox clauſas liberat vmbras. Apuleius in Apologetico, oppidò quàm eleganter id genus Laruas appellat noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta. Plinius nocturnos terrores dicit, memorárque remedia. Idem Fatuos vocat, qui paſſim fœminarum amaſij creduntur, quos lingua vernacula Folletos appellant. Verba Plinij ex 26 ſubſcripſi: Hìc in Piceno à fœminis abigunt, quos mira perſuaſione Fatuos vocant. Hieronymus Ozellum à ruſticis nominari tradit, vulgus Fatuelum nuncupat. Idem Hieronymus Larvarum naturam eſſe dicit, terrere paruulos, & in angulis occurrere

currere tenebrosis. De Laruis in superioribus copiosè dictum est, vnde laruati pro lymphatis & furentibus dicti. Lucianus: ὑ τὰ δαιμόνια δὲ δείσας: id est, non tu quidem dæmones extimescis? *Internisere.*]ex interuallo reuisitare,aliàs totum visere. *Compendiosum.*] breue & compendiarium: aliàs lucrosum significat. *Ad tuos iter.*] Lucianus, ὑμεῖς οὖν τοῖς οἰκείοις δοτὸς ἀσυλῶν, id est,te tuis restituemus. *Icelibus temperat.*}Si quem pœniteat ictus illati, & statim expuat mediam in manum,quæ percussit, leuatur illicò percussus à pœna. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatum est, statim post tale remedium correcto animalis ingressu. Quidam è contrario aggrauant ictus ante conatum,simile modo taliua in manu ingesta. *Ingratiis.*}non sponte,non libenter: aduerbium est. Plautus:At pol profectò ingratis.item,Hoc noctis à portu ingratis excitauit. *Occipio.*}incipio. *Claudicare.*]Lucianus dixit ἐχωλάθην, id est,claudicabam. *Pegasi celeritatem.*]Aratus,Ouid.cæteri,Pegasum Neptuni & Meduſæ Gorgonis filium esse dixerunt, qui in Helicone saxum vngula feriens, produxit fontem,qui ex eius nomine Hippocrene est dictus. Bellerophontes ex hoc equo decidens, crus infregisse dicitur: equus autem subuolasse,qui inter sidera ab Ioue constitutus existimatur. De Pegasi celeritate volatica Catullus: Non si Pegaseo ferar volatu. Plinius in octauo, Pegasos pennatos equos & cornibus armatos prodidit in Æthiopia generari. Eusebius, ex auctoritate Palæphati, Pegasum scribit fuisse nauem Bellerophontis. Idem Plinius in 10. inter aues fabulosas numerat Pegasos, equino capite insignes. Lucianus in hanc sententiam, ὑμᾶς ἵππου ὠκύτερος ἢ πτερωτὸς ἦσθα. Sanus,inquit, equo ocyor & volaticus extitisti.

Dum sic mecum fustem quatiens benignus iocatur comes, iam domus eorũ extremam loricam perueneramus. Et ecce,de quodam ramo procerę cupressus induta laqueum anus illa pendebat. Quam quidē detractam protinus, cum suo sibi funiculo deuinctam, dedêre præcipitē:puellάq; statim distẽta vinculis,cœnam, quam postrema diligentia præparauerat infœlix auicula, ferinis inuadunt animis. Ac dum auida

Vocatur.}Corrige,iocatur. nam per ironiam dicit, comitem illum talia secum iocatum esse. Lucianus ait,se adeò post hæc verba fustuario supplicio affectum esse, vt vlceroſus fieret. *Domus torica.*]Obsessores vrbium, vltra ig-

ctum teli fossam faciunt: eámque vallo, sudibus, turriculis instruunt, vt erumpentibus è ciuitate possint obsistere: quod opus loriculam vocant, auctor Vegetius in 4. Sæpe inuenitur in historiis, loricula vrbem esse circundatam. Hircius in 8. commentario belli Gallici sic scribit: Hæc imperat vallo duodecim pedum muniri, loricámque pro hac ratione eius rationis inædificari. item: Pontium frontes viminea loricula munirētur. Hic lorica domus significatur, non tam fossa inædificata ad domum latrocinalem muniendam, quàm sepimentum atque maceria, qua septa domus erat in tuto. M. Varro in primo de Re rustica, inter sepimenta quæ tutandi fundi & villæ causa fiunt, numerat maceriam, cuius species ferè quatuor sunt: nam fit aut ex lapide, aut è lateribus crudis, aut ex terra & lapillis compositis, quod maceriæ genus informe est. In Deuteronomio sic scriptum legimus. Cum facies domum nouam, facies murum recti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. Hieronymus scribens contra Pelagianos recitat hæc verba. Sed pro illo, Facies murum tecti, elegantiùs & speciosiùs reposuit, Facies loriculam tecto. Vnde fit vt loriculam intelligamus esse murum recti, quæ fit in circuitu domus, ne quispiam & maximè pueri, labantur in præceps. Periboli in eodem ferè significatu mentio est in Ezechiele. nam Græci περίβολον vocant septum, circuitúmque. & ita Hieronymus peribolum capit pro lorica siue circuitu, & corona quasi quadam, quæ fit in domo, ne facilis in præceps lapsus fit. Iosephus in sexto Belli Iudaici scribit, quòd templum Solomonis arámque cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima vsque ad cubitum surgens, quæ populum à sacerdotibus segregabat, & gonorrheos arcebat. Sunt autem gonorrhei, vt vocabulum signat, semine fluentes: γόνος enim genitura dicitur, & ῥέω fluo. apud Plinium gonorrhei signantur per illos, quibus (vt ipse ait) genitura fluit. Malè literati non gonorrheos legunt, sed Gomorrheos, corrupta dictione & significatu. *Anus pendebat.*]Lucianus:

ferociuate cuncta contruncant, iam incipiunt de nostra pœna, suáque vindicta secum considerare: &, vtpotè in cœtu turbulento, variæ fuere sententiæ: vt primus viuam cremari censeret puellam, secundus bestys obyci suaderet, tertius patibulo suffigi iuberet, quartus tormentis excarnificari præciperet. Certè calculo cunctorum vtcunq; mors ei fuerat destinata.

Digitized by Google

cianus: τὸν μὲ γραῦν ὃν εὕρομεν ἐκ τῆς πέτρας κρεμαμένην ἐν καλωδίῳ: id est, Vetulam ex petra suspensam funiculo inuenimus. *Funiculo.*] Lucianus καλώδιον dicit. ita enim Græci funiculum vocant. Plinius eleganter pœnam laquei præposteram appellat, ex eo quòd ineludatur spiritus, cui exitus est quærendus. In quinta parte aquarij quicumque habuerit horoscopum, laqueo se suspendet. Suspendiosos vocant, laqueo nexili strangulatos. Plin. ait, laqueum suspendiosi circundatum temporibus, dolorem capitis sedare. Infamissimum hoc genus mortis iudicauit antiquitas: ideóque pontificalibus libris cautum est, vt qui laqueo finiuisset vitam, insepultus abiiceretur. *Distenta vinculis.*] τὸν δὲ γαμβρὸν ἐνδὸν κατέδησαν: id est, Virginem intra domum vinculis alligauerunt. *Ferocitate.*] Quid si legas, *voracitate*? vt significet, animis ferinis & voracitate inexplebili latrones cœnam inuasisse. Lucianus simpliciter ait, ἦν τὸ εἰστιᾶσθαι, ἐξ ἁπάντων ἦν μακελής, id est, Postea cœnitarunt, & potio erat liberalis. *In cœtu turbulento.*] Sicuti vulgus incertum scindi solet in varias sententias, in concione populari & turbulenta: ita & latrones, in quibus nulla ratio, nullum consilium est, variis sententiis decernunt super supplicio asini & puellæ. Loquitur autem ex forma consilii, & ritu senatus, in quo rogati sententias quisque censent, quid sibi & Reipub. videatur. *Viuam cremari.*] Inter atrocissima genera pœnarum est ignis. Capitalium pœnarum ferè isti gradus sunt, vt docent iurisconsulti Digestis de pœnis. Summum supplicium esse videtur, ad furcam damnatio, item viui crematio, item capitis amputatio. Vltimum supplicium (vt verbis Celsi vtar) mortem solam interpretamur. Igni crematur plerunque serui, qui saluti dominorum insidiati fuerint: nonnunquam etiam liberti, plebeij & humiles personæ. Incendiarij capite puniuntur, plerunque viui exuruntur. Seneca inter sæuitiæ commenta numerat, tunicam alimentis igniùm illitam & intextam, quam duo terssissimi poëtæ elegantissimo vocabulo molestam appellant. ait enim Satyrographus: Ausi, quòd liceat tunica punire molesta. & Epigrammatarius: Nam cùm dicatur tunica præsente molesta, Vre manum: plus est dicere, non facio. Idem ad hanc tunicam velut alludēs inquit, Et scombris tunicas dabunt molestas. *Bestiis obuici.*] Inter genera pœnarum est, ad bestias damnatio: & (vt inquit Paulus iurisconsultus ad bestias damnatos, fauore populi præsides dimittere non debent. Bestiarios appellant, aduersus bestias depugnantes, qui exhibentur in spectaculis ferarum. de quibus Seneca in decimo Epistolarū: Nuper in ludo bestiariorum vnus ex Germanis cùm ad matutina spectacula præpararetur secessit ad exone-

randum corpus. Tertullianus refert in Apologetico, morem esse bestiariis, vt supremam cœnam cœnantes liberaliùs epulentur. Bestiarum meminit M. Tullius epistola quadam ad Quintum fratrem. *Patibulo suffigi.*} Famosos latrones, in his locis vbi grassati sunt, furca figendos, quàm plurimis placuit, vt despectu deterreantur alij iisdem facinoribus obnoxij, & solatio sit cognatis & affinibus interemptorum. Patibuli supplicium infame est, vt docet Lactantius in quarto: quo humiles & infames affici solent. Saturnus in horoscopo: vt tradit Firmicus in quinto Matheseos, interdum causa est vt patibulo suffixus in crucem tollatur. Patibulum autem dici crucem, nemo non scit: vnde Plautinum vocabulum fit patibulum. Aliàs pro serra ponitur, qua ostia occluduntur: ab eo quòd hoc patibulo remoto, valuæ pateant. Cato patibula non tam pro serra lignea, quàm pro instrumento vindemiatorio accipere videtur, cùm scribit: Vindemia & oleæ facta, patibula omnia in suo quæque loco reponenda. Vbi oleas Catoni dicitur, pro vindemia olearia. *Excarnificari.*} Tyrannica crudelitas est, tormentis & lentitudine mortis per carnificinam homines necare. Caligula non temerè in quenquam nisi crebris & minutis ictibus animaduertebat: noto sanguinario præcepto, Ita feri vt se mori sentiat. Tiberius quoque Cæsar exquisitis longísque tormentis & cruciatibus excarnificatos homines necabat. *Calculo.*} sententia & suffragio, quæ per lapillos significantur. Candidus calculus datur in absolutione, niger in damnatione. Ouid. morem fuisse testatur, niueis nigrísque lapillis, His damnare reos, illis absoluere culpa. Romani, auctore Dionysio, in centuriatis comitiis singulos calculos per singulas centurias ferebant, quidam fabis dabant suffragia: sicut Bononiensis senatus fabis albis suffragatur, nigris refragatur. Ænigma illud Pythagoræ, quo præcipiebat à fabulo abstinendum, eruditi ad hoc transferunt, vt interpretentur significare voluisse Pythagoram, abstinendum esse à Reipublicæ administratione, quæ per fabas explicatur. Calculus alio significationis diuerticulo poni dicitur pro supputatione calculatoria, & pro ratione accepti expensíque subducta. Iuuenalis: Ponatur calculus. Collumella: Hic calculus quem posuimus. item: Vt diligens raciocinator calculo posito videt. Sic omnis schola eruditorum loquitur. De calculo qui in vesica nascitur, diro cruciatu torquens nulli ignotum: à quo calculosi dicti, calculo laborantes, quos Græco vocabulo lithanicos appellant. Lithotomos dicitur medicus lapidis excidendi.

Tunc

*Tunc vnus, * omni ſedato tumultu, placido ſermone ſic orſus eſt: Nec ſectæ collegy, nec manſuetudini ſingulorũ, ac ne meæ quidẽ modeſtiæ cõgruit, pativos vltra modũ, delictíq; ſæuire terminum: nec feras, nec cruces, nec ignes, nec tormẽta ac ne mortis quidẽ maturatæ feſtinas tenebras accerſere. Meis itaq; cõſilys auſcultantes, vitam puellæ, ſed quam meretur, largimini. Nec vos memoria deſeruit vtique, quòd iamdudum decreueritis de iſto aſino, ſemper pigro quidem, ſed manducone ſummo, nunc etiam mendaci fictæ debilitatis, & virginalis fugæ ſequeſtro, miniſtróque. Hunc igitur iugulare craſtino placeat, totíſque vacuefacto præcordiis, per mediam aluum nudam virginem, quam prætulit nobis, inſuere: vt ſola facie prominente, cæterum corpus puellæ nexu ferino coërceat. Tunc ſuper aliquod ſaxum ſcrupoſum, inſiticium & fartilem aſinum exponere, & ſolis ardentis vaporibus tradere. Sic enim cuncta, quæ rectè ſtatuiſtis, ambo ſuſtinebunt: & mortem aſinus, quam pridem meruit: & illa morſus ferarum, cum vermibus membra laniabuntur: & ignis flagrantiam, cum ſol nimijs caloribus inflammarit vterum: & patibuli cruciatum, cum canes & vultures intima protrahent viſcera. Sed & cæteras eius ærumnas & tormenta numerate. Mortuæ beſtiæ ipſa viuens ventrẽ habi-*

Nec ſectæ collegy. } Verba latronis, mira ironia pronuntiata: quibus videtur velle mitius decernere ſupplicium, cùm decernat atrocius. Collegium intelligit latrocinale, cuius ſecta & decreta nil aliud ſunt quàm nefas & ſæuitia, ſanguinantéſque ſententiæ. *Vltra delicti terminum.* } tanquam æquus & mitis iudex cenſere videtur, atque ex legũ præſcripto, quibus cauetur, vt potiùs pœnæ moliendæ ſint quàm exaſperandæ: &, vt inquit Satyricus poëta, ne ſit vindicta grauior quàm iniuria. *Nec feras.*] Repetit genera pœnarum dudum annotata. *Manducone.* } edace, comedone, voratore. Manducũ antiqui dixerunt obſonium, & mãducones homines pro edacibus, qui mandones quoque & manduci nominantur.

Pomponius: Magnus manducus Camillus. M. Varro: Magnæ mandonum gulæ. Mãducatus cibus & commanducatus, non tam significatur comestus, vt vulgò est vsurpatum, quàm mansus, & dentibus comminutus, masticatúsque, qui deinde pro medicamento imponi solet, & pro fartura ingeritur. Ita Plinius, ita M. Varro, ita omnes loquuntur, qui eruditè, purè, Latinè loquuntur. *Virginalis fugæ sequestro.*] Sequester est medius inter duos altercantes, & (vt vulgò dicitur) mediator, à sequendo dictus: quòd eius qui electus sit, vt docet Aulus Gellius vtraque pars fidem sequatur. Marcus Varro sculnam appellat. Lauinius quoque scribit, sequestrem vulgò dici sculnam, quasi seculnam, à sequendo. Quod apud sequestrem depositum erat, sequestropositum, per aduerbium dicebatur. Pacem sequestram dixit poëta, inducias intelligi volens. Papinius in Thebaide: Vbi tunc fidei pacísque sequestra Mater eras? Sequestraria dicitur iureconsultis actio, de eo quod sequestro deponitur. Nunc asinus eleganter dicitur sequester fugæ virginalis, tanquam virgo fugiens illum sequuta sit, eiúsque fidei fugam suam commiserit. Quod Apuleius dicit sequestrum & ministrum, Lucianus Græcè dixit, ὑπηρέτην καὶ διάκονον. *Vacuefacto.*] exinanito, euiscerato, & (vt eruditi loquuntur) exenterato: exenterare enim est intestina educere, detraheréque, quæ ἔντερα vocant. Hinc translatione decentissima, exenterare marsupium dixit Plautus, pro vacuefacere pecunia detracta, tanquam numi intestina sint crumenæ. Lucianus, καὶ τὰ μὲν ἔνερα πάντα ἔξω βάλωμεν: id est, viscera omnia eiiciamus. *Prominentem.*] apparentem, & extra corium asininum, ne scilicet suffocetur incluso intus meatu. Lucianus, πρὸς κυρτὸν ἔξω τοῦ ὄνου σχήματος. *Nexu ferino.*] vinculo corij asinalis. *Scruposum.*] plenum scrupis. A lapillorum duricia, meretrices scrupeæ dictæ Plauto, quas intelligi voluit contemptibiles. Idem more suo ludens ait, Meus scruposam victus commeat viam. *Insiticium & fartilem.*] Obserua miram scriptoris in verbis elegantiam. Nihil potuit inueniri significantius, quàm asinum insiticium dicere, & fartilem, in quo puella inserta

tabit: tum fœtore nimio nares æstuabunt: inediæ diutinæ lethali fame tabescet: nec suis saltem liberis manibus mortem sibi fabricare poterit. Talibus dictis, nõ pedibus, sed totis animis latrones in eius vadunt sententiam. Quam meis tam magnis auribus accipiens, quid aliud quàm meum crastinum deflebam cadauer?

sit &

Digitized by Google

fit & incluſa. De inſiticio ſat notum. fartilis vero is dictus eſt, qui inſtar farcimiois impletur ac farcitur. Farturam appellat M. Varro in altilibus. Fartores apud Terentium, qui farcimina faciunt. fartilia apud Plin. pro turundis, quibus farciunt & ſaginant aues, à farciendo. Quod autem dixi fartilia pro turundis poni, ſcito turundas dici pamificia & bucceas, quibus farciunt altilia ad ſaginam. M. Varro: Gallinas, inquit, farciunt turundis hordeaciis. M. Cato loquens de farciendo palumbo, ſic ſcribit: Dum poteris facere turundas ex aqua, des eſcam temperatam. Apud eundem emendanda eſt, vt opinor, dictio, ſic ſcribentem paulò ſuperiùs: Polline vel farina hordeacea cõſperſa curandas facit. Ego emẽdo, Turundas facĩat, pro curandas. Turunda eidem Catoni ſignificat linamentum illud ex filis, quod in fiſtulam & vlcus immitti à medico ſolet: vulgus imperitum taſtam vocat, Cornelius Celſus linamentum. Verba Catonis ſunt hæc: Et ſi fiſtula erit, & turundam non recipiet. Et hoc metaphoricõs dictum: nam ſicut turunda farcitur auis, ſic linamento illo farcitur fiſtula & vulnus. Dicitur autem fartilis & farſilis, ex cognatione quæ eſt inter literam T & S, vt merto merſo, pulto pulſo. Apicius leporem farſilem, pullum farſilem, ſepiam farſilem, alióſque cibos eſculentos farſiles appellat: quibus ſcilicet infarciuntur & conduntur intus condimenta, cæteráque id genus gulæ irritamenta. Priſci porcum Troianum decenter vocarunt farſilem, & quaſi aliis animalibus incluſis grauidum, vt ille equus Troianus grauidus armatis fuit. *Solis vaporibus.*] Lucianus, à quo hæc eadem omnia memorantur, Græcè dicit, θερμαῖσι ἡλίου, id eſt ſoli feruẽtiſſimo. *Vermibus.*] Lucianus, ἢ πῦς σκώληξι πεπυρμένη, id eſt, & vermib. cruciata. Scoleca Græci vermem vocant, & σκωλήκιον vermiculum. Vnde ſcolecia dicta æruginis genus, ex eo quod contrahat ſe in vermiculorum ſpeciem, cuius meminit Plinius in trigeſimo quarto. *Vultures.*] Græcè dicuntur gypes. Ægyptij litteris hieroglyphicis volentes exprimere naturam, figurabant vulturem, de quo Ammianus Marcellinus ſic ſcribit: Per vulturem naturę vocabulũ pandunt: quia mares nullos poſſe inter has alites inueniri, rationes memorant phyſicæ. *Nares eſtuabunt.*] puella naribus & anhelatione fœtorem cõtraher exanimalem. fœtor enim (vt medici tradunt) res vna eſt ex profter nentibus naturam mortalium. Ex immundicia cloacarum & fœtore peſtilentiam gigni, tradunt inſcſonſulti. *Inedia diuturna.*] Terterrimum genus mortis eſt, famæ mori, ſi Græcis camœenis habemus fidem, clamitantibus, λιμῷ οἰκτιστον θανεῖν, fame miſerrimum eſt mori. Ab Ezechiele ſagittæ famis mortiferæ dicun-

tur:à Plinio mors famis dira nominatur. Quibus inedia mori consilium est,hi septimo demum die mortem oppetunt. Plinius tamen auctor est,durasse plerosque vltra vndecimum. *Lethali fama.*}Corrigo *fame*,vt exponas mortifera fame,ex diutina inedia conficietur,& lentissima tabe absumetur.Parasitus Plautinus festiuiter appellat esuriales ferias,quibus scilicet ab edendo feriati sumus. Item parasitus alter famem fuisse matrem sibi suspicatur, propterea quòd, postquam natus est, nunquam satur fuit: quam complures annos vtero suo hærere conqueritur. *Mortem sibi fabricare.*}Cùm mors finis sit ærumnarum,& requies malorum, non pauci extitere qui tædio vitæ sibi manu propria necem consciuerunt,ob ærumnosam vitam finiendam. Tiberius mortem adeò leue supplicium putabat, vt mori volentibus vim adhibuerit viuendi, vt cùm audisset vnum Carnulium nomine anticipasse eam,exclamauerit, Carnulius me euasit: & precanti cuidam pœnæ maturitatem,respondérit,Nondum tecum in gratiam redij. Scribit Augustinus in primo de Ciuitate Dei,maiorem animum meritò dicendum esse, qui vitam ærumnosam magis potest ferre,quàm fugere.Plinius existimat terram venena genuisse,misertam nostri,vt in tædio vitæ, facillimo veneni haustu extingueremur,nullo labore,similes sitientibus. Hinc accipimus, magnos Imperatores hausisse venenum sub anulo, & in promptu,vt mortem oppeterent sine cruciatu in rerum desperatione. *Non pedibus sed animis.*]Ex more Romano hoc dictum est,quo pedibus ibant in eam sententiam quam probabant. Cuius rei mentionem fecimus in commentariis Tranquilli:& hoc sæpe leges apud Liu.Cic.cæteros.Non pauci sunt,qui hinc pedarios Senatores appellatos tradunt: quia scilicet in alienam sententiam pedibus irent. Igitur ad hunc priscorum morem alludens Apuleius,dicit non pedibus sed animis concordíque consensu latrones iuisse in sententiam eius, qui censuit virginem asino exenterato insuendam, & multiplici genere cruciatuum consumendam. Lucianus ait,cunctos latrones exclamasse,& acclamatione sententiam collegæ comprobauisse. Germanorum mos est in consiliis,auctore Cor. Tacito, vt si sententia displicuit,fremitu aspernentur: sin placuit, frameas concutiant, quæ sunt tela eorum. Honoratissimum assensus genus est apud illos, armis laudare. *Tam magnis.*]asininis.asinos enim auritos,& prægrandibus auribus præditos cernimus. *Deflebam cadauer.*]Lucianus: Ego me ipsum degemebam, perinde ac iam iam futurum cadaueroſum. *Crastinum.*]cùm in diem crastinum distulissent asini puellæque supplicium.

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI SEPTIMI.

Quod Lucianus vno tantùm volumine complexus eſt, id Apuleius membratim digeſſit, pluribúſque voluminibus latiſſimè euagatus explicauit: ne interpres alieni operis, ſed conditor nouæ Hiſtoriæ videretur: & vt rerum varietate, quæ gratiſſima eſſe ſolet, lectores mulceret, caperet, oblectaret citra faſtidium. Nunc itaque vt exequatur ordinem deſtinatum, ſummatim argumentum proponatur huiuſce ſeptimi voluminis. SVB diluculum matutinum vnus latronum reliquis collegis renuntiauit, quemadmodùm illa, quæ contigerant in domo Miloni Hypatini, latrocinia & facinora infanda imputabantur Lucio Apuleio: & quòd nullus latronum ſuper tanto ſcelere inſimulabatur, ſed ſolus Apuleius omnis facinoris auctor fuiſſe credebatur, quoniam nuſquam comparebat. Quæ audiens Apuleius in aſinum transformatus, ſecum querebatur, & medullitùs ingemebat: quòd pro inſonte ſons, pro innocente nocentiſſimus haberetur, nec cauſam ſuam agere poſſet. Inſeruntur narratiunculæ feſtiuæ, agaſonis improbitas, & fœmineæ fraudes graphicè deſcribuntur.

Dies inalbebat.] Soli, cùm oritur, ardens color eſt, poſteà radians, cuius ortu cuncta illuminantur, qui lucem rebus miniſtrat auférque tenebras: vnde non immeritò à ſcriptoribus lucu lentis mundi oculus, iucunditas diei, cœli pulchritudo nominatur. Lucianus Græcè ait, ὄρθρος δὲ ἦν ἤδη, diluculum iam aderat. *Curriculum.*] Nomine curriculi, & curſus & currus ipſe ſignificantur. Quint. Cur. In amnem præcipitauere curricula. Curriculo apud Plaut. & Gel. ſignificat curſim. aduerbium eſt. *Colluſtrabat.*] illuminabat, illuſtrabat, circunſpiciebat. In hanc ſententiam Virg. Poſtera Phœbæa luſtrabat lampade terram. item, Omnia colluſtrans dixit,

VT primùm tenebris abiectis, dies inalbebat, & candidum Solis curriculum cuncta conluſtrabat, quidam de numero latronum peruenit: ſic enim mutuæ ſalutationis officium indicabat. Is in primo ſpeluncæ aditu reſidens, & ex anhelitu recepto ſpiritu, talem collegio ſuo nuntium fecit.

pro circunſpiciens. Solis autem hoc proprium eſt, vt omnia videat. Vnde ἀνδροσκόπος ἢ πανόπτης ὁρῶν Græcis dictus, quaſi cuncta intuens. *Speluncæ.*] Domicilium latrocinale ſignificat. *Ex anhelitu.*] Plau. in Aſinaria: Non vides me ex curſura anhelitum etiam ducere? Anhelatores Plinio ſunt ſuſpirioſi & aſthmatici, qui anhelatione laborant: quod vitij genus, vt inquit Cor. Celſus, omne in difficultate ſpirandi conſiſtit: quod ſatis aptè dici poſſe ſuſpirium, credit Seneca inquiens: Hoc animam agere eſt. De orthopnœa & diſpnœa, quæ & ipſa anhelationis vitia ſunt, annotauimus in commentariis Tranquilli. Vnde orthopnoici & diſpnoici dicti, hoc morbo affecti: qui ita diſtinguuntur, vt orthopnœa dicatur, quando ſpiritus niſi recta ceruice trahi non poteſt: diſpnœa verò modica eſt ſpirandi difficultas, neque ex toto ſtrangulans. Hæc vocabula perperàm & indoctè enuntiantur ab interpretibus Galeni, & medicis recentioribus. *Talem nuntium.*] talem nuntiationem. Vtrunque ſignificat nuntius, & hominem & rem. Catullus nuntia neutro genere dixit, pro re nuntiata; quod rarum repertu eſt.

Quod ad domum Milonis Hypatini, quam proximè diripuimus, pertinet, diſcuſſa ſolicitudine iam poſſumus eſſe ſecuri. Poſtquàm vos enim fortiſſimis viribus, cunctis ablatis, caſtra noſtra remeaſtis, immixtus ego turbulis populario, dolentíque atque indignanti ſimilis, arbitrabar ſuper inueſtigatione facti cuiuſmodi conſilium caperetur: & an, & quatenus latrones placeret inquiri: renuntiaturus vobis, vt mandaueratis, omnia. Nec argumentis dubiis, ſed rationibus probabilibus, congruo cuncta multitudinis conſenſu, neſcio qui Lucius auctor manifeſtus facinoris poſtulabatur: qui proximis diebus, fictis commendaticijs literis, Miloni ſeſe, virum commentitus bonum, arctiùs conciliauerat; vt eſſet hoſpitio ſuſceptus, inter familia-

Milonis Hypatini.] Significatur Milo hoſpes Apuleij, ex Hypata Theſſaliæ ciuitate: cuius domum à latronibus direptam, ſuprà copiosè explicatum leges. *Turbulis.*] A turba turbula fit, & tertio diminutionis gradu turbelæ. Vnde in Dæmonio Socratis: Omnes, inquit, turbelæ tempeſtatéſque procul à Deorum cœleſtium tranquillitate exultant. *Populario.*] Plebeios Hypatinos intelligit: aliàs popula-

Digitized by Google

*miliares intimos haberetur. Pluſculíſque ibidem diebus demoratus, falſis amorib. ancillæ Milonis animum inrepens, ianuæ claustra ſeduló exploraue-rat, & ipſa membra, in quîs omne patrimonium condi ſolebat, curioſè perſpexerat. Nec exiguum ſcelerati monſtrabatur indicium: quippe cùm eadem nocte, ſub ipſo flagity momento, idem profugiſſet, nec exinde vſquam compareret. Nam & præſidium fugæ, quo velocius fruſtratis inſecutoribus, procul ac procul abderet ſeſe, e: dẽ facile ſuppeditaſſe: equũ námq; illum ſuum candidũ vectorem futurum, duxiſſe ſecum. Planè ſeruum eius ibidem in hoſpitio repertum, ſcelerum conſiliorúmque herilium futurum indicem, per magiſtratus in publicam cuſtodiam receptum, & altero die tormentis vexatum pluribus, ac penè ad vltimam mortem excarnificatũ, nihil quicquam rerum talium eſſe confeſſum. Miſſos tamen in patriam Lucij illius multos numero, qui *reum pœnas daturum ſceleris inquirerent.*

res dicuntur, qui in adminiſtratione Reipub. ita ſe gerebant, vt ea quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda eſſe vellent. auctor M. Tul. in oratione pro Seſtio. Alias populares, ſceleris participes: vt apud Saluſtium. lege Donatum in Phormione. Populatitas dicitur Plauto in Penulo, pro ciuilitate & iure cognationis, quæ eſt inter populares, ſine municipes & conterraneos. *Arbitrabar.*] Spectabam contemplab. *Et an & quatenus.*] Duo dicit, ſe videlicet ſpectaſſe, an placeret inquiſitionem fieri apud Hypatinos ſuper latronibus, nec ne: & ſi placeret, quomodò & qua lege inquireretur. *Argumentis dubijs.*] Cùm ſit argumentum, ratio probationem præſtans, & rei dubiæ fidem faciens ipſum ſanè dubium eſſe non debet. Dubijs enim (vt inquit Quintilianus) probari dubia qui poſſunt? firmiſſimis argumentis ſingulis inſtandum, infirmiora congreganda ſunt: quæ ſi non poſſunt valere poudere, valebunt quia multa ſunt. *Neſcio qui.*] Ita loqui ſolemus, quotienſcunque de homine ignoto & ignobili atque deſpicato loquimur. Plaut. Neſcio quis loquitur. M. Tul. in oratione pro Seſtio: Interceſſit Lignus iſte neſcio quis, additamentum inimicorum meorum. *Lucius.*] Apuleius ſignificatur.

Poſtulabatur.]accuſabatur.Nam poſt direptam Milonis domum, facilè crediderũt Hypatini, auctorẽ illius latrocinij fuiſſe ipſum Apuleiũ,ex eo quòd nuſquã cõparebat, cùm in aſinũ foret trãsfiguratus.*Commendatitiis.*] Ita interpretabatur literas commendatitias,quas ab amico Demea ad Milonẽ detulerat,fuiſſe fictitias,& dolo cõcinnatas,vt tali vafricia Miloni fieret cõciliatior, & ita poſſet faciliùs facere impoſturã. *Arctiùs.*]arctiori vinculo amicitiæ. *Falſis amoribus.*]Hypatẽſes dũ habẽt perſuaſiſſimũ,ab Apuleio direptã eſſe Milonis domũ, ita interpretabãtur,eũdẽ ſimulaſſe amore Fotidos ſe teneri, vt ſub hoc prætextu explorare poſſet cũcta Milonianæ domus mẽbra,& gazarũ repoſitoria. *In quis.*]in quibus. *Sceleratis.*] Apuleij.*Flagity momento.*]Ita enim acciderat,vt eodẽ tẽpore Milonis domus latrocinali manu diriperetur,&Apuleius in aſinũ demutatus nuſquãcõpareret:vt meritò tanti facinoris auctor fuiſſe videretur. *Fruſtratis,*]eluſis,deceptis. *Præſidiũfugæ.*]Credebãt, Apuleio poſt facinùs patratũ præſidiũ fugę pręſtitiſſe equum,qui & ipſe à latronibus fuerat abductus, onuſtus pręda.*Seruo eius.*]Hæc omnia videbãtur eſſe argumenta potentiſſima aduerſus ipſum Apuleiũ,tanquã facinoroſi facinoris auctorẽ.*Heriliũ*]ipſius ſcilicet Apuleij:ab hero enim, herilia concilia dicta. *Indicere.*] Corrige,*indicẽ* vt dicat,ſeruum Apuleij fuiſſe coniectũ in carcerẽ, tanquã indicẽ demonſtratorémq; futurũ ſcelerum ab hero Apuleio perpetratorũ.*In pub. cuſt.*] carcerem ſignificat,δημοσίαν Græci vocãt.M.Tul.in 1.de diuinatione:Socrates cũ eſſet in cuſtodia publica. Præcipit Plato in libris de Legibus,tres carceres in ciuitatibus cõſtituẽdos eſſe:vnũ pluribus cõmunẽ,in foro rerũ venaliũ. Alterũ, qui correctionis nomine nũcupetur,qualis hoc tẽpore apud Florẽtinos eſt,quò traduntur improbi:& illic tantiſper continentur,donec meliores fiant,correctioréſque, & ad bonam frugem conuertantur. Tertius carcer in media regione ædificandus eſt, in deſerto & ſylueſtri loco,ſupplicij nomine notatus. Differentia eſt inter publicã & liberã cuſtodiã.Publica cuſtodia eſt carcer,vt diximus:libera verò cuſtodia ſignificatur,quãdo quiſpiã vel in oppido,vel in aliena domo coërcetur,vt liberè intra pręſcriptos terminos poſſit ambulare,nec poſſit effugere.Saluſt.in Catilina:Senatus decreuit,vti abdicatus eſſet à magiſtratu Lẽtulus,itémq;cęteri in liberis cuſtodiis haberẽtur.Liu.Libera cuſtodia haud procul à caſtris placere, in aliqua fida ciuitate eũ ſeruari per belli tẽpus. Lignea cuſtodia dicitur Plauto comitẽ & ſcitè,pro vinculis ex ligno factis, quibus homines coërciti cuſtodiuntur: quales ſunt numellæ,boiæ,compedes. Cuſtodias verò poni apud iuriſconſultos &

Firmi-

Firmicum Maternum,& Suet.pro hominibus carceratijs,qui in carcere custodiuntur,aliubi copiosè annotauimus. Nunc obiter annotandum illud Esaiæ prophetæ, Sicut tugurium in cucumerario: vocabulo admodùm scito custodiarium dici à Cypriano. etenim tugurium custodiæ causa fit in cucumerario, id est in horto,in quo sati sunt cucumeres: vnde eleganter custodiarium dictum. *Excarnificatum.*}per carnificinæ tormenta & cruciatibus discerptum,lancinatúmque. Suet.in Vitellio: apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est. Cyprianus quæstionatos nouo vocabulo vocat tortos,qui scilicet habiti sunt in quæstione & tormentis. *In patriam Lu ij.*}Madauram, Apuleij patriam. *Qui rerum.*]Emendo,*reum*:vt dicat,missos esse in patriam Apuleii,qui reum,hoc est nocentem Apuleium quærerent,deposcerentque ad pœnam.

*Hic eo narrante,veteris fortunæ,& illius beati Lucij,præsentisque ærumnæ & infelicis asini facta comparatione, medullitùs ingemebam. Subibátq; me, non de nihilo veteris priscæque doctrinæ viros finxisse,ac pronuntiasse,cæcam & prorsus exoculatam esse Fortunam, quæ semper suas opes ad malos & indignos conferat; nec vnquam iudicio quenquam mortalium eligat: imò verò cum his potissimum diuersetur, quos procul si videret fugere deberet: quódque cunctis est extremius, varias opiniões, immò contrarias nobis attribuat; vt & malus boni viri fama glorietur,& innocentissimus contrà noxiorum*ore plectatur.*

Hic.]hæc. *Facta comparatione.*] dum mecum, inquit, per comparationem reputo, qualis tunc essem in asinum ærumnosum transfiguratus, & qualis quondam fuissem fortunæ opulentiis instructus, vehementer ingemiscebam. Medullitùs, aduerbium est, à medullis dictum. Ennius: Salue, qui mortalibus propinas versus flammeos medullitùs. *Subibatq́*] succurrebat, in mentem veniebat, in memoriam redibat. Plin.in 27. Tantò magis adorant priscorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit. *Cæcam fortunam.*]Aristoteles lib.Problematũ duodeuigesimo:Cur,inquit,diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potiùs quàm bonis habeantur?an quia fortu-

na cæca eſt, diſcernere ſibi atque ſeligere quod melius non poteſt? Philoſophi, vt inquit Pacuuius, fortunam inſanam, & cæcam, & brutam eſſe perhibent. Cæcam, ob eam rem eſſe prædicant, quia nihil cernat quo ſeſe applicet: inſanam autem eſſe aiunt, quia hæc atrox, incerta, inſtabiliſque ſit: brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoſcere. M. Tul. in Lælio: Non ipſa, inquit, ſolùm Fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos quos complexa eſt. Plin. in 2. Fortuna laudatur, ſola arguitur, & cum conuitiis colitur, volubiliſque: à pleriſque verò & cæca eſt exiſtimata, vaga, inconſtans incerta, varia, indignorúmque fautrix. In cælo, vt docet Firmicus Maternus, locus eſt bonæ fortunæ, & malæ fortunæ, Namque bona fortuna, quam ἀγαθὴν τύχην vocant, 5. ab horoſcopo ſigno collocatur: mala verò in 6. ab horoſcopo ſigno conſtituitur, quæ à Græcis dicitur κακὴ τύχη. Tabula Cebetis Fortunam oſtendit ſuper lapide rotundo conſiſtentem, eſſe cæcam, ſurdam & inſanam: quæ oblaudulans aliis facultates eripiat, aliis tradat, rurſúſque ab eiſdem illicò auferat. Ideircò in rotundo lapide conſiſtere fingitur, quoniam inſtabilia ſunt eius munera. Turba fortunam circunſtans aſpectu haud quaquàm ſimili ſunt, ſed eorum alij lætantur & geſtiunt, alij mœrent & lugent. Nam qui videntur gaudere, hi quippiam à Fortuna acceperunt, à quibus etiam Bona fortuna nuncupatur: qui verò flere & manibus ſublatis triſtari, hi ſunt à quibus abſtulit quæ antè tradiderat, à quibus Fortuna mala nominatur. Veteres teſte Lactantio, ſimulachrum Fortunæ finxerunt cum copia & gubernaculo, tanquam & hæc opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat. Vnde poëta inclytiſſimus Fortunam vocat omnipotentem: & ab hiſtorico ſcitiſſimè dictum eſt, Fortuna in omni re dominatur. Quod ſi vllo vnquam tempore autehac cognitum eſt Fortunam rerum humanarum dominam eſſe, & ambiguis paſſibus volubilem volaticámque, nunc maximè ſpectatum, nunc maximè compertum eſt, nihil eſſe tam magnum quod non poſſit cueſtigio volente Fortuna peſſundari, & ex ſummo in imum præcipitari. Erat quinto ab hinc anno in Italia viris opibúſque florente Ludouicus Sphortia ducatus Mediolanenſis inclytus moderator, tam pollens, tam opulens, vt nutu hominis vel renutu fierent omnia, aut prohiberentur. Eiuſdem frater Aſcanius in ſenatu Cardinalium auctoritate & potentia haud dubiè princeps, Romanæ curiæ habenas inſtar aurigæ moderabatur. Deniq; hi duo fratres cunctis fermè mortalibus erant formidandi: & in primis Ludouicus Sphortia inter cæteros princi-

pes

pes famigeratos, more humani ingenij, quo plura habebat, eo ampliora concupiscens, libidine minandi animum titillante, maximum Galliarum regem Carolum multis inuitamentis in Italiam euocauit: qui ingentibus equitum peditúmque copiis stipatissimus, à transgressu Alpium aduſque Neapolim nullis obiicibus repagulisque transcurrit, & citra cruorem & sudorem subacta velut à trusicurrente Campania est, Calabri Apulique in ditionem vltronei venerunt. Alphonsus rex Neapolitanus, viris, equis, opibus præpollens, regno exturbatus vasa collegit, & in Siciliam festinanter aufugit: totus ille tractus Italiæ dicto citiùs redactus est in Gallorum potestatem, afflatu Fortunæ obsecundantis. Rectè pictores & poëtæ victoriam finxere pinnatam, quòd hominum cum fortuna cuntium non cursus est, sed volatus. Verùm eâdem paulò mox reflante, rex Gallicanus domitionem capessere coactus est: sed ἐκ παρέργου, id est, non sine sanguine. Siquidem ad Tarum amnem, qui agrum Parmensem perfluit, ancipiti, eruentóque prælio inter regios milites & Italos depugnatum est, cùm Ludouicus Sphortia, iam ex gubernatore Dux Mediolanensium factus, iam voti compos, nouam cum Venetis societatem coiuisset, & fœdus sociale cum rege Carolo diremisset, post emissum vel ejectum ex Italia Gallorum regem: ecce noua dissidia, nouæque æmulationes inter principes populósque Italiæ longè potentissimos glisscere cœperunt. Dux Mediolanensis Venetos superiores, Veneti ducem parem ferre non poterant: hinc alterius mali labes, hinc fax Italiæ, & flagellum. Dux Venetis illudere: & cùm fœlicitatis pediſsequa sit superbia, neminem vereri, leges belli & pacis cunctis mortalibus dare, Imperatorem Maximilianum inducere in Etruriam; mox modò hos, modò illos fouere, euestigiò deflituere, prout rebus suis conducibile arbitrabatur: cùm attonitis cunctis, & quorsum tenderent eius conatus expectantibus, Veneti odium iamdiu occultum coquentes, decreuerunt Ludouicum alterum Gallorum regem, qui Carolo defuncto succesſerat, solicitare in Italiam, rati neminem ad Ducem Insubrium subuertendum esse accommodatiorem: qui & ipse priuato odio infensus Duci, & dominatum illud velut ad se iure hæreditario pertinentem reposcens, haud grauatè susceptit eam expeditionem, ad quam subditis Venetorum maximique Pontificis calcaribus atque hortamentis factus est etiam atque etiam propensior. Itaque probè callens, Italiam non aliter quàm Italicis viribus subigi posse (id quod olim Antiocho ab Annibale dictum ferunt) præfectum copiarum militarium fecit Io. Ia-

cobum Triuultium, ciuem Mediolanenſem, claritudine natalium inſignem,& apud populares ſuos fauorabilem:cuius gratia & virtus paucis ante annis cum Ludouico Sphortia formidoloſa eſſe cœpiſſet, iampridem extorris factus & domo profugus ad regem confugerat:eúmque hortari & impellere non deſinebat,vt bellum inferret Duci Mediolanenſi, oſtendens ſe ductore nullo negotio illum poſſe profligari. Igitur rex Iacobo Triuultio impulſore,conſiliario,ductore, bellum abſens mira celeritate atque fœlicitate confecit. Vix Galli fines hoſtiles inuaſerant,vix machinasoppugnatorias parauerant,cùm repentè maximus ducum dux, audito tantùm belli nomine exanimatus, Fortunæ opinor impendentem procellam metuens, habenas rerum ſubitò reliquit, & ad Imperatorem Germanorum Maximilianum auro argentóque omni aſportato transfugit. Olim Cæſar Dictator, ſignificare volens belli Pontici celeriter confectivictoriam,gloriabundus ſcripſit ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα,id eſt,veni, vidi, vici: Rex verò Galliarum glorioſiùs, dicere poteſt, & veriùs, Nec veni, nec vidi, & vici. Qui paulò pòſt accepto tam inſperatæ,tam incredibilis victoriæ nuntio, confeſtim cum baronibus & Regio comitatu tranſgreſſus Alpes, tranſiuit in Italiam, oculíſque luſtrauit partum recens imperium, Mediolanúque conſedit. Verùm cùm natura comparatum ſit, vt quò ſe Fortuna inclinat,eò fauor hominum ſequatur: omnes ferè Italiæ principes & reguli iuerunt ſalutatum officioſè & reuerenter maximum regem Gallorum,eíque ſunt tantam victoriam gratulati.Inter cæteros alumnus quoque meus Annibal Bentiuolus, honeſtiſſimo comitatu ſtipatus,eſt profectus: verùm (vt eſt in veteri Græcorum prouerbio) οὐκ ἄνευ γε Θησέως,id eſt,non ſine Theſeo,hoc eſt,non ſine Mimo Roſcio deliciis meis,ſine quo regulus Bentiuolus nil magnum inchoat:quo cùm ob fidem,tum ob prudentiam & facundiam,conſiliúmque præſentiſſimum in rebus magnis,plurimùm vtuntur Bentiuoli omnes, vnà cum maximo patre clariſſimi filij.Hoc inclytus Annibal comite, immò collega(cauſa enim Reipub.noſtræ deſtinabantur) reuerendiſſimè officioſiſſiméque ſalutauit Chriſtianiſſimum regem. à quo comiter & obuiis(vt aiunt) manibus exceptus, & præconio regio dilaudatus, voti compos domum remeauit. Quis quæſo vnquam credidiſſet,Ludouicum Sphortiam,inter duces omneis maximum,inter reges famigeratum, inter mortales memoratiſſimum,inter homines terrenum Deum tam repentè,tam inopinatò, iacturam tanti támque opulenti ducatus eſſe facturum? tam ſubitò rebus deploratis,Mediolanum,ipsámque Mediolani

arcem

arcem defuturum? quia nihil in terrarum orbe munitius: quam commeatibus copiosam, machinis repugnatoriis instructissimam, inexpugnabilem, & omnibus tormentis bellicis inuincibilem esse, sciunt omnes qui videre. Nimirùm id totum Fortunæ & fato assignandum est. Fato dantur imperia & adimuntur. Fortunæ, hi ludi sunt: sola vtranque paginam facit: illi vni omnia accepta, omnia feruntur expensa. Fortuna Ludouicum Sphortiam ex fastigio excelsissimo deuolutum cernulauit: quem priùs non tantùm vt alumnum molliter fouerat, sed vt filium iucundissimum peculiariter erexerat, illustrauerátque. Exempla Fortunæ variantis innumera sunt apud priscos: quæ Dionysium, gentium quondam terrorem, Corinthi literario ludo præfecit: quæ Persæum Macedonum regem captiuum fecit, eiúsque filium legitimum artem ferrariam ob quærendum docuit victum: eadem Pompeium post triumphos ex toto terrarum orbe partos, post quæsitum ex rerum gestarum amplitudine Magni cognomentum, spadonum libidini in Ægypto trucidandum tradidit. Verùm hæc exempla recentissima, nulli priscorũ postferenda, abundè commonefaciunt, vt Fortunæ blandienti, in rebus secundis homo nimiùm nemo confidat. Namque regnum Neapolitanum (vt cætera prætream) adeò virgine Fortunæ circumactum est, vt spatio annorum quatuor, quinque reges habuerint. quo quid mutabilius dici potest? Florentini, quorum opes diu florentissimæ viguerunt, bello externo & domestico vexati: Medices, quæ familia Florentiæ diuitiis, existimatione, claritudine multos annos primatum tenuit, in exilium missi: mutilatus Florentinorum dominatus auulsione Pisarum, quæ maritima ciuitas plurimùm rebus illorum cõducebat. Nuperrimè Dux Mediolani, quo nemo maior, nemo opulentior, ex fastigio amplissimo decussus (quæ res vix apud posteros sit fidem habitura) cogitur alias suppetias implorare. Denique per hosce annos nulla fuit ciuitas in Italia, quam non belli fulmen afflaret, & turbo percelleret. Sola fuit patria nostra immunis & exors bellicæ vastitatis, bellis vndique allatrantibus: idque factum prudentia, auctoritate, consilio illustrissimi Principis Io. Bentiuoli, qui Bononiensem Rempub. in maxima tranquillitate, nec minori dignitate florentem, diutissimè custodiuit: cui amplissima otij & pacis & opulentiæ bona accepta referimus, optantes vt hic saluberrimus status permaneat inconcussus, vt optimo Principi bene Rempub. & ex vtilitate omnium regenti, Deus perpetuitatem largiatur. Publicum enim votum, est salus Principis: à quo, velut à filo, pendet salus ciuitatis: Ecce tibi cũ hæc iam cõ-

didiſſem,nec adhuc edidiſſem,Dux Mediolani ſuccinctus copiis militaribus reuocatus à ſuis,rediit Mediolanum: éſtque fauorabiliter plauſibilitérque receptus à cunctis ordinibus, reſtitutúſque in priſtinum faſtigium : quod ſanè pleriſque omnibus eſt perquàm iucundum. Etenim ſtante Mediolani Duce,ſtant cæteri Italiæ reguli , Italorum exiſtimatio maieſtáſque conſiſtit ac floret:illo cadente,hæc omnia ſimiliter titubent, immò corruãt neceſſe eſt. Itaque Deum optimum maximum precor, vt fulcimentis firmiſſimis fulciat,& ſtabilimentis ineluctabilibus ſtabiliat principatum Ducis inclytiſſimi Ludouici Sphortiæ, vt nos quoque ſolidatim conſiſtamus, extra omnem lapſum, titubantiæque periculum. Hæ rerum ambages, varietatéſque tam improuiſæ,tam ſubitæ,tam inopinatæ,euidenter comprobant Plautinam illam ex Truculento ſententiam:Actutùm fortunæ ſolent mutarier, varia vita eſt. In has digreſſiones diuertiſſe, & hæc tranſeunter inſeruiſſe, non fuerit alienum, neque intempeſtiuũ: ob quotidianam Fortunæ variantis mentionem, quam cæcam & ſurdam non immeritò finxere, vt exempla vetuſta & recentiora teſtantur: quam optimo epitheto,elegantíque vocabulo exoculatam Lucius noſter appellat. Exoculatus autem vt ex ſemita in viam regrediamur,dicitur oculis priuatus. Martial. defioculum vocat ſcitè & eleganter,cui defit oculus,quem luſcum dicunt. Vetus verbum eſt apud iuriſconſultos,Eluſcare:quod ſignificat,luſcum facere. Sic enim ſcriptum legimus tit. ad legem Aquiliam:Aquilia teneri eum,qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina. Elucificare verò,ſignificat luce priuare. Demitor Noniũ Marcellum,exponentem elucificare eſſe lucidare:ídque ex auctoritate Laberij,qui ita ſcribit: Volo elucificare exitũ ætatis meæ. Etenim(quod cum honore multo dictum ſit Nonij Marcelli)apud Laberium elucificare accipitur contrario intellectu : non enim ſignificat lucidare,vt ille opinatur,ſed luce priuare. Eſt enim apud Laberium diues auarus, ἀσωτίαν & popinationem filij deplorans : qui ait,veſle ſe Democriti exemplo luminibus oculorum priuare, ne videat filium nequitia & luxu prodigentem patrimonium. Laberianos verſus pro teſtimonio citat Gellius:apud quem lucificare legitur,pro elucificare *Eligat.*] Auguſt. in Ciuitate Dei : Fortuna,inquit,quæ dicitur bona,ſine vllo examine meritorum fortuitu accidit hominibus bonis & malis : vnde etiam Fortuna nominatur. Quomodò ergo bona eſt,quæ ſine vllo iudicio it ad bonos & ad malos : vt quid autem colitur, quæ ita cæca eſt paſſim in quoſlibet incurrens, vt ſuos cultores plerunque prætereat,& ſuis contemptoribus hæreat? *Cum his deuerſetur.*]

ſetur.]Malis ſcilicet,& indignis. *Extremius.*] deterius & peius. *Malus boni fama.*} Præſtò exempla ſunt multorum qui forinſecùs Catones,intrinſecùs Nerones ſunt,& Sardanapali:qui vulgò creduntur boni,cùm ſint peſſimi.nam multis ſimulationum inuolucris(vt inquit veriſſimè M.Tul.) tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura, frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur:oratio verò ſæpiſſime. Item in oratione contra Piſonem : oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit:hic eos quibus erat ignotus decepit,fefellit,induxit. Milia hominum ſunt,quos vt bonos atque ſanctos, & vt Græci dicunt *αἰσμαρτήτους*, id eſt,impeccabiles fama circumfert, qui intercutibus vitiis madeſcunt, & ſub habitu ouillo lupinam occultant voracitatem.Econtrariò vir probus,innocens,iuſtus perſæpe malè audit,& pro improbo damnatur. In hanc ſententiam eſt illud Senecæ:Inuadit temperatiſſimos morbus, validiſſimos phthiſis,innocentiſſimos pœna, ſecretiſſimos tumultus. Scribit Firmicus Maternus,eos qui in horoſcopo habuerint hœdum,fucato affectu mentiri ſeueritatem, vt Catonis frontem & inſtitutum imitari videantur. Nunc dolet Lucius quòd cùm ipſe eſſet innocentiſſimus,pro nocentiſſimo culpabatur.Firmicus Maternus vſitatim fieri ſcribit, vt iuſtus mendicet, vt ſceleratus maximis honorum æmuletur inſignibus.

Ego denique quem ſæuiſſimus eius impetus in beſtiam,extremæ ſortis quadrupedem, deduxerat, cuiuſque caſus etiam cuiuis iniquiſſimo dolendus, atque miſerandus meritò videtur, crimine latrocinij in hoſpitem mihi chariſſimum poſtulabar: Quod crimen non modò latrocinium, verùm etiam parricidium quiſque rectiùs nominaret.Nec mihi tamen licebat cauſam meam defendere, vel vnico verbo ſaltem denegare. Denique, ne mala conſcientia tam ſceleſto crimini præſens viderer, ſilentio conſentire. hac tantùm impatientia productus,volui dicere,Non

Eius.} Fortunæ. *Extremæ ſortis.*] Aſinum ſignificat, cuius inter quadrupedes extrema ſors eſt, & in pecore viliſſimo cenſetur: vnde à Columella vilis vulgatiſque aſinus nuncupatur. *Caſus.*]Infortunium ſuum ſignat, quo ex homine in brutum fuerat demutatus: qualis caſus vel inimico & hoſti miſerandus vi-

deri meritò posset. Consimile est illud poëticum, Vel Priamo miseranda manus. *Postulabar.*} accusabar, & culpabar. *Parricidium.*} Vtrunque, & latrocinij & parricidij crimen, atrox est ac magnum: sed atrocius & maius haud dubiè est parricidium; in quo multa peccantur. nam violatur is qui procreauit, is qui aluit, is quirin sede ac domo atque in rep. collocauit. Sensus Apuleianus est: violasse ius hospitij, læsisse Iouem hospitalem, hospitis domum compilasse, id non tã latrocinium nominandum, quàm si & hospitem læsit, & parricida sit. *Sitentio consentire.*] Taciturnitas confessionis genus est, & (vt ait M. Tul.) dum tacent, satis clamant. *Non feci.*} Longè fortissima tuendi se ratio est, vt tradit Quint. si quod obiicitur, negari potest: si dicere possumus, Non feci, non occidi. Plin. in epistolis: Præterea Celer eques Romanus, cui Cornelia obiiciebatur, cùm in comitio virgis cæderetur, in hac voce perstiterat: Quid feci? nihil feci. Meritò ergo Apuleius innocentiæ suæ conscius, ad refutandum crimen quod insonti obiiciebatur, voluit clamitare id verbum quod in defensione maleficij potentissimum est, scilicet Non feci. Sed cùm Latinam dictionem, vtpotè asinus, Latialiter enuntiare non posset, planè satis & dilucidè, boauit particulam negatiuam, quæ est Non, verbum autem Feci exprimere nequiuit. & profectò ruditus asinorum Non non sonare videtur. *Præcedens.*] Signatur Non, quæ dictio præcedens & prima est in hac oratione, Non non feci. *Identidem.*} frequenter boaui, boando inclamaui. Dixit Virg. in Georg. Reboant siluæque & magnus Olympus: id est, resultant & remugiunt, vt exponit Ser. Maronis interpres, qui autumat id verbum Græcum esse. *Rotunditate.*] vt videlicet os in rotunditatem conformatum, planiùs lucidiúsque verbum explicaret. *Vibrassem labia.*} Labia siue labium contorqueri, emouerique in dictionibus atque literis enuntiandis, Nigidius, Marcianus, Gelliúsque notificant. *Quanquam.*] Legi potest, *quam*: vt intelligas, quam, scilicet Fortunam, non puduit feciſſe me conseruum cum equo meo: & con-

feci. Et verbum quidẽ præcedens, semel ac sæpius immodicè clamitaui: sequens verò nullo pacto differere potui, sed in prima remansi voce, & identidem boaui, Non, non: quanquam nimia rotunditate pendula vibrassem labia. Sed quid ego pluribus de Fortunæ sæuitate conqueror? quanquam nec istud puduit, me, cum meo famulo, meóque vectore illo equo, factum conseruum atque coniugem.

iugem,

iugem,id est coniunctum copulatúmque,& in eadem conditione coniugatum.M.Cato myrtum coniugulum appellat, intelligi volens coniugalem, à coniugiis quibus præest Venus, cuius tutelæ myrtus dicata est:vnde Venerem modò Myrteam, modò Murtiam vocant.

Talibus cogitationibus fluctuantem, subiit me illa cura potior, qua, statuto consilio latronum, manibus virginis decretam me victimam recordabar, ventrem crebrò suspiciens meum, iam missellam puellam parturiebam. Sed ille, qui commodùm falsam de me notoriam pertulerat, expromptis mille aureis, quos in sinu laciniæ contexerat, quóque variis viatoribus detractos (vt aiebat) pro sua frugalitate communi conferebat arcæ, insit etiam de salute commilitonum solicitè sciscitari. Cognitóque quosdam, immò verò fortissimum quenque, variis quidem, sed impigris casibus adoppetisse, suadet tantisper pacatis itineribus, omniúmque prælio-rum seruatis induciis, inquisitionibus cõmilitonũ potiùs insisteretur,& tyrocinio nouæ iuuentutis, ad pristinæ manus numerũ Martiæ cohortis facies integraretur. Nã & inuitos terrore cõpelli,& volẽtes præmio prouocari posse:nec paucos humili seruilíq; vitæ renuntiãtes,instar tyrãnicæ potestatis,sectã suã cõferre malle.Se quoq; iãdudũ, pro sua parte, quendã conuenisse hominẽ & statu procerũ,& ætate iuuenẽ, & corpore vastũ, & manu strenuũ: eíq; suasisse,ac denique persuasisse, vt manus hebetatas diutina pigritia, tãdẽ referret ad frugẽ meliorẽ,

Subijt.} in memoriam venit.*Cura potior.*] Sibi curam vitæ & salutis, quàm famæ, potiorẽ fuisse ait: quoniã,vt & prouerbium Plautinũ est, Tunica pallio propior est: &,vt inquit Gellius,nihil nobis pensius cariúsque est, quã nosmetipsi: cætera extrinsecùs & circa nos cruciant ac torquent, res autem vitæ intrinsecùs grassantur. *Parturiebam.*} parturire mihi videbar ex supplicio,quod mihi latrones destinauerant:quando scilicet me infiticium & fartilem, puellæque prægnatione distentum, interimere decreuerant. *Qui commodùm.*} tũc tunc,id horæ. *Notoriam pertulerat.*} delationem,insimulationémque notificauerat,& me no-

tatione fœdiſſima infamauerat. Notoria hodie vulgaris dictio eſt, & libellionibus vſurpata. *Exprompſit.*] demonſtratis, offenſiſque. *In ſinu lacinia.*] Id à pleriſque fieri ſolet, qui furtim & diſſimulanter pecunias ferunt, vt in lacinia veſtis aureos contexant: vt qui eos viderint, pannoſos & mendicos exiſtiment. *Communi arca.*] Signat arcam nummariam fuiſſe latrocinali collegio communem, in quam vnuſquiſque latronum portiunculam pecuniæ ex rapto partæ conferebat: ſicut qui à Pythagora in cohortem diſcipulorum recipiebantur, quod quiſque familiæ pecuniæque habebant, in medium dabant, & cohibatur ſocietas inſeparabilis: fiebátque cœnobium, hoc eſt contubernium. Sic ſcribit Hieronymus fuiſſe quoddam genus monachorum, qui de eo quod laborauerant, in medium partes conferre ſoliti ſint, vt haberent alimenta communia. In actibus quoque Apoſtolorum ſcriptum legimus, quod & Auguſtinus memorat, ſolitos eos qui in contubernium recipiebantur, venditis poſſeſſionibus, pecuniam offerre ante pedes Apoſtolorum, & omnia habuiſſe communia. In caſtris, vt auctor eſt Vegetius, folles, hoc eſt crumenæ per cohortes ſingulas ponebantur, in quibus depoſitum militare condebatur. *Inſit ſciſitari.*] pergit inquirere. *Cognito.*] cùm cognouiſſet. loquutio elegans, & apud idoneos auctores frequens. Silius: Auditóque furens ſocias non defore vires: hoc eſt, cùm audiuiſſet. Cor. Tacitus: Deligit locum arctis faucibus, & à tergo ſilua clauſum, ſatis cognito nihil hoſtium niſi in fronte, & apertam planiciem eſſe ſine metu inſidiarum. *Adoppetiſſe.*] periiſſe, & mortuum eſſe. Adoppetere enim eſt, mortem oppetere. Poſſumus autem ſic vti hoc verbo, vt per ſe plenum ſit, & vt recipiat adiectionem. Dicimus enim adoppetit & oppetit, pro eo quod eſt moritur: & oppetit mortem ſicut Expirat, & animam expirat. *Tantiſper.* } interim. Annotandum, hanc particulam Tantiſper abſolute hoc in loco poſitam, & plenã eſſe ſine appendicula, accipíq; pro interim & interea cõſimiliter. Liuius in primo: Id imperiũ ei ad puberẽ ætatem incolume

bonóque ſecundæ, dum poſſet, frueretur valetudinis: nec manum validam erogandæ ſtipi porrigeret, ſed hauriendo potius exerceret auro. Talibus dictis vniuerſi omnes aſſenſere: & illum, qui iam comprobatus videretur, aſciſci, & alios ad ſupplendum numerum veſtigare ſtatuunt.

lume manſit tantiſper tutela muliebri. Aliàs ferè ſemper connecti ſolet, quo ad, dum vel donec, & ſignificat tandiu. Plaut. in Menæchmis: Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat videt. A. Gel. Vt viueret quidem tantiſper, quoad fieret permutatio. *Inquiſitionibus.*] vt noui commilitones inquirerentur pro ſupplemento mortuorum. Antiqui accenſos vocabant, eos qui in locum demortuorum ſubrogabantur, qui adſcripti ſiue ad ſcripticij nominantur: ex eo dicti, vt interpretatur M. Varro, quòd olim aſcribebantur inermes, qui ſuccederent armatis militibus, ſi quis eorum deperiiſſet. Plaut. Idem iſtuc aliis aſcriptiuis ad legionem fieri ſolet. Succenturiati quoque verbo militari dicuntur, qui explendæ centuriæ gratia ſubiiciunt ſe ad ſupplementum ordinum. Hinc illa ex Phormione à re militari ſcitè facta tranſlatio: Ego inſidiis hic ero ſuccenturiatus. Eadem metaphora ſuccenturiari ponitur pro ſubiicere, ſubſtitueréque quaſi ſuccedaneum. A. Gel. Præfecti popina negant cœnam lautam eſſe, niſi cùm libentiſſimè edas, tum auferatur, & alia eſca melior ſuccenturietur. *Tyrocinio nouæ inuentutis.*] Suadebat, inquit, vt tyrones veteranis ſubſtituerentur, & vt iuuenes gladiatores in locum defunctorum ſufficerentur, ad explendum priſtinum numerum. Tyrocinium autem pro rudimento accipitur, non ſolùm in diſciplina militari, ſed in aliis quoque rebus. Plinius eleganter tyrocinium nauium dixit. Manilius: Nec tyrocinio peccet, circúmque fetatur Æterna cum luce dies. Tyrones non tam noui & rudes in militia, quàm in gladiatura & latrocinio, atque aliis quoque rebus vſurpatur. M. Varro de bobus ſcribens: Tyronem, inquit, cum veterano adiungunt. A Columella adoleſcentior canis tyruncula dicta. Scribunt iuriſconſulti tit. de re militari, ignoſcendum eſſe tyroni, ignoranti adhuc diſciplinam. Optimi tyrones, ex præcepto Vegetij, deliguntur ex agricolis, humeris muſculoſis, ſuris expediti, non ſuperflua carne diſtentis, ſed neruorum duritia collectis. Proceritas in tyrone non magnopere deſideranda: vtilius eſt enim fortes eſſe, quàm grandes. *Priſtina manus.*] prioris multitudinis. *Martiæ cohortis.*] Martiam cohortem appellat bellicoſam latronum manum, quorum Deus Mars eſt, & telum quod miſſile vibrant. Simul alluſit ad Romanam militiam, in qua erat legio Martia exploratæ virtutis, de qua M. Cicero in quarta Antonianarum: Quid legio Martia? quæ mihi videtur diuinitùs ab ipſo Deo traxiſſe nomen, à quo populum Romanum generatum accepimus. *Inuitos.*] Ad latrocinium exercendum inuiti metu compelluntur, volentes præmio inuitan-

tur:nec parùm multi reperiuntur, qui malunt in collegio latronum tyrannica poteſtate dominari, quàm in vita priuata humiliter degere,atque ſeruiliter. Et cùm duo monoſyllaba orbem terrarum regant,ius ſcilicet & vis: apud latrones vis colitur, iuríſque locum ſibi vendicat enſis. Eſt tamen interdum cernere aliquam iuris iuſticiæque adumbratam imaginem apud latrones:nam qui archipirata dicitur,niſi æquabiliter prędam diſpertiat, aut occidetur à ſuis vt inquit M. Tullius, aut relinquetur. Quinetiam leges latronum eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. Itaque propter æquabilem prædæ portionem Bargulus Illyricus latro,de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit: & multò maiores Viriatus Luſitanus,cui exercitus Romani Imperatoréſque ceſſerunt. *Pro ſua parte.*]tanquam vnuſquiſque ex collegio latrocinali pro rata parte commilitonem parare deberet. *Et ſtatu procerum.*]ſtatura corporis & proceritate grandiſſimum. Proceritatem tyronum, inquit Vegetius,ad victoriam ſcio ſemper exactam: ita vt ſenos pedes, vel certè quinos & denas vncias habere probarentur. Verùm non tam ſtaturæ ratio habenda eſt, quàm virium: quod & Homeri ſuader auctoritas, qui Tydeum corpore quidem paruum, ſed armis fortiſſimum fuiſſe ſignificat. Statum autem pro ſtatura dixit, ſicut tonſum pro tonſura. Aliàs ſtatus conſiſtitio dicitur,à ſtando videlicet: inde baſilicus ſtatus Plauto, pro regius magnificúſque conſiſtendi modus. Apud eundem illud prouerbiale, In ſtatu ſtat ſenex:pro eo quod eſt,in procinctu eſt, & ſtat paratus. De ſtatu oratorio, quæ res Græcè dicitur στάσις, & alio nomine conſtitutio: & de ſtatu Reipub. & priuatæ nihil notius. Scio tibi familiarem eſſe,ex crebra lectione, libellum meum de Optimo ſtatu. *Vaſtum.*]enormem,& magnum. Virgil. Vaſtúmque caua trabe currimus æquor. In vſu apud auctores eſt vaſtitudo,vaſticies,& vaſtitas,pro horrore,deſertóve contagio & deſolatione. Vaſtitudo apud Gellium pro magnitudine ponitur,& enormitate. Vaſteſcere verbum vetus eſt,ſignificans deſeri & vaſtari. *Perſuaſiſſe.*] Suademus facilia,perſuademus difficilia: ſuademus monendo, perſuademus perficiendo. *Pigritia.*]deſuetudo,pigritia veternum parit:diutino torpore hebetatur robur corporis, & vigor ingenij:inde illud Silij ſententialiter prolatum: Blandóque veneno Deſidiæ virtus paulatim euicta feneſcit. &,vt inquit Ouid. Ignauum corrumpunt otia corpus. Ideircò ſalubriter præcipit Pacatus panegyriſta, tergendam otij eſſe rubiginem,& opere veternum diſcutiendum,ne virtus quiete langueſcat. Gaudent diuina perpetuo motu,& iugi agitatione ſe vegetat æternitas: ſtare Sol neſcit.

Digitized by Google

neſcit. *Erogandæ ſtipi.*]Perſuaſi,inquit,ne vellet rogando emendicare pecuniam,ſed vt potiùs manus exerceret diſciplina latrocinali: & ita aurum ſpoliando,rapiendo,trucidando congereret. Solent mendici & egentes erogandæ ſtipi , id eſt , nummo manum porrigere. Seneca : In ſublicium pontem me transfer , & inter egentes abige:non ideò tamen me deſpiciam,quòd in illorum numero conſedeo,qui manum ad ſtipem porrigunt. Apud Frontinum erogatorius aquæ modulus , & acceptorius , inter ſe opponuntur:vt erogatorius,qui erogat & præbet aquam, ſignificetur : acceptorius verò,quo accipitur. *Aſciſci.*]adſcribi,àdſumi in numerum latrocinalem.

*Tunc profectus , & paululum commoratus ille, perducit immanem quendam iuuenem , vti fuerat pollicitus, neſcio an vlli præſentium comparandum : nam , præter cæteram corporis molem , toto vertice cunctos antepollebat , & ei commodùm lanugo malis inſerpebat : ſed planè * centuculis diſparibus, & malè conſarcinatis * ſemamictum, inter quos pectus & venter cruſtata craſſitie reluctabant. Sic introgreſſus , Auete (inquit) fortiſſimo Deo Marti clientes , mihique * iam commilitones , & virum magnanimæ viuacitatis volentem volentes accipite, libentiùs vulnera corpore excipientem , quàm aurum manu ſuſcipientem : ipſáque morte , quam formidant alij , meliorem. Nec me putetis egenum , vel abiectum , néve de pannulis iſtis virtutes meas æſtimetis : nam præfui validiſſimæ manui , totámque prorſus deuaſtaui Macedoniã. Ego ſum prædo famoſus , Hæmus ille Thracius,*

Immanem.] vaſtitate corporis ingentem. Aliàs immanem dicimus fœdum, truculentum , noxium. *Molem.*} vaſtitudinem. *Toto vertice.*} Ex Virgilio ſumptum, qui ait de Turno, Vertitur arma tenens, & toto vertice ſuprà eſt. *Antepollebat.*] exuperabat, excellebat. *Commodum.*} tunc primùm , iamiam. *Lanugo malis inſerpebat.*] Vix veſticipem fuiſſe ſignificat:namque veſticipes antiquitas vocat, quorum genæ prima verba veſtiuntur : ſicut econtrario inueſtes dicti impuberes , quibus

nulla veſtis, id eſt barba obumbrat malas. In Apologia : inueſtem à nobis accepiſti, veſticipem illicò reddidiſti. Palladius: per inueſtes pueros vaſa curabis. Illud Virgilianum, Aurea cæſaries ollis , atque aurea veſtis: exponunt grammatici , vt veſtis pro barba intelligatur, ſicut illud Ennianum: Quid ſibi vult hæc tam longa veſtis? Malæ autem infra oculos homini tantùm ſunt, quas priſci genas vocabant. *Centunculis.*] veſtimentis verſicoloribus, vilibúſque pannoſum, ſentum, ſqualidum deſignat. *Inter quos*]ſcilicet centunculos: de quibus relege, quæ annotauimus in primo commentario. Oſtendit autem, inter pannos malè conſutos ac malè conſarcinatos , pectus & ventrem hominis vaſti contineri non potuiſſe , quin denudatum & intectum conſpiceretur, cui cruſta calloſa eſſet pro tegumento : id quod in ruſticanis & gelicidio duratis perſæpe conſpicimus. *Cruſta craßitie.*] Cruſta interdum & craſſitudo calloſa impenetrabiliſque obducitur corporibus, quæ Ioue, æſtu, algore durata ſint. *Aiete.*]Verbum ſalutatorium eſt, quod Græci dicunt χαίρειν. *Martis clientes.*]Latrones ſalutans, honorifico vocabulo clientes Martis appellat, tanquam omnes in clientela Martis ſint: quibus dextra eſt & telum pro numine. Mars, Mauors, & Mamers dictus à veteribus : vnde Mamertinis , Siciliæ populis, inditum nomen. Mamercus quoque nomen eſt Oſcum, eò quòd hi Martem Mamertem dicunt. *Volentes accipite.*]Hortatur latrones, vt libentibus animis ſeipſum accipiant in cohortem: qui vivacitate præditus, manu ſtrenuus, vulnerum mortíſque contemptor exiſtit. *Vulnera excipientem.*]Non potuit expreſſiùs ſignificantiúſque oſtendere hominem imperterritum , ac extrilidum, miniméque vulnerum metuentem , quàm vt diceret, libentiùs excipere vulnera quàm aurum: cùm mortales fermè omnes nihil libentiùs ſuſcipiant quàm pecuniam, cùm aurum libentiùs

cuius totæ prouinciæ nomen horreſcunt: patre Therone atque latrone inclyto prognatus , humano ſanguine nutritus, intérque ipſos manipulos factionis educatus , hæres & æmulus virtutis paternæ. Sed omnem priſtinam ſociorum fortium multitudinem, magnáſque illas opes exiguo temporis amiſsi ſpatio. Nam procuratorem Principis, ducenaria per functum, dehinc fortuna triſtiore decuſſum , prætereuntem coràm fueram aggreſſus. Sed rei inſcendæ carpo ordinem.

quàm

quàm Solem intueantur: cùm omnis oratio(vt inquit Ambros.) & supplicatio ad Deum aurum quærat. Qui ergo libentiùs vulnera quàm aurum excipit, is nimirùm spretor vulnerum, mortísque contemptor dici potest:& consequenter, in latrocinali familia expetendus. *Formidant.*] Seneca:Metus, inquit, mortis victores gentium vincit.&, vt præcipit Lucretius, est metus ille foras præceps Acherontis agendus, Qui genus humanum penitùs subuertit. *Morte meliorem.*] Mortem scriptores bonam appellant,quoniam finis est æruminarum, & requies malorum : vt M. Cicero latissimè explicat in Tusculanis quæstionibus. Inde à poëtis dicitur mors bona. Valerius Flaccus Miserere parentum Mors bona: &, vt inquit Plinius noster, ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius tempestiua morte. Præterea mors bona ex eo dici potest, quòd neminem fallit, neminem præterit, nec huic magis quàm illi gratificatur, sed æqua lance cunctos tollit. *De pannulis.*] In hanc sententiam scitum est illud Cæcilianum : Sæpe est & sub palliolo sordido sapientia. Potest (vt inquit eleganter Seneca)ingenium fortissimum sub qualibet cute latêre : potest ex casa vir magnus exire: potest ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus, consimiliter potest in pannoso & sordidato corpore animus generosus ac robustus delitescere. Plin. in epistolis tradit,non paucos cultu pagano præcellentes inueniri. Itaque non est quispiam de pannoso vestitu æstimandus, sed à virtute & animi dotibus probandus : nec enim habitus virtutem dat, nec cathedra sanctificat sacerdotem. *Validissima ma.*] cohorti gladiatorum robustissimæ. *Prædo famosus.*] Ferè semper in malam partem famosus vsurpatur:vt famosus latro,famosus leno,famosus gladiator,& alia id genus.Nonnunquam cum laude famosus dictus.vt alibi annotaui.& infrà ostendetur. *Hemus.*]Nomen est famosi latronis:vt apud Theopompum Bargulus Illyricus latro, vt apud nostros scriptores Viriatus Lusitanus,memorantur. Liuius quoque celebrat Himasitheum archipiratam Liparensium, cum quo hospitium factum est àRomanis,donáque publicè data. Alludere autem videtur ad nomen Hemi montis in Thracia,excelsitate cõspicui:ex cuius vertice vulgata opinio est, Ponticum simul & Adriaticum mare , & Istrum amnem & Alpes conspici posse. Ideóque Philippum Macedonum regem cupido olim cepit ascendendi in hunc montem, ad cuius verticem tertio demum die cum filio Perseo peruenit.Probus grammaticus, Virgilianus interpres , auctor est à nomine regis Hemi nuncupatũ Hemum esse, à cuius sorore alter quoque mõs Rho-

dope nominetur. Rhodopem & Hemum in hoſce montes trans figuratos eſſe fabulæ canunt & ſignat Ouid. in 6. Metamorphoſeos his verſibus: Threijciã Rhodopen habet angulus vnus, & Hemum: Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. Poſſet nomen hoc quoque deduci non inſcitè ἀπὸ τῦ αἵματος, id eſt, à ſanguine tanquam prædoni congruat nomen ſanguinolentum cùm ſanguine latrones gaudeant. Hinc Mars apud Græcos αἱματοχαρὴς, bono epitheto cognominatus, quaſi ſanguine gaudens. Aliàs Hemus nomen eſt Græculi hiſtrionis, cuius meminit ſatyrographus. *Theronē.*]Nomen accommodatum latroni, vt potè à feritate deductum. θὴρ enim Græcè fera eſt: vnde Theodamus, quaſi ferarum domitator, apud Ouid. hinc Theriotrophion dicitur Varroni, ſeptum quo feræ incluſæ paſcuntur. Virg. meminit Theronis alterius. Ex eadem origine Theriaca, Theriacíque paſtilli nominantur: quoniam ſcilicet medentur morſibus ferarum, & contra venenata aduerſantur: vel quia fiunt ex vipera, quam Græco vocabulo θῆρα appellant: quod & Galenus indicat in libro de Theriaca (ſic enim ſcribendum eſt, non tyriaca) vbi ait ex viperis fieri, amputatis vtrinque quaternis digitis: ſic modò θῆρες, id eſt, theres, hoc eſt viperæ ſine vtiles. Idem tradit, theriacen eſſe antidotum contra deleteria, id eſt, contra venena & venenata. *Δηλητήριον* Græcè dicitur venenum. *Latrone inclyto.*]Vocabulum eſt ex his quæ Græci dicunt κλεινὸν μισθὸν: nanque inclytus cum laude vſurpatur, & cum reprehenſione. A. Gellius, aliique eruditi, ſuperlatiuum, quod eſt inclytiſſimus, vſurpant. *Manipulos factionis.*]Contubernia factionis gladiatoriæ ſignificat. Manipulus enim (ſi credimus Vegetio & Modeſto, de re militari commentantibus vocatur contubernium, ab eo quòd coniunctis manibus dicebant. Erant autem milites decem ſub vno papilione degentes, quibus vnus qui præeſt caput contubernij nominatur. Liuio manipuli ſunt numeroſiores, qui ſic ſcribit in 7. Manipulus leues vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. M. Varro manipulum interpretatur, quaſi manus plures. Cincius libro 6. de re militari: In legione inquit, ſunt centuriæ ſexaginta, manipuli 30, cohortes decem. Quibus verbis indicat, manipulum duas centurias continere, conſtatéque ex militibus ducentis. Grammatici manipulos pro ſigniferis accipiunt: quia ſub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, haſtis fœni manipulos illigabat, & hos pro ſignis gerebat. Quod ſenſiſſe videtur & Ouidius, cùm ait: Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos, Vnde maniplaris nomina miles habet. Inde commanipulones dicimus, vt commili-

Digitized by Google

commilitones, in eodem manipulo commilitantes. Commanipulationem dixit Spartianus, pro contubernalitate, & eiusdem manipuli societate & commilitio. Manipulos pro fasciculis manualibus poni, nemo non nouit. *Amissi.*] Lego, *amisi*, hoc est perdidi: vt verbum sit, non participium. *Procuratorem principis.*] Apud Iurisconsultos libro primo Digestorum titulus est, de officio procuratoris Cæsaris: vbi tradit Vlpianus, quæ acta gestáque sit à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobari, atque si à Cæsare gesta essent. Claudius Cæsar (vt refert Cor. Tacitus) procuratoribus suis omne ius tradidit, parémque vim in rebus peragendis eorum esse voluit, ac si ipse statuisset. Procuratoris nomine (docet M. Tullius in oratione pro Cecinna) appellatur nostri iuris vicarius, qui negotio nostro præpositus est. Vlpianus libro tertio Digestorum: Procurator, inquit, est, qui aliena negotia mandato domini administrat. *Ducenaria perfunctum.*] Legimus, annotauimúsque apud Suetonium, quartam iudicum decuriam ab Augusto Cæsare additam esse, quæ ducenariorum vocaretur, iudicarétque de leuioribus summis. Ducenarij autem nominari vidétur à censu ducentorum sestertiûm, cum legitimo iudici equitíque sestertia quadringenta census fuissent. Nunc Apuleius procuratorem principis ducenaria perfunctum esse tradit, intelligi volens, eum in decuria ducenariorum iudicum olim fuisse: vel potiùs signat, illum nomine Cæsaris publicanum exactorémque extitisse. Est autem ducenaria nomen vectigalis & tributi, quales sunt, centesima, quinquagesima, vigesima, & reliqua id genus: quæ ex auctionibus illicitis nomina publicani inuenerunt. Ego re diligenter curioséque perpensa, censeo hoc in loco primo hastatum denotari. Dicebatur autem primus hastatus, qui duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, quem nunc ducenarium vocant, vt Vegetius Modestúsque notificant. Perfunctum ducenaria dixit Apuleius, quem intelligi voluit fuisse ducenarium, hoc est, præfectum duarum centuriarum: qui ducatus in re militari erat honestissimus. Sicut autem centenarium dixere, quem nunc centurionem nominant: ita & ducenarium appellauere præfectum manipuli, quo duceni milites continentur. Hic est intellectus, hæc significatio Apuleiani verbi: in quo plerique omnes cæcutiunt atque hallucinantur. *Decussum.*] Qui fuerat principis procurator & ducenarius quod aspirantis fortunæ specimen est: idem reflante fortuna deuolutus de cussúsque est ex pristino fastigio. qualia quotidie exempla conspiciuntur, quotiens voluit fortuna iocari. Solon amicos princi-

pum calculis ratiocinatorum comparare consuenerat. vt enim illi modò maiorem numerum, modò minorem significant, ita & principes, prout libitum fuerit, aliquando illustrem & inclytũ amicum faciunt, aliquando obscurum & ignobilem, nunc extollentes in summum, mox in imum detrudentes. Orontes Artaxerxis gener, cùm ex summo fastigio in imum cecidisset: quemadmodùm, inquit, calculatorum digiti nunc millenarium numerum, nunc vnum tantùm supputant, eodem modo regum amicos posse quandoque totum, quandoque minimum. quod Græcè dicitur, βασιλέως φίλους νῦν μὲν τὸ πᾶν ἐνίοτε, νῦν δὲ τοὐλάχιστον. Ita oppidò quàm decenter Sidonius Apollinaris consuetudinẽ principum flammarum naturæ bene comparat, quæ sicut paulum à se remota illuminant, ita satis sibi admota comburunt. *Prætereuntem me orato.*] Castigatior lectio est, prætereuntem principis procuratorem, vnde sibi prima mali labes extiterit.

Fuit quidam.] Narratio de procuratore principis, breuis lucida, probabilis, ex disciplina rhetorica. *Officijs.*] Iulius Capitolinus officia palatina nuncupat, officiales (vt ita dicam) aulicos & imperatorios. Sic enim inquit in Galienis: Cùm iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur, prætores prouinciales, qui cum officio mittebantur. Officia quoque prouincialia nominantur, vt docet Donatus. In aula imperatoria erat magister officio-

*Fuit quidam multis officiis in aula Cæsaris clarus atque conspicuus, ipsi etiam probè spectatus. Hunc insimulatum quorundam æstu, proiecit extorrem sæuiens inuidia. Sed vxor eius Plotina, quædam raræ fidei atque singularis pudicitiæ fœmina, quæ decimo partus stipendio viri familiam fundauerat; * sumptis atque contemptis vrbicæ luxuriæ deliciis, fugientis comes, & infortunij socia, tonso capillo, in masculinam faciem reformato habitu, pretiosissimis monilium & auro monetali Zonis refertis incincta, inter ipsas custodientium militum manus, & gladios nudos intrepida, cunctorum periculorum particeps, & pro mariti salute peruigilem curam sustinens, ærumnas assiduas ingenio masculo sustinebat. Iámque plurimis itineris difficultatibus, marisque terroribus exantlatis, Zacynthum petebat: quam sors ei fatalis*

*talis decreuerat temporariam sedem. Sed cùm primùm litus Actiacum, quo tunc Macedonia delapsi grassabamur, appulisset, nocte promota, *tabernaculam quandam littori nauique proximam, vitatis maris fluctibus, incubabat. Inuadimus, & diripimus omnia: nec tamen periculo leui tentati discessimus. Simul nanque primum sonum iamnua matrona percepit, procurrens in cubiculum, clamoribus inquietis cuncta miscuit: milites, suósque famulos nominatim, sed & omnem viciniam suppetiatum conuocans: nisi quòd pauore cunctorum, quem sibi quisque metuentes delitescebant, effectum est, vt impunè discederemus.*

rum dictus, cuius meminit Marcellinus. *Cæsaru.*] Traianum, siue Hadrianum signat: illis enim temporibus floruit Apuleius. *Ipsi probè spectatus.*] Principis est virtus maxima, nosse suos: vt inquit Epigrãmatarius poëta. Et profectò decet bonum principem, spectatos exploratósque habere mores aulicorũ, ne lupi sub habitu ouium delitescentes obrepant. *Insimulatum.*]culpatum, accusatúmque. Plautus: Sic me insimulare falsum facinus tam malum. *Astu.*]In aula principum frequens est hic morbus, vt boni insimulentur, conculcentúrq; calumniis susurronum: quibus principes aures nimis patulas præbent: vbi enim calumniator & detractor in aurem facilè stillauit exiguũ de naturæ veneno, & morum lumine principali, viri boni summouentur, & extorres à patria eliminantur, amandantur. Ammianus Marcellinus taxat Constantium Imperatorem, apud cuius aures nimiùm patulas virulentæ linguæ existimationem viri fortis inuidia graui pulsarent. Habeat itaque princeps in memoria & in pectore scitum illud Domitiani: Delatores qui non castigat, irritat. Custodiat quoque illud intra mentis penetralia, quod Alexander Magnus facere solebat: qui in iure dicundo accusatore dicente, altera manu aurem occludebat, eámque reo illibatam conseruabat. *Plotina.*]Alludere videtur ad Plotinam Augustam, Traiani Cæsaris coniugem, fœminam sanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem sexum cadunt virtutibus celebratam: cuius fauore Hadrianus in interiorem Traiani familiaritatem receptus est. Eadem olim Traianum corripuit, quòd calumniis suorum procuratorum prouincias diuexari permitteret. *Rarae fidei.*]Versus Græcus prouerbialis signat nullam esse in

fœmina fidem, οὐ γὰρ γυναιξὶ πίστιν ἐκ ἔστι δοῦναι, id eſt, In fœminis fidem credere non licet. Præceptum eſt Æſopi fabulatoris: τῇ γυναικὶ μηδέποτε ἔπιστεύσῃς κρύφια, id eſt, fœminæ nunquam arcana credideris, κενὸν γὰρ τὸ τῆς γυναικὸς ἔθνος φίλον. infidum enim eſt genus fœminarum. Vetus prouerbium eſt, Nec mulieri nec gremio credi oportere: propterea quòd mulier incerti & leuis animi eſt: & plerunque in gremio poſita, cùm in obliuionem venerunt exurgentium, procidunt. Magna ergo eſt fœminæ laus, quæ à fide & pudicitia commendatur: cùm pleræque omnes infidæ ſint, & impudicitiæ infamia pulſentur. Doctiſſimi viri vox eſt, pudicitiam in primis eſſe fœminæ retinendam, qua amiſſa omnis virtus ruit. In hac muliebrium virtutum principatus eſt pudicitia: pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram: bene meretur de maioribus, quorum ſanguinem furtiua ſobole non vitiat: bene de liberis, quibus nec de matre erubeſcendum, nec de patre dubitandum eſt: bene in primis de ſe, quam à contumelia externi corporis vindicat. auctor diuus Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum. Thucydides optimā eſſe cēſet mulierem, de qua minimus apud extrarios ſermo habeatur: exiſtimans, probæ mulieris nomen perinde ac corpus, intra domeſticos parietes contineri oportere. Contrà Gorgias Leōtinus cenſet, mulieris non ſolùm formam, ſed egregiū quoq; nomen & formā, debere apud plurimos eſſe vulgatam: quod & Plutarchus probat in lib. de Virtutib. mulierum. *Decimo partu ſtipē.*] Notat Plotinam decies peperiſſe. Plin. memorat, Corneliā Gracchorum matrem duodecies, Agrippinam Germanici nouies peperiſſe. Celebratur & Eutyche fœmina, quòd enixa ſit triginta partus, & mortua à viginti liberis rogo illata. Stipendium autem partus dixit, ex tranſlatione militari. Milites. n. ſtipendioſi (ſic enim appellantur, qui multa ſtipendia fecerunt) ſolent ex numero ſtipendiorum mereri prærogatiuas veteranorum, & priuilegia: &, vt in Codice Imperatorio ſcriptum annotauimus, viginti ſtipendia militem faciunt veteranum, & vacationem militiæ præſtant. Vxorem ducendam Plato præcipit gratia liberorum: ſufficientem autem filiorum numerum eſſe duos, marem ſcilicet, & fœminam, in II. de Legibus. *Viri familiam fundauerat.*] Platonica lex filios duos ſatis eſſe præſcribit ad familiam fundandā. Quantò igitur fultura maiori domus illa fundatur, in qua quinquies numerus filiorū Platonicus multiplicatur? Iuriſconſulti excuſationē dant parentibus, numero filiorū quinq; ſubnixis. *Extorrē.*] exulem, extra terram & genitale ſolum eiectum, eliminatúmque: ſicut enim exul extra ſolum, ſic extorris extra terram nominatur.

natur. A. Gel. Exul extorrísque esto. Virg. Finibus extorris. exponit Seruius, extra suas terras remotus. *Sumptis.*} Corrigo *spretis.* sequiturenim, Atque contemptis. *Vrbicæ luxuriæ.*] M. Tul. in oratione pro Roscio Amerino: In vrbe, inquit luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia. Ab vrbe vrbicus, vrbanus, vrbanicianus deriuantur. Vrbanicianos autem milites dici inuenio apud auctores, non tam eos qui vrbani essent, & Romani, quàm qui ad vrbem. Ab vrbe quoque vrbicarius dictus. vnde vrbicaria procuratio à iurisconsultis tit. de minoribus vsurpatur: quam vrbanam intelligi volunt. *Fugientis comes.*] Magna fœminæ laus, quæ fugientem maritum & extorrem comitata sit: namque maritorum calamitates materiam præbent vxoribus nominis æterni comparandi. Nec enim Alcestis, nec Penelope, vt inquit Aristoteles in secundo Oeconomico, tantam sibi gloriam comparassent, si cum fortunatis viris vixissent: verùm Admeti & Vlyssis infortunia parauerunt illis memoriam sempiternam. Celebrant historici Hypsicrateam Mithridatis regis vxorem vel (vt quidam tradunt) pellicem, quæ Persico habitu induta, & in habitum virilem reformata, tonsis capillis victum à Cn. Pompeio Mithridatē, per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili secuta est: cuius tanta fides, maximum fuit solatium, & iucundissimum lenimentum marito, ærumnarum aggeribus presso: qui eam ob virilitatem & audentiam, masculino nomine Hypsicratem appellabat. Hypsicrateam imitata Plotina hæc est, quæ tonso capillo virum mentita, coniugem comitata est in exilium euntem, impauida, imperterrita, & quædam quasi virago tolerans ærumnas acerbas. Versus Græcus est παροιμιώδης, id est, prouerbialis, γυνὴ δὲ χρηστὴ πολλὰν ἐς' οἰκίας, Vxor bona domus est fundamentum. Fœlices nimirum viri illi sunt quib. vxores tales cōtigerunt. Quod ad me attinet, nulli marito inuideo vxoriam beatitatem: habeo enim vxorem ex animi mei sententia. *Auro monetali.*} Periphrastic ôs & per circumlocutionem, significat nummos aureos, qui & aureoli nuncupantur. Consimilis est illa apud Satyrographum circumscriptio pecuniæ: Concisum argentum in titulos, faciésque minutas. Aurum autem monetale dictum, ab eo quod cuditur in monetam, & figuratur variis formis. Tradunt iurisconsulti, Triumuiros monetales constitutos esse, qui præ essent monetæ cudendæ. Monetarios appellant signatores eussoresq; monetæ. Firmicus Maternus: Habentes, inquit, horoscopum sub cygno, erunt monetarij. *Zonis refertis.*] In libro Annotationum latissimè explicauimus, morem priscorum

fuiſſe, vt zonas nummis refertas haberent. Vnde apud Tranquil. legimus, Vitellium zona ſe aureorum plena cinxiſſe. & Caius Gracchus orator: Zonas, inquit, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Spartianus quoque auctor eſt, Peſcennium Nigrum Imperatorem Romanum iuſſiſſe, ne milites in zonis nummos aureos vel argenteos portarent ad bellum. Quin etiam Lampridius Alexandrum Romanum dicere ſolitum refert, Miles non timet niſi veſtitus & ſatur, & habens aliquid in zonula. In hanc ſententiam eſt illud Horatianum. Ibit eò quò vis qui zonam perdidit, inquit. Vbi exponit Porphyrio, milites viaticum in zona portare ſolitos. Conſimiliter Plutarchus in Demetrio memorat, Soſigenem aureos nummos habuiſſe in cingulo militari pro viatico. Hanc zonam aureo monetali refertam ſignat Iuuenalis illo verſu: Obrutus & zonam læuæ morſúque tenebit. In quo commentatores per incuriam hallucinantur, nihil ſuſpicantes ſubeſſe doctrinæ remotioris. Euangelica lex præcipit, ne æs, hoc eſt pecuniam in zonis habeamus. *Incincta.*] Sicut inaudire, inobſcurare, accipiũtur pro ſimplici verbo apud eruditos: ſic & incingere dicimus, pro cingere: incincta, pro cincta. M. Tul. in nona Philippica: Nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio. Apul. aliubi inconcupiſcendam amicitiam dixit, pro concupiſcendam & id genus ſexcenta alia apud auctores idoneos inuenire eſt. Plin. 30. Vipera inaſſata iocinerum doloribus medetur. Idē Inalpinos populos dicit, quos vulgò Alpinos vocant. *Ingenio maſculo*] virili ſcilicet, & impertet rito, neque ærumnis ſuccumbenti. *Exantlatis.*] exuperatis exhauſtíſque. *Zacynthum petebat.*] Ante Ætoliam Zacynthus inſula eſt libera, prope Cephalleniam, Ithacam, & Dulychium: quæ omnes inſulæ ſub Vlyſſis ditione fuiſſe memorantur. Plin. in 4. Zacynthum fertilitate præcipuam fuiſſe cum oppido magnifico tradit, quæ aliquando appellata Hyrie ſit. Homer. in Catalogo, οἵτε Ζάκυνθον ἔχον. In inſulas autem relegari deportariqué ſolitos damnatos, teſtis eſt antiquitas: quæ pœna ob hoc inſulatis dicta. Marcellinus: Nec ſtrepente vllo, nec obſiſtente, inſulari pœna mulctati ſunt. Cor. Tacitus, plenum exiliis mare decenter dixit, propter inſulas, in quas deportabantur, relegabantúrque. Apud iuriſconſultos inter pœnas eſt inſulæ deportatio, quæ pœna (vt inquit Vlpia.) adimit ciuitatem. Relegatorum duo genera ſunt. Sunt quidam, qui in inſulam relegantur: & ſunt, quibus ſimpliciter prouinciis interdicitur. In inſulam relegare præſides prouinciæ poſſunt. *Temporariam ſedem.*] Quidã relegantur in perpetuum, quidam ad tempus: vt docet Vlpia. tit. de interdictis. Hic tempo-

teporaria relegatione & exilio significat procuratorem principis esse mulctatum. Pli. theatrum M. Scauri temporarium appellat, quod ad tempus extructum fuit, cuius sedes perpetuò mansura non erat. Temporariæ amicitiæ dicuntur vulgares ab eruditis, quæ non sunt perpetuæ, sed ad tempus: quandiu scilicet fortuna est secunda. De quibus Seneca hæc refert: Hæ amicitiæ sunt, quas temporarias populus appellat. Qui causa vtilitatis assumptus est, tandiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. Florentes amicorum turba circunsidet, circa euersos ingens solitudo est. Temporaria Græcorum ingenia scitissimè appellat Q. Curtius quasi tempori seruientia, & fortunæ obsecundantia. Temporius aduerbium, quod significat maturius ac tempestiuius: cuius cõtrarium est Serius. Columella in nono: ante crepusculum gallinæ, inquit, cibi spe temporius ad officinam redeant. Ouidius: Modò surgis eoo Tẽporiùs cęlo modò serius incidis vndis. *Litus Actiacum.*] Actium Epiri promontorium & oppidum est, cum templo Apollinis nobili: vnde Actiacum littus dictum. Locus est inclytus testimonio eruditorum, & Augusti Cæsaris victoria, vbi nauali prælio M. Antonium Cleopatramque deuicit: & vt Actiacæ victoriæ memoria celebrior, in posterum esset, vrbem Nicopolim apud Actium condidit, id est, victoriæ ciuitatem, ludósque illic quinquẽnales instituit: qui instar sunt Olympiorum, & actia cognominantur, quorum memineruńt Strabo, Tranquillus, cæteri. Ad quos alludens poëta, scripsit in tertio Æneidos: Actiáque Iliacis celebramus littora ludis. *Appulisset.*] Appellere verbum est nauticum, & propriè dicitur, cùm ex pelago aut freto quis ad littus accessit. Virgilius: Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. Appellere quoque dicuntur pecora ad aquam accedentia. Vnde & appulsus vsurpatur à iurisconsultis, pro ipso iure appellendi, ipsaque appulsione. *Nocte promota.*] altiore. Denotat noctem vel intempestam, vel concubiam. Nam id horæ nox maximè promota est. *Naui.*] qua aduectus erat cum Plotina maritus extorris. *Incubabat.*] cubãdo obtinebat, habitabátque. Aliàs incubare dicuntur hi, qui in templis Deorum dormiunt ad accipienda responsa. vt illud Plautinum ex Curculione: Incubate te satius fuerat Ioui. Item: Siquidem incubare velint qui petiuerint, locus non præberi potis est in Capitolio. Ex eodẽ intellectu est illud Maronianum: Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit. De incubatu áuiũ, & quod gallinę incubant ouа, notius est quàm vt debeat enarrari. Incubinã pro cõcubinam dixit antiquitas. *Matrona.*] Plotina. *In cubiculum.*] dormitorium significat, de quo Plinius in trige-

mo ſcribit, Lacertam viridem in olla ante cubiculum dormitorij eius cui medetur, lieni remedium facere. *Suppetiatum.* } auxiliatum, & ad ſuppetias ferendas: ſuper quo verbo in ſuperioribus ſatis multa.

Sanctiſſima.] Virgilius: Túque ô ſanctiſſima coniunx, Fœlix morte tua. Sanctum dicimus, inuiolabile, & quod (vt refert Martianus iuriſconſultus) ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt. Sanctum autem dictum eſt à ſagminibus: ſagmina verò ſunt herbæ, quas legati Populi Ro. ferre ſolent, ne quis eos violaret: ſicut legati Græcorum terunc ea quæ vocantur Cerycia. Dictio mendoſa eſt libro primo Digeſtorum, tit. de rerum diuiſione. Nam vbi cerycia ſcribendum fuit, paſſim ſcriptum eſt cencia: Græcè enim κῆρυξ vocatur præco & caduceator, quod nomen legati eſt, vt aliubi docuimus: & κηρύκια cerycia, inſignia

*Sed protinus ſanctiſſima (vera enim dicenda ſunt) & vnicæ fidei fœmina, bonis artibus gratioſa, precibus ad Cæſaris numen porrectis, & marito reditum celerem, & aggreſſuræ plenam vindictam impetrauit. Denique noluit eſſe Cæſar Hæmi latronis collegium. & confeſtim interyt: tantùm poteſt nutus etiã magni principis. Tota denique factione militarium vexillationum indagatu confecta atque conciſa, ipſe me furatus agrè, ſolus medijs Orci faucibus ad hũc euaſi modum. Sumpta veſte muliebri florida, in ſinus floccidos abundante, mitellâque textili contecto capite, calceis fœmininis albis illis & tenuibus indutus, & in ſequiorem ſexum inſertus atque abſconditus, aſello ſpicas ordeaceas gerenti reſidens, per medias acies infeſti militis tranſabij. * Nam mulierem putantes aſinariam, concedebant liberos abitus: quippe cùm mihi etiam tunc depiles genæ læui pueritia ſplendicarent. Nec ab illa tamen paterna gloria vel mea virtute deſcini, quanquam ſemitrepidus iuxta mucrones Martios conſtitutus: ſed habitus alieni fallacia tectus, villas ſeu caſtella ſolus aggrediens, viaticulum mihi corraſi. Et dilloricatis ſtatim pannullis, in medium profudit duo milia aureorum. &, En, inquit,*

*quit, istam sportulam, immò verò dotem, vestro collegio libens, méque vobis ducem fidissimum (si tamen non recusatis) offero: breuis temporis spatio lapideam istam domum vestram, facturus auream. Nec mora, nec cunctatio, sed calculis omnibus ducatum latrones: unanimes ei deferunt: vestémque lautiusculam proferunt, sumeret abiecto * centuculo diuite. Sic reformatus, singulos exosculatus, & in summo puluinari locatus, cœna & poculis magnis inauguratur.*

quæ gestant caduceatores, vt ita legati esse noscantur, vt inuiolabiles & sancti sint mortalibus. In cõmentariis Suetonij non parum multa tradidimus, declarantes illud Senecæ: Nõ vis nisi Cerycx, aut Prytanis, aut Sufes administrare rempublicã Hieronymus sanctos dici autumat fidelium filios. Idioma sacrarum scripturarum sanctos interdum pro mundis atque purificatis nominat. Sacrosanctum verò id dicitur, quod iureiurando interpositio est institutum, si quis id violasset, vt morte pœnas penderet. Sanctuarium nuncupatur templum ipsum, vt idem Hieronymus docet. Plinius dixit, in sanctuariis Mithridatis inuentam esse à Pompeio antidoti compositionem: vbi sanctuaria accipi videntur pro arcanis sanctioribus, & quæ Græci vocant ἀπόῤῥητα. *Bonis artibus gratiosa.*] Pleræque fœminæ malis artibus & impudicitia gratiosæ fiunt, & fauorabiles apud principes: hanc verò signat Apuleius bonis artibus, atque sanctitate matronali iniisse gratiam à Cæsare, impetrasseque ab illo reditum coniugis ab exilio. Meretricum est, malis artibus gratiam aucupari. Matronarum est, bonis artibus colligere fauorem, & gratia pollere apud summates. Matresfamiliàs non tã natalium claritudo commendat, quàm bonitas & sanctitudo. Namq; vt docet Vlpianus, matremfamiliàs neq; nuptiæ neq; natales faciunt, sed boni mores. *Aggressura.*] Sicut grassatura pro grassatione, sic & aggressura pro aggressione dicitur. Significat autẽ, Plotinã impetrasse à Cęsare, vt vlcisceretur latrones pro aggressura, qua maritũ aggressi inuaserãt, despoliauerántq;. *Latronis collegiũ.*] Collegia si qua fuerunt illicita, mandatis principalibus & constitutionibus, & senatusconsultis dissoluuntur: auctor Martianus iurisconsultus tit. de collegiis illicitis: vbi scribit, collegiũ fieri non posse, nisi ex senatusconsulti auctoritate, vt Cęsaris. Augustus, vt refert Tranquillus, collegia, præter antiqua &

tione: Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus orci *Floccidos.*} A floccis, qui eminent in panno, dicti sinus floccidi. Cornel. Celsus inter signa ægroti mortifera esse dicit, si floccos colligit: & de floccis in hoc significatu crebra est mentio apud Plinium & cæteros. Quidam corrigunt, *flaccidos*, quasi languentes & fluxas atque laxas vestes intelligi voluerit: flaccere enim est languere. Inde in Apologia scriptum est: Oratio rebus flaccet, strepitu viget. Inde & cognomina Flaccorum, quorum scilicet aures essent flaccidæ. *Abundante.*] Quid si legas, *Vndante*? dicimus enim eleganter vestes vndantes, quæ instar vndarum fluctuant & vndantur. Alia nimirùm intelligitur vestis illa, quam Cymatilem ab vndis & fluctibus dicunt, quæ cymata nominantur: cuius meminit Plautus in Epidico. Namque Cymatilis vestis ex eo nomen accepit, quòd fluctuum similis sit, & textura ipsa fluctus & vndas imitetur: qualia hodiéque vestimenta symbalota vulgo nominitant. De hac cymatili veste Ouidium intellexisse arbitror, cùm ait: Hęc imitata vndas, nomen quoque traxit ab vndis. Quidam intellectum carminis Ouidiani ad cæruleum vestimentum referunt, qui color est vndarum. *Mitella.*} A mitra, quod muliebre tegumentum est, per diminutionem mitella deducitur, de qua Virgilius in ludicro poëmatio: Copa Syrissa caput Graia redimita mitella. Sicut pilea virorum sunt, auctore Seruio, ita mitræ fœminarum, quas calanticas dicunt. Hinc Virg. huiusmodi ornatum in viris quasi fœmineũ ac probrosum, criminatur, cũ ait: Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Arabes mitrati degunt, vt tradit Plinius. *Insequiorem sexum.*] Id est, muliebrem, qui sequior est, & alius à virili. *Incertus.*] qui ignorabat, delitescens sub habitu cultúque fœmineo. Potior lectio est, *Insertus*. nam qui induit vestimenta muliebria, quasi inseritur & transfiguratur in alterum sexum. Lex Iudaica, vt in Deuteronomio scriptum legimus, præcipit, ne mulier induatur veste virili, nec vir vtatur veste fœminea. Probrosum enim id est, nisi quis ea causa indueret qua Euclides fecerat: qui, vt scriptores annotauere, sub noctem, priusquàm adueſperasceret, tunica longa muliebri indutus, & pallio versicolore amictus, ad Socratem è domo sua clam contra decretum Atheniensium commeabat, vt sermonum doctrinæque Socraticæ fieret vel tantillo tempusculo particeps: rursúsque sub lucem milia passuum paulò amplius viginti, eadem veste illa intectus, domum redibat. Sensus est: Indutus cultu vestitúque fœmineo, & ita hoc æstu ignotus euasi. Legimus apud historicos, Volusium à triumuiris proscriptum, assumpo ha-

bitu ſacerdotali per itinera viáſque publicas ſtipem emendicantem, hac fallacia ſalutem quæſiuiſſe. *Per medias.*]lego, *per mediastacies. Infeſtis militis.*]infeſtorum infenſorúmque militum: numerus ſingularis pro plurali. quæ locutio apud ſcriptores omnes frequens & peræquè decora eſt. Liu. Romanus bello victor. In vſu quoque iuris frequenter, vt Caſelius ait, ſingulari appellatione, cùm plura generis eiuſdem ſignificare velimus. nam multum hominem veniſſe Romam, piſcem vilem eſſe dicimus. item nomine hæredis, plures hæredes continentur. *Liberos adiit.* }liberum acceſſum. Potes legere, *abitus*, vt ſit ſenſus: liberam abitionem, hoc eſt diſceſſum, ſibi conceſſam fuiſſe à militibus, opinantibus illum ex habitu fœminam eſſe. Virg. Amphitryoniades armenta habitúmque pararet *Depiles gene.*] Genas depiles dicimus, læuigatas, & ſine pilis: quales ſunt his quos inueſtes vocant. Talis autem vultus facilè fœminam mentitur, quem Horat. decenter ambiguum appellat. *Læui.* } Prima longa tractim legendum & ſcribendum eſt, vt læuor pro terſitudine, & læuatus pro expolito. Læuis optimo epitheto dicitur puer, & puericia, quæ ſcilicet nullo barbitio, nullis pilis hirſuta eſt. Mart. Læuior ô conchis Galle Citheriacis. Virg. læuis ocreas dixit, pro expolitas & læuigatas. *Deſcum.*] degeneraui. Populi deſciſcere dicuntur, qui ſi lem fallunt, & deficiunt ab eo quem colebant. Dicit ſe non degeneraſſe à gloria patris, cùm plerunque (teſte Manilio) degenerent nati patribus, natiſque parentes. *Habitus alieni.* } veſtimenti muliebris, quo fallebat oculos mortalium, & nullo quippiam ſuſpicante impunè graſſabatur, dum mulier eſſe creditur. *Aggrediens.* } quaſi aggreſſuris quibuſdam & graſſationibus inuadens *Viaticulum corraſi.*] Græci ephodion dicunt, quod noſtri viaticum, & per diminutionem viaticulum: verbum Plautinum & vetus eſt viaticari, quod ſignificat viaticum parare. Iuriſconſulti tit. de iudiciis: Futurũ ſit, vt impunè fraudẽ patiatur, & egeſtate Romæ laboret, viaticulo ſuo non recepto, quod ad ſumptus pater eideſtinauerit. *Corraſi.*] confeci, corripui, & quaſi radendo abſtuli. Sic & illud Terentianum, Abradi poteſt, exponit Donatus per vim auferri. Iuriſconſultus tit. de bonis damnatorum. Plerunque corraſas pecunias præſides ad fiſcum tranſmiſerunt. *Diloricatus.*]diſciſſis, diſſutiſque. Egeſippus in quarto: Quicunque reperiebant, diloricabant. *Iſtam.* } ſportulam. Qui coëunt collegium, & in ſodalitij ſocietatem cooptantur, ſolent conferre pecuniam ex conſtituto. Quod Martianus notat, qui ait: Dimittit tenuioribus ſtipem menſtruam conferre: & ſi quis in duobus collegiis fuerit, eligere eum oportet ex re-

ſcripto

ſcripto principali,in quo magis eſſe velit,accepturum ex eo collegio à quo recedit,id quod ei competit ex ratione,qui communis fuerit.id nunc nomine ſportulæ, & dotis ſignificatur. Nam ſicut vxor tradita dote recipitur à marito contubernium commune,ſitq; particeps rei maritalis: ita latro pecuniam quaſi dotem confert in collegium latronum tanquam vadem & prædam commilitii. Sportula autem,quod nemo non nouit, nomen eſt erogationis. Sportulantes Cyprianus eleganter appellat,ſportulis accipiendis operantes. Sportulam in nuptiali quoque feſtiuitate dari ſolitã, teſtis eſt Apul.qui in Apologia ait:Ne ciues denuò ad ſportulas conuolarent. De ſportula quæ clientibus & affectatoribus dabatur,de qua frequens mentio apud Iuuenalem,Martialem,cæteros, copioſiſſimè ſcripſimus in Suetonij commentariis. *Facturus auream.*] Hyperbole ſiue ſuperlatio eſt, congruens perſonæ latronis magnifici & iactanticuli, qui plenus gloriarum,& gladiatoriæ firmitatis conſcius, inſolenter pollicetur ſe domum latronum,quæ lapidea erat,& latericia,facturum auream:congeſtis ſcilicet coacernatiſque auri & diuitiarum gazis.ex latrocinatu & graſſatura. *Calculis omnibus.*} Cunctorum conſenſu & ſuffragiis dux latronum deſignatur. Calculos autem pro ſuffragiis dici, ſuprà ſcriptum eſt. & Plin. in epiſtolis inquit:Si modò tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. *Ducatum.*] præfecturam latrocinalem. Inter vocabula ancipitia,& quæ vtroque verſùm dici poſſunt,ducatus quoque eſt, qui non ſolùm pro bono principatu primatúque, ſed etiam pro malo accipitur. ſicut in loco, ducatus latronum in deteriorem partem vſurpatur. honorem quoque ita veteres dixerunt,vt etiam malus honos ſignificaretur.Metellus Numidicus: Tantò, inquit, ille vobis quàm mihi peiorem honorem habuit. quod ſignificat, maiore vos affecit iniuria & contumelia quàm me. Ducatus militares pro præfecturis vſurpant frequentiſſimè ſcriptores idonei. Si Mars Solem in horoſcopo conſtiturum aſpexerit, auctore Materno, ducatus,imperia, poteſtatéſque decernit. *Lautiuſculam.* } ſplendidiorem,& quæ duci latronum conueniret. *Centuculo.*} veſtimento pannoſo:ſuper cuius verbi ſignificatu multiplici affatim ſcripſimus in primo cõmentario. *Diuite.*}Repugnantia ſunt centuculus& diues,cũ centuculus propriè pannoſorum ſit,& ſordidulorum. Sed nunc ex cauſa ſcitiſſimè diuitem centuculum nominat,quaſi diuitiis fartũ:ex quo ſcilicet,diloricatiſpãnulis profuderat duo milia aureorũ. *In ſummo puluinari.* } Plautus ſummi ſubſellij virum decenter appellat eum,qui in ſũmo, hoc eſt in honoratiore loco honoris

cauſa diſcumbit: ſicut econtrariò imi ſubſellij & imi lecti vir accipitur, pro deſpectiſſimo, viliſſimóque. Legimus tamen apud priſcos, medium in menſa locum honoratiorem extitiſſe: quod & Xenophon tradit in Pædia Cyri: & nos ſuo loco non indiligenter annotauimus. *Qui.*]Quando. *Cœna inauguratur.*]Sermo ductus ex ſacerdotum verbis & ritu. Nam quando flamen, aut augur, aut pontifex in collegium cooptabatur, ſoliti erant lautiore cœna eſculentioréque ſacerdotalem dignitatem auſpicari. Macrobius refert, cœnam pontificis luxurioſiſſimam, in tertio Saturnalium, vbi ait Lentulum flaminem Martialem, quo die inauguratus eſt, triclinia lectis eburneis ſtrata habuiſſe, percenſétque edulia non parum multa ganeata, quibus cœna illa pontificum facta fuit, & inſtructa. Hinc ab Horat. dictum, Pontificum potiore cœnis. Hinc M. Varro in tertio de re Ruſtica ſcribit, Q. Hortenſium augurali cœna primum pauones poſuiſſe. cuius rei mentionem fecit & Plin. in 10. cuius verba cum variè legantur, variis interpretamentis tot ſerunt Plinianos enarratores.

*Tunc ſermonibus mutuis de virginis fuga, déq; mea vectura, & vtriq; deſtinata monſtruoſa morte cognoſcit: & vbi locorum eſſet illa percontatus, deductúſq;, viſa ea, vt erat vinculis onuſta, cõtorta & vituperanti nare diſceſſit. Et, Non ſum quidem tam brutus, vel certè temerarius, inquit, vt ſcitum veſtrum inhibeam: ſed malæ conſcientiæ reatum intra me ſuſtinebo, ſi, quod bonum mihi videtur, diſſimulauero. Sed prius fiduciam, veſtri cauſa ſollicito mihi tribuite: cum præſertim vobis, ſi ſententia hæc mea diſplicuerit, liceat rurſus ad aſinum redire. Nam ego arbitror latrones, * quique eorum rectè ſapiunt, nihil anteferre lucro debere ſuo, ac ne ipſam quidem ſæpe & alios damnoſam vltionem. Ergo igitur ſi perdideritis in aſino virginem, nihil amplius quàm*

Monſtruoſa morte.] vt ſcilicet virgo aſino exenterato, per mediam aluum nuda inſueretur: & ita fartilis aſinus ſuper ſaxum expoſitus, Solis vaporibus traderetur. *Cognorta nare.*]Hic, cui ducatus latronum vltrò delatus eſt, erat maritus capticiæ puellæ: quæ viſa, ne agnoſcere eam videretur, irriſione quadam & ſubſannatione, quaſi vituperans abſceſſit. Naſum enim, vt inquit Plin. ſubdolæ irriſioni dicauerunt: vnde nitem con-

ſine vllo compendio indignationem veſtram exercueritis. Quin ego cenſeo, deducendam eam ad quampiam ciuitatem, ibique venundandam: nec enim leui pretio diſtrahi poterit talis ætatula. Nam & ipſe quoſdam lenones pridem cognitos habeo, quorum poterit vnus magnis equidem talentis (vt arbitror) puellam iſtam præſtinare, condignè natalibus ſuis in fornicem proceſſuram, nec in ſimilem fugam diſcurſuram, nonnihil etiam, cum lupanari ſeruierit, vindictæ vobis depenſurã. Hanc ex animo quidem meo ſententiam conducibilem protuli. Sed vos noſtrorum eſtis conſiliorum rerúmque domini. Sic ille latronum fiſci aduocatus, noſtram cauſam pertulerat, virginis & aſini ſoſpitator egregius.

tortam & vituperantem decenter dixit, cùm vituperatorem deriſorémque ſignare voluiſſet. Naribus, vt inquit Quint. deriſus, contemptus, faſtidium ſignificari ſolet. *Tam brutus.*] Brutum dicimus ſtupidum, graué, tardum, hebetem, inſenſatum: cui ſapiens opponitur. Cyprianus in epiſtola de Demetriano: Nullus, inquit, effectus offerre lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto: cùm nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire. Verbum vetus eſt Obbruteſcere, quod ſignificat obſtupeſcere. Afranius: Non poſſum verbum facere, obbrutui Hor. dixit bruta tellus, pro graui & tarda, quod terræ perpetuum eſt. Inde bruta animalia, pro tardis & irrationabilibus. Plin. Bruta exiſtimantur animalium, quibus cor durum riget: vbi bruta accipit pro hebetioribus, tardioriſque intellectus. *Scitum.*] decretum & conſtitutionem. Sic enim plebiſcitum dictum eſt, ab eō verbo quod eſt ſciſcere. Hinc locus ille Plautinus ex Pſeudolo: Plebiſcitum non æquè ſcitum eſt. *Reatum.*] Sicut dicitur reatus homicidij & furti, ita reatum malæ conſcientiæ eleganter vocat pro crimine & culpa. Meſſala primus reatum dixiſſe traditur. *Intra me.*] Vetus verbum eſt, Conſcientia mille teſtes, & inquit Pacatus in Panegyrico: Habet occultos conſcientia carnifices, qui magis lancinant & torquent vitalia, quàm cruces, quàm verbera, quàm tormenta, vt Græci dicunt, ξυνείδησις πλήσσει καὶ ψυχὴν, conſcientia animam ferit. *Veſtri cauſa.*] Sum, inquit, ſollicitus & anxius non mea cauſa, ſed veſtra, & ſolicitudinem

pro vobis patior. Quærit apud A. Gel. Apollinaris Sulpitius, qua ratione dicatur, Habeo curam vestri aut misereor vestri: cùm videatur non vestri oportere dici, sed vestrûm: sicut Græci dicunt κήδομαι ὑμῶν. Nihil autem aliud rationis esse opinatur, nisi auctoritatem quandam vetustatis, non nimis anxiè nec superstitiosè loquentis: sed procul dubio qui rectissimè loqui vellet, vestrûm potiùs dixerit, quàm vestri. Noster Lucius dicere maluit vestri, quàm vestrûm, sicut à Plinio dictum est de terra: Quin & venena nostri misericordia instituisse credi potest. *Ad asinum.*] id est, ad sententiam vestram, qua decreuistis vt asino puella insuta perimatur. *Anteferre.*] Latrocinantur, & grassaturis vias infestant, ob solum lucrum. id faciunt, lucro cuncta postponentes, lucrum pluris facientes quàm vitam, quàm Deum: vt meritò dicere possint, Lucri bonus est odor ex re Qualibet: & illud, Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere. Si ergo secta latronum censet summum bonum esse lucrum, nónne debebat puella capticia magno potiùs vendi, quàm nullo facto compendio interimi? *Damnosam vl.*] Vindicta multis iucundissima rerum omnium est, iuxta illud: At vindicta bonum vita iucundius ipsa, & iram veteres diffinierunt, cupiditatem vltionis reponendæ. Sed latronibus, qui lucrum spectant, qui quæsticulo inhiant, vltio damnosa & sine compendio omittenda est, nec indignatio cum iacturâ exaturanda. *Ergo igitur.*] Archaismos est. Veteres enim, vt inquit Donat. particulis hasce multiplicabant. *Perditeritis.*] extinxeritis. *Compendio.*] lucro. *Censeo.*] Vtitur verbo illo, quo vtitur senator qui in senatu sententiam dicit. vt Cicero frequenter ait: Censeo patres conscripti. *Distrahi.*] vendi: verbum est peculiare iurisconsultorum. Distractio quoque pro venditione accipitur, vt suprà scripsi. *Talis et atula.*] Mancipia quæ adolescentiora sunt, & recentiora, longè maiore pretio distrahuntur quàm veterana: propterea quòd (vt scribit Vlpia. ad edilitium edictum) præsumptum est, ea mancipia quæ rudia sunt, simpliciora esse, & dociliora, & ad omne ministerium aptiora. Trita verò mancipia & veterana difficile est reformare, & ad suos mores formare: Quia igitur venalitiarij sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcircò interpolant veteratores seruos, & pro nouitiis vendunt. Annotandum est, venalitiarios dici à iurisconsulto, eos qui vendunt seruos: interpolare verò significat immutare, & in aliam quasi formam reformare. Sic à Plin. medicina dicta est ars interpolis, quoniam sæpe & immutata aliam atque aliam formam accepit. *Poterit vnus.*] In edicto prætoris continetur: Qui lenocinium facit, infamia notari, lenocinium

nium autem facit is (vt interpretatur Vlpianus) qui quæstuaria mancipia habuit. Apud Plaut. lenones graphicè describuntur, qui puellas scitulæ formæ magno pretio emunt, quas mox amatoribus prostituant, compendium vberius lucrúmque captantes. Apud Senec. in controuersiis leno emit virginem à piratis, vt in lupanari prostituat. In Persa leno sexaginta argenti minis puellam emit, decipitúrque dolis Toxili. *Præstinare.*] emere, verbum in hoc significatu frequens. Plautus quandoque dixit destinare, pro præstinare & emere. sic enim ait in Persa : Dij Déæque te agitant irati & scelus, qui hanc non properas destinare. Lenonis diminutiua sunt lenũculus & lenulus, quę vsurpat Plaut. & annotauit Pris. προπῶλον Græci vocant lenonem, scorta alentem. *In fornicem.*] Fornices dicuntur curuaturæ, quæ arcus aut cameras faciunt, siue naturales, siue hominum manu perfectæ sint: auctor Donatus, Virgiliani poëmatis commentator. De naturali fornice ait Vir. Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi. De extructis fornicibus exempla affatim suppetunt. Cic. fornicem Fabium memorat, qui fuit arcus iuxta regiam in sacra via, à Fabio censore constructus, qui deuictis Allobrogib. nominatus est Allobrogicus. Quoniam verò meretrices in eiusmodi locis & cellulis prostare consueuerunt, factum est vt fornix pro lupanari & cella meretricia accipiatur & fornicari pro scortari, & fornicator pro scortatore, & fornicatio: quibus verbis scatent descriptores ecclesiastici, quæ vix inuenias apud priscos illos tersiores puriorésque conditores. Scribit Paul. de fundo instructo, quòd balneatorio instrumento legato continetur & fornicator. Vbi fornicator dici videtur minister fornicis in balneo calefactandi. Item ad legem Aquiliam mentio fit fornicarij. Plin. Palma, inquit, e contrariò fornicatur, id est, curnatur ad fornicis similitudinem, & ita omnes prisci, qui purissimè loquuti sunt, vsurpant hæc verba alio significatu quàm faciant ecclesiastici scriptores, & indoctum vulgus vsurpet. Nec ego fornicatorẽ dicere ausim pro scortatore, nec fornicari pro adulterari &c. quæ in ore idiotarum sunt. Sed ad propositum: Quidam à furuo, quod nigrum significat, fornicis nomen deriuare nituntur an rectè, ipse viderint. Ruffus declamator de puella in lupanari deducta dixit oppidò quàm decenter: Redoles adhuc suliginem fornicis. Satyrographus fornicem optimo epitheto olentẽ nominauit à fœtutinis scilicet & graueolẽtia lupanaris. Sẽsus est Apulcij: puella à leone empta prostituetur in lupanari, quæ fœditas erit condigna natalibus, & ex hac virginis prostitutione

tam obſcœna; ex hoc meretricario puellæ quæſtu tam impuro, nonnihil vindictæ latronibus perſoluetur. Quam enim maiorem vltionem poſſet homo depoſcere ex fœmina inimiciſſima, quàm videre illam in lupanari inter lupas, inter lenonias puellas, lenonis iuſſu proſtitutam, & corpus paſſiuo pudore prophanantem? quam etiamſi nemo violaret, locus ipſe violauit. Solet, quoniam de lupis & lupanari ſermo incidit, titulus ſuperponi cellæ ſingularum meretricum, & nomen puellæ in liminari cellæ fronte perſcribi, vt ita noſcatur, in qua quæque cella proſtituat. Quod docet Seneca, ſic ſcribens in 2. Suaſoriarum: Deducta es in lupanar, accepiſti locum, pretium conſtitutum, titulus inſcriptus. & mox paulò: In communi loco ſtetiſti, ſuppoſitus eſt cellæ tuæ titulus, venientem recepiſti. Item, Nomen tuum pependit in fronte, pretia ſtupri accepiſti. Ex his Senecæ verbis iam ſatis planum eſt, cur dixerit Iuuenalis, Titulum mentita Lyciſce: cur Mart. ſcripſerit, Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ. Annotandum obiter, dici à Seneca communem locum pro lupanari, ſicut vulgò hodiéque lingua vernacula nuncupatur. Ceſtius declamator tradit, virginem, quæ ſteterit in lupanari, etiamſi à nemine violetur, loco tamen ipſo violari. Huic ſententiæ Ceſtij reclamant eccleſiaſtici ſcriptores, & in primis Ambroſius, qui ita proclamat: Non lupanaria infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam: & ſicuti radius ſolis in luto & cæno non inquinatur, iſta caſtitas fornicis fœditate non polluitur. In decretis canonicis 34. q. 5. id latiſſimè explicatur. *Talentis magnis.*] Terent Si quis daret talentum magnũ. Priſcianus in libro de ponderibus ſic ſcribit: Talentum paruum eſt minæ 60. talentum magnum minæ 83. & vnciæ quatuor, talentum Atticum ex computatione Romanis ponderibus pendit pondo, hoc eſt libras 80. Græcè dicitur μάδιον. Annotauerunt ſcriptores, multa fuiſſe genera talentorum, vt Rhodiũ, quod erat quatuor millium. D. denariorum: Alexandrinum, quod erat mille denariũm: Neapolitanum, ſex: Syracuſanum trium, Rheginum victoriati vnius. Eſt autem victoriatus, nummus à nota victoriæ ſic nominatus, cuius frequens mentio apud Plin. Celſum, cæteros. Fuit & talentum Ægyptium, quod taxatur ſeſtertiis 16. *Conducibilem.*] vtilem & accommodam. Plautus in Epidico: Reperiamus aliquid calidi conducibilis conſilij. Conducere enim, vnde conducibile deriuatur, ſignificat vtile eſſe: conducenter aduerbium, pro vtiliter & congruenter. *Latronum fiſci aduocatus.*] Alluſio ad fiſci principis aduocatum. Fiſcus autem, vt in commentariis Suetonij diligenter annotauimus, propriè ad principẽ pertinet,

pertinet,ærarium verò ad rempublicam. De iure fiſci titulus eſt apud iuriſconſultos,& apud eoſdem de aduocato fiſci,ſcribit Vlpianus: Fiſcus alicui ſtatus controuerſiam faciat,quòd fiſci aduocatus adeſſe debet. quòd ſi ſine fiſci aduocato pronuntiatum ſit, Diuus Marcus reſcripſit, nihil eſſe actum. Sicut ergo fiſcus principis & aduocatus fiſci dicitur,ita nunc aduocatum fiſci latronum feſtiuè nec inſcienter appellat. Illud Satyrographi, Res fiſci eſt vbicunque natat: intelligendum planè eſt de fiſco principali, tanquam ad principem pertineret captura piſcis generoſi. *Noſtram cauſam.*] Hoc Apuleius propter ſe dixit,qui in aſinum tranſmutatus, iam ex ſententia latronum neci vnà cum virgine fuerat deſtinatus. Vtriuſque ſaluti conſulebat nouitius latro,qui ſponſus erat virginis.

Sed in diutina deliberatione ceteri, cruciantes mora cõſilij mea præcordia, imò miſerum ſpiritum, libenter tandem nouitij latronis accedunt ſententiæ: & protinus à vinculis exoluunt virginem. Quæ quidem ſimul viderat illum iuuenem, fornicíſque & lenonis audierat mentionem, cœpit riſu lætiſſimo geſtire: vt mihi merito ſubiret vituperatio totius ſexus, cùm viderem puellam proci iuuenis amore,nuptiarúmque caſtarum deſiderio ſimulato, lupanaris ſpurci ſordidíque ſubito delectari nomine. & tũc quidem totarum mulierum ſecta, moréſque de aſini pendebant iudicio. Sed ille iuuenis ſermone repetito: Quin igitur, inquit, ſupplicatum Marti comiti pergimus, & puellam ſimul vendituri & ſocios indagaturi? Sed,vt video,nullum vſpiam pecus ſacrificatui, ac ne vinum quidem potatui affatim vel ſufficiens habemus. Decem itaque mihi legate comites,quis contentus proximum

Mora conſilij.] Cunctatione conſultationis, conſiliíque latrocinalis, ſua præcordia lancinata diſcruciatáque eſſe ſignificat. *Nouitij.*] Nouitium à nouo dictum inclinatúmque eſt. Nouitij, vt indicat Varro, dicuntur ſerui noui in familia empti. A Plinio nouitium inuentum dicitur, pro nouum. Hodie nuper aſciti in religionem,nouitij vulgo nominãtur. *Fornicis & lenonis.*] Dixerat enim nouitius latro, fornici & lupanari virginem debere tradi ac mancipari. *Riſu lætiſſimo.*] lætitiã

præferente : quia ſcilicet illum recognouerat non latronem eſſe, ſed ſponſum. quòd ſi legas latiſſimo, expones pro cachinnabili & lato & ſpatioſo riſu, qualis interdum latiſſimè effunditur. Phyſici dicunt, quod & Lactantius credit, lætitiæ affectum in ſplene eſſe, intemperantiámque ridendi conſtare ex lienis magnitudine: verùm hæc viderit Democritus. Me, vt inquit Cæſar apud M. Tul. non pudet neſcire, quo pacto riſus concitetur, vbi ſit, quomodò exiſtat, atque ita repentè erumpat vt eum cupientes tenere nequeamus: quæ ne ipſi quidem illi ſciunt, qui ſcire ſe pollicentur. *Geſtire.*] gaudere, & geſtu quaſi quodam corporis gaudium intimum lætitiámque animi demonſtrare. *Subiret.*] venitet in mentem. Subire, Plinio frequenter eſt ſcandere: qui ait in quarto, Hemi excelſitas ſex M. paſ. ſubitur. *Totius ſexus.*] Scilicet fœminei. Ex præcepto diſciplinæ Rhetoricæ, ob vitium vnius tota natio minimè infamanda eſt. Sic & Ouid. Parcite paucarum diffundere crimen in omnes. *Proci amore ſimulato.*] Ita ſuſpicabatur Apuleius ex re præſenti, virginem hanc ſimulaſſe ſe angi deſiderio ſponſi: quoniam ſcilicet vetulæ denarrauit, ſe ex gremio matris raptam viduatam eſſe amplexibus adoleſcentis, qui iam maritus ipſius nuncupatus fuerat. *Totarum mulierum ſecta.*] Sicut philoſophorum ſectas quorum dogmata ac placita non probamus, inſectari & incuſare ſolemus, ita ſectam fœminarum tanquam improbam, & improbis dogmatibus refertam, vituperare cœpit, atque infamare mores fœminarum, cùm reuera crederet virginem arriſiſſe, quaſi ex deſiderio ad nomen lupanaris & fornicis. Totæ Euripidis tragœdiæ in mulieres maledicta ſunt. Verſiculi Græci fœminas inſectanter criminantur. γυνὴ γυναικὸς οὐδὲν διαφέρει, nihil fœmina differt à fœmina. οὐ γὰρ γυναιξὶ πίστιν ἐν σοὶ δεῖν, id eſt, in fœminis fidem videre non eſt. θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ τρία κακὰ τέλει: Mare, ignis, fœmina, ſunt mala tria. *Martis comiti.*] Non ſecundum Latinitatis elegantiam, ſed ἀκύρως, id eſt impropriè, Martem nominaſſe comitem videtur: cùm propriè comes pro inferiore perſona accipiatur, dicatúrque is qui digniorem aſſectatur, comitatúrque. Nam, vt docet iuriſconſultus tit. de iniuriis, comitem accipere debemus eũ, qui comitetur & ſequatur, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus. Inter comites vtique & pædagogi ſunt. Dux & omnes oppomuntur, vt dux ſit ille qui præit, comes qui ſubſequitur. Hinc Plinianum illud,

caſtellum petam, inde vobis epulas, & alias res compæraturus. Sic eo profecto, cæteri copioſum inſtruunt ignem: aram cæſpite virenti Marti Deo faciunt.

Eum

Eum ésse tui consilij ducem, me comitē, decet. Priscianus tamen in proœmio operis sui dixit: Te comice, te quasi sole quodam dilucidiùs crescat. vbi comes honorifica appellatione, sicut & hic, vsurpatur. Præterea comites à recentioribus scriptoribus identidem cum laude dicuntur. Sic Ammianus Marcellinus: Comes, inquit, orientis Nebridius erat. it m, Magontianę comitem partis exulari morte mulctauit. item, Iuncto ad audiendi societatem Vrsulo largitionum comite. vbi semper comes nomen dignitatis est. Hic verò Mars comes cognominatur, magis vocabulo honoris quàm dehonestamenti: vt comitem exponas proeo qui comitetur, sequatur, foueat in bellum euntes, & in expeditionem latrocinalem progredientes. Vnde & in alio consimili cognomine secutor dictus, nimirùm à sequendo aliàs secutor nomen est gladiatorium, de quo apud Suetonium. *Vlpian.* } vllo in loco: nusquam, nullibi, nullo in loco. *Sacrificatui.* } ad sacrificandum. *Potaui.*] Corrigo, *potatui*, vt conueniat cum dictione illa sacrificatui. Est enim sensus, vinum non habemus potatui: hoc est, ad potandum satis copiosum ac sufficiens: ideóque id quærendum est, assumptis comitibus. *Legate.*] tradite, mecum mittite. Sallustius: Tres adolescentes in Africam legantur. *Quis.*] quibus. vetus elocutio. *Castellum.*] Præter notissimam significationem, Castellum quoque dicimus receptaculum, quod aquam publicam suscipit: vt docet Vlpianus, interpretamento interdicti pratorij de aqua quotidiana & æstiua. Hoc significatu scripsit Plin. Agrippā fecisse castella 130. fontes centum 5. Hinc illud quoque Frontini ex eodem intellectu dictum est: Auctor castellorum, operum, lacuum Netua. Et corrigendus est obiter vulgi error, castellanos vocantis præfectos artium: cùm castellani ab his qui Latinè & puriter scribunt, dicantur castelli habitatores: sicut oppidani, sicut vrbani. Præstò sunt exempla innumera, sed vnum aut alterū, quod in præsentia suppetit, retulisse sufficiet. Liuius: Ilotarū dein quidam; hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus. item: Stipem castellanis colligens. Et quoniam à Liuio mentio fit Ilotarum, scito Ilotas dici ab historicis, seruitia famulitiáque Lacedæmoniorum, quales Penestæ Thessalorum, quorum meminit Aristoteles in Politicis. *Aram cespite virenti*] Cespiticiam aram significat. Sic enim appellatur ex cespitibus constructa, quibus simplicitas rustica antiquitùs mensas torósque conficiebat. quod & Tibullus signat illo verso: Cespitibus mensas, cespitibúsque torum. Plin. ait cespites castrorum vallis accommodos esse. De aris cespiticiis mētio fit à Iulio Capitolino in deseri-

ptione hecatombes, cuius verba subiecí, quæ sunt hæc: Hecatombe tale sacrificium est, centum aræ vno in loco cespiticiæ extruuntur, & ad eas centum sues, centum oues mactantur. Cespiticium quoque tribunal antiqui dixere, quo erat militare atque castrense, quod ex cespitibus in castris milites factitabant. quod denotat Lucanus, cùm ait in 5. Pharsaliæ, Stetit aggere fulti Cespitis intrepidus vultu.

Vinarios vtres.] Hircini vtris vinatij cinis, vt inquit Plin. sanguinem sistit. *Pecua.*} Annotatum aliubi est, vetustissimos dixisse hoc pecu singulariter, & hæc pecua pluraliter: quod & Priscianus docet in 6. vnde pecuarij homines dicti, qui pecuarias habent: & pecuaria, pecoris pastio, cuius pecus est fundamentum, vt memorat Varro. pecuatus quoque pro stulto apud antiquos vsurpatur. *Comminantes.*} simul agentes. Minare enim est agere gregem, & ante se propellere. quod verbum in quotidiano sermone vulgi est, & in vsu eruditorũ. In libro Hieremiæ scriptum legimus, Me mina-

Nec multò pòst aduéniunt illi, vinários vtres ferentes, & gregatim pecua comminantes, vnum præléctum grandẽ hircum, annosum & horricomen, Mærti secutori comitíque victimant: & illicò prandium fabricatur opiparè. Tunè hospes ille: Non modò, inquit, expeditionum, prædarúmque, verùm etiam vóluptatum vestrárum ducem me strenuũ sentire debetis. Et aggressus insigni facunditate, gnauiter cuncta præministra, verrit, sternit, coquit, tuceta concinnat, apponit satulè: sed præcipuè pocúlis crebris, grandibúsque singulos ingurgitat. Interdum tamen insimulatione promendi aquæ * poscebat, ad puellam commeabat assiduè, partésque subreptas clanculò, & prægustatas à se portiones, offerebat hilaris. At illa sumebat appetenter, & nonnunquam basiare volenti, promptis sauiolis adlubescebat. quæres oppidò mihi displicebat. Hem oblita es nuptiarum, tuíque mutui cupitoris, puella virgo? & illi nescio cui recenti marito, quem tibi parentes iunxerant, hunc aduenam cruentúmque percussorem præponis? Nec te conscientia stimulat? sed affectione calcata, inter lanceas*

& gla-

& gladios istos scortari tibi libet? Quid si quomodò cæteri latrones persenserint, non rursum recurras ad asinum, & rursum exitium mihi parabis? Reuerà ludis de alieno corio.

uit & adduxit in tenebras. item, Simul agricolæ & minantes greges. *Prælectum.* Significat eximiam siue egregiam victimam. Eximiæ enim siue egregiæ hostiæ dicuntur nomine sacerdotali, quæ ad sacrificium destinatæ eximantur è grege: vel quòd eximia specie, quasi offerendæ numinibus, eligantur. auctores Macrobius, Neratius, cæteri. Super quo ita scribit Donatus: Eximij sunt porci maiores, qui ad sacrificandum electi sunt: boues, qui ad hoc electi sunt, egregij dicuntur, & boues lectæ. Virgil. Mactant lectas de more bidentes. Mos autem de prælegendis bidentibus, auctore Seruio ille seruabatur, ne habeant caudam aculeatam, nec linguam nigram, nec aurem fissam. *Hircum.*] Pomponius in Atellana, Marti verrem sacrificandum dixit, cùm ait: Mars tibi voueo facturum bidenti verre: vbi facturum accipe, pro sacrificaturum. M. Cato in re Rustica, Marti solitaurilia sacrificat, cuius verba subscripsi: Mars pater macte hisce solitaurilibus lactantius esto. Sunt autem solitaurilia, sacrificia ex sue, oue, tauro facta: vnde & nomen. de quo sacro Liuius, Quintil. Asconius, Festus, cæteri. *Horrito-rem.*] horrentibus villis hispidum & hirsutum. *Victimant.*] sacrificant. Victimare, est victimam immolare: vnde & victimarij dicti, qui præsunt immolationi victimarum. Apud Suetonium cultrarius significatur minister sacrorum, qui cultro victimat, hoc est immolat hostiam. Popas quoque tales ministros vocant, & ita leges apud eundem Tranquillum in Caligula. Succinctus poparum habitu: id est, victimariorum. Hoc obiter annotaui, vt retractarem locum Suetonii, quem per incuriam dormitans transmiseram: apud quem in omnibus codicibus legitur, poparum habitu. Tersior lectio & doctior est, poparum. Locum hunc Hermolao Barbaro acceptum referimus: est enim ingenui vt scis, pudoris fateri per quos profeceris. *Opiparè.*] lautè. Veteres opiparum dixere, magnarum opum apparatum. Scribit Cicero, se accepisse Cæsarem iucundè, opiparè & apparatè. *Hospes ille.*] Nouicius ille significatur, cui ducatum latrones detulerant. *Verùm etiam voluptatum.*] Sicut, inquit, in paranda præda & expeditione obeunda vobis fui dux, ita & in voluptatibus cibariæ rei condiendæ concinnator, structor, primarius esse discupio: & ipse semet quasi sympoſiarchaun & archi-

Digitized by Google

triclinium vltroneus exhibet. *Gnauiter.*] strenuè & celeriter. *Verrit.*] Qui apparat cœnam, curat vt versa & munda omnia sint, iuxta illud Satyrographi: Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. Cato præcipit, vt villica villam versam mundámque habeat. Prisci Deam nomine Deuerra colebant, quæ præerat verrendis domibus. Scoparium vocant conuerritorem, hoc est, ministrum illum qui scopis verrit domum & cuncta venustat. *Sternit.* } Plautus eleganti vocabulo lectisternatorem appellat, qui lectis mensisque sternendis præest. Sic enim ait in Pseudolo: Tu esto lectisterniator, tu argentum id extruito. *Tuceta concinnat.*] edulia pretiosa concinniter facit, parátque. Quæ sint tuceta, quid concinnare significet, suprà annotatum est. *Satulè.* } abundanter & copiosè, quasi à satis dictione deducta. Quid si legas, *scitulè*? quasi iucunda omnia, scitíque saporis apposita esse significet? *Poculis cre.* } Prima cratera ad sitim pertinet: secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Bacchus triplicem vim possidet, vt inquit Æsopus fabulator, πλὼ μὲν ὑφαίνω ἡδονῆς, πλὼ δὲ δευτέρῳ μίξῃς, πλὼ δὲ τρίτῳ ὕβρεως: hoc est, primam quidem voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam insaniæ & furoris. Ex vino, vt inquit Plin. rerum omnium obliuio est, mórsque memoriæ. Vino sapientia obumbratur, ingenium obruitur, vigor animi impeditur. In hanc sententiam inquit A. Gell. crebris & ingentibus poculis omne ingenium iniurgitabat. *In simulatione promendi.* } Sensus est, dum simulat se promere velle, & ad mensam inferre quæ vsui cõuiuali erant necessaria, itabat subinde ad puellam, illíque partes eduliorum gaudibundus offerebat: hoc autem faciebat tanquam sponsus ad sponsam. A promendo promus dictus, qui præest promendis cibariis, ex promptuario. sic enim appellatur cella penuaria. Plaut. Ego sum promus condus, procurator peni. Apulcius graphicè promum librorum dixit, qui præest promendis libris & quasi bibliothecarius est. A Boëtio promptuaria memoriæ eleganti translatione dicta sunt, quasi repositoria, quibus doctrinas memoria concredidit, quæ præstò sunt aĉ depromuntur eadem exigente. *Partes.*] escarum scilicet & eduliorum. Suet. in Caligula: Equiti Romano contra se hilariùs auidiúsque vescendi, partes suas misit. Cyrus, vt memorat Xenophon in Pædia, quem ex amicis charis. honoratissimúmque haberi volebat, ad eum mittebat partes cibariorum ex mensa. De hisce obsoniorum partibus conuiualibus, suprà copiosiùs scripsi, explicato Græco prouerbio. *Prægustatas.*] Inde prægustatores dicti, qui epulas & pocula

pocula prægustant in mensa principum, explorántque ne quid veneno infectum inferatur: auctor est Tranquillus. Epulanti Claudio, venenum datum est per spadonem prægustatorem. *Appetenter.*] sitienter, auidè, cupienter. Appetentiam eleganter appellat Plin. appetitum. M. Tullius ait, Romanos gloriæ appetentes fuisse vltra cæteras gentes. Appetones dixit antiquitas, homines appetentes & cupidos. *Samiolis.*] osculis amatoriis. *Adlubescebat.*] lubens accedebat, placebátque. Adlubescere enim, ab eo quod lubeat dictum est. Plaut. in Milite: Hercle verò iam adlubescit primulum. vbi adlubescit significat, lubere, hoc est placere incipit. Adliuescit dicitur, pro liuere incipit: hoc est, liuidum fieri. *Oppido*] valde. *Enoblita.*] Asinina indignatio, & quædam quasi secum expostulatio, de puella quam viderat iuueni arridentem, ignorans scilicet hunc esse virginis maritum, qui latro esse credebatur. *Mutui cupitoris.*} sponsi scilicet & mariti, qui te mutuiter cupiebat. *Nescio cui.*] De homine nobis ignoto sic loquimur. Plaut. Hic nescio quis loquitur. *Huic adue.*} Magnum pondus est, vt inquit scitissimè Donatus, in pronominibus. sic Propert. Iste quod est, ego sæpe fui. *Affectione cal.*} posthabito amore coniugali, postposita verecundia: qua deposita, virtutes omnes in fœmina corruunt. *Et gladios istos.*] Expressit habitum cultúmque latronum, qui semper gladiis accinctis sunt, qui semper lanceas in manibus gestant. Germani frameas vocant lanceas breui ferro, & ita ad vsum habili, vt eodem telo (prout ratio poscit) vel cominùs, vel eminùs pugnent. aliàs framea dicitur gladius. *Scortari.*} libidinari, lasciuire, & instar scorti plurib. corpus prostituere. Propriè scortari (vt docet M. Varro) est meretriculam ducere: quod pertinet ad viros. Inde & scortatores dicti sectatores scortorum atque meretricarij. *Recurret ad asinum.*} Hoc secum mussabat Apuleius, salutis suæ metuens: ne scilicet iterùm sententia latronum morti simul destinaretur. *De alieno corio.*} Prouerbiale est, quod significat, quasi tu dicas alieno, non tuo periculo ludis: vt corium meum, & cutis, propter ludum tuum lancinetur: ex libidine tua periclitabor, impudicitia tua mihi magno constabit. Metaphora sumpta ab his lusoribus, qui ludunt de aliena pecunia, quorum alea fit cum aliena iactura. Potes hoc quoque referre ad nummos, qui olim ex corio fiebant. Et Numa Pompilius, vt scriptores annotauerunt, in congiario dedit asses scorteos: sic enim nominatur nummi ex corio facti. Hinc illud Hieronymi: De thesauris tuis ne scorteum quidem nummum protetre possis. Donatus quoq; in commentariis Virgilianis, Pecuniã autẽ

mat ex corio bubulo priſcis temporibus fuiſſe : & inde dictam pecuniam, quòd ex pecore fieret. Placet ſimpliciter exponas, vt ludis de alieno corio, dictum ſit propter aſini pellem : ſicut dicimus, ludis de alieno auro, quando quiſpiam non ſuam, ſed alienam pecuniam ludit in foro aleatorio: ex quo fit, vt qui ludit, impunè ludat, citra ſollicitudinem: altero, cuius pecunia luditur, anxio & periclitante. Apud Plaut. Concidere corium eſt, lacerare flagris tergum & pellem hominis vapulantis: & ita eſt exponendum. Cui ſubſcribit illud Senecæ, ſcribentis in Suaſorijs : Quòd filius M. Tullij flagra protinus & afferri iuſſit, & Ciceroni patri de corio Ceſtij ſatisfecit.

*Dum iſta ſycophanta ego mecum maxima cum indignatione diſputo, de verbis eorũ quibuſdam dubijs, ſed non obſcuris prudenti aſino, cognoſco, non Hæmum illum prædonem famoſum, ſed Lepolemum, ſponſum puellæ ipſius. Nam procedente ſermone, paulo iam clariùs, contempta mea præſentia: * Quieuere mortui*, bono animo es, inquit, Charite dulciſſima, nã totos iſtos tuos hoſtes ſtatim captiuos habebis. Et inſtãtia validiore vinũ iam immixtum, ſed modico tepefactum vapore, ſaucys illis & crapula vinolentiáque madidis, ipſe abſtemius, non ceſſat impingere. Et herculẽs ſuſpicionem mihi fecit, quaſi ſoporiferum quoddam venenum cantharis immiſceret illis. Cunctis denique ſed prorſus omnes, vino ſepulti iacebant, omnes partim parati morti. Tunc, nullo negõtio arctiſſimis vinculis impeditis ac pro arbitrio ſuo conſtrictis illis, impoſita dorſo meo puella, dirigit greſſum ad ſuam patriam.*

Sycophanta.] calumniator, falſus incuſator, qui falſò puellam mecũ accuſabam : cùm ille cui adlubeſcebat, eſſet ſponſus virginis. συκοφαντεῖν apud Græcos eſt calumniari. ſycophanta dicitur calumniator. Qui ſycophantam dici autumant ficorum comedonẽ, labuntur errore non dubio. Sed ſuper hoc verbo aliubi plura. *Prudenti aſino.*] Quæ ſcilicet aſinus prudens & ſolers, qualis erat Apuleius, intelligere potuiſſet. *Famoſum.*] Significanter loquutus eſt. famoſus enim dicitur quidem inclytus, ſed ex malis artibus: vt famoſos appellant iuriſconſulti, eos qui infamia notan-

tur

tur. *Iam cariùs* }Lege,*clariùs*, id eſt,clariore voce,& ſubaltiore. *Quieuere mortui*]Obelo expungendum hoc eſt, tanquam ſubditicium, & alieno loco inculcatum:nec enim conuenit exponere,operantes Veneri iacuerunt quaſi mortui, atque animam anhelantes: nec ad latrones referri congruenter poteſt, quòd tanquam mortui quieuerint, obruti vino, & crapula conſepulti. *Es.*}ſis,eſto:vetus locutio. *Charite dulciſſima.*] Hoc nomine, quod Gratiarum nomen eſt, quod gratiam ſignificat, capticia hæc puella nominabatur. *Dulciſſima.* } Ex affectu coniugali dictum. Nam, vt vetus prouerbium eſt, Sua cuique ſponſa eſt dulcis: & imprimis dulciſſimæ ſunt vxores primis diebus illis & noctibus quæ plenæ ſunt amoris, plenæ dulcedinis,plenæ mellitiſſimæ ſuauitatis. *Tuos.*]Hoſtes ſignificat. *Vinum iam immixtum.*]Denotat vinum propinatum fuiſſe latronibus à ſponſo Charites medicatum, commixtúmque venenis, vel potiùs medicamentis ſoporiferis:quale opion eſt, qui ſuccus eſt papaueris,vi ſomnifica præcellens, cuius largior copia mortifero ſomno necat. *Sauciis.*}Vinum inſtar teli cerebrum ferit fumi calentis aſpergine:auctor Macrobius in 7. Saturnal. *Crapula.*}Ariſtot.in Problematis ad vinum pertinentibus: Crapula, inquit, eſt feruor quidam & inflammatio, quæ plus conflictat, quàm temulentia: quod mentem illa quatit & alienat, crapula autem mente ſibi conſtante dolorem admouet. Plin.in 23.Reſignatum vinum,inquit,nulli conducit, capitis dolorem & vertiginem facit. ab hoc dicta crapula eſt. Quibus verbis ſignare videtur, crapulam κεφαλῆς κάρος, id eſt à capitis dolore nominatam. Idem in 9. crapulam ait flore reſinæ crudo,& feritatem nimiam,frangíque viris. Græcè dicitur κραιπάλη. *Abſtemius.*} ſobrius, & vino abſtinens. Priſci enim vino temetum nomen indiderunt. Vnde temulentia appellata,ebrietas & abſtemius dictus ſobrioſius,quaſi abſtinens temeto, hoc eſt vino. Abſtemius quoque dictus,qui abſtinet: vt apud Horat. In medio potorum abſtemius. *Hercules.*]Certè, per Herculem: aduerbium eſt. *Impingere.*] ingerere:aliàs illidere.Hieronymus: Impegi in Danielem. *Venenum.* } Qui venenum dicit,vt ſcribunt iuriſconſulti,adiicere debet vtrùm bonum ſit, an malum, nam & medicamenta venena ſunt. Græci pharmacon dicunt, quod nos venenum: quo nomine apud illos quoque tam medicamenta quàm noxia venena continẽtur. Eſt ergo venenum φάρμακον,quod inter ancipitia vocabula numeratur. *Cantharis.*] poculis vinariis. Cantharum Libero patri dicatum, vt ſcyphum Herculi,ſciunt omnes. In cœlo eſt cantharus,tribus ſtellis con-

ſtans:in aquario,vt docet Maternus.Obiter annotandum,Græcè κάνθαρον dici ſcarabeum:de quo intelligendum apud Laërtium, ſcribentem , Deorum colloquia fieri per cantharum & accipitrem.Fidus interpres,per ſcarabeum dicere debebat.Scarabeum autem inter numina Ægyptiorum coli,teſtis eſt Plin. in 30. Idē in 11 tradit,locum eſſe in Thracia paruum, appellatum Cantharoletron,à pernicie ſcarebeorum, in quo vnum hoc animal exanimatur.Eſt & cantharias gemma,ab effigie ſcarabei cognominata. *Vino ſepulti.*]Virgilius:Somno vinóque ſepulti Procubuere.*Negotio.*]difficultate. *Impeditis.*]illigatis.Impedire enim,ſicut compedire,eſt innectere & illigare. Horatius:Nunc decet vmbroſa nitidum caput impedire myrtho.Hieron.vinculatos dixit, pro vinculis impeditos:ſcitè magis quàm eloquenter. *Impoſita dorſo.*] Lucianus narrat, manum militarem ad latrones capiendos acceſſiſſe: intérque illos milites fuiſſe ſponſum virginis capticiæ,qui puellam dorſo impoſitam ad ſuos reduxerit.

Ad votiuum conſpectum.] ad optatum & votis expetitum ſpectaculum.Votiuus enim hoc in loco ſignificatur , voto deſideratus. Alias votiuũ dicimus, quod ex voto debetur & ſoluitur: ſicut ludi votiui, apud Liuium , & apud Horatium: Paſcitur in reditum veſtrum votiua iuuenca. Votiuum veteres dici voluerunt,religione aliqua prohibitum , ſiue interdictum.*Parentes.*] affines.Dialyton eſt , ſiue aſyndeton,quæ exornatio à noſtris

Quam ſimul acceſſimus , tota ciuitas ad votiuum conſpectum effunditur.Procurrunt parentes,affines,clientes,alumni , famuli , læti , faciem gaudio delibuti.Pompam cerneres omnis ſexus, & omnis ætatis:nouúmque & herculeme morandum ſpectamen , virginem aſino triumphantem. Denique ipſe etiam hilarior pro virili parte , ne præſenti negotio vt alienus diſcreparem , porrectis auribus , proflatiſque naribus , rudiui fortiter , imò tonanti clamore perſonui. Et illam thalamo receptam commodè parentes ſui fouebant: me verò cum ingenti iumentorum ciuiúmque multitudine,confeſtim retrò Lepolemus agebat, non inuitum.nam & aliàs curioſus , & tunc latronum captiuitatis ſpectator optabam fieri : quos quidem colligatos adhuc vino magis , quàm vinculis,deprehendimus. Totis ergo prolatis erutiſque

tiſque rebus, & nobis auro & argento cæteríſque onuſtis, ipſos partim conſtrictos (vti fuerant) prouolutóſque in proximas ripas præcipites dedere; alios verò ſuis ſibi gladys obtruncatos reliquêre.

dicitur, Diſſolutũ: quæ fit, quando oratio nulla coniectatione interpoſita, ſimpliciter effertur: vt, Eunt, quærunt, inueniunt, afferunt. *Alumni.*] qui in illius domo alebantur. *Læti faciem.*] facie lætitiam præ ſe ferentes. Archaiſmos eſt, vſitata apud veteres elocutione. Sic Virgilius: Nuda genu, nodóque ſinus collecta fluẽtes. *Gaudio delibuti.*] lætitia, &, vt Hieronymi vocabulo vtar, gaudimonio repleti, perfuſíque tales gaudibundos appellant. Ad animum tranſtulit, quod eſt corporis: imitatus Terentium ſic ſcribentem in Phormione: Satin eſt, ſi delibutum gaudio reddo? Delibutus propriè vnctus & vnguento nitens dicitur. *Spectamen.*] ſpectaculum. *Vt alienus diſcreparem.*] Præſenti negotio diſcrepat perinde ac alienus, qui ſe rebus præſentibus non accommodat, qui in lætitia publica triſtatur, qui hilaro omnium vultu frõtem corrugat. Prudentis eſt (vt aiunt) ſeruire temporibus. Ille laudatur vt circunſpectus & conſultus, qui præſenti negotio ſeſe comparem præſtat: qui facit, quod Plauti Sofia: vultum è vultu comparat: triſtis ſit, heri ſi triſtes: hilarus ſit, ſi gaudent. *Proflatis naribus.*] largo copioſóque flatu anhelantibus. Sic Virgil. Proflat de naribus ignem. *Rudiui.*] Aſinorum propriè rudere eſt, ſicut hinnire equorum, balare ouium. Geta Romanus Imperator habuit hoc familiare, vt tales grammaticis quæſtiones proponeret, vt illi dicerent animalia ſingula quomodò vocem emitterent. Verbi gratia, agni balant, porcelli grunniunt, elephanti barriunt, tauri mugiunt, aſini rudiunt. *Retro Lepolemus agebat.*] Lucianus conciſior, Apuleius liberior. In Luciano mentio nulla fit de Lepolemo retrò agente iumenta, & redeunte ad latrones morte mulctandos. *Colligatos adhuc vino magis.*] Maius ſanè eſt vinculum ad alligandos homines vinum, quàm funes, quàm pedicæ, quàm compedes. Vinum luctator doloſus eſt, vt inquit eleganter Plautus: pedes captat primùm, vt Virgilius de vua ſcribens dixit: Tentatura pedes primùm, vincturáque linguam. Vinario vinculo colligatus, & corpore toto & animo preſſus detinetur. Qui vult hominem vincîre vinculis firmiſſimis, is vinciat vinculis vinatiis: quibus nihil firmius, nihil tenacius ſanè eſt ad homines alligandos.

Prolatis.] depromptis, & in propatulum eductis. *Nobis.*} Significat se asinum, & cætera iumenta fuisse onusta pretiosis rebus. *Præcipites dedêre.*} Græci ῥῖψαι κ᾽ τῦ κρήμνου dicunt: pro eo quod est præcipites ex præcipitio dedêre. *Suis sibi gladijs.*] Prouerbiale est. Terentius in Adelphis: Suo sibi gladio hunc iugulo. vbi exponit Donatus, veteres sic solitos loqui, non suo, sed suo sibi gladio.

Tali vindicta læti & gaudentes, ciuitatem reuenimus. Et illas quidem diuitias, publica custodela commisere: Lepolemo puellam repetitam lege tradidere. Exin me, suum sospitatorem nũcupatum, matrona prolixè quæritabat: ipsóque nuptiarum die præsepium meũ ordeo passim repleri iubet, fœnúmque camelo Bactrino sufficiens apponi. Sed quas ego condignas Fotidi diras deuotiones imprecer, quæ me formauit non canem, sed asinum? quippe cùm viderem largissimæ cœnæ reliquijs rapinísque canes omnes inescatos, atque distentos. Post vnicam noctem, & rudimenta Veneris, recens nupta gratias summas apud suos parentes ac maritum mihi meminisse non destitit, quoad summos illi promitterent honores habituri mihi. Conuocatis denique grauioribus amicis, consilium datur, quo potissimùm facto dignè remunerarer. Placuerat vni, domi me conclusum, & otiosum, hordeo lecto, fabáque & vicia saginari. Sed obtinuit alius, qui meæ libertati prospexerat: suadens, vt rusticis potius campis in greges equinos lasciuiens discurrerem, daturus dominis equa-

rum

Custodela.] Sic à custodia custodela, vt à fuga fugela, ab vmbra vmbella, à puera puella, aliáque sexcenta. In Apologia dixit: Nunc magna fugela in ganeum fugit. Antiqui confugelam dixerunt confugium. Græcè φυγαδευτήριον vocant carcerem, publicámque custodiã. Hic signat, publicæ magistratuum custodiæ diuitias fuisse commissas. *Repetita lege.*] Ex præscripto legis & formula repetitur à sponso spõsa captitia. Lex præterea est, vt vir fortis præmio quod optauerit donetur. Quidam fortiter facit: petit pro præmio alienam vxorem, & accipit. *Exinpium.*] Lego, *exin me suum. Sospitatorem*

rũ inſcenſu generoſo multas mulas alĩ nas. Ego igitur euocato ſtatim armentario equiſione, magna cum præfatione de ducendis aſsignor. Et ſanè gaudens lætúſque præcurrebam, ſarcinis & cæteris iam nunc renuntiaturus: nactáque libertate, vêris initio pratis herbentibus, roſas vtique reperturus aliquas. Subibat me tamen illa etiam frequens cogitatio, quòd tantis actis gratijs, honoribúſque plurimis aſino meo tributis, humana facie recepta, multò tanto pluribus beneficijs honeſtarer.

rem.] ſeruatorem. Soſpitare eſt ſeruare. Pacuuius: Populum fauſtum ſempiternè ſoſpitent. Soſpitas eſt ſalus. Caſſiodorus de medico: Viſitatio tua ſoſpitas ſit ægrotantium. *Curriabat.*] Corrigẽdum eſt, *quæritabat*: vt ſit ſenſus, Sponſa illa capricia me tunc maximè quærebat, vt potè ipſius ſoſpitatorem. Vel lege, *quiritabat*, quod eſt inclamabat, vocitabátque, & de me plurimùm ſermocinabatur. Nam propriè quiritare is dicitur, qui Quiritũ fidem clamans implorat: vt docet M. Varro. Quiritari, inquit Donatus, veteres dicebant, Quirites conclamari. In hanc ſententiã Lucianus πολλὼ λόγον εἶχεν ὑμοὶ συναγωνιώντου: id eſt, de me concaptiuo multùm fabulata eſt. *Hordeo repleri.*] Lucianus: ἄφετον παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν καὶ χόρτος ὅσος καμήλῳ ἱκανὸς: id eſt, Prandium apponebatur mihi medimnus hordei, & fœnum vel camelo ſufficiens. *Bactrinæ.*] Camelos inter armenta paſcit oriens: quorum duo genera, Bactriani videlicet, & Arabici. qui hoc differunt, quòd Arabici bina tubera in dorſo habent, ſingula Bactriani, & in pectore alterum cui incubant: oderunt equinum genus, ſitim & quatriduo tolerant, lutulentas aquas libenter potant: aliter potu non gaudent. auctores Plinius, Solinus, Ariſtoteles, cæteri. Anno tauimus, apud iuriſconſult. tit. de munerib. camelariam dici curationem camelorum, qui publica pecunia alebantur, & camelarios, ipſos curatores: quod ſanè munus perſonale eſt, vt ſcribit Archadius. Bactrianum verò regnum olim mille vrbibus inclytum fuiſſe ferunt. Vir. Nec Bactra, nec Indi Laudibus Italiæ certent. *Deuotiones.*] execrationes & maledicta. *Non canem.*] Incuſat & tacita deuotione teſtatur Fotidem Milonis ancillam, quòd non in canem potiùs ab ea transformatus ſit, vt ita poſſet veſci reliquiis cœnæ opulentioris: quod canes facitare conſueuerunt, qui culinas vnctiores ſectantur. Lucianus:

ἐγὼ δὲ τότε μάλιστα καὶ παράμιλλον τὴν παλαίστραν, ἥτις ὄντα με, οὐ κύνα τῇ τέχνῃ μεταθεῖσαν. ὁρῶν γὰρ τοὺς κύνας εἰς τὸ ταμιεῖον καὶ λαφύσσοντας πολλὰ καὶ ὅσα ἐν γάμοις πλουσίων νυμφίων: id eſt, ego tunc maximè Palæſtram deteſtabar,quæ me aſinum , non canem, arte ſua tranſformaſſet:aſpiciens videlicet canes introëuntes in aulam,& multa deuorantes , qualia in nuptiis diuitum ſponſorum eſſe ſolent. *Ineſcatos.*]quaſi eſca captos. Terent. Neſcis ineſcare homines, tranſlatio,ſumpta ab his qui eſca & cibo capiuntur. *Diſtentos.*] ſaturos , plenos. Plin. in Panegyrico : Diſtentus ſolitaria cœna. Virg. Diſtendunt nectare cellas. Ad animum quoque transfertur, vt apud eundem:Cum ſis diſtentus imperij curis.Rudimenta Veneris,id eſt,poſt habitas ptimas coniugales palæſtras virginales,poſt duleiſſimam illam noctem maritalem,quæ plena voluptatis,plena omnifariæ ſuauitatis eſt. *Mihi.*] in beneficium meum & commodum.*Illi.*]parentes ac maritus. *Gratias ſummas.*]Lucia.χάριν μοι ἴσχε ἡ δέσποινα ἔχει παρὰ τῷ πατρὶ : id eſt, dixit domina apud patrem mihi gratiam habere,ac meminiſſe. *Hordeo lecto.*]Potes ſeiunctim legere , vt Hordeo & cubili molliori dicat aſinum ſaginandum. Potes etiam iunctim copulatéque connectere , vt hordeum lectum exponas pro electum & eximium,atque ſincerum , omnibus purgamentis excuſſis. *Vicia ſaginari.*] Non pauci ſunt qui exiſtimant , ſummum bonum eſſe otium , ventríſque delicias. Ex hoc quidam cenſuit ſaginandum eſſe aſinum cibariis congruentibus , qualia ſunt hordeum & vicia.Plin.viciam ait ſeri oportere Boote occidente : quod & Virgil.præcipit. *Rureſtribus campis.*] ruſticis & villaticis.Ita ſuprà:ſic Sidonius & alij ſæpiſſime loquuntur. *In greges equinos.*] Cùm grex propriè minoris pecoris ſit , armentum maioris,ἀκόμας dixiſſe videtur equinos greges.Sed Columella , M.Tullius & cæteri greges armentorum dicunt.M.Varro greges equorum & equarum dixit:quoniam ſcilicet grex nomen generalius eſt, armentum ſpecialius. Legato vſufructu gregis vel armenti, debebit ex agnatis gregem ſupplere,vt ſcribit Vlpianus. Equitium eleganti vocabulo dicitur armentum equinum,qua dictione iuriſconſulti frequenter vtuntur. Inde equitarius dictus armentarius,quaſi præfectus equitij.Firmicus Matermus refert,equitariũ futurũ,qui natus fuerit oriente centauro. Lucianus in hanc ſentiã:ἐκέλευσεν ἀπολῦσαι ὄνον ἄγριον , καὶ συνὼ τοῖς ἀγελαίοις ἵπποις νέμεσθαι.Iuſſit liberũ aſinũ ſub diuo emitti in greges equinos,& paſci.Græci ἀγέλην gregẽ dicunt. *Inſcenſu equarũ.*] ſubagitatu & admiſſura.ab inſcẽdere inclinatũ,inſcenſus nomẽ.*Mulas alumnas.*] Ex aſino & equa mulus gignitur : ex equo verò & aſina genitos,

hinnu-

hinnules antiqui vocabant. M. Varro in ſecundo de re Ruſtica: Ex equa, inquit, & aſino fit mulus, contrà ex equo & aſina hinnulus, vterque eorum ad vſum vtilis. Ariſtot. in 6. de Animalibus, hippothelas vocat, noſtri equimulgos interpretantur: qui ſunt pulli aſinorum, ſugentes lac equinum: ita enim fit, ne à coitu equarum mox arceantur. Ex onagro (qui eſt aſinus ſyluestris) manſuefacto, & equa, generantur mulæ veloces in curſu, duritia eximia pedum: onagro & aſina genitus mulus omnes antecedit. In generatione mularum, quo ſeminio ſit aſinus ſpectatur. Arcadici enim in Græcia, Reatini in Italia admiſſarij ſunt præſtantiſſimi. Mulas non calcitrare, cùm vinum biberint, auctor eſt Plin. in 8. & in 30. alumnas mulas dixit, vel quaſi aſino genitas, vel quia (vt ait M. Varro) mulos & mulas nutricantes educamus. *Armentario equiſone.*] Lucianus ἱππόφορβον vocat, quem Apuleius armentarium equiſonem nominat. Græcè enim ἱππόφορβος paſtor equorum, & armentarius nuncupatur: equiſones equorum moderatores & magiſtros dicunt, qui & equitarij nuncupantur. De equiſonis vaframento ſcribit Valerius Maximus in ſeptimo. Præterea, vt annotant grammatici omnes, quibus regimen conceditur cuiuſlibet rei, equiſones dici poſſe, veteres voluerunt. Armentarium verò, armenti paſtorem dici, ab armentóque deduci, nullus ignorat, qui vel tantùm legerit illud ex poëta vulgatiſſimum: Armentarius Afer agit. Hyadum ſydus in horoſcopo armentarios facit bubulcos, ouiúmque paſtores, vt docet Maternus in ſeptimo matheſeos. M. Varro refert, ſe curaſſe vt armentarius ſuus crebrò aliquid de Magonis libris legeret, quibus remedia continebantur pertinentia ad armentici pecoris ſanitatem. Equitium ponunt iuriſconſulti tit. de vſufructu, pro vniuerſitate gregis equini. Item tit. de vſu & habitatione ſcriptum ſic eſt: Equitij quoque legato vſu, videndum ne & domare poſſit, & ad vehendum ſub iugo vti. Natus oriente centauro (vt inquit Firmicus Maternus) aut auriga erit, aut equorum nutritor, & equitarius. *Sarcinis renuntiaturus.*] Lucianus, ἐγὼ ἤχθομην ὡς ἐκ πάτι ἀχθοφορήσων: Ego lętabar, vtpotè qui nõ eſſem deinceps ſarcinas laturus. *Herbentibus.*] herba virentibus, & herbeſcere incipiętibus: pratorum epitheton commodiſſimũ. Ambroſius in Hexamero primo: Germinare, deinde herbeſcere campos ſtatuit. Idem viriditatem pratorum herbeſcentem decenter appellat. *Subibat cogitatio*] in mentem veniebat. Plin. ſubit recordatio. *Pluribus beneficiis.*] Senſus eſt: Cogitabam ipſe mecum, ſi mihi aſino tot honores tributi ſunt, tantæ gratiæ repenſæ, quantò

magis honeſtabor, & pluribus beneficijs afficiar apud iſtos, vbi guſtatis roſis humanam faciem recepero, & in priſtinum Apuleium reformatus aſpiciar?

Sed vbi me procul à ciuitate gregarius ille perduxerat, nullæ delitiæ, ac ne vlla quidem libertas excipit. Nam protinus vxor eius, auara quidem, nequiſſimáque illa mulier, molæ machinariæ ſub iugum me dedit: frondosóque baculo ſubinde caſtigans, panem ſibi ſuíſque de meo parabat corio. Nec tantùm ſui cibi gratia me fatigare contenta, vicinorum etiam frumenta mercenariis diſcurſibus meis conterebat. Nec mihi miſero ſtatuta ſaltem cibaria, pro tantis præſtabantur laboribus. Namque ordeum meum frictum, & ſub eadem mola meis quaſſatum ambagibus, colonis proximis venditabat: mihi verò per diē laboriosæ machinæ attento, ſub ipſa veſpera furfures apponebat incretos ac ſordidos, multóque lapide ſalebroſos. Talibus ærumnis edomitum, nouis fortuna ſeuà cruciatibus tradidit: ſcilicet, vt (quod aiunt) domi foríſque fortibus factis adoriæ plenæ gloriarer. Equinis armentis namque me congregem paſtor egregius, mandati dominici* ſerus auſculator, aliquando permiſit.*

Gregarius.] A grege gregarius dictus magiſter gregis, quem paulò antè nominauit armentarium equiſonem, qui à Luciano ἱππόφορβος καὶ κομιστὴς dicitur. Aliàs gregarius ponitur pro vilis, & promiſcuus: vt gregarius miles. Gregales ſunt, eiuſdem gregis & ſodalitij. Plinius equas gregales vocat, quæ in grege ſunt. *Mille delitiæ.*] Legendum, *Nullæ. Libertas.*] Non ſolùm hominibus, verùm etiam brutis animantibus dulciſſima libertas eſt: vt non immeritò à iuriſconſultis dictum ſit, libertatem rem eſſe inęſtimabilem. & à Plauto ſcitè ſcriptum eſt: Hercle verò liberum eſſe, id multò eſt lepidius. Item in Captiuis: Omnes profectò liberi libentiùs ſumus quàm ſeruimus. Auibus quoque & feris, ſi ſemel fugiendi data eſt occaſio, ſatis eſt: nunquam pòſt illas poſſis prendere. *Molæ machinariæ.*] Lucianus ait, ὑπηρέτην τῆς ἵππου, id eſt, præfectum equorum dediſſe ipſum vxori, quæ μύλην ἐστρέφετο, hoc eſt molæ ſubiugauerit.

gauerit. Molæ autem machinariæ nomine significatur hoc in loco mola pistrinensis, siue asinaria: vnde & asinus molarius Catoni dictus. Idem memorat molas trusatiles, quæ sunt manuariæ: & quia manibus traduntur, iccircò trusatiles dictæ. M. Varro, A. Gellius, & plerique alij memoriæ mandarunt, Plautum ob quærendum victum operam pistori locasse, ad circumagendas molas quæ trusatiles appellantur. *Subiugum.*] iunctim & prima acuta lego, vt sit dictione vnica subiugus eleganter dictus, qui sub iugum mittitur, qui Græcè dicitur ὑπόζυγιος. *Subinde.*] identidem, frequenter. *Castigans.*] Exemplum elegantiæ: contrà eos qui asserunt, castigationem pertinere tantùm ad verborum reprensionem, obiurgationémque: quinetiam apud iurisconsultos, qui Latinè & puriter loquũtur, scriptum legimus, inter genera pœnarum esse flagellorum castigationem. Castigare ergo ex auctoritate eruditorum, ad quam veluti ad anchoram confugiendum est, & ad verba, & ad verbera refertur. *Vicinorum frumenta.*] Lucian. scribit, asinum ἀλεῖν πυρσὶς καὶ κριθὰς ὅλας, coactum esse molere frumenta & hordea non solùm dominorum, verumetiam aliorum, cum misero ipsius cruciatu. *Statuta cibaria.*] Iusta indignatio: quòd videlicet post concinnata aliorum cibaria, ipse legitimo & debito cibo fraudaretur. Namque & mercenariis seruis cibarium iustum dandum est, quod seruo (vt inquit Seneca) dominus debet. Seruus quaternos modios frumẽti accipiebat in mense (auctore Donato) & id dimensum dicebatur: vtrum à mense, an à metiendo, incertum est. M. Cato cibaria ruris operariis iusta ceu lege dari iubet. Ex præcepto Varronis, asinos laboriosos fœno atque hordeo largiore pascere debemus, & vires cibis suffundere, ne magno nequeant superesse labori. Hæc verò secus factitabat: nam cùm iugi labore cruciaret asinum (quia fortassis legerat apud M. Varronem, quòd asinus in remissione laboris fit deterior) illum deinde minimè copioso pabulo roborabat, tanquam iciunium & fames ira conduceret asino discursanti, vt homini lucubranti. *Hordeum frictum.*] Ex Luciano qui ait, ἐγὼ γὰρ μὴ κριθὰς τοὺ μὲν ἄρτον ἠρύγουσα. quod significat prandium fuisse hordeum frictum. ἠρυγὼς enim est sicco, & frigo. Plautus dixit cicer frictum, intelligi volens rem vilissimam. Quidam legunt, *fractum*, referentes ad molam, qua cicer molitur, quassatur, infringitur: vnde & faba fressa. Sequitur enim, Et sub eadem mola meis quassatum ambagibus Græci hordeum appellant κριθὼ. inde tuberculum oculorum à Græcis crithe nominatur, à similitudine videlicet hordei, cuius & Cor. Celsus meminit in 7. *Ambagibus.*] discursibus & circui-

tu multiuio, qui fieri ſolet à piſtrinenſibus iumentis. *Attento.*] intento,& perſeuerauter operanti. Terent.in Adelphis:Nimiùm ad rem in ſenecta attenti ſumus. *Furfures increti.*] Accipe incretos,permixtos,non purgatos,neque excreros:ſequitur enim,Sordidos. Sic Horatius in Sermonibus, Incretum puris circumpoſuiſſe catillis. Vbi exponunt commentatores, incretum permixtum:vel incretos expone pro cribratos, quæ ſcilicet elegantior ſcitiórque expoſitio eſt. Incernere enim & ſuccernere, eſt cribris & excuſſoriis repurgare. M. Cato, cum ſemen ſerito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito altam digitum tranſuerſum. Plin.in 18. Farinatio cribro ſuccernunt. Inde incerniculum cribri genus vocant, de quo Plin. in 8. Ne frumentarij negotiatores ab incerniculis arcerent.Idem M. Cato iubet, in ſupellectile villatica habendum eſſe incerniculum vnum. Furfures autem increti hoc eſt cribrati, haud dubiè deteriores vilioréſque ſunt, cùm farina ſequeſtrata ſit ac ſeparata. Lucianus:ἐμοὶ δὲ πίτυρος ἄρτος ἦν:id eſt, mihi furfur prandium erat.Græci πίτυρον vocant furfurem, vnde furfurei panes pityrij dicti:quorum mentio fit à Galeno in 1.de alimen. Ruſtici veteres(auctore Gellio)apludam dixere furfurem frumenti,ſicut flores vini fecem. Hinc illud, in eſitantem furfurem panem,& vinum fœtidum potantem: Apludam edit, floces bibit. Plin. verò tradit, purgamenta milij & panici apludam nominari. Inter vitia corporis fœda ſunt & furfures, quorum mentio apud Plin. frequens. canicas appellant furfures de farre: à cibo canum. *Salebroſo.*] Signat panes furfureos, qui ſibi in cibatu dabantur, fuiſſe lapillis plenos,& ob id minimè edules,cùm aſpredine fauces lancinarent,neque mandi poſſent. Salebras dicunt aſperitates ſaxorum. M. Tul. Nunquam in tantas ſalebras incidiſſet. item:Hæret in ſalebra.Inde ſalebroſus,pro aſper & durus. Virg. Non tam ſalebroſus vt antè. *Domitum.*] ſcilicet me. *Fortibus ſa.adoriam.*] Prouerbiale eſt, de hominibus qui domi, foris, in vrbe extra vrbem, forti animo & ſubnixo labores ærumnoſos tolerauerunt,qui fortibus factis adoriam laudémque conſequuntur. qui gloriantur fortunæ cruciatibus ſeſe haudquaquàm ſuccubuiſſe. Adoriam veteres dicunt laudem, ſiue gloriam: quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret, quod ador nominatur. Plin. in duodeuigeſimo: Gloriam denique ipſam à farris honore adoriam appellabant. Horatiani verò interpretes exponentes illud Flacci, Qui primus alma riſit adoria: tradunt, adoriam dici laudem bellicam, ex eo quòd adorandi ſint qui laudem ex bello reportant. *Congregem.*] Sicut ſe-

ut ſegregem dicimus egregium, & à grege ſeparatum, ob excellentiam, ita congregem appellamus gregi copulatum, commixtúmque. Seneca in Hippolyto : Segregem ſparſi per agros. *Mandati dominici.*} A domino, dominicus deriuatur : inde res & rationes dominicæ frequenter apud iuriſconſultos. & à Seneca non minùs mordaciter quàm elegantèr dictum eſt in epiſtolis ad Lucilium : Adiice obſonatores, quibus dominici palati notícia ſubtilis eſt, *Paſtor egregius.*] Ironicôs pronuntiandum. *Serius auſcultator.*} Serium auſcultatorem nuncupamus, qui ſeriò, diligenter, ſedulò audit mandata domini, & ea nauiter exequitur. Sed hic quidem malim legere *ſerus* quàm *ſerius*, tanquam ſubindignanter dixerit Serius, hoc eſt, tárdus, lentus & cunctator: qui non ſtatim mandatum dominicum peregerit, ſed ſerò & cunctanter id tandem impleuerit. M. Cato duo hæc verba Audire & auſcultare, ita diſparaſſe videtur atque diſiunxiſſe, vt audire ſit negligentis, & eius qui minimè obſequi velit, auſcultare verò, attendentis, & auditioni obtemperantis. Verba Catonis ſubſcripſi, quæ ſunt hæc : Ita eſt cupidus orationis, vt conducat qui auſcultet: itaque auditis, non auſcultatis tanquam pharmacopolam. nam eius verba audiuntur, verùm ei ſe nemo committat ſi æger eſt.

At ego tandem liber aſinus, lætus & tripudians, gradúque molli geſtiens equas opportuniſſimas iam mihi concubinas futuras deligebam. Sed hic etiam ſpes hilarior in capitale proceſſit exitium. Mares enim, ob admiſſuram veterem paſti patienter, ac diu ſaginati, terribiles alioquin, & vtique quouis aſino fortiores, de me metuẽtes ſibi, & adulterio degeneri præcauentes, nec hoſpitalis Iouis ſeruato fœdere, riualem ſummo furentes perſequuntur odio. Hic elatis in altum vaſtis pectoribus, árduus capite, & ſublimis vertice, primoribus in me pugillatur vngulis : ille terga pulpoſis*

Liber.} ſolutus & nactus libertatem, quam ſemper expetiüeram, qua nil dulcius eſt. *Quas concubinas.*} Feſtiuiter dictum in tranſlatione ſpecioſa à fœminis facta, quæ concubinæ fiunt virorum. Ex eadem metaphora capræ dicuntur vxores hircorum, ipſi verò hirci capellarũ mariti. Horatius : Quærunt latentes per thyma

deuia Olentis vxores marit. Iurisconsulti scribunt, concubinam eam vocari, quæ cum vxor non sit, cum aliquo tamen viuit, quæ nomine minus honesto amica appellatur. quidam pellicem vocant. Cuiuscunque ætatis concubinam haberi posse palàm est, nisi minor annis 12. sit Quæ in concubinatu est ab inuito patrono poterit

*torulis obesa conuertens, postremis vel tatur calcibus: alius himnitu maligno comminatus, * remulsis auribus, dentiúmque cadentium renudatis hastis, totum me commorsicat. Sic apud historiam de rege Thracio legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis laceran dos deuorandósque porrigebat. Adeò præpotens ille tyrannus, sic pœnus ordei fuit, vt edacium iumentorum famem corporum humanorum largitione sedaret. Ad eundem modum distractus & ipse variis equorum incursibus, rursus molares illos circuitus requirebam.*

discedere, & alteri se in concubinatum dare. Concubini quoque dicuntur pueri pathici, qui in concubinatu sunt eorum qui libidine obscœna & præpostera oblectantur. Quintil. in primo: Nostras amicas, nostros concubinos vident. *Hic spes.*} Hæc spes. *Mares.*} equos intelligit. *Ob admissuram.*] Admissura dicitur tempus & actio ipsa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum fœturæ causa. Papinius in Siluis: Expectatur equus, cuius de stemmate longo Fœlix emeritos habet admissura parentes. Columella, docens quæ ætas idonea sit ad admissuram vaccarum: Ex his, inquit, quadrimis minores sunt, maiores qui duodecim annis, prohibentur admissura. admissarij quoque equi appellantur, qui peculiariter deliguntur ad equas ineundas, causa stirpis propagandæ. In admissario (vt inquit Palladius) quatuor spectanda sunt: forma, color, meritum, pulchritudo. & vt præcipit idem Columella, admissarius equus eo tempore qui vocatur à fœminis, roborandus est largo cibo, & eruo hordeóque saginandus, vt Veneri superfit: quantoque fortiter inierit, firmiora semina præbeat futuræ stirpi. Vnus admissarius non minus quàm 15. nec plures quàm 20. debebat implere: ísque admissuræ potest & vsque in annos viginti plerunque idoneus esse. Quod si admissarius iners in Venerem est, odore perfricatus detersit spongia fœminæ locis, & admota naribus equi. Quòd locos fœminæ dixit Columella, scito significari genitalia equæ. nam Columella, Cato,

Celsus

Celsus & cæteri locos appellant vuluam, siue genitalia, de quibus Plinius sic in 11. Fœminis eadem omnia, præterquam vesicæ iunctus vtriculus. Vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellant. hoc in reliquis animalibus vuluam. Cato locos fœminæ virioſos dixit, intelligi volens fœminam catulientem, cuius genitalia viri coitum ſitientes appeterent. *Satianter paſti.*] abundè, opulenter, affatim roborati, refectique: cum ex admiſſura vetere exhauſti, lateribúſque (vt inquit Catullus) ex futuris largiore pabulo fuiſſent ſaturati, ſaginatique. *Terribiles.*] Notat ſuapte natura fuiſſe feroculos equos, & cibi largitate ferociores factos. Cibus enim, vt inquit Plutarchus in problematis, inſolentiam gignit. hinc illud Plautinum: Satur homo eſt, habet profectò in ventre confidentiam. *Adulterio degeneri.*] Scribendum eſt, degeneri. nam coitus aſini cum equa inuiſus infeſtúſque eſt equo generoſo, tanquam degener & vilis. Nec enim videtur eſſe decorum, quòd aſellus vilis & vulgaris velit inſcendere equas præſtantiores, quarum mariti ſunt equi, & non aſini. Ipſæ quoque equæ dicuntur faſtidire aſellum ſubactorem & adulterum: iccircò, teſte Plinio, præcipiunt equarum iubas tondere, vt aſinotum in coitu patiantur humilitatem. comantes enim gloria ſuperbire. *Nec hoſpitalis Iouis.*] Græci ξένιον, id eſt hoſpitalem Iouem colunt, qui præeſt hoſpitibus, qui iura hoſpitalitatis inter hoſpites ſancta illibatáque ſeruari iubet. De quo illud notiſſimum: Iupiter (hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.) Verùm equi minimè reueriti Iouem hoſpitalem, polluto iure hoſpitij & fœdere, hoſpitem aſinum incurſare cœperunt, tanquam riualem, qui eundem amoris quaſi riuum peteret, & equas adulterare geſtiret. Nam, vt veriſſimè dixit ille: Riualem poſſum non ego ferre Iouem. Aliubi annotatum eſt, riuales dici proprie qui ius habent aquam petendi ex eodem riuo: ex quo ſæpe rixæ & concertatio exoritur. inde riuales dicimus, quaſi in eundem amorem deriuantes. Quidam autumant riuales dici, æmulos de mulieribus: facta tranſlatione à feris beſtiis, quæ ſitientes cum ex eodem riuo hauſtum petunt, in prælia contra ſe inuicem concitantur. hinc riualitas pro ipſa æmulatione vſurpatur. *Vaſtis pectoribus.*] Qui vaſto & prægrandi pectore præditus eſt, is pectoroſus nominatur. In obſcœno poemate: Nemo eſt feroci pectoroſior Marte. Verbum vetus eſt *Pectorare: quod ſignificat, extra pectus eiicere. M. Tul. in 3. de Oratore: Nouantur, inquit verba, quæ ab eo qui dicit ipſo gignuntur: vt, Tum pauor ſapientiam omnem mihi * exanimato expectorat. Vaſtis ante pectoribus pluraliter dixit, ad enormitatem pectoris & firmitudinem *mus-*

πυκτικὴν declarandam, per exornationem Rhetoricam, quæ libro ad Herennium quarto intellectus nominatur. *Arduus capite.*] Secundum Virgilianam descriptionem: Illi ardua cervix, Argutúmq; caput. *Pugillatu.*] confligit, pugnat, colluctatur. trãslatio à pugilibus, qui pugillatu aduersarium premunt, & luctatione subuertunt. Dicitur autem pugil, purgillatus, pugillaria, & ipsa pugna, à pugno. Veteres namque ante vsum ferri & armorum, pugnis & calcibus & morsibus corporúmque luctatione certabant. Quod & Lucretius signat illo versu: Arma antiqua, manus, vngues, dentésque fuerunt. Græcè pyctes dicitur pugil, qua dictione & nostri vtuntur: vt Columella, Plinius, Iulius Firmicus. Inde pyctale certamen, pro pugillatu. Homerus Pollucem appellat πυξαχάτην, hoc est, pugillatu præstantem. Inter spectacula popularia exhibebantur & pugiles, qui cùm populo mirè placerent, ideò satyricè dixit Horatius, poscunt Aut vrsum, aut pugiles, namque his plebecula gaudet. Plautus in Epidico inquit: Valet pugilicè, pro firmiter & robustè. *Primoribus vngulis.*] Equi ex genere solipedum sunt: ita enim eleganter dicuntur animalia, quibus vngula solida est. Albertus Magnus magis doctus quàm tersus, cùm solipedes dicere deberet, dixit, corneas soleas habens animal. Nulli solipedum (auctore Plinio) sunt cornua. à Græcis μόνυχα ζῶα dicuntur animalia, vngulam solidam habentia: vt sunt inquit Suidas, ἵππος, ὄνος, ἡμίονος: id est, equus, asinus, mulus. *Obesa.*] pinguia. Ex descriptione poëtica: Breuis aluus, obesáque terga, Luxuriátque toris animosum pectus. In Neuiano carmine, * Ex corpore pectoréque vndique obeso. Vbi notauit A. Gellius, obesum propriè magis quàm vsitatè dictum pro exili atque gracilento, tanquam ἀκύμας & impropriè obesum pro pingui atque vberi vulgò dicatur. Verùm eruditi omnes obesum pro pingui vsurpant. Notissimum est illud Horatianum, Cùm sit obeso Nil melius turdo. Plinius minùs solertes esse homines tradit, quibus obesissimus est venter. *Pulposis torulis.*] Toros, & per diminutionem torulos, accipimus pro carne musculosa, pulposa, succulenta, cui inest robur & firmitudo. In Hercule poëtæ laudant toros lacertorum. Hinc apud Sophoclem gemebundus Hercules infit, O pectora, ô terga, ô lacertorũ tori. Inde torosus deriuatur. Ouid. Colla torosa boum. Hieronymus diaconum taxat, cui taurina cervix esset, toris adipeis intumescens. Plinius inulã torosiorẽ appellat, plantis toros inesse tradẽs per trãslationẽ decẽtissimã. Et quoniã incidit mẽtio de toris & torosis, dispiciam' obiter, discutiamúsq; quid sint Trosuli: quod vocabulũ in ore omniũ est, & in scholis gramma-

grãmaticalibus protritũ. Nihil illo Persiano carmine vulgatius, Trosulus exultat tibi per subsellia leuis. Commentatores, grammatistæ, scholastici omnes cõmuni consensu & vna voce conclamãt, Trosulos dici ex autoritate Plinij & Festi Pompeij, equites Romanos, ab eo quòd oppidum Thuscorum nomine Trosulum, sine vllo adiumento peditũ cepissent. nec nos id verum esse inficiamur. sed nimirùm subest occultior quæpiam significatio in vocabulo Trosuli, non omnibus obuia, animaduersaque: proinde nos, vt pro virili parte, quod vbique librorum nostrorum facere conati sumus, studiosos iuuaremus, re diligenter curioséque perpensa, animaduertimus Trosulos, præter illam significãtiam notissimã, dici delicatos, obesos, succulẽtos, quorum Deus vẽter est: quasi torosulos, à torosa scilicet carne & aruina. Et hoc est quod signat Nonius Marcellus, si sinceriter & rectè legatur, cùm ait, Trosuli dicti sunt torosuli, quasi habitiores à torosa scilicet pinguitudine. In Nonianis codicibus mendosa diuisione scriptum est, Trosuli dicti sunt torro soliti: emenda Torosuli. In hanc sententiam est illud à Hieronymo scienter & decenter depromptum in Iouinianũ: Vnius tantum philosophi exemplũ posui, vt formosuli nostri & trosuli, & vix summis pedibus adũbrãtes vestigia, imitẽtur saltem gentiliũ parcitatem. Hoc significatu dixit Varro, Nunc emũt trosuli nardo nitidi vulgò Attico talẽto equum. Hoc haud dubiè est, quod intelligi voluit Plinius, cùm in 33. scribens equites trosulos vocatos esse subiungit: Quia, inquit, non intelligunt trosuli nomen quid valeat, multos pudet eo nomine appellari, inuitósque etiamnum trosulos vocari Verba hæc Pliniana nos ita interpretamur: Equites, qui historiam de oppido Trosulo ab equitibus capto, & inde Trosulos se vocari nesciunt, quod virtutis est nomen: ægreferunt, erubescúntque quando Trosuli vocantur: tanquam Trosulus, quasi torosulus dicatur, pro succulento & habitiore: quod nomen vitij est, & eius hominis qui solas Veneris delicias curet. Ad hunc eundem intellectum referri commodissimè potest & scitissimè Persianum carmen, vt Trosulus non magis pro equitibus iudicibus accipiatur, quàm pro auditoribus voluptuariis, succosis & opimis: quos magis pigmenta, flosculi, lenocinia orationis, quàm res, quàm sensa, quàm augmenta commoueant. Lector perpende, quæso, hoc nostrum de Trosulis interpretamentum, & sequestrato liuore diiudica, nunquid dignum sit in secretariis disciplinæ remotioris recondatur. Præterea torulus pro quodã quasi torque accipitur apud Plaut. sic scribentem in Am-

phitryone: Tum meo patri autem torulus inerit aureus sub petaso. Victru. quoque torulum eiici tradit ex arbore excisa: vbi torulus accipi videtur pro materie torta, & callo ligni in se conuoluto. Mendum est impressis Victruuij codicibus, qui non torulo habent, sed torculo. *Velitatur.*} depugnat, contendit, congreditur: à pugna velitum verbo deducto. Sunt autem velites, leuis armaturæ milites: à quibus velitatio dicitur, leuis contentio. Plautus: Nescio qui I velitati estis inter vos. Idem: Verbis velitationem fieri compendiò volo. Hastam velitarem Tyrrhenus primus inuenit, de qua intellexit Ouidius illo versu: Nondum calfacti velitis hasta solum. *Remulsis auribus.*} Quidam codices manuscripti habent, *remissis.* Natura generosissimo cuique animalium notas animi peculiares tribuit: cauda leonum index est: in equis verò & omnium iumentorum genere indicia animi aures præferunt, fessis marcidæ, nutantes pauidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris. Ex hac Pliniana sententia aures remulsas accipio, non tam resolutas & remissas, quàm subrectas, & quasi retrò ac sursum reclinatas. Antiqui remissum dicunt, quasi repandum. Quidam legunt, *remissis*, sensu manifestario. *Cadentium.*} Lego, *candentium*, hoc est albicantium dentium. nam decidui dentes, signum sunt senectutis & inualentiæ. Dentes in cæteris senecta rubescunt, equo tantùm candidiores fiunt. Senectus in equis intelligitur dentium brochitate siue bruncitate, hoc est præminentia: brochi enim dentes, siue brunci, dicuntur prominuli. Hoc transeunter dictum sit, vt intelligas dictiones, quibus Plinius, Varro, Lucilius, & cæteri vtuntur. A dente, quod annotatu dignum est & scitu, fit verbum Edentare: quod significat dentibus priuare, & excussis dentibus edentulum efficere. Hoc in transcursu commemini: vt restituerem Plauto suam elegantiam, suámque dictionem, & planè Plautinissimam: quem correctores, immò corruptores interpollauerunt. sic enim scriptum legitur in Rudente: Nimis velim improbissimo homini mala se dentauerint. Tu ita corrigito, & distinctè legito, Malas edentauerint: id est, velim maxillas ita contundi pugnis improbo lenoni, vt edentulus fieret: & vt malas, id est maxillas illi edentarent; hoc est, dentibus spoliarent, excussis crebra pugnorum incussione. Hic est comicus intellectus, hæc Plautina elegantia, hoc verbum Plautinissimum, edentare malas, dentibus excussis maxillas edentatas relinquere. Nam & edentata belua dicitur, carens dentibus, cuius morsus est minimè noxius. Iuuat me in hæc diuerticula identidem diuertere, vt vna opera iuuem Latinitatis curiosos, & simul vitem

tem ex vniformi narratione faſtidium. *Haſtis.*]exertis,præparatiſque dentibus inſtar haſtarum:metaphoricôs intelligi vult acuminatos dentes,prominentes,exertos. *De rege Thracio.*]Diodorus & poëtæ tradunt,Diomedem Thracem equos feritate notabiles habuiſſe,quos carnibus humanis paſcere ſolebat. Erant equorum præſepia ænea, ferreis ipſi catenis vinciebantur, caro hoſpitalis erat pro pabulo.Hos Hercules ex Thracia Argos perduxit,occiſo Diomede,quem ſuo ipſius exemplo equis manducatum appoſuit. Hos Euryſteus ad ſe deductos Iunoni ſacrauit. Ex hoc equorum genere progenitus eſt equus Scianus ille famigeratus.Plin. & Solinus auctores ſunt, Tyridam oppidum fuiſſe in Thracia,Diomedis equorum ſtabulis dirum. Equorum qui feri ſunt,& nominantur,meminit Plinius. *Adeon.*]Pro adeóne. *Tyrannus.*]Diomedes Thrax. *Edacium.*]manduconum;ita enim ab edacitate dicuntur.*Diſtractus.*]diſcerptus,diuulſus,dilaceratus. *Molares circuitus.*] molarum piſtrinenſium gyratus ambagioſos & multiuios.*Requirebam.*]tanquam minùs moleſtum foret molere, & molas circumagere, quàm ſubire calces & morſus equinos.

*Verùm Fortuna, meis cruciatibus inſatiabilis, aliam denuò mihi peſtem inſtruxit. Delegor enim ligno monte decubundo, puérque mihi præfectus imponitur, omnium ille quidem puer deterrimus. Nec me montis excelſi tantum ærduum fatigabat iugum, nec ſaxeas tantum ſudes incurſando * cõterebam vnoulas:verum fuſtium quoque crebris ictibus perſæpe dedolabar; vt vſque plagarum mihi medullaris inſideret dolor: coxæque dextræ ſemper ictus incutiens, & vnum feriendo locum,diſſipato corio, & vlceris latiſſimi facto foramine,imò fouea,vel etiam feneſtra,nullus tamen deſinebat identidem vulnus ſanguine delibutum obtundere. Lignorum verò tantum me premebat ponde-*

Inſatiabilis.] Fortuna cùm dicatur vaga,inconſtans,inſtabilis:tamen in quibuſdam vexandis nimium pertinax eſt, & immobilis: vt verum illud planè ſit, An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget? Tali fortunæ obnoxium ſe fuiſſe teſtatur Lucius noſter, ſcribens eam inſatiabilem, inexplebilémque fuiſſe continentibus ipſius cruciatibus. *Peſtem.*]exitium,calamitatem,infor-

tunium. *Delegor.*] deſtinor, trador, aſſignor. *Ligno.*] lignis deportandis: quod eſt aſinorum doſſuariorum. ſic enim nominantur, qui dorſo baiulant onera. Varro in ſecundo de Re ruſtica: Aſellis doſſuariis comportant ad mare oleum aut vinum, itémque frumentum, aut quicquid aliud. Nam quod dicimus dorſum, veteres doſſum nominabant: vnde doſſuarius dictus, qui dorſo comportat. Dorſualia quoque appellamus dorſi tegumenta, maximéque in bobus ac iumentis. Iulius Capitolinus tradit, boues dorſualibus ſericis præfulgentes proceſſiſſe in põpa Galieni imperatoris.

re, vt ſarcinæ molem elephanto, non aſino paratam putares. Ille verò, quoties in alterum latus præponderans declinarat ſarcina, cùm deberet potiùs grauantis ruinæ fuſtes demere, & leuata pauliſper preſſura ſanare me, vel certè in alterum latus tranſlatis peræquare, contrà lapidibus additis inſuper, ſic iniquitati ponderis medebatur. Nec tamen poſt tantas meas clades immodico ſarcinæ pondere contentus, cùm fluuium tranſcenderemus, qui fortè præter viam defluebat, pedibus ſuis ab aquæ madore conſulens, ipſe quoque inſuper lumbos meos inſiliens reſidebat; exiguum ſcilicet & illud tantæ molis ſuperpondium. At ſi quo caſu, limo cœnoſo ripæ ſupercilio lubricante, oneris impatientia prolapſus deciſſem, cùm deberet egregius agaſo manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſublenare, certam partem tanti ponderis quoad reſurgerem ſaltem detrahere, nullum quidem defeſſo mihi ferebat auxilium: ſed occipiens à capite, imò verò & ipſis auribus, totum me compilabat, cadens fuſte grauiſſimo; donec, fomenti vice, mę plagæ ſuſcitarent.

Omnibus deterrimus.} Attende loquutionem inuſitatam, neq; ex regula grammatices, quæ præcipit ſuperlatiua iungi debere cum genitiuo: vt dicatur, omniũ deterrimus, omniũ peſſimus. Archaiſmos figura eſt: ſic enim veteres loquebantur, quib. mutatio caſuũ erat frequens, & quaſi peculiaris. Illud Ciceronis non abſimile videtur: Similimũ Deo iudico. quod tamen (vt docet Priſcianus) ſignificat valde ſimile. Hoc autẽ totum tranſtulit ex Luciano, qui ait, εἰς τὸ ὄγος αὖθις ἐπεμπόμην, καὶ ξύλα τοῖς ὄμοις ἐκόμιζον.

ζον.id est,in montem superiorem mittebar,ad ligna humeris deferenda. De puero quoque quem deterrimum pessimúmque mortalium Apuleius appellat, Lucianus Græcè inquit : ὑπολάτου παιδάριον ἀκάθαρτον, id est, Asinarium puerulum impurissimum. *Saxeas sudes.*} Vt sudes ligneæ vstulatæ vicem telorum implent, & perforant,sic & saxa acuta,quæ sudes saxeæ dicuntur,vngulas asini comminuebant,conterebántque: & id faciliùs cõtingebat, propterea quòd soleis ferreis minimè erat calciatus. Lucianus: ἀλυπόδητος ὄρειὰ λιθίνῳ, id est in monte saxeo eram sine calciatu. Iumentorum autem calciamenta sunt soleæ ferreæ. *Conturbabam.*} Corrige,*conterebam. Dedolabar.*] Verbum est propriè fabrorum , cùm materiarum complánatur asperitas. Verùm ab alia quoque translatione speciosa transfertur. Ennius dixit , Vnum ego libellum non edolem. Sicut ergo faber dedolando complanat aspredinem in materiis , ita asini corium fustuariis ictibus læuigabatur , expoliebatúrque quodam quasi dolatorio. Est enim dolatorium ferramenti genus,quo lapides & ligna dolantur: quidam asciam appellant.auctor Hieronymus. Fustium autem,πληθωνικὰς dixit: quoniam,vt inquit Lucianus,οὐ ξύλῳ ἁπλῷ ἴτυπτον,ἀλλὰ πρὸς ὄζοις πυκνοῖς ἔχουσι καὶ ἐξέσι.i.non simplici ligno percutiebar,sed ramos densos habente,& acutos. *Medullaris dolor.*} Signat,ad medullas vsq; ad plagas à puero inflictas penetrasse. Medulla non nisi cauis ossibus inest, nec cruribus iumentorum aut canum seuosa cornigeris, à iuuenta rubẽs, & à senecta albescens. *Coxæ dextræ.*} Lucianus,ἀεὶ ἴτυπτον εἰς τὸν μηρόν.i.semper feriebat in ipsa coxa siue fœmore. Interpres Luciani parùm curans verbum verbo reddere,interpretatur, semper posteriora dorsi perurgebat. Sed profectò aliud est μηρόν, aliud ἰσχίον : illud dorsum , hoc femur coxámve significat. *Immò fœnea.*] Hoc totum ὑπερβολικὰς dictum est , simul & festiuiter: nam mentitur hyperbole , & est omnis vltra fidem. Sed,vt præcipit Quintilianus,non tamen debet esse vltra modum.& vt ait Seneca,incredibilia hyperbole promittit, vt credibilia impetret. Nostri superlationem vocant. Igitur Apuleius emphaticôs & hyperbolicôs dixit non foramen , sed foueam atque adeò fenestram latissimam sibi in femore dextro fuisse patefactam,vt crederet lector corium in asinina coxa ictibus asinarij pueri crebrioribus eodem ingestis fuisse foraminatum, exulceratum, dissipatum. *Nullus.*]id est,non:sic veteres frequenter posuerunt. *Identidem.*]persæpe,subinde, frequenter. *Obtundere.* } sæpius tundendo repercutere:translatio à fabrorum malleo. *Elephanto pa-*

ratam. } Lucianus, *εἶτά μοι ὑπέθηκε φορτίον ὅσον χιλιπόδι ἢ ἐλέφαντι ἐνεγκεῖν*: id est, posteà mihi imposuit onus, quantum elephanto ferre molestum foret & graue. *Præponderans farcina*] Iumentis farcinæ imponendæ sunt compares, & quasi ad æquilibrium, vt commodiùs ferant. vbi enim in alteram partem præponderant, torquentur diro cruciatu laborioſóque iumenta: ideóque æquis portionibus æquandæ sunt farcinæ, demendo scilicet, non addendo, sed vt puer, qui nihil aliud meditabatur nisi asini cruciatus & exitium, non ligna demebat farcinæ præponderantis ad releuandum asinum, sed saxa insuper addebat ad cruciandum. hoc idem Lucianus. *Pressura.* } pressione: nomen est. sic Lucanus: Corycij pressura croci. *Cruca.*] Lego, *contrà*, hoc est contrariò. *Iminodico.*] nimio, prægrandi: vna dictio est. *Præter viam.*] iuxta: quo in significatu propter quoque accipitur. sic Lucretius: Propter aquæ riuum. sic Virg. Propter aquam. Apud Terentium in Phormione scriptum est: Ita fugias ne præter casam, quod aiunt: vbi illud, Præter casam, exponitur à Donato, pro ante casam. Item apud Gellium, Fugitiuus præter oculos domini iter: pro ante oculos, & iuxta. *Ab aquæ madore.* } aspergine & infusione. sic in primo: Vrinæ madore me perluerent. Mador enim significatur infusio, & humectatio. Saluſt Ingens terror erat, ne ex latere noua monumenta madore infirmarentur. Madulsam ebrium dixerunt, quia madidus vino esset, & madore Liberi perfusus. Lucianus in hanc sententiam: *ὁ ποταμὸς διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ, ἐφ' ἧς ἐπορευόμην, ἐπίπεδος ἦν ἐπὶ ξύλων τινὰ ἐμοὶ καθίζων ἐπόχ τὸν ποταμόν*: id est, fluuius erat in via perenniter fluens, puer autem calceamentis parcens, post ligna mihi insidens flumen transibat. *Superpondium.*] Elegans scitúmque vocabulum, quo significatur illud pondus, & quoddam quasi auctarium, quod super farcinam legitimam imponitur: dictio composita copulatáque ex integro & corrupto. Eadem formula dixit Plaut. Centumpondium, pro pondere centum librarum: sic assipondium & dupondium veteres dixerunt. *Ripæ supercilio.*] margine & summitate. Consimiliter Virg. Ecce supercilio cliuoſi tramitis vndam Elicit. Vt enim supercilia in nobis alta sunt & sublimia, sic & metaphoricè supercilium pro altitudine ac summitate aliarum quoque rerum vsurpatur. Pli. II. Nihil altius superciliis, eruptiſisque superbia inuenit in corpore, vbi solitaria esset. Supercilium pro fastu ipso & grauitate accipi, satis notum est vel illo testimonio: Terrarum dominum pone supercilium. Vnde supercilium Censorium, pro grauitate maiestatéque accipitur à Valerio: & superci-

lioſus

lioſus dicitur auſterus & grauis, vt ſuprà diximus. *Demiſſem.*] corruiſſem, cecidiſſem. Lucianus: κάμνων καὶ ἀχθόμενος κακοπαθείᾳ. i. labore & pondere preſſus cecidiſſe. *Egregius agaſo.*] Ironicòs. *Suſpendere.*] ſubleuare, ſuſtollere, κρεμάσθαι ὑπηρέτην, id eſt ex humo ſubrigere. Interpres Luciani deceptus inquit, Camo erigebat. credidit enim κρεμάσθαι à camo, quod genus freni eſt, deriuari: cùm aduerbium ſit, ſignificans ex humo. quod ſat liquet Græca callentibus. *Manum porrigere.*] χεῖρα μοι ἔνδωσω. *Ponderis detrahere.*] τῶν σφυρῶν ἀφελῶν. *Occipiens.*] incipiens. *Compilabat.*] pilos peruellebat: ſignat enim ita ſe fuſtuario cæſum, vt nec pilus in toto corpore relinqueretur. Namque compilare, (vt auctor eſt Aſconius Pedianus) eſt ita peruellere & furari, vt ne pilos quidem in corpore compilatores relinquant. Ex eodem fonte illa quoque verba ſunt, ſuppilare, & expilare. Hinc compilare dicitur ſcriptor, qui aliena furatur, & in vnum quaſi corpus redigit. Compilare enim, auctore Feſto, eſt cogere. Ambroſius dictus eſt à Hieronymo compilaſſe hexameron Origenis: quoniam videlicet, quæ ob Origene dicta fuerant Græca lingua, hic furtim in librum ſuum tranſtulit, Latinè compoſitum: & quod ille fuſiùs tradiderat, & vberiùs, hic ſuccinctiùs retulit, & adſtrictiùs. Virgilius compilator Homeri dictus eſt ac æmulis, quoniam verſus Homericos ad verbum penè transferebat, ex alieniſque racemis vindemiam ſibi faciebat: quod ille reſpondit magnarum eſſe virium, clauam Herculis extorquere de manu. Auctores veteris bibliothecæ mutuò ſe compilauerunt, vt inquit Macrobius. Lucianus in hanc ſententiam: ἀλλὰ εἴωθεν καὶ τῆς κεφαλῆς ἐμοῦ πρὸ ὥρας ἀξιόμισθος συλλαμβάνειν μοι τῷ ξύλῳ, ἕως ὑπηγάγοσί μου αἱ πληγαί: id eſt, ſupernè incipiens à capite & auribus, fuſte me concidebat, eò vſque dum me plagæ ipſæ excitarent. *Cedit.*] Purior lectio eſt, *cædebat*, hoc eſt, feriens, ac percutiens.

*Idem mihi talem excogitauit perniciem. Spinas acerrimas, & punctu venenato virioſas, tortili nodo in faſcem conſtrictas, caudæ meæ penſilem deligauit cruciatum: vt inceſſu modò commotæ, incitatæque, funeſtis aculeis infeſtè me conuulnerarent. * Ego igitur ancipiti malo laborabam. Nam cùm me*

Spinas acerrimas.] Lucianus dixit, ἀκανθῶν ἰξυτάτων φορτίον: id eſt, ſpinarum acutiſſimarum faſcē vinculo ſtrictiſſimo deligaſſe ſub cauda. *Virioſas.*] virulentas, exitiales, peſtiferas. Inter virioſum & vi-

tioſum hoc intereſt, quòd viroſus dicitur venenatus, virioſus verò appetens viri. vnde fœmina virioſa, & loci muliebres virioſi dicti, ſcilicet coitum appetentes. à viro virioſus, prima correpta deducitur: viroſus verò ab eo quod eſt virus, quod venenum ſignificat, prima producta inclinatur, ideóque hic legere malim, *viroſas*, quam *virioſas*. Sed quocunque modo legatur, dictio eſt à veneno deducta, inclinatáque. *Tortili.*] flexili, à torquendo tortilus dictus. Virgilius: Fit tortile collo Aurum ingens coluber. *Penſilem cruciatum.*] Significantiſſimo epitheto cruciatus ille, qui ſub cauda infeſtat iumenta, expreſſus eſt, penſilem nuncupando. eſt enim, ſuſpenſus, penſus, ſublatuſque penſiles hortos, penſilia pauimenta, penſiles plumas & vuas dicunt eruditi, à pendendo omnia deriuata. In obſcœno carmine haud indecenter dictum: Pulchrè penſilibus peculiati. Lucian. ἀπηρτήμενοι ἀπὸ τῶν ὀρῶν. Poſtilena Plauto

curſu proripueram, fugiens acerbiſſimos incurſus, vehementiore niſu ſpinarum feriebar: ſi dolori parcens, paululùm reſtitiſſem, plagis compellebar ad curſum. Nec quicquam videbatur aliud excogitare puer ille nequiſſimus, quàm vt me quoquo modo perditum iret. Idque iurans, & nonnunquam comminabatur. Et planè fuit, quod eius deteſtabilem maliciam ad peiores conatus ſtimularet: nam quadam die, nimia eius inſolentia expugnata patientia mea, calces validos extuleram. Denique tale facinus in me commiſcitur. Stuppæ ſarcina me ſatis onuſtum, properéque funiculis conſtrictum, producit inviam: déque proxima villula ſpirantem carbunculum furatus, oneris in ipſo meditullio reponit. Iámque fomento tenus calefcens & enutritus ignis, ſurgebat in flammas, & totum me funeſtus ardor inuaſerat: nec vllum peſtis extremæ ſuffugium, nec ſalutis aliquod appæret ſolatium: & oſtrina talis moram non ſuſtinet, ſed meliora conſilia præuertitur. Sed in rebus ſæuis adfulſit Fortunæ nutus hilarior: neſcio an futuris periculis me reſeruans, certè præſente ſtatutáque morte liberans.

Plauto significare videtur id tortile incuruúmque loramentum, quod sub cauda iumentorum poni solet, à post (vt opinor) nuncupata: in posteriore enim parte subterponitur. Verba Plauti ex Casina hæc sunt: Ita te aggerunda curuum aqua faciam probè, vt postilena possit ex te fieri. Vocabulum hoc nusquam aliubi, quod equidem meminerim, reperitur. *Ancipiti.*] duplici: spinarum scilicet aculeis, si procurrissem: & plagis agasonis, si substitissem. Lucilius ancipites cardines dixit, pro duplices. & M. Varro: Ancipiti (inquit) vrgeretur bello, pro duplici. Alias anceps, dubium periculosúmque significat. Virgilius: Anceps belli fortuna fuisset. Interdum anceps accipitur pro acuto ex vtraque parte. Lucilius: Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines. *Nixu.*] conatu, impulsu spinarum aculeatarum. Græcè φερσβολὴ: ex Luciano totum ad verbum sic scribente: εἰ μὲ γὰρ πατρίμα φερσίσω, συλαῖ τοὺφος τῆῦ ἀκωλῶν τὼ φερσβολῶ, ὑπὸ τῆῦ ξύλου ὑπομείμω. εἰ δὲ φόβγομα τὸ ξύλον, τοῦτ' ἤδη τὸ δεινὸν ὑπέδυν ἐξὺ φερσίσπαδι. id est: Si enim lentè irem, cauens spinarum nisum, fustibus malè peribam: si autem fugiens ictum fustium procurrerem, tunc me illud sub cauda aculeatum lancinabat. *Perditum iret.*] vexaret, extingueret, morte mulctaret. Terentius: Cur te is perditum? Lucianus ait, χ' ὅλως ἔργον ἰῶ τῆῦ ὑναλάτη τῆῦ ἐμῶ, ὑπακτεῖν μι: id est, Hoc vnum opus erat agasoni meo me conficere ac perdere. M. Cato dixit. Contumelia factum itur: significans, operam dari quo fiat contumelia. *Expugnata.*] Cùm, inquit, patientiam meam insolentia agasonis immodica expugnasset, vicissétque. Expugnatur patientia in nobis quando amplius patientes tolerantésque iniuriarum esse non possumus. Ouid. Multa diúque tuli, vitiis patientia victa est. *Calcis extuleram.*] Lucianus ait, λάξ ἐλήλυκα, calce percussi. ἔχειν ἀεὶ τῶν τὸ λάξ ἐμνήμι: id est, habuit semper in memoria illum calcis ictum. Græci dicunt λάξ per aduerbium, quod significat cum calce. Annotat Caper grammaticus, dicendum esse & scribendum calces, per lc, quando significatur glutinum parietum: cùm verò pedis dicitur calx, per x. Verùm obseruationes tales præfancidæ nimis sunt, & superstitiosæ. Calcem dicimus partem pedis, & ipsam quoque percussionem. *Stuppe farcina.*] Græci στυπεῖον vocant stuppam, & à Græco vocabulo (vt opinor) dictio Latina defluxit: quamuis Seruius grammaticus stuppam à stipando dictam esse prodiderit. Plinius in 19. Quod proximum cortici fuit, stuppa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Ab eodem stupparius malleus dictus, quo lina tunduntur, curantúrque.

Spirantem carbunculum.]prunam viuentem,ardentémque. Quæcunque ſpirant,viuunt; & quæcunque viuunt,ſpirant. Inde carbo ſpirans,eleganter dictus ſcintillans, ardens, lucens.illa enim carbonis vita eſt, ſicut econtrario extinctus, qui ſine ſpiritu eſt carbo,cùm in foco perlucet, tempeſtatem præſagit. Lucianus non carbunculum,ſed titionem ignitum raptum eſſe de foco tradit,his verbis:ἐκ τῆς ἑστίας κλέψας δαλὸν ἐνθερμὸν; id eſt, ex foco furatus torrem etiamnum ardentem. *Meditullio.*]in medio ipſius ſarcinæ ſtuppatiæ. Meditullium enim dicitur medium: ſuper qua dictione in ſuperioribus plura.Lucianus,ὑπέρυθρον εἰς τὸ μέσον:Torrem intra ſtuppam clanculùm recondidit. *Fomento.*] Quis ignorat, ſtuppam, potentiſſimum eſſe flammæ ſuſcitabulum,& ignis alimentum? Virgilius quoque in Troianæ claſſis incendio poſuit ſtuppam,velut fomitem, flammam corripuiſſe, extitiſſéque vaporis incentiuum. Fomenta à fouendo,id eſt,calefaciendo dicta ſunt. Vocamus autem generali vocabulo,omnia quæcunque ad fouendum ſunt accommodata. Apud Plinium & Celſum frequens mentio eſt de fomentis ægritudinum. Fomenta quoque,flammæ nutrimenta dicuntur.Grammatici aſſulas ex arboribus excuſſas,fomites appellant:alij ſcintillas,quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur. *Suffugium.*]Sic Silius:Suffugium infœlix miſeris & inhoſpita quercus. *Vſtrina.*]crematio, exuſtióque. *Præuertitur.*]præuenit,anticipat,præterit. Exuſtio enim ac flamma non ſinit hominem meliora excogitare conſilia, ſed remedio præſentiſſimo ſeſe quocunque modo liberare compellit. Præuerti ſignat Plautus,anteponere.in Captiuis inquit:Sequere te vt amittam,ei rei primùm præuerti volo. *Fortunæ nutus.*]Sicut Dei & principis nutus pollens poténíque eſt, ita & fortuna nutu hilariore blandiri interdum ſolet his,quos mox grauiùs allidit & cernulat. *Statuta mente.*]quam mihi ſtatuerat decreuerátque nequiſſimus agaſo.

Pridianæ.]prioris diei. Pridianum enim à pridie, id eſt priori die denominatum eſt. Pridiana obſonia dixit Suetonius in Tiberio,quæ ſuperſunt die priſtino. Item in Caligula: Mar-

Nam fortè pluuiæ pridianæ recens conceptaculum aquæ lutulentæ proximum conſpicatus, ibi memet improuido ſaltu totum abjicio: flammáque prorſus extincta tandem, & pondere leuatus, & exitio liberatus euado. Sed ille deterrimus ac temerarius puer, hic quoque ſuum nequiſſimum factum in me retorſit: gregariiſque omnibus affirmauit, me

uit, me ſponte vicinorum foculos tranſeuntem, titubanti gradu prolapſum, ignem vltroneum acceßiſſe. Mihi etiam arridens addidit: Quouſque ergo fruſtra paſcemus ignigenum iſtum? Nec multis interiectis diebus, longè peioribus me dolis petiuit. Ligno enim, quod gerebam, in proximam caſulam vendito, vacuum me ducens, iam ſe nequitiæ meæ proclamans imparem, miſerrimúmque iſtud magiſterium renuens, querelas huiuſmodi concinnat: Videtis iſtum pigrum, tardißimúmque & nimis aſinum? me præ cæteris flagitijs, nunc nouis periculis etiam angit. Vt quemque enim viatorem proſpexerit, ſiue illa ſit vetula mulier, ſiue viro mubilis, ſeu tener puellus, ſeſe, illicò diſturbato geſtamine, nonnunquam etiam ipſis ſtramentis abiectis, furens incurrit, & homines amator talis appetit: & humi proſtratis illis inhians, illicitas atque incognitas tentat libidines, & ferinas voluptates. auerſam Venerem inuitat ad nuptias. nam imaginem etiam ſauij mentiendo, ore improbo compulſat ac morſicat. Quæ res nobis non mediocris lites atque iurgia, immò forſitan & crimina pariet. Nunc etiam viſa quadam honeſta iuuene, ligno quod deuehebat abiecto, diſpersóque, in eam furioſos direxit impetus: & feſtiuus hic amaſio, humo ſordida proſtratam mulierem, ibidem in corona omnium geſtiebat inſ-

ceſcente, inquit, ſtomacho pridiani cibi onere. Plin. pridiana balnea appellat, quibus pridie homo vſus ſit. *Conceptaculum.*] Lacunam ſignare videtur, quæ (vt grammatici tradunt) propriè foſſa eſt, qua ſtare conſueuit aqua collecta. alio nomine lamæ vocantur, de quibus Horatius: Viribus vtèris per cliuos, flumina, lamas. Frontinus conceptelas appellat, aquarum concepta cula: aquas ipſemet piſcinas interpretatur, ſic ſcribens libro primo de aquæductibus: Nec Virgo, nec Appia, nec Alſietina conceptelas, id eſt, piſcinas habent. Lucianus Græco vocabulo πίλμα dixit, quod hic noſter conceptaculum. Græci πίλμα vocant, locum concauum, & lacunam. Verba Luciani hæc ſunt, βληθὲν ἐμαντὸν τῷ πίλ-

μαπε ἐς τὸ ὑγρότατον: proiicio memet in humectiſſimam lacunę partem. *Retorſit.*]reflexit, conuertit, perinde ac ego huiuſce noxæ auctor extitiſſem. Lucianus: ἢ τῶν γε ὁ παλμυδὴς παῖς εἰσπηδήσας ἐμοῦ κατηφάνισεν: id eſt, audax puer domum reueniens, in me hoc totum crimẽ coniecit, dicens me aptè ſponte in focum proſiliiſſe. *Gregarijs.*] A grege gregarij dicti. Eſt autem gregarius, vilior homo, qui in grege ſit. Gregarios milites vocant viliores, abiectioréſque: ſicut econtrariò egregios dicimus præcellentes & eximios, quaſi exemptos ex grege. Poſſunt quoque gregarij accipi pro paſtoribus, qui gregibus pecuinis præſunt: vt exponas hoc in loco gregarios pro paſtoribus, ſiue mancipiis, quæ in eiuſdem familiæ grege haberentur. Suprà dixit, Gregarius ille perduxerat: vbi expoſuimus gregarium dici, gregis armenticij nutritorem & præfectum. *Titubanti.*]vacillanti & lapſabundo. Titubantia apud antiquos dicta eſt vacillatio. Suetonius refert, Claudium linguæ titubantia laboraſſe. Talipedare verbum eſt priſcum, quod ſignificat titubare, vacillare, & quaſi talis inſiſtere. *Vltroneum.*]me ſcilicet ſponte & vltrò in ignem acceſſiſſe. Hieronymus: Vltroneas aiunt putêre merces. *Ignigenum.*]quaſi ignis & flammæ progenitorem, auctorémque. Ignigenus, quaſi ignem gignens: contrà ignigena, ex igne genitus. Sic poetæ Bacchum ignigenam vocãt, propterea quòd igne louiali ex Semele progenitus eſſe memoratur. *Petiuit.*]inſidiosè inuaſit, & aggreſſus eſt: petere enim interdum percutere eſt, inuadere, aggredi. Inde petitiones, gladiatorũ aggreſſiones dictæ. M. Tullius in Catilinam: Quot ego tuas petitiones, ita coniectas vt vitari poſſe non viderentur, parua quadã declinatione, & (vt aiunt) corpore effugi? Bouem cornupetam appellant, quaſi cornibus percutientem. De quo iuriſconſultus: Si bos, inquit, cornu petere ſolitus perierit, aut mula propter niminm ferocitatem. *Ligno vendito.*]lignis venditis: ſingularis numerus

*cendere. Quod niſi ploratu geſtúque fœmineo conclamatum viatorum præſidium accurriſſet, ac de medijs vngulis ipſius eſſet erepta, liberatáque, miſera illa * compauida atque diruptaipſa quidem cruciabilem cladem ſuſtinuiſſet, nobis verò pœnale reliquiſſet exitium. Talibus mendacijs admiſcendo ſermones alios, qui meum verecundum ſilentium vehementiùs premerent, animos paſtorum in meam perniciem atrociter ſuſcitauit.*

merus pro plurali. Ligni appellatio (vt scribit Vlpianus) nomen generale est: & propriè lignum dicimus, quicquid comburendi causa paratum est. Ideóque si cui ligna legata sint, quod comburendi causa paratum est continetur, siue ad balnei calefactionem, siue diætarum hypotaustrum. Hæc verba passim leguntur libro de legatis tertio: vbi Accursius, tanquam aliquid præclarum interpretaretur, hypotaustras exposuit loca esse vbi stant ægroti, quod Latinitatis seruantissimi valetudinarium appellant. Sed nil mirum, si in dictione mendosa mendosissimum dedit interpretamentum: cùm in sinceris cæcutiens subinde hallucinetur. Ego emendandum censeo Hypocaustum, siue hypocausim, siue hypocaustarium: tot enim modis dici potest, quod voluptarium interpretatur: est enim locus, in quo ignis succenditur & erumpit, calefaciendis vaporandísque balneis cubiculísque præparatus. Vnde τὸ ὑποκαυστεῖσθαι, id est, subtercalefacere ac succendere est nominatus. Victruuius in quinto, in describenda balnearum dispositione; eleganter docet, quemadmodùm supra hypocaustum, siue hypocausim ahena tria sunt componenda, vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, vt ex frigidario in tepidarium, ex tepidario in calidarium aqua influat. De his Papinius in primo Siluarum: Tenuem voluunt hypocausta vaporem. Plinius quoque in epistolis meminit hypocaustorum: Latini vaporarium interpretantur. M. Cicero in Epistola ad Quintum fratrem: Ita erunt posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculo. Erit itaque census hic iurisconsulti: Legatis lignis, contineri illud quod paratum est ad balneas calefaciendas, & ad hypocaustum diætarum, id est, ad vaporarium cubiculorum (vt planiùs explicem) quod paratur ad calefacienda vaporandáque cubicula, qualia apud transmontanos sunt frequentissima: ipsi stuffas vocant (interdum enim vocabulis barbaricis vtendum est, vt res eruditior liquidius illustretur. Nam illud ignis conceptaculum ad calefaciendum diætam, non absurdè hypocaustũ dici posset. Diætæ autem, quatũ crebra est mentio in libris iurisconsultorum, historicorum, poëtarúmque sunt cubicula siue cœnacula, in quibus viuimus versámúrque. Vnde à conuersatione victuque, verbo Græco dicta sunt. διαιτᾶσθαι enim significat viuo & conuersor. Quídam nostro seculo clarissimi, quos à me nominari in ea parte qua reprehenduntur inhumanum est, diætas appellatas esse autumant, quòd in eis die edatur: idque etymon fulciunt auctoritate Varro-

niana nusquam hoc à Varrone traditum lego: & quia non lego, minimè credo hæc esse Varroniana. A diæta diætarij vocantur, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo: qui (vt scribit Vlpianus titulo de extraordinariis criminibus) plusquàm fures sunt puniendi. Inibi perperàm & corruptè legitur detractarij pro diætarij. Non inuitus diuertor nonnunquam in extraordinaria hoc genus annotamenta, propterea quòd scio talia non minùs esse iucunda & grata studiosis, quàm ordinaria interpretamenta. In commentariis Suetonii, Propertii, Tusculanarum, secutus sum morem hunc, vt flosculos doctrinarum per intervalla insererem, & nodos scriptorum aliorum saltuatim, in trãscursúque enodarem: quæ lectores (nisi mihi amici blandiuntur) valde delectant & ex illa commentatione continenti quasi lassescentes reficiunt, recreant, recentant. Sed iam domum repedandum est, & institutum opus peragendum. *Vacuum.* } sarcina lignaria exoneratum. Lucianus dixit, γυμνὸν καὶ ἄζυλον κομίσας. *Magisterium rennens.* } recusans officium muniáque asinarii, & in beluas præfecturam. Magistrare est, moderari, & monstrare: vnde magister, magisterium, magistratus deriuantur. *Concinnat.*] aptè confingit, & concinniter facit. *Videtis.* } Apud Lucianum sic inquit, πῶς δοκεῖτε τὸν ἔνιον ὡς εἰδὲ ὅτι βόσκεσθε ἄνθρωποι καὶ βεβαίως ὄντας: id est, ô domine, non vides quòd pascimus hunc asinum cessatorem & tardum? *Nimis asinum.*] Alludit ad asinorum naturam, qui ferè tardigradi sunt, & pigri. Hinc optimo epitheto dixit poëta, Tardi costas agitator aselli. *Præ cæteris.*] præter cætera flagitia. *Angit.* } cruciat, torquet. Angor animi est & corporis cruciatus. ab angendo angina dicta, qui morbus angit fauces, & strangulat: Græcè synanche appellatur, vulgò squinantia. & ita apud Hippocratem passim legitur: Morbus est acutus, mortiferúsque, statim necans, nisi citissimè succurratur. Hinc Angerona quoque Dea nominatur, cui à Romanis sacra instituta sunt ad anginam propulsandam arcendámque, cùm omne genus animalium, quodam tempore angina consumeretur, cuius festa Angeronalia dicebantur. Hæc diua præsul silentij habebatur, ideóque eius simulachrum sit prænexo obsignatóque ore. Tradunt tutelarẽ Deum vrbis Romæ fuisse Angeronam, quæ digito ad os admoto silentium denuntiat, quasi monens silendum esse alterum vrbis Romæ nomen, quod in arcanis cerimoniarũ habebatur, quod inuulgare nefas erat. auctores Plinius, Solinus, Macrobius, Festus, cæteri. Illud adde, quòd anginam vinariam habere dicuntur, qui vino suffocantur. *Viatorem.* } Generali vocabulo viantem. Aliàs viatores nominati sunt ministri, qui ex vilis

lis ſenatores accerſebat in curiam auctores, M. Tul. Pli. & Columella. *Sine ſit vetula.* } Lucianus, ἐὰν γυναῖκα ἢ παρθένον καλὴν ἢ ὁράσῃ ἰδὼν, ἢ παῖδα, ἀποκαστίσας ἵππος ἐξέρχεται ἐπ' αὐτούς: id eſt, Si mulierem vel virginem formoſam, ac viro maturam, ſiue puerum viderit, calcitrando furens eos curſu inſectatur. *Viro nubilis.* } Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Quartodecimo ætatis anno homines pubeſcunt: tunc enim moueri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio fœminarum: tunc puellæ maturæ viro ſunt, & nubiles: tunc maſculi aliena tutela eximuntur, quaſi virili iam robore muniti: fœminæ verò propter votorum feſtinationem maturiùs biennio legibus à tutela liberantur. Iuſtinianus Imperator libro primo Inſtitutionum, conſtitutione imperatoria pubertatem in maſculo terminat (vt diximus) poſt decimumquartum annum, fœminas verò poſt duodecimannos completos viripotentes nubileſque eſſe ſancit. *Puellus.* } Antiqui puellos dixerunt pueros: vt M. Varro, Lucilius, Tranquillus, & cæteri. Græcè παιδίον ἢ παιδάριον nominatur. *Geſtamine.* } ſarcina. *Amator talis.*] Aſinus aſinas appetere debet inſtinctu naturali. Hoc verò monſtrum eſt, ſi homines appetit, & cum hominibus concumbere geſtit. *Inhians.*] ſitienter deſiderans, & cupienter appetens. Dicimus inhio huic rei, & hanc rem, cum datiuo & accuſatiuo. Martialis inhians gazæ, vt magnus draco, quem canunt poëtæ. Statius: Fraternos inhiantem obitus. Qui appetenter quippiam & immodicè concupiſcit, ore patulo & hianti imminet incumbítque rei expetitæ. Inde inhiare dictum, pro concupiſcere. *Inuitat ad nuptias.*] Symbolicòs, & velamento verborum verecundo concubitum ſignificat. Lucianus quoque conſimiliter Græcè dixit γαμῆσαι ἐβούλετο, vxorem ducere voluit. *Auerſa Venere.* } Concubitum puerilem, & obſcœnum atque præpoſterum, elegantèr auerſam Venerem appellat. Iulius Capitolinus in vita Albini Imperatoris: Mulierarius, inquit, fuit inter primos amatores, auerſæ Veneris ſemper ignarus. M. Cato in hominem muliebria patientem: Aduerſus, inquit, & auerſus impudicus es. Præpoſtera quoque & poſtica libido nuncupatur auerſa Venus, de qua dixit Plinius ſeueriter & ſanctè: In hominum genere maribus diuerticula Veneris excogitata, omnia ſcelera naturæ, fœminis verò abortus: quantùm in hac parte multò nocentiores quàm feræ ſumus? Quicunque horoſcopum habuerit in quarta parte Capricorni, præpoſteris libidinum amoribus mulieres perſequetur: vt docet Maternus in ſeptimo. Item ille cum vxore ſua impuro coitu miſcetur, in cuius horoſcopo Iupiter & Mer-

curius positi fuerint in occasu, & eos Saturnus diametra ratione percutiat. Coitum auersum esse elephantis, camelis, tigribus, leoni, cuniculis tradunt, quibus auersa sunt genitalia. *Sauij.*] basij, oscüli. *Morsicat.* } Lucianus, δάκνῃ ἐπὶ φιλήματος σχήματι: id est, mordet sub oscüli prætextu. Morsicatim aduerbium est, quod significat cum morsu: quod alio quoque aduerbio mordicus dicitur. *Lites pariet.*] Lucianus, ἐκ τούτου σοὶ δίκας καὶ πράγματα παρέξει: id est, ex hac re lites tibi & negotia faceſſet. *Quadam iuuene.* } De fœmina dictum. sic Ouidius: Siue petis iuuenem, iuuenes tibi mille placebunt. Plinius in septimo: Cornelia iuuenis est, & párere adhuc potest. *Amasio.* } amator. declinatur amasio amasionis. Pro amatore vsurpamus: vt adagium & adagionem dicimus pro prouerbio: sic amasionem & amasium. apud Plautum ἐρωτιδεύσιμος amatorculus, pro humili, pusillo, minuto amatore ponitur. *In coram omnium.*] Archaismos, pro coram omnibus. Terentius: Vereor te in coram laudare. Sic & infrà in 10. dixit: Iuniorem in coram sui funerari videbat. *Inscendere.*] subagitare. *Compauida.*] pauescens, tremiscénsque. Romani codices habent compauita, quod non displicet, vt compauita significetur complanata, compressa, conculcata ab asino: sicut pauimenta pauiendo coæquantur, & pistatione solidantur. *Dirupta.* } enormitate scilicet genitalis asinini. *Pœnale.*] noxium, pestiferúmque. à pœna, pœnale deducitur.

Publicum maritum.] Festiuiter, nec minùs decenter asinum appellat publicum maritum, tanquam fœminas omnes inire ac subagitare cupientem. De Cæsare dixit Curio, Eum esse omnium vitorum mulierem, omnium mulierum virum: à Iuuenale quoque dictum est, Fiet amator

*Denique vnus ex illis: Quin igitur publicum istum maritum, inquit, imò communem omnium adulterum, illis suis monstruosis nuptys condignam victimamus hostiam? Et, Heus tu puer, ait, obtruncato protinus eo, intestina quidem canibus nostris iacta, cæteram verò carnem omnem operariorum cœnæ reserua. Nam corium affirmatum cineris * aspersum dominis referemus: eiúsque mortem de lupo facilè mentiemur. Sublata cunctatione, accusator ille meus noxius, ipse etiam pastoralis exe cutor sententiæ lætus, & meis insultans malis,*

Digitized by Google

malis, calciſque illius admonitus, quam inefficacem fuiſſe mehercules doleo, protinus gladium cotis attritu parabat. Sed quidam de cœtu illo ruſticorum, Nefas, ait, tam bellum aſinum ſic enecare: & propter luxuriam laſciuiámque amatoriam criminatum, operâ ſeruitióque tam neceſſario carere: cùm alioquin exectis genitalibus, poßit neque in Venerem vllo modo ſurgere; nóſque omni metu periculi liberare, inſuper etiam longè craßior atque corpulentior effici. Multos ego ſcio non modò aſinos inertes, verùm etiam ferociſſimos equos, nimio libidinis calore laborantes, atque ob id truces veſanóſque adhibita tali deteſtatione, manſuetos ac manſues exinde factos, & oneri ferendo non inhabiles, & cæteri myſterij patientes. Denique niſi vobis ſuadeo volentibus, poſſum, ſpatio modico interiecto, quo mercatum proximum obire ſtatui, petitis è domo ferramentis, huic cura præparatis, ad vos actutùm redire, trucémque amatorem iſtum atque inſuauem dißitis femoribus emaſculare, & quouis veruece mitiorem efficere.

publicus. *Monſtruoſis nuptijs.*] Illæ nimirùm monſtruoſæ portentoſæque ſunt nuptiæ, quæ inter diſpares fiũt, quibus iumenta & homines copulantur, quæ inter aſinum fiunt & fœminam. Naturalis enim coniunctio & coitus ille eſt, vt aſinus aſinæ, equus equæ, homo homini coniungatur. Nãque (vt docet Ariſtot. in Problematis) in totum cognata cognatis & ſui generis concumbunt. *Victimamus.*] immolamus, ſacrificamus. Victimarij dicti, qui præſunt hoſtiis immolandis. *Hemus tu.*] Lego, *Hem tu*: vt vox ſit vocantis, inclamantíſque puerũ. *Iacta.*] iactato, proiicito: imperantis eſt verbum. Lucianus, Κατασφάξατε αὐτὸν, καὶ τὰ μὲν ἔγκατα τοῖς κυσὶ δότε, καὶ τὰ κρέα τοῖς ἐργάταις φυλάξατε: id eſt, ipſum iugulate, & inteſtina quidem canibus date, carnes autem operarijs reſeruate. *Affirmatum cineris inſperſum.*] Sic emendo, *offernatum cineris inſperſu*: vt ſit ſenſus, Dominis reportabimus aſini cortium offernatum: hoc eſt, purgatum, induratum, concinnatum, inſperſum inſpergine cinereulenta. *De lupo.*] Lucianus

λύκου τοῦ τὸ κριὸν ἁρπάσαντος. i. à lupo interemptum mentiamini. Pastoralis sententia, quam vnus ex pastorum grege dixerat. *Calcis admonitus.*] ictus ille calcis resilebat in memoria pueri agasonis. nam, vt inquit Lucianus, ἔχει γὰρ τὸ πάλαι ἐν μνήμῃ. Sententia catholica est: Cui dolet meminit, cui placet obliuiscitur. Memoria iniuriarum immortalis est, beneficiorum obliuiscimur. Attamen (vt inquit veriſſimè Seneca) magni animi est iniurias dèspicere. Hinc laudatur M. Cato, qui per imprudentiam à quodam percussus, eidem posteà satis facienti: Non memini, inquit, percussum me. In laudem Cæsaris dixit M. Tul. Qui nihil obliuiſci soles, nisi iniurias. *Inefficacem*] quæ videlicet agasonem non peremerit. *Bellum.*] elegantem, scitum, venustum. *Seruitio necessario.*] Columella in 8. Plurima, inquit, asini & necessaria opera supra portionem respondent, cùm & facilem terram aratris proscindat, & non minima pondere vehicula trahat. Iam verò molarum & conficiendi frumenti penè solennis est huius pecoris labor. omnes rus tam maximè necessarium instrumentum desiderat asellum, qui pleraque vtensilia & vehere in vrbem, & reportare collo vel dorso commodè potest. *Cotis attrita.*] Inter operarios lapides sunt cotes ferro acuendo præstantissimæ. Multa eorum genera. Creticæ diu maximam laudem habuere. Ex cotibus aliæ sunt aquariæ, aliæ oleariæ: quales in tonstrinarum officinis haberi solent. Inter aquarias laus maxima fuit Naxiis, mox Armeniacis. Ex oleo & aqua Ciliciæ pollent: sunt enim olearię simul, & aquariæ. Sunt quædam quoque saliua hominis proficientes. Cos, vt inquit decenter Horat. ferrum acuere potest, cùm ipsa exors secandi sit. Aristot. iram dixit cotem esse virtutis. Silius & Cor. Tacitus, ferrum saxo exasperari scribunt: intelligi volentes, cote acutum fieri. Diminutiuum cotis est coticula. Verùm coticulæ alius vsus, alia significatio est quàm cotis. Nam coticulæ (vt docet Plin. in 33.) sunt lapides, non ad ferrum acuendum, sed reperti in experimentum auri argentique: his coticulis vtuntur aurifices periti, cùm è vena rapuerint lima experimentum, protinus dicunt quantùm auri sit in ea, quantùm argenti vel æris, scrupulari doctrina mirabili, ratione non fallente. Hunc lapidem alij Heraclium, alij Lydium vocãt. Illud adde, cotarias dici fodinas cotes, loca scilicet in quibus cotes fodiũtur. Vlpian. tit. de publicanis, sic refert: Cæsar cùm insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat. Antiqui decotes togas dixerunt detritas, à cotis attritu. *Exectis geni.*] amputata virilitate. Lucian. λαβὲ αὐτὸν καὶ ἔκτεμε: Cape ipsum, & castrato. *Nullo modo.*

Legen-

Digitized by Google

Legendum eſt, vllo modo: aut duæ negatiuæ particulæ vnius ſignificantiam habebunt, ex ritu ſcilicet, & conſuetudine priſcæ loquutionis. M. Varro: Non modò ignoraſſe me clamat, ſed omnino omnis heroas negat neſciſſe. *Corpulentior.*] Nulla res ita exhaurit corpus, & attenuat, ſicut frequens coitus, in cunctis ferè animantibus: econtrariò nihil magis firmat vires, & corpulentiam facit, quàm Veneris abſtinentia. hinc illud Maronianum: Sed non vlla magis vires induſtria firmat Quàm venerem & cæci ſtimulos auertere amoris. Sic galli gallinacei macreſcunt inguine exhauſto, caſtrati pingueſcunt: capones enim, vt inquit ille, coacti non amare, pinguedine gliſcunt. Sic equi, ſic aſini, ſic cætera inter lecto per caſtrationem coitu fiunt corpulentiora, habitioráque. Lucian. in hunc ſenſum, τῶν γὰρ ἐπορεγομένου τούτου ὁρμῆς ἀφαιρεθὲν, ἡμερώτερον τὸ θῆρ καὶ πίονα ἔσται: id eſt, ſubductus ab hoc impetu libidinis, manſuetus ſtatim erit, & pinguis. *Ob id truces.*] Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum, vt ſcribit Columella, libidinis extimulatur furiis, perſæpe admiſſarij equi furentes in libidinem afferunt gregi perniciem, & ferocia inſanientes abruptis vinculis grauidas inquietant, ceruicibus dorſiſque fœminarum morſus imprimentes. Quod ne faciant pauliſper ad malam vincti, amoris fœuitiam temperant. Qui ergo truces ferocéſque libidine viſuntur, iidem caſtrati fiunt mitiores, manſuetioréſque. *Deteſtatione.*] Quidam corrigunt, *deſectatione*, pro exectione genitalium amputationéque virilitatis. Mihi oppidò quàm placet vt legas, *Deteſtatione*: quod vocabulum nouum mirè congruit nouatori opificíque verborum Apuleio: itaque eleganter deteſtatio ſignificatur teſtium abſciſio, emaſculatióque, à teſtibus videlicet, hoc eſt, teſticulis formata dictione. Aliis deteſtatio dicitur denuntiatio, facta conteſtatione, vt docet Vlpianus. Alias ponitur pro execratione. Apocope eleganti vocabulo dicuntur à Iulio Materno, caſtrati: quaſi abſciſſi, amputata virilitate. Caſtratorum quoque illa nomina ſunt, eunuchi, ſpadones, thlibiæ & thlaſiæ. priora vocabula omnibus nota: poſteriora plurib. ignota, à me explicantur in commentariis Tranquilli, & corriguntur in libris iuriſconſultorum. *Manſues exinde factos.*] Ariſtot. auctor eſt, ſpadones ex caſtratione effœminatos fieri, tranſmutari in naturam muliebrem. Ideóque ſicut mulieres, ita & ſpadones eſſe cruribus vlceroſis, nec varicoſos fieri. conſimiliter equi, aſini, cæteríque animantes abſciſſis teſtibus effœminantur, ſi únque reſtincta per emaſculationem ferocia manſuetiores, tractabilioréſque. Manſuetum dicunt, quaſi manu aſſuetum:

quòd omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. Mansues pro mansuetus vsurpatur apud antiquos. Actius: Nunc sine matre misericordia mansues fit. *Nisi volentibus.*] Per anastrophen expone: id est, si vobis volentibus persuadeo. *Mercatum.*] emporium signat, forúmque rerum venalium. *Obisse.*] adiisse, accessisse. Hæc enim præpositio, Ob, interdum significat ad: vt Ob os, & obire, adire. *Ferramentis.*] Ferramenta intelligit, quæ castratoria nominantur. Palladius in primo: Item cauteres, castratoria ferramenta, atque tonsoria, vel quæ ad animalium solent pertinere medicinam. Quod cauteres dixit Palladius, scito sic appellari instrumenta chirurgi, siue ferramenta, quibus ignitis & candentibus vruntur putridæ carnes, & vlcera: quãdo enim lenia medicamenta nil prosunt, austeriore hac & mordaciore medicina vti solemus. Eadem cauteria quoque dicuntur. Caustica verò medicamenta sunt habentia vim causticam, id est, vrentem. Hinc illud prouerbiale apud Hieronymum, Putridæ carnes ferro curantur & cauterio. Inde cauteriata conscientia à Paulo Apostolo in Epistola ad Timotheum dicitur, quasi cauterio notata: qualis in hypocritis est. Illud adde dignum annotatu, Cauteria dici quoque instrumenta pictorum, quibus vtuntur peculiariter in ea pictura quæ encaustice appellatur, quæ fit coloribus inustis, & resolutis igni ceris. de qua Plin. in 35. de qua intellexit. Ouid. illo hemistichio: Tabulásque coloribus vris. De cauteriis in hoc significatu Martianus iurisconsultus tit. de fundo instructo, sic refert: Pictoriæ instrumento legato, ceræ, colores, similiáque horum legato cedunt. Item: puniculi, & cauteria, & conchæ. *Actutum.*] confestim, cuestigiò, sine dilatione: aduerbium est temporis. Quidius: Quos equidem actutum: sed quid prædicere pœnam Attinet? Virgilius: Actutum pius Æneas atque integer ævi Ascanius. *Dissitis femoribus.*] discluſis, diuaricatis, diductis. Dissitum media correpta, dicimus, distans, remotum, discluſum. Econtrariò adsitum, adiunctum, ac propinquum. Dissitum, quasi procul situm: adsitum, iuxta situm. In Floridis, hæc duo veluti inter se contraria opposuit atque disparauit, sic scribens: Homines aeque longulè dissita, neque proximè adsita possumus cernere. Agretius grammaticus adsitum dicit esse, cui aliquid vt sustineat adiungitur. citátque Horatij testimonium ex Epistolis: Qua populus adsita certis Limitibus: tanquam populus arbor ad Horatio adsita nuncupetur, quia vitibus maritatur. Ego verò ab Agretio dissentiens, ita interpretor, vt populus adsita dicatur ab Horatio, arbor sita positáque iuxta certos limites, ad iurgia inter conterminos dirimenda:

quales

quales hodiéque in limitibus agrorum conſpiciuntur. & ita Adſita ſimpliciter accipietur pro oppoſita ad limites agrorum, & fines, ſiue maritata ſit vitibus, ſiue celebs: immò ferè ſæpe in collimitio agrorum ſunt arbores inculræ, minimèque frugiferæ. Qui ſumpſerit in manum nouiſſimam Horatij epiſtolam, éamque accuratè perlegerit, is haud dubiè cognoſcet, interpretamẽtum hoc noſtrum cum Horatiana ſententia adamuſſim conuenire, illud autem Agretij affectatum eſſe nimis & præſtigioſum. Igitur vt ad rem redeamus, femora diſcluduntur, diſſeparantur, diſiunguntur, & (vt dixit Apuleius) diſſita fiunt in aſino, quem ferramentis caſtratoriis velis excaſtrare, & abſcindere virilitatem. *Emaſculare.*] excaſtrare, & maſcula virilitate viduare. Emaſculatores eleganti ſcitóque vocabulo dicti pædicones, & puerorum ſubactores, atque libidine præpoſtera abutentes, quos Græci ἀφροδισιάτας vocant. Nam tales quaſi emaſculant pueros concubinos & catamitos, qui vicem implent præſtántque fœminarum, prorſus effœminati, & in ſexum muliebrem penè reformati. Conſimile eſt verbum illud Euirare, quod ſignificat vitæ virilitatéque ſpoliare: inde euirati molles dicuntur, & fluxi, quos pœnitet quòd viri nati ſunt. Martialis: Cùm ſis cinædo euiratior fluxo. *Veruece.*] Lucianus, κρίνει τῶν σωφρονίστερον παρέξει τὴν γνώμην: id eſt, hunc tibi modeſtiorem ouicula reddam ex ſectione. Veruecem vocant arietem caſtratum, & cui dempti ſunt teſticuli: à verſa natura dictus veruex, vt interpretatur M. Varro. Mitigari autem ferociam arietis, quando tranſfiguratur in veruecem exectis genitalibus, opiliones & ouiarij paſtores optimè norunt. Probroſo ignauiæ maledicto Plautinus ſeruus veruecea ſtatua inclamitatur à domino. Ferocia arietis cohibetur, cornu iuxta aurem terebrato. Aries mutilus mitior eſt: nam cornutus frequenter in pugnam procurrit, & ſit in fœminas quoque procacior, nec non ritualem violentiſſimè perſequitur: vbi ſit veruex, mitigatur & manſueſcit. Manſuetarij ab antiquis dicti magiſtri manſuetudinis, qui feras docent manſueſcere. Quicunque nati fuerint oriente ſigno ſeptentrionis, erunt manſuetarij ferarum: id eſt, qui vrſos, vel tauros, vel leones depoſita feritate humanis conuerſationibus ſocient, auctor Maternus. Circurare verbum vetus eſt, quod ſignificat manſuefacere: vt docet M. Varro. Vnde cicur ingenium, pro manſuetum, & cicures animantes, quæ ſunt placidæ, manſuefactæ, exarmatæ. Hoc enim quoque nomine appellantur fere, exuta feritate. Lampridius in Heliogabalo: Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis, quos

edoctos per manſuetarios, ſubitò ad ſecundam & tertiam menſam iubebat accumbere.

*Tali ſententia medijs Orci manibus *retractus, ſed ex tunc pœnæ reſeruatus, mœrebam, & in nouiſſima parte corporis totum me periturum deflebam. Inedia denique continua, vel præcipiti ruina, memet ipſe quærebam extinguere: moriturus quidem nihilominùs, ſed moriturus integer. Dúmque in iſta necis meæ decunctor electione, matutinò me rurſum puer ille, peremptor meus, circa montis ſuetum ducit veſtigium. Iámque de cuiuſdam vaſtiſſimæ ilicis ramo pendulo deſtinato, paululùm viam ſupergreſſus ipſe, ſecuri lignum, quod deueheret, recidebat. Et ecce de proximo ſpecu vaſtum attollẽs caput funeſta proſerpit vrſa: quam ſimul conſpexi, pauidus, & repentina facie conterritus, totum corporis pondus in poſtremos poplites recello, arduáque cervice ſublimiter eleuata, lorum quo tenebar rumpo: méque protinus pernicis *fugæ committo, pérque prona non tantum pedibus, verùm etiam toto proiecto corpore, properè deuolutus, immitto me campis ſubpatentibus: * & ſummo ſtudio fugiens immanem vrſam, vrſáque peiorem illum puerum. Tunc quidem viator ſolitarium vagúmque me reſpiciens, inuadit: & properiter inſcenſum baculo quem gerebat obuerberans, per obliquam *ignar ámque me ducebat*

Ex tunc.] ex illa hora, & temporis momento: ſicut exnunc dicitur, pro ex hoc tempore & hora. Quidam codices habent, *Extreme*. extrema autem pœna mortis eſt: &, vt inquit Celſus iuriſconſultus, vltimum ſuppliciũ ſolam mortem interpretamur.

Mœrebam.} lugebam, lamentabar. Lucianus, ἐγὼ δὲ ἔδακρυον ὡς ἀπολούμενος αὐτίκα τὸν ἐμαυτοῦ πατέρα: id eſt, Ego flebam, perinde ac perditurus ſtatim in aſino virum. *Nouiſſima parte.*} Id eſt, genitalium abſciſſione. *Periturum.*} Lego *periturum*, hoc eſt, moriturum. *Inedia continua.*] Quibus inedia mori & abſtinentia cibi conſilium eſt, hi ſeptimo die mortem oppetunt. Plinius in 11. Homini non ante diem ſeptimum letha-

ducebat viam. Nec inuitus ego curſui me accommodabam, relinquens atrociſſimam virilitatis lanienam. Cæterum plagis non magnopere commouebar: quippe conſuetus, ex * forma, concidi fuſtibus. Sed illa fortuna meis caſibus peruicax, tam opportunum latibulum miſera celeritate præuerſa, nouas inſtruit inſidias. Paſtores enim mei, perditam ſibi requirentes vaccullam, variáſque regiones peragrantes, occurrunt nobis forſuitò: ſtatímque* me cognitum, capiſtro prehenſum, attrahere oeſtiunt. Sed audacia valida reſiſtens ille, fidem hominum, * dominíque teſtabatur. Quid me* raptatis? quid inuaditis? An te nos tractamus inciuiliter, qui noſtrum aſinum furatus abducis? Quin potiùs efſaris, vbi puerum eiuſdem agaſonem necatum ſcilicet occultaris? Et illicò* detractatus ad terram, pugniſque pulſatus, & calcibus contuſus, inſtit deierans, nullum ſemet vidiſſe ductorem, ſed planè concinnatum, ſolutum & ſolitarium, ob indicinæ præmium occupaſſe: domino tamen ſuo reſtituturum. Atque vtinam ipſe aſinus, inquit, quem nunquam profectò vidiſſem, vocem quiret humanam dare, meaque teſtimonium innocentiæ perhibere poſſet! profectò vos huius* iniuriæ pigeret. Sic adſeuerans, nihil quicquam pronouebat. nam collo conſtrictū reducunt eum paſtores moleſti, * circa montis illius ſiluoſa nemora, vnde lis inedia: duraſſe, & vltra vndecimum pleroſque certum eſt. Inediā noſtri, cibi abſtinentiam dicunt, Græci νηστείαν. Hippocrates in Aphoriſmis, χρόνιοι δὲ γηροβοσκίαι νηστείαν γίνονται: id eſt, inediā facillimè ſuſtinēt ſenes. *Morituros.*] tanquam non integer, ſed mutilus moriatur, qui moritur præciſis genitalibus, quæ numerantur inter membra principalia. Namque Auiuicenna & Galeno auctoribus, membra principalia ſunt quatuor: cor, cerebrum, iecur, & genitalia. *Deuectior.*] demorior, & contabundus inſiſto. *Peremptor.*] A voluntate, non ab effectu peremptorem appellat agaſonem, qui perimere ipſum quoquo modo deſtinauerat. Sic poëta maritos dixit, non qui eſſent, ſed qui eſſe cuperent, illo verſu: Quos ego ſum*

toties iam dedignata maritos. *Me destinato.*} deligato. peculiaris in hoc significatu dictio Apuleiana. *Vastissimæ ilicis.*} Inter glandiferas arbores est ilex, cuius glans breuis est, & gracilis quã Homerus acylon appellat. Iligna glans suem facit angustam, nitidam, stirigosam, ponderosam. Plin. auctor: glandiferi genetis arbores ferè omnes vastitate & enormitate immodica luxuriant. Cirica corona, quæ seruatori ciuis in bello dabatur, iligna primò fuit. Ab ilice, ilicetum dictum, locus ilicibus plenus: sicut à quercu quercetum, ab esculo esculetum. *Ecce de proximo specu.*] Hæc particula Ecce, vt Pedianus Asconius & Donatus annotauerunt, inopinatum improuisúmque denuntiat malum. Quod apud Virg. & M. Tullium curiosus lector aspiciet. Hæc autem omnia Apuleiana sunt, indicta omissaque à Luciano. Noster enim latiùs, fusiùs, copiosiùs asinum suum opimat, fareítque, quàm Græcus Lucianus. *Proserpit vrsa.*] Mares in omni genere fortiores sunt, præterquàm in pantheris & vrsis: auctores Aristoteles & Plinius. Itaque scitissimè vrsam dixit, potiùs quàm vrsum: vtpotè fortiorem, truculentiorémque: sic & Ouid. Scæua truculentior vrsa. ἄρκτος Græcè dicitur vrsa. vnde arctomys dicitur, animal habens similitudinem muris & vrsi. à Hieronymo interpretatur vrsus mus, fideliter magis quàm fœliciter. Prouerbium est apud Græcos, ἄρκτου παρούσης ἴχνη μὴ ζήτει, vrsa præsente ne quære vestigia. dicitur autem de timidis venatoribus. *In poplites recello.*] retraho, & cessim reduco. Poplites sunt sub genibus, Elephas poplites intus flectit hominis modo, cæteţa animalia in diuer-

gnum puer solebat agere. Nec vspiam ruris reperitur ille; sed planè corpus eius membratim laceratum, multísque dispersum locis conspicitur. Quam rem procul dubiò sentiebam ego, illius vrsæ dentib. esse perfectam. Ethercules dicerem quod sciebam, si loquendi copia suppeditaret: sed quod solum poteram, tacitus, licèt sera, vindictæ gratulabar. Et cadauer quidem dissectis partibus tandem totum repertũ. egréque concinnatum ibidem terræ dedêre: meum verò Bellerophontem, abactorem indubitatum, cruentúmque percussorem criminantes, ad casas interim suas vinctum perducunt, quoad renascenti die sequenti deductus ad * magistratus, vt aiebant, pœnæ redderetur.*

diuersum. *Recellere.*] vt inquit Festus, est reclinare: excellere verò, in altum tollere. Liuius in 24. Ferrea manus cum iniecta proræ esset, grauíque libramento plumbi recelleret ad solem suspensa, prora nauim in puppi statuebat. Sensus Apuleij est: Visa, inquit, vrsa vasta & formidanda, omnib. viribus neruísque contendi effugere imminens periculum: ita poplites pedum posteriorum cœpi retrahere, reclinare, retroducere: vt ita rupto loro quo alligabar, saluti fuga consulerem. Ab hoc verbo Recello, Plautina dictione, epitheto meretricario recellicluniæ, nominantur meretrices, quòd scilicet in concubitu recellant clunes, & nates torqueant, vt cõcinnior fiat venerius coitus. Sed in omnib. ferè Plauti codicib. leges, non recelliclunias, sed reliquias alicarias, in Penulo. Relicinus verò comâ significatur, viduatus comâ capillitióque depopulatus: à relinquo dictus, non à recello. Itidem frõs relicina, aperta capillis dimotis, à relinquendo deducta dictione. Nescio an satis decenter dici possit relicina coma: sed homo relicinus comâ, quasi relictus à capillis: & frons relicina, quæ capillitio velata non sit, rectè & eleganter dicitur. Frontem in Alexandro Magno relicinam fuisse, laudat Apuleius in Floridis: quæ scilicet lata, aperta, spectabilis, & à capillorum tegumento libera viseretur. *Subpatentibus.*} sub monte exporrectis ac patentibus. Subalpinos populos appellat Plin. qui sunt sub Alpibus. *Solitarium inuadit.*] Tit. de acquirẽdo rerum dominio, traditum est, animalia quorum natura fera est, fieri occupãtium. Sed cùm asini natura fera non sit, non potuit iure fieri capientis: quamuis solitarius & procul domino fugitans captus sit. Etenim si longiùs à nobis abscesserint animantes nostræ mansuetæ & cicures, adeò vt ignoremus vbi sint, tamen nihilominùs in nostro dominio tenentur. *Properitur.*] Emenda, *properiter*, id est festinanter, celeriter, perniciter. Veteres enim properiter pro properè dicebant, vt superbiliter pro superbè, verecunditer pro verecundè, temeriter pro temerè, aliáque hoc genus innumera. *Obuerberans.*] Lego, *obuerberans* hoc est, verberibus & fustibus cædens. *Per obliquam.*} tramites, diuerticula, calles deuios significat. *Virilitatis lanienam.*} laniatum, laniationémque genitalium. Laniena dicitur propriè taberna vbi venditur caro: sicut pellesuina, vbi pelles: sutrina, vbi calcei venduntur. auctor M. Varro in libris de analogia. Igitur cùm in laniena lanietur secetúrque frustatim à laniis caro venalis, satis condecenter laniena vsurpatur pro ipsa laniatione & sectione, à laniando nominata. *Plagis non commouebar.*} Costas occaluisse plagis significat, quotidianis fustibus contundi assuetos. Et profectò ærumna-

rum consuetudo facit nos obdurescere, & quasi callum ducere aduersus sensum malorum. Hinc illud Ouidianum: Quod malè ferts assuesce, nihil assuetudine maius. & Ausonius inquit: Leniréque vsum bona consuetudo laborum. *Concidi.*] lacerari fustuario supplicio. *Pernicax.*] pertinax, perseuerans tenaciter & perenniter in meis calamitatibus. In hanc sententiam Ouid. An miseros tristis fortuna tenaciter vrget? Peruicaces dicuntur, teste Porphyrione, qui in contentione vsque ad peruincendum perseuerant. Sic peruicax Achilles Horatio dictus. Peruicaciam à pertinacia grammatici ita dispescunt, distinguúntque, vt peruicacia interdum bonarum rerum perseuerantia sit, pertinacia semper malarum. Quod & Actius poëta denotat his verbis: Pernicacem dicis me esse, perfacilè patior, pertinacem nihil moror: Hoc fortis sequitur, illam indocti possident. M. Tullius tradit, pertinaciam vitium esse finitimum perseuerantiæ, sicut audacia fidentiæ finitima est. Verùm, vt aliubi annotauimus, pertinax quoque in bono vsurpatur: vt pertinax virtus apud Liuium, pertinax bonitas apud Curtium. *Præuersa.*] anticipans, præueniés, euocans: ne scilicet ego tam opportuno latibulo & latebra tam salutari tutus delitescerem. Archaismos autem est, & figuratum genus eloquutionis, præuersa latibulum: vt nuda genu, & mœsta vultum. *Vacculam.*] A vacca per diminutionem fit vaccula, quæ & alio nomine buccula nominatur: vt Virg. Buccula cœlum suspiciens. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: qua prægnans, horda: ab eo in fastis dies Hordicalia nominatur, quod tunc hordæ boues immolantur: quidam fordas & Fordicalia siue Fordicidia appellant. Vtrunque rectè, cognatione quadam literæ f cũ h. vnde antiqui dicebant fœdum pro hœdo, fosten pro hoste, fostiam pro hostia: sic & fordam pro hordam. de qua Ouidius in Fastis: Forda ferens bos est, fœcundáque dicta ferendo, Pontifices forda sacra litate boue. Vaccinus caseus recens infunditur dysentericis, vt docet Plinius. *Fortuitò.*] cùm non asinum quererent, sed vaccam: iuxta illud, Tu non inuenta, reperta es. *Domini.*] Lego, *Deùm*, pro Deorum: est enim exclamatio vsitatissima. Proh Deûm atque hominum fidem. de qua M. Tullius in Oratore: Nam proh Deûm atque hominum fidem, pro Deorum aiunt. Hic fides accipitur pro auxilio, vt apud comicos frequenter. *Audacia valida.*] Talis audacia sæpe pro fiducia est, facítque fidem innocentiæ. ex quo illud Satyrici poëtæ: Nam cùm magna malæ superest audacia causæ, Creditur à multis fiducia. Auctor est M. Tul. in Rhetoricis, vnicuique virtuti finitimum vitium reperiri: sic audaciam fidentiæ finitimam esse. *Raptatis.*] Rapones dixit an-

xit antiquitas pro raptoribus. *Aim.*]ais ne? verba pastoris ad asini raptorem. *Inciuiliter*]inurbanè, violenter, iniustè, contra ciuiles mores. A. Gellius verba inciuilia appellat petulantiora, procaciorá que, & nihil prorsus habentia ciuilis modestiæ. *Agasonem necatum.*]Ex coniectura & suspicione dictum hoc est. Nam cùm asinum abduci viderent, & nuspiam compareret puer agaso, nimirùm suspicati sunt pastorales, illum fuisse clanculò necatum ab hoc, quem videbant, asini ab actore, furtimque occultatum. *Insit.*]inquit. *Deierans.*]per Deos omnis adiurans. Deierare enim est, valde iurare: & deiurium dicitur scito vocabulo, iusiurandum. Terentius: Illum liquet mihi deierare, his mensibus sex nō vidisse. *Abducis.*]tanquam alienum, significanter locutus. Abducitur enim quod alienum est, vt docet Donatus: & Terentius, proprietatis verborum retinentissimus, de alieno seruo loquens in Adelphis inquit: Hunc abduce. Præterea abducimur quò nolumus, ducimur quò volumus. *Ductorem.*]agasonem, à ducendo grege dictum. Ductare exercitus, verbum honestum, & apertæ significationis apud Salustium: sed mala consuetudine in obscœnum intellectum esse detortum, dixit Quintilianus in 8. Quæret quispiam, & meritò quæret, cur hoc dixerit Quintilianus: & quomodò hic sermo, ductare exercitus, habeat obscœnam significationem. Audi qui quæris, disce qui nescis. Ductare exercitus interpretatur, exercitus ducere frequenter genitalia, & manibus tractare virilia. Tales intellectus excogitant obscœnitatis dilectores, vt ea quæ sanctè dicta sunt, & simpliciter, detorqueant ad fœdum significatum, & candida vertant in nigriciem. Apud eundē Salustium est, Ductabat, & arrexit animos militum, simpliciter honesta sententia. Non enim defuerunt, qui per æschrologiā id quoque detorquerent ad obscœnam significationem: tanquam esset intelligendum, duxit manibus virilia, & arrexit penem. Ex hac impura interpretandi licentia fit, vt nihil satis tutū sit, vt loqui sit difficile, vt silentio nihil vtilius, ne in obscœnum intellectum videamur incidere. *Ob indicinæ præmium.*]Attende vocabulum nouè fictum, & scitè fabricatum. Indicina enim dicitur eleganter indicium. Consimiliter à Plauto opificina fœmina est dicta. Index autem rei perditæ solet accipere præmium indicij facti, siue indicinæ: index fugitiui mancipij meretur à domino mercedulam. Ait ergo hic, se occupasse asinum, quem solutum solitariúmque reperit, eo consilio, vt domino restitueret, reciperétque præmium indicij. *Sic adseuerans.*] sic asseueranter affirmans. *Collo constrictum.*] Verbum iuris: namque in ius quoque

collo conſtricti rei trahebantur. Plaut. in Curgulione: Collum obſtringe,abduce iſtum in malam crucem. Item in Penulo ad hoc alludens videtur dixiſſe, Collo rem ſoluam iam omnibus: item in Rudente:Rapite obtorto collo. Conſimiliter diuus Hieronymus ad hunc morem alludens inquit, Obtorto collo me in ius trahis. *Lignum egerere.*]ligna exportare,educere.*Nec vſpiam ruris.*] nuſquam in nulla ruris & agrorum parte: figura archaiſmos:ſic dicimus nuſquam gentium, nuſquam locorum. Seruius tradit huiuſmodi particulas vacanter poni: & ornatus tantùm cauſa.*Membratim.*]per membra,vt fruſtatim, per fruſta: minutatim,per minutias.*Hercules.*]certè. *Seræ vindictæ.*] Ex deſiderio vltionis ſeram dixit.cupienti enim vlciſci percuſſorem, omnis vindicta ſera videbatur:voluiſſétque multo priùs tali genere mortis agaſonem vidiſſe confectum. Dij lanatos pedes habere dicuntur,propterea quòd lento gradu veniunt ad fontes puniendos:ſed quantò ſerius, tantò grauiùs vlciſcuntur,tarditatémque ſupplicij grauitate compenſant.Dixit Satyrographus:Vt ſit magna,tamen certè lenta ira Deorum eſt.*Concinnatum.*]collectum, compoſitum,conniniter coagmentatum:vt membra membris copularentur,atque congruerent.*Terræ dedere.*]Humatum fuiſſe ſignificat.Humati enim dicuntur,humo contecti. Sepulti, quoquo modo conditi,vt docet Plinius. Antiquiſſimum ſepulturæ genus,auctore.M Tul.fuit reddere corpus terræ, & ita locatum ac ſitũ quaſi operimẽto matris obduci. Cremare cadauera apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terræ antiquitùs condebantur. In Cornelia domo nemo ante Syllam dictatorem traditur eſſe crematus.*Meum Bellerophontem.*]Belletophontes, vt mythici fabulantur,& Strabo, Pegaſum equum alatum & volaticum ex Pyrene fonte Corinthienſi potantem deprehendit, abduxitque:cuius præſidio liberatus eſt à Chimæra monſtro multiformi. Quam cùm interemiſſet,& inde victor profugeret,cùm ad cœlum pennati equi beneficio contenderet euolare, neque iam longè abeſſet,deſpiciens ad terram, timore perterritus cecidit, atque ita mortem oppetiit.Quidam tradunt,Pegaſum,cùm gra naretur homine ſeſſore,excuſſiſſe illum, præcipitémque ad terram dediſſe. Quod ſenſiſſe videtur Horatius,cùm ait: Pegaſus terrenum equitem grauatus Bellerophontem. item aliubi cecinit:Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimæra. Homer. in 6. Iliados non pauca ſcitu digna referens ſuper Bellerophonte, nullam Pegaſi equi mentionem facit: nos in tertio Tuſculanarum commentario penſitauimus curiosè,opinor,& diligenter Naſonis carmen, & Homericum verſum. Igitur cùm à Belle-

Digitized by Google

Bellerophonte Pegaſus olim abductus ſit, nunc feſtiuiter cùm à viatore aſinus abducitur, illum Bellerophontem ſuum appellat: qui vt Bellerophontes equum, ita ipſe aſinum abegerit. Oriente ſidere aurigæ, natus Bellerophontes eſſe proditur. *Abactorem.*] Ab abigendo abactores dicti, vt tradit Donatus. abigere enim, abducere eſt: inde abactos greges, pro abductos dici leges. inde abigei, ipſi abactores nuncupati. Quamuis abigei propriè hi habeantur, vt docet Vlpianus, qui pecora ex paſcuis vel armentis ſubtrahunt, & quodammodò deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, equos ab armentis vel oues de gregibus abducentes. Cæterùm ſi quis oues obertrantes vel equos in ſolitudinem relictos abduxerit, non eſt abigeus, ſed potiùs fur. Ex hac Vlpiani ſententia abactor hic aſini, in ſolitudine deprenſi, non erit abigeus dicendus, ſed fur. Calliſtratus ſcribit, oues pro numero abactarum, aut abigeum, aut furem facere. De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus reſcripſit conſuli: Abigei cùm duriſſimè puniuntur, ad gladium damnari ſolent: puniuntur autem duriſſimè non vbique ſed vbicunque frequentius eſt id genus maleficij. Qui verò honeſtiori loco nati ſunt, relegandi ſunt, aut ordine amouendi. Ipſum abigeorum crimen & admiſſum abigeatus nominatur: quod quia magis furtum eſt, publici iudicij non fit. Si Mars & Luna in aquoſis propriè ſignis fuerint conſtituti, pecorum abactores efficient. *Ad caſas paſtorales.*] Signatè locutus: caſa enim vilis eſt & ruſtica, à cauatione dicta. hinc apud Lactantium illud ſcitum Carneadis: Si iuſti velint eſſe Romani, hoc eſt, ſi aliena reſtituant, ad caſas eſſe redeundum. Caſaria dicitur, quæ cuſtodit caſam. *Renaſcemi die.*] Matius vir eruditiſſimus non abſonè finxit verbum hoc recentatur, pro eo quod eſt renaſcitur, renouatúrque, atque iterùm fit recens. Verſus, in quibus hoc verbum eſt, hi ſunt, de die renaſcente iam: Iam albicaſſit Phœbus, & recentatur commune lumen hominibus & voluptas.

Interim, dum puerum illum parentes ſui plangoribus fletibúſque quærebantur, adueniens ecce ruſticus, nequaquã promiſſum ſuum fruſtratus, deſtinatam ſectionem meam flagitat. Non eſt, inquit in his vnus, indidem præſens iactura noſtra: ſed planè craſtino libet non*

Adueniens ruſticus.] qui ſcilicet promiſerat, petitis è domo ferramentis caſtratoriis, ſeſe aſinũ emaſculaturum, caſtratúmque, vt ita miteſceret, manſueſcerétque. Ne-

quaquam frustratus.] Ille dicitur promissa frustrari, qui quod verbo promisit, re nõ facit. hic verò venerat præstaturus quod promiserat, & asinum castraturus. *Sectionem.*] castrationem, & testium amputationem. τομὴ Græcè dicitur. *Indidem.*] inde, ex asini libidine: vt præcisione genitaliũ nullum amplius incommodum sit pertimescendum. & ita indicat, longè grauiorem pestem ab asino concinnatam esse de pueri scilicet morte, quàm quæ ex lasciuia amatoria timebatur. *Naturam.*} genitalia & virilitatem. De natura in hoc significatu suprà quoque diximus suo loco. *Bono puero.*} cuius scilicet morte effectum erat, vt carnificina asini procrastinaretur. *Carnificinæ.*} laniationi, excarnificationi, & gentalium amputa-

tantùm naturam, verùm etiam caput quoque ipsum pessimo isti asino demere. Nec tibi ministerium deerit istorum. Sic effectum est, vt in alterum diem clades differretur mea. At ego gratias agebam bono puero, quòd saltem mortuus vnam carnificinæ meæ diculam donasset. Nec tamen tantillum saltem gratulationi meæ, * quietique spatium datum. Nam mater pueri, mortem deplorans acerbam filij, fleta & lacrymosa, fuscáque veste contecta, ambabus manibus trahens cineream canitiem, eiulans, & exinde proclamans, stabulũ irrumpit meum, tunsisque ac diuerberatis vehementer vberibus, incipit: Et nunc iste securus incumbens præsepio, voracitati suæ deseruit, & insatiabilem profundúmque ventrem semper esitanto distentit: nec ærumnæ meæ * miseret, vel detestabilem casum defuncti magistri recordatur. Sed scilicet senectam* infirmitatémque meam contemnit ac despicit, & impunè se laturum tantum scelus credit? At vtcunque se præsumit innocentem. Est enim congruens pessimis conatibus* circa noxiam conscientiam, spe rare securitatem. Nam, prò Deûm fidem, quadrupes nequissime, licet precariam vocis vsuram sumens, cui tandem vel ineptissimo persuadere possis, atrocitatem istam culpa * vacare: cùm propugnare pedibus, & arcere morsibus misello puero potueris? An ipsum*

qui-

quidem ſæpius incurſare calcibus potuiſti, moriturum verò defendere alacritate ſimili nequiſti? Certè dorſo receptum auferres protinus, & infeſti latronis cruentis manibus eriperes: poſtremùm, deſerto derelictóque illo conſeruo, magiſtro, comite, paſtore, non ſolus aufugeres. An ignoras, eos etiã qui morituris auxilium ſalutare denegarint, quòd contra bonos mores idipſum fecerint, ſolere puniri? Sed nõ diutius meis cladibus lætaberis homicida: ſentiẽs efficiam, miſero dolori naturales vires adeſſe. Et cum dicto aſſertis manibus exoluit ſuam ſibi faſciam, pedéſq; meos ſigillatim* inligans, indidem conſtringit arctiſſimè; ſcilicet ne quod vindictæ meæ ſupereſſet præſidium: & pertica, qua ſtabuli fores offirmari ſolebant, arrepta, non priùs me deſiit obtundere, quam victis feßiſque viribus ſuopte pondere degrauatus, manibus eius fuſtis eſſet elapſus. Tunc de brachiorum ſuorum cita fatigatione conqueſta, procurrit ad focum: ardentémque titionem gerens, medys inguinibus obtrudit; donec ſolo quod reſtabat* innixus præſidio, liquida fimo ſtrictim egeſta, faciem atque oculos eius confœdaſſem: qua cæcitate, atque fœtore, tandem fugata eſt à me pernicies. *Certum titione delirantis Althea Meleager aſinus * interiiſſet.*

tioni. De carnificina copio è annotaui in tertio Tuſculanarũ cõmentario, vbi dicitur: Et ægritudo eſt animi carnificina. *Dicculam.*] modò diem: alias breue tempuſculum & moram, vt primo commentario enarratiùs eſt explicatum. *Tantillum.*] minimùm. *Fleta.*] flens, & plena fletus ac lacrymarum. quod actiuè poſitum eſt, cùm alias paſſiuè dicatur. vt apud poëtam in 6. Hic multùm fleti ad ſuperos, bellóque caduci Dardanidæ. nam fleti propriè dicuntur illi, quibus fletum & lacrymas impendimus: ſicut econtrario infleti, quos nullus defleuit: vt, Inhumata infletáque tumba eſt. *Fuſca veſte.*] Fuſcus ſiue pullus & niger color lugentium eſt, qui Græco vocabulo anthracinus nominatur à carbone.

quem anthracem vocant. M. Varro amiculum nigellum dixit ve ſtem lugubrem. Lego apud Plutarchũ in Problematis, quòd fœminæ antiquitùs in luctu veſtes albas induebant. *Trahens.*] velli cans, decerpénſque. *Cineroſam caniciem.*} largo cinere perfuſam. imitatio Virgiliana ex 12. Canicié immundo perfuſam puluere turpans. etenim in luctu & dolore caniciem turpabãt cinere immundo, & comam vellebant. Hinc Agamemnon Homericus, & idem Actianus: Scindẽs dolore identidem intonſã comã. In quo facetum illud Bionis, perinde ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur. *Eiulans.*] Eiulatio & eiulatus propriè fœminarum eſt fletus. Hinc illud Horatianum ex Epodo: Et illa non virilis eiulatio. Hic nimirùm eſt fletus, quem leges decemuirales in funeribus adhiberi vetuerunt: ideóque dixit M. Tul. quòd eiulatus ne mulieri quidẽ conceſſus eſt. Verba legis hæc ſunt: Mulieres leſſum funeris ergò ne habẽto: id eſt, non habeant fœminæ eiulatũ cauſa funeris. Leſſũ enim Lælius interpretatur, quaſi lugubrem eiulationẽ: quod & M. Tul. probat in libris de legibus, quia lex Solonis idipſum vetat. Veteres interpretes Sextus Helius, Lucius Attilius, nõ ſatis intellexerũt quid eſſet leſſum: ſed ſuſpicati ſunt, veſtimenti aliquod funebris genus eſſe. *Tunſis vberibus.*} Fœminarum eſt, in dolore pectus & vbera pugnis tundere, faciem diſcerpere, comam diuellere. Sic Virg. Vnguib. ora ſoror fœdãs, & pectora pugnis. Sic & Lucanus: Nunc, ait, ô miſeræ, contundite pectora matres, Nunc laniate comas. Legib. vetabantur mulieres genas radere, hoc eſt, carpere ac lacerare. Verba legis hæc ſunt: Mulieres genas ne radũto, mulier faciem ne carpito. *Iſte ſe.*] Querimonia mulieris, indignantis aſini culpa filium peremptum. Pronomen autem, Iſte, cum indignatione pronuntiatur: nam moleſtum, odioſúmq; ſignificat, vt notat Donatus. Sic apud Propertium: Iſte quod eſt, ego ſæpe fui. *Diſtendit.*] Implet, farcit, plenum reddit. Hoc autem ſpecimen eſt & argumentum aſini ſecuri, & de alieno luctu incurioſi, qui ventrem diſtendens cibariæ voluptati deſeruit. De his autem, quorũ inſaturabile eſt abdomen, & inſatiabilis venter, prouerbiũ Græcum celebratur, ἄπλητος πίθος, id eſt inexplebile dolium: quod refertur ad fabulam Danaidum, quæ dolio perforato hauriunt aquam, nec id vnquã expletur. *Miſeriæ.*] Purior ſenſus eſt, ſi verbum ſit, *Miſeret.* *Magiſtri.*] Agaſonem puerum ſignificat ab vrſa interfectum. *Senectam deſpi.*} Cęcilius: In ſenecta hoc reputo miſerrimum: ſentire ea ætate eſſe odioſum ſe alteri. Tradunt hiſtorici ſenectam Galbæ imperatoris fuiſſe deſpectui. M. Tul. refert

fert in Catone, Senes ideò morosos esse & difficiles, quia contemni se putant, & despici. Attamen apex senectutis est auctoritas. Lacedæmone honestissimum fuit domicilium senectutis, nusquam senectus honoratior. Hinc illud celebratum, cùm quispiam vidisset quantùm honoris iuniores senioribus Lacedæmone exhiberint, scitissimè dixit, ἐν μόνῃ λυσιτελεῖ γηρᾶσκειν, in sola Sparta expedit senescere. *Circa no.*] Legi potest, *contra noxiam. Quadrupedes nequiß.*] Apostrophus sermo vires dat orationi, quæ alioqui erat futura languidior. sic illud Ciceronis, Habes igitur Tubero quod est accusatori maximè optandum, &c. Quòd si per tertiam verbi personam enuntietur, omnis vis actimoniáque langueſcet, si sic dicat: Habet igitur Tubero quod est accusatori maximè optandum. sic Demosthenes ad Aeschinem, orationem in proœmio conuertit. sic Salustius, directo ad Ciceronem, in quem ipsum dicebat, vsus est principio, cùm ait: Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, Marce Tulli. & Cic. idem fecit in Catilinam: Quousque tandem abutêre patientia nostra? Sic & nunc scitissimè inducitur fœmina, vtens apostropha ad asinum, quem filij extinctorem arbitrabatur, vt ita vehementior validiórque criminatio videatur. *Precariam vo. vſu.*] Sensus est: Si tibi, ô pessime asine, vsus vocis temporarius concederetur, vt loqui posses, nulli tamen persuaderes te huic culpæ non esse confinem. Precarium est (vt Vlpianus tradit) quod precibus petentium vtendum conceditur tandiu, quandiu is qui concessit patitur. Qui precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus cùm sibi libuerit. Precarium simile est commodato. Hinc eleganter dixit Seneca, Homines esse spiritus precarij: quasi commodati, quem mutuò accipimus, quem reddere debemus cùm primùm reposcet qui commodauerat. Nos oportet in promptu habere, & appellatos reddere: pessimi est debitoris, creditori facere conuicium. Namque precarium reuocare volenti competit, & (vt inquit Iulianus) est natura æquum, tam diu de mea liberalitate vti, quamdiu ego velim. M Brutus precariam salutem, Curtius regnum precarium dixere: sic & nunc precaria vſura vocis accipitur, pro vſu vocis commodato: quam precibus petens vtendam impetrauerit à natura tandiu, quandiu ipsa voluerit. In hunc sensum [illegible]xcenta exempla sunt apud eos qui puriter & elegantet scripserunt. Vſuram autem pro vſu dici, frequens est apud eruditos: & testatur M. Tullius, cũ ait in Catilinam, Vnius vſuram horæ gladiatori isti ad viuendum non dedissem. Hinc Plautinus Mercurius Alcumenam vxorem Iouis vſurariam non infestiuiter appellat, videlicet ab vſura, hoc est

vſu: illa enim vtebatur perinde ac ſua vxore, cùm ipſe eſſet Amphitryo ſubditicius. Puer quoque vſurarius ab eodem Plauto dictus, cuius opera & miniſterio vtimur. Vſuram pro vita poni, annotat Donatus. Apud iuriſconſ. non tam vſurarius nominatur, quàm vſuarius, cui vſus legatus ſit, in quo minùs eſt iuris quàm in vſufructu. de quo in lib. 2. Inſtitutionum ſic ſcriptum legimus: Si pecoris vel ouium vſus legatus ſit, neque lacte, neque agnis, neque lana vtetur vſurarius: quia ea in fructu ſunt, planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus vti poteſt. Econtrario vſuarius ſeruus, & vſuaria ancilla dicuntur, quorum vſus legatus eſt, & opera. Vnde lib. 7. digeſtorum, Labeo putat ſi fundum conduxerit quis, vſuarium ſeruum ibi poſſe operari. Quid enim intereſt, in quam rem opera eius vtatur? Quare etſi lanam conduxerit vſuarius expediendam, poterit etiam per vſuarias ancillas opus perficere. A. Gel. vſuaria appellat, quæ vſui ſunt: qui vſionem quoque pro vſu ſiue vſura poſuit. *Propugnare.*] defendere, & opitulari. Propugnare & oppugnare tanquam contraria diſparauit A. Gellius, ſcribens, oppidum à Metello oppugnari, ab oppidanis propugnari. *Defendere nequiſti.*] Argumentum ex eo, vt qui potuerit obeſſe, poſſit & prodeſſe: qui valuerit perdere, debuerit & poſſe ſeruare. Verùm, vt inquit Quintilianus in 8. nocere facile eſt, prodeſſe difficile: & cùm hoc rectum ſit, vehementiùs apud Ouidium Medea dicit: Seruare potui, perdere an poſſim rogas? *Alacritate.*] Alacris ſiue alacer dicitur, is qui viget ſenſibus vniuerſis: quod eſt indicium recti animi, atque ſublimis. auctor Pedianus Aſconius. vnde alacritas dicta pro vigore & animi erectione, & nonnunquam pro lætitia geſtiente, quæ malis habēda ſit, vt M. Tul. in quinta Tuſculana oſtendit his verbis: Vir tēperatus conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate vlla, ſine libidine, nónne beatus? *Dorſo.*] Veteres doſſum dixere: vnde & iumenta doſſuaria, quæ doſſo onus ferunt, de quibus Var. in ſecundo de re Ruſtica, & nos ſuprà commeminimus. *Conſeruo magiſtro.*} Exaggeratio ſpecioſa, onerandi criminis cauſa tempeſtiuiter inducta. Turpe enim eſt conſeruum deſerere, turpius magiſtrum: turpiſſimum verò derelinquere paſtorem, qui præbet cibaria iumentis, qui alit, qui cūrat. *Circa bonos mores.*] Corrige, *contra*: nam contra bonos mores facit, qui peticlitanti non ſuccurrit, qui morituro non ferit ſuppetias ſalutares. Nam (vt inquit Seneca) qui non vetat peccantem, cùm poſſit, iubet. In decretis 86. diſt. Culpam proculdubiò facientis habet, qui, quod poteſt corrigere, negligit emendare. Ex præſcripto legis argumentatur, puniendum

niendum, qui morituro non sit opitulatus. *Contra bonos mores.*} Verbum peculiare iurisconsultorum. qui sic tradunt tit. de iniuriis: Adiicitur, aduersus bonos mores verberauit: vt non omnis omnino qui verberauit, sed qui aduersus bonos mores verberauit, teneatur. Item tit. de extraordinariis criminibus: Fit iniuria contra bonos mores, veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno oblinierit, aquas spurcauerit. *Dolori vires adesse.*] Dolor modò venustos facit, modò ingeniosos ac solertes. Hinc illud Nasonis. Grande doloris Ingenium, miserisque venit solertia rebus. Nonnunquam vires suggerit, & animo imperterrito impellit in vltionem. Sæpe doloris affectus iram imitatur: est enim impotens, cuius impulsu contemptores periculorum ipsius quoque mortis frequenter efficimur, dum animo dolenti parentemus. *Assertis.*] liberatis, exertis, expeditis: cùm non sit (vt inquit Seneca) natura hominum appetens pœnæ: mulieres tamen reponendæ vltionis cupidiores sunt, & (vt ait satyrographus) vindicta nemo magis gaudet quàm fœmina. *Suam sibi fasciam.*} An strophium intelligit, quæ fascia pectoralis est, qua mammæ cohibentur. de quo Catullus: Strophio tereres euincta papillas. An vittam, quæ in vinciendo capite adhibetur? Celebrata est vox illius qui dixit, Fasciam solue, quantùm mali sub illa latet? vbi fascia significat diadema & insigne regium. Martianus fascias appellat, quas alij zonas. Fasciatim aduerbium est priscorum. Fasciam pro cortice posuit M. Var. Fasciis in calciatu vsos esse priscos, indicat Plin. scribens in octauo: Mures erosisse Carboni imperatori fascias, quibus in calciatu vtebatur: quod dirum fuit ostentum. Tales fascias eleganti vocabulo crurules & pedules Vlpianus appellat, à cruribus scilicet, & pedibus vestiendis. Sic enim inquit tit. de auro & veste legata: Fasciæ crurules pedulésque, & pilea, vestis loco sunt: quia partem corporis vestiunt. Impressi codices iurisconsul. habent fasciæ crinales. Quæ lectio si sincera est, ad vittas & crinium tegumenta refertur. Dixit autem, Suam sibi ex antiqua locutione. Sic enim veteres loquebantur vt Suo sibi gladio hunc iugulo. *Sigillatim.*] singulos, separatim, singulatim: & sigillatim dicitur à singulis, aduerbium est notissimum. A Plauto singulariter dictum singulum vestigium, & ita veteres vsurpant. *Indidem.*} ex eadem fascia. *Arctissima.*} strictissima. *Affirmari.*] Melius, *effirmari* pro eo quod est occludi, obturari, obserari. Indicat perticam illam vicem impleuisse claustrorum & repagulorum. *Obtundere.*] crebris ictibus ferire. Translatio sumpta à malleis fabrorum, quibus ferramenta in incude tundun-

tur. *Fessis viribus*] Meritò in fœmina quæ imbecillior est, & infirmior, citò vires defessæ sunt, & brachia lassescere cœperunt. *Degrauatus.*} valde grauatus: hæc enim particula, De, modò auget, aliàs minuit. Plin. in 7. Eosdem præterea non posse mergi, nec veste quidem degrauatos. *Suopte.*] suo ipsius: Tuopte, tuo ipsius, & alia consimiliter. *Cita.*} celeri. *Ad focum*] Propriè focus, locus est vbi fit ignis, à fouendo, id est, calefaciendo dictus. Tibullus: Dum meus assiduo luceat igne focus. Ad focum colitur lar familiaris Deus: de quo Plautus in Aululatia. A foco, focariæ dictæ fœminæ, quarum ministerium circa focum est. Libro Regum primo sic scribitur: Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas. Vlpianus refert, focariam & villicam instrumento fundi contineri. Focale verò non à foco, sed à fouendis faucibus denominatur. est enim faucium velamentum: cuius Horatius, Quin. Varro commeminerunt. Focaneus quoque palmes dictus Columellæ, non qui in foco est, sed qui in bifurco vitis prorepens, velut fauces obsidet. Vnde & nomen focula, antiqui dixerunt nutrimenta: & foculare, nutrire ac fouere: fomenta, focillationes, à fouendo deducuntur. *Tizonem.*] Vt Lactantij verbis vtar, ex lib. 4. Institutionum, titionem vulgò appellant extractum foco torrem semiustum, extinctum. Nonius quoque titionem esse dixit, fustem ardentem. Zacharias propheta: Ecce, inquit, titio eiectus ab igne, Virg. torrem dixit, quem noster Lucius titionem Pacuuius & Ennius declinabant, hic torrus torri, in secunda declinatione. Sed ille loquendi mos exoleuit, cùm nunc omnes dicant hic torris, ex formula tertij ordinis. *Obtrudit.*] trudendo immittit, & inuito impingit. Terentius: Quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me: vbi exponit Donatus infringi, impingi, quasi inuito. *Innixus.*] adminiculatus, subnixúsque. *Liquida firmo.*} Mira fuit priscorum in variandis generibus declinationibúsque licentia. M. Varro lupum fœminam dicit, corius & collus masculino genere dictus. Pari modo diuerso genere dicebant, hæc metus, hæc annus, hic frons. Consimiliter Apuleius licenter dicit fimũ fœminino genere, cùm masculino & neutro apud cæteros dicatur. A fimo fit fimetum, quod significat sterquilinium. asinini pulli fimum, quod primum edidit, poleam vocant Aristoteles & Plin. *Egesta.*] effusa, quasi eiaculata. Auctores tradunt, feram, quæ bonasus vocetur, fuga sibi auxiliari, egerentem ea fimum interdum & trium iugerum longitudine, cuius contractus sequentes vt ignis aliquis comburat, itidem asinus egestione excrementi liquidioris perni-

cem

eiem à ſeſe repulit. *Qua cæcitate.*]Ex hoc intelligi vult, largiorẽ ſimum egeſtam eſſe, cuius copia mulier illa quaſi obcæcaretur. *Certum.*]Legendum eſt, *Cæterum. Delirantis Althea.*}Fabulæ canunt, Altheam Meleagri matrem, cùm vidiſſet fratres Toxea & Plexippum interfectos à filio referri, volentem vlciſci fraternos obitus, furore extimulatam conieciſſe in medios ignes titionem, in quo vita Meleagri continebatur: & ita vterque ſimul extinctus eſt. Mox Althea diri facti conſcia, ſibimet necem conſciuit, acto per viſcera ferro. Parcæ torrem illum ſiue titionem funereum, atque fatalem in flammas poſuere, cùm Althea Meleagrum eſſet enixa: dixerúntque tempora & ſtipiti & puero eadem fore. Tunc Althea ſtipitem illum è flammis ereptum, ſeruauit abditum in arca atque in penetralibus: qui ſeruatus, Meleagrum quoque ſeruabat, extinctus igne, illum pariter extinxit. Græci μοῖρον vocant hunc titionem ſiue torrem, quo Meleagri vita continebatur. Nunc non inconcinniter Apuleius vtens fabulæ hũiuſce tranſlatione, ait ſe aſinum quaſi Meleagrum extitiſſe, qui paulominùs interierit titione mulieris, quaſi alterius Altheæ, quę per delirium & furorem exitium filio concinnauit: & ita aptè aſinum Meleagro, fœminam Altheæ, titionem titioni comparat. Altheam vocant maluam ſylueſtrem, quæ ab excellentia effectus à quibuſdam Ariſtalthea appellatur. Altheæ radix (vt inquit Plin.) cocta in aqua, aluum ſiſtit: efficacior conuulſis, ruptíſque ac vulneratis, ſitientibúſque à defectu ſanguinis, radicis altheæ decoctæ ſuccum bibendum dedit Hippocrates.

ARGVMENTVM LIBRI OCTAVI.

Hoc volumine nex mariti Charites miſeranda, exoculatio amatoris Thraſylli facta per Charitem, vltronea puellæ mors explicantur. Attutatio domini, enarratio ſacerdotum Deæ Syriæ luculenta, & illorum ſpurciſſimæ libidines, flagra, diſſectionéſque membrorum, fraudes ac decipula detecta continentur.

Noctis gallicinio.] Chronographia, id eſt, temporis deſcriptio eſt, ſecundum diei ciuilis diuiſionem. Poſt mediam noctem eſt gallicinium, à galli cantu dictum: inde conticinium, cum &

galli conticeſcũt, & homines tunc etiam quieſcunt. Galli vigiles nocturni, quos excitandis (vt inquit Plinius) in opera mortalibus, rumpendóque ſomno genuit. nam diem venientem nuntiant cantu: ipſum verò cantum, plauſu alarum. Ambroſius in 5. hexameri: Eſt etiam galli cantus ſuauis in noctibus: nec ſolùm ſuauis, ſed etiam vtilis, qui quaſi bonus cohabitator & dormientem excitat,
& ſollicitum admonet, viantem ſolatur, proceſſum noctis canora ſignificatione proteſtans. Græco vocabulo gallicinium dicitur ἀλεκτρυοφωνία. Lucianus hoc idem tempus deſcribens ait, ὡς ἦν νὺξ βαθεῖα, ἄγγελός τις ἀπὸ τῆς κώμης ἦλθεν εἰς τὸν ἀγρὸν ἐξ τῶν ἑπταυλίων. Erat, inquit, nox profunda, cùm nuntius ex caſtello in agrum venit, & villam. Gallinaceorum cantus terret leones: quod ſcriptores tradunt, & Æſopus fabulator oſtendit. Prouerbium eſt apud Græcos, ἀλεκτρυόνων μίμεισθαι κοιλίαν. id eſt, gallorum ventrem imitari: de his qui delicatius viuunt, & ſumptuoſius. *Is de eius exilio.*] Lucianus breuiſſimè perſcribit ſponſum & ſponſam in littore ambulantes, repente fluctibus maris abſorptos eſſe. his verò noſter, longè demutans recedénſque à Græco ſcriptore, denarrat copioſius latiúſque, alio mortis genere extinctos interiiſſe: quę narratio auocat atque mulcet lectorem minimè laſſeſcẽtem. *Ignem propter.*] iuxta, prope. ſic Virgil. Propter aquæ riuum. *Conſeruorum.*] qui eidem domino ſeruiunt, qui in eodem ſunt famulitio, conſerui nominantur. Seneca lib 7. epiſtolarum: Serui ſunt, imò homines: ſerui ſunt, imò humiles amici: ſerui ſunt, imò conſerui. Græci σύνδουλον conſeruum vocant. *Equiſiones.*]

*Noctis gallicinio, venit quidam iuuenis proxima ciuitate, vt quidem mihi videbatur, vnus de famulis Charites, puellæ illius quæ mecum apud latrones pares ærumnas exanclauerat. *is de cuius exilio, & domus totius infortunio mira ac nefanda, ignem propter aßidens inter conſeruorum frequẽtiam, ſic annuntiabat. Equiſiones, opiliónéſque & bubſequæ, fuit Charite nobis quàm miſella, & quidem caſu grauiſſimo. nec verò incomitata Manes adiuit. Sed vt cuncta noritis, referam vobis à capite quæ geſta ſunt, quæque * poſſint meritò doctiores, quibus *ſtilum fortuna ſubminiſtrat, *in hiſtoriæ ſpeciem chartis inuoluere.*

Hoc

Hoc totum festiuiter. sicuti enim qui concionem habet ad Rom. solet Quirites vocare: ita apud pastores verba faciens, appellat illos suis nominibus speciatim, seiunctimque. Nam cum res pasto talis fermè tota contineatur aut equis, aut bobus, aut ouibus, per trigemina nomina pastores omnis expressit. Equisiones, qui alio nomine equitarij, equorum moderatores sunt, aut magistri. apud antiquos, omnes quibus regimen cuiuslibet rei concedebatur, equisiones dicebantur, vt suprà suo loco docuimus. *Bubsequæ.* } bubulci, à sequendis bobus dicti. eo inclinatu formatur bubsequæ, quo pedissequæ. bucerias dicunt boum greges, quæ & bucera nominantur. bubulcitrare, est boues curare: bucadæ verò, quod annotatu dignum est, vocabulo Plautino sunt, qui loris bubulis cædentur: quos & plagipatidas vocant. Ex eodem genere sunt flagriones, quasi flagris subiecti: & verberones, & mastigiæ è diuerso tintinaculi, oppidò quàm eleganter dicuntur virgatores, siue tortores, qui flagris cædunt fontes ob noxam, & loris bubulis castigant: vocabulo fictitio à sonitu, quem verbera efficiunt. nam dum verberant & cædunt flagris, tintinnare videntur, & tinnitum reddere ex crepitu plagarum: quæ percussio festiuiter dicitur ab eodem Plauto, Tax tax: videlicet per onomatopœiam, à sonitu quem reddit. id genus homines flagratores quoque dicebantur. quamuis quidem flagratores ponunt pro flagriones, vt sint qui mercede flagris cæduntur. *Fuit Charite nobis.*] Quod fuit, non est: quæ fuisse dicitur, iam extincta esse significatur. Consimiliter Virg. Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens gloria Teucrorum. hoc enim verbo vtimur, cum quippiam transactum, & penitus sublatum, & ad nihilum redactum significamus. Plaut. in Persa: Omne ego pro nihilo duco, quod fuit, quando fuit, tanquam hominem quando animam efflauit: quid eum quæras qui fuit? *Nec incomitate.*] Dulce est morientibus commoriri: & maximum morientis solatium est, si non solus moritur, si petit inferos comitatus. iuxta illud: Nunquam omnes hodie moriemur inulti. *Manes adiit.*] inferos petiit. *A capite.*] à principio, & summa rei origine. Græcè dicitur κεφάλαιον. *Charitis.*] Emendo, chartis: vt sit sensus, se cuncta velle referre, vt historici possint chartis & libris ista conscribere. Occultè denotat semetipsum, à quo hæc chartis involuuntur, & historico stilo conscripta posteris produntur.

*Erat in proxima ciuitate iuuenis, natalibus prænobilis, equo clarus, & pecuniæ * fuit satis locuples: sed luxuriæ*

Erat in proxima.] Narratio, secundum præceptiones rhetori-

cas, lucida, breuis, probabilis : qua singula ita decenter, ita graphicè describũtur, vt nõ legere te putes, sed cernere. *Equo clarus.*] Equitem, equestriq; claritudine nobilẽ fuisse significat. Quidã codices habent, loco clarus : vt loci conditione splendidum fuisse demonstret. *Natalibus.*] claritudine natalitiũ insignis, nobilitate generis illustris. Natales sunt τῶ μείονι. nam laudamus natales vt honestos, infamamus vt sordidos. Plin. in 3. epistolarum: Nonnunquam Candidus natales cõpetitoris arguebat. Titulus est apud iurisconsultos, de Natalibus restituẽ dis: quo euidenter ostenditur, eũ qui natalibus restitutus sit, vti iure ingenuitatis, tanquã nomine natalium ingenuitas ipsa significetur. *Luxuriæ popinalis.*] id est, qui inter popinas & ganeas & lustra luxuriosè ac prodigaliter pecuniã dilapidaret. De popinis aliubi affatim scripsimus. Popinones dicuntur homines luxuriosi, popinis dediti, quos alio nomine vocant taber-

*popinalis, scortísque & diurnis potationibus exercitatus, atque ob id factionibus latronum malè sociatus, nec non etiam manus infectus humano cruore, Thrasyllus nomine. Idque sic erat, & fama dicebat. Hic, cum primùm Charite nubendo maturuisset, inter præcipuos procos summo studio petitionis eius munus obierat. Et quanquam cæteris omnibus *id genus viris antistaret, eximiisque muneribus parentum imitaret iudiciũ, morũ tamen improbatus, repulsæ contumelia fuerat aspersus. *At dum herilis puella in boni Lepolemi manum veneraĩ, firmiter deorsus delapsum nutriens amorẽ, & denegati thalami permiscens indignationem, cruento *facinore quærebat accessum. Nactus denique præsentiæ suæ tempestiuam occasionem, sceleri, quod diu cogitarat, accingitur. Ac die, quo prædonum infestis mucronibus puella fuerat æstu virtutibúsque sponsi sui liberata, turbæ gratulantium *exultans, insigniter permiscuit sese, salutique præsentia futuræ soboli nouorum maritorum gaudibundus, ad honorem splendidæ prosapiæ, inter præcipuos hospites domum nostram receptus, occultato consilio sceleris, amici fidelissimi personam mentiebatur.*

tabernarios & ganeones. Popinationes ſunt luxus & helluationes,Græcè dicuntur *κῶμοι ἢ ἀσωτίαι. Factionibus latronum.*]Inter bonos amicitia,inter malos factio eſt Tertull. His nomẽ factionum accommodatũ eſt,qui in odiũ bonorũ & proborum conſpirant.*Manus infectus.*]habens manus infectas,tinctas, maculoſas humano ſanguine. Tales autẽ ſicarij & homicidæ dicuntur. figurata locutio eſt.ſic Virg. Nuda genu,nodóque ſinus collecta fluẽtes. *Thraſyllus nomine.*]Latroni congruens nomen.nã Græcè θρασύς dicitur temeritas,ferocitáſque:vnde & Thraſyllus,pro temerario & feroci. *Maturuiſſet.*]ad maturitatẽ ætatis nubilis pubertatíſq; veniſſet.Plin.in Epiſtolis: Sũma conſequuturus,ſi virtutes eius maturuiſſent.Poeta in hanc ſententiã:Iam matura viro,iã plenis nubilis annis. *Munus obierat.*]adierat,peregerat,impleuerat officiũ proci,& petitionis vxoriæ. *Id genus.*]eius generis,ſcilicet procarũ.vetus & perinde elegãs locutio,id genus,hoc genus pro huius generis,& illius generis.hac locutione ſcatẽt volumina eruditorũ.*Antiſtaret.*]prẽſtaret,excelleret.Catullus:Antiſtas mihi millibus trecentis.Antiſtiũ dicitur à Martiano, ipſa excellentia & apex dignitatis. *Parentum iudicium.*]Tãta in muneribus fiducia &plerunq; vis eſt,vt parentes ſæpe cõniueant in filia collocanda,vt munera tenebras mortalibus offundant. In hanc fermè ſententiã eſt illud Satyrographi:Ipſos audẽt tẽtare parẽtes. *Morum improbatus.*]malè moratus,& ex malis moribus culpatus. Archaiſmus eſt. *Repulſæ contumelia.*] Prælatio alterius,ſine alterius contumelia non poteſt procedere, nec electio ſine reprobatione:vt inquit Tertullianus.Sicuti autẽ repulſam patiuntur præteriti in magiſtratus petitione,cum dedecore & contumelia: ita in petenda vxore repulſus præteritúſque fuerat turpiter Thraſyllus,& cum dehoneſtamento.Val.Maximus Syllam ſcribit repulſa præturæ ſugillatum fuiſſe:quẽ vult intelligi. ſugillatione quẽdam & turpi contumelia deformatum , notatúmque ob repulſam.*Herilis puella.*]filia Hẽri noſtri.ſic ſeruus appellat Charitem, quæ filia erat heri,hoc eſt domíni.Apud Plautum frequenter herilis filius dicitur,domini filius. *In manum venerat.*]id eſt,denupſerat Lepolemo,eiuſque vxor facta erat.Quod autem ait,in manum conuenerat,vſus eſt verbo nuptiali : ex riſu ſcilicet conſuetudinéque priſcorum.&vt id quod dicitur planius fiat ſcito duobus modis vxorem haberi ſolitã,vſu & coemptione.Nã confarreatio,de qua ſuo loco dicetur , ſolis pontificibus conueniebat. quæ in manum per coemptionẽ conuenerãt,eæ matresfamilias vocabantur:quę autem vſu,nequaquam.Coemptio certis ſolennitatibus peragebatur,& ſeſe in coęmendo inuicem interroga-

bant, vir ita? An mulier ſibi materfamiliàs eſſe vellet? illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, vtrum vir paterfamiliàs eſſe vellet? ille reſpondebat, velle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem, & erat mulier materfamiliàs viro loco filiæ. auctor Vlpianus, & poſt Vlpianum Boetius in commentariis Topicorum: qui alio quoque loco tradit, quòd bona mulieris poſt eius mortem vir adipiſcatur, quæ in viri manum conuenerit. efficitur enim per in manus conuentionem, vt quæcunque ſunt mulieris, viri fiant dotis nomine. Hanc ſolennitatem nuptiarum ſignauit A. Gellius, cum ait, Matremfamiliâs appellatam eſſe eam ſolam, quæ in mariti manum mancipiúmque veniſſet. Hoc idem denotat Seruius Maronianus interpres, ſcribens in II. commentario: Matremfamiliâs dici, quæ in matrimonio conuenit per coemptionem, per quandam iuris ſolennitatem. Triuiales magiſtri & minuti grammatiſtæ, quorum deus eſt Seruius, legentes hæc Seruiana annotamenta, hallucinantur atque cæcutiunt: apud quos commentator commentatore, interpres eget interprete: qui noſtra quoque interdum vellicant, quia ſcripta non ſunt verbis vulgariis, & ſtilo rubiginoſo. De hac coemptione cõiugali, qua vxor in mariti manum conueniebat, intellexit poeta illo verſu: Téque ſibi generum Thetis emat omnibus vndis. Hic autem ritus ſic peragi ſolebat. Nubentes aſſes tris ad maritum venientes ferre ſolebant, atque vnum quem manu tenerent, tanquam emendi cauſa marito dare: alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium ponere: tertium, quem in marſupio condidiſſent, compito vicinali reſonare. Hæc eo curioſius enarratiúſque explicaui, propterea quod non parum multi lectores per incuriam, eruditionem in Apuleianis verbis deliteſcentem haud facilè perſpiciunt: neque vltra primorem cutem deſcendunt, minimè elaborantes ſanguinem ac medullam verborum ipſius eruere, atque penitus introſpicere. Nos verò, qui poſterorum negocium pro virili parte agere contendimus, penſiculatè & diligenter perpendimus ea quæ non ſunt omnibus obuia, quæ in ſecretariis doctrinarum recondita deliteſcunt. & vt in Commentariis priſtinis noſtris dedimus operam, ne pœnitendi commentatores videremur: ita in his curabimus, ne opera & impenſa diſpereat. Suprà quoque id totum leges explicatum, ex præcepto ſcilicet Græci prouerbij, quod ait, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν: id eſt, Bis & ter pulchra ſunt repetenda: *Permiſcens.*] Planior lectio eſt, reminiſcens. *Accingitur.*] Significanter locutus eſt: ſic enim dicimus in magnis rebus ſuſcipiendis, , vt, Accingunt omnes operi.

operi. auct. Donatus. *Tempestiuam occa.*] Pittaci Mitylē. illa est celebrata sententia, καιρὸν γνῶθι, id est, nosce opportunitatem, siue tempestiuitatem, siue tempestiuam occasionem: quæ adeò in rebus feliciter adeundis necessaria est, vt sine occasione nihil fermè prosperè atque ex animi sententia proueniat. Sed super hoc copiosissimè disserui in libello Septem sapientum, quem scio tibi (Antistes maxime) cordi esse, qui veræ sapiētię es explorator, qui ad sapientiam perinde ac scopum dirigis studia tua omnia, & actiones. *Astu sponsi.*] Qua astutia, vaframento, virtute Lepolemus sponsam Charitem ex prædonum manibus liberauerit, proximo volumine enarrauit. *Salutique.*] Videtur legendum, salutarique præsentia. *Gaudibundus.*] Immodico gaudio gestiens, & omnibus lætitiis affectum esse se simulans. Si M. Tullio creditimus, gaudium à lætitia sic distinguitur: vt gaudium in laude sit, in vitio lætitia vt gaudere deceat, lætari non deceat. Gaudimonium Hieronymus haud indecenter vsurpat pro gaudio, qui in procœmio prophetarum: Gaudimonium (inquit) eius erit in luctu. Ab eodem vox gaudimonij dicta est. *Prosapiæ.*] Vocabulum quidem vsitatissimum: sed quod à Quintiliano interdicatur, perinde ac vetustum nimis & deculpatum. *Personam mentiebatur.*] Nulli peiores inimici profectò sunt, quàm personati, quàm occulti, quàm simulato amicitiæ tegumento inuoluti, quos cuncti detestantur. de quibus Cecilius verè ac disertè scripsit: Hi sunt inimici pessimi, fronte hilaro, corde tristi: quos neque vt apprendas, neque vt mittas, scias. Ad hanc sententiam non absurde referri potest Plautinum illud: Lupus est homo homini, cum qualis sit non nouit. Grammatici annotant, fidos in maximis dici, fideles in minoribus negociis: item fidos esse amicos, fideles seruos. Sed hæc indiscriminatim apud idoneos auctores vsurpantur: neque enim decet friuolis Grammaticorum obseruationibus astringi classicos summatésque scriptores.

*Iámque sermonibus assiduis, & conuersatione frequenti, nonnunquam etiam cœna poculóque communi charior chariórque factus, in profundam romam cupidinis sese paulatim nescius præcipitauerat. Quid ni? Cùm flamma sæui amoris, parua quidem primo vapore delectet: sed fomento consuetudinis exæstuans * immodici ardoris, &*

Cœna poculóque communi.] Mēsam veteres amicitiæ conciliatricem esse dixerunt: sæpéque in conuiuio inuentus est amicus fidelior, crescítque beneuolentia ex consuetu-

dine contuberna-litatis. Prouerbium græcum eſt, dignum ſcitu, nec indignum memoratu, ὡτύμματοι δὲ ἀγαθοὶ ἀγαθὸν βῆ ἰέναι, id eſt Boni ad conuiuium bonorum vltronei eunt, & inuocati: tanquam fas ſit bono viro ire ad cœnam probi amici, ſine vocatione, qua ex re cæriores inter ſe fiunt, & coniunctiores. auget enim beneuolentiam conſuetudo. Hoc ego propè peculiariter facio cum meo Roſcio, vt illius conuictor ſim frequens, citra vocationem: vt Roſciorum domo perinde vtar ac mea in qua mihi omnes libenter ac dominis obſequuntur, & cum ego ex meis moribus cœnem foris non libenter, tamen libentiſſimè cœnito & pranſito apud Roſcios, vbi non extrarius eſſe videor, ſed domeſticus, vbi ſemper de literis literatis confabulationes iucundiſſimæ interſeruntur, vbi vita degitur hilarior & amœnior. Omnipotens deus faxit, vt in hoc contubernio dulciſſimo diu permanere, & florentes beatam vitam viuere poſſimus. *Romam.*] Dictio hoc in loco futilis, & nihil valens, ac intempeſtiua: pro qua ſubſtituito vel rotam, vel foueam: vtrunque enim amori cõgruit. De rota Cupidinis auctorem habes Plautum, ſic ſcribentem in Ciſtellaria: Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer. Foueam autem & pedicas & caſſes dici, quis ignorat? tranſlatione decentiſſima à feris facta, quæ foueis & caſſibus capiuntur, irretiuntúrque. Iidem amantis irretiti lapſíque tenentur. *Quid ni?*] quare non? Comica locutio. Horatius: Militia eſt potior, quid ni? concurritur horæ Momento. Sæpe annos

totos comburat homines. Diu denique deliberauerat ſecum Thraſyllus, cùm nec clandeſtinis colloquijs opportunum reperiret locum, & adulterinæ Veneris magis magiſque præcluſos aditus copia cuſtodientium cerneret, nouæque atque gliſcentis affectionis firmiſſimum vinculum non poſſe diſſociari perſpiceret, & puellæ, ſi vellet (quanquam velle non poteſt) furatrinæ coniugalis incommodaret rudimentum: & tamen ad hoc ipſum quod non poteſt, contentioſa pernicie, quaſi poſſet, impellitur. Quod nunc arduum factu putatur, amore per dies roborato, facile videtur * effectu ſpe, ætate denique. Sed oro ſolicitis animis intendite, quorſum furioſæ libidinis * proruperint impetus.*

Digitized by Google

annotauimus, hanc particulam comicis poetis esse familiarem. *Flamma sæui amoris.*] per catholicam sententiam docet, amorem ab initio esse modicum, & modico vapore calentem, qui mox exæstuet, gliscátque in incendium immodicum, & cuncta comburens. Xenophon scribit, amorem igne ac flamma esse flagrantiorem: quippe cùm ignis vrat tangentes, & proxima tantum cremet: amor ex longinquo spectantes torret, inflammat, incendit. Seneca in tragœdia cui titulus est Octauia tradit amorem esse blandũ animi calorem, qui iuuenta genitus, luxu & ocio nutritur inter lætę fortunæ bona: quem si fouere aut alere desistas, cadit. *Fomento consuetudinis.*] Consuetudo magnum est amoris incendium: vnde meritò & scitè dicta consuetudo Veneris ancilla, & vt ait Lucretius, Consuetudo concinnat amorem. *Clandestinis.*] Mysteria Veneris in arcano habenda sunt, miniméque inuulganda. Amor furtiuus esse debet occultus, clandestinus, & (vt inquit amasius poeta) celari vult sua furta Venus, Militaris disciplinæ præceptum est: Quod facturus sis, tractato cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum. hoc idem optimè præcipi potest militiæ Cupidinis sectatoriæ: vt ipse sibi dux, comes, signifer sit: vt clàm, latenter furtim ipsemet amicam alloquatur, si potest: si minus, per fidum internuncium. Furtiuum opertúmque alloquium amantium apud priscos fuit, inscribere corpus lacte herbæ quàm tithimallum vocant, alij lactucam caprinam: & ita amicas clandestinò alloquebantur. *Copia custodiendi.*] Custos est castitatis necessitas, sed plerunque infida. nam, vt inquit verissimè diuus Hieronymus, Quid prodest etiam diligens custodia, cum vxor seruari impudica non possit, pudica non debeat? *Gliscentis affectionis.*] Amorem coniugalem signat, qui ex nouitate iucundior in dies magis magisque gliscebat: hoc est, crescebat, & augebatur inter neogamos, id est nouos maritos. Vera est Mediusfidius illa Propertiana sententia: Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior. Seneca quoque in laudem amoris maritalis sic scripsit: Perennis amor coniugis castæ manet. inter affectiones potentissima & firmissima est affectio amoris coniugalis, vbi adest illud Catullianum: Mutuis animis amant, amantur. *Gliscentis.*] crescentis, vt sæpe annotauimus. *Incommodaret rudimentum.*] tyrocinium, primitias, palestram Veneris primitiuam. Incommodaret hoc in loco positum videtur, non tam pro impediret, quàm pro commodaret, præberétque. *Furatrinæ coniugalis.*] furtiui concubitus. Martiali furatrina eleganti vocabulo, pro furto & re furtiua dicitur, eodem indicatu quo futrina, moletrina, feratri-

na. Veteres moletrinam, vt id tranſeuntes explanem, dixerunt pro piſtrino, à molendo ſcilicet. *Impeltitur.*] Iuxta illam ſententiã notiſſimam, Nitimur inuetitum ſemper, cupimúſque negata. *Spe, ætate.*] Spes, quam Græci ἐλπίδα vocant, quæ ſola in terris remanſit, vt cecinit Heſiodus, cunctos fermè mortales fouet ac pascit: in primis verò amatores ſpe aluntur, quæ melius eras fore ſemper ait, vt inquit Tibullus. A Seneca quoque dictum eſt, O ſpes amantum credula. Itaque ſpes & ætas iuuenilis, quæ maxima ſunt in amore præſidia, Thraſyllo perſuaſerant, facile effectu fore quod concupiſcebat.

In capreis veritatis eſt.] Verba nullo intellectu conſiſtentia ſunt, digniáque obeli iugulatione. Itaque illis confoſſis, expunctiſque, iſta ſubſtitue: In capreis feritatis. vt ſit ſenſus purus & lucidus, Lepolemum iuiſſe venatum, indagaturũ quidem feras, ſed mitiores, quales ſunt capreæ, in quibus feritatis minus eſt, minuſque periculi. & hoc faciebat, vt vxori amorabundæ ſollicitæque de coniugis ſalute obſequeretur. Cõſimile conſilium dat Venus Adonidi ſuo deliçioſo, apud Ouidium, monens vt lepores, ceruos, capreas, tutæque

*Die quadam venatum Lepolemus, aſſumpto Thraſyllo, petebat: * indagatur feras, * quod tamen in capreis feritatis eſt. nec enim Charite maritum ſuum quærere patiebatur beſtias armatas dente vel cornu. Iámque apud frondoſum tumulum, *ramoſúmque denſis tegminibus, vmbroſo proſpectu veſtigatorum, obſeptis campis, canes venationis indagini generoſæ mandato cubili *reſidentes inuaderent beſtias, immittuntur: ſtatímque ſolertis diſciplinæ memores, * partiti totos præcingunt aditus: tacitáque priùs ſeruata muſſitatione, ſigno ſibi repentino reddito, latratibus feruidis diſſoníſque miſcent omnia. Nec vlla cauea, nec pauens damula, nec præcæteris feris mitior cerua, ſed aper immanis atque * inuſitatus exurgit, toris calloſæ cutis obeſus, pilis inhorrentibus corio ſqualidus, ſetis inſurgentibus ſpinæ hiſpidus, dentibus attritu ſonaci* ſpumeus, oculis flammeus, aſpectu minaci, impetu ſæuo frementis oris, totus fulmineus. Et primùm quidem canum procaciores, qui cominùs contulerant veſtigium,*

gitized by Google

gium, genis hac illac iactatis, consectas interficit: deinde calcata retiola, quà primos impetus reduxerat, transabiit. Et nos quidem cuncti pauore deterriti, & alioquin innoxiis venationibus consueti, tunc etiam inermes atque immuniti, tegumentis frondis vel arboribus latenter abscondimus.*

animalia prædæ securus exagiteti abstineat apris, leonibus, vrsis: néve feras quibus arma dedit natura, lacessat. Vsitata locutio est, & perinde elegans, si dicas, Quod in capreis feritatis est: pro, quæ feritas est in capreis. Capreas autem fugaces esse, exarmatæque feritatis, nemo non nouit. quarum multa genera percensent: rupicapreas, ibices, oryges, damas, pygargos, strepcerotes. Orygis & pygargi iunctim meminit Iuuenalis aliàs pygargus aquilæ est genus, cauda albicante: vnde nomen vtrique. est enim videre inter caprearum genera quasdam habentes nares albicantes. Strepsicerotes sunt capræ, habentes cornua rugarum ambitu contorta: vnde & illis nomen inditum; nam στρέφω significat verto, torqueo. & τὰ κέρατα, cornua. Non probo correctionem illorum, qui apud Plinium non strepsicerotes legunt, sed terpsicerotes. *Armatas dente.*] In hanc sententiam Epigrammatarius inquit: Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum. *Obseptis campis.*] circumuallatis saltibus. Tale est illud: Saltusque indagine cingunt. Potes legere, obseptis capreis. Vestigatores enim in venatu capras reliquasque feras obsepiunt, & indaginibus in arctum vallant. *Canes indagini.*] Canum triplex est genus, villaticum, pastorale, & venaticum. villaticus canis villam, & quæ iuncta sunt, custodit: pastoralis, obseruat foris pecora pascentia: venaticus, venandi causa comparatur. sunt & catelli Melitæi, ad delicias solas pertinentes; Græci μελιταῖα κυνίδια vocant. Porrò venatici canes bifariam dispartiuntur: in eos qui feras sectantur & capiunt, & eos qui odoratu vestigant. qui indagini ferarum sunt accommodati canes, id genus vocant odoriscquos. M. Tullius sagaces appellat, quasi acutè sentientes. Sagare enim sentire est. Poeta nominauit odoros, illo versu: Massylique ruunt equites, & odora canum vis. Sagaci cani in venatu, vt inquit Plin. solertia & sagacitas præcipua est. scrutatur vestigia, atque persequitur comitantem ad fetam, inquisitorem loro retrahens: senecta fessos, cæcosque ac debiles, sinu ferunt, ventos & odorem captantes, prodentesque cubilia. Sagaces siue odoriscquos canes signat Lucanus in quarto, cùm ait: Non creditur vlli Sylua cani, nisi qui presso vestigia

roſtro Colligit,& præda neſcit latrare reperta,Contentus tremulo monſtraſſe cubilia loro. De his hoc in loco intelligendum eſt, & eſt ſenſus : Canes ſagaces ex ſeminio generoſo ad indaginem venaticam comparatæ, immittuntur ad feras ex cubilibus latibuliſque exagitandas. Nolito autem iunctim legere,Mandato cubiculi recidentes:ſed illud Mandato,per ſe ſeiunctim legas. namque denotat,immiſſos eſſe canes ſagaces, ex mandato ſcilicet veſtigatorum,vt ſcilicet inuaderent beſtias ſtabulantes in cubili atque latibulo. *Solertem diſciplinæ.*}Solertem diſciplinam vocat illam,qua canes ſagaces inſtituuntur,formantúrque : quibus ſolertia & ſagacitas ineſt propè peculiaris. *Tacita muſſitatione.*] Sagacis canis proprium eſt,vt ſine latratu tacitus vel preſſa voce muſſans,feram demonſtret. nam cauda primùm, deinde roſtro demonſtratio fit,ſignificans feram deliteſcentem.Muſſare,cuius frequentatiuum eſt muſſitare, propriè eſt (vt docet Donatus) diſſimulandi cauſa tacere. dictum vel à muto, vel ab hac litera M.quæ nimium preſſæ vocis eſt,ac penè nullius. itaque vt mutus non plane loquitur,ſed murmurat : ita muſſare homines. dicuntur , occultè quid preſſa voce loquentes. quod celatum velint. Seruius enarrans illud Virgilianum ex II. Aeneidos , Quid fortuna ferat populi , ſed dicere muſſant : exponit, muſſare propriè eſt obmurmurare,& muto eſſe vicinũ. In proœmio Naturalis hiſtoriæ : Dum iſta muſſitamus , pluribus horis viuimus. hoc eſt,ſecreti loquimur,& preſſa voce ſoli commentamur. Inde muſſitatores dicti , quod verbum in Iſaia ſcriptum legimus: Muſſitatores diſcet legem. Plautus in Rudente: Tu tacebo,ego muſſitabo.quod idem valet , quod tacebo. inde muſſitatio dicta,non tam pro ſilentio pleno , quàm pro murmure preſſo : &, vt expreſſius dicam , pro murmurillo. ſic enim Plautus , linguæ latinæ decus,murmurationem modicam appellat, cùm ait:Nolo ego murmurillum , neque ſuſurrum fieri. Canibus autem ſagacibus proprium hoc eſt , vt inuenta præda minimè latrent, ſed murmurillo muſſitantes,& cauda ac roſtro indicium facientes,demonſtrent feram venatoribus:à quibus cum ſignum reddi tum eſt,latratu mox concitato cuncta permiſcent,& tunc venatici canes illi præferoces inuadunt feras oſtenſas.Illud,Latrantibus ferundis,ita emendo,Latratibus feruidis.feruido enim & vehementi latratu vtitur canis ſagax,poſt inuentam feram. *Nec paueus dammula.* Epitheton eſt propriũ dammarum,vt pauidæ dicantur,& timidæ.ſic Horatius,ſic Virg.appellant.à Martiale dicuntur imbelles,illo verſu:Imbelles dammæ quid niſi præda ſumus?Plin.in 8.autumat,dammas iure dici feras non poſſe,quanuis rarò

uis rarò manſueſcant : complura namque ſunt nec placida , nec fera,ſed mediæ inter vtrunque naturæ : vt hirundines, delphini, apes,& dammę. Quod Plin. ait,apes,feras dici non poſſe,diſſentit à iuriſconſultis,qui tit.de acquirẽdo rerum dominio, & libro ſecundo Inſtitutionum prodiderunt,apium naturam feram eſſe, ideoque fieri occupantium. Itaque ſi in arbore noſtra conſederint,antequam in alueo à nobis concludantur,non magis noſtræ eſſe intelliguntur, quã volucres quæ in arbore noſtra nidũ fecerint:adeò vt ſi alius eas incluſerit , dominus earum erit. Cæterùm Plinius non tam iureconſultorum obſeruationem ſpectans, quàm mores apium & ciuilitatem , quæ hominum cauſa genitæ ſunt , quarum mel & cera vſibus humanis ſeruiunt : ſcite & eleganter dixit , apes neque placidas haberi , neque feras , ſed intermedias atque in meditullio placiditatis & feritatis collocatas. *Aper immanis.* } Magna virtus eſt, res de quibus loquimur , clarè atque vt cerni videantur enunciare. hoc cùm pluribus locis , tum in hac deſcriptione decenter facit Lucius noſter:qui deſcribit , immò depingit aprum tam graphicè , tam eleganter , vt eum oculis repræſentet , per illam exornationem Rhetoricam , quam Græci enargiam , noſtri repræſentationem atque euidentiam appellant. *Toris obeſus.*] toroſa pulpa & craſſa.de toris & obeſo antè dictum eſt. Dicitur autem obeſus , quaſi ob edendum pinguis factus , & craſſus. *Pilis inhorrensibus.*] Ouid. conſimiliter deſcribens aprum illum Calydonium , vaſtum & formicandum , hyperbolicôs inquit : Riget horrida ceruix , Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent , Stántque velut vallum. velut alia haſtilia ſetæ. *Dentibus ſpumeus.*] Ouid. Spuma fluit , dentes æquantur dentibus Indis.Exetri dentes ſunt apro,hippopotamo, elephanto. Raro fœmina ſus habet exertos,& tamen ſine vſu , itaque cum apri percutiant , fœminæ ſues mordent. Dentes omnes ſuibus concaui, nec vnquam decidunt. In India (vt vtar verbis Plin.) cubitales dentium flexus gemini : ex roſtro , totidem à fronte ceu vituli cornua exeunt : pilus æreo colori ſimilis eſt in agreſtibus apris , cæteris niger. Ex mixtura apri feri & placidi gignuntur ſemiferi , qualiter natos antiqui hibridas vocabant.quod nomen ad homines quoque tranſlatum eſt,vt videlicet hibridæ cum Probo appellentur : ſuper qua dictione plura in Suetonij commentariis. *Sonaci.*] ſonoro & ſtridulo. Ouid. Conchaque ſonaci Inſpirare iubet. vt recto caſu dicitur edax,pugnax:ſic & ſonax,quod in raro vſu eſt.Plin.refert, apros in coitu aſperiores eſſe , indurantes attritu arborum coſtas , lu-

sóque se tergorantes.quod ante Plinium numeris poeticis complexus est Maro,sic scribens: Ipse ruit dentésque Sabellicus exacuit sus,Et pede pro subigit terram, fricat arbore costas: Atque hinc atque illinc humerósque ad vulnera durat. Græcè κάπρος dicitur aper. *Oculis flammeus.*] Ex Ouidij archetypo, scribentis:Sanguine & igne micant oculi. *Totus fulmineus.*] Nihil fulmine vehementius, nulla vis impetu fulmineo concitacior, nullus fremor terribilior. Igitur vt emphaticoterôs & euidentius demonstraret fulmineũ,terribilem,impetuosum aprum,dixit illum totum fuisse fulmineum: quo verbo breuiter expressit aprum formidandum, qui instar fulminis cuncta concuteret,& solo afflatu perureret. simul alluſit ad dentes aprugnos, quos fulmina ab impetu quasi fulmineo appellare videntur poëtæ. Ouid. Nec vires fulminis apro.Item,Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.item in 10. Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. *Canum proca.*} venaticos canes acriores, appetentiorésque confligendi cum apro, eleganter procaciores appellat, à procacitate illa notissima, id est appetentia & postulatione. procare enim poscere est: & procaces meretrices dictæ quia semper aliquid petunt. *Genis iactatis.*] ad aprum referendum,qui dentibus extra genas exertis percutiebat, dissecabátque canes propius accedentes. Genas acyrôs dixit, cùm genæ de homine tantum propriè dicantur, vt memorat Plinius. *Transabit.*]Virg. Transabiit costas. *Innoxijs vena.*} caprearum scilicet & leporum, & id genus ferarum, quæ minimè noxiæ sunt, & (vt inquit Ouidius) tutæque animalia prædæ. Plato probat venationem ferarum, quæ equis canibúsque & corporis viribus agitur.nam lib.de legibus 7. Quibuscunque, inquit, curæ est fortitudo, hi quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telisque manu propria venando vincere debent. Vituperat autem aucupium,& piscatum, & venatum animalium,quæ retibus & laqueis capiuntur. Ecclesiastici conditores clericum damnant venatorem:& illi improbantur antistites, quibus pro psalterio est venabulum, pro libris retia, qui venatores fouent, vestigatores amplexantur. Scio te, antistitum clarissime, esse extra hanc noxam, cui literæ omnifariæ sunt pro pabulo, qui horas partiris inter studia sanctiora, & musas humaniores, qui pluris facis hominem literatum quàm venaticum instrumentum:quo continetur (vt scribunt iurisconſ.) canes & vestigatores. Quicunque habuerit horoscopum in quarta leonis parte,erit venator. Idem horoscopus in canicula facit venatorem. Græcè,κυνηγὸς & κυνηγέτης dicitur venator: inde Cynegetica dicuntur

cuntur volumina de venatione, venatoribúsque conscripta. Flauius Vopiscus refert, Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica & Halieutica. vt obiter emaculem Vopisci dictionem, scito non halienibus scripti Græca inscriptione. Quid noster volumen condidit quod Halieuticon inscribitur, in quo mira piscium ingenia prodidit. Scripsit autem id volumen in Ponto, supremis suis temporibus: cuius testimonio vtitur Plin. in quo nomina piscium Ponticorum percensuit, apud scriptorem neminem alium reperta. *Immuniti.*} non muniti, improtectique.

*Thrasyllus verò nactus fraudium opportunum decipulum, sic Lepolemum captiosè compellat: Quid stupore confusi, vel etiam cassa formidine similes humilitati seruorum istorum, vel in modum pauoris fœminei deiecti, tam opimam prædam medus manibus amittimus? Quin equos inscendimus? quin ocyùs indipiscimur? & cape venabulum, & ego sumo lanceam. Nec tantillùm morati, protinùs insiliunt equos, *ex summo studio bestiam insequentes. Nec tamen illa genuini vigoris oblita, retorquet impetum: & incendio feritatis ardescens, * dentium compulsu, quẽ primùm insiliat, contabunda rimatur. Sed prior Lepolemus iaculum quod gerebat, insuper dorsum bestiæ contorsit. At Thrasyllus feræ quidem pepercit: sed equi, quo vehebatur Lepolemus, postremos poplites lancea feriens, amputat. Quadrupes recidens, quà sanguis effluxerat, toto tergo supinatus, inuitus dominum suum deuoluit *. ad terram. nec diu, sed eum aper furens inuadit iacentem: ac primò lacinias eius, mox ipsum resurgentem multo dente lania-*

Decipulum.} A decipiendo decipulum, & decipula inclinatur. Idẽ vtrunque significat, sola elegantia distant: nam purius, tersius, speciosius videtur prolatum neutro genere decipulum, quã fœmininо decipula: quamuis in vsu frequentiore sit hoc postremum. est autem decipula siue decipulum, instrumentum ad decipiendas aues & feras fraudulenter comparatum. In Hieremia scriptum est: Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Hieron. Hæc est illorum prima decipula. Sicut à decipiendo decipula, sic ab excipiendo excipula dicuntur: quæ sunt

fouceæ , & quædam quaſi loculamenta , qualia ad excipiendos fraudulenter piſces in fluminibus fabricantur. Plin. in nono auctor eſt, anguillas in lacu Benaco fluctibus glomeratas volui , in tantum mirabili multitudine, vt in excipulo eius fluminis ob hoc ipſum fabricato ſingulorum milium globi reperiantur. *Captiosè.*]fraudulentè , doloſe ſermone ad capiendum accommodato. *Caſſa.*]inani, irrita, præpoſtera. Dixit poëta caſſum lumine, pro mortuum , quaſi vacuum viduatúmque lumine æthereo. item aliubi : Nullum cum vinctis certamen & æthere caſſis , id eſt , vita priuatis ac vacuis. Caſſes retia dicuntur, & caſſiculi per diminutionem reticula. Caſſus labor, inanis & vanus ſigni-

uit. Nec cœpti nefarij bonũ piguit amicum: vel ſuæ ſæuitiæ litatum ſaltem tanto periculo cernens, potuit expleri : ſed percito, atque plagoſa crura contegenti, ſuúmque auxilium miſeriter roganti, per femur dextrum *demiſit lanceam: tantò ille quidem fidentius, quantò crederet ferri vulnera ſimilia futura proſectu dentium. necnon tamen ipſam *quoque beſtiam facili manu* tranſadigit. Ad hunc modum defuncto iuuene, excíti latibulo ſuo quiſque familiæ mœſta concurrimus. At ille, quanquam perfecto voto , proſtrato inimico lætus ageret, vultu tamen gaudium tegit, & frontem aſſeuerat, * & dolorem ſimulat: & cadauer, quod ipſe fecerat, auidè * circumplexus, omnia quidem lugentium * officia ſolerter affingit, ſed ſolæ lacrymæ procedere noluerunt. Sic ad noſtri ſimilitudinem, qui verè lamentabamur, conformatus , * manus ſuæ culpam beſtiæ dabat. Necdum ſatis ſcelere tranſacto, fama dilabitur , & curſus primos ad domum Lepolemi detorquet, & aures infœlicis nuptæ percutit. Quæ quidem ſimul percepit talem nuntium, qualem non audiet alium, amens, & vecordia percita, curſúque bacchata furibunda, per plateas populoſas & arua ruſtica* fertur inſana voce , caſum mariti queritans. Confluunt ciuium mœſtæ caterua, ſequuntur * obuij dolore ſociato, ciuitas * cuncta vacuatur ſtudio viſionis*

*nis. Et ecce mariti cadauer accurrit, *labentique ſpiritu totam ſe ſuper corpus effudit: ac pleniſsimè ibidem, quam deuouerat ei, *reddidiſſet animam, ſed ægrè manibus erepta ſuorum, * remanſit in vita. Funus verò, toto feralem pompam proſequente populo deducitur ad ſepulturam. Sed Thraſyllus nimiùm clamare, plangere, & quas in primo mœrore lacrymas non habebat, iam, ſcilicet creſcente gaudio, reddere, & multis charitatis nominibus veritatem ipſam fallere: illum amicum, coætaneum, contubernalem, fratrem denique, addito nomine lugubri, ciere: necnon interdum manus Charites à pulſandis vberibus amouere, luctum ſedare, eiulatum coërcere, verbis palpantibus ſtimulum doloris obtundere, varijs exemplis multiuagi caſus ſolatia nectere: cunctis tamen mentitæ pietatis officijs ſtudium contrectandæ mulieris adhibere, odioſúmque amorem ſuum perperàm delectando nutrire.*

ficatur. Plaut. in Aulularia : Filiam habeo grandem dote caſſam, atque illocabilem, inde aduerbium eſt : Incaſſum, fruſtra & in vanum ſignificans. Caſſabundum dicunt, crebrò cadentem. Caſſus annulus, dicitur non ſolidus. Legimus inter cerimonias flamini diali impoſitas, quòd fas non eſt eum annulo vti, niſi peruio caſſoque, id eſt, non ſolido. Quidam exponunt, ſine gemma : quaſi caſſus annulus dicatur, gemma carens, & vacuus. *Quin.*] Modò exhortantis eſt : aliàs, pro vt non, aliàs aliter accipitur. ſuper qua particula capur extat Gellianum. *Indipiſcimur.*}petimus, vſurpamus, aſſequimur. A. Gel. Amœnitates & copias, vbertatéſq; verborum Latina omnis facundia vix quidem indipiſci potuerit, mea nequaquam. *Venabulum.*]telum eſt venatorium, cuius inuentor fuit Piſeus. *Pauoris fœmi.*}Fœminæ, vt inquit Ariſtot. in nono de Animalibus, molliores ſunt, mendaciores, inſidioſiores, & pauidiores. Xenophon, & poſt Xenophontem Columella, prodiderunt naturam cuſtodiæ & diligentiæ aſſignaſſe ſexum muliebrem, & iccirco timidiorem reddidiſſe quàm virilem. *Tantillum.*]punctum temporis, minimúmque momentum. *Gemini.*]natiui, proprij, ingeniti.

Dentium compulsi.}Plin. siccas dentium in apris vocat, quos ait limare saxo, præparatéque ad nocendum. exerti sunt dentes apro, & concaui: cùmque apri mares percutiant, fœminæ sues mordent. *Contabunda.*}constans, insistens, remorans. *Iaculum.*} Aetolus primus inuenit iaculum cum amento. *Contorsit.*] vibrauit, immisit. Tortores tormentorum, pro vibratores, iaculatoréſque, vsurpat Marcellinus. *Feræ.*] apro. *Postremos poplites.*] Succisis poplitibus posteriorum pedum equus resupinatus, ad terram quoque Lepolemum deuoluit. Consimile est illud Virgilianum de Mezentio: Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras Verberat, effusúmque equitem super ipse secutus Implicat, eiectóque incumbit cernuus armo. *Lancea.*}Vocabulum est Hispanicum, à lancea lanceatij dicti, qui lanceam ferunt. Lãceati verò, qui ictu lanceæ perimuntur. Firmicus Maternus: Quicunque habuerint horoscopum in 21. Tauri parte, lanceati morientur. *Recidens.*]retro cadens, & in tergum. *Primo lacinias.*] prius vestes Lepolemi lancerantur ab apro, mox ipse dum resurgere conatur, ictibus dentium laniatus discerpitur. *Bonum.*] Ironicῶs. *Piguit.*]Pigere ad damnum & dolorem, pudere ad dedecus refertur. pudet quod turpe est, piget quod dolet: vt Donatus refert, & Plautus docet, sic scribens in Trinummo: Pol pudere qui pigere præstat, totidem literis. *Sæuitiæ litatum.*] Litamus sæuitiæ, dum illi satis facimus, dum exaturamus crudelitatem, dum tantum facimus quantum sæuitia sanguinaria exposcere in nobis videbatur. Translatio sumpta à verbo sacrificali. nam litant diis, qui deos propitiant, placitantque. *Parcito.*]Videtur legi posse percito pro commoto, & se mouenti: quod ad Lepolemum est referendum. si legas percitus, de Trasyllo erit intelligendum. *Plagosa crura.*}plena plagarum & vulnerum. Aliter plagosum hominem dixit Horatius, sæpe plagas inferentem, à sæuitia videlicet & plagis, quibus discipulos male mulctabat. sic enim inquit in secundo Epistolarum: Memini plagosum mihi paruo Orbilium dictare. Suetonius in libello de Grammaticis, scribens de Orbilio grammatico, meminit huiusce carminis Horatiani his verbis: Fuit naturæ acerbæ, non modò in antisophistas, quos omni sermone lacerauit, sed etiam in discipulos: vt & Horatius significat, plagosum eum appellans. *Prosecta dentium.*]Corrigo prosectu, vt sit casus dandi: pro prosectui, id est laniatui & prosectioni. hæc enim nomina quarti ordinis casum datiuum litera i finiunt: vt Lucilius dixit Anu & victu, pro anui & victui. Virgilius: Téque aspectu ne subtrahe nostro, pro aspectui. & in Georgicis: Quod neque concubi-

concubitu indulgent. Cæsar quoque in Antitatone, posuit dominatu pro dominatui. Sensus est : Fidentius percussit Lepolemum lancea, cuius vulnera credebat futura simillima profectionibus & laniationibus dentis aprugni. *Transadiit.*]transfodit,transuerberauit. *Definito.*]Elegantius est defuncto. *Excitis latibulo.*} Paulo suprà scripsit, immuniti tegumentis frondis vel arboribus latenter abscondimus. Latibulat & latibulatur vsurpant Prisci,pro latet. vnde & latibulum dictum. Neuius: Ne quis latibuletur,prospice. *Perfecto voto.*] cùm desiderium suum explesset, & voto necandi Lepolemi feciisset satis. *Vultu gaudium tegit.*] Econtrariò Virgilius, Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. item: Consilium vultu tegit, & spem fronte serenat. Frons,oculi, vultus. vt inquit verissimè M. Tul. sæpe mentiuntur:oratio verò sæpissime, interioris animi persona est & inuolucrum : ideóque vultui & fronti fides nulla. sæpe subtristi vultu intrinsecus omnia lætantur, sæpe sub fronte hilari animus mœrore conficitur. *Frontem asseuerat.*] seueritudine corrugat,tristitia contrahit,& (vt veteres dicebant) caperat. *Solerter affinxit.*]Scitum est illud Archidami, *πρέπει ἀεὶ τὸν αὐτὸν φθέγγεσθαι φωνὴν, ἄνθρωπον δὲ πολλὰς καὶ ποικίλας, ἕως ἂν τὸν δόξαν τελέσῃ.* id est,Quis semper eandem vocem facit, homo autem plures & varias,donec optata perfecerit. Homo est verè Proteus, qui formas in omnes sese vertit: qui si efficiat quod cupit, omnia transformat sese in miracula rerum. Homo chameleon est,qui colores multifaria qualitate commutat, vt modò Veneti,modò cyanei coloris aspiciatur: sic & homo,prout conducit, varius fit: fingere mœrorem, tristiciámque gaudendi magis facile est, quàm simulare gaudium, læticiámque mœrenti. *Lachrymæ noluerunt.*]Quorum oculi ad lachrymandum pręduri ac difficiles sunt, hos oppidò quàm decenter pumiceos vocant. & ita infit Pseudolus Plautinus: Pumiceos oculos habeo, non queo lachrymàm exorare vt expuant vnam modò. Demiratur Plinius quis humor ille sit lachrymarum in dolore tam fœcundus & paratus aut vbi reliquo tempore. *Conformatus.*} compositus,& in ficto mœrore formam talem habitúmque induens, quales nos eramus,qui veris lachrymis & vero dolore lamentabamur. *Bestiæ dabat.*} Quod ipse parricidium manu sua fecerat, id apro assignabat, & à bestia factum simulabili tristicia ementiebatur. *Fama dilabitur.*} Fama, quæ nil velocius,repente dilapsa est, & pernici volatura peruenit ad domum interfecti Lepolemi. *Nuptæ.*] Charites. *Aures peruenit.*] Sic Virgilius:

Digitized by Google

Grauior ne nuncius aures Vulneret. *Talem nuncium.* } tam atrocem, tam dirum, tam lachrymalem, de obitu ſcilicet mariti Lepolemi. *Vecordia percita.* } commota, extimulatáque præ dolore, quadam quaſi veſania, & furore. *Bacchata.*] Bacchari eſt, furere: inde bacchata dicitur furens, & commota. Virg. in 10. Medias Italum bacchata per vrbes. Quinetiam loca quoque in quibus ſit debacchatum, bacchata dixerunt. vt, Virginibus bacchata Lacenis Taygeta: Santra, ab omni parte bacchatur nemus, dixit, pro commouetur. & furore vehementiori agitatur. *Rureſtria.*] antiquitas deum ruſticum & rureſtrem coluit nomine Ruſorem, ex eo dictum, quòd rurſus cuncta eôdem reuoluuntur. huic ruſori pontifices rem diuinam faciebant. *Queritans.*] ſæpe conquerens lamentabili voce, & queribunda: à querendo, id eſt, lamentando inclinatum frequentatiuum ſit queritans. Quidam legunt quiritans, quaſi vociferatione clamans. Quiritare enim clamare eſt, tractum ab his qui Quirites inuocant conclamántque: quod veteres quiritari dicebant. Lucilius, Clarè quiritans. Nigidius, Clamat quiritatum. apud Plin. in epiſtolis anceps ſcriptura eſt: partim enim legunt, infantium quiritans, partim infantium quiritatus. vtraque lectio ſatis proba eſt. Quiritatus dicitur querela & vociferatio: Quiritatus verò inclamatio, & quaſi quiritum imploratio. *Conſtuunt*]Per dialyton, id eſt diſſolutum, ſiue aſyntheton, hæc membra decurrunt. *Studio viſionis.*] Virg. Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus Circunfuſa ruit. viſionis dixit, pro inſpectionis, & (vt dicitur) ſtudio viſendi. Aliàs viſio appellatur, quod Græci ὅραμα vocant. eſt autem viſio, vt Macrobij verbis vtar, cum id quis videt in ſomnis, quod eodem modo quo apparuerat euenier. Caſſiodorus, theatrum Latinè viſorium interpretatur. *Labente ſpiritu.*] anima deficiente, quaſi moritura, & ex dolore viribus defecta, effunditur ſuper coniugis cadauer. *Quam deuouerat.*] conſecrauerat, dedicauerat, more equorum quos Galli ſoldorios, noſtri deuotos appellant: quorum hæc eſt conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint. ſi quid his per vim accidat, vt eundem caſum vnà ferant, ac ſibi mortem conciſcant. neque adhuc eorum mémoria repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto cuius ſe amicitiæ deuouiſſet, mori recuſaret: auctor Cæſar in commentariis. Aliàs deuouere eſt deteſtari, maledicere, execrari. ſic Ouidius, Hunc ego deuoueo quem mens intelligit Ibim. & deuotus pro execrato, deteſtabili, abominato accipitur: vt docet

docet Porphyrio, Horatianus interpres. in quo significatu est illud: Viuite deuoto fœmina virque thoro. Inde carmen deuotorium, quo dira imprecamur: & deuotiones pro execrationibus ponuntur. *Inuita.*] non libens, coacta & ingratis. Quidam seiunctim legunt, vt duæ dictiones sint in vita, hoc est, viuere perseuerauit. *Feralem pompam.* } Exequialem. Pompa, quæ cadauere ferendo, & defuncto funerando exhibetur. feralis dicitur. Veteres quoque feralia dixerunt, diis manibus sacratam diem: à ferendis scilicet epulis ad tumulum in cœnam, quam & ipsam feralem nuncupant. Ouid. An quia iusta ferunt dixere feralia lucem, Vltima placandis manibus illa dies. Idem ferales vittas dixit, funeri accommodatas. Denique feralis generali vocabulo dicitur, res omnis lugubris, pertinens ad funus & defunctos. *Prosequente.*] Ordo pompæ funebris hic est, vt funus præcedat, nos sequamur, quasi post ipsum defunctum morituri. Terentius Funus interim præcedit, sequimur, ad sepulchrum venimus. Supremum verbum in funere dicebatur, Vale, nos te sequemur. nunc apud nos ordine præpostero præcedit pompa lugentium, & in funus euntium, funere ipso subsequente. Quod tamen & ipsum apud priscos factitatum est, & innuit diuus Hieronymus super dormitione Blesillæ, ad Paulam sic scribens: Ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præeunte aureum feretro velamen obtenditur. *Plangere.*] plangebat. *Clamare.* } clamabat. *Reddere.*]reddebat: eloquutio vsitatissima, elegantissimáque. *Illum amicum.*] Hæc sunt charitatis nomina multiiuga, quibus Thrasyllus veritatem dissimulabat, quibus reuera amicus extincti credi poterat. *Coætaneum*]Flagrantissimus amor ille est, vt inquit Plin. in 6. Epistolarum, quo se adolescentuli coætaneíque inuicem amare cœperunt. Aristot. in 8. Ethicorum auctor est, adolescentulos repentè amicos fieri, & repente desistere: cum sæpe eadem die propositum mutent. Græci coætaneos appellant συγχέους, qua dictione & nostri vsi sunt. Hieronymus in prologo Oseæ prophetæ: Illum, inquit, synchronon Isaiæ fuisse. iidem Græci συγχεγιεμους vocant, ab eadem ætate, quam dictionem nostri latinitate donare volentes, fideliter magis quàm fœliciter interpretantur contemporationes. *Fratrem denique.*]Singula incrementum habent per se: & tamen per amplificationem decenter crescit oratio, vt semper aliquid priore maius insequatur. nam magnum est amici nomen, maius coætanei, maximũ contubernalis. etenim vt scitissimè refert Ari-

ſtoteles,nihil eſt tã amicorũ quã cõtubernalitas& cœnobiũ.Qui ſe mutuò diligũt,nec ſimul viuunt,hi beneuoli magis ſũt quàm amici nominandi. Igitur cùm amicum coætaneum contubernalem per incrementa dixiſſet, nouiſſimè fratrem dixit: quo vocabulo omnis affectio, omnis beneuolentia, omnia charitatis nomina fermè minora ſunt. nam quod nomen amantius quàm fraternum? quæ poteſt amicitia eſſe tam fœlix quæ imitetur fraternitatem? Certè quoties blandiri volumus, vt Quintilianus declamator tradit, his qui eſſe amici videntur, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen poteſt, quàm vt fratres vocemus. Quid eſt aliud fraternitas, quàm indiuiſus ſpiritus? Frater,inquit Nigidius, eſt dictus quaſi ferè alter. fraternus appellatur.auctore Hieronymo, fratris filius. Bina nomina homines habent: vnum proprium, alterum naturæ & ſanguinis, quo ſe debent appellare coniunctæ perſonæ: vt eſt nomen patris,matris,fratris,ſororis. Cùm igitur aliquam perſonam neceſſitudine coniunctam vocamus,nomine naturali eam appellare debemus:ipſo docente Virgilio,qui ait,O pater.item, Nate meæ vires.item,Hoc illud germana fuit. *Nomine ciere.*] Nominatim ciebat inclamabátque Lepolemum,tanquam nominis proprij appellatio præ ſe ferret neſcio quid ardentioris affectionis. *Amouere.*}amouebat. *Pulſandis vberibus.*] Fœminarum hoc propriũ eſt,vt in luctu faciem vnguibus, vbera & pectus pugnis pulſent:iuxta illud,Vnguibus ora ſoror fœdans,nũc pectora pugnis. *Sedare.*]ſedabat. *Obtundere.*}obtundebat: & hoc modo expone reliqua quæ ſequuntur.Signat autem,Thraſyllum obtudiſſe, id eſt hebetaſſe, retudiſſe ſtimulum aculeúmque doloris, quominus fodicaret lancinarétque præcordia lugentis Charites.hoc autem faciebat verbis palpantibus, hoc eſt blandientibus, mulcentibus & mitigatoriis. Pulpare enim eſt blandiri, & propriè (vt interpretatur Porphyrio) manu mulcere. palpatur, pro palpat dixit Lucilius: Hic vbi me videt ſublatum palpat. Plautus frequenter ait,Palpo percutit, pro palpatione & adulatione. *Multimagi caſus.*} Enumeratio exemplorum magnopere luctum leuat, conſolatúrque mœrentem, vt cenſeat ſibi æquo animo ferendum id quod videat multos moderatè & tranquillè tuliſſe. Omnibus enim modis (vt inquit veriſſimè Cicero) fulciendi ſunt, qui ruunt. optima autem fultura eſt, percenſere exempla eorum qui caſibus & infortuniis, vel conſimilibus vel grauioribus affecti ſunt. Conſolatio illa in luctu ſedando vſitatè ſæpe prodeſt,non tibi hoc ſoli, ſed refert quomodo adhibeatur. vt enim

tulerit quiſque eorum qui ſapienter tulerint, non quo quiſque incommodo affectus ſit, prædicandum eſt. Magnum eſt profectò fomentum homini ægritudine tabeſcenti, audire fuiſſe alios compluſculos, qui talia fortiter perpeſſi ſint: &, vt inquit Seneca, dulce mœrenti populus dolentum. Caſus autem multiuagus bono epitheto dicitur, propterea quòd per multos vagatur atque diſcurrit, quòd multiformis eſt, quòd infortunia multos affligunt. *Contrectandæ.*] vt manibus contrectare poſſet membra Charites, quam deperibat: & facere quod Pamphilus Terentianus factitauit, qui mediam mulierem complexus, Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum? Tum illa reiecit ſe in eum flens quàm familiariter. *Odioſum.*] ſcilicet puellæ.

*Sed officijs inferialibus ſtatim * ereptis, puella protinùs feſtinat ad maritum ſuum demeare, cunctáſque prorſus pertentat vias. Certè illam lenem, otioſámque, nec telis vllis indigentem, ſed placidæ quieti conſimilem, inedia denique miſeræ, & incuria ſqualidæ, tenebris imis abſcondita cum luce iam trãſegerat. Sed Thraſyllus inſtantia peruicaci, partim per ſemetipſum, partim per cæteros familiares ac *neceſſarios, ipſos denique puellæ parentes extorquet: tandem iam lurore & illuuie penè collapſa membra, lauacro, cibo denique confoueret. At illa, parentum ſuorum alioquin reuerens, inuita quidem, verùm religioſæ neceſsitati ſuccumbẽs, vultu non quidem *hilari, verùm paulò ſereniore obiens, vt *iubebatur, viuentium munia, prorſus in pectore, imò verò penitùs in medullis, luctu ac mœrore carpebat animum: diéſque totos totáſque noctes inſumebat luctuoſo deſiderio: & imaginem defuncti, quam ad ha-*

Inferialibus.] funebribus, exequialibus & ad inferias ſepulti pertinentibus. Dictio vna eſt. *Exceptis.*] Quidam legunt Expletis, quod placet: vt ſit ſenſus, Peractis officiis inferiarum, decreuiſſe Charitem mori, ne marito ſuperſtes viueret. *Demeare.*] deſcendere tanquam ad inferos. *Illam lenem.*] Senſus eſt, deſtinauerat Charite mori inedia, tanquam ea mortis via lenis eſſet, & placidæ quieti conſimilis, nec telis vllis indigens. inedia autem eſt ſeptimus caſus, Attende, genus mortis lene & otioſum, & placi-

dum videri Apuleio, inedia moti: cum alioqui camœnæ Græcè canant, οἰκτιστον λιμῷ θανεῖν, miserrimum esse fame mori: &, vt scribit Hieremias in Threnis, Melius est occidi gladio quàm fame extabescere. In Ezechiele quoque legimus: Sagittæ famis mortiferæ sunt. Plautinus parasitus, miserrimum esse hominem autumat, qui cum esse cupit, quod edat non habet. Cæterùm hæc omnia referuntur ad homines qui cupiunt viuere, quibus esuritio videtur malum acerrimum. Sed in homine qui mori omnino decreuerit mors per inediam pedetentim recepta in corpus, minus truculenta sentitur. cum vi nulla adhibita moriatur. Hoc genere mortis periit Sisigambis Darij mater, quæ audita Alexandri magni morte, succumbens dolori, cibo pariter abstinuit. & Lucan. quinto: Postquam mori statuerat die extincta. *Incuria.*] negligentia & illuuie: septimus est casus. *Cum luce.*] Transigere verbum est forense, ad creditores & debitores maximè pertinens: quod idé valet, quod componere atque decidere. Debitor transigit cum creditore per decisionem, & ita lis negociúmque finitur. Ex hac translatione conceptus sensus elegantissimus à nostro Lucio, qui ait, quòd Charite cum luce transegerat: id est, cum vita & luce ætheria deciderat, tanquam debitor cum creditore: vt nihil sibi amplius foret cum luce, vt luci resolueret totum quod debebat: & ita

*bitum Dei Liberi formauerat, affixo seruitio diuinis percolens honoribus, ipso*se solatio cruciabat.* Sed Thrasyllus, præceps alioquin, & de ipso nomine temerarius, priusquam dolorem lacrymæ satiarent, & percitæ mentis resideret furor, & in sese nimietatis senio* lassescceret luctus, adhuc flentem maritum, adhuc vestes lacerantem, adhuc capillos distrahentem, non dubitauit de nuptys conuenire, & * impudente labe tacita pectoris sui secreta fraudésq; ineffabiles detegere. Sed Charite vocem nefandam & horruit, & detestatæ est: & velut graui tonitru, procellâque sideris, vel etiam ipso Diali fulmine percussa, corruit corpus, & obnubilauit animam: sed interuallo reualescente paulatim spiritu, ferinos rugitus iterans, etiam scenam pessimi Thrasylli prospiciens, ad limam consilij, desiderium pectoris distulit.*

Digitized by Google

& ita per deciſionem tranſactionémq; cum luce factã, tranſiret ad tenebras. Qui pro ſocijs tranſigit, ſatiſdat, neminẽ poſtea eorũ petiturum: vt auctor eſt M. Tul. in oratione pro Roſcio Comœdo. *Extorquet.*]quaſi tormentis adiectis ab inuita & reluctãte impetrat & exorat. torquemus, vt inquit Donatus, hominẽ: extorquemus veritatẽ *Lutore.*]pallore buxeo. *Illuuie.*]ſordibus. Lucilius: Hic cruciatur fame, frigore, illuuie, incuria. *Lauacro confoueret.*]lauacrum ad abluendas ſordes pertinet, cibus ad roborandũ corpus. & profectò vtroque confouemur & recreamur. cibus & lauacrũ fomenta ſunt ſalutaria, capitur cibus, vt ſuffulciat artus, & recreet vires: vt refert Lucretius: lauacrum, vt abluat ſordes, & membra delaſſata confoueat. *Parentum reuerens.*]Quædam nomina forma participiorum poſita, genitiuo caſu iunguntur: vt grammati. commeminere. ſic dicitur patiens laboris, negligens amicorum, appetens pecuniæ, fugitans litium, amans virtutis, conſimiliter reuerens parentum. Quod ſi per participium velis enunciare, dices, reuerens parentes, appetens pecuniam, fugitans lites. *Obiens munia.*]peragens officia quæ à viuentibus, & his qui viuere cupiunt, obiri ſolent, & peragi. Munia enim dicimus, officia. Horatius munia dixit: veteres mœnia dixerunt, quaſi munia, hoc eſt officia. *Inſumebat.*]impẽdebat. A. Gel. in 2. Lex Faunia in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit. Sumere eſt impendere, & conſumere. vnde & ſumptum dicimus, auctore Donato, pecuniam quæ inſumenda eſt. *Imagines defuncti.*]imitabatur Laodamiam, quæ & ipſa imaginẽ defuncti Proteſilai in lario domeſtico colebat. Polla quoq; Lucani coniunx imaginẽ mariti habebat in toro, pro ſolatio & fomento. de quo Papinius in epicedio Lucani: At ſolatia vana ſubminiſtrat vultus, qui ſimili notatus auro, ſtratis prænitet incubátque ſomno. *Dei liberi.*]Bacchi, qui Liber dicitur, vel quòd libertate donauerit ciuitates: vel quòd ſeruitio curarum Bacchus liberat animos mortalium: de quo plura aliàs. Senſus eſt. Charite ſub effigie Bacchi colebat imaginem mariti, honores illi diuinos impendens. *Affixo ſeruitio.*]appoſitis mancipiis ad hoc miniſterium. vel affixo ſeruitio accipe pro cultura diligenti ipſius Charites, in colendo marito: vt ſeruitium pro latria poſuerit, id eſt ſeruitute. eſt autem latria, vt docet Auguſt. in 10. ea propriè ſeruitus, quæ pertinet ad colendum deũ: vnde idololatriam vocant, idolorũ ſeruitutem. *De ipſo nomine.*]*θρασὺς* Græcè ſignificatur audacia & temeritas, & Thraſyllus temerarius interpretatur. erat ergo nomen conueniens moribus: & ſicut vocabulo Græco dicebatur temerarius, ita re ipſa temerarius exiſtebat. Rhetorici doctores argumenta ducunt ex

attributis perſonæ,inter quæ eſt ipſum cuiuſque nomeñ,ex quo argumentum aliquando ſumimus: ſicut apud Euripidem nomẽ Polynicis, vt argumentum morum frater inceſſit.nam Polynices interpretari poteſt contentioſus,ſiue litigioſus. Cicero quoq; in Verrem, ex ipſo nomine ludens inuehitur, tanquam omnia verreret. *Lachrymæ ſatiarent.*]Vt dolor incluſus ſtrangulat,ita per querelas effuſus releuatur. namque (vt ſcitè ſcribit Seneca)omnis aduerſa fortuna habet in querelis leuamentum. Cui ſubſcribit illud Naſonis:Fleque meos caſus, eſt quædam flere voluptas: nimirum in recenti dolore ſunt habenæ querelis,& vela lachrymis danda: vt hoc veluti pabulo exaturatus dolor, mox reſiſtat ac laſſeſcat.itaque intempeſtiuus eſt ille & temerarius,qui fœminam in funere mariti recentiſſimo dolore conflictam, non ſolũ non ſinit lachrymare, ſed & de nuptiis digamiáque compellat. Quis matrem,niſi mentis inops,in funere natī Flere veter? Non hoc illa monenda loco eſt:dixit ſapienter Sulmonenſis poëta, & verè. vt enim adhuc crudum vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque vltro requirit:ſic recens animi dolor conſolationes reiicit ac refugit,mox deſiderat, & vehementer admotis acquieſcit.*Percitæ.*]commotæ,perturbatæ,inſanientis præ dolore.& ad Charitem refertur.*Senio laſſeſceret.*]Vt annoſitate & ætatis ſenio laſſeſcit ac fatigatur ſenile corpus,ita luctus eleganter dicitur relenteſcere ſenio nimietatis: vbi ſcilicet quiſpiam diu multúmque fuit in luctu,& indulſit dolori. Laſſeſcere, & laſſum fieri,& fatigari. Plin. Metus, inquit,eſt ne fortuna laſſeſcat.Hieronymus ait,militem laſſeſcere ſub lorica. Senium verò dici ætatem annoſam & ſenectutem,nullus eſt qui neſciat:vſurpatur quoque pro triſtitia.Turpilius:Odio ac ſenio mihi nuptiæ.Ponitur & ſenium à M.Tul. in eodem ſignificatu. *Capillos diſtrahentem.*]Maxima dolentis indicia,veſtem in luctu lacerare, capillos diuellere. Lex Moſaica (vt in Deuteronomio ſcriptum eſt)ad cohercendum luctum immodicum, immoderatúmque, vetat faciem vnguibus lacerari,& caluicium fieri ſuper mortuo, vellendo ſcilicet capillos. Bion philoſophus ſtulti eſſe dixit,in luctu capillum ſibi euellere,quaſi caluitio mœror leuaretur. Legimus quoque in Inſtrumento veteri, multos ſcidiſſe laceraſſéque in dolore veſtimenta. *Diali fulmine.*] Iouiali:ſuper qua dictione ante dictum eſt. *Corruit.*] Lapides loqui dicitur ille,cuius verba triſtia excutiunt audienti cerebrum. hic verò non lapides loqui, ſed fulmina iaculari videbatur: cuius dicta nefanda inſtar procellæ & fulminis miſeram Charitem conſternarunt, exanimarunt,attonitam fecerunt.illos enim vocamus attonitos,quorum

mentes

mentes ſonus ille cœleſtis loco repulit: qui fragore cœli edito concidunt, & ſtupentes in totum ſibi excidunt. auctor Seneca lib.2.quæſtionum.Cor.Celſus quoque: Annitos, inquit,rarò videmus, quorum mens & corpus ſtupefit interdum ictu fulminis,interdum morbo. conſimiliter & mens & corpus Charites obſtuperant ictu Thraſylli verborum,tanquam Iouiali fulmine percuſſa foret. corruit corpus dixit, figurata locutione: pro eò quod eſt,corruit corpore,& corpus ruendo proſtrauit *Obnubilauit.*]caligine quaſi quadam & nubilo obtenebrauit: quod accidere ſolet intermorientibus.Inubilare verbum eſt à Firmico Maierno vſitatum.*Reuiteſcente ſpiritu.*]Id eſt,vbi reſipuit,& ſpiritum quaſi deficientem reuocauit. *Ferinos.*] quales à feris edi ſolent. *Cœnam Thraſylli.*]Lego ſcenam pro apparatu & actione inuoluta:qua dictione in hoc ſignificatu propè peculiariter vtitur Apuleius. *Procella ſideris.*] Afflati ſidere,eleganti vocabulo ſideratí nuncupantur: & verbum Sideratur ſignificat, ſidere afflatur, & ſideratione torpeſcit. dictiones hæ ſunt Plinio peculiares: qui de ſideratione frugum morbo ſcribit ſubtiliter & ſcitè in 17. quod totum tranſpoſuiſſe videtur ex Theophraſti libris περὶ φυτῶν, id eſt de plantis. Procella autem nomen eſt,tempeſtatis, quæ fit ex repentinis flabris, maiore vi contortis: vt docent phyſicarum diſciplinarum conditores. *Ad limam conſilij.*]Sicut ſcriptores ad limam emendationis libros conditos referunt,vt ea expoliantur: ſic ad limam conſilij diſtulit Charite deſiderium peritoris Thraſylli,vt ſcilicet in totum conſultatione perpenderet, libraret, elimaret,ex præcepto Quintiliani:Opus poliat lima,non exterat.

Tunc inter moras, vmbra illa miſerè trucidati Lepolemi,ſanè cruentam & pallore deformem attollens faciem,quietem pudicam interpellat vxoris: Mi coniunx, quod tibi prorſus ab alio dici non licebit,* ſi pectori tuo iam permanet noſtri memoria, vel acerbæ mortis meæ caſus fœdus charitatis intercidit, quouis alio fœlicius maritare, modò ne in Thraſylli manum ſacrilegam conuenias,néve ſermonem conferas,nec menſam accumbas, nec thoro acquieſcas.*

Vmbra, Lepolemi.] Ex imitatione Maronis tranſcriptum hoc videtur,apud quem (vt ſat notum eſt) imago Sichei inhumati attollens ora pallentia,dormienti Didoni occurſans, crudeles aras,traiectáq; pectora ferro nodauit,cæcúmque domus ſcelus omne

retexit. Inter somni filios est Morpheus, à forma quam in somnis exprimit nominatus: quam Ouid. artificem simulatorémque figuræ congruenter appellat. Hic exprimit incessus vultúmque sonúmque loquendi, & vestes, & consuetissima quæque verba: & hic solos homines imitatur. hic ergo Morphæus humanæ figuræ peritus simulator, in faciem Lepolemi transfiguratur, sumptáque illius figura, cruentus,

*Fuge mei percussoris cruentam dexteram: noli parricidio nuptias auspicari. Vulnera illa, quorum sanguinem tuæ lacrymæ proluêre, non sunt tota dentũ vulnera. lancea mali Thrasylli me tibi fecit alienum. Et addidit cætera, omnémque scenam sceleris illuminat. At illa, vt primùm mœsta quieuerat, thoro faciem impressa, etiam nunc dormiens, lacrymis emanantibus *genas cohumidat: & velut quodam tormento inquieta quiete excussa, luctu redintegrato prolixùm eiulat: discissáque interula, decora brachia sæuientibus palmulis *conuerberat. Nec tamen cum quoquã participatis nocturnis imaginibus, sed indicio facinoris prorsus dissimulato, & nequissimum percussorem punire, & ærumnabili vitæ sese subtrahere * tacita decernit.*

luridus, exanimi similis, ante torum miseræ Charites stetit, & quietẽ dormientis fœminæ interpellans fari videbatur. *Mi coniunx.*]mea vxor: blãdimenti vox est. Mi Eustochiũ, dixit Hieronymus. & mi soror, pro mea. Nẽ *licebit.*]Nullus, inquit, alius te cõ iugẽ appellabit, nulli deinceps licebit vxorẽ te suam nominare, si memoria pristini amoris nostri infixa medullitus est pectori tuo atq; præcordiis. nã fœmina pudica, quę casto amore primũ mariti prosequitur, post illius obitũ de secũdis nuptiis nõ cogitat: & digamiã reprobãs, alterius cõiunx dici aspernatur: & meritò. illi enim viuit adhuc prior cõiunx, eiúsq; memoria perinde ac viuẽtis refouetur. Magis se (vt inquit Diuus Hier.) vnicis applicãt fœminę: & nihil aliud nosse, magnũ arctioris indulgentiæ vinculũ est. Memoratissimũ est, illud Porciæ dictũ: quæ, cùm laudaretur quędã bene morata, quę secundũ habebat maritũ, sapientissimè respõdit: Fœlix & pudica matrona nunquã præter semel nupsit. Marcella maior rogata à matre sua, an gauderet se nupsisse: respõdit, Ita valde, vt amplius nolim. Valeria Messalarũ soror, amisso

Setuio

Seruio viro,nulli volebat nubere, quæ interrogata, cur hoc faceret? ait, sibi semper maritum Seruium viuere. *Casus fœdus.*] infortunium crudele ac deforme: & ita non parum multi exponunt, sed falso & perperam. namque legendum est Casu, vt sit ordo & sensus: Si charitatis coniugalis fœdus interruptum est casu mortis meæ, nubito cuicunque voles alteri modò ne Thrasyllo nubas,perculsori meo, & parricidæ nefario. Quod si legas casus fœdus, pro cruenta calamitate, futilis & leuis erit sensus, minimèque consistens. Inclinatur autem hoc in loco fœdus fœderis,non fœdus fœda fœdum. *Maritare.*]nube:imperatiui modi est. sic Ouid: Cingere littorea flauentia tempora myrto. Plin. de vitibus scribens, sic inquit: Alternis putantur annis sexto anno maritantur. *In manum conuenias.*] id est, ne fias Thrasylli vxor ac materfamiliâs. De in manum conuentione,& hac tota solennitate vxoria,suprà affatim diligentérque annotauimus. *Nec mensam accumbas.*] Petit Lepolemus à Charite,vt Thrasyllum fugiat, perinde ac impium, sceleratum, detestabilem,&(vt nunc vulgo dicimus)excommunicatum. Scribit Cæsar in sexto belli Gallici commentario, quòd apud Gallos hi quibus sacrificiis interdictum est à Druydis sacerdotibus,numero impiorum ac sceleratorum habentur. hi omnes decedunt, aditum sermonémque defugiunt, ne quid excontagione incommodi accipiant.In Decretis canonicis tertia qu. quarta, distinguitur excommunicatio ab anathemate: tanquam excommunicatio sit minor,anathema verò maior excommunicatio:vnde & anathematizati ab ecclesia omnino separantur: cum talibus hodiéque neque sermo, neque congressus, neque cibus communicatur. Diuus Cyprianus eleganti vocabulo abstentos appellat, quos vulgus excommunicatos vocat. Accumbere mensam, est simul vesci, & in eadem mensa discumbere. M. Tul.Vatinium criminatur, quòd mensam accumbebat atratus: id est,toga nigra vestitus. *Nuptias auspicari.*} inter cætera quæ homines fœliciter auspicari solent, est coniugium. Hinc est quòd à multis eligitur dies, vt dicatur vxori credo propterea (vt diui Augustini verbis vtar) quia potest in diem non bonũm nisi eligantur incurri, & infœliciter duci. *Proluêre.*} lauerunt: apud Virgilium ait Anna, Date vulnera lymphis Abluam. *Dentium.*} non aper dentibus suis fulmineis hæc tota vulnera confecit. *Fecit alienum.*] interemit: qui enim perimuntur alieni fiunt à viuentibus. *Scenam.*} apparatum,tegumentúmque rei gestæ: vt sæpius suprà. *Illuminat.*] illustrat, patefacit, & (vt inquit Virgilius) Scelus omne retexit. *Thore*

faciem impressa. } applicito ore ad lectulum, figurata locutio & poëtica est. sic Virgilius: Et os impressa thoro, Moriemur inultæ. *Cohumidat.*] humore lachrymarum madefecit, implet, humectat. ab humore deflexum verbum. Genas intelligit sinus oculorum & palpebras, de quibus poëta: Sic effata, sinus lachrymis impleuit obortis. aliàs genæ infra oculos significantur malæ, in quibus pudoris est sedes, ibique maximè ostenditur rubor. *Inquieta quiete.*] Elegantissime dicitur quies inquieta, quando tumultuosus est somnus, & quies visionibus diris turbulenta, Nec placidam membris dat cura quietem: quando homo secundum quietem terrificis imaginibus excutitur, & quando illud Plin. furiales somni & inquies nocturna. Sicut quies quietis, ita econtrariò inquies inquietis dicitur, pro inquietudine. *Excussa.*] Excuti somno, terroris est., sic Virg. Excutior somno. *Prolixum.*} multum, diu, prolixa eiulatione lamentatur. nomen pro aduerbio frequentissimum est. *Interula.*} tunica interiore, quæ vulgo camisia nominatur. Valerius in epistola ad Rufinum, de Deianira loquens inquit: Quem vestire debuit interula, vestiuit interius. Eadem intima tunica nominatur. Flamen Dialis auctore Gellio, tunicam intimam non exuit nisi in locis tectis, ne sub cœlo tanquam sub oculis Iouis nudus sit, Aurelianus August. in epistola quadam præcipit, dari Bonoso interulas bicolores duas. Apud Lampridium mentio fit tunicarum quas asenas vocat, quasi dicas viles, vulgatias, ignobiles. idem tradit, tunicas machrocheras, ex purpura reuocatas esse ab Alexandro. Sunt autem macrocheræ tunicæ, manicatæ, habentes manicas longiores, quas Romæ atque omni in Latio antiquitus induere fuit decorum quas tanquam probrosas atque fœminas Virgilius etiminatur illo versu, Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Consimiliter Augustinus in tertio de doctrina Christiana: Talares, inquit, ac manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat. Alio quoque vocabulo Græco cheridotæ appellantur, quo & nostri vtuntur. Scipio antiquitatis obseruantissimus. Gallo homini delicato obiectat, quòd cum cheridota tunica, id est manicata accubuerit. Transeuntes verbum diui Hieronymi explicandum est, in quo sacerdotes malè literati hallucinantur. in vita Hilarionis scribit, ependyten illum habuisse à beato Antonio datum. scito *ἐπενδύτην*, id est, ependyten Græco vocabulo dici tunicam, siue indumentum quod supernè iniicitur, siue id sit lineum, siue laneum, siue pelliceum. *Palmulis.*] manibus puellaribus, manciolis. ita enim Ennius manus appellas

pellat forma diminutiua: Manciolis, inquit, tenellis. pro manibus. *Cum quoquam.*} cum aliquo. *Nocturnis imaginibus.*] quibus scilicet viderat mariti vmbram sanguinolentam, & pallentem, omne scelus Thrasylli retegentem. *Aerumnabili.*] ærumnarum plenæ, calamitosę, infœlici. *Tecta.*] nullo participe conciliorum. *Decernit.*] deliberat, constituit, destinat.

*Ecce rursus improuidæ voluptatis detestabilis petitor, aures obseratas de nuptys obtundens, aderat. Sed illa clementer aspernata sermonem Thrasylli, astúque miro personata, instanter garrienti, summissęque deprecanti: Adhuc, inquit, tui fratris, meique charissimi mariti facies pulchra illa in meis *diuersatur oculis: adhuc odor cinnameus ambrosij corporis per nares meas percurrit: adhuc formosus Lepolemus in meo viuit pectore. Boni ergo & optimi consules, si luctu legitimo miserrimæ fœminæ necessarium concesseris tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur animi. Quæ res *cum meum pudorem, tum etiam tuum salutare commodum respicit, ne fortè immaturitate nuptiarum, indignatione iusta Manes acerbos mariti ad exitium salutis tuæ suscitemus. Nec isto sermone Thrasyllus sobriefactus, vel saltem tempestiua pollicitatione recreatus, identidem pergit linguæ sauciantis fluxuros improbos *ingerere, quoad simulanter reuicta Charite suscipit: Istud equidem certè magnopere deprecanti concedas necesse est mihi Thrasylle, vt interdum taciti clandestinos coitus obea-*

Obseratas.} obturatas, occlusas, quæ petitiones Thrasylli minimè admittebant. *Obtundens.*] sæpe & molestè interpellans: nam obtundere (vt docet Donatus) est aliquid sæpe odiosè repetere. Translatio à fabrorum malleo. *Personata.*] velamẽto quasi quodam astutiæ vafritiæque cooperta, adumbrata, & veluti persona induta delitescens, atque arcana animi celans. Personata fœlicitas dicitur à Seneca, non vera, sed simulata quæ forinsecus est decora, intus verò deformata. personatus pater dicitur ab Horatio comicus pater, inductus in comœdia, sub persona histrionica. Scribit M. Tullius, quòd Roscium

perſonatum non magnoperè laudabant. Perſonatę quoque fabulæ hinc nomen mutuantur. denique generali vocabulo perſonatus dici poteſt, quiſquis palàm & foris aliud oſtendit, clam verò & intra pectoris penetralia aliud ſentit & machinatur. ſic perſonata Charite decenter dicta, quæ vultu quaſi arridebat aſſentiebatúrque Thraſyllo: cũ altum corde dolorem comprimeret, agitarétque mente vindictã. *Tui fratris.*} quem ſcilicet tu fratrem appellas, quem amore fraterno cõplecti vis videri: quaſi tacitè dicat, ô ſceleratiſſime tu, fratrem illum palàm vocas, quẽ clam fraudulenter interemiſti. *Diuerſatur oculis.*] Conſimile eſt illud: Hærent infixi pectore vultus, Verbáque, nec placidam membris data cura quietem. *Ambroſii corporis.*} vnguentis delibuti, immortalis, diuini laus Lepolemi. Græcè Ambroſios dicitur immortalis. *In meo viuit pectore.*] Fœminæ pudicæ memoria defuncti coniugis ſemper eſt recens, & illi ſemper maritus viuit:

*mus, nec quiſquam perſentiſcat familiarium, quoad dies reliquos metiatur annus. Promiſſioni fallacioſæ mulieris oppreſſus ſuccubuit Thraſyllus, & prolixè conſentit de furtiuo concubitu, noctémque & opertas exoptat vltrò tenebras, vno potiundi ſtudio poſtponens omnia. Sed heus tu, inquit Charite, quàm probè veſte contectus, omníque comite viduatus, prima vigilia fores meas tacitus accedas, vnóque ſibilo contentus, nutricem iſtam meam opperiare, quæ clauſtris adhærens excubabit aduentui tuo. nec ſecius patefactis ædibus acceptum te, nullo lumine conſcio, ad meum perducet cubiculum. Placuit Thraſyllo ſcena feralium nuptiarum: nec ſequius aliquid ſuſpicatus, ſed expectatione turbidus, de diei tantùm ſpatio & veſperæ mora querebatur. Sed vbi ſol * nocti tandem deceſſit, & imperio Charites adornatus, & nutricis captioſa vigilia deceptus, irrepit cubiculum, pronus ſpei. Tunc amus, de iuſſu dominæ blandiens ei, furtim depromptis calicibus, & œnophoro, quòd immixtum vino ſoporiferum gerebat venenũ, crebris potionib. auidè hauriẽtẽ, mẽtita dominæ tarditatẽ, quaſi parentẽ adſideret ægrotum, facilè ſepeliuit ad ſommũ.*

Digitized by Google

uir: sic & olim Valeria, cùm post obitum mariti amplius nubere nollet, dixit, sibi semper maritum Seruium viuere. *Boni & optimi.*] promiscua vsitatáque locutio est, Boni consules: id est in bonam partem accipies. Hic factum est incrementum superlatiuum, vt ita maius quippiam significaretur. *Luctu legitimo.*] Quasi lege præscripto. Maiores nostri (vt inquit Seneca libro 7. Epistolarum) annum fœminis ad lugendum constituêre: non vt tam diu lugerent, sed ne diutius. Ex Ouidij lectione sat notum est, decem menses esse spacium luctus coniugalis. sic enim ait in primo Fastorum: Per totidem menses à funere coniugis vxor Sustinet in vidua tristia signa domo. Annus autem priscorum decem tantum mensibus conficiebatur. Scribunt iurisconsulti tit. de his qui notantur infamia: Solere à principe impetrari, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceret. Quæ virum luget intra in tempus, sponsam fuisse non nocet. Tempus quoque legitimum lugendi annum esse, demonstrant: quod & libro Codicis quinto, de secundis nuptiis, relatum est, vbi sic scriptum legimus: Si qua mulier nequaquam luctus religionem priori viro nuptiarum festinatione præstiterit, ex iure quidem notissimo sit infamis. Item, si qua ex fœminis perdito marito intra anni spacium alteri festinauerit nubere, probro notetur. Ex instituto Numæ Pompilij (vt auctor est Plutarchus) quæ nubit ante decem menses ab obitu mariti, vaccam prægnantem immolat. Apud Iudæos luctus triginta diebus finiebatur. In luctu fœminæ purpuram atque aurum deponunt, mox eadem cum eluxerunt sumunt: auctor Liuius. Quandiu luget vxor defunctum maritum, nefas erat eam alteri denubere. *Immaturitate nuptiarum.*] Immaturæ sint nuptiæ, quando per actum luctus legitimi tempus, vidua digamiam decantans secundo marito copulatur. Tunc meritò anima prioris coniugis iusta indignatione suscitari potest, & extimulari in exitium perniciémque succedanei atque vicarii: hoc est, eius qui sibi successerit ad colendum vxoris fundum, cui coniunx nupserit. *Sobriefactus.*] ad sobrietatem moderationémque reuocatus. sobrios Cyprianus appellat, moderatos & abstinentes. Sobrietas enim virtutis & prudentiæ comes est. *Identidem.* } sæpe, frequenter. *Sauciantis.*] Cuius verba instar iaculorum sauciabant, conuulnerabántque aures Charites, & mentem. *Inurgere.* } Emenda, ingerere. *Simulanter reuicta.* } Simulauit Charite, se tandem victam manus dare procacitati Thrasylli: & id facturam, quod ille tantopere flagitabat. *Clandestinos coitus.* } Interea, inquit Charite, dum annus luctui legitimo assignatur peragatur,

potetimus furtiuos concubitus inire quandoque & palæstræ venereæ clam furtímque operam dare, ita vt nullus persentiscat. nam quod nemo nouit, penè non fit. *Promissioni succubuit.*]cessit, locum dedit, obsequutus est promissioni Charites: quæ dolo bono fallaciisque referta erat, concinnatis ad perniciem Thrasylli. Silius:Succubuit medicina malis. *Opertas tenebras.*}Nox accommodata est fraudi & furtis tenebræ nocturnæ vota sunt amantium : nocturni concubitus & clandestina adulteria percoluntur, quæ interdiu fieri non licet. *Veste contecta.*] Charite, cuius mens & animus nihil aliud quàm vltionem mariti meditabatur,admonetThrasyllum,vt solus obtecto capite cucullione, longa veste & seruili celatus, hora constituta ad se clanculo veniat.auctor est Sueton. C. Caligulam adulteria noctibus obire solitum, capillamento & veste longa celatum. Horat. in secundo Sermonum, habitum adulteri nocturni ita describit:Tu cum proiectis insignibus annulo equestri, Romanóque habitu, prodis, ex iudice damna Turpis, odoratum caput obscurante lucerna,Non es quod simulas. *Viduatus.*} priuatus solum & solitarium venire ad se nocte hortatur. *Prima vigilia.*]primis tribus horis nocturnis. De quatuor vigiliis noctis militaribus,antè dictum est. *Sibilo contem.*} Amator vadens ad amicam,subinde solet sibilo aduentum suum indicare. *Opperiare.*} expectes. *Istam.*} dicticôs est : ostendit enim præsentem vetulam, tanquam velit eam esse conscium amoris huiusce furtiui. *Claustris adhærens.*} Claustritimum dixerunt veteres, eum qui claustris ianuæ præesset. *Scena.*]apparatus, & velamentum. *Feralium nuptiarum.*} ab euentu feralium dixit, propterea quòd hæc res futura pestifera est & exitialis Thrasyllo. *Nec sequius.*] deterius, peius, nec aliter quàm audiebat: prout loquebatur Charite, ita credens. Aliubi sequiorem sexum posuit pro deteriorem & muliebrem. *Expectatione.*} aliàs expectatione. *Querebatur.*] Expertus loquor : amatorem maximè torquet expectatio illius horæ,quam amica condixit. dies vna videtur annus esse longissimus: conqueritur de mora & tarditate crepusculi vespertini: optat,expetit, precatur, vt noctescat: vt tempus illud aduentet, quod sperat futurum mellitissimum omnísque veneriæ dulcedinis refertissimum.in hanc fermè sententiam est illud Horatij:Vt nox longa, quibus mentitur amica. *Adornatus.*]veste contectus,cucullione celatus, comite viduatus. *Captiosa.*} dolosa, & captionum plena,ad capiendum scilicet Thrasyllum,& laqueis feralibus illaqueandum. *Irrepit.*] sensim,clam,latenter quasi repens ingreditur. *Pronus spei.*] pronus

nus in ſpem : archaiſmos. ſic enim veteres loqui ſolebant : vt, O præſtans animi iuuenis, vt infœlix animi, & alia propè infinita, quod & in ſuperioribus annotauimus. *Oenophoro.*] Vas vinarium ſignificatur, cuius ſuprà facta eſt mentio. in templo Liberi patris œnophorum ſiſtebatur, quod ſignificabat vinum, per id quod continet, id quod continetur : auctor diuus Aúguſt. in 7. de ciuitate dei. Martialis: Reddidit œnophori pondera plena ſui. *Soporiferum venenum.*] Notat medicamen, quo ſopor conciliatur, cuíque vis ſomnifica ineſt, immixtum fuiſſe poculis illis, quibus ingurgitatus Thraſyllus, facilè ſepultus eſt ad ſomnum. Inter venena ſoporifera eſt opium : & pleraque alia quorum Plinius & medici meminerunt. De his & Ouidius: Sunt quoque quæ faciunt altos medicamina ſomnos, Vinctáque lethea lumina morte premunt. *Hauricntem.*] ebibentem. verbum eſt polyſemum, hoc eſt multa ſignificans, cuius multiplices ſignificationes grāmatici percenſent. *Adſideret.*] Significanter eſt locutus. nam qui curant ægrotos illíſque ſemper præſto ſunt, adſidere dicuntur. Horatius in Sermonibus: Aut alius caſus lecto te affixit, habes qui Adſideat, fomenta paret, medicum roget. Vetula mendacio eludens, fingit iccirco dominam diutius remorari, propterea quòd ægroto patri adſideret, miniſtrarétque.

Iámque eo ad omnes iniurias expoſito, ac ſupinato, intrò vocata Charite, maſculis animis impetúque diro frēmēs inuadit, ac ſuperſtitit ſicarium, & inquit: Fidus coniugis mei comes, en venator egregius, en charus maritus, hæc eſt illa dextra, quæ meum ſanguinem fudit: hoc pectus, quod fraudulentas ambages in meum concinnauit exitium: oculi iſti, quibus malè placui: qui quodammodò tamen iam futuras tenebras auſpicantes, venientes pœnas antecedunt. Quieſce ſecurus, beatè ſomniare : non ego gladio, non ferro petam. Abſit, vt ſimili mortis genere cũ marito meo coæqueris. Vino tibi morientur oculi, nec quicquam videbis niſi dormiens. Faxo fœliciorem

Supinato.] Vino ſepulti, dum proflant ex pectore ſomnum, ſæpenumero ſupinati ſtertunt, iacéntque. *Maſculis animis.*] animoſitate virili ſepta. *Superſtitit ſicarium.*] ſtetit ſupra ſiccariũ. Ita enim appellat Thraſyllum, mariti Charites parricidam. *Fidus coniugis.*] verba Charites, cum ironica indignatione prolata ad Traſyllũ, ſoporifera potione proſtratum,

*necem inimici tui, quàm vitam tuam ſentias. Lumen certè non videbis, manu comitis indigebis. Charitem non tenebis, nuptijs non fruêris, nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis, ſed incertum ſimulacrum errabis inter Orcum & Solem: & diu quæres dexteram, quæ tuas expugnauit * pupulas: quódque eſt in ærumna miſerrimum, neſcies de quo queraris. At ego ſepulchrum mei Lepolemi, tuo lumini cruore libabo: & ſanctis Manibus eius, iſtis oculis parentabo. Sed quid mora temporis dignum cruciatum lucraris, & meos forſitan tibi peſtiferos imaginaris amplexus? Relictis ſomnolentis tenebris, ad aliam pœnalem euigila caliginem: attolle vacuam faciem, vindictam recognoſce, infortunium intellige, ærumnas computa. Sic pudicæ mulieri tui placuere oculi, ſic faces nuptiales tuos illuminarunt thalamos: vltrices habebis pronubas, & orbitatem comitem, & perpetuæ conſcientiæ ſtimulum.*

En venator.} qui ſcilicet maritum meum confodit, dum feram debet inuadere. *Illa veſtra.*] Demonſtrantis & tangentis verba ſunt. *Meum ſanguinem.*] maritalem. ſanguis enim mariti ſanguis vxoris eſt: & vt Eccleſiaſticum dogma prodidit, duo ſunt in carne vna. *Ambages.*] inuolucra & circuitus. *Male placui.*} in perniciem ſcilicet atq; exoculationem. *Pœnas antecedũt.*] pœna Thraſylli futura eſt cæcitas, & luminis excæcatio. hanc pœnã oculi dormientes, & ob ſomnum nihil prorſus videntes, antecedere eleganter dicuntur: etenim talis erit poſt cæcitatem inflictam, qualis tunc erat dormiens. & ſicut tunc nihil videbant oculi Thraſylli ſomno conniuentes, ita mox nihil videbunt à Charite confoſſi & lumine orbati. *Auſpicantes.*} inchoantes, & quodam quàſi auſpicio præſagantes. tenebræ enim dormientium oculorum, auſpicium faciunt tenebrarum cæcitatis. *Petam.*] feriam, percutiam. hinc cornupeta bos dictus, qui cornu ferit. Virgil. Iam cornu petat & pedibus qui ſpargat harenam. Petitiones quoque propriè dicuntur impetus gladiatorum, vt ſuo loco docuimus. *Coæqueris.*] vt ſicut ille ferro peremptus iacet, ita tu quoque ferro obtruncatus oppetas. *Dormiens.*] Homo dormiens nihil videt niſi in ſom-

in ſomnis,& per nocturnas viſiones. qui exoculatus eſt,nihil vi-
dere poteſt, niſi in ſomnis & dormiens. Talem videndi vſum
Thraſyllo denunciat. *Inimici tui.* } Lepolemi. *Fæliciorem ne-*
cem. } Vita exoculati excæcatique ditior atque infœlicior eſt
omni nece.quod & Statius ſenſit,ſcribens in Thebaide: Eiectúſ-
que die ſors letho durior omni. Plinius in 11. oculos dicit par-
tem eſſe corporis precioſiſſimam , & qui lucis vſu vitam diſtin-
guant à morte. Firmicus Materpus exitium cæcitatis bono
epitheto miſerum appellat. *Manu comitis.*] Excæçatus ducem
itineris habet aut baculum , aut puerum. hinc ſcitum illud Aſ-
clepiadis philoſophi,qui cum quidam quæreret, quid ei cæcitas
attuliſſet? reſpondit , puero vt vno eſſem comitatior. In gente
Cornelia Scipionum cognomen inhæſit , ex eo quod Cornelius
vicem baculi (qui ſcipio dicitur) impleuit in regendo patre lu-
minibus carente : vnde Scipio cognominatus , nomen poſteris
dedit. *Lætaberis.*] Exornatio rhetorica eſt , Lucio noſtro per-
quam familiaris : Græco vocabulo Iſocolon , Latino compar
appellant. *Inter ortum.*]Lego orcum,hoc intellectu : luminibus
orbatus erat ; incertus & dubius vtrum viuentibus an defunctis
ſit annumerandus. Nam nec plenè viuus dici poteſt , cum ca-
reat vſu oculorum , qui vitam à morte diſtinguunt : nec plenè
mortuus,cum ambulet & ſpiret:ſed interOrcum,hoc eſt Pluto-
nem, qui Deus eſt tenebrarum,& ſolem , qui Deus eſt luminis,
intermedius , & quaſi in meditullio mortis ac vitæ collocatus
videtur. *Expugnauit pupulas.*] Meritò pupulas expugnari
dixit , in eo qui per vim lumine priuatur : quoniam vis
optica , id eſt viſibilis , propriè pupillis ineſt , & adeò ab-
ſoluta ſpeculi potentia , vt totam imaginem reddant homi-
nis.ea cauſa eſt , vt pleræque aues manibus hominum oculos
potiſſimum appetant , quòd effigiem ſuam in pupullis cernen-
tes , velut ad cognita deſideria ſua tendunt. *In ærumna miſer-*
rimum.] cum omnis ærumna homini miſera ſit, illud miſer-
rimum contingit , cum ærumnæ ignorat auctorem , & de quo
queri poſſit non habet : videtur enim fomentum eſſe calamita-
tis, ſcire de quo queratis , nouiſſe auctorem iniuriarum , cui
parem gratiam poſſis rependere. hoc itaque miſerrimum
erit Thraſyllo , quòd exoculatus orbatúſque luminibus neſciet
de quo queri poſſit. *Libabo.*] Potes legere litabo , pro eo quod
eſt expiabo,placabóque tali ſacrificio. *Manibus.* }animæ ma-
ritali. Manes dici animas defunctorum , ſciunt omnes , & fre-
quenter annotaui. Lex Ciceronis hæc eſt : Manes deos colun-
to,Pluto Summanus dictus,quaſi ſummus manium,& deus. *Pa-*

Digitized by Google

rentabo.]ſacrificabo. M. Tul. in oratione pro Flacco: Litemus igitur Lentulo,parentemus Cetego, reuocemus eiectos. Parentare propriè eſt, parentibus defunctis iuxta celebrare, & ſacra facere ad ſepulchrum.quod indicat idem M. Tul. in 1. Philippica,his verbis: Vt cuius ſepulchrum nuſquam extet vbi parentetur, ei publicè ſupplicetur. Fabius Maximus Seruilianus pontifex negat oportere atro die parentare, quia tunc quoque Ianum Iouémque præfari neceſſe eſt, quos nominari atro die non oportet.nunc ait Charite oculos Thraſylli futuros pro victima & ſacrificio parentationis manibus Lepolemi.parentalia ſacrificia ſunt mortuorum, quæ propriè manib. parentum exhibentur. Idem M. Tul. queritur in Philippicis, parentalia in honorem Cæſaris defuncti cum ſupplicationibus miſceri. Annua parentatio dicitur ſacrificium, quod quotannis fit in honorem mortuorum. Macrob. & Cato tradunt, Laurentiam annuæ parentationis honore dignatam. *Lucraris.*}Quaſi lucrum ſit dilatio cruciatus. *Imaginaris.*]dormiendo ſcilicet & ſomniando. *Ad aliam caliginem.*} Caligo vna eſt ſopiti hominis & dormientis: caligo altera eſt excæcati. verùm hæc poſterior, cum pœna & cruciabilitate. *Vacuam.*] oculis carentem,& prorſus exoculatam. *Vindictam.*] interfecti Lepolemi. per Dialyton hæc dicuntur, quod ſchema haud minimum eſt orationis honeſtamentum. *Aerumnas computa.*}Fiat, inquit, computatio ærumnarum,vtrum maiores illæ ſint quas tu mihi irrogaſti, dum interficis matitum:an iſtæ, quas excæcatus patieris. vel hoc dicit, computa ærumnas,quas ſcilicet multiiugas vna excæcatione ſuſtinebis.*Sic.*]per excæcationem. *Illuminarunt thalamos.*}Faces accenſas in nuptiis adhiberi, ſatis notum, & ſuo loco affatim explicatum. Igitur, cum aliorum feſtiuitate coniugali faces ſplendore thalamos illuminent, in thalamo Thraſylli faces fulgebunt tenebroſæ,propterea quòd omnia caligabunt, nocteſcent, obtenebrabuntur,oculis effoſſis,extinctiſque luminibus. *Vltrices pronubas.*] Pronubæ, quæ in obſequio ſunt nubentis, vt docet Donatus in commentario ſeptimo Æneidos: quæ nubentes domum mariti deducunt ac comitantur. qua in re illud obſeruabatur apud veteres, vt pronubæ illæ adhiberentur, quæ ſemel tantum nupſiſſent, boni ſcilicet auſpicij cauſa, vt ſingulare perſeueraret matrimonium. Nouam nuptam nihil minus quàm pulchrior pronuba decet,vt inquit feſtiuiter Sidonius.Iuno inter deas pronuba dicitur, quæ præeſt maritalibus thoris, cui vincla iugalia curæ. Paranymphi & paranymphæ Græco vocabulo Latinis vſitatiſſimo nuncupantur pronubi & pronubæ. Commentator

mentator Decretorum canonicorum insulse & pueriliter paranymphas exposuit,pro ancillas,quasi parantes lympham:cùm à παρὰ καὶ νύμφη,id est sponsa, paranymphus deducatur. Sponsus & sponsa à paranymphis offeruntur,cum benedicendi sunt à sacerdote: paranymphi è cubiculo geniali discedunt post introitum sponsi & sponsæ,vt tradit Augustinus in 6. Cum igitur pronubæ fœlices adhiberi debeant, vt fortunata sint matrimonia: ait, vltrices futuras pronubas in nuptiis Thrasylli:vt doceat, infœlices ærumnosasque futuras. vltrices enim sunt quæ puniunt nocentes,& pro diris siue furiis accipi videntur.apud Virg.in 7.Æneidos connubium Lauiniæ sanguinolentum futurum spondens Iuno,ita secum mussitat: Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo,Et Bellona manet te pronuba. Consimiliter apud Ouidium Phyllis ostendere volens infortunatum fuisse suum cũ Demophoonte coniugium, inquit: Pronuba Tisiphone thalamis vlulauit in illis.*Orbitatem.*]Orbitas,cæci hominis comes est perennis. *Conscientiæ stimulum.*]Inter atroces pœnas,quibus mortales torquentur, nimirum atrocissimus est stimulus conscientiæ,qui occulto flagello lancinat hominem interiorem, hoc est animum,qui surdo verbere fontes cædit.Habet(vt inquit elegantissimè Pacatus panegyrista)nescio quos inter nos mens scelerata carnifices,aut ipsa sibi carnifex conscientia est.M.Tul.in oratione pro Roscio Amerino, item in oratione contra Pisonem, docet suam cuique scelerato domesticam furiam esse conscientiam:Sua,inquit,quemque fraus, suum facinus, suum scelus,sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hæ sunt impiorum furiæ,hæ flammæ,hæ faces.Græci dicunt, ἑκάστῳ συνείδησις πεπληκτικὴ τοῦ ψυχοῦ.id est,sua cuique conscientia quodam quasi iaculo percutit animam. Hic ergo stimulus conscientiæ, quæ(vt veteres dixere) loco mille testium est, qua iudice nemo nocens absoluitur,erit indiuulsus comes scelerati Thrasylli, eiúsque interiora lancinabit, fodicabit, diuellet continenter ac perenniter.

Ad hunc modum vaticinata mulier, acu crinali capite deprompta,Thrasylli conuulnerat tota lumina:eúmq; prorsus exoculatum relinquens, dũ dolore nescio crapulam cum somno discutit,arrepto nudo gladio,quo se Lepolemus sole-*

Acu crinali.] vt crinale aurum,crinales vittæ dicuntur,quibus fœminæ vtuntur ad crines vinciendos:ita crinalis acus ad cultum capitis adhibetur,vt

bat incingere, per mediam ciuitatem curſu furioſo proripit ſe, proculdubio neſcio quod ſcelus geſtiẽs,* circa monumentum mariti contendit. At nos & omnis populus, nudatis totis ædibus, ſtudio sè conſequimur: hortati mutuò, ferrum veſanis extorquere manibus. Sed Charite * capulum capit Lepolemi, propter aſſiſtens, gladióque fulgenti ſingulos abigens, vbi fletus vberes & lamentationes varias cunctorum intuetur: Abycite inquit, importunas lacrymas, abycite luctum meis virtutibus alienum. Vindicaui* in mei mariti cruentum peremptorem: punita ſum funeſtum mearum nuptiarum prædonem. Iam tempus* eſt, vt iſto gladio deorſus ad meum Lepolemum viam quæram. Et enarratis ordine ſingulis, quæ ſibi per ſomnium nuntiauerat maritus, quóque aſtu Thraſyllum inductum periſſet, ferro ſub papillam dexteram * tranſacto horruit, & in ſuo ſibi peruoluta ſanguine, poſtremò balbutiens incerto ſermone, * perflauit animam virilem. Tunc* propè familiares miſeræ Charites, accuratiſſimè corpus ablutum, munita ſepultura ibidem marito perpetuam coniugem * reddidere.*

in ſtatione ſit coma, nec ſint ſine lege capilli. Calamiſtrum acus eſt maior, quam calefacta in cinere capillos torquet & ornat: cuius miniſtri à cinere cineratij & ciniflones appellati. A calamiſtro dicti calamiſtrati, & coma calamiſtrata, quam M. Tul. Gabinio effœminato adprobauit. Eſt & diſcerniculum acus matronalis, à diſcernendo dictum, quoniam eo diſcernitur capillus, & diſcrimen capitis componitur. Ita enim dicitur diuortium diſtinctióque capillicij in fronte. Ouidius: Compoſitum diſcrimen erit, diſcrimina luda. Item: Longa probat facies capitis diſcrimina puri. diuus Hieronymus hoc diſcerniculum, quo diſcrimen ornatur, eleganti ſcitóque vocabulo diſcriminalem acum appellat, qui ſcribens contra Ruffinum, quod annotatu cognitúque dignum eſt, ſic ait: Fecerunt hoc & Fuluia in Ciceronem, & Herodias in Ioannem, quia veritatem non poterant audire, & linguam veriloquam diſcriminali acu confo-

Digitized by Google

confodiebant. *Exoculatum.*] luminibus orbatum, excœcatúmque. *Neſcio.*] Caſus eſt dandi, vt exponas Neſcio ſcilicet Thraſyllo, pro ignoranti, neſcientíque à quo ſit hoc paſſus. Quid ſi iunctim legas Dolore neſcio, vt ſit ſeptimus caſus, & epitheton doloris, atque ita interpreteris, Dolore neſcio, pro ignorato & latente? Namque apud priſcos neſcius dicitur, tam is qui neſcitur, quàm qui neſcit: ſicut & ignarus, non tam qui ignorat, quàm qui ignoratur. Auctores Gellius, Seruius, & cæteri. ſic Virg. Paſtor agens telis liquítque volatile ferrum Neſcius. vbi paſtor neſcius ſignificatur, qui neſcitur & latet. *Contendit.*] pergit. *Nudatis ædibus.*] domo vacua relicta, dum ſtudio viſendi omnes egredimur. *Mutuò.*] viciſſim & mutua adhortatione. *Capulum.*] Modò ſepulchrum & monumentum: aliàs pro manubrio gladij accipitur, aliàs pro pheretro ſiue ſandapila. vnde capulares dicti ſenes, ſuper quo copioſius ſuo loco diximus. *Propter.*] iuxta, propè. *Vindicaui in peremptorem.*] Dulciſſimum eſt homini læſo, & potiſſimum fœminæ, reponere vltionem & vindicare iniuriam, iuxta Satyrographi ſententiam ſic ſcribentis: At vindicta bonum vita iucundius ipſa. Conſimile eſt illud Virgilianum, Vlta virum pœnas inimico à fratre recepi. *Punita ſum.*] puniui: archaiſmos eſt. Namque apud antiquos id quoque habitum eſt in oratione faciendæ elegantiæ genus, vt pro verbis agentibus verba patiendi ponerent, & hæc inter ſe mutuò inuerterent: vt muneror pro munero, fabricor pro fabrico, palpatur pro palpat, bellantur pro bellant, & alia id genus ſexcenta inter quæ eſt punior pro punio, & punitus ſum pro puniui. M. Tul. Neque ad eius qui punitur aliquem, aut verbis caſtigat, ſed ad reipublicæ vtilitatem referri. *Iſto gladio.*] Dicitur à Græcis per prouerbium τὰ τρία εἰς θανατον, ξίφος, βρόχος, κανίον, id eſt, tria ad mortem inferendam præſto ſunt: gladius, laqueus, venenum. *Geſtiens.*] ſcilicet Charite appetens, geſtúque demonſtrans ſcelus quoddam inexpiabile, quod moliebatur, quod poſt exoculatum Thraſyllum, ipſa ſecum animo deſtinauerat. vel geſtiens expone, exultans & lætabunda, ob facinus patratum. *Deorſus.*] ad manes, ad inferos, ad infernas regiones, vbi erat domicilium defuncti mariti. *Quoque actu.*] qua aſtutia, calliditate, vaframento. *Inductum.*] deceptum, & fallaciis circunuentum. M. Tul. in Piſonem: Hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit. Habet hoc in verbum inducere alium quoque ſignificatum eruditum, ſed infrequentem, quo accipitur pro delere & cancellare. Vlpianus iuriſconſult. tit. de his quæ in teſtamento delentur: Cancel-

Digitized by Google

lauerat quis teſtamẽtum, vel induxerat. Item: Synonyma omnia induxerit, vt proponitur. Item: Quæ in teſtamento legi poſſunt, ea inconſultò deleta & inducta, nihilominus valent, conſultò non valent, hinc inductio quoque deriuatur, pro abolitione & litura. *Sub papillam dextram.*] Letifer ille locus. Cõſimili genere mortis vltroneæ occubuit corruítque Lucretia, quæ impatiens violatæ à Sexto Tarquinio pudicitiæ, cultrum in corde defixit, prolapſáque in vulnus moribunda cecidit. *In ſuo ſibi.*] Parœmion eſt, ſic veteres loqui ſolebant. Terentius: Suo ſibi gladio hunc iugulo. *Incerto ſermone.*] Talis eſt ſermo moriẽtis: incertus ſcilicet, imperfectus, inexplicabilis. *Perifflauere.*] Corrigendũ eſt, perflauit, quod eſt efflauit, exhalauit animam, tanquam anima ſit halitus & ſpiritus, ſuper quo in primo commentario Tuſculanarum copioſiſſimè. *Animam virilem.*] ab effectu virilẽ dixit, virorum enim, & quidem fortium eſt, ſibi mortem ferro conſciſſere. Martialis Romanam mortem hanc appellat. tanquam Romanorum peculiare fuerit. Aiunt viri fortiſſimi eſſe, ſemet occidere: contrà Ioſippus ignauiſſimi opinatur. nam & gubernator timidiſſimus exiſtimatur, qui tempeſtatem metuens, ante vim turbinis nauem ſponte ſubmergit. Quin etiam propria manu perire, à communi omnium animalium natura diſcrepat. nullum enim eſt animal, quod ex induſtria vel per ſe moriatur: ſi quidem naturæ validiſſima, vt velint viuere, in omnibus ſita eſt. Adde quòd deus indignè fert, cum donum eius homo deſpiciat. donum autem Dei vita eſt, qui animam immortalem in corporibus mortalibus collocauit. Si quis depoſitum hominis malè tractauerit, peſſimus ſtatim ac perfidioſus habebitur. Si dei depoſitum ex proprio corpore quis eiecerit, cum ſe latuiſſe quem læſerit exiſtimabit? ſeruos fugitiuos vlciſci iuſtum creditur, quamuis nequam dominos fugerint: deum verò fugientes, optimum dominum, impiè facere non videbuntur? Denique ſi quis occidiſſet apud Iudæos, vſque ad ſolis occaſum inſepultus abiiciebatur. apud alios dextræ abſcindebantur eiuſmodi mortuorum, quæ in ipſos armataæ ſunt: quoniam vt corpus ab anima, ita manum à corpore alienam eſſe exiſtimarent. *Corpus ablutum.*] Ex ritu priſcorum apud quos cadauera abluebantur, & vngebantur. Enniuss Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit. Virgilius quoque vetuſtum morem expreſſit illis verſibus: Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis Expediunt, corpúſque lauant frigentis, & vngunt. Lauare cadauera proximis concedebatur. Anna Maroniana infit: Date vulnera lymphis Abluam. *Ibidem.*] in eodem ſepulchro conſepultam vnà cum marito ſignificat: vt ſicut viuentes

tes fuerant mutuâ concordia copulati, ita & defuncti simul quiescerent. Cleopatra cum Antonio in eodem sepulchro concludi voluit.

Thrasyllus verò, cognitis omnibus, nequiens idoneum exitium præsenti clade reddere, certúsque tanto facinori nec gladium sufficere, sponte delatus ibidẽ ad sepulchrum: Vltronea vobis, infesti Manes, en adest victima, sæpe clamitans, valuis super sese diligenter obseratis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum. Hinc ille longo trahens spiritu, & nonnunquam illatrymans, grauiter affectis rusticis annũtiabat. Tunc illi, mutati domini nouitatem metuentes, & infortunium domus herilis altius miserantes, *fugæ se comparant. Sed equorum magister, qui mecurandum magna ille quidem commendatione susceperat, quicquid in casula pretiosum conditum, *seruabat, meo atque aliorum iumentorum dorso repositum asportans, sedes pristinas deserit. Gerebamus infantulos & mulieres, gẽrebamus * puellos, passeres, hœdos, catellos: & quicquid infirmo gradu fugã morabatur, nostris quoque pedibus ambulabat: nec me pondus sarcinæ quanquam enormis urgebat, quippe gaudiali fuga detestabilem illum exactorem vilitatis meæ relinquentem. Siluosi montis asperum permensi iugum, rursúsque reposita camporum ad spatia peruecti, iam vespera semitam tenebrante, permeniimus ad quoddam cæstellum fre-*

Nequeas.] non valeas. *Ad sepulchrum.*] Lepolemi scilicet & Charites. *Vltronea.*] spõtanea, vltro aduenies. *Infesti manes.*] Casus vocandi, quem & salutatorium veteres dicere. alloquitur enim manes, id est animas Lepolemi & Charites, quos infectos, quasi hostiles, inimicos, infensos meritò nuncupat. Infestus dicitur inimicus, qui malum infert cuipiam: & contrà, cui alter infestus est, cui aliunde impendent malum, is quoque infestus appellatur. *Inedia.*] cibi abstinentia: vt suprà dictum est. *Elidere.*] excludere, eiicere. Plautus in Rudente: Iubeo oculos elidere. *Sua sententia damnatum.*] Nulla videtur iustior esse damnatio, quàm qua hõmo semet damnat. & sua senten-

tia dignum cenſet punitione. nam vt inquit Ambroſius in epiſtola ad Simplicianum : Quid tã rarum , quam vt inuenias virum qui ſeipſum coarguat,& peccatum cõdemnet ſuum? *Hic.*]hæc. *Ille.*] ſcilicet enarrator fabulæ , qui hæc ad paſtores & con ſeruos enunciaue rat. *Longo ſpiritu.*] Quod anhelantis,exanimati,mo rientis eſt. *Equorum magiſter.*]Hũc ſuprà appellauit armentarium equiſionem. Euocato , inquit , armentario equiſione , magna cum præfatione deducendus aſſignor.à Luciano dicitur, ὁμιλεῖ ἐπὶ ἵππων. *Ambulabat.*] Feſtiuiter dictum, ea iumentorum pedibus ambulare, quæ à iumentis gerebantur.dici eleganter poſſet , equiſeſſorem ambulare pedibus equinis:qui in lectica geſtatur, ambulare pedibus lecticariorum. *Fugere comparant.*] Putior lectio.fugæ ſe comparant. *Domini nouitatem.*] Cum omnis ſeruitus miſera ſe com-

*quens & opulens : vnde nos incolæ nocturna,imò verò matutina etiam prohibebant egreſsione. Lupos enim numeroſos,grandes,& vaſtis corporibus ſarcinoſos , ac nimia ferocitate ſæuientes, paſsim rapinis adſuetos infeſtare cunctam illam regionem:iámque ipſas vias obſidere , & in modum latronum prætereuntes aggredi : imò*etiam veſana fame rabidos,finitimas expugnare villas , exitiúmque inertiſsimorum pecudum ipſis iam humanis capitibus imminere. Denique obiter illud quà nobis erat commeandum,iacêre ſemeſa hominum corpora,ſuíſque viſceribus nudatis oſsibus cuncta candere: ac per hoc nos quoque cautione ſumma viæ reddi debere:ídque vel in primis * ob ſerenitatem,vt luce clara , & die iam prouecto,& Sole florido,vitantes vndique latentes inſidias, cùm & ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur , impetus, non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato commeatu , difficultates illas tranſabiremus. Sed nequiſsimi fugitiui ductores illi noſtri,cæcæ feſtinationis temeritate,ac metu incertæ inſequutionis, ſpreta ſalubri monitione, nec expectata luce proxima,circa fermè tertiam vigiliam noctis onuſtos nos ad viam propellunt.*

Digitized by Google

fit,illud miſerrimum eſt,à bono domino ad deteriorem improbiorémque tranſire. Dignitas domini ſeruitutem facit tolerabilem:plerunque poſterior dominus priore deterior eſt. Quod ſatis docet fabella Æſopica,quæ tradit,aſinum hortulani faſtidientem dominum,dum cupit nouam ſeruitutem,ad peiores ſemper traductum optaſſe,vt ad priſtinum dominum reuerteretur. Tũc enim ſerui priores dominos valde deſiderant, vbi experti ſunt ſecundos.Lucian. *ἔγνωσαν μηκέτι μένειν ἐν τῇ δουλείᾳ*. id eſt,decreuerunt non amplius manere in ſeruitute. *Domus herilis.*] dominicæ: hoc eſt, heri Lepolemi. *Pondus ſarcinæ.*] Lucianus, *ἐχθές μοι φέρων φορτίον ὄνου ἀληθινοῦ* : Triſtabar , inquit , veri aſini pondus enorme ferens. *Exectorem.*] caſtratorem, qui ſtatuerat aſinum amatorem emaſculare. *Permenſi iugum.*] exuperantes. Lucianus *ἅμα τῇ νυκτὶ ὅλην ὁδὸν ἐλθόντες ἐδὲν ἀγαλέαν* : id eſt,totam noctem euntes viam aſperam. *Semitam tenebrarent.* } obſcurante, & tenebris obumbrante, vt nuſquam ſemita viſeretur. Tenebriones dixit antiquitas, mendaces & doloſos, qui mendaciis & aſtutiis ſuis quaſdam quaſi tenebras obiiciunt. Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quaſi in tenebris deliteſcentes. Afranius: Si accuſator & reus erunt tenebriones,vterque vtrunque vituperator.*Opulens.*] opulentum ſic enim veteres declinabant, & ops dicebant opulentum:vnde è contrario inops. Opuleſcere dixit Furius poëta, pro opulentum fieri, illo verſu: Quo magis in patriis poſſint opuleſcere campis. Opulentitatem pro opulentia dicit Plautus: Quaſi eius opulentitatem reuerearis. *Prohibeam.*] Lego prohibebant,vt ſenſus fiat lucidior, nitidiórque. *Sarcinoſos.* } prægraues, & carnis ſarcina onuſtos. Ouid.in Priapeis: Nemo eſt poeta ſarcinoſior noſtro. *Infeſtare regionem.*] Subintelligendum extrinſecus,narrabant,& admonebant, vel aliquid ſimile. Infeſtare autem dixit lædere,vexare,quaſi infeſtam & hoſtilem reddere, & (vt vtar verbo Horatiano) inimicare. Columella: Oues ſcabie infeſtantur. *Veſana fame.*] Epitheton famis optimum , & ex promptuario Virgiliano depromptum. ſic enim in 10. Æneidos ſcriptum eſt: Suadet enim veſana fames. *Rabidos.*]Virg. Inde lupi ſeu Raptores atra in nebula , quos improba ventris Exegit cæcos rabies. *Pecudum.*] Exitium quod lupi pecudibus inertibus inferre naturaliter ſolent, id iam hominibus minitabantur. lupos autem quoſdam carnibus humanis veſci ſolitos,multi nouere:& indicat Plin. noſter. *Ob iter illud.* } per iter illud, in itinere illo. Aliàs obiter aduerbium eſt, & ſignificat in tranſcurſu, tranſeunter, & ſimilia. *Iacêre ſemeſa.* }

ſcilicet narrabant,prædicabant. C*andere.*] albicare, & candida eſſe. candere enim ſignificat candidum eſſe. Aliàs candere eſt ardeſcere,& ignitum eſſe. M. Tul. Candenti carbone adurebat capillum. *Sole florida.*] fulgente, radioſo, adoleſcente, Tranſlatio à floribus. Adoleſcentia (vt inquit Boet.) eſt flos ætatis : id ab arboribus dictum, quarum fructus flores antecedunt. *Repigratur impetus.* } torpeſcit,hebetatur, detinetur. pigrare enim & properare inter ſe opponuntur. Accius in Chryſippo: Meliùs pigraſſe quàm properaſſe nefas. impetus autem luporum & dirarum beſtiarum ipſo ſolis lumine torpeſcere & languens fieri creditur, cum noctu crudeſcat & excitetur. Cato ſcribit,canes interdiu clauſos eſſe oportere, vt noctu vigilantiores ſint,& acriores. *Laciniatim diſperſo.* } Senſus eſt : Commoniti ſumus, vt ſtipati denſatíque inſtar cunei, non autem diſperſi diſpalatíque per lacinias particuláſque,tranſiremus loca periculoſa. Commeatus hoc in loco ſignificatur itio multitudinis ſimul euntis, qui dicitur diſperſus lacinatim, quando per lacinias,hoc eſt membra & partes diducitur. Columella in 8. Cum de hinc grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis diſtribuatur. vbi laciniæ accipiuntur pro particulis,& quaſi fruſtis gregis ouiarij diſcretis, & per diuerſa loca diſtributis : quæ res conducit valitudini pecoris. Sicut autem lacinia ſegregatur,diſpergitúrque:ita cuneus ſtipatur, conglobatúrque: de cuius forma & ſignificatu ſuo loco diximus copioſe. De lacinia quoque veſte affatim in ſuperioribus. Græci κρόκωτον vocant. Vnde ſinus à Plinio craſpedites dictus, quoniam oppidum id velut in lacinia erat. *Ecce feſtinationis.*] Purior lectio eſt,ſi legas Cæcæ. Nam bono epitheto feſtinatio cæca nominatur, cum ferè ſemper improuida ſit,& cæcutiens:quam præpoſteram Cyprianus appellat, quam Liuius inimicam conſiliis eſſe tradit. & ſanè multi feſtinatione periclitantur : econtrariò cunctatio nomen eſt virtutis, quo bono cenſentur probi imperatores. *Incertæ inſecutionis.* } Expreſſit morem fugitiuorum, qui ſemper exiſtimant à tergo inſecutores adeſſe, & metu inſecutionis quæ incerta eſt, ſæpenumero in exitium certum præcipitantur. multi enim metu mortis ruunt in mortem:& dum effugere perniciem ſatagunt,in eam delabuntur. Nam fermè fugiendo fatum, in media fata ruitur. *Tertiam vigiliam.* } Poſt exactam noctem mediam,incipit tertia vigilia. De nocturnis vigiliis, ſatis ac ſuper in primo Commentario.

Pre-

*Tunc ego * metu prædicti periculi, quantùm poteram, turbæ medius, & inter conferta iumenta latenter abscondi-tus, clunibus meis ab aggressionibus ferinis consulebam. Iámque me cursu celeri cæteros equos antecellentem mirabantur omnes. Sed illa pernicitas non erat alacritatis meæ, sed formidinis indicium. Denique mecum ipse reputabam, Pegasum inclitum illum metu magis volaticum fuisse, ac per hoc meritò pennatum proditum, * dum in altum & aduſque cœlum subsilit ac resultat, formidans scilicet igniferæ morsum Chimeræ. Nam & illi pastores qui nos agebant, in speciem prælu manus obarmauerant. Hic lanceam, ille venabulum, alius gerebat spicula, fustem alius: sed & saxa, quæ salebrosa semita largiter * subministrabat. Erant qui fudes præacutas attollerent: plerique tamen ardentibus facibus proterrebant feras. nec quicquam præter vnicam tubam deerat, quin acies esset præliaris. Sed nequicquam frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longè peiores inhæsimus laqueos. Nam lupi forsitan conserta iuuentutis strepitu, vel certè nimia luce flammarum deterriti, vel etiam alior sum grassantes, nulli * circa nos aditum tulere, ac ne procul saltem vlli comparuerant. Villæ verò (quam fortè tunc præteribamus) coloni, multitudinem nostram latrones rati, satis agentes re-*

Prædicti periculi.] Quod nobis castellani prædixerant, monentes, vt à nocturna egressione cauere mus. vt luce clara constipati viam carperemus, ob luporum imminens periculum. *Conserta.*] constipata, cõglobata, condensa. *Ab aggressionibus ferinis.*] Nempe licet lupinæ aggressiones & impetus meas clunes inuaderent, insiliéntque. feræ enim & truculentiores bestiæ aggredi solent & impetere à tergo, à clunibus, mitiora inertiáque animalia. Clunes autem dici posteriores partes, nemo est qui nesciat. Masculino & fœminino genere clunis vsurpatur. Præfecti popinarum aues atque altilia à cluniculis tantum probant, asserentes eos palatum non habere, qui edunt superiorem partem auium atque alti-

lium. excipitur ſola ficedula, quam totam aiunt comeſſe oportere. A clunibus, clunici dici videntur, ea parte morboſi & languentes. Diuus Hieronymus in epitaphio Fabiolæ ſic inquit: Quę nudum & paralyticum & clunicum non Fabiolæ veſtimenta texuerunt? Cyprianus tradit, à quibuſdam cluniços vocari eos, qui ſalutari aqua & fide legitima Chriſti gratiam conſecuti ſint. Vnde autem hoc nomen aſſumant, non inuenire ſe teſtatur. Ego, inquit, clunicum de Euangelio noui. & ita videtur Cyprianus accipere clunicum, pro paralytico illo debili in lecto iacente, cuius mentio in Euangelio memoratiſſima eſt. Hinc fit vt exiſtimem, clinium magis quàm clunicum eſſe legendum, vt ita dicatur paralyticus in lecto cubans, qui Græcè dicitur κλίνη: vnde clinicus medicus, & clinice medicina nomen acceperunt. Sed cum in omnibus Cypriani Hieronymíque cõdicibus clunicum legas, non clinicum, potes clunicum interpretari paralyticum & ſideratum & languentem, ex eo quòd infirmus clunibus in lecto cubet, cum pedibus nequeat inſiſtere. apud Plin. lego, Clunicis medetur, in hoc ſignificatu; quamuis quidam corrigant clinicis, eodem tamen ſenſu, vt ad ægrotos referatur, *Pernicitas.*} In hanc ſententiam eſt illud Maronis: Pedibus timor addidit alas. apud Curtium optimo epitheto metus ſtrenuus appellatur, quaſi ſtrenuitatis, hoc eſt pernicitatis velocitatíſque magiſter. *Volaticum fuiſſe.*] Feſtiuiter ludens ait, Pegaſum non tam pinnatum prodi, ex eo quòd alas haberet, quàm quòd ex metu chimeræ factus ſit volaticus. timor enim alatos facit, & pernices. De Pegaſo pinna-

*rum ſuarum, eximiéque trepidi, canes rabidos & immanes, & quibuſuis lupis & vrſis ſæuiores, quos ad tutelæ præſidia curiosè fuerant alumnati, iubilationibus ſolitis & * huiuſcemodi vocibus nobis inhortantur. Qui præter genuinam ferocitatem tumultu ſuorum exaſperati, circa nos ruunt, & vndiq; laterum circunfuſi paſſim inſiliunt, & ſine vllo delectu iumenta ſimul & homines lacerant: diúque graſſati, pleróſque proſternunt. Cerneres non tam Hercules memorandum, quàm miſerandum * etiam ſpectaculum, canes copioſos ardentibus animis, alios fugientes arripere, alios ſtantibus inhærere, quoſdam iacentes inſcindere, & per omnem noſtrum commeatum morſibus ambulare.*

pinnato,alato,volatico equo,ſuprà diximus. Illud adde, quod Fulgentius lib.3. Mythologiarum Pegaſum interpretatur, quaſi pegaſeon,id eſt, fontem æternum: bellerophonta verò quaſi βουλησοφόν, quod nos Latinè ſapientiæ conſiliatorem dicere poſſumus. ſapientia autem bonæ conſolationis æternus fons eſt. Ideo pennatum Pegaſum figurari, quia vniuerſam mundi naturam celeri cogitationum theoria illuſtrat.ideo & Muſarum fontem vngula ſua rupiſſe: quoniam ſapientia dat Muſis fontem. Ob hanc rem etiam è ſanguine Gorgonio naſci.Gorgon enim pro tempore ponitur. Hæc Fulgentij interpretamenta neque affirmare, neque refellere in animo eſt. Vnum illud non præteribo, Fulgentium mihi videri, inter præletarios minutóſque ſcriptores magis quàm inter claſſicos enumerandum. Sed cum nullus tam malus ſit liber, qui non aliqua ex parte prodeſſe poſſit, omnia legenda cenſemus, & quæ bona ſunt excerpenda.Faciamus quod Virgilius feciſſe legitur,qui aurum ſe colligere dicebat ex ſtercore Enniano: faciamus quod apiculæ,quæ ex prato florulento paucos decerpunt flores ad mel lificium,cæteris præteritis. Non probo in Fulgentio characterem,vt pote affectatum nimis, & ob id putidulum: non probo eruditionem perinde atque parum conducibilem, parumque apud eruditos plauſibilem. quædam tamen in eo ſunt vel ob hoc legenda,vt agnoſcantur:quædam non tam vera,quàm feſtiua.laudo ſcriptoris ingenium, qui pro virili parte contendit velamenta fabularum reuelare,&arcana myſteriorumpoeticorum referre. Cæterùm cùm meum ſit,nulli neque priſcorum,neque recentiorum detrahere, ſi genuino dente cuipiam nunc fortaſſe videor mordereFulgentiũ,ille ſciat,me ſcriptoris illius volumina,cuius nonnunquam vtor teſtimonio,excutere nolle de manibus adoleſcentium:ſed oſtendere velle alios eſſe potiores,in quorum lectione vtilius opera inſumi poſſit:cum Fulgentius vnusſit ex his auctoribus,qui à limine tantum ſunt ſalutandi. *Igniferæ chimæræ.* Fulgentius chimæram quaſi χυμίφορον, id eſt, amoris fluctuationem interpretatur.ideoque tricipitem pingi, quia amoris tres modi ſint. hoc eſt, incipere, perficere, finire. primam partem leonis, quia amor nouiter veniens vt leo feraliter inuadit. at verò capra, quæ in medio pingitur,perfectio libidinis ſignificatur, quòd huius generis animal ſit in libidinem valde procliuum. draco autem poſtremam partem obtinet,quia poſt perfectionem ſubſequitur vulnus pœnitentiæ, venenumque peccari. Chimæram poetæ ita deſcribunt: Prima leo, poſtre-

Digitized by Google

ma draco, media ipſa chimæra. Hiſtorici chimæram tradunt eſſe montem in Lycia flagrantem,& quidem diebus ac noctibus immortali flamma: hinc optimo epitheto ignifera eſt nuncupata.& Maro cecinit: Flammis armata chimæra. In cacumine chimæræ erant leones, in medio paſcua caprearum, ima montis ſerpentibus plena. Bellerophontes hunc montem excoluiſſe, habitabilémque feciſſe: vnde dictus chimœram occidiſſe. *Subſilit.*] ſurſum ſalit. Suprà annotauimus ex Higini auctoritate, Pegaſum ad cœlum ſubuolaſſe, & mox inter ſidera à Ioue conſtitutum. *Spicula.*] Tela ſunt miſſilia, quæ & pila nominantur, de quibus Vegetius hæc ſcribit: Item bina miſſilia, vnum maius ſero triangulo vnciarum nouem: haſtile pedum quinque & ſemis, quod pidum vocabant, nunc ſpiculum dicitur, ad cuius ictum exercebantur præcipuè milites, quòd arte & virture directum, ſcutatos pedites & loricatos equites ſæpe tranſuerberat. hactenus Vegetius. Ab hoc genere telorum ſpiculatores dicti, qui cum ſpiculis præſto ſunt principibus, eorumque corpora tutantur. Cor. Tac. Obuius in palatio Iulius Atticus ſpiculator, cruentum gladium oſtentans, occiſum à ſe Othonem exclamauit. Mendum inoleuit in codicibus Taciti impreſſis. nam pro ſpiculator, paſſim legitur ſpeculator. minutulus quidem vnius literæ error, ſed ſenſum intellectumque conturbans. Aliàs ſpicula dicuntur cuſpides ſagittarum. in apibus quoque aculeos vocant ſpicula Virg & Columella: inde verbum Plinianum ſpiculare, quòd ſignificat exacuere, & inſtar ſpiculi acuminare, in 11. ait, Telum verò profodiendo tergori, quo ſpiculauit ingenio. *Salebroſa.*] aſpredine ſaxorum & ſalebris referta. *Semita.*] M. Varro ſemitam interpretatur, quaſi ſemiter. anguſta enim eſt. *Præter tubam.*] quæ ſcilicet bellum caneret, faceretque illud Maronianum: At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit. *Sudes.*] Maro: Sudibuſque præuſtis. tela ſunt paganorum, vt notum ſat eſt. Metaphoricòs dixit Satyricus: Cernis erectas in terga ſudes. *Nequiſquam.*] Corrige, nequicquam. Græci τὸ αὖτις vocant, quando idem bis dicitur. iunctim enim poſuit Nequicquam & fruſtra: ſicut etiam Ergo igitur copulat. namque hæc repetitio dictionum idem ſignificantium ornat identidem orationem, vt oſtendit Gelſius in 12. Attamen apud Ariſtophanem facetiſſimum comicorum, Euripides Æſchylum inſectatur, quòd idem bis dicat ἥκω καὶ παρέρχομαι. vtrunque enim ſignificat venio, ſicut μόγις καὶ χαλεπῶς duo verba ſunt idem ſignificantia, hoc eſt arcam paratam. *Timorem perfunctî.*] Archaiſmos: veteres enim dixerunt fungi

fungi hanc rem,& illa re. Suetonius : Senatoria munera fungerentur. ſic & Potiri cum accuſatiuo quoque iunxerunt. Terent. Patria potitur commoda. *Inhæſimus laqueos.*] Tranſlatio à feris, quæ laqueis inhærentes capiuntur. *Aliorſum graſſantes.*] in alia parte ſæuientes, furenteſque. *Aditum tulere.*] ad nos non acceſſere. *Comparuerant.*} viſi fuerant. *Rati.*] exiſtimantes eſſe manum latrocinalem. *Satis agentes rerum ſuarum.*} anxii, curioſi, diſcurſantes in rebus ſuis obeundis. ſatagere eſt feſtinare, diſtringi, diſcurſare in actione rerum ſuarum: iungitur cum genitiuo. Terentius : Is quoque ſuarum rerum ſatagit. Domicius Afer venuſtè Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, non agere dixit, ſed ſatagere. *Quibuſuis.*} qualibuſcunque. *Ad tutelæ præſidia.*] Canes villaticos & paſtores ſignat, qui villam & pecora cuſtodiunt, qui iniurias hominum ferarumque propellunt. *Fuerant alumnati.*] aluerant, educauerant, nutricauerant. Alumnari enim alere eſt, & enutrire. *Iubilationibus.*} Vt quiritare vrbanorum eſt, ſic iubilare ruſticorum : auctor M. Varro : Hinc iubilationes & iubilia dicuntur inclamationes, & voces ruſticorum. Calphurnius in Bucolicis: Et tua merentes expectent iubila tauri. Eccleſiaſtici ſcriptores cum vulgo concinunt, à quo iubilare accipitur pro exultare, & voce gaudium oſtentare. quod Pſalmographus prophetes in pſalmis Græcè habet, ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ, id noſtri interpretati ſunt, iubilate Domino. *Nobis inhortantur.*] In nos hortantur, & concitant : archaiſmos eſt. *Genuinam.*] ingenitam, natiuam, peculiarem. *Vndique laterum.*] ab omni latere, ab omni parte: figurata locutio eſt, ſicut vbique gentium, vbique voluminum, pro in omnibus voluminibus. *Inſcindere.*] diſcindere, dilacerare, diuellere. Quidam codices habent inſcendere, vt dicat : canes ſupra iacentes homines inſcendiſſe, inſiliiſſeque. *Commeatum.*} turba viatoria, à commeando commeatum eleganter appellat: aliàs commeatus pro annona, aliàs pro temporatio abſceſſu accipitur.

*Ecce tanto periculo malum maius inſequitur. De ſummis enim tectis, ac de proximo colle, ruſticani illi ſaxa ſuper nos raptim deuoluunt, vt diſcernere prorſus nequiremus, *quam potiſſimum caueremus cladem, comminus canum, an eminus lapidum. Quorum quidem*

Ruſtica.] Emendo ruſticani : alioqui ſenſus confunditur, & ſtructura ſolœciſmo claudicat. *Cominus.*] propè: Eminus, longè: aduerbia ſunt con

trario ſignificatu. Lucanus Cominus obliquis, & rectis eminus haſtis. *Vnus.*] ſcilicet lapis. *Suppetiatum.*]auxiliatum inclamat, & vt ſibi periclitanti opem ferat implorat. *Domini fidem.*] Terſior lectio eſt, Deûm fidem, pro deorum: vſitata enim exclamatio eſt, vt deorum fidem, hoc eſt auxilium imploremus. *Quiritabat.*] altiore voce clamitabat. Verbum tractum ab his qui Quirites inuocant, de quo antè dictum eſt Quiritare autem cum ſit vrbanorum, iubilare ruſticorũ, videtur ἀκύρως & impropriè quiritare poſuiſſe pro iubilare. hic enim agitur de ruſticanis, & ruſticorum vociferationes denotantur. *Quod.*]Lege, quid. hæc eſt enim paſtoris illius, cuius vxor ſaxo icta fuerat, vociferatio, per interrogationem miſerationémque deprompta. *Perteritis.*]conteritis, conculcatis. verba ſunt ſimiliter deſinentia, per figurã quæ Græcè dicitur ὁμοιοτέλευτον. *At non ſpeluncas.*]Homerus, ſignare volens Achillẽ animo ferino & inhumana crudelitate prẽditũ eſſe, ſic refert, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, πέτραι τηλιβόητοι: ὅτι τοι νοος ἔστ' ἀτλητος. i. ceruleũ mare te genuit, aeriæq; rupes, quoniã tibi mẽs eſt ferox & immitis, itidẽ Mato noſter

*vnus * mulierem, quæ meum dorſum reſidebat, repentè percuſſit: quo dolore commota, ſtatim fletu cum clamore ſublato, maritum ſuum paſtorem illũ ſuppetiatum eiet. At ille* domini fidem clamitans, & cruorem vxoris abſtergens, altius quiritabat: Quid miſeros homines, & laborioſos viatores, tam crudelibus animis inuaditis * ac perterritis, atque obtruitis? quas prædas munitis? quæ damna vindicatis? At non ſpelun cas ferarum, vel cautes incolitis barbarorum, vt humano ſanguine profuſo gaudeatis. Vix hæc dicta, & ſtatim lapidum congeſtus ceſſauit imber, & infeſtorum canum reuocata conquieuit procella. Vnus illinc denique de ſummo cupreſſus cacumine: At nos, inquit, non veſtrorum ſpoliorum cupidine latrocinamur, ſed hanc ipſam cladem de veſtris protelamus manibus: iam denique pace tranquilla ſecuri poteſtis incedere. Sic ille. Sed nos plurifariàm vulnerati, reliquam viam capeſſimus, alius lapidis, alius morſus vulnera referentes, vniuerſi tamen ſaucij.*

portionem nutricationémque feram & sæuam criminatus est apud quem sic loquitur Dido:Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admorunt vbera tygres. *Dicta.*] scilicet sunt. *Lapidum hymber.*]Sic Virgil. Tempestas telorum & ferreus ingruit hymber. à Solino quoque dictum est nimia affectione, compluti nautæ hymbre saxatili. Figurata poetarum locutio est(vt docet Lactantius) qua imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum sagittarúmque describunt. *Procella.*]impetus canum grassantium, & vis,nomine procellæ furentis eleganter exprimitur, per translationem decentissimam : sic & à Liuio dicitur procella equestris. *Cupressus.*] Nomen est aliquando secundi,aliquando quarti ordinis. Plin.auctor est,cupressum Diti,hoc est,Plutoni sacram esse, & ideo funebri signo ad domos poni solitam : vnde cupressi genus metam vocant, à similitudine,quæ in fastigium conuoluta,aspectu metæ spectabilis est. Ennius regula grammatices posthabita, rectos cupressos dicere maluit, quàm rectas, quòd ita viridior carminis sonus, & vocalior est visus. *Cupidine.*] cupiditate.ab Horatio cupido mascul.genere ponitur,pro cupiditate,cùm ait, Cupido sordidus aufert. item in Sermonibus : At bona pars hominum decepta cupidine falso. *Protelamus.*] propulsamus, & longe propellimus : ne scilicet vos de nobis spolia auferatis. Terent. in Phormione : Ne te iratus suis sæuis dictis protelet. exponit Donatus protelet,protrahat,præueniat, exagitet. Festus Pompeius : Protelare, inquit, est longè propellere : ex Græco videlicet πρόσω, quod significat longè. alij à telorum iactu dici autumant. Prostilare est prolongare. in Deuteronomio scriptum est, protelentur dies vestri : id est, prolongentur. Nonius plures significatus huius verbi explicat. Protelum dicitur à Lucret.tenor, illo versu, Vndique protelo plagarum continuato:hoc est,tenore.*Plurifaria.*]plurib. ictibus, & per diuersa corporum membra inflictis.

Aliquanto deniq; viæ permenso spatio, peruenimus ad nemus quoddã proceris arboribus consitum, & patentibus viretis amœnũ: vbi placuit illis ductoribus nostris paululùm conquiescere, corporáq; sua diuersè laniata sedulò recurare. Ergo passim prostrati solo, primùm fatigatos animos recuperare, ac dehinc

Pro eris.] altis, & proceritate sublimibus in India (vt inquit Plin.) tanta arborum proceritas est, vt sagittarum iactu nequeant superari. *Viretis.*]Vireta dicuntur loca. vi-

Digitized by Google

rentia,& viriditatis aſpectu iucunda. Virg. Deuenêre locos lætos & amœna vireta Fortunatorũ nemorum,ſedéſque beatas. vbi exponit Seruius , vireta pro virentia. Amœna autem dici autumat , quæ ſolum amorem præſtant: vel quaſi amunia , hoc eſt ſine fructu. *Sedulo.* } Inſtanter ac diligenter: aduerbium eſt, quaſi ſine dolo dictum, vt Donatus docet. *Aquæ rore diluere.*] aquis quaſi roratis abluere. Virg. Mezentium vulneratum induc it , vulnus aquis abluentem , his verſibus ex 11. Æneidos: Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam Vulnera ſiccabat lymphis , corpúſque lauabat. item in duodecimo, de vulnerato Ænea loquẽs inquit: Fouit ea vulnus lympha longæuus lapis. Silius quoque ex Maroniana æ-

*vulneribus medelas varias adhibere feſtinant. Hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere, ille ſpongys macidatis tumores cõprimere, alius faſciolis hiantes vincire plagas. Ad iſtum modum ſaluti ſua quiſq; conſulebat. Interea quidam ſenex de ſummo colle proſpectat, circum capellæ paſcentes, opilionem eſſe profectò clamabant. Eum rogauit vnus è noſtris, haberet ne venui lacte, vel adhuc liquidum, vel in caſeum recentem *inchoatum? At ille diu capite quaſſanti, Vos autem (inquit) de cibo, vel poculo, vel omnino vlla refectione nunc cogitatis? an nulli ſcitis, quo loco conſederitis? Et cum dicto, conductis ouiculis, cõuerſus longè receſſit. Quæ vox eius & fuga paſtoribus noſtris non mediocrem pauorem incuſſit. Ac, dum perterriti, de loci qualitate ſciſcitari geſtiunt, nec eſt qui doceat ſenex alius , magnus ille quidem, grauatus annis, totus in baculum pronus, & laſſum trahens veſtigium, vbertim lacrymans, per viam proximat: viſiſque nobis, cum fletu maximo ſingulorum iuuenum genua contingens, ſic* adorabat: Per fortunas, veſtróſq; Genios, ſic ad meæ ſenectutis ſpatia validi lætíque veniatis, decepto ſeni ſubſiſtite, meúmque pærnulum ab inferis ereptum canis meis reddite. Nepos namq; meus & itineris huius ſuauis comes , dũ fortè paſſerẽ incantantẽ* ſpicula conſectatur arripere, delapſus in proximam foueã,*

quæ

Digitized by Google

quæ fruticibus imis ſubpatet, in extremo iam vitæ conſiſtit periculo: quippe cùm de fletu ac voce ipſius auxilii ſibi ſæpicule clamitantis, viuere illum quidem ſentiam, ſed per corporis (vt videtis) mei defectam valitudinem opitulari nequeam. At vobis ætatis & roboris beneficio facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni, puerúmque illum, nouiſſimum ſucceſſionis meæ atque vnicam ſtirpem, ſoſpitem mihi facere. Sic deprecantis, ſuámq; caniciem diſtrahẽtis, *omnes quidem miſerẽtur: ſed vnus præ cæteris & animo fortior, & ætate iuuenior, & corpore validior, quique ſolus præter alios incolumis prælio ſuperius euaſerat, exurgit* altè alacer, & percontatus quónam loci puer ille * cecidiſſet, monſtrantem digito non longè frutices horridos ſenem illum impigrè comitatur. Ac dum pabulo noſtro ſuáque cura refecti, ſarcinulis quiſq; ſuptis ſuis viã capeſſunt, clamore * primo nominatim ciẽtes illum iuuenem frequẽter inclamant: mox* hora diutina commoti mittunt è ſuis accerſitorem vnum, qui requiſitum comitem tempeſtiuæ viæ commonefactum reduceret. At ille modicum commoratus, refert ſeſe, *buxantíq; pallore trepidus, mira ſuper conſerto ſuo renuntiat. Conſpicatum ſe quippe, ſupinato illi, & ia ex maxima parte conſumpto, immanem draconem mandentem inſiſtere, * nec vſquam miſerri-*

mulatione ſic ſcribit in 5. Punicorum: Mulcebat lympha purgatum ſanguine vulnus. Scribunt phyſici, fluxum ſanguinis, aquæ frigore contineri ac ſiſti. *Macidatis.*]liquoris infuſione madẽtibus. vocabulum infrequens, minimèque protritum. Plin. in 32. refert, vulnera & fracturas ſpongiis vtiliſſimè foueri, quę vulnerum inflammationibus imponuntur, nunc ſiccæ, nunc ex aceto inſperſæ: nunc ex vino, nunc ex aqua frigida. ex aquę verò cœleſti poſitæ, ſecta recentia non patiũtur intumeſcere. Cum macor pro macie apud priſcos accipiatur, quidam macidatas ſpongias interpretati ſunt, quaſi aqua expreſſa ſiccatas: quales imponũtur his morbis, quos vaporari oporteat. Ego ſecus exiſti-

mo: vt ſcilicet macidatæ dicantur, quaſi madidatæ: hoc eſt, madore & humoris infuſione perfuſæ ac madidæ. Spongia enim (vt docet Celſus) quocunque modo impoſita eſt, dum madet, prodeſt. *Plagas hiantes.*] patentes, & vulneris magnitudine apertas, laxáſque. Cor. Cel. in 5. Si vulnus hiat, inquit. *Faſciolis vincere.*] Cor. Celſus: Faſcia ad vulnus deligandum lintea aptiſſima eſt, eáque lata eſſe debet, vt ſemel iniecta non vulnus tantum, ſed paulum vtrinque etiam oras eius comprendat. & mox paulo: Sic faſcia deliganda eſt, vt & contineat, neque aſtringat. quod non continetur, elabitur: quod nimis aſtrictum eſt, cancro periclitatur. hieme ſæpius faſcia circuire debet, æſtate quotiens neceſſe eſt. Marcianus faſcias vocat, quas alij zonas ſiue plagas, in quas orbis terræ diſcernitur. Faſciatim aduerbium eſt, quod ſignificat per faſcias. *Opilionem eſſe.*] Vt boues circa paſtorem paſcentes indicant illum eſſe bubſequam ſiue bubulcum, vt equi equiſionem: ita capellæ & oues demonſtrant, & quaſi clamant, cum eſſe opilionem, cuius diſciplina paſcuntur. *Venui lacte.*] id eſt, haberétne lac venale. Lacte autem poſitum eſt pro lac, ſecundum priſcorum declinationem, qui hoc lacte dicebant: vt refert Priſcianus. Mox placuit per apocopen lac proferre. Plaut. in Menechmis: Nec aqua aquæ, nec lacte lacti crede mihi vſquam ſimilius quàm hic tui eſt. *Inchoatum.*] Nitidior ſcitiórque lectio eſt incoactum, à cogendo ſcilicet: vt exponas concretum, coagulatúmque. etenim cogitur coagulatúrque lac ad caſeum figurandum. Dixit Maro, Et preſſi copia lactis: intelligi volens caſeum, quem dicimus manu preſſum, cuius Columella mentionem facit in 8. In primo commentario enodatus eſt Ciceronis nodus, de tyrotarichi patina: quod genus obſonij eſſe diximus, ex caſeo ſalſamentíſque confectum. Illud adde, patellam tyrotaricham ab Apitio celebrari inter edulia ganeata, quam ex quocunque ſalſo coquendam eam olio eſſe dicens inquit: Exoſſabis & cerebella & pulpas piſcium, iecuſcula pullorum, caſeum mollem excaldatum, hæc omnia calefacies in patella: teres piper, liguſticum, ad lentum ignem coques:

mum ſenem compærere illum. Quæ re cognita, & cum paſtoris ſermone collata, qui eum prorſus hunc illum, nec alium locorum inquilinum præmittebatur, peſtilenti deſerta regione, velociori ſe fuga proripiunt: noſque pellunt, crebris tundentes* fuſtibus, celerrimè.*

coques:ouis crudis obligabis: cuminum minutum aſperges, & inſeres. Notandum, non eſſe iunctim legendum in his Apitij verbis piper liguſticum, vt male literati legunt: ſed ſeiunctim & ſeorſum. eſt enim liguſticum herba hortenſis in genere condimentario, à Liguria dictum vbi naſcitur. Duplex eſt, ſylueſtre & ſatiuum:quod & ſuauius eſt,ſed ſine viribus: Panacem aliqui vocant. in Liguriæ ſuæ montibus ſeritur, auctor Plin. Liguſtici in hoc ſignificatu frequens mentio apud Apitium. *Capite quaſſanti.*]Virg. Ille caput quaſſans, Non me tua feruida terrent Dicta ferox. *Refectione.*] Corporum noſtrorum refectio eſt cibus,potus,lauacrũ,aliáque hoc genus fomenta. *Nulli ſcitis.*] id eſt,non ſcitis.nulli enim poſitum eſt pro non: vt,Nullus ſum, loquutio veteribus vſitata. Nullus ſum (vt exponit Donatus in Hecyræ commentario) plus eſt quàm perij:quia cùm aliquis Periit, vel relinquitur, vel cadauer eſt. *Cum dicto.*] cum fine ſermonis,cum verba illa dixiſſet, continuò abſceſſit. *Sciſcitari geſtiunt.*] inquirere cupiunt. *Senex alius.*] Magicæ ſignificantur hoc in loco transfigurationes atque præſtigiæ, ne ab argumento propoſitóque huiuſce voluminis recedat. Totum enim hoc opus non aliunde conſtat,quàm ex magica arte.namque ſenex hic paulo mox in draconem reformatus, vorabit paſtorem. *Magnus.*] vel magno natu. ſeu ex vel ad magnitudinem corporis eſt referendum: vel quòd primatum tenere videbatur inter paſtores: ſic & longus dicitur ſummatus & opulentus. *Grauatus annis.*]A Plauto grauaſtellus dicitur, pro grauatus annis, vocabulo perquàm eleganti, à grauitate annorum inclinato.ſic enim ait in Epidico:Sed quis eſt hæc muliercula,& ille grauaſtellus qui venit? Sunt tamen Plautini codices, in quibus non grauaſtellus legas, ſed rauaſtellus. & ita legit Feſtus Pompeius,exponens rauaſtellos dici homines raui coloris.eſt autem rauus color,inter flauum & cœſium.ſic ab Horatio raua lupa dicitur:ſic rauillæ,à rauis oculis appellatæ. Rauim verò dicebant pro raucitate. Plautus:Si quid poſcas,ad rauim poſcamus prius quàm quicquam detur. *In baculum pronus.*] Calphurnius in Bucolicis: Baculum premat incuruata ſenectus. Ferula cum inter frutices leuiſſima ſit, facilem baculorum vſum ſenectuti præbet:auctor Plinius. *Laſſum veſtigium.*] Senile:hoc eſt,vt laſſum lentúmque gradum trahant ſenes. Plinius enumerans ſenectutis incommoda: Præmoritur, inquit,viſus auditus, inceſſus.apud Plautum in mercatore, Anus commonita vt iret ocius:Nequeo,inquit,mecaſtor: tantum eſt hoc oneris quod fero.quod oneris?annos octoginta & quatuor. *Vbertim.*]abundan-

ter & largè aduerbium eſt, cuius ſuprà mentio quoque fit. *Genua contingens.*] Meritò genua contingi dixit, quæ ſupplices attingunt,ad quæ manus tendunt:& vt aras adorant,quæ miſericordiæ conſecrauit antiquitas. *Per fortunas.*]Obſecratio eſt per ea quæ nobis cariſſima ſunt, videlicet per diuitias, & genium, qui animus vniuſcuiuſque intelligitur. De geniis & genialibus abundè ſuo loco dictum eſt.per genium imperatoris(vt ſcribit Tertullianus in apologetico)deierebant honoris cauſa. *Decepto.*] Videtur legendum Decrepito, vt ſit pathos ab ætate ſenili, quæ inualida atque imbecilla eſt, indigáque alienæ opis. Decrepiti dicuntur ſenes quaſi clamoſi,à crepitu. nam crepare ſonare eſt. clamoſos autem & querulos eſſe ſenes, nullus eſt qui neſciat. Alij interpretantur, dici quaſi indubio vitæ conſtitutos, à crepero,quo ſignificatur anceps & dubium,vnde & crepuſculum dictum lux dubia: & Crepuſci homines nominati, qui eo tempore erant nati: vt Lucij, qui prima luce. *Subſiſtite.*] ſuccurrite,opitulamini. Itidem in x. inquit: Tu meis iam nunc extremis ærumnis ſubſiſte. *Canis.*]Mihi canescenti, & ob ſenium canicie capillorum albicanti. *Paſſerem incantantem.*]modò canentem;aliàs,incantamenta facientem. *Suppatet.*] modicè patet,& ſubter fruticibus conuelata contegitur. *Sapiculè.*]ſæpe: aduerbium eſt formæ diminutiuæ.dicitur & ſæpiuſcule. *Defectam.*] exhauſtam, debilitatam, imbecillam. defecti enim ſunt ſenes viribus & robore. *Suppetiari.*]auxiliari,& ferre ſuppetias. *Succeſſionis meæ.*]Solet filius patri, vel nepos auo proxima ſucceſſione ſuccedere:& optabile eſt, ac propè votum vnicum ſeni auo, nepos hæres.hoc autem totum commenticium eſt, quod ab ſene de nepote in foueam delapſo explicatur: ſed ideo fingitur, vt in perniciem trahat. præcipitétque paſtores. *Caniciem diſtrahentis.*] In luctu & mœrore lugentibus mœrentibuſque hoc peculiare eſt,vt canicié diſtrahant, comamque diuellant: quod & antè annotauimus. *Iuuenior.*] Antiqui vſurpant iuuenior pro iunior. Calphurnius: Sum quoque iuuenior. Columella de apibus loquens in x. illi quidem accommodo, quod iuueniori examini ſolet accidere. *Superius.*] Quo ſcilicet canes concitati pleroſque lacerauerant,proſtrauerántque. *Percontatus.*]ſciſcitatus,exquirens:ſi per o ſcribitur percontatus:à conto pertica exploratoria, quo nautæ vtuntur ad loca exquirenda nauibus opportuna:ſi vero percuntatus, ab eo quòd à cunctis perquiratur, dicitur. *Digito.*] Indicem digitum intelligere debemus, quo vtimur in rebus demonſtrandis: quem & ſalutarem vocant,cuius apud Suetonium facta eſt mentio, quo Craſſus plurimum pollebat

pollebat in actione forensi. *Impigrè.*]strenuè,velociter. *Refecti.*} refocillati,recreati. *Cientes.*}vocantes,inclamantes. *Iuuenem.*} qui scilicet senem impigrè erat comitatus. *Hora diutina.*} cum diutius desideraretur, nec vsquã cõpareret. *Accersitorem.*}euocatorẽ,qui accersat,reuocet& reducat iuuenẽ perditũ. Accersitores dicũtur vocatores,ab accersendo. Aduersitores sunt serui,qui cũt aduersum dominis cœnantibus foris:ab aduersũ eundo deductũ nomen. apud Plaut. in Mostellaria, vbi inducitur aduersitor,significatur hic seruus, cuius peculiare ministerium est ire ad herum foris cœnantem,& eum domum reducere ac comitari. Aduersitoris Plautini verba hæc sunt:Etiam ne aperis? Callidamenti nostro aduersum venimus. Terent.in Adelphis: Neque seruulorum quisquam qui aduersum ierant. Commentator Terentianus ait, propriè loquutum Terentium esse, dicendo aduersum, nam inde,inquit,aduersitores dicuntur. Mendosi sunt codices Donati,in quibus pro aduersitores, perperam legitur aduersatotes. *Buxanti pallore.*]Pallorem buxantem accipe pro pallore maximo, buxeique coloris. nam quod pallidissimum dicere volumus,id buxo comparamus: qua arbore nihil ferè pallidius est. In Priapeiis:Buxo pallidior,nouáque cera. Cur autem homines in metu pallescant, causa traditur ab Aristotele in problematis: *ὅτι ἐν τῷ φοβεῖσθαι τὸ αἷμα συστρέφεται εἰς τὴν καρδίαν, ὥστε ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν.* Quoniam,inquit,metuentibus sanguis contrahitur ad cor,ita vt cæteris partibus defiat. Cæterũm adhuc quæri potest, quam ob causam timor sanguinem contrahat, qui pudore diffunditur. *Supinato illi.*]reclinato,& iacenti. *Comparere illum.*] apparere. *Cæcorum.*]Codices manu scripti habent locorum:quæ lectio est mundior,nãmque opilio ille, de quo supra facta mentio est,commonefecerat,hæc loca esse vitanda, tanquam exitiali:nimirum denotans, inquilinum locorum illorum esse draconem hunc immanem,qui conspectus fuerat mandens iuuenem pastorem,& ita intelligimus senem illum qui nuspiam comparebat,reformatum esse in hunc draconem magis præstigiis, absumsisseque hominem. *Nec alium locorum inquilinum præmittebatur.*] Aliàs,præminabatur. *Nosque pellunt.*] iumenta intelligit.

*Denique longo itinere confecto, pagum quendam accedimus, ibique totam perquiescimus noctem: *mihi cœptum facinus, oppidò memorabile, narrare *cupio. Sernus quidam, cui cunctam*

Pagum.] vicũ rusticanũ. signat, dicitur autẽ à fontibus, propterea quòd pagani eadem aqua & eo-

dem fonte vtantur. aquæ enim & fontes lingua Dorica appellantur πάγαι. à pago paga ni ruſtici dicti. Lex pagana dicitur à Plinio, quam ruſtici ſeruant. *Mihi cæptum facinus.*] Purior intellectus eſt, ſi legas, Inibi compertum facinus. ait enim, narrare ſe velle facinus memorabile, quod inibi, id eſt in eo pago compertum exploratúmque habuit. *Oppidò.*] valde. *Seruus quidam.*] Multum adiuuat legentes, diſſimilitudo rerum quæſita per tranſitus, & in ipſa hiſtoriæ cõtinuatione procurata varietas, quæ in primis iucunda eſt, gratiãq; cõciliat ſcriptori, ſi moderata ſit, & tẽpeſtiua. Hęc narrationis varietate, quibuſdã quaſi flo ſculis exornat. venuſtátq; Lucius noſter ſuũ hoc opus, ne lectores moroſa continuatæ narrationis æqualitate la[illegible]ſſent. Itaq; exempla interponit, fabellas inſerit, παρεκβάσεις, id eſt, digreſſiones tẽpeſtiuiter

*familiæ tutelam dominus permiſerat ſuus, quique poſſeſſionem * illam maximam, in quã * diuerteramus, villicabat, habens ex eodem famulitio conſeruam coniugem, liberæ cuiuſdam * extrariæque mulieris flagrabat cupidine. Quo dolore pellicatus, vxor eius inſtricta, cunctas mariti rationes, & quicquid horreo reconditum continebatur, admoto combuſſit igne. Nec tali damno thori ſui contumeliam vindicaſſe contenta, iam * circa ſua ſæuiens viſcera, laqueũ ſibi nectit, infantulúmque, quem de eodem marito iamdudum ſuſceperat, eodem funiculo nectit: séque in prærealtiſſimum puteum, appendicem paruulum trahens, præcipitat. Quam mortem dominus eorum ægerrimè ſuſtinens, arreptum ſeruulum * eius, qui cauſam tanti ſceleris * luxuriæ ſuæ præſtiterat, nudum ac totum melle * perlitum, firmiter alligauit arbori ficulneæ: cuius in ipſo carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant, & vltrò citróque commeabant multiuga ſcaturigine. Quæ ſimul dulcem ac mellitum corporis nitorem perſentiſcunt, paruis quidem, ſed numeroſis & continuis morſiunculis penitùs inhærẽtes, per longi tẽporis cruciatũ ita, carnib. atq; ipſis viſceribus adeſis, homine conſumpto, mẽbra nudarunt, vt oſſa tamen viduata vulpis, nitore nimio candẽtia, funeſtæ cohærerẽt arbori.*

Digitized by Google

uiter adhibet:quorum nihil quidquam in Luciano reperias. *Familiæ tutelam.*]Signat ſeruum maiorem potentiorémque,quales in magnis domibus erant atrienſes: qualis eſt Plautinus Saurea atrienſis,in Aſinaria. Columellæ quoque nominabantur ſerui maiores,quaſi columina & columnæ domus. Lucilius: Columella hic ſitus Etrophantes. Vbi columella accipitur pro ſeruo honoratiore.hunc Lucilij verſum epigrammatibus ſuis intexuit aptè & decenter epigrammatarius poeta,in quo explicando fœdè & inſcitè lapſi ſunt commentatores.Quin etiam columen familiæ,Plauto,Terentio & cæteris,dicitur ſeruus maior,cui tutela familiæ permittitur.hic propriè villicus ſignificatur,qui familiam ruſticam habet ſub ſua tutela:quem dicit villicare,hoc eſt, officio villici colere poſſeſſionem. villicari enim eſt ruſticari,agrum colere,& villæ præeſſe.Pomponius:Longe ab vrbe villicari,quò herus rarenter venit:non villicari, ſed dominari mea eſt ſententia. Auſonius: Philon qui meis villicatus prædiis,vt ipſe vult,ἐπίλεγωμι. dicitur autem ἐπίλεγωμι, vt Auſonij verbum obiter explicem,procuratio & tutela ἐπίτροπος verò procurator.De officio villici Cato& Columella diligentiſſimè perſcribunt,ex quorum præcepto exercere debet ruſticam familiam, prouideréque ne algeat,ne eſuriat. idem Cato villicum & villicam epiſtatas eleganti vocabulo vocant,quaſi præfectos villiconis:villicationes quoque dicti in Apologia. *Famulitio.*} familia:villici enim & villicæ erant in numero ſeruorum.famulitium dicebatur, quod nunc ſeruitium.Apud Oſcos ſeruus famel nominabatur.vnde & familia vocata famulitium. in Floridis dicit, Frequens fămulitium,pro copioſa familia,& mancipiis. *Conſeruam coniugam.*} Præcipit Columella, villico coniugem copulandam eſſe, quæ cũ contineat,& in quibuſdã rebus adiuuet,ea nec iuuenis eſſe debet,nec fœdi habitus,nec rurſus pulcherrimi. nã fœditas villicæ faſtidioſũ, nimia ſpecies deſidioſũ faciet eius cõtubernalẽ. eadẽ à vino,ab eſcis,à ſuperſtitionibus, à ſõno,à viris remotiſſima ſit. Cato:Villica,inquit,ad cœnam ne quò eat,neue ambulatrix ſiet: mũda ſit,villã cõuerſã mũdámq; habeat,cibũ villico & familiæ curet:gallinas multas& oua vti habeat:nuces& poma,& alia quę cõdi ſolẽt,cõdita habeat.Coniugã accipe pro cõiugẽ.quaſi cõiugatã,copulatámq;.Pli.in 8.de aſpidib.loquẽs,ſic inquit: Cõiuga fermè vagãtur,nec niſi cũ cõpare vita eſt. *Extrariæ.*} nõ domeſticę.Extrarius ab extraneo ſic diſtinguitur: extrarius eſt,qui extra focũ & domũ ſit:extraneus,ex altera terra,quaſi exterraneus.Exterricineus verò is dicitur,qui ante tẽpus natus eſt:exterricineus, quòd eũ mater exterrita aluo eiecit. Extrarius canis à Suetonio

dictus,qui non esset ex eadem domo, nec intra canes domesticos educatus. Apuleius quoque in Apologia inquit:Præterea minabatur, si extrario nupsisset.vbi extrarius significatur, qui non sit domesticus, & ex eadem familia, etiam si sit ex eadem tribu & ciuitate. *Dolore pellicatus.*] Ita dicitur à pellice pellicatus, vt à concubina concubinatus: nomen est quarti ordinis. M. Tullius in secundo de Officiis;ab ea enim est ipsa prõpter pellicatus suspicionem interfectus. *Instricta.*] offensa,perculsa,perstricta.Alij legunt instincta,alij intricta pro extimulata,impulsa, exagitata: & sic legere malim,quam instricta. *Thori contumeliam.*] Martialis:Thori contumelia est pellex siue concubina.cuius rei maximè impatientes sunt vxores:& quidnis aliud in marito,quàm pellicem,æquioribus oculis aspicient.Verùm ex pellicatu excandescunt,irascuntur,ac vindictam parant.Caueant ergo,qui ordine sunt maritorum,hoc exemplo, ne quid vxor de pellice rescisca, ne amor vxorius vertatur in odium exitiale.vicariam sui melliti pabuli, suæque palæstræ veneriæ ferre fœmina nec potest,nec vult. *Infamulum nectu.*]Muliebre est,inquit Seneca,vitium in ira furere.& sanè ita est. Namque iracundia præcipites ferũtur in ferrum,in necem tam suam quàm suorum.Quod porrò crudelius dici aut fingi potest,quàm mater ob pellicatus suspicionem nec sibi parcens,nec filijs? Crimine quo parui cædem potuere mereri? Hæc affectio impotentissima docuit Medeam, natorum sanguine manus commaculare: hæc impulit Deianiram,vt Herculem,mox seipsam lecto daret. Longum faceremem, si enumerare vellem exempla fœminarum, quæ ob pellices furore vesanienti instinctæ, atrocia & dira facinora confecerunt. Cæterùm sicut istæ fœminæ culpandæ sunt, quæ liberos necarunt, & maritos ex pellicatus incentiuo: ita econtrario digna laude censetur Theoxena, quæ ausa dicere est, sua manu se filios interfecturam, potiusquam in potestatem Philippi Macedonum regis venirent. & verba re sanxit. Si quidem cum à regiis custodibus septa in mari teneretur, nec vllum patêret effugium, ad facinus ferox ex pietate reuoluta est. venenum enim diluens,ferrúmque promens: Mors, inquit, vna vindicta est. viæ ad mortem hæ sunt: Effugite superbiam regiam aut ferro, aut veneno. Itaque alij poculo, alij ferro absumpti, semianimes è naue præcipitantur. Ipsa deinde virum comitem mortis complexa,in mare sese deiecit. *Funiculo.*] Conditores historiam prodiderunt. Monymam reginam Mithridatis vxorem, in desperatione rerum profligatarum detractum è capite diadema collo circumligasse,séque suspendisse. & cum corporis pondere

Digitized by Google

dere laqueus ille diſruptus eſſet dixiſſe: Execrandum diadema, neque in tam triſti miniſterio mihi profuiſti. móxque cum ſuper illud humi abiectum inſputaſſet, eunucho regio iugulandam ſeſe obtuliſſe. *Appendicem.*] annexum, adiunctúmque. Appendix. & ἐπαναγεγραμμένα appendicula (vt aliubi quoque oſtendimus) dicitur, quod alij eſt adiunctum, quaſi ex alio pendens. M. Tullius ſcitè dixit corpus eſſe animi appendicem. *Arreptum cerualum.*] villicum maritum fœminæ laqueo ſtrangulatæ. *Luxuriæ*] Luxuries & libido ſerui amãtis extrariam fœminam, fuerat cauſa, vt vxor pellicatus impatiens, ſe & paruulum filium funiculo nexum præcipitaret in puteum. *Perlitum.*] lutoperſum, illitum. *Arbori ficulneæ.*] Vt à corylo colurnus, ab ilice iligneus, ſic à fico ficulneus deriuatur. hoc Seruius, hoc cæteri grammatici tradunt. Porphyrio quoque enarrans illud Horatianum, Olim truncus eram ficulnus: inquit, Attende nomen à fico deriuatum ficulnus, non vt vulgo ficulneus. Itaque ex hac Porphyrionis doctrina Lucius noſter non tam ſcitè quàm vulgariter locutus videri poteſt, qui ficulneæ dicere maluit quàm ficulnæ. Cæterum quamuis ficulnus rectius dici videatur quàm ficulneus, tamen apud ſcriptores priſcos in vſu quoque ficulneus eſt, & iligneus, & alia ſimilia: quorum auctoritas apud me pluris eſt, quàm grammaticorum prærancidæ obſeruationes. M. Cato, quo nihil antiquius: Fibulæ, inquit, vnde fiant aridæ, ligneæ, vlneæ, nuceæ, ficulneæ, fac vti in ſtercus aut in aquam coniiciantur. Conſimiliter populneam frondem dici à Columella leges, quam grammatici populnam dici tantum, pertinaciter contendunt. Multa ſunt alia huiuſcemodi indifferenter vſurpata à ſcriptoribus, poſthabitis moroſis illis interdum grammaticalibus præceptionibus. Apud eccleſiaſticos ficulnea vſurpatur nomine ſubſtãtiuo, pro arbore. Hieremias: Non ſunt ficus in ficulnea. Qui ergo dicet ficulnus, ſequetur regulam grammatices: qui ficulneus, fulcietur adminiculo auctoritatis, quæ pro ratione eſt. Demiror Sipontinum, virum alioqui impenſe doctum, tradentem, accidere id ignorantia Latinæ linguæ, quod aliqui ficulneam ſcribunt. Poſſem hoc in loco validiſſimè refellere repercuteréque hominis dictum, niſi mihi id conſilij iamprídem probaretur, parcendum eſſe caninæ facundiæ, neque aduerſus mortuos ſtilum eſſe ſtringendum. Igitur vt ad propoſitum reuertar, à fico ficitores dicti, qui colligunt ficos. Neuius: Ficitores omnes capiunt ficitatem. Vbi ficitatem accipe pro fructu fici, ſicut oliuitatem pro vindemia oliuarum. *Carioſo.*] putrido, vetuſtate ac putrilagine exeſo. caries enim vetuſtas dicitur, putrilago:

Digitized by Google

vnde carioſus. Afranius:Nemo illa viuit carie carioſior. Carioſi dentes à Plin.dicuntur,carie exeſi & foraminati. *Nidificia.*]nidi, nidulamenta conceptacula. *Burriebant.*]Lego bulliebant,pro eo quod eſt ſcaturiebant, feruebántque. *Commeabant.*] ibant,redibant. *Multiuga.*}multiplici & numeroſa. vna eſt dictio.ſic autem multiiuga dicimus,vt multicoloria & multiformia,& multitudine videlicet formatis dictionibus. *Nidorem.*} odorem: de nidore,ſuo diximus loco. *Adeſis.*]corroſis,abſumptiſque. *Scaturigine.*}eruptione,qualeſ ſunt aquarum ſcaturigines. *Morſiunculis.*]quàm puſilli ſint morſus tantuli animalis, nouerunt omnes qui formicas norunt. Plin.tamen ait, nullis animalium pro proportione vires eſſe maiores.gerunt enim onera maiora corporibus & ea gerunt morſu. iam in opere, qui labor, quæ ſedulitas? Indicis formicis magnitudo luporum eſt, de quibus Herodotus in tertio.Plaut. Morſiunculas dat amatoribus, quibus ex amoris affectu mordere ſe conſueuerunt, & infixo dente relinquere veſtigia ac notas.ait enim in Pſeudolo:Molles morſiunculæ,papillarum horridularum oppreſſiunculæ.Sicut autem itinere formicarum, ſilices qui præduri ſunt, attritos videmus:ita incredibile non eſt,hominem abſumptum fuiſſe morſibus formicarum,per longi temporis cruciatum. Sueton. refert draconẽ conſumptum eſſe à formicis,quem in oblectamentis habebat Tiberius. *Viduata pulpis.*}ſpoliata & exuta carnibus. *Nitore.*}ſplendore:detracta enim carne nitent oſſa. *Candentia.*}albicantia. *Paganos.*]ruſticanos,& pagi illius incolas.quo hæc ſunt factitata.

Ciuitatem populoſam.] Lucia. πολυάνθρωπον vocat, quam noſter Lucius populoſam dicit.verba Luciani hæc ſunt, ἐλθόντες εἰς πόλιν τῆς μακεδονίας βεριαν, μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον. id eſt, Venimus in ciuitatem Macedoniæ, nomine Beriam, magnam & populoſam. *Statuere.*] Græcè dicitur, id

*Hac quoq; deteſtabili deſerta manſione,paganos in ſummo luctu relinquẽtes,rurſum pergimus:diéq; toto campeſtres emenſi vias, ciuitatem quandam, populoſam & nobilem iam feßi peruenimus.*Ibi Larẽ ſedéſq; perpetuas paſtores illi ſtatuere decernunt:quòd & lõgè quæſturis firmæ latebræ viderentur, & annonæ copioſæ beata celebritas inuitabat.Triduo deniq; iumentorum refectis corporibus, quo*vẽdibiliores videremur,ad mercatũ producimur: magnâ que voce præconis pretia ſingulis nuntiantis equi, atque aly aſini, opulentis*

empto-

*emptorib. præstinantur. Ac me relictum solum, ac subsiciuum, cum fastidio pleriq; præteribãt. Iámq; tædio cõtrectationis eorum qui de dentibus *meis ætates cõputabant, manum cuiusdã fœtore sordentẽ, qui gingiuas identidẽ meas *putidis scalpebat digitis, mordicùs arreptã *pleniſſimè contriui. Quæres circunstantiũ ab emptione mea, vtpotè ferociſſimi, deterruit animos. Tunc præco *diſruptis faucibus, & rauca voce saucius, in meas fortunas ridiculos * instruebat iocos: Quẽ ad finẽ canterium istũ venui frustra subijciemus? & vetulũ, extritis vngulis debilem, & colore deformem, & inerti pigritiâ ferocem, nec quicquam amplius quàm ruderarium cribrum? *atque adeóque vel donemus eum cuipiam, si qui tamen fœnum suum perdere non grauatur. Ad istum modum præco ille cachinnos circunstantibus commouebat. Sed illa Fortuna meâ sæuiſſima, quam per tot regiones iam *fugiens effugere, vel præcedentibus malis placare non potui, rursum in me cæcos detorsit oculos, & emptorem aptiſſimum duris meis casibus mirè repertum obiecit. Scitote qualem. cinædum, & senem, cinædum, caluum quidem, * sed cincinnis semicanis & pendulis capillatum, vnũ de triuiali popularium fece, qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis personantes, Deámque Syriam circumferentes mendicare compellunt.*

est, *ἱδρύσεσθαι. Sedes perpetuas.*] Ad differentiam earum quæ temporariæ ſtatuuntur. *Firmæ latebræ.*] Videbatur hæc ciuitas præbitura eſſe latibulum firmum paſtoribus, cum longè abeſſet, ſi quis eos veſtigare vellet, & inquirere. *Annonæ copioſæ.*]Libenter homines manſionem & ſedem perpetuam in ea ciuitate conſtituunt, quæ frugum ferax eſt, & vtenſilia omnia copioſè ſuppeditat. *Iumentorum.*] Lucian. περὶ τῶν περὶ κτηνῶν, id eſt, venditio erat iumentorum. Græcè κτῆνος dicitur iumentum: vnde κτηνίατροι dicti medici iumentorum & pecorum, quos noſtri mulo medicos interpretantur: verbum exprimentes è verbo. Firmicus Maternus: Centauro oriente qui natus fuerit, aut auriga

erit,aut equorum nutritor, aut mulomedicus , aut equitiarius. Menda eſt in codicibus impreſſis , in quibus pro equitiarius legitur equitarius. equitium enim,vt ſuprà annotauimus, ſignificat gregem equorum. Vnde & equitiarius dictus, equitij magiſter, qui & equitio & armentarius nominatur. quem Maternus mulomedicum dixit, Columella, Varro,& cæteri veterinarium nominitant: vulgus vernacula lingua mareſchalchum vocat.à veterinis autem veterinarius inclinatur. ſunt autem veterina animalia omnia,quæ vehere quid poſſunt:de quibus apud omnes mentio,à Columella pecoris medicina dicitur veterinaria medicina , cuius prudens eſſe debet pecoris magiſter. Illud adde,ne quid ſciens prætream,ephorbedicos dici à Gallis,bonos equorum domitores: vnde vbi Ephorbediæ in nona Italiæ regione inditum nomen. *Refectis corporibus.*]Sic magones corpora venalium magonizant,vt ſint vendibiliores,& robur ac pulchritudinem inani ſagina mentiuntur. *Vocem præconis.*}miniſterium præconis vox eſt.in præcone vox magna,ſonora,clara exigitur.officium præconis eſt , voce ſub altiſſima prædicare ea quæ venui proponuntur Plaut. In eo ipſo aſtas lapide,vbi præco prædicat, Græcè dicitur κήρυξ. Lucianus, ὁ κήρυξ ἕστηκε ἐν ἀγορᾷ μέσος ἐκ τοῦ κηρύττειν, id eſt,præco vocalis ſtans in medio foro præconium faciebat. *Præſtimantur.*]emuntur. *Subſicium.*} Apud ſcriptores modò ſubſiciuum, modò ſubſicium ſcribi lego indifferenter , eodem ſignificatu & intellectu.nam ſubſiciua dicuntur, quæ ſubciſa ſunt,& quaſi ſubtracta,à ſubcidendo dicta. Subſiciuum verò, à ſubſecando inclinari videtur. Plin. Gellius,M. Tul. ſubſiciua tẽpora eleganter appellant,quaſi ſubtracta,ſubducta , ſubſectáque negociis rebúſque neceſſariis: quæ vulgo furto ſubrepta dicuntur hic ſubſiciuum accipe pro reliquum,& ſuperuacaneum,quaſi ſubſectum ex reliquo grege diuendito. ſicut in 11. quoque dixit:Quid ſubſiciuum,quamuis iteratæ iam traditioni remanſiſſet. Lucianus dixit ὕστατον καὶ ἀποκλειόμενον. Lucius noſter,relictum ſolum & ſubſiciuum. In 12. commentarij Suetonij noſtrum ſuper hoc verbo extat annotamentum. Illud adde, apud Nonium Marcellum legi vulgo ſubſiuum: cum legendum (mea quidẽ ſententia)ſit ſubſiciuum,quod ſignificare ait ſequens,ſuccedaneum,ſuccedens, tanquam à ſuceedendo inclinatum. *Be dentibus ætates computabant.*}ætas veterinorum (vt Plin.verbis vtar) dentibus indicatur. equus amittit 30. menſe primores vtrinque binos : ſequenti anno totidem proximos: quinto anno incipiente binos amittit, qui ſexto anno renaſcuntur: ſeptimo omneis habet , & renatos , & immutabiles: nec poſtea

quæ

quot annorum (vt inquit Columella) manifesto comprehendi possit. Asinorum genus 30. mense similiter amittit, deinde senis mensibus: quòd si non prius pepererint, quàm decidant postremi, sterilitas certa, absumpta hac obseruatione. senectus in equis & cæteris veterinis intelligitur dentium broncitate, hoc est, prominentia: & superciliorum canicie, & cum tempora lacunis incipiunt cauari. Lucian. τὰ στόματα ἀνοίγοντες, καὶ τὴν ἡλικίαν ἐκ τῶν ὀδόντων ἐσκόπουν ἕκαστον. id est, ora aperientes ætatem singulorum ex dentibus inspiciebant. *Computabant.*} Computatores Græco vocabulo psephoptetas vocant: qua dictione & nostri vtuntur. Maternus ait, Mercurium facere psephoptetas. *Fœtore sordantem.*] Lucian. simplicius & breuius hæc tradit, quæ noster festiuius intextúque ridiculorum enarrat. vt nunc venditione asini festiuiter tempestiuitérque inseruit fabellam de eo, cuius manum fœtentem mordicus contriuit, dum eam inserta intra gingiuas, & ita curiosius asini explorat ætatem. Talia identidem fieri videmus ab his qui equos & veterina mercantur. *Identidem.*]frequenter. *Disruptis faucibus.*} Distrumpi fauces dicuntur in præcone, ex boatu nimio, & dum nimis exerta voce proclamat. *Quem ad finem.*} Hi sunt ioci ridiculi præconis, quibus illudebat asino inuendibili. *Canterium.*] Nomen est probri & vilitatis, ἀκύρως tamen, impropriè: canterius enim propriè dicitur equus castratus, non autem asinus. tales autem deteriorésque esse, nemo ambigit. ob hoc inquit Plaut. Ego faxim mulli precio, qui superant equos, sient viliores gallicis canteriis. Apud Victruuium canterij sunt trabes in structuris ædificiorum, qui hodieque vulgo ita nuncupantur. Rustici quoque canterium vocant vineę genus, quæ simplici iugo constat, ordine porrecto. Talis vino melior esse fertur, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoque sole coquitur. De canterio equo prouerbium est vetus: Redeo, inquit Galba, canterio: quod dicitur de his, qui in principio rei alicuius inchoatæ deficiunt. nam Sulpitius Galba cum in prouinciam exiens, ad portam ipsam canterium suum animaduerteret cecidisse: Rideo, inquit, canterie te iam lassum esse, cum tam longum iter iturus vix id sis ingressus. *Vt emui.*} venditioni. *Extritis vngulis.*]Ex imitatione Plauti, sic scribentis in Asinaria: Nempe eos asinos prædicas vetulos & claudos, quibus subtritæ ad fœmina iam erant vngulæ. *Dolore.*] Minutulus error, qui emendari potest vnius literæ immutatione, vt pro dolore legas colore deformem. color enim maximè spectari solet in venalibus iumentis, ita vt honestate coloris sæpe precioſiora fiant: sicut

econtrario,ex coloris malitia repudiantur. Virg. in descriptione equorum, illud celebratissimum prodidit : Honesti Spadices, glaucique color deterrimus albis, Et giluo. *Ruderarium criorum.*] Nihil prorsus contemptibilius,abiectius, despectius in asino dici potuit,quàm vt ruderarium cribrum diceretur : quo dicto significatur asinus nulli rei prorsus vtilis,nisi vt ex eius corio fiat cribrum non frumentarium,sed ruderarium:quasi dicat, stercorarium,ad rudera scilicet expurganda accommodatum:quo nihil esse potest vilius.est enim rudus, stercus quod raditur. Rudera quoque dicuntur purgamenta & quisquiliæ cementicij & lateri cij parietis vetusti& diruti.Palladius interpretatur saxa contusa, quibus pauimenta statuminantur,hoc est solidantur: quod & Vitruuius refert. De rudere nouo & vetusto scripsi copiose in commentariis Suetonij.Rudetum appellat Cato, locum ruderis plenum:qui à Plin. rudeatus dicitur. Inde fit verbum elegans, Eruderare,quod est expurgare,defecare,emaculare.Sidon.Apollinaris: Aures vitosa susurronum fece completas eruderat. *Fœnum per.*] Qui pascit asinum inutilem, nullique rei prorsus bonum,operam(vt dicitur)perdit,& impensam,facítque iacturam pabuli quo alitur. Cato præcipit, boues vetulos, oues reiiculas,armenta reiicula,esse vendenda.Seruum quoque senem, inquit, vendat paterfamiliàs. Adeò nihil inutile pascendum esse censet,propè inclementer. Reiicula autem dicuntur animalia, quæ ob ætatem vel morbum perinde ac inutilia reiiciuntur. *Non potuit.*] Lege potui,vt sit prima persona:de se enim loquens inquit, Ego fortunam nec effugere potui, nec placare. *Cæcos oculos.*] Cæca & exoculata fingitur fortuna, vt antè dictum est: oculos tamen illos non videntes ait detorsisse in semetipsum, tanquam in materiam calamitatis, quem pertinaciter velit insectari. *Scitote qualem cinædum.*] Lucian. *κίναδος γὰρ ἦν γέρων ἰῶ*: Cinædus,inquit,erat & senex. *Cincinnos fem.*]capillis ex parte canescentibus.cincinnos autem dici capillos,sat notum : vnde cincinnatorum Romæ familia,cuius insigne erat crinis. Inde cincinnati pro capillatis,crispulis,comatis dicti. M. Varro cincinnum signat esse intortum capillum, sic scribens in Re rustica: Is est coliculus viteus intortus, vt cincinnus. Græco vocabulo *βόστρυξ καὶ βόστρυχος* dicitur capillus & cæsaries. Hoc ideo apposui,vt transeunter mendum tollerem ex codicibus Firmici Materni,in quibus sic legitur volumine 3.Matheseos: Venus crispos crinium facit bostritis comatos.Tu verò corrige, Bostrichis comatos, id est capillis muliebribus cæsariatos. Item in 7. vbi de

sidere

ſidere Pleiadum fit mentio, legitur: Quorum inflexi crines torquentur ſemper in luſtris hos vt frequenter appoſitis. ego emendo, in boſtrichis appoſitis, vt ſit ſenſus venuſtus, ab his qui nati ſunt orientibus pleiadibus, crines torqueri inflectique appoſitis frequenter boſtrichis: hoc eſt capillitio muliebri & alienis crinibus annexis, vt ita adultera coma fictam pulchritudinem mentiatur. Mentio luſtrorum hoc in loco intempeſtiua eſt, ab intellectu ſcriptoris aliena. *Vnum de'fece.*] Ex Lucian. τούτων εἷς ἦν τῶν συρίδων εἰς τὰς κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς περιιόντων, καὶ τὴν θεὸν ἀναγκαζόντων. Erat, inquit, vnus ex his qui deam Syriam per caſtella & agros circunferentes, cogunt eam mendicare. Fecem triuialem accipe pro ſordida plebecula, & feculentis ac vulgaribus hominibus. Triuialia dicuntur protrita, inuulgata, promiſcua, & ob hoc vilia, ac triuiorum vſu celebrata. *Crotalis perſo.*] Crotala inſtrumenta ſunt ſonora & crepitantia, à pulſatione dicta, orbiculis æneis ſonum colliſione reddentibus. Græci κρόταλα dicunt plauſum ac ſtrepitum, & κροτέω plaudo, κροτάλιζω ſtrepo: inde crotalorum nomen in carmine Ouid. Cimbala cum crotalis prurigis arma Priapi. in Idyllio Maro. Criſpum ſub crotalo docta mouere latus. Plin. in 9. docet crotalia appellari margaritas quaſdam reſonantes, quarum ſono colliſuque gaudebant. Apud Græcos crotalum quoque ſignificat calamum diuiſum, præparatumque ad muſicum modulatum. Crotalos verò maſculino genere dicitur homo ſonora voce pronuncians, hoc eſt (vt Græci dicunt) ἀλαλητὴς καὶ ὄχλος. *Deam Sy.*] Extat Luciani libellus qui inſcribitur περὶ τῆς συρίης θεοῦ, id eſt, de dea Syria: quo feſtiuus ſcriptor tradit, ſe vidiſſe in Syria ſtatuam in templo deæ multiformem, quæ quidem eſſet Iuno: haberet tamen aliquid Palladis, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Dianæ, & Nemeſios, & Parçarum: quæ altera manu tenebat ſceptrum, altera fuſum: in capite radios ferebat, ignem, ceſton. longáque oratione demonſtrat, deam Syriam eſſe numen vnum, quod multiiugis nominib. orbis veneretur. Cuius ſacerdotes crotala pulſabant, cui Galli ſacrificantes ſecabant brachia: multi tympana percutiebant, alij diuina cantica concinebant. furor aũt multos corripit, qui gladio ſecant veſtimenta per vrbem diſcurrentes. ſacrificant autem huic deæ boues maſculos & vaccas, nec non capras & oues. Porci verò tanquam impuri ominabiléſque, neq; immolantur, neq; aluntur. radunt capita & ſupercilia. In ſacris deæ quibuſdam iuncturas manuum & ceruices ſtigmatibus notant: inde Aſſyrij omnes ſtigmatici viſuntur. hinc Lucius noſter de dea Syria, deæque ſacerdotibus plurima tranſtulit com-

Digitized by Google

modiſſimè,tranſpoſuítque ex Luciano,quo in primis archetypo vſus eſt, Lucianus autem modò ſe Patrenſem , modò Aſſyrium eſſe dicit tanquam natus hinc oriundus illinc fuerit. vt illud Luianum:Nati Carthagine,oriundi Syracuſis. Suidas refert Lucianum fuiſſe Samoſatenum,ex Syria ſcilicet ciuitate: aítque,eũ cognominatum Ελλόφωνον ἢ ὑφωνον ἢ ἄθεον: quia de diis non bene credidit,& ridicula perſcripſit. Floruit autem ſub Traiano, haud ſanè multo maior natu quàm Lucius noſter.Hoc tranſeunter libuit intexere,quia nonnulli falſo crediderunt Lucianum & Apuleium ex Luciano aſinum aureum tranſcripſiſſe.De hac autem dea Syria ſparſim inſerentur annotamenta , prout variis locis occurret occaſio.ſunt enim talia magis digerenda,quàm inconditè aceruanda : ſiquidem diſpoſita delectant, confuſa perturbant.

*Is nimio præſtinandi ſtudio præconem rogat , cuiatis eſſem? At ille*Cappadocium me & ſatis forticulum denũtiat.Rurſum requirit annos ætatis meæ. Sed præco laſciuiens: Al athematicus quidam,qui ſtellas eius diſpoſuit,quintum ei numerauit annum : ſed ipſe ſcilicet melius iſtud de *ſuis nouit profeſſionibus.Quanquam enim prudens crimen Corneliæ legis incurram,ſi ciuem Romanum pro ſeruo tibi vendidero: quin emis bonum & frugi mancipium, quod te & foris & domi poterit iuuare? Sed exinde odioſus emptor aliud de alio non deſinit quærere:denique de manſuetudine etiammea perconctatur anxiè.At præco: Veruecem,inquit,non aſinum vides,ad vſum omnem quietũ, non mordacem , nec calcitronem quidem, *ſed prorſus vt aſini corio modeſtum hominem * inhabitare credas. Quæres cognitu non ardua. nam ſi faciem tuam medys eius fœminibus immiſe-*

Cuiatis eſſem.] cuius patriæ gentis,nationis.Cuias dicitur,& cuiatis, communi genere. pronomen eſt gentem ſignificans , vt docent grammatici,& annotaui in ſ. commentario Tuſculanarum.In aſinis patria ſpectatur. Generoſi ſunt in Peloponeſo , Arcadici , in Italia Theatini,ex quorum ſeminio optimi progenerantur:auctores Varro & Plin. **Cappadocium me.**] Qui mancipiavendũt, nationem cuiuſque in venditione pronunciare debent:vt inquit Vlpian. Plerunque

*miſerit, facilè * percontaberis, quàm grandem tibi demonſtret patientiam. Sic præco lurconem tractabat dicaculè.*

enim natio ſerui aut prouocat, aut deterret emptorem. Iccirco interest noſtra ſcire nationem: præſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, qui nationis ſunt non infamatæ: quoſdam malos videri, quia ea natione ſunt quæ magis infamis eſt. nunc itaque præco ex hac doctrina nationem pronunciat venalis aſini, tanquam mancipij: eumque eſſe ait Cappadocem, tanquam nationis probatæ. nãque ex Cappadocia regione Aſiatica ſerui viles & boni venales deportabantur, quos Cappadocas poetæ concinentes appellitant, Perſius, Martialis, & Papinius. Ad hunc intellectum referendus eſt verſus ille Horatianus: Eget æris Cappadocum rex. vbi rex Cappadocum ſignificatur, non rex Cappadociæ (vt ego ſentio) ſed dominus fabuloſus, habénſque Cappadocum, id eſt mancipiorum legiones in famulicio. Cappadocia bifariam diuiſa eſt, in maiorem Cappadociam, & alteram quam Pontum nominauerunt. Strabo in 12. Cappadociam dicit fuiſſe diuiſam in decem ſtrategeas, hoc eſt præfecturas. Olim Romani conceſſere libertatem Cappadocibus ob amicitiam, quam illi recuſauerunt, dicentes ſe eam ferre non poſſe: orarúntque, vt ſibi rex daretur. Tunc Romani admirati, quòd inuenirentur qui libertatem recuſarent, permiſere vt quem vellent regem eligerent. illi Ariobarzanem elegerunt Cùm igitur ex Cappadocia boni ſerui viuerent, ad id alludens, aſinum ſcitè, feſtiuitérque Cappadociũ eſſe pronunciat, tanquam generoſum. Dum hæc conderem, ſubit memoria rei vulgaris quidem & quotidianæ, attamen notabilis. etenim vulgò quotidie, volentes quamlibet rem excellentem denotare, eam Cappadocam appellant tam viri quàm fœminæ, tam pueri quàm ſenes. ſic faba prægrandis & eximia dicitur Cappadocia, ſic egregie improbus dicitur eſſe ex Cappadocia: ſic de aliis propè infinitis dicitur, Cappadox eſt. Nimirum debet ſubeſſe ratio aliqua in tanta vulgi nominatione, quàm ego coniectatoriè coniecto fluxiſſe ex hac appellatione ſeruili. nam cum ſeruum bonum, frugi, & præter cæteros aptiorem in venditione vellent oſtendere; Cappadocem eum, & ex Cappadocia eſſe pronunciabant, tanquam ex natione minus infamata, & ex qua mancipia omnium præſtantiſſima optimæque venui ſubiiciebantur. Res interdum protritas & in vſu vulgi promiſcuas mecum muſſitans, ad doctrinam moréſque priſcorum pro virili parte reuocare contendo: vt videantur municipes mei non pa-

Digitized by Google

rum multa retinere doctæ antiquitatis vocabula, atque adumbrata vestigia: super quo aliubi plura. Illud adde dignum annotatu, quod apud Græcos dicitur τρία κάππα κάκιστα, id est, Tria CCC pessima: videlicet, Cappadocia, Creta, Cicilia: tanquam homines indidem prouenientes sint pessimi mortalium. dicitur ab eisdem Græcis, monstrum siue portentum Cappadocion. Diuus Augustin. in lib. de Grammatica, illud τρεὶς κάππα κάκιστα, id est, tria cappa pessima, autumat dici de tribus Corneliis: videlicet Cornelio Sulla, Cornelio Cinna, Cornelio Lentulo, qui pessimi pernicioſiſſimique extitere. *Mathematicus.*] peritus scientiæ sideralis, & matheseos professor: qui & genethliaci, & Chaldæi & planetarij nominantur: de quibus apud Suetonium copiosius. *Cornelię legis.* } Cornelius Sylla dictator leges tulit ab ipsius nomine Cornelias nuncupatas. M. Tul. in prima Philippica: Quære acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur. quære Syllæ, Corneliæ. Apud Iurisconsultos mentio est de legibus Corneliis, Tit. ad legem Corneliam de falsis: item ad legem Corneliam de sicariis & veneficis, & aliis pluribus in locis. Erat in lege Cornelia caput, quo pœna sanciebatur in illum qui liberum hominem pro seruo vendidisset, ísque pœna ipsius legis Corneliæ tenebatur. in libris Iurisconsultorum non extat hæc quidem lex Cornelia, sed per alias leges interdicitur, ne quis liberum pro seruo vendat. Nunc itaque veluti asinus sit mancipium & homo venalis, festiuiter ludens meminit Corneliæ legis. Corrigendus est error in hoc loco multorum, qui legentes apud Quint. & alios, citari testimonia M. T. pro Cornelio, intelligunt orationem pro Cornelio Balbo: cum intelligenda sit oratio pro Cornelio de maiestate, qui in tribunatu, pro rostris, pro concione, codicem in quo lex erat præscripta, ipse recitauit: quod ante Cornelium nemo tribunus fecisse æstimabatur. & iccirco accusatus, tanquam maiestatem tribuniciam imminuisset: quem Cicero defendit, egítque pro Cornelio quatriduo: qua in causa fulgentibus armis præliatus esse proditur, consequutus dicendo vt populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur. *Quin.*] Hortatiuum est. *Bonum & frugi.*] Verbis hisce vtebatur venaliciarius, id est venditor in venditione seruorum: & propria laus est, vt frugi dicatur, id est vtilis, necessarius. Horat. in sermonibus: Dauúſne? ita Dauus, amicum Mancipium domino & frugi. Plau. Ita seruum par videtur frugi sese instituere. frequens est locutio apud auctores, Bonæ frugi seruus. *Percontatur anxiè.* } Ex more scilicet emptorum, qui in emendo rem venalem curiosius contemplantur, cauentes

ne à

ne à venditore circunueniantur. Anxitudinem dixerunt veteres pro angore,ſicut albitudinem pro albore,candoréve. *Veruecẽ vides.* Id eſt,manſuetum,mitem,quietum inſtar veruecis,& veruecina placiditate præditum. In proximo volumine dixit,quouis veruece mitiorem efficere. *Nec calcitro.*]In edicto edilitio ſcriptum ſic fuit, Equus mordax ac calcitroſus, vitioſus,non morboſus eſt.Calcitrones autem dicuntur, qui infeſtant calcibus, & calcitrandi vitio ſunt obnoxij.quod non ſolũ de brutis animantibus,ſed etiam de hominibus dici , teſtis eſt Plautus in Aſinaria his verbis:Ita hæc morata eſt ianua , extemplo ianitorẽ clamat, procul ſi quem videt ire ad calcitronem. *Feminibus.*]femoribus & coxis.Signatè locutus:nam femina propriè ſunt partes femorum interiores.quod docet Plinius,ſic ſcribens in 28.Femina arteri aduríque equitatu notum eſt. *Lurconem.*]Nomine probroſo contumelioſóque lurconem dixit:lurcones autem dicuntur edaces,voratores,manducones,à lurcando nuncupati. lurcare enim eſt,cum auiditate cibum ſumere. Pomponius: Lardum lurcabat lubens.Celebratus eſt ille verſus Lucilianus:Viuite lurcones,comedones,viuite ventres,Vbi ventres(ſi credimus Donato)poſuit pro paraſitis edacibus, quorum deus venter eſt. Sunt tamen qui hoc loco malint lucronem legere , quaſi lucro nimis inhiantem dicas. *Dicacule.*] facetè, ſalſe, mordaciter. Dicacitas(auctore Quintiliano) à dicendo ducta eſt, propriè ſignificans ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem. ideo Demoſthenem vrbanum fuiſſe dicunt,dicacem negant , itidem à dicendo dicteria nominata.Sunt autem dicteria,ioci & cauillationes:Græci ſcommata & lœdorias vocant,de quibus ſuo loco plura.

Sed ille cognito cauillatu, ſimilis indignanti: At te,inquit,cadauer ſurdũ & mutũ,deliriúmq; præconẽ,omnipotens & omniparens Dea Syria,& ſanctus Sabadius,& Bellona, & mater Idæa, cũ ſuo Adone Venus domina,cæcum reddãt, qui ſcurrilibus iamdudum cõtra me velitaris iocis.An me putas,inepte,iumẽto fero poſſe Deam cõmittere,vt turbatum repẽtè diuinũ deiciat ſimulachrũ? egóq; miſer cogar crinib. ſolutis diſcur-

Cauillatu.] cauillatione, irriſione. *At te,inquit.*] Imprecatio dira in præconem,qua imprecatur , vt ira deorum & vltione obſurdeſcat , obmuteſcat, excæcetur. *Omnipotens dea Syria.*] Philoſophi tradunt , & memoratAuguſt. in 12. de ciuitate

Dei, vnum esse Deum, & vnam deam: quæ numina varijs nominibus nuncupantur. sic Sol, Apollo, Liber, Hercules, Mars, Mercurius, aliis quoque prope infinitis nominibus colitur. sic Iuno dicitur dea, Tellus, & mater magna. & Ceres, Diana, luna, Proserpina dicitur eadem dea Syrię. Vt autem magistra lectione compertum habemus, deæ Syriæ, & deæ Cybeles, quam & magnam matrem dicunt, sacra sunt consimilia, cum vna sit dea. nam sicut Cybeleij Galli amputant sibi virilia, sic & deæ Syriæ semiuiri cymædi. sicut illi fanatici secant mẽbra, & insana iactatione discurrunt: ita sacerdotes deæ Syriæ profecant musculos gladiis, lancinant membra flagris, & afflata furoris bacchabundi vaticinantur. Ex hoc profectu & verberatione cum membra tumescant Syriacorum sacerdotum, ob id dixisse videtur Martialis, Iuro per Syrios tibi tumores.

*rere: & Deæ meæ humi iacenti aliquem medicum quærere? Accepto tali sermone, cogitabam subitò velut lymphaticus exilire, vt me ferocitate cernens exasperatum, emptionem desineret. Sed præuenit cogitatum meum emptor anxius, pretio depenso statim. quod quidem gaudens dominus, scilicet tædio mei, facile suscepit, septemdecim denariũm: & illicò me tumida spartea deligatum tradidit Philebo. hoc enim nomine censebatur iam meus dominus. At ille susceptũ nouitium famulum trahebat ad domũ, statimque *illic de primo limine proclamat: Puellæ, seruum vobis pulchellum en ecce *mercato perduxi. Sed illæ puellæ, chorus erat cinædorum. quæ statim exultantes in gaudium, fracta, rauca, & effœminata voce clamores absonos intollunt: *rati scilicet verè quempiam hominem seruulum ministerio suo paratum. Sed postquàm non ceruam pro virgine, sed asinum pro homine succidaneum videre, nare detorta, magistrum suum variè cauillantur. non enim seruum sed maritum illum scilicet sibi perduxisse. Et heus, aiunt, caue ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum: sed nobis quoque tuis palumbulis, nonnunquam impertias. Hæc & huiusmodi mutuò blatterantes, præsepio me proximum deligant.*

Ex hoc profectu & verberatione cum membra tumescant Syriacorum sacerdotum, ob id dixisse videtur Martialis, Iuro per Syrios tibi tumores.

Omnino,

Omnino, communia & ferè eadem numina esse produntur Cybele & dea Syria: & (vt inquit Augustinus) non tam sunt multæ deæ, quæ multa vnius nomina. igitur quæ cognomina conueniunt Cybelæ, eadem deæ Syriæ decenter apponuntur. Cybele omni parens cognominatur, quod Telluris epitheton est: nam eandem & Tellurem & Magnam parentem esse volunt. consimiliter dea Syria nominatur omnipotens, omniparénsque, quasi omnium parens, omnia gignens. compluscula alia sunt consimilia atque germana: quæ prout occurrent, suo loco dicentur. *Sanctus Sabadius.*] Eundem haberi Solem atque Liberum accepimus, quem Sabadium nuncupant: magnifica religione in Thracia celebrant, vt Alexander scribit: eique deo in colle ædes dicata est specie rotunda, cuius medium interpatet tectum: rotunditas ædis monstrat huiusce sideris speciem, summóque tecto lumen admittitur, vt appareat solem cuncta vertice summo lustrare lucis immissa, & quia eo vniuersa patescunt. igitur cum dea Syria sit luna, & cætera numina fœminea complectatur: meritò illi iungitur Sabadius, qui est Sol & Liber pater, bretinérque omnia masculina numina complectitur. Addamus hoc in loco & illud tanquam auctarium, quòd numina quædam antiqui coluerunt vtriusque sexus particulatione pollentia: quos deos Arsenothelys appellant, quasi dicas masculos & fœminas: quo nomine quædam quoque animalia ab Aristotele nominantur, semet ineuntia. Sabadij dei meminit M. Tullius in libris Legum, eumque vt peregrinum eiectum à ciuitate Atticâ tum tradit: etsi mendosè Sabeius pro Sabadius scriptum legitur. in monumentis Græcorum, maximéque apud Suidam, comperio Sabazium dici deum Dionysium, hoc est Bacchum, Σαβάζειν. ita enim barbari dicunt bacchari. *Bellona.*] dea belli, de qua Virg. in 8. Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello, soror Martis, & vxor. nam (vt inquit Augustin. in sexto) matrimonia sororum iungimus, & fratrum: Bellonam Marti collocamus, Vulcano Venerem, Neptuno Salaciam, Bellona dicta (vt grammatici deriuant) quasi bello nata: alio quoque nomine Enyo à poetis nominatur. *Idæa.*] Cybele, ab Ida monte Phrygiæ & Cretæ sortita nomen: vtrobique enim cerimoniæ Cybeles in magna erant veneratione. Hospes numinis Idæi dicitur à satyrographo Scipio Nasica, qui simulachrum Cybeles hospitio domestico accepit. *Cum suo Adone.*] Hoc iungendum est inferioribus, vt ita iunctim legas: Cum suo Adone Venus domina. nam sicut Atis iungitur Cybelæ, ita Veneri copulatur Adonis: de quo suprà dictum est. ab apro tradũt interemptum Ado-

nim,id ad ſolem referentes. in Ezechiele ſcriptum eſt: Et ecce ibi mulieres ſedebant lugẽtes Adonidem.vbi intelligi vult, fuiſſe idololatriã celebratam in honorẽ Adonidis. Scribit Ammianus Marcellinus in 22. hiſtoriarum, Adonia fuiſſe feſtiuitatem Adoni dedicatam.verba Marcellini hæc ſunt: Euenerat iiſdem diebus annuo curſu completo,Adonia ritu veteri celebrari amato Veneris(vt fabulæ fingunt)apri dente ferali deleto:quod in adulto flore ſectum eſt indicium frugum.De Adonide qui colebatur in Syria,fabulatur Lucian.in libro de dea Syria. *Scurrilibus.*] ridiculis,& mordacibus.à ſcurra,ſcurrilis deriuatur. Quintil.in 6. ſcurrilem dicacitatem oratori alieniſſimam eſſe tradit.Conſimiliter M. Tul.ſcurrilem iocum improbat, perinde ac inde eorum oratori & viro graui. *Velitaris.*]Velitari eſt,probra vltro citróq; obiectare.velitatio quoque dicitur probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ: de hoc ſuprà ſcripſi. Velitatim aduerbium eſt,vt ſalutatim,quo vſus eſt Siſenna. *Fero.*] aſino feritatis indomitæ, ferinæque naturæ. *Sumulachrum.*] ſtatuam deæ Syriæ. *Medicum.*]Feſtiuiter dictum de medico ſtatuæ fractæ parando. *Lymphaticus.*] furibundus, fanaticus,bacchabundus. Græci νυμφόλυπτον vocant.lymphare eſt,in furorem commouere. Val. Flaccus:Totàm lymphauerat vrbem,Statius: It lymphante deo. Scatent poetæ hac locutione. *Emptionem deſi.*] omitteret,& ab emptione deſiſteret: locutio elegans, & apud eruditos frequens.M.Tul. Libenter mehercule artem deſiuerem, tecumque & cum ſimilibus noſtri viuerem. Paſſiuè dixit A. Gellius, Diſciplina tibiis canendi deſita eſt.Idem vocabula deſita vocant,quæ deſierunt eſſe in vſu,& exoluerunt. *Precio depenſo*] Depenſum accipe pro ſoluto: verbum ductum ex ritu priſcorum,apud quos aſſes librales appendebantur, inde expenſa in rationibus & impenſa dicuntur.ab eodem ære impendendo diſpenſatores, & penſiones: inde diſpendium quoque pro damno, quod in diſpendendo ſolet minus fieri: hinc etiam compendia & impendia nominantur. M. Varro & Plin. auctores. *Tædio mei.*] Signat ſe minimo precio fuiſſe diuenditum, cum dominus aſini vel tantula mercedula accepta gauderet abalienare aſinum faſtiditum, cuius tædio iampridem afficiebatur. *Septendecim denarum.*] Pro denariorum: ſic enim veteres loquuntur. Sic mille denarium, mille nummum, pro denariorum & nummorum dicebant: etiam duo millia denaria: auctor M. Varro in libris de analogia. Lucian. ait aſinum fuiſſe huic cynædo venditum τριάκοντα δραχμῶν, id eſt triginta drachmis. Mina autem ſiue libra habet dracmas 75. *Philebo.*]

Græcè

Græcè dicitur, φίλιβος, οὗτο γὰρ εἶχεν ὄνομα ὁ ἀγοραστής μου. Philebus: hoc enim nomen habebat meus emptor. *Tumida parte deligatum.*] Eam partem in asino signat, quæ tumore turgida circa collum iumentorum propter vincula tractoria esse solet. Codex manuscriptus habet tumida spartea. quæ lectio purior est, & probior. vbi spartea ponitur pro helcio & vinculo ad trahendum accommodato, dicta à sparto ex quo conficitur. Spartum autem herba hiberica est, siue iuncus, quo sutiles naues suebantur: à cuius copia Carthago noua in Hispania spartaria cognominatur. hinc sportæ, quasi sparteæ dictæ. de Sparto plura Plin. in 19 idem in 24. dubitat, an genista, quæ præstat vsum vitilium, sit spartum. Græci ad funes sparto vsi sunt, vnde spartea pro fune & vinculo. Tumida autem dixit, à crassitudine funis & vinculi spartei. *Nouitium famulum.*] Asinum intellige. *Puellæ.*] Festiuiter & meritò puellas appellat effœminatos euiratósque cynædos, qui in sexum penè muliebrem erant reformati, citra omnem virilitatem, quos tædebat quòd nati essent masculi. sic Catullus Atym: sic Gallos Cybeleios, qui genitalia mutilabant, fœminino genere decenter appellat Lucian. ὦ κορίσια, δοῦλον ὑμῖν ἀγόρασα καλὸν καὶ μέγαν καὶ προγάστορα τὸν βοῦν. id est, ô puellæ, seruum nobis emi pulchrum & vberem, & natione Cappadocem. Vbi annotandum, à Luciano quoque commendari asinum Cappadocem, tanquam ex regione præcellenti, vt dudum à nobis explicatum est. Interpres Luciani quid sibi voluerit, hoc in loco, non dispicio, qui illud ὦ κορίσια interpretatur coralia, insciti ssimè ineptissimèque: cum apud Græcos dictione vsitatissima τὸ κορίσιον puella dicatur: & Lucius noster ὦ κορίσια scitissimè expresserit dicens, ô puellæ. *Illæ puellæ.*] Ex Luciano ad verbum: ἦσαν δὲ τὰ κορίσια τοῦ τε ὄχλου κυναίδων συνεργάται τοῦ φιλίβου. id est, Erant illæ puellæ turba cynædorum, Philebi cooperatorum. *Intollunt.*] tollunt, sustollunt clamores insuaues & absurdos. Interdum absonus dicitur sine sono, vt tradit Nonius. *Rati.*] opinantes. *Ministerio suo.*] Obscœnum ministerium intelligi vult. quo scilicet cynædi & pathici coluntur à subactore. *Non ceruam pro virgine.*] Alludit ad fabulam Iphigeniæ, quæ talis est. Cum Græci in expeditionem Troianam profiscentes in Aulidem venissent, Agamemnon ceruam Dianæ ignarus occidit. vnde irata dea, flatus ventorum remouit, & in vndis violentior commota est tẽpestas. quamobrem cum nauigare non possent, & pestilentiam sustinerent, oracula consulta dixerunt, Agamemnonio sanguine Dianam esse placandam, & (vt Ouidius narrat) Calchas vates eecinit, Sãguine virgineo placãdã

virginis iam Esse deo. Ergo cum ab Vlysse per nuptiarum simulationem abducta Iphigenia in eo esset vt immolaretur, & ante aram consisteret, numinis miseratione sublata est, ceruáque supposita: ipsa verò translata ad Tauricam regionem, regi Toanti tradita, sacerdos Dianæ facta est. Lucian. verò & Virg. citra mentionem ceruæ suppositæ prodiderunt, cæsam esse Iphigeniam & eius sanguine ventos tempestatémque placatam. Lucret. Iphianassam vocat, sic scribens: Iphianassæo turparunt sanguine fœdè Ductores Danaûm, Ouid. Mart. & cæteri, pro virgine suppositam ceruam crediderunt. Notum est Nasonis carmen, Supposita fertur mutasse Mycænida cerua. *Succedaneum*] suppositum, subditum, vicarium: vocabulum est ex Plautino fonte deriuatum. in Epidico enim scriptum est: Me piacularem oportet fieri ob stulticiam tuam, vt meum tergum stulticiæ tuæ subdas succidaneum. Quæri autem solet à studiosis, quid significet, & quænam apud antiquos forent hostię succidaneæ. Est autem succidaneus, qui succedit in alienum locum, quasi vicarius suppositúsque, à succedo dictus. Succidaneæ hostiæ (vt docet A. Gell.) quasi succedaneæ appellatæ sunt: quoniam si primis hostiis litatum non erat, aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur, quæ priotibus quasi cæsis luendi piaculi gratia subdebantur & succedebant. ob id succedaneæ, à succedendo nominatæ. Eadem ratione verbi præcidaneæ quoque hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur. Quin etiã ferias præcidaneas dici voluerunt, quæ solennes legitimáque ferias præcederent, M. Cato: Prius, inquit, quàm messem facias, porcam præcidaneã hoc modo fieri oportet. de qua sic scribit Gellius: Porca præcidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit. Quod ad succidaneum attinet, diuus Cyprianus non minus elegantiæ oratoriæ quàm ecclesiasticæ doctrinæ consultus, decenter dictionem hanc vsurpat, cùm ait: Non potest videri cessasse, qui vicarios substituit, & qui pro se vno plures succedaneos suggerit. *Nare detorta.*] Indicium est indignationis, irrisionísque: naribus enim (vt auctor est Quintilianus) derisus, contemptus, fastidium significari solet. *Magistrum.*] Philebum. *Cauillantur.*] irrident, illudunt, fastidiunt. Lucianus ait ἔσκωπτον. nam σκώπτω Græcè est cauillor. *Maritum.*] Obscœnæ rei significatio est, tanquam Philebus asinum redemerit, sicut vxor virum, à quo subagitaretur: erat enim cynædus pathicus. Lucianus τοῦτον δ' οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νυμφίον, non hunc seruum, sed sponsum ducis. *Exedas pullulum*] Sensus est: Nolito tu solus perfrui hoc asello, sed eius concubitus nobiscum quoque

quoque partiario communica. Allegoricôs totum dictum: namque ſolemus ſoli exedere, & edendo abſumere pullulos illos totos, qui ſunt ſciti ſaporis, nulla parte ſodalibus impartita. Bellus præterea pullulus dicitur, feſtiuum elegánſque delicioſum: & eſt nomen blandimenti. Olim Caligula à Romanis appellatus eſt pullus & puppus. Plautus quoque ait in Caſina: Meus pullus, meus paſſer, mea columba, mi lepus. Antiqui pullum vocabant puerum eius à quo amabatur: vnde Quintus Fabius, quòd eius natis fulmine icta eſſet, pullus Iouis appellatus eſt. Plinius noſter, in arboribus pullulos vocat, ſobolem pullulantem ex radicibus, & plantaria: Nullis verò arboribus tales pulluli prouenunt, niſi quarum radices amore ſolis atque himbris in ſumma tellure ſpaciantur. *Palumbulis.*] Tranſlatio à pullis palumbium, quibus adhuc implumis cibum impartiri ſolet mater, & nos infarcimus. Plautus in Aſinaria: Vbi quid dederam, quaſi columbæ pulli in ore ambæ meo vſque eratis. Viuere palumbes ad 30. annum, Ariſtoteles & Plin. auctores ſunt. hyeme muti ſunt, vere vocales. Nigidius putat, cum oua incubant ſub tecto nominata, palumbem relinquere nidos. Caro palumbi in cibatu coerceet Venerem, & inguina hebetat. hinc Albertus Magnus, qui melius calebat phyſicas philoſophias quàm latinitatis elegantias, palumbum ex eo dici tradit, quod parcat lumbis, propter Veneris ſcilicet refrigerationem. Palumbus ferus è poſcâ decoctus medetur cœliacis. Cœliaci Varroni & Plinio ſunt, qui laborant aluo cita. Cor. Celſus cœliacum morbum à Græcis nominari tradit, qui in ventriculi porta conſiſtit. *Mutuò.*] viciſſim, mutuiter quoque à veteribus dicitur. *Blacterantes.*] ſtultè & cupidè & immodicè loquentes: quod verbum à Græco βλακὴς originem ducit. blax autem dicitur ſtolidus & mollis. apud Horatium blaterare prima ſyllaba correpta ponitur illo verſu, Et magno blatetas clamore, fugíſque.

*Erat quidam iuuenis ſatis corpulentus, choraula doctiſſimus, collaticia ſtipe *demenſa paratus qui foris quidē circungeſtantibus Deam, cornu canens adambulabat, domi verò promiſcuis operis partiarios agebant cōcubitus. Hic *me ſimul domi conſpexit, libenter appoſitis largiter cibarijs gaudens alloquitur: Veniſti tandem miſerrimi laboris*

Choraula.] Chorautes Græcè dicitur tibicen, Choraulam appellant artem tibiciniam, à choro & aula, qua tibia ſignificatur. Ptolemæus rex Ægypti culpatur à ſcriptoribus, & in pri-

mis à Strabone, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit: qua adeò gloriabatur, vt non contaretur certamina tibicinij in regia celebrare. Tibicinium enim vocabulo oppidò eleganti appellauit in Floridis Lucius noster, artem tibijs canendi. Ab eodem choraulæ monumentarij dicti sunt tibicines, qui ad sepulchra apud suos, hoc est defunctos canebant: quales prisci fiticinas vocant.

*vicarius. sed diu viuas, & dominis placeas, & meis defectis iam lateribus consulas. *Hic audiens, iam meas futuras nouas cogitabam ærumnas. Die sequenti varijs coloribus* inclusiasi, & deformiter quisque formati, *faciem cœnoso pigmento* deliti, & oculis obunctis graphicè, prodeunt: mitellis, & crocotis, & carbasinis & bombicinis * linteis. Quidam tunicas albas, in modum lanciolarum quoquò versum fluente purpura depictas, cingulo subligati, pedes luteis induti calceis: Deámque serico contectam amiculo, mihi gerendam impomunt, brachiisque suis humero tenus renudatis attollentes immanes gladios ac secures, euantes exiliunt, * incitantes tibia cantu lymphaticum tripudium.*

Collaticia stipe demensa.] Signat tibicinem redemptum esse pecunia, quàm eleganter Collaticiam nominat, quia collata fuerat. Sed amphibolon est, vtrum collata à choro cynædorum, an collata à popularibus religioni deæ mancipatis. Proditum est ab historicis, funus Agrippæ collatis sextantibus à populo Romano adornatum esse. Talis pecunia eleganter Collaticia dici potest. Stipem autem dicæs & pecuniam, notissimũ est. vt interpretatur M. Varro, à stipando stipem nominarunt: quoniam non in arca ponebant, sed in cella stipabant, id est, componebant numerũ pecuniæ maiorem, quo minus loci occuparet. à stipe inclinantur verba stipulari, & restipulari, stipulatus, stipulatio: quibus verbis stipem, id est pecuniam alligamus. Non facit ad stomachum interpretamentum illud, quod scriptum legimus libro tertio Institutionũ: Stipulum apud veteres firmum appellari, à stipite: & inde stipulationis nomen deduci. Demensa autem accipe, pro numerata, soluta, vna dictio est. M. Tul. Vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant sic & demensum dicitur: quo nomine significatur cibarium seruorum. nam serui quaternos modios frumenti accipiebant in mense, & id demensum dicebatur, siue dimensum. Verum autem à mense, an à metiendo, incertum

eſt. Quidam in duas dictiones diſtinguunt, vt ſit de menſa, ſcilicet numulari, tanquam ſignificet pecuniam de menſarij menſa eſſe perſolutam, quam Græco vocabulo trapezan vocant: vnde & trapezitæ dicti argentarij, menſariique, dictione apud Plautum frequentiſſima. *Cornu canens.*] Cornicinem denotat. *Promiſcuis operis.*] Sicut in cultura fundi plures operæ parantur, ita hic ſubactor cynædorum operas venerias diſpertiebat. partiarius concubitus per omnes quaſi in orbem ibat, nemine obſcœniſſima libidinis extorre. *Laboris vicarius.*] Vicarium, quod nemo neſcit, dicimus, qui vicem alterius gerit, implétque: qui fungitur miniſterio, ſubditus in alienum locum. Liuius in quinto: Hunc ergo inſtitutum diſciplina mea vicarium pro me reipub.do, dicóque. Item alibi: Vicarium tibi expediam. interdum nomen eſt adiectiuum. dixit Cyprianus: Has pro me vicarias literas mitto. Quint. in gladiatore, mortem Alceſtis vicariam decenter appellat, quæ ſcilicet pro Admeto marito mori non recuſauit, eiuſque morituri factum vicémque ſubire. Ab eodem manus vicariæ dicuntur, pro altero pugnaturæ. Igitur laboris vicarius erit aſinus, qui geret vicem laboris in concubitu, & ſubactorem. laboribus veneris exhauſtum viciſſim recreabit. Vicarij ſunt viliores ſerui, qui ſeruiunt maioribus ſeruis: de quibus frequens mentio apud Iuriſconſultos, oratores, & poetas. *Defectu.*] exhauſtis, & (vt inquit Catul.) exfuturis nimio concubitu. *Inclufiati.*] verſicolore veſte induti. Deformatio eſt Syriacorum ſacerdotum, qui vario cultu exornati proceſſerunt. declinata autem veſtimenta diſſolutionem animi & corporis ſignant. incluſiati, vel potius induſiati, ſignificantur veſtiti induſio. eſt autem induſium, veſtimentum quod corpori intra plurimas veſtes adhæret: dictum quaſi intuſium, ab eo quod intus habeatur: auctores M. Varro & Nonius. hinc Plaut. in epidico dixit tunicam induſitatam. Super hac re in ſecundo Commentario copioſius. *Deformiter formati.*] Ex contrariis dictionibus quæſita elegantia eſt, vt deformiter formatos dixerit, quos intelligi vult comptos, exornatoſque muliebribus ornamentis, quæ virum maximè deformant, fœdant, deuenuſtant. Quint. in hanc ſententiam ſcribit: Hæc digna memoratu, ſcituque, ſi quis corpora virorum vulſa atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſunt ipſo fermè labore: & cultus conceſſus atque magnificus, addit hominibus (vt verſu Græco teſtatum eſt) auctoritatem: ait muliebris & luxurioſus non corpus exornat, ſed detegit mentem. in Deuteronomio præcipitur, ne mulier induatur veſte virili nec vir vtatur veſte fœminea

abominabilis enim apud Deum est,qui facit hoc. *Faciem de.*]Id est,habentes faciem fucatam,& pigmentis illitam. Antiqua figura est delitus,vt illitus,vt oblitus inclinatur à verbo delino delíui,delitum à deleo verò fit deletum. lino facit in præterito liui & leui: & vetustissimi etiam lini protulisse inueniuntur. in supino facit litum.vnde Virg.in 4 Georg. Et paribus lita corpora guttis.sic & delino,quod à lino compositum est, facit delitum. *Cœnoso pig.*]crasso & pingui foco. namque mulieres non parum multæ faciem fucant pigmentis pinguibus,& quasi delutant lutamentis cœni & visci, id quod Iuuenalis carpit in muliere illis versibus:Interea fœda aspectu,ridendáque multo Pane tumet facies,aut pinguia popeana Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.Vel cœnoso pigmento expone pro sordido,& faciem deformante.pigmenta enim in facie virili sunt fœdissima, & cœno cœnosiora. Diuus Aug.pigmenta & fucos taxans, sanctè & salubriter sic scribit:Fucare faciem pigmentis,quo rubicundior, vel candidior vel verecundior appareat, adulterina fallacia est. Scribit Iulius Firmicus,quòd qui orientibus Pleiadibus nascentur,hi erunt vnguentis oblíti, polita fronte, & accuratis semper nitidi,qui alienis crinibus appositis fictam & compositam pulchritudinem mentiantur.totius corporis formam vario pigmẽtorum genere molientes: ij demptis pilis corpus suum in fœminei corporis imaginem transferent:quorum vestes ad muliebris cultus similitudinem excoluntur, ij molliter ambulantes, vestigia sua cum delicata quadam moderatione suspendunt: & pœnitebit eos, quòd viri nati sint. Pigmenta sunt modò ad fucandam faciem accommodata, aliàs pro coloribus pictorum accipiuntur.De quibus caput est apud Plin.in 35. Pigmenta quoque pro aromatibus vsurpant Diuus Hieronymus: Aromata,inquit, sunt species pigmentorum. Pigmentarius dicitur, concinnator pigmentorum. Maternus tradit, quicunque habuerit horoscopum in parte libræ 26. erit pigmentarius, vel thurarius. *Oculis pũctis.*] Iulius Pollux ad Commodum Cæsarem scribens inquit,ταῖς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφοις,ταῖς ὄψεις μιλαίναις,id est,oculos suppingit,supercilia denigrat.Plin.quoque noster in 11. Tanta est,inquit,decoris affectatio,vt tingantur oculi quoque. *Graphicè.*]eleganter,condecorè,concinniter: aduerbium est,quo frequenter vtitur Gellius.Sic & graphicus homo dicitur,ad vnguem factus, absolutúsque. Plaut. Næ tu habes seruum graphicum,& quantiuis precij translatio à pictura,quæ Græcè dicitur graphis: cuius Plin. commeminit in 35. His alia multa graphidis vestigia extant in tabulis ac membranis.ex quibus proficere dicuntur artifices.

tifices. Idem antigraphicem vocat picturam, quam in tota Græcia pueri ingenui ante omnia docebantur. Res ergo eleganter depicta, graphicè formata, & graphica dicitur. quod & ad alia quoque eleganter scitéque transfertur. *Mitellis.*] Mitræ diminutiuum est mitella, de qua poeta in ludicro idilio: Copa Syrisca caput Graia redimita mitella. Mitras autem & mitellas ornamenta esse fœminarum, ex quibus redimicula religabantur, nouerunt omnes, quibus notum est notissimum illud Maronianum: Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. *Crocotis.*] Crocotæ dicuntur tunicæ infectæ croceo colore. talia autem vestimenta delicata sunt, & fœminea. Vnde Neuius optimo epitheto mollicinam crocotam nuncupat. Plaut. crocotulã siue crotulam appellat in Epidico, idem in Aululatia crocotarios infectores dixit, qui crocota inficiunt, tinguntque vestes crocei coloris. Apud Græcos κροκώτη est εἶδος χιτῶνος, id est, species tunicæ: & vt inquit Suidas, crocotos est ἱμάτιον στρογγύλον, id est, vestimentum orbiculatum. Epicrotum quoque genus vestimenti infectum colore croceo, cuius meminit M. Varro. Crocomagma verò alia res est, aliúsque significatus. siquidem Dioscorides, Plin. Celsus, crocomagma ponunt pro fece & retrimento croci: cuius vsus est in medicina efficax. verba Cor. Celsi ex lib. 5. sunt hæc: Crocomagmatis, quod quasi recrementum eius est. Idem crocomagma adhibet persæpe ad malagmata. apud Plin. legitur crocimigma, volumine 21. sed purior lectio est crocomagma. namque (vt idem docet in 13.) feces vnguenti magmata appellant, vnde crocomagma, quasi fex & recrementum dicitur. Ad hæc adde, crocoticum dici genus operis pistorij. Poetæ Græci auroram κροκόπεπλον vocant, à veste coloris crocei. *Carbasinis linteis.*] Carbasum genus lini esse, aliubi annotauimus, mira tenuitate. in Hispania sunt reperta carbasa, vt inquit Plinius. Inde carbasei sinus, & carbasinæ vestes. Virg. in 11. Tum croceam chlamydemque, sinusque crepantes Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro. Sunt exemplaria, quæ pro linteis, iniectis habent. *Bombicinis.*] De veste bombicina scripsimus in notis Seruij, & in commentariis Propertij copiosissimè. de qua satyricus poeta: Delicias vel panniculus bombicinus vrit. Pamphile mulier, vestem bombicinam prima texere inuenit. Plin. in 11. de bombice vermiculo scribens: Telas, inquit, araneorum modo texunt ad vestem luxúmque fœminarum, quæ bombicina appellant, tanta tenuitate conficitur, vt denudet fœminam vestis bombicina. nec puduit hac

veſtes etiam viros leuitate vſurpare, propter onera æſtiua: in tantum à lorica gerenda diſceſſere mores, vt oneri ſint etiam veſtes. Veſtis bombicina eſt (& vt ego ſentio) illa propriè, quam ſericam & holoſericam vulgo nominitant: & bombices ſunt illi vermiculi ſericarij, qui apud nos, ſericum conficiunt præſtantiſſimum. *Quidam tunicas.* } Ordo eſt & ſenſus: Quidam ſubligati cingulo tunicas, hoc eſt habentes ſubligatas tunicas, & cinctura conſtrictas, quę erant depictæ colore purpureo, in modum lanciolarum. Vſitatæ eloquutionis figura eſt: vt illigata comas, ſabligata tunicas. collecta ſinus. Videtur autem ſignare virgatas veſtes, quæ texuntur hodie quoque deductis viis in modum virgarum. de quibus poeta intellexit illo verſu. Virgatis lucent ſagulis. Non me præterit, id ex Seruiana interpretatione aliter enarrari poſſe. *Luteis calceis.* } lutei coloris. vt docet Gellius, Luteus color eſt ruffus paulo dilutior. Poetæ luteam auroram bono epitheto cognominant pro rubentem: quam Neuius pudoricolorem prælicenter appellauit. Auctor eſt Plin. lutei coloris honorem antiquiſſimum in nuptialib. flammeis totum fœminis conceſſum eſſe, & ideo numerari inter principales colores. *Amiculo.* } veſtitu & velamine ſerico. veſtem holoſericam dicunt totam ſerico textilem, ſine alia materie: ſubſericam, cui alia materies intexta eſt. Lampridius in vita Alexandri Romani imperatoris ſic refert: Veſtes ſericas ipſe ratas habuit, holoſericas nunquam induit, ſubſericam nunquam donauit. Sericarius dicitur, textor veſtis ſericæ. *Mihi gerenda.*] Hinc aſinus à Luciano dictus eſt Διφόρητος, hoc eſt deam ferens. *Humero tenus.* } Sunt veſtes quædam ſine manicis, quas Græci ἐξωμίδας vocant, quaſi humerotenus exertas, & citra humerum deſinentes. talibus vſitati ſunt monachi & heremitæ, qui hodieque ita, figurantur, exertis extra veſtem brachiis: quod genus veſtium colobia nuncupant, quaſi truncata & mutila, ſine manicis. de quibus crebra mentio eſt apud ſcriptores eccleſiaſticos. & in decretis Canonicis ſcriptum eſt 19. q. 4. quòd Paulus heremita in teſtamento colobium ſuum Athanaſio Alexandrino epiſcopo reliquit, tunicam verò beato Antonio. *Euantes.*] furore diuino afflati, commotique & bacchantes, à Libero qui Euan dicitur. Virg. Illa chorum ſimulans euantes orgia circum Ducebat Phrygias. *Lymphaticum tripudium.* } chorea ſaltatioque veſana, & bacchabunda decenter exprimitur nomine lymphatici tripudii. à Liuio lymphaticus pauor bono epitheto dictus eſt, quoniam ſcilicet ex pauore homines conſternantur, & lymphatici efficiuntur.

Nec

*Nec paucis * pererratis caſulis, ad quandam villam poſſeſſoris Britini perueniunt: & ab ingreſſu primo, ſtatim abſonis vlulatibus conſtrepentes fanaticè peruolant.* dentique capite demiſſo, ceruices lubricis intorquentes motibus, crinéſque pendulos *in circulum rotantes, & nonnunquam morſibus ſuos incurſantes muſculos: ad poſtremum ancipiti ferro, quod gerebant, ſua quiſque brachia* diſſecat. Inter hæc vnus ex illis bacchatur effuſius, ac de imis præcordys anhelitus crebros referens, velut numinis diuino ſpiritu repletus, ſimulabat ſanciam vecordiam, *prorſus quaſi domini præſentia ſoleant homines, non ſui fieri meliores, ſed debiles effici, vel ægroti. Specta denique, quale, cœleſti prouidentia, meritum reportauerit. Inſitva ticinatione clamoſa, confecto mendacio ſemetipſum inceſſere atque criminari, quaſi contra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid, & inſuper iſtas pœnas noxii facinoris ipſe de ſuis manibus expoſcere. Arrepto denique flagro, quod ſemiuiris illis proprium geſtamen eſt, cõtortis tæniis lanoſi velleris prolixè fimbriatum, & multiugis talis ouium teſſellatum, indidem ſeſe multimodis commulcat ictibus, mirè contra pl. garũ dolores præſumptione munitus. Cerneres proſectu gladiorum, ictúque flagrorũ, ſolum ſpurcitie ſanguinis effœminati madeſcere. Quæ res incutiebat mihi nõ par*

Poſſeſſoris Britini.] nomen eſt proprium ruſtici opulenti, fortaſſis à Britia ciuitate Bithyniæ deductũ, vt ſentit Hermolaus, vir in noſtra memoria doctiſſimus. Lucianus meminit Beriæ ciuitatis Macedoniæ, à qua Beritinus commodè deduci poſſet. Codex vetuſtus manuſcriptus habet poſſeſſoris beati, quod placet: vt exponas, eos veniſſe in villam beati, hoc eſt opulenti & diuitis poſſeſſoris. *Fanaticè.*] furenter & inſanè. Fanatici autem furentes dicuntur: & propriè illi ſunt, qui circa fana, hoc eſt templa bacchantur, & caput iactantes per furorem vaticinantur, prout docet Vlpian. ad edilitium edictum qui apud Iulianum quæri ſcribit, ſi ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret,

& aliqua profatus eſſet, nihilominus ſanum videri: & ſiquis permanet in eo vicio, vt circa fana bacchari ſoleat, & quaſi demens reſponſa det, & ſi per luxuriam id factum eſt, redhibeti tamen non poſſe, quoniam ædiles de corporalibus vitiis loquantur. Fanaticos Græco vocabulo entheos appellant. Firmicus Maternus: Erunt, inquit, enthei vates diuini, qui horoſcopum habebunt in 6. parte geminorum. Leges apud eruditos frequenter entheos vates, & lyram poeticam entheam nominari. Entheata domina dicitur à Catullo ipſa Cybele, cuius enthuſiaſmo afflantur ſacerdotes: ſic enim dicitur furor ille diuinus, quo & poetæ caleſcunt. qua dictione vſus eſt M. Tullius in epiſtolis ad Quintum fratrem. *In circo.*] Talia fieri produntur à Corycantibus, qui matris deûm ſunt ſacerdotes, qui in ſacrificiis armati ſaltando capita iactant, & numine afflati furiis agitantur, quod coryptin & corybantiari dicunt. vnde & corybantibus inditum nomen: auctor Strabo in x. Lucianus de Syriacis hiſce ſacerdotibus eadem ſcribens, quæ Lucius noſter, inquit: οἱ δ' τὰς μίτρας ἀποῤῥίψαντες, τὸν τράχηλον χάτωθεν ἐκ τῶν ἀγκώνων ἀλίσσοντες, τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τὰς πάχεις. id eſt: Illi mitras proiicientes, & ceruicem ſubtus intorquentes, gladiis brachia diſſecabant. *Muſculos.*] Hic lacertorum muſculi accipiuntur: alioqui innumeri ſunt muſculi, per omnes ferè partes corporis diſtributi, vt ſcribunt phyſici: & memorat Albertus magnus, qui libro 1. de Animalibus, muſculum diffinit eſſe neruoſum membrum: & ſubtiliter ſupputando colligit, quingentos amplius muſculos eſſe in corporibus. Duricies muſculorum mitigat ſemen lini, vt inquit Plinius à ſimilitudine muſculi puſillæ beſtiæ nomen inditum eſt. & in mari muſculus balenæ prævius & dux, cui auxilium adminiculúmque ingiter exhibet: de quo Plinius, Claudianus, & cæteri. Aliàs muſculi ſignificant machinas bellicas, quorum Cæſar in commentariis, & Vegetius in 4. commemineruntquibus protecti bellatores ſubeunt muros hoſtiles, qui turribus ambulatoriis viam parant, itineráque præmuniunt. *Ancipiti ferro.*] Bipenem ſignat. quæ ſecuris eſt, habens ex vtraque parte latiſſimum & acutiſſimum ferrum: auctores Quintil. & Vegetius. Anceps autem dixerunt, acutum ex vtraque parte: vt Lucilius, qui ait, Vecte, atque

uam ſolicitudinem, videnti tot vulneribus largiter profuſum cruorem: ne quo caſu Deæ peregrinæ ſtomachus, vt quorundam hominum lactem, ſic illa ſanguinem conſpiceret aſininum.

ancipiti

ancipiti ferro effringam cardines. Potes etiam (si libet) exponere ancipiti, pro periculoso & dubio: vt dicat, gladiis, quorum sectio periculosa est & anceps, brachia dissecuisse: vt conueniat cum Luciano, qui dixit ξίφεσιν ἀτμάτοις: id est, ensibus secabant brachia. *Bacchat.*] furit. sic Virgil. Bacchatur vates. *Spiritu repletus.*]Deo plenus, & vt Græcè inquit Lucianus, ἐνθεος. *Sanciam vecordiam.*} Tales sunt, quos dæmoniacos vulgò nominitant, qui anhelitus crebros & suspiratus trahentes, væcordia quadam vaticina bacchantur, furiunt, insaniunt: Firmicus Maternus in secundo Matheseos asserit, homines à dæmonibus possideri, quos eiiciunt, expellúntque hi qui vulgo exorcistæ dicuntur. & quamuis sit violentus dæmon, qui corpus hominum animúmque quatiat, siue ille aerius sit, siue æthereus, siue infernus: hominis exorcistæ iussione fugiunt,& præceptis eius cum quadam veneratione terrebuntur. Exorcistas nostri adiuratores interpretantur, quorum in ecclesia ecclesiasticísque scriptoribus frequens mentio est, vt optimè nostri Antistes amplissime, qui in omni literatura es eruditissimus: in ecclesiastica verò eruditione ita antestas reliquos episcopos, sicut dignitate præcellis. *Quæ domini præsentia.*]Quidam legunt,quasi deûm præsentia:vt sit sensus, Præsentia deorum & numine afflati homines debilitantur, & languore quasi quodam præpediti ægrotant: & ita homines non sui dicentur,possessi numine,& spiritu dæmonis. alioqui homines non sui dicuntur, qui serui sunt:quales etiam dici possunt sacerdotes, qui se addixerunt religioni. *Infit.*] incipit. *Incessere.*] culpare, castigare, reprendere. A.Gel. in 9. Incessebat quempiam Taurus philosophus severa atque vehementi obiurgatione. *Designasset.*] commisisset,peccasset. Significanter locutus est nam designare(vt docet Donatus)est,rem nouam facere in vtranque partem,& bonã & malam. Teren in Adelphis: Quæ antehac facta sunt omitto, modò quid designauit? Aliubi annotauimus designatores dici, qui ludis funebribus præsunt: vt apud Horatium. quos & pro illis accipere possumus, qui præsunt pompæ funebri ordinandæ, vt loco suo singuli prodeant. *De suis manibus.*} Fanaticus sacerdos proclamat, se quippiam peccasse in religionem deæ Syriæ sanctissimam, propter quod pœna dignus esset. has autem pœnas suamet manu sibi infligere velle, vt ita ipse fieret tortor, & quasi ἑαυτὸν πληγεύσων, hoc est seipsum plectens, cruciánsque. *Arrepto flagro.*} Antiqui seruos flagriones dixerunt à flagris:vt verberones, à verberibus. Flagratores quoque dicti homines, qui mercede flagris cædebantur. Descri-

bitur flagrum,quo Syriaci effœminati ſemetipſos cædebant, Vt ita ſub ſanctitatis prætextu, irrepentes animis ſuperſtitioſorum, corraderent pecuniam,& fierent æruſcatores: hoc eſt,æris quæſitores.Seneca id genus homines denotans,ſic ſcribit:Cum ſiſtrũ aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis ſecandi lacertos ſuos artifex,brachia atque humeros ſuſpenſa manu cruentat,concurritis& auditis.Plaut.quoque docet,ariolos ſolitos hoc aucupij genere graſſari.ſic enim ſcribit in Truculento:Num obſecro?nam ariolus qui ipſus ſe verberat. Græci flagrum appellant μάστιγα: vnde maſtygia comitis poetis pro ſeruo verberone, & flagris digno. Ex eadem origine Virgiliomaſtyx, Ciceronimaſtyx, Homeromaſtyx, pro detractoribus vituperatoribúſque Virgilij,Ciceronis & Homeri.*Proprium geſtamen.*]Vt regum diadema,Imperatorum paludamentum, pontificum galerus,lituus augurum, ſunt inſignia: vt Cynicæ familiæ geſtamina baculus & pera: ita Syriacorum ſemiuirorum peculiare geſtamen erat flagtum,quod teniis, hoc eſt vittis & infulis laneſtribus concinnatum, per fimbriarum prolixarum cæſuras diductum fuiſſe ſignificat,oſſiculiſque talorum durioribus obarmatum. Fimbriæ extremæ veſtium partes ſunt, quæ cæſuratim reciſæ diſſecantur.inde fimbriatum,per cæſuras lancinatum. Plin. vrticas eſſe refert folio fimbriato. Cæſar vſus eſt lato clauo,ad manus fimbriato.Græci κράσπεδον fimbriam vocant. *Teſſellatum.*}quaſi per teſſelas diſtinctum,& numeroſis per interualla talis contextum. Paulo infrà catenatum pecuinis oſſibus dicit,quod nunc talis ouium teſſellatum.à figura quadrata teſſeræ,teſſellæ,teſſellatum, deducuntur.hinc teſſellata pauimenta dicta, de quibus in primo Suetonij commentario. *Multiugis.*]innumeris,multis,copioſis: vt iam dictum eſt.*Talis ouium.*}In quadrupedibus ſolidipedes talos non habent,quæ biſulca ſunt habent.Item digitatis non ſunt, neque prioribus pedibus omnino vlli,ſed poſterioribus tantum: ſi Ariſtoteli & Plinio auctoribus credimus, quibus vtique credi conuenit.Græci aſtragalos vocant:inde aſtragalizontes à Plinio dicti,pueri talis ludentes. De differentia talorum qui aſtragali, & teſſerarum quæ cubi in aleatorio ludo nuncupantur, abunde ſcripſi in libro Annotationum, & in commentariis Tranquilli. Homo talum non habet.itaque quando Plin. Celſus, Apuleius, & cæteri talum in homine appellant, acyros & per quandam quaſi ſimilitudinem loquuntur. Conſimiliter videtur Apuleius impropriè dixiſſe talos in ouibus: ſi verum eſt, quadrupedibus digitos habentibus non ineſſe. Annotandus eſt hoc in loco error interpretis Luciani. nam cum Lucianus ita ſcribat Græcè,

ἐξ, ὧν τὴν ἀστραγάλων μάστιγι πάροντες, interpres sic interpretatur: Fuste ex neruis facto me verberant: Quis non videt hominem, vel mediocriter eruditum, turpi insciția laptum esse? Verùm omissa aliena infectatione, tu sic interpretare: Flagro ex talis ouium ferientes. astragalos enim talos interpretamur. Astragalum quoque dici pro vertebra ceruicis, notum est, apud Homerum, scribentem Elpenora fractis astragalis ceruicis, lapsu scalarum exanimatum esse. Suidas astragalon dicit esse σπόνδυλον τῦ τραχήλε. Quin etiam astragalus in ædificiis ponitur à Victruuio, inter herbas à Plinio. *Inisidem.*]ex eo flagro. *Commulcat.*]quasi feriendo demulcet. per quod significat, Syriacum sacerdotem suspensa manu & leui sese verberasse, ita vt non citra dolorem & cruciatum sanguine effuso cruentus illiceret, traherétque mortales ad sui contemplatum. *Multinodis.*]multos nodos habentibus, & talorum aspredine cruciantibus. *Contra plagarum dolores.*}Auctor est Plinius, homini præsidium esse salutare spiritum cohibere contra plagas. Quod inuentum fuit animalis cui nomen est meles: siquidem in metu sufflata cute distentæ meles, ictus hominum & morsus canum arcent. *Solum.*]terram. *Profectu.*sectione. adiicit Lucian. linguam quoque eos exertasse, & exertam dissecuisse. *Sanguinis effœminati.*]illorum scilicet Syriacorum, qui modò seruiuiri, modò effœminati, modò cynædi, à mollicie & fluxura nuncupantur. Lucianus, μαλακὸν αἷμα τε dixit: id est, mollis sanguinis. *Sanguinem conspiceres asininum.*}Lucianus: ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἐκεῖνο, μήποτε χρεία τῇ θεῷ ᾖ ὄνειου αἵματος χρῄζει. id est, Ego hæc cernens in primis timebam, ne asinino sanguine opus esset deæ. Hanc Luciani sententiam paulum deuius noster Lucius inuertit. Vnde fit, vt ita corrigendum esse existimem, vt pro conspiceret legas concupiscceret, & erit sensus: Ego existimaui, ne stomachus deæ desideraret sanguinem asininum, sicut solet interdum lac humanum expeti. Dulcissimum est hominis lac (vt inquit Plinius) maximéque alit, mox caprinum. Quidam asininum bibendo liberati sunt podagra, chiragráve. Codex manuscriptus non habet hominum lactem, sed boum lactem: vt de lacte bubulo intelligas, quod medicatius est, & quo aluus maximè soluitur. Lactem autem dixit ex veterum declinatione, apud quos lactis & lacte recto casu dicebatur.

*Sed vbi tandem fatigati, vel certè suo laniatu satiati, *pulsam carnificinam dedere, stipes æreas, imò verò &*

Pulsam carnificinam dedere.] Purior lectio est, & sensus lucidior,

argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recepere patulo : necnon & vini cadum, & lactem, & caseos, & farris & siliginis aliquid, & nonnullis hordeum Deæ gerulo donantibus, auidis animis corradentes omnia, & in saccu-los huic quæstui de industria præparatos farcientes, dorso meo congerunt; vi duplici scilicet sarcinæ pondere granatus, & horreum simul & templum intederem. Ad istum modum palantes, omnem illam depradabantur regionẽ. Sed in quodam castello, copia lætati largioris quæsticuli, gaudiales instruunt dapes. A quodam colono, fictæ vaticinationis mendacio, pinguissimum deposcunt arietem, qui Deam Syriam esurientem suo satiaret sacrificio, probéque disposita cœnula, balneis obeunt: ac dehinc lauti, quendam fortissimum rusticanum, industria laterum atque ve-mis ventris bene præparatum, comitem cœnæ secum adducunt : pauciscque admodum prægustatis oluscvlis, ante ipsam mensam, spurcissima illa propudia ad illicitæ libidinis extrema flagitia, infandis virginibus efferantur. passímque circumfusi nudatum supinatúmque iuuenem execrandis vredinibus flagitabant.*

si legas pausam carnificina dedere. signat enim. post pausam, id est quietem & cessationem lacerationis & verberationis factam, pecunias collegisse à circunstantibus, quarum extorquendarũ causa talia factitauerat. Pausa requies dicitur, & cessatio alicuius rei. Dictio vulgatis & vernacula, & qua eruditi quoque vsitati sunt. Lucilius: Pausam facit ore loquendi. Q. Claudius in annalibus: Pugnæ facta pausa est. Lucretius: Concurrere, nec dare pausam. *Stipes æreas.*] nummos & asses ex ære. Lucianus ait collegisse ὀβολοὺς καὶ δραχμάς. *Et vini cadum & lactem.*] Lucianus, ἄλλος ἰσχάδας, καὶ οἶνον, καὶ πυρῶν χοίνικα, καὶ πυροῦ μέδιμνον, καὶ κριθῶν τῷ ὄνῳ. id est, Alius ficos dedit, & vinum, & caasei caduin, & tritici medimnum, nec non & ordei, quod asino esset pabulum. Quod Lucianus medimnum dixit, scito apud Græcos medimnum nomen esse mensuræ, accipique pro modio. Ausonius in Grypho ternario medimna pluraliter posuit,

neutro

neutro genere,cum ait:Hinc Bromij quadrantal, & hinc Sicana medimna: Hoc tribus,hoc gemmis tribus explicat vſus agendi. Quadrantal autem, vt id quoque habeas tanquam auctarium, amphoram ſignificat. Plautus: Anus hæc ſitit, capit quadrantal. *Siliginis.*] De ſiligine, quæ ſpecies eſt tritici,& deliciæ de pane ſiligineo, qui erat lauticiſſimus delicatiſſimuſque, ſcripſi affatim in Commentariis Tranquilli, ex auctoritate plurimorum. *Deæ gerulo.*] Aſinum dicit,qui geſtabat deam Syriam. *Corradentes.*]colligentes: vt ſupra dictum eſt. *In ſacculos.*] Sicut marſupia,crumenæ,ſcorteæ,manticæ,folles,bulgæ,fiſci,ſacciperones, niduli dicuntur receptacula nummorum:ita ſacci,ſacculi, ſaccelli,ſunt repoſitoria pecuniaria. Iuuenalis:Ignoret quantum ferrata diſtet ab arca Sacculus. Horatius: Congeſtis vndique ſaccis Indormis inhians. Apud Iuriſconſultos ſaccularij accipiuntur pro fraudulentis impoſtoribus,qui vetitas in ſacculo artes exercentes,partem ſubducunt, partem ſubtrahunt. quos Vlpianus ait pluſquam fures eſſe puniendos. *Horreum & templum incederem.*] Feſtiuè, nec minus ſcitè dictum horreum & templum. Aſinus enim incedit vt templum quatenus geſtas deæ Syriæ ſimulachrum,quod illi venerabantur:incedit vt horreum, quatenus ordeo,tritico,ſiligine, reliquiſque quæ horreo contineri ſolent, onuſtus graditur. *Palantes.*]erratici,palabundi. *Caſtello.*] Græcè κώμη. *Quæſticuli.*] lucelli: diminutiuum eſt à quæſtu, ſicut à lucro lucellum. M. Tullius: Conuenire poteſt aut fiſſum iecoris cũm lucello meo, aut meus quæſticulus cum cœlo,terra,rerumque natura. *A colono depoſcunt arietem.*]Dij boni quàm ſæpe hoc videri contingit in territorio noſtro,vt quædam hominum mendicabula ſub religionis prætexu tanquam miniſtratores ſint, antiſtitéſq; diui Pauli & Antonij circumeant caſtella, pagos, villas, & quibuſdam affaniis vaticinationem mentientes, proſpera denunciantes, diuos quos palàm iactitant propitios futuros ſpondentes, ab ruſtico hoc bruto & credulo poſcant & accipiant arietem: ab illo gallinas,oua,caſeum: ab alio ſuperſtitioſo & attonito tritici ſeſtarium. Vnde fit, vt ſuffarcinati eſculentis, farti muneribus ruſticanis domum redeant,gaudentes gaudium genuinum,quòd mentes ſimplicium villiconum & mulierculatum illuſerint, fefellerint, & deceperint:qui forinſecus ſancti & triſtes, intrinſecus diſſoluti & intercutibus vitiis madentes, inuadunt corda villaticæ nationis.Nam vrbicis (vt pote vafricia pollentibus) non facilè eſt imponere. Scitè itaque & ſalubriter Porcius Cato & Columella præcipiunt, ne villicus ariolum conſuluiſſe velit, ne

aruſpices ſagaſque admiſerit: quoniam hæc hominum genera vana ſuperſtitione rudes animos ad impenſas,ac deinceps ad flagitia compellunt. *Eſurientem.*]Lactantius irridens illudenſque ſacrificia ethnicorum, in 6. diuinarum inſtitutionum ſic ſcribit: Mactant opimas ac pingues hoſtias deo,quaſi,eſurienti,profundunt vina tanquam ſitienti, accendunt lumina velut in tenebris agenti. *Obeunt.*]adeunt,accedunt. *Lauti.*]loti. *Imis ventris.*] Tura & honeſta elocutione deſignat iuuenem mutoniatum, & genitalib. vaſtis monſtrabilem,quæ ima ventris ſunt. priſci id genus homines viriliores appellant beneuaſatos,monobiles, mutoniatos,&(vt noto vocabulo vtar)mentulatos. *Spurciſſima propudia.*] Syriacos ſacerdotes dicit, qui ob proſtitutam pudicitiam meritò ita nominantur, nam propudium cum maledicto dici putant eum,à quo pudor & pudicitia procul ſint. Plautus : Quid ais propudium?Spurcum quoque præter cæteras ſignificationes dicitur obſcænum, impurum, lutulentum. Hinc Plautus ſpurcas noctes. Spurcare quoque eſt fœdare. Plau. Spurcatur naſum odore illutibili. Celſus Iuriſconſultus ait, agi poſſe Aquilia cum eo,qui vinum ſpurcauit.id eſt, vt nos interpretamur, aqua imminxta corrupit.veteres enim ſpurcum vinum dicebant, aqua dilutum,aut igne tactum. *Illicitæ libidinis*]poſticæ,præpoſteræ, infandæ,qua vir virum init: quæ libido iure poli & iure fori interdicta illicitáque eſt, de qua Lactantius in 6. ſic refert : Idem mares maribus admiſcuit, & infandos coitus contra naturam contraque inſtitutum dei machinatus eſt, Plinius in x, maſculam hanc obſcœniamque libidinem taxat his verbis. In hominum genere maribus diuerticula Veneris excogitata omnia ſcelere naturæ. Iuriſconſulti tradunt præſidem ſeueriſſimè animaduertere debere in ſtupratorem ſerui. Hieronymus in libris contra Iouinianum,quod in decretis quoque canonicis 32. q. 7. ſcriptum leges de illicita Venere, ſic tradit: Vſus naturalis & licitus eſt,ſicui in coniugio:illicitus,ſicut in adulterio : contrà verò naturam ſemper illicitus, & proculdubio flagitioſor atque turpior, quem ſanctus Apoſtolus & in maſculis & in fœminis coarguebat: damnabiliores intelligi volens, quam ſi in vſu naturali vel adulterando,vel fornicando peccarent. Si Mercurius fuerit male poſitus,& Venus in domo Mercurij, ad puerorum concubitus præpoſtero amore ſemper impellit.Item: Venus cum Marte in domo Saturni decernunt,vt cum cynædis publicis impura libidinis cupiditate iungãtur. *Infandis virginibus.*] Corrige inguinibus, ſiue vredinibus. Dictio illa virginibus hoc in loco caſſa, futilis, & nugatoria eſt : nihilque ad intellectum

Apule-

Digitized by Google

Apuleianum pertinens. Quadrat autem, siue inguinibus, quod placeat, legas, siue vredinibus: vt statim subiungit. dicuntur autem vredines, ardores, pruritus, incentiua libidinum: ab vrendo deductum nomen. Lucianus, ἔπαθον ἐν τῷ κωμάσαι ὅσα φιλεῖται ἡ φίλα μοιχοῖς αἰσχροῖς κιναίδοις ἡδέα. id est, passi sunt muliebria, quæ talibus impuris cynædis iucunda sunt.

*Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus, porrò Quirites perclamare gestiui: sed viduatum cæteris syllabis ac literis præcessit o tantùm, sanè clarum ac validum, & asino proprium, sed*importuno planè tempore. Namque de pago proximo complures iuuenes abactum sibi noctu perquirentes asellum, nimióque studio cuncta diuersoria scrutantes, intus ædium audito ruditu meo, prædam absconditam latibulis ædium rati, coram rem inuasuri suã, improuisi conferto gradu se penetrant: palámque illos, execrandas fœditates obeuntes deprehendunt. Iam iámque vicinos vndique partientes, turpissimam scenam patefaciunt, insuper ridiculè sacerdotum purissimam laudantes castimoniam. Hac infamia consternati, quæ per ora populi facilè dilapsa, meritò inuisos ac detestabiles eos cunctis effecerat, noctem fermè circa mediã, collectis omnibus, furtim castello facescũt: bonáq; itineris parte ante iubaris*exortum transactã, iam die claro solitudines auias nacti, multa* prius secũ collocuti accingunt se meo funeri: Deáq; vehiculo meo sublata, & humi reposita, cunctis *stramentis me renudatum, ac de quadam quercu destinatum, flagro illo*

Porrò quirites.] Lego pròh quirites, vt sit vox exclamantis Quirites: sicut dicitur Proh Iupiter. vel potius emenda, ô ô Quirites: subsequitur enim auditum esse O tantum. Lucianus inquit, κἀκεῖνον δ' ἐγὼ σχεδὸν ἠθέλησα. id est, Exclamare volui, ô Iupiter infeste. *Præcessit o tantum.*] Ioculariter hoc totũ, cum asinus ruditum faciens, a personato videatur. In Scythia nó sunt asini. ideóq; olim Dario asini ducti in Scythicam expeditionẽ, rudentes perturbarunt equos Scytharum: & cum Scythæ sæpenumero Persas adorirentur, eorum equi ex asinorum audita voce consternati auertebantur, arrectis

auribus ſtupefacti inſolentia vocis aſininæ, & formæ

*pecuinis oſſibus cathenato verberantes, penè ad *extremas confecerant mortes.*

quam nunquam audiſſent, vidiſſéntque. Septem abhinc annos equus gradarius mihi dono datur à ſcholaſtico Boemo, quoties aſinos videbat audiebátque rudentes, hinniebat, reſiliebat, perturbabatur in tantum, vt penè excuteret ſeſſorem. Sed cum agminatim aſinorum greges quotidie illi occurrerent (ſunt enim apud nos frequentiſſimi) tandem aſſueuit minus ac minus in dies perturbari. nam (vt inquit ille) nihil aſſuetudine maius. Ego qui apud Ariſt. Plinium, Herodotum & cæteros lectitaueram, in Scythia & regionibus frigidis non gigni aſinos, nihil demirabar illa equi agitatione, qui inſolens aſinorum, noua beſtiæ & forma & voce ab initio conſternebatur: mox exuta omni per conſuetudinem formidine ſimul manſitabat, ſimul interdum pabulabatur. Adeò multa, quæ prima inſpectione videbantur formidoloſa, paulatim mox cognita contemnimus. *Abactum.*] abductum, ſubreptum, quaſi ab abactoribus. *Intus ædium.*] intrà ædes, intra domum. Archaiſmos figura eſt. *Ruditu.*] Vt hinnitus equorum, balatus ouium, barritus elephantorum, ita ruditus vox eſt aſinorum. Lucianus, ἀκούοντές μου μέγα βοῶντος. id eſt, audientes me voce magna clamantem introgrediuntur. *Latibulis ædium.*] Secretaria dicit, & loca in domo latebroſa atque arcana. ſic & latibula ferarum dicuntur in ſyluis atque ſpelæis. *Coram rem inuaſuri.*] Leges & iura permittunt, vt homo rem ſuam coràm occuper, vbicunque eam inuenerit. *Obeuntes.*] peragentes venerem obſcœnam, & infandam, operantes illicitæ libidini. Lucianus, καταλαμβάνουσι τοὺς κιναίδους ἄῤῥητα ἔνδον ἐργαζομένους. id eſt; deprendunt cynædos infanda intus operantes. *Vicinos partientes.*] id eſt, cum vicinis communicantes, impartientéſque. Lucian. ἐκδραμόντες ὅλῃ τῇ κώμῃ τὸν λόγον διέδωκαν τὴν ἱερέων τινὰ ἀσέλγειαν. hoc eſt, excurrentes per totum caſtellum, ſermone diuulgauerunt ſacerdotum impudicitiam. *Scenam patefaciunt.*] illuſtrant, detegunt, reuelant occultà, & quaſi inumbrata flagitia. Tranſlatio à ſcena hiſtrionica, quæ in agenda fabula & in egreſſu hiſtrionum conuelata, deinde pateſcit. *Puriſſimam caſtimoniam.*] Ironicôs pronunciandum. veteres dixerunt caſtimoniam, & caſtitudinem, quam nos dicimus caſtitatem. Scribit Plin. in 31. garum, quod liquaminis genus eſt, ad caſtimoniarum ſuperſtitionem, etiam ſacris Iudæis dicatum eſſe. *Conſternati.*] perturbati, concuſſi, pauefacti: eſt enim cónſternatio quædam ſubita concitatio ex aliquo metu, à ſternutamento deducta, eo quòd toto corpore concutimur.

mur. *Facile dilapſa.*] Nihil fama infamiáque velocius , nihil volaticum magis:cur (inquit Tertullianus) malum eſt fama? Quia velox,an quia plurimum mendax, quæ ab vno exorta diffunditur in populos , & per aures ſerpit ac linguas. Corrige obiter illud ex apologetico Tertulliani : Neceſſe eſt exinde intra duces linguarum & aurium ſerpat. ex inſcita diſtinctione factus eſt inſcitiſſimus ſenſus,& confuſaneus. Tu leges in traduces linguarum.nam traduces dicunt in vitibus , quaſi traductiones productioneſque ab arbore ad arborem connexim traductas. Plin. Columella,& cæteri de traduce genituræ ex corpore in corpus meminerunt , item Ruffinus & Hieronym. Sic fama eleganter dicta à Tertulliano eſt ſerpere in linguarum traduces,& aurium, propterea quòd fama in his qui loquuntur , & his qui audiunt,traducitur , & quaſi ſerpendo per linguas rumigerulorum , & aures curioſorum capit incrementum. *Faceſſiunt.*]diſcedunt,abeunt. Pacuuius:Faceſſite omnes hinc,id eſt, abite.interdum faceſſere ſignificat facere , vt iuſſa faceſſunt. *Ante iubaris.*] ante ſolis ortum. iubar dicitur ſtella lucifer, à ſplendore diffuſo in modum iubæ leonis. auctores Varro , Feſtus , & grammatici omnes. Pacuuius: Exorto iubare noctis, decurſo itinere. *Solitudines auias.*] inacceſſas , infrequentes, auius homo,qui longè à via eſt. Lucianus , ὅπισθεν ἐγένοντο ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ὁδοῦ : id eſt , poſtquam fuerunt in viæ ſolitudine.ἔρημος Græcè dicitur ſolitudo,media producta,vnde heremitas dicunt ſolitarios,in ſolitudine viuentes : hinc heremodicium apud Iuriſconſultos,tit.de minoribus,dictum quaſi deſolatum ac deſertum.dicitur autem heremodicium,iudicium in quo reus abfuit, quaſi ſolitarium deſertumque:vnde fit,vt præſidio legis reſtauratio heremodicij præſtanda ſit omnibus, modò doceant ſe ex iuſta cauſa abfuiſſe.In libris Iuriſconſultorum mendoſe legitur hermodicium,cum legi debeat heremodicium,vocabulo inclinato ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ab heremo,id eſt ſolitudine,& deſerto. *Vehiculo meo.*]Hic vehiculi nomine non plauſtrum ſignificatur,ſed feſtiuiter ipſum iumentum , cuius dorſum vehiculi vicem præſtabat deæ. *Deſtinatum.*]deligatum:locutio Apuleio familiaris. Lucianus:ξυμπεδῶσί με ἐπὶ δένδρῳ μεγάλῳ.id eſt,me denudatum alligant arbori magnæ. *Pecuinis oſſibus.*]Paulo antè dixit, flagrum talis ouium fuiſſe teſſellatum: à pecore pecuinus. vt à belua beluinus inclinatur. A. Gellius , beluinas voluptates appellat guſtus & tactus , quibus maximè beluæ delectantur.In Apologia inquit, Venerem non modò humanis animis,verùm

etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare.

*Fuit vnus, qui poplites meos enerua re ſecuri ſua comminaretur, quòd de pudore candido ſcilicet ſuo tam deformiter triumphaſſem. Sed * ceteri non meæ ſalutis, ſed ſimulachri * tacentis contemplatione, in vita me retinendum cenſuere. Rurſum itaque me refertum ſarcinis *planis gladys minantes, perue niunt ad quandam nobilem ciuitatem: *vbi vir principalis, & aliàs religioſus, *& eximiæ dominæ reuerens, tinnitu cymbalorum & ſonitu tympanorum, cantúſque Phrygij mulcentibus modulis *exercitus, procurrit obuiam: Deámque votiuo ſuſcipiens hoſpitio, nos omnes intra * conceptum domus ampliſſime conſtituit, numéque ſumma veneratione atq; hoſtus opimis placare contendit. Hic ego me potiſſimùm capitis periclitatũ memini. Nã quidã colonus, partem venationis, immanis cerui pinguiſſimum femur, domino illi ſuo muneri miſerat: quod incuriosè ponè culinæ fores, non altiuſculè ſuſpenſum, canis adæquè venaticus latenter inuaſerat, lætúſque præda, properè cuſtodientes oculos euaſerat. Quo dãno cognito, ſuáq; reprehenſa negligentia coquus diu lamentatus, lacrymis inefficacibus iam iámq; domino cœnam flagitante mœrẽs, & vtcunque metuens, altiùs filio ſuo paruulo conſalutato, arrepto q; funicello mortem ſibi nexu laqnei comparabat*

Nec

Enervare.] ſuccisis neruis debilitare. *Pudore candido.*] Ironicôs pronunciandum. Attende pudorem candidum nominatum, cum pudoris color ſit rubicundus. Sed candidus pudor à candore & ſimplicitate ingenuitatis ſcitè dictus eſt, qualis decet adoleſcentes. eſt enim pudor virtutis color, & optimum in adoleſcente ſignum: vt dicebat Diogenes Cynicus, & memorat Seneca. Verùm hic pudor candidus per contrarium accipitur pro dehoneſtamẽto & probro ſordidiſſimo. *Simulachri tacẽtis.*] mutuæ ſtatuæ. ſic Horatius infantes ſtatuas eleganter dixit, pro tacentes & mutas. Potes & legere iacentis. namque humi iacebat repoſita dea Syria: vt dudum dixit. & Lucian. inquit χαμαὶ κα-

Digitized by Google

Nec tamen latuit fidam vxorem eius, casus extremus mariti, sed funestum nodum violenter inuadens manibus ambabus: Adeóne, inquit, præsenti malo perterritus, mente excidisti tua? nec fortuitum istud remedium, quod domini prouidentia subministrat, *intueris? Nam si quid in vltimo fortunæ turbine* resipiscis, *expergitè mi ausculta, & aduenam istum asinum remoto quodam loco deductum ingula, femúrque eius ad similitudinem perditi detractum, & accuratiùs in protrimentis sapidissimè decoctum appone domino ceruini vice. Nequissimo verberoni sua placuit salus de mea morte: & multùm conseruæ sagacitate laudata, destinata etiam laniena, cultros acuebat.*

Supinus. id est, humi iacens. *Domini referens.*] Corrigo dominę reuerens, vel deum reuerens. erat enim hic (vt inquit) homo religiosus, & reuerens deorum, quod religiosi est: vel reuerens dominæ, quasi peculiariter cultor deæ Syriæ. *Tinnitu cymbalorum.* } Cum deæ Syriæ & Cybele, siue mater deûm, sit idem numen, meritò cymbala & tympana & cantus Phrygius illi attribuuntur. Tympanum. tuba Cybeles eleganter Catullus appellat. Tympanotuba vocabulo Plautino perquam elegantius dicitur, qui tympanum pulsat, quem & tympanistam vocant: sicut cymbalistam, qui cymbala tractat. *Cantúsque.*] Cantus etiam Phrygius dicitur propter Cybelem, quæ Phrygia dea est: cuius Galli fanatici Phrygij sunt, & ceremoniæ Phrygiæ. Præterea refertur ad Phrygiam musicam, quæ religiosa est, cuius meminit Plato in tertio de repub. & vt Arist. in 8. Politicorum tradit, phrygia musica distrahit animum, ac quasi extra se ponit: & sicut Doricam musicam probant omnes perinde ac virilem, ita Phrygiam improbant quasi effœminatam & eneruem. Apul. in Floridis Phrygiam musicam dicit esse religiosam. denotans eam conuenire religionis celebritati. Plin. ex auctoritate Pythagoræ refert, Iouem in cœlo inter planetas moueri tono Phrygio, Saturnum Dorio. Idem auctor est, Marsiam in musica primùm inuenisse modulos Phrygios. *Exercitus.*] exercitatus. Cor. Tacitus. Ipse forma decorus, & armis equisque in patrium nostrúmque morem exercitus. E contrario inexercitum dicimus, inexercitatum & quietũ. Macrob. Ego Disarium nostrum inexercitum non relinquam. Placet legas excitus, pro eo quòd est excitatus, con; monitúsque.

Votiuo hospitio.] Lucianus τῷ θεὸν μάλα ἀσμένως τῇ οἰκίᾳ ἐπεδέξατο. id est, deam valde lubens domi suscepit. *Capitis periclitatum.*} Lucianus μέγαν κίνδυνον, id est magnum periculum adiisse tradit. *Immanis cerui.*} Dissentit à Luciano, qui non cerui, sed asini siluestris femur fuisse scribit, his verbis, τῶν φίλων τις τῷ δεσπότῃ τῷ ἀγρῷ ἐπέμψε δῶρον ὄνου ἀγρίου μηρόν. id est, quidam ex amicis domino donum misit femur asini siluestris. Ne autem putes absurdum absonúmque esse id quod tradit Lucianus, videlicet asininam carnem esitari: scito priscos habuisse in deliciis ganeæ onagros, id est, asinos siluestres. Mecœnas (auctore Plin.) pullos asinarum epulari instituit, multum eo tempore prælatos onagris. Pullis onagrorum ceu præstantibus sapore Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. de quibus celebre est illud epigrammatarij poetæ. Dum tener est onager, soláque lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet. Ad hæc Galenus, maximus medicorum, tradit, Alexandrinos vesci carne asinina, camelináque. *Ponè.*] pòst aduerbium est. Virgil. Ponè subit coniunx. *Incuriosè.*} negligenter. *Canis venaticus.*] Lucian. plures canes refert λαθραίους, id est, furtim introeuntes, inuasisse femur. *Negligentia.*} Lucian. μαγείρου ῥᾳθυμίᾳ ἀπόλωτο, id est, coquus per negligentiam perdidit femur. *Mœrens.*] mœrore luctúque confectus. *Arrepto funiculo.*] Lucian. ἔγνω κρεμάσαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ τραχήλου. id est, decreuit seipsum collo suspendere. *Funestum nodum.*} laquei nexum, quo se pensilem facere destinauerat. *Adeóne, inquit.*} Apud Lucian. vxor coqui sic infit, μήτε ἀποθνήσκε ὦ φίλτατε, μήτε ἀθυμίᾳ τοιαύτῃ δὸς σεαυτὸν πανδεινῶς γάρ μοι περιέσῃ καὶ πάντα, hoc est, ô coniunx amantissime, neque moriaris, neque tristitia te ipsum conficias: mihi ausculta, bene perages omnia. *Mente excidisti.*] Malum impendens, & pauor, sæpe hominem mente deturbat. facitque attonitum ac desperatum, iuxta illud: Tum pauor omnem sapientiam mihi ex animo expectorat. *Domini prouidentia.*] Purior lectio est, D. tum prouidentia, pro deorum. *Fortuitum remedium.*} Asinum dicit, cuius femur pro femore cerui iubet apponi, vt hoc remedio fortè oblato tutus euadat infortunium. *Fortunæ turbine.*] impetu, fragore, agitatu. sic M. Tul. fortunæ fulmina dixit, translatio est à turbine tempestatis. Est autem turbo repentinus flatus, proxima quæque prosternens. circa terras concipitur ac fertur, ideóque arbusta radicitus euellit, & quacunque incumbit solum nudat, siluas interim & tecta corripiens. inferior ferè nubibus, vtique nunquam altior. turbo in orbem vertitur. turbinum motus vagus & dissectus, & vertigosus. turbinis rotundi facies in eo-

dem

Digitized by Google

dem veſtigio verſatur, & in columnæ modum circumagentis ſe voluitur:auctores Seneca, Plinius, Apuleius in Coſmographia,& cæteri. Valerius Flaccus: Ruit ille polo, noctémque diem Turbinis in morem. Turbinis recti figura metæ contraria eſt.illa enim faſtigiatur in acutum, latior in imo: hic imo anguſtiſſimo, dilatatur in ſummo: ita vt meritò dici poſſit metam inuerſam eſſe,turbinem rectum. Cor homini turbinato mucrone eſt,turbinatior figura eſt pyris. Papinius in Siluis(vt in lib. Annotationum curioſè annotauimus) turbinem ruentem eleganter poſuit pro meta. *Expergitè.*} vigilanter, vt aduerbium ſit. poteſt etiam accipi pro caſu vocatiuo, vt exponas Expergite pro expergefacte, excitate, euigilans. Expergo enim vſurpatur pro expergefacio, & expergitus pro expergefactus & vigilans.Santra,Vocis expergita ſomno. *Ad ſimilitudinem perditi.*} ceruini ſcilicet femoris,quod canis inuaſerat. *In protrimentis.*}Protrimenta dicuntur edulia minutim trita, conciſaque,qualia hodieque in pulmentariis plurima concinnantur, ex carnib.fruſtillatim ſectis: à tritura dicta protrimenta, quaſi à proterendo:ſicut inſicium, ab inſectione dictum.eſt autem inſicium (vt id quoque in tranſcurſu explicemus) pulmenti genus,ex inſectis & minutatim tritis carnibus confectum, quòd difficile digeſtu eſt: cauſam refert Macrob. in vltimo Saturnalium. Apud Apitium crebra mentio eſt de inſiciis, & multiformis concinnatio. Econtrariò Retrimenta dicuntur excrementa & feculentiæ. Macrobius in 7. In ventre fit prima digeſtio, cuius ſex retrimenta ſunt, quæ per inteſtina inferiora orificio trudente labunt. Item retrimenta ſanguini dicit ineſſe,hoc eſt feculentam materiam. Item,aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in veſicam trahi, intelligens ſtercora & vrinam. *Verberoni.*] coquum dicit,qui inter famulicia erat apud priſcos. Plin.in coqueſtione luxus, coquos emi ſingulos pluris quàm equos conqueritur. Idem tamen refert, coquos non habitos eſſe in ſeruitiis, eoſque ex macello conduci ſolitos:ſcribit Paulus Iuriſconſultus,ſeruis lecticariis legatis, ſi idem lecticarius ſit,& coquus, quòd accedit legato. Verberones autem dici ſeruos dignos verberibus,quis noſcit?quos & flagriones nuncupant. Græcè maſtigia dicitur, vt antè explicatum eſt. *Conſeruæ.*] vxoris.Lucianus: ὁ δὲ μάγειρος τῆς γυναικὸς ἐπαινέσας τὸ βούλευμα. ἄριστα ἔφη σὺ ἃ γυνὴ παῖσον, καὶ τούτῳ μόνῳ τῷ ἔργῳ τὰς μάστιγας φυγεῖν ἔχω. id eſt: Coquus vxoris conſilium laudans, ô coniunx, inquit, optima,hæc ſunt, & hoc ſolo opere verbera effugere poſſum. *Laniena.*] De laniena, in

qua carnes venduntur à laniis, ſuprà dictum eſt. hic laniena ſignificatur laniatio ipſa, & ſectio femoris aſinini: ſicut carnificina modò pro loco, modò pro ipſa excarnificatione & cruciatu ponitur.

ARGVMENTVM LIBRI NONI.

Hic nonus liber continet aſtum aſini, quo lanienam euaſit. Sequitur alterum periculum., quo rabioſus credius, auxilium aquæ potus acquiſiuit. Narratio fabellæ de fœmina maritum illudente, cuius amator ſub ſpecie emptoris in dolio fefellit: ſors captioſa Syriacorum ſacerdotum, furtúmque deprenſum. Deſcriptio piſtorij operis, cui fuit mancipatus. Explicatio fabularum de adulteriis impudicitiáque fœminarum lepidiſſima: domini rurſus mutatio, à piſtore ad hortulanum facta tranſlatione. Dirum familiæ infortunium. hortulani in militem abactorem inſultatio: aſini occultatio & proſpectus.

Obarmabat.] Sicuti obambulare dicimus, aduerſum alios ambulare, & quaſi ambulanti ſeſe opponere: ſic obarmare dici videtur, contra alium ſeſe armare. hæc enim particula Ob interdum ponitur pro contra & aduerſus: ſic obrogare eſt, contra legem ferre nouam rogationem: ſic obloqui, aduerſus alium loqui: ſic obtrectator dicitur, qui facit quid contra rectè tractantem: ſic obuaricator, qui adurſus quempiam occurrit, obſtans quod minus is rectum iter confi-

Sic ille nequiſſimus carnifex contra me manus impias obarmabat. At ego, præcipitante conſilium periculi tanti præſentia, nec exſpectata diutina cogitatione, lanienam imminentem fuga vitare ſtatui: protinúſque vinculo, quo fueram deligatus, arrupto, curſu me proripio totis pedibus, * *ac tutelam ſalubrem crebris calcibus velitatus. illicóque me, raptim tranſcurſa proxima porticu, triclinio, in quo dominus edium ſacrificales epulas cum ſacerdotibus Deæ cœnitabat, incon-*

tanter

tanter immitto: nec pauca rerum apparatus cibarij, mensas & id genus impetu meo collido, atque disturbo. Qua rerum deformi strage paterfamilias commotus, vt importunum atque lasciuum me cuidam famulo curiosè traditum, loco certo aliquo clausum iussit cohiberi, ne rursum conuiuium placidum simili petulantia dissiparem.

ciat: sic pleraque alia est inuenire in veterum libris, ex hoc fonte deriuata. *Laniena.*] laniatum & sectionem. *Vinculo arrupto.*} Lucianus: ῥήξας τὸν ἱμάντα, id est, rumpens lorum. Græci enim ἱμάντα lorum dicunt, vnde himantopedes Plinio & Solino, populi in Africa loripedes, quibus serpendo ingredi natura est. *Calcibus velitatus.*] Signat se quasi calcitronem factum, & crebris calcibus omnes à sese abegisse in fuga, ne vllum esset offendiculum. translatio à contentione velitum militum, & congressione. Qui sint velites, quæ velitatio, quid velitari, persæpe dictum est. *Incunctanter immitto.*} Sine vlla cunctatione & mora currens, infero me intra cœnaculum, in quo dominus cum sacerdotibus deæ Syriæ epulabatur, quos Lucianus cinædos vocat, vt iam diximus. Lucianus: ἔπειτα δεῦρο ἵσω, ἔνδοθεν ὑπολίπτομαι τοῖς κλιμάδι σὺν τῷ δικότῃ τῷ ἀλφάν. ἐντεῦθεν εἰσδραμὼν, διατρίπω πάντα τῷ σκιρτήμασι, καὶ λυχνίδια καὶ τραπέζας. id est, Subuerto omnia saltatione & candelabra & mensas. *Id genus.*} Huius generis: elocutio vsitatissima. *Paterfamilias.*} dominus ædium, & vt Græcè dicitur, δεσπότης. Seneca libro Epistolarum moralium sexto: Omnem, inquit, inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detrahentes, dominum patremfamilias appellauerunt, seruos familiares. hoc idem Macrobius in Saturnalibus: Sanè quando dicimus paterfamilias, illud familias indeclinabile est, & genitiuus est singularis à Græco ductus (vt docet Seruius.) si autem paterfamiliæ dicere voluerimus, iam non erit vnum nomen, sed locutio declinabilis: vt dicamus, hi patresfamiliæ, horum patrum familiarum. ille dicitur agere bonum patremfamilias. qui quæ à parentibus accepit, maiora efficit. *Lasciuum.*} Lucianus dixit ἀγέραστον, id est, strenuum & petulantem. *Petulantia.*] procacitate, lasciuia à petendo petulantia, sicut à procando, id est, poscendo procacitas nominata est, hœdos petulcos dixit poëta,

Digitized by Google

pro laſciuos & exultantes. videlicet ab appetendo: vnde & meretrices petulcas, hoc eſt procaces vocamus.

Aſtuto commento.] hoc meo inuento callido & aſtutulo. Aſtutos callidos dicunt, ab aſtu, id eſt ciuitate: quoniam vrbici ſunt ruſticis callidiores, aſtutiores, vafriores. *Lanij.*] Coquum dicit, qui lanienam parauerat, & cultros ad femur aſini laniandum exacuerat: lanij autem, qui & laniones dicuntur, à laniandis pecoribus: ſicut & laniſtæ dicti, qui laniandis præſunt gladiatoribus. *Cuſtodela.*] cuſtodia: ſic fugela, cautela, ſic alia ſexcenta per diminutionem vſurpantur. *Salutaris carceris.*] Salutarem carcerem accipe pro loco, in quo clauſus iuſſu domini cohibebatur tutus, & citra lanienæ periculum. *Nihil fortuna renuente.*] Sententia catholica, qua ſignificatur, nihil proſpe-

Hic aſtuto commento ſcitulè munitus, & medys lanij manibus ereptus, cu ſtodela ſalutaris mihi gaudebam carceris. Sed nimirum nihil fortuna renuente licet homini nato dexterum prouenire. nec conſilio prudenti, vel remedio ſagacis, diuinæ prouidentiæ fatalis diſpoſitio ſubuerti vel reformari poteſt. Mihi denique idipſum commentum, quòd momentariam ſalutem reperiſſe videbatur, periculum grande, immò præſens exitium conflauit aliud. Nam quidam ſubitò puer, mobili ac trepida facie percitus (vt familiares inter ſe ſaſurrabant) irrumpit triclinium, ſuóque annuntiat domino, de proximo angiportu canem rabidam paulò antè per poſticam impetu miro ſeſe direxiſſe, ardentíque prorſus furore venaticos canes inuaſiſſe: ac dehinc proximum petiſſe ſtabulum, atque ibi pleraque iumenta incurriſſe pari ſæuitia, nec poſtremum ſaltem ipſis hominibus peperciſſe. Nam *Mytilium mulionem, & * Epheſtionem cocum, & Hypatauium cubicularium, & Apollonium medicum, immò verò & plures alios ex familia, abigere tentantes, varijs morſibus quemque laceraſſe: certè venenatis morſibus* contracta nonnulla iumenta, *efferata ſimili rabie. Quæ res omnium ſtatim percuſſit animos: ratíque, me etiam eadem peſte infectum ferocire, arreptis *huiuſ-*

cemodi

cemodi telis, mutuóque vt exitium commune protelarent cohortati, ipsi potiùs vesaniæ morbo laborantes, persequuntur. Nec dubio me lanceis illis & venabulis, immò verò & bipennibus, quæ facilè famuli subministrabant, membratim compilassent, ni respecto subiti periculi turbine, cubiculum in quo mei domini diuertebant, protinùs irrupissem. Tunc clausis obseratisque super me foribus, obsidebant locum, quoad sine vllo concessionis suæ periculo, pestilentiæ lethalis pernicaci rabie possessus ac peressus absumerer. Quo facto, tandem libertatem nactus, solitariæ fortunæ munus amplexus, super constratum lectum abiectus, post multum equidem temporis somnum humanum quieui.*

rum prouenire posse mortalibus inuita & aduersante fortuna. Cõ simile est illud apud poetam memoratissimum: Heus nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Scribit Cebes philosophus in Tabula eorum qui fortunam circunsistunt alios gaudere, alios tristari: qui à fortuna quidpiam acceperunt, hi ridere videntur, à quibus etiam ἀγαθὴ τύχη. id est, bona fortuna nuncupatur. qui verò flere ac manus protendere videntur. hi sunt à quibus abstulit quæ antè tradiderat, à quibus κακὴ τύχη, id est mala fortuna nominatur. *Dexterum.*] prosperum, secundum, fœlix. *Nec consilio.*} In hanc sententiam scribit Plaut. in Pseudo: Centum doctum hominum consilia hæc deuincit dea fortuna. *Fatalis dispositio.*} εἱμαρμένη, id est, fatum & necessitas, amba sibi inuicem indiuiduo connexæ sunt glutino: vt inquit Trismegistus. Fatum inexorabile est, vt poetæ canunt: Desine fata deûm flecti sperare precando. Fati vis inauersibilis, immobilis, insolubilis est: & (vt inquit Apul. in Cosmographia) ineffugibilis est necessitas fati. Memoratissimus est versiculus ille Cleanthis, quem Seneca Latinum fecit: Ducunt volentem fata nolentem trahunt. & vt à Tertull. dictum est, fato stat Iupiter ipse. De fato diuus Augustinus, Chrysippus, M. Tul. Firmicus Maternus, & agminatim omnes. exclamat Manlius, Fata regunt orbem, certa stant omnia lege. *Adipsum.*} Lege, idipsum. *Momentariam.*] breuem, & momento temporis datam: Quintil. momentosam apium rapinam decenter appellat, quæ momento fit in floribus decerpendis. *Percitus.*} commotus, perturbatus. *Angiportu.*} quod exitum non habet, ac peruium non est. Angipor-

Digitized by Google

tum dicitur (vt interpretatur M.Var.) ab angendo & portu. Anguſtum autem, id eſt arctum. Donatus grammaticus Angiportum eſſe dicit anguſtam & curuam viam: alij, quòd inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos, quas veteres portus dixerunt. dicitur Angiportum & Angiportus, neutro genere & maſculino in ſecundo & quarto ordine. Terent. in Adelphis: Id quidem angiportum peruium non eſt. Horat. Flebis in ſolo leuis angiportu. *Canem rabi.*] Canes rabidi per æſtatem maximè fiunt, propterea quòd natura ſicci, fiunt ſicciores æſtu, vt docet Alexander Aphrodiſeus in problematis. Arida autem cale facta conflagrant. hinc fit, vt furentes quaſi in phreneſim conuertantur, ipſorúmque vitoſa ſaliua ſit. Quod autem conflagrent, ex eo liquet: crebrò anhelant, rictu oris patulo, ad captandum aeris frigus. Non vtique omnes canes in rabiem aguntur, ſed illi potiſſimum qui ſunt ſicciſſimi, Caniculæ exortu, vt inquit Plin. canes maximè agi in rabiem non eſt dubium. Columella auctor eſt in 8. arceri rabiem canibus, qui morb. letifer eſt, ſi catulorum caudæ poſt diem quadrageſimum quàm ſunt editi caſtrentur morſu, neruúſque abrumpatur, qui eſt per articulos ſpinę. Quinetiam vermiculus eſt in lingua canum, qui vocatur à Græcis litta: quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. *Per poſticam.*] per partem ædium poſteriorem, oſtiúmque poſticum: namque poſticum oſtium dicitur, in poſteriore parte ædium. vicinum quoque habitantem ad poſteriorem domus, antiqui poſticum appellauerunt. Denique quæ ante nos ſunt antica, quæ poſt nos poſtica dicuntur. Cœli quoque partes quatuor dicuntur (auctore Varrone) ſiniſtra ab Oriente, dextra ab occaſu, antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. & hoc eſt quod voluit intelligi Seruius grammaticus, ſcribens poſticam genere fœminino eſſe nomen augurale: ſicut & antica eſt. Regulam ab illo traditam non vſquequaque ſeruant eruditi, vt ſcilicet poſticum neutro genere ſemper dicant pro parte ædium poſteriore, poſticam verò tantum pro parte cœli ſeptentrionali. nã vt hic noſter, & alij, poſticam & poſticulã vſurpant pro poſtico, & parte domus poſteriore. Virg. ſignat poſticam, cum ait, Poſtéſq; relicti à tergo. Plautus in Trinummo, poſticulum, hoc recipit, cum ædes vendidit. Interdum adiectiuum eſt nomen: vt apud Auſonium, Poſtico vulnere foſſor. apud Iuriſconſultos Tit. de vſufructu, poſticas poni legimus pro hoſtis partis ædium poſterioris, vbi ſcribit Iulianus: Si ædium vſusfructus legatus ſit, non permitti legatario poſticas vertere, vel refugia aperire, & atrium immutare. exçolere enim quod inuenit poteſt, qualitate ędium,

non

non immutata. *Incurriſſe.*]inuaſiſſe, impetiſſe. *Epheſtionem.*]nomen eſt coquo accommodatum. Græcè enim ἥφαιστος dicitur Vulcanus, vnde Epheſtiades inſulæ dictæ Vulcaniæ. Ad Vulcani autem violentiam (vt inquit Plautus) apponit coquus edulia. Celebratiſſimus eſt Epheſtion ille Alexandri amiciſſimus, quem olim ipſe alterum Alexandrum eſſe dixit: cuius obitu tanto mœrore confectus eſt, vt equos mulósque totonderit. vt vrbium pinnas diruerit, vt medicum cruci ſuffixerit, vt tibias & inſtrumenta muſica id genus diu in caſtris canere vetuerit : quem in funerando Epheſtione decem milia talentûm impendiſſe, auctores tradunt. *Hypatanium.*} Poteſt videri nomen deductum à verbo Græco ὑπατεύω, quod ſignificat ago conſulatum, & excello. Sic ὕπατος conſul dicitur & eximius, vt ita cubicularius inter alios primarius ſignificetur. *Apollonium medicum.*} Nomen eſt medico conueniens, quod veluti ab Apolline medicinæ deo deriuatum videri poteſt. De Apollonio magno, quo nihil venerabilius, nihil ſanctius, affatim Philoſtratus ſcribit, & cæteri commemminerunt. *Venenatis morſibus*]Rabidi canis morſus, inter venenatos letiferóſque numeratur. Morſum quoque hominis (vt refert Plin.) inter aſperrimos numerauerunt. vt auctor eſt Cor. Celſ. omnis ferè morſus habet quoddam virus. & ſi rabioſi canis morſus fuerit, cucurbitula virus eius extrahendum eſt. *Ferocire.*]ferociter ſæuire, & furere. *Peſte infectum.*] eodem veneno contactum. *Protelarent.*} propulſarent, excluderéntque. Aliàs protelare eſt percutere, aliàs adiuuare. de hoc verbo, ſuo loco dictum iam eſt. *Veſaniæ morbo.*] Morſi à cane rabioſo rabidi fiunt. cui veſaniæ occurritur cerebello gallinaceo : auctor Plin. Senſus eſt: Qui, inquit, me efferatum ex morſu canino, at ferocientem ſæuire exiſtimabant, perſequabantur : ſed illi ipſi magis inſaniebant, cum nulla ego poſte, nulla rabie penitus vexarer. *Membratim compilaſſent.*] per membra, per fruſta diſſecuiſſent, ita vt nec pilum in toto corpore eſſent relicturi. Plaut. in hanc ſententiam inquit: Iam ego te faciam, vt hic formicæ fruſtulatim differant. *Turbine.*] impetu & procella: de turbine antè dictum. *Cubiculum irrupiſſem.*} Lucianus, ἐγὼ δὲ ὁρῶν τὸ δεινὸν τὸ μέγεθος, δρόμῳ εἴσω παρέρχομαι, ἔνθα οἱ ἐμοὶ δεσπόται κατακλίνεσθαι ἔμελλον. id eſt, Ego videns periculi magnitudinem, curſu intra cubiculum irrumpo, vbi domini mei dormire debebant. *Conceßionis periculo.*} ingreſſionis & introitus, quo concedentes, introeuntéſque eſſent periclitati. *Peſtilentiæ letalis.*] morſum canis rabioſi conſtat eſſe peſtiferum, & exitialem non ſolum hominibus, ſed etiam pecori. *Pereſus.*] Vis venenati morſus penetrans vitalia populatur, & ſenſim pere-

Digitized by Google

dit abſumítque animantem. *Solitarie fortu.*] Ambiguum videri poteſt, vtrum ſolitariam fortunam dixerit pro ſolitam & vſitatam. an à ſolitudine: quoniam ſolus in cubiculo fuerat relictus. *Somnum hu.quie.*] Antea in ſtabulo inter iumenta vt aſinus humi quieuerat: nunc in lecto delicatè conſtrato more hominum cubans, ſomnum cœperat humanum, non beluinum.

Mollicie cubi.] Implet corpus ſomnus plenus, & molle cubile: vt tradit Cor. Celſus. econtrario extenuat corpus ſomnus breuis, & durum cubile. *Refota.*] refocillata, recreatáque. refocillato animo dixit A. Gel. pro recreato, exhilaratóque. *Altercari.*] Verbis diſceptare, & ſermocinari. Quintil. altercationis orationis præcepta dat, imprimis docens opus eſſe ingenio veloci, ac mobili animo prę ſenti & acri. idem præcipit, vt altercator bonus vitio iracundiæ careat, ne turbidus ac clamoſus ſit. in altercatione plurimũ valet acumen. *Hunccine.*] Hunccine: ficcine, pro ſiccine dixit Propertius, locutione vſitatiſſima. *Iugi ſu.*] perenni, continuo, perpetuo. inter elephantes & dracones iugis diſcordia eſt, inquit Solin. id eſt, perpetua. A. Gel. Iugi concordia fidiſſimè, amiciſſiméque vixerunt. Iugiter aduerbium eſt, quod

*Iámque clara die, mollicie cubiculi refota laßitudine, vegetus exurgo: Atque illos, qui meæ tutelæ peruigiles excubias agitauerant, auſculto de meis ſic *altercari fortunis. At hunccine miſerum iſtum aſinum iugi furore iactari credimus? immò verò iam virus *increſcente ſæuitia prorſus extinctum. Sic opinionis variæ terminum ad explorationem conferunt: ac de rima*quidam proſpiciunt, ſanum me atque ſobrium otiosè conſiſtere. Iámque vltrò foribus patefactis, pleniùs, an ſim iam manſuefactus, periclitantur. Sed vnus ex his de cœlo miſſus mihi ſoſpitator, argumentum explorandæ ſanitatis meæ tale commonſtrat cæteris, vt aquæ recentis completam peluem offerrent potui meo. Ac ſi intrepidus, & more ſolito ſumens, aquis* adlibeſcerem, ſanum me, atque omni morbo ſcirent expeditum: contrà verò, ſi viſum contactúmque laticis vitarem ac perhorreſcerem, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare. Hæc enim libris*priſtinis etiam proditum obſeruari ſolere.*

Digitized by Google

eſt,quod ſignificat perpetuò,continenter, perenniter. Dictio eſt protrita & frequens apud ſcriptores idoneos. Horat. in 2. Sermonum:Hortus vbi,& tecto vicinus iugis aquæ fons. *Virus.*] Venenum: inde virulenti dicti ſerpentes, & Horatio virulenta pro venenata. Virus apud Plinium propè peculiariter ſignificat modò aſperitatem odoris,vt virus alarum: modò aſperitatem ſaporis, vt ſtagnum illitum aeris vaſis compeſcit æruginis virus.modò genituram, vt virus verrinum ex ſcropha à coitu exceptum priuſquam terram attingat, grauitati aurium prodeſt.item potentiam ac vim naturalem: vt, nec ſatis eſt generationi per ſe coitus, niſi editis ouis, inter ſe verſando mares & fœminæ vitale aſperſerint virus. Hinc virolus deriuatur, à copia ſcilicet venenorum dixit Virg. Viroſaque Pontus caſtorea, vbi interpretes exponunt caſtorea viroſa, pro fœdi odoris & execrandi: Ego verò exiſtimo ita legendum, vt pontus viroſa dicatur, ſitque id epitheton copulandum cum ea dictione pontus, non autem caſtorea. Pontum autem viroſam perpetuo, bonóque epitheto dici, quaſi feracem venenorum. conſtat enim, venena copioſiſſima gigni in Ponto: quod & idem poeta ſignificat ſcribens: Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,Ipſe dedit Mœris:naſcuntur plurima Ponto, quando fœminam viroſam & locus fœmineos viroſos dici leges, ſcito à viro deriuari, quaſi appetens viri, virilisque concubitus, in quo ſignificatu(vt ſupra annotaui) magis dicendum eſt virioſa mulier, & virioſi loci, hoc eſt, genitalia fœminæ virum inhiantia. *Foribus.*]ſcilicet cubiculi, intra quod irruperat aſinus. *Periclitamur.*] experiuntur, & periculum faciunt:id eſt, tentamenta.hinc periclitabundus,faciens periculum,id eſt, experientiam. Aliàs periclitari ſignificat periculum ſubire, & cladem affici: hinc locus Epigrammatiſtæ, Periclitatur capite Sotades noſter. *Soſpitator.*] conſeruator, ac ſalutifer. *Aquæ recen. complet.pel.of.*] medicamentum morſi à rabido cane eſt, ſi aqua non expaueſcat,ſi aquam audeat attingere. nam(vt inquit Plin.) in morſis lætalis aquæ metus. ſcribit Philoſtratus lib. 6. de vita Apollonij rem dignam annotatu: videlicet quòd rabioſus canis momordit adoleſcentem,qui ex eo morſu caninos mores cœpit repræſentare. etenim latrabat vt canis, & inſtar quadrupedum pedibus manibuſque gradiebatur. Apollonius infortunium adoleſcentis miſeratus, præcepit canem illum inquiri,qui iuuenem momordiſſet:quem perductum, attractumque iuſſit lambere morſum,vt videlicet idem medicus eſſet, qui

Digitized by Google

vulneris auctor extitiſſet. quo facto, repentè iuuenis ex morbo refocillatus, hauſtam ex Cydno fluuio aquam bibit, ſanatúſque eſt. canis quoque juſſu Apollonij fluuium ingreſſus, cũ in eo aliquandiu innataſſet, ex morbo conualuit, Galenus in lib. de Sectis ſcribens de diſcordia empiricorum & dogmaticorum medicorum, refert medicum empiricum alia medicina vſum eſſe, in ſanando eo qui à rabido cane morſus fuerat, alia verò dogmatiſten: vbi docet, morſum aſperiorem eſſe, qui factus ſit à cane rabido in cynocaumate. dicuntur autem cynocaumata æſtus caniculares. etenim (vt antè diximus) exoriente canicula canes potiſſimum aguntur in rabiem, éſtque ea rabies id temporis homini peſtifera. idem auctor eſt, homines ex morſu canis rabidi aquã metuentes mortuos eſſe: docens remedium, aquam non expaueſcere. Cuidam virulento morſu rabidi canis infecto, appoſita eſt aqua perlucida & egelida, in qua cum canis idolum apparuiſſet, homo timens caninam in vndis imaginem, præ timore exanimatus eſt. Alij dicunt, quòd aquam bibit, & ideo mortuus ſit. Verum (vt inquit Galenus) non quia aquam biberit, ideo interiit, cum aqua pro remedio ſit: ſed quia timuerit. vbi enim morſus à cane aquam timet, actum de illo eſt. nam (vt inquit Ouid.) Tollere no doſam neſcit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis. Eleganti vocabulo Græco hydrophobos vocant, qui ex morſu canis rabidi aquam timent: qua dictione vtuntur & noſtri. Plin. in 29. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur. Hydrophobia verò dicitur ipſe morbus, ex aquæ metu proueniens. Apud Galenum in libello de Theriace mendoſe, legitur hydrophorbia, pro hydrophobia: quod quemadmodum medici recentiores intelligant, non diſcutio. Corrigendus eſt hoc potiſſimum loco error alter, & mendum tollendum ex codicibus Cornelij Celſi, apud quem libr. 5. ſic paſſim legitur, capite de morſu rabioſi canis: Solet autem ex eo vulnere, vbi parum occurſum eſt, aquæ tumor naſci: hydrophlogas Græci appellant. Ego olim cum enarrarem Corn. Celſum, nihil ſubeſſe mendoſum ſuſpicans, exponere ſolebam tumorem aquæ flammeum, & quaſi ignitum gigni ex vulnere, quod feciſſet rabioſus canis: quod morbi genus Græci ab aqua flammida, & corpus tumidum vrente, hydrophlogas vocarent: vocabulo deflexo ab aqua quæ Græcè ὕδωρ, & φλέγω comburo. Sed cum ex morſu rabidi canis nihil tale naſci inter medicos conſtet, video re curioſius penſitata, puriorem veriorémque lectionem eſſe, ſi ita ſcribas: Aquæ timor naſci, hydrophobos Græci appellant.

Digitized by Google

pellant.hæc eſt ſcriptio vera,erudita,ſyncera : & ita Corn. Celſum ſcripſiſſe, indubitanter affirmo.timor enim aquæ, non timor, innaſci ſolet morſis à rabido cane. Tales autem timentes aquam,Græci hydrophobos vocant,à verbo Græco φοβέομαι, quod ſignificat timeo, & ὕδωρ aqua. Huiuſce autem caſtigationis in Cor. Celſo me ſubmonuit, & quaſi conniuentem expergefecit,meus ille gentilis & cognominis Philippus Beroaldus minor,adoleſcentulus apprimè doctus, & græcam latinámque linguam benè callens, qui dum ſitienter φιλιππίζει, hoc eſt Philippum imitatur,& per noſtra veſtigia it : iam ex ſcholaſtico factus eſt profeſſor,etſi nouitius, non tamen proletarius, me in præſentia effingit,me habet archetypon:nihil proximus, ſed interuallo non longo proximus. Mox vt ſpero & opto, nos & noſtra tranſcendens longius procuraret atque emicabit. Video ex hac doctrinarum ſcintilla lucem maximam,fulgentiſſimámque maturiſſimè erupturam. & (vt inquit ille) meliorem præſto magiſtro diſcipulum : ſicut lætor factura manum mearum, ita gaudeo in nobis impleri vetus adagium, quod eſt, πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, multi diſcipuli meliores præceptoribus. Laus doctoris eſt, profectus diſcipulorum. iuuat me, quòd ſicut ego ſuccreui gloriæ præceptoris mei Franciſci Puteolani, viri doctiſſimi, magna cum laude:ita mihi,ſuccreſcat gentilis meus, non minus probitate ſpectatus, quam eruditione conſpicuus : qui me amat vt neceſſarium,colit vt parentem,obſeruat vt doctorem:erit pulchrum.& ad poſteros memorabile(ſi modò monumenta noſtra, vt auguramur,ſunt futura diuturniora) duos Philippos in gente Beroalda,non obſcuri in ſtudiis literarum nominis, inter profeſſores humanitatis non poſtremos eodem tempore efflоruiſſe : ſicut olim tres in gente Curionum continua ſerie oratores extitiſſe, memorantur. Sed iam ad propoſitum regrediamur, redeamuſque ad hydrophobos,id eſt,aquam metuentes ex morſu canis rabioſi. Vnicum remedium eſt,hoc miſerrimo genere morbi oppreſſum,nec opinantem, in piſcinam non antè ei prouiſam proiicere : & ſi natandi ſcientiam non habet, modò merſum bibere pati, modò attollere : ſi habet, interdum deprimere, vt inuitus quoque aqua ſatietur. ſic enim ſimul & ſitis & aquæ metus tollitur,Plin.ait, quòd lacinia ſubdita calici infecta menſtruo diſcutit metum aquæ & potus. Verùm ne quid ſciens præteream,ad rabioſi canis morſum pertinens, non omittam id quod apud Auicennam medicorum nobiliſſimum legi, qui ſcribit, homines à rabioſo cane morſos in aquæ metu lachry-

mare: qui quotiens aquæ propinquant, imaginantur canem, & ex eo interdum timent, interdum nullo metu perturbantur: quandoque talis ex siti moritur: aliquando desiderat aquam, dein proclamat: nonnunquam sorbens aquam strangulatur. fit etiam vt latret sicut canis: & sæpe talis ad mordendum alterum hominem propensus est. ante aquæ metum curatio morbi huiusce in proximo est. Dixit Ruffus, quosdam non terreri ex aqua, & volutabris per humum delectari. Illud adde, ipsum quoque rabiosum canem persæpe affici aquæ metu: & si quando obuius aquæ factus sit, in tantum eam formidat, vt pili inhorrescant, & totus contremiscat, & nonnunquam ex ea formidine moriatur, talibus canibus lingua exerta est, & os spumabundum, saliua spumosa, nasus fluens. Ob hoc dixit Lucianus in 6. Pharsaliæ: Non spuma canum, quibus vnda timori est. *Peluem.*] Peluis vas aquarium est, in quo varia perluuntur: vnde & nomen. Peluia vasa sunt, quibus pedes lauantur: vt malluuiæ, quibus manus. Græci λέκανον peluim dicunt. *Aquis adlibescerem.*] libens accederem. Plaut. in Milite: Hercle verò iam adlubescit primulum Palastrio. vbi adlubescit positum est, pro eo quod est incipit lubere: hoc est, placere. *Vt ipsum laticis.*] Si aquam vel videre, vel tangere expauescerem, si hydrophobos essem: talibus enim (vt ante dictum est) metus aquæ letalis est. Plin. hoc morbo genus pauoris nomine intelligi vult, cum ait in 32. Cinis cancrorum seruatus prodest pauori, prodest periclitantibus ex canis rabiosi morsibus. *Nexiam.*] pestiferam & letalem. *Libris pristinis.*] libris priorum, antiquorumque scriptorum, qui talia prodiderunt.

Isto placito.] cũ illud omnibus placuisset. *Constantes.*] Quasi adhuc dubitãtes adire propius asinum, quẽ ferocire existimabant. *Salutares aquas.*] Meritò salutares dixit, quæ & sitim extinguerent, & salutis causa essent asino potanti, cuius salus ex hausta aquæ consistebat: cum

Isto placito, vas immane confestim aquæ perlucidæ de proximo petitæ fonte, constantes adhuc offerunt mihi. At ego sine vlla mora progressus, etiam obuio gradu satis sutienter, pronus & totũ caput inuergens, salutares verè equidẽ illas aquas hauriebam. Iámque & plausus manus, & aurium flexus, & ductũ capistri, & quiduis aliud periclitantiũ, placidè patiebar: quoad contra vesanam eorum præsumptionem, modestiam meam liquidò cunctis approbarem. Ad istum modum vitato duplici periculo,

die

die ſequenti rurſum diuinis exuuijs onuſtus, cum crotalis & cymbalis circun foraneum mendicabulum producor ad viam. Nec paucis caſulis atque caſtellis oberratis, diuertimus ad quempiã pagum vrbis opulentæ quondam (vt memorabant incolæ) inter ſemiruta veſtigia conditum: & hoſpitio proximi ſtabuli recepti, cognoſcimus lepidam de adulterio cuiuſdam pauperis fabulam, quam vos etiam cognoſcatis volo.*

alioqui potuiſſet videri rabioſus,& ob hoc noxius mortis periculo. *Hauriebam.*]ebibebam. De multiplici huiuſce verbi ſignificatione protrita ſunt omnia, & annotant grammatici. *Plauſuma.*] Accuſatiuus eſt caſus numeri pluratiui. Palma cũ palma collata,plauſum facit:auertſæ inter ſe manuscolliſæ,nõ plaudunt:auct.Seneca in 2.q.Hic plaulus manus accipe pro manuũ tractatione,qua iumenta molliter tractare ſolemus,& cũ ſibilo allectare:in quam ſententiã ait poeta,Manibúſque laceſſunt Pectora plauſa canis, & colla comantia pectunt. item aliubi inquit, Plauſum ceruicis amare. *Periclitantium.*]tentantium,exlorantium. *Liquidò.*]manifeſtè,& apertè:aduerbium eſt. *Ductum capiſtri.*]Quæ diſpoſitis rebus accedunt,non ſunt depoſita(vt ſcribunt iuriſconſ.) vt puta ſi equus cum capiſtro. nam ſolus equus depoſitus eſt. *Duplici periculo.*]Duplex periculũ ideo dicit,quia euaſit lanienam coqui,& impetum eorum qui eum,tanquam eſſerum veſanúmque ex morſu canis obtruncare voluerant. *Diuinis exuuijs.*] Simulachrum deæ intelligit,vnà cum ſpoliis & reliquo apparatu ſacerdotali. Exuuiæ ab exeundo dictæ ſunt,ſicut induuiæ ab induendo.Plaut in Menæchmis:Induuiæ tuæ,atque vxoris exuuiæ. Mos fuit antiquorum,in foribus & circa limina domorum affigere hoſtium exuuias & ſpolia, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. *Crotalis.*}ſonoris inſtrumentis,quibus Syriaci ſacerdotes & Galli Cybeleij vtebantur: de quibus antè dixi. *Circumforaneum.*] Oppidò quàm eleganter & perquàm ſcitè dicitur aſinus. gerulus deæ Syriæ, mendicabulum circumforaneum,quoniam illa circum fora & conciliabula circumlata pecunias & res alias emendicabant. Circunforaneus appellatur, qui circum fora diſcurrit & vagatur: quales vaticini ſunt, & pharmacopolæ. M.Tullius in oratione pro Cluentio: Tum repentè Anconitanum quendam L.Clodium pharmacopolam circumforaneum,qui caſu in Latium veniſſet,aggreditur,nõ longè

abſimiles à circumforaneis ſunt circitores, qui à circumeundo dicti videntur. Qui (vt docet Vlpianus tit. de inſtitutoria actione) veſtes circunferunt & diſtrahunt. In re militari circitores vocantur, qui vigilias militum circumeant, & renuncient ſi qua emerſerit culpa; quos & circuitores appellant. De mendicabulo Plaut. in Apularia: Memorare nolo hominum mendicabula. in Floridis Lucius noſter, palliata mendicabula decentiſſimè appellat homines mendicos, qui pallio tenus philoſophos imitantur, ſub quorum habitu mendicitas oſtentatur: in quibus nihil eſt ſancti, nihil philoſophi, præter pallium: vt non immeritò celebretur ille, qui dixit in hominem id genus. Pallium & barbam video, philoſophum non video. *Oberratis.*] circuitis, luſtratis. *Semiruta veſtigia.*] Denotat in ruinis, veſtigiiſque dirutæ vrbis pagum conditum fuiſſe. Lucanus: At nunc ſemirutis pendent quoque mœnia tectis. *Lepidam de adul. fabu.*] Cum duo ſint genera facetiarum, alterum fuſum, alterum peracutum & breue: in illo genere lepôris perpetuò excellens eſt Lucius noſter, qui interſerit fabellas lepidiſſimas, & facetoſas vrbanitate oblectantes: vt non minus his facetiis placeat, lepidíſque narratiunculis, quàm ſerij ſcriptores doctrina ſeria & graui. Hic eſt illi ſermo Mileſius, cuius in principio huiuſce operis affatim commeminit: quem Lucianus λόγον μιλήσιον appellat, quo fabulâris narratio concinniter explicatur.

Gracili paup.] Ioannes Boccatius eloquio vernaculo diſertiſſimus, condidit centum fabulas argumento & ſtilo lepidiſſimo, feſtiuiſſimóque: inter quas Apuleianam hanc inſeruit, tranſpoſuítque commodiſſimè, non vt interpres, ſed vt conditor; quam fœminæ noſtrates non ſurdis auribus audiunt, neque inui-

Is gracili pauperie laborans, fabriles operas præbendo, paruis illis mercedibus vitam tenebat. Erat ei tamen vxorcula, etiam ſatis quidem tenuis & ipſa, veruntamen poſtrema laſciuia famigerabilis. Sed die quadam, dum matutinò ille ad opus ſuſceptum proficiſcitur, ſtatim latenter irrepit eius hoſpitium temerarius adulter: ac dum Veneris colluctationibus ſecuriùs operantur, maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tum tale ſuſpicans, improuiſus hoſpitium repetit, lámque clauſis & obſeratis foribus, vxoris laudata continentia, ianuam pulſat, ſibilo etiam præſentiam*

tiam ſuam denuntiante. Tunc mulier callida, & ad huiuſmodi flagitia peraſtutula, tenaciſsimis amplexibus expeditum hominem, dolio, quod erat in angulo ſemiobrutum, ſed aliàs vacuum, diſsimulanter abſcondit: & patefactis ædibus, adhuc introeuntem maritũ aſpero ſermone accipit. Siccine vacuus & otioſus, inſinuatis manibus ambulabis mihi, nec, obito conſueto labore, vitæ noſtræ proſpicies, & aliquid cibatui parabis? at ego miſera per noctem & per diẽ lanificio neruos meos contorqueo, vt intra cellulam noſtram ſaltem lucerna luceat. Quantò me fœlicior Daphne vicina, quæ mero & prandio matutino* ſatia, cum ſuis adulteris* volutatur!*

tæ legunt. nos quoque Mythopolon, hoc eſt opificem fabellæ Lucium noſtrum latialiter perſonantem, & graphicè lepidiſſiméque explicantem inaudiamus, legamus, penſitemus, auribus, oculis, animis lubentibus: cum talibus egreſſionum amœnitatibus non ſolum lectores, verum etiam commentatores reficiantur. Inter paupertatem & pauperiem differentia hæc eſt, quòd paupertas honeſtæ parſimoniæ nomen eſt, vſurpatúrque pro fortuna mediocri: pauperies verò egeſtas dicitur, quam optimo epitheto immundam dixit Horat. ſcribens in epiſtolis, Pauperies immunda domus procul abſit. Aliàs pauperies ſignificat damnum: quod & Iuriſconſ. docent, Tit. ſi quadrupedes pauperiem feciſſe dicatur. Græcè paupertas dicitur πενία, pauperies verò πτωχεία: de qua feſtiuiter ſcripſit Ariſtophanes in Pluto. *Fabriles operas.*} Signat pauperem vitam ſuſtentaſſe ex mercedulis, quas colligebat locando operas fabriles. opera enim in actu conſiſtit, & (vt inquit Caius iuriſconſultus) in hominis vſufructu operæ ſunt, & ob operas mercedes. operis ſerui legatis (inquit Terent.) vſum datũ intelligi, & ego didici, & Iulianus putat interdũ operas pro ipſis hominib. & ſeruis accipimus, vt apud Ciceronẽ: Fugatę ſunt operę Clodianę & apud Horatiũ: Accedes opera agro nona Sabino. *Vxorcula.*} Vt à ſorore ſororcula, ſic ab vxore vxorcula, p diminutionẽ dicta. *Tenuis.*} paupercula. *Famigerabilis.*} περὶ μέσων dictio. nã & in bonã & in malã partẽ famigerabilis vſurpatur. hic p famoſa accipi debet, & infami. *Matutino.*} Abſolutè dicimus matutinò & matutinis, p tẽpore & hora matutina. ſic Plin. in x. Coruus maturè ſermoni aſſurfactus, omnib. matutinis euolãs in roſtra, in forũ verſus. Tiberiũ ſa

Digitized by Google

lutabat. *Veneris collu.* } Sic suprà in 2. His & eiusmodi colluctationibus ad confinia lucis vsque peruigiles eginus. *Operantur.* }operam dant. *Ignarus rerum.*]Mariti, dedecus vxorium, turpitudinemque domesticam nouissimi sciunt: iuxta illud, Dedecus ille domus sciet vltimus. & (vt inquit Hieronymus) nouissimi mala nostra discimus. *Hospitium repetit.* } domum reuertitur:& dum hospitium appellat, significare videtur illum in conducto habitasse,tanquam inquilinum. *Laudata continen.*] Specimen continentiæ vxoriæ est,clausa domus,& obseratæ fores,marito absente. *Sibilo.* } Liuius : Vt quocunque noctis tempore sibilo dedisset signum,porta aperiretur. Columella præcipit, boues sibilo allectari oportere à bubulco, vt libentius bibant. Sisilatores dixerunt veteres, quos nunc dicimus sibilatores:& sisilare, quod nos sibilare, & erat maledica vocis significatio, atque contumeliosa. *Perastutula.*]versutior, callidiorque. Sicut diminutiuo vocabulo vxorcula dicta, ita & περαστουλη perastutula : qua tamen dictione non tam significatur modicè astuta, quàm valde callida & veteratrix. In adulterinis flagitiis scribit Aristoteles in lib. 6. de Animalibus, malitiosiores, astutiores,insidiosiores fœminas esse. ediuersò mares animosiores,simpliciores, minusque insidiosos. *Expeditum.*]explicatum exolutumque ab amplexibus, quibus innexus erat lasciuis ederis ambitiosior. *Semiobrutum.*] Plin. de cellis vinariis scribens, refert,mitioribus plagis dolia,quæ sunt vasa fictilia vinaria, infodi solita terræ tota,aut ad portionem situs, cœlumque præberi.alibi verò impositi, tectis arceri:imbecilla vina demissis in terram doliis seruanda, valida expositis. Iurisconsulti quoque de fundo instructo, indicant dolia,defodi solita, scribentes : Instrumento conseruando, dolia licet defossa non sint, accedunt. Item tit. de contrahenda emptione : Dolia in horreis defossa, si non sunt nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni cessisse videri. Apud eosdem doliarium poni videtur pro dolio vel cella, in qua dolia vinaria sint. sic enim scriptum est:Si ex doliario pars vini venierit,veluti metretæ centum. Doliaria anus festiuiter dicta à Plauto, pro ventrosa & hebetissima. *Siccine.*]Verbum est castigantis, pro sic ne:ita Propertius, Siccine lentè lates. *Insinuatis ma.*] Ex quotidiana loquendi consuetudine vsurpatum verbum. namq; vulgo sic obiurgamus ignauum,inertem,desidiosum, vt dicamus, Hic insinuatis manib.sedet. Eleganter autem insinuatis manib.dicitur, pro inflexis,compressis,complicatis. tali enim habitu manus ociosorum comprimuntur,tanquam manci videantur.Liuius dixit cõ-

pressis

preſſis manibus, quod Lucius noſter inſinuatis, docens prouerbialem eſſe locutionem. Verba Liuij hæc ſunt ex lib. 7. in hanc fermè ſententiam: Quid aliud in cauſa eſſe credamus, cur veteranus dux fortiſſimus bello, cõpreſſis, quod aiunt, manib. ſedeas. *Obito lab.*] adito, ſuſcepto, completo. Obire laborẽ dicimus, pro adire, ſuſcipere, complere. ait poeta. Morte obita, pro ſumpta, ſuſcepta, & completa. Sermo obitus à Ter. dicitur in Hecyra, pro editus. *Vitæ.*] parto ſcilicet lucello, quo vita toleratur, & victus quęritur. *Laniſicio.*] In Andria: Primum hæc pudicè vitam parcè ac duriter agebat, lana & tela victum quæritans. In eandem ſententiam ait poeta, Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua Impoſitum. vbi exponit Seruius, tenui Minerua pro paruo precio lanificij. nam hodie quoque lanificij mercedula vitam tolerant fœminæ pauperiores. Annotandum eſt, lanificium fuiſſe in vſu nobilium matronarum, apud Romanos. hinc autumant ſcriptores idonei, in nuptiis Thalaſſij nomen inclamari, ſolitum, quod lanificij ſignum erat, vt videlicet hac voce nuptiali admonerentur nouæ nuptæ, lanificium in maritali domo exercendum eſſe. Thalaſſio enim ſiue thalaſſius ſignificat calathum, quod vas vtique eſt lanificiis aptum. inde factum eſt, vt ſponſæ (auctoribus Plut. & Plin.) colum comptam lana, & fuſum cum ſtamine ſecum ferrent, & viri ianuam lanicio coronarent. Auguſtus Cæſar filias & neptes ita inſtituit, vt etiam lanificio aſſuefaceret, contrà apud Perſas indecorum erat & ſordidum, admouere lanificio manum. Ideoque Alexander Magnus, cùm olim Siſymgambi reginæ Perſarum captiuæ lanam, purpurámque tradi iuſſiſſet, vt conficere veſtem neptes ſuas aſſuefaceret, vbi cognouit ex hoc dono illam triſtem eſſe, lachrymiſque triſticiam declarantem, ipſe perueniens ad eam: Mater, inquit, hanc veſtem qua indutus ſum, ſororum non ſolum donum, ſed etiam opus vides. noſtri decepere memores, caue obſecro contumeliam accipias ignorationem meam, ita animus reginæ mitigatus eſt. Lanæ appellatione (vt docet Vlpianus lib. de legatis tertio) continetur quæ neta eſt, & quæ neta non eſt: vt puta ſtamen & ſubſtamen, ſuccidam quoque contineri placuit. Sed nec ea lana, ex qua quis quaſi veſtimentum fecerit valetudinis vel deliciarum gratia continebitur: nec ea quidem quæ fomentationis gratia parata ſunt, vel medicinæ lanarum appellatione continetur. *Neruos contor.*] Alludens ad rem obſcœnam, vſa videri poteſt verbo amphibolo. nam & quæ indulget concubitu, & quæ operoſo labori diſtringitur, contorquere neruos dicitur. *Lucerna luceat.*] Conſimile eſt illud Tibulli: Dum meus aſſi-

Digitized by Google

duo luceat igne focus. *Daphne.*} Proprium puellæ nomen, ex lauro ductum, quæ Græcè dicitur daphne. vnde chamædaphne, pusilla & humilis laurus. Plin. Daphnon lauretum. Famigerata est Daphne, ob amorem Apollinis in laurum transfigurata. Apud nos hodiéque frequens est nomen Lauræ in fœminis, quasi dicas Daphne. Annotat Plin. nomen imponi viris latina lingua, vt Laureæ nominentur, ab vna arborum lauro. libertus Marci Tullij clarus, nominatus est Tullius Laurea.

Confutatus.} redargutus, castigatus, & verbis conuictus, confutare enim est, verbis conuincere, & refutare: vt inquit Donatus. Verùm refutatio in re est, confutatio in persona. In oratore potentissima est confutatio. *Forensi negocio.*] Sensus est: cum magister officinæ nostræ hodierno die occupatus esset negocio forensi: ideo nos quoque fuimus feriati. Officinator autem dicitur officinæ magister, qui operarios mercedula conductos habet: quo negocij pleno, feriati fuerunt operarij. Victruuius officinatorem appellat fabrum, structorémque parietarium, cuius pro-

*Sic confutatus maritus, Et quid istuc est? ait. Nam, licet forensi negotio officinator noster attentus ferias eobis fecerit, tamen hodiernæ cœnulæ nostræ * prospexi. Vides istud dolium, quod semper vacuum, frustra locum detinet tantũ? & reuerà, præter impedimentum conuersationis nostræ, nihil præstat amplius: istud ego quinque denarijs cuidam venditaui: & adest, vt dato pretio secum rem suam ferat. Quin itaque percingeris, mihique manum tantisper accommodas, vt exobrutũ protinùs tradatur emptori. E re nata fallacia, mulier temerarium tollens cachinnũ: Magnum, inquit, istum virum ac strenuum negotiatorem nacta sum, qui rem, quam ego mulier, & intra hospitium contecta, iamdudum septem denarijs vendidi, minoris * distraxit additamento pretij. Lætus maritus, & Quis est ille, ait, qui * tanto præstinauit? at illa, Olim inepte, inquit, descendit in dolium, sedulò soliditatem eius probaturus. Nec ille sermoni mulieris defuit, sed exurgens alacriter: Vis, inquit, verum scire materfamiliàs? hoc tibi dolium nimis vetustum est, & multifariàm rimis hiantib. quas-*

sum.

*ſum. Ad maritúmq; eius diſſimulanter conuerſus : Quin tu quicunque es homuncio, lucernam, ait, actutùm mihi expedis, vt eraſis intrinſecùs ſordibus diligenter aptum vſui poſſim dignoſcere: niſi nos*putetis æs de malo habere. Nec quicquam moratus ac ſuſpicatus, acer & egregius ille maritus, accenſa lucerna: Diſcede, inquit, frater, & otioſus adſiſte, donec probè procuratũ iſtud tibi re præſentẽ. Et cũ dicto, nudatus ipſe, dela to lumine, ſcabiem vetuſtã carioſæ teſtæ occipit*excalpere. At verò adulter, bel liſſimus ille puſio, inclinatã dolio pronã vxorem fabri, ſuperincurùatus, ſecurè dedolabat. At illa capite in dolium demiſſo, maritũ ſuum aſtu meretricio tractabat ludicrè: hoc, & illud, & aliud, & rurſus aliud purgandum* demonſtrat digito ſuo: donec vtroque opere perfecto acceptis ſeptem denarijs, calamitoſus faber collo ſuo gerens dolium, coactus eſt ad hoſpitium adulteri*proferre.*

batur exactio, cum ſubtiliter ædificium perfectum accipitur. *Iſtud dolium.*} Attende rem facetã, feſtiuámque : ex qua, aſtutia malitiáque muliebris facile deprehenditur. nam cum maritus dolium illud vendidiſſet, in quo adulterum vxor diſſimulanter abſconderat, repentè excogitata fallacia eſt, & ſtropha aſtu fœmineo, qua maritus ſtupidus & brutus illuderetur. *Eſt adeſt.*]ſcilicet emptor dolij. *Dato precio.*} ſine precio (vt inquit Vlpianus) venditio nulla eſt. non autem precij numeratio, ſed conuentio perficit emptionem: vt auctor eſt Caius iuriſconſ. quòd ſæpe arra pro emptione datur, non eò pertinet, quaſi ſine arra conuentio nihil proficiat, ſed vt euidentius probari poſſit, conueniſſe de precio. *Quin.*} Hæc particula Quin modò hortandi vim habet, & imperandi: aliàs aliter accipitur. *Percingeris.*]expedis te, & præparas. nam accincti ſunt expeditiores. Hieronymus: Accingere quæſo te, accingere. econtrariò diſcinctos dicimus ignauos & deſides. *Exobrutum.*] erutum, depromptum, extractum. Dolia enim (vt diximus) defodiebantur in cella vinaria. *E re na. fallacia.*] Dicimus aliquando abſolutè è re nata, vt inquit Donat. dicimus etiam cum adiuncto: vt è re natum exordium, dixit Quint. intelligi volens

Digitized by Google

ſubitò inuentũ, & ipſa cauſa repente ſumptum. idem aliubi gratiora eſſe tradit, quæ inuenta ſubitò, nec domo allata, ſed inter dicendum è re ipſa nata eſſe videantur. Igitur è re nata fallacia, ſignificatur muliebris dolus, ad fallendum maritum ſubitò excogitatus: non domi, non antè compoſitus, ſed ex ipſa re & negocio incontanter expromptus. *Temerarium.*} immodicum & ſolutum, qualis in temerariis eſt copioſus. *Magnum virum.*] A diuuanda pronunciatio eſt, cum ironia manifeſta. *Ego mulier.*} Vis in vocabulo & ſexu eſt: Ego mulier, quæ foris negociari non noui: ego mulier, quæ intra tecta domi continenter inhabito: mulier, quam natura finxit inualido conſilio, minúſque prudentem. ſcribit Ariſtot. in primo Politicorum, quòd fœmina habet conſilium quidem, ſed inualidum: puer verò imperfectum. Xenophon in Œconomico tradit, Virum foris parare, fœminam domi parata cuſtodire. *Minoris diſtraxit.*} minori precio vendidit. Verbum iuriſconſult. de quo ſuprà. *Abditamento.*] detractione ac deductione precij. contrarium eſt additamentum. alterum ab addendo, alterum ab abducendo & quaſi abdicando deriuatũ. *Tanto præſtinauit.*] tam magno precio emit: abſoluta locutio. *Ineptè.*] In maritum ſatis dicaciter. nam (vt inquit Craſſus orator apud M. Tullium) quem nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non ſit aptus: qui temporis, qui eorum quibus cum eſt vel dignitatis vel commodi rationem non habet: denique qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus eſt, is ineptus eſſe dicitur: quo vitio cùmulata eſt eruditiſſima illa Græcorum natio. itaque quòd vim huius mali Græci non vident, nec nomen quidem ei vitio impoſuerunt. *Deſcendit in do.*] Ecce fallaciam è re natam & ſubitò inuentam, qua perſuaſus maritus, illum eſſe emptorem doli credat, non adulterum. *Sedulò.*] inſtanter, impenſe, diligenter. dictum ſedulò, quaſi ſine dolo, vt interpretatur Donatus. *Materfamiliàs.*} Tanquam ad ignotam directa locutio, vt eam appellatione honorifica appellet, matremfamiliàs appellat: de cuius proprietate diximus ſuo loco. Fuiſſet enim ſuſpicioſum, ſi nomine proprio eã compellaſſet. Id adde, quòd in vna familia non poſſunt plures appellari matresfamiliàs, ſed vna tantum: ſed nec vidua hoc nomine, nec quæ ſine filius eſt, vocari poteſt. *Multifariam.*] Multis in locis & partibus. Antiqui multifariam dixerunt, quòd in multis locis fari poterat: id eſt, dici omnifariam, ex omni parte. *Hiantibus.*] patulis. *Homuncio.*] Homulus, diminutiuum eſt, nec ſine probro. *Actutùm.*] ſtatim, ſine mora. *Æs dotis.*] Qui æs, id eſt pecuniam de malo & maleficio partam habet,

habet, is prodigus æris esse solet, & in rebus emendis incuriosus: nam (vt est apud poëtam nescio quem) male parta male dilabuntur, & (vt inquit Comicus noster) male partum male disperit. Est ergo sensus: Volo, inquit, diligenter extrinsecus eradere sordes dolij, vt ita introspiciam an sit futurum vtibile. quæ curiositas adhiberi haudquaquam solet ab his qui æs de malo habent, & diuitias possident malo modo partas, quales improbant philosophi. *Egregius maritus.*] Ironicôs. sic illud Virgilianum: Egregiam verò laudem. *Repræsentem.*]tibi præsenti dem. Repræsentare pecuniam est, præsentariam annumerare. *Nudatus.*]exuta veste, vt commodius dolij intrinsecus sordes eraderet. *Scabiem vetustam.*}translatio ab homine, cuius vetusta scabies excalpi solet, & eo instrumento quod scalptorium vocant effricari: quæ (vt inquit Cor. Celsus) quo asperior est, & prurit magis, eo difficilius tollitur. Talem scabiem agriam, id est, feram Græci appellant, cum ex scabie pustulæ exoriantur. à similitudine sordes dolij vetustas, quasi pustulosas, scabiei nomine decenter expressit. *Cariosæ testæ.*]vetustissimi dolij. cariosa enim (vt antè explicatum est) dicimus vetusta, & putrilagine marcida. Caries est vetustas & putrilago. Affranius: Nemo illa viuit carie cariosior. *Occipit.*}incipit. *Bellissimus pusio.*]Pusum & pusionem dici puerum, sat notum est. Pusio Iuuenali est, pro puero pathico: Ciceroni & Apuleio, pro eleganti adultero. Valerius quoque dixit, pusionem, Fuluianæ stolæ Clodium adhærentem: significare volens, Fuluiam à Clodio dedolatam. *Cuius erat vxor.*} Scio codices aliquantos esse, in quibus non pusio legitur, sed pugio. M. Tullij in oratione pro Cęlio: Tecum semper pusio cum maiore sorore cubitauit. *Dedolabat.*} subagitabat, expolibat, complanabat: in obscœno significatu. fabrorum verbum est, qui dolando incuruati complanant materiarum asperitatem. Imitatus est autem Pomponium poetam, qui scripsit, Dolasti vxorem. *Astu mere.*]Plautus plurifariam explicat astus, dolos, calliditates meretricum: quas qui euitare potest, euitet. sed viscus merum est blandicia meretricia, & (vt inquit Solomon) fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur: nouissima autem illius amara quasi absinthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps. *Digito.*]indice. Horat. Indice monstraret digito. ab indicando nomen inditum. Crassum oratorem indice digito vsum optimè, tradunt Cicer. & Quintil. *Vtroque opere perfecto.*] Perfecit opus suum maritus, cum dolij sordes erasit: & item adulter, dum inclinatam fabri vxorem dedolauit. *Calamitosus.*] Meritò calamitosus & miser, qui ludibrio erat vxori:

Digitized by Google

impudicæ, & geruli vicem cogebatur implere, collo gerens dolium ad adulteri domicilium.

Mercedibus suffar. } pleni, repleti, instructi. dixit Hieronym. nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur: & Augustinus, ait in libro de vita Christiana: Nónne alpicimus, quanto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus, doctor suauissimus & martyr beatissimus. notissimum est illud Terentij, Video Cantharam suffarcinatam. *Pu rissimi.* } Ironia manifesta. *Comminiscuntur.*] excogitant, inueniunt. *Pro casulis plu.*] Quæ ad plures rusticorum casulas esset accommodata. Quidam codices habent capsulis, quod non displicet: vt intelligas, vnam sortem ex capsulis, loculisque pluribus euocatam, eductámque à sacerdotibus, vt multiplex videretur, quæ tamen erat vnica. Quid si legas

Pauculis ibi diebus commorati, & munificentia publica saginati, vaticinationisque crebris mercedibus suffarcinati, purissimi illi sacerdotes nouum quæstus genus sibi comminiscuntur. Sorte vnica pro casulis pluribus* euocata, consulentes de rebus varys plurimos, ad hunc mòdum cauillantur. Sors* hic erat. * Ideò coniuncti terram proscindunt boues, vt in futurum læta germinent fata.* Tum si qui matrimonium sorte cooptantes interrogarent, remipsam responderi aiebant, iungendos connubio, & satis liberûm procreandis. Si possessiones præstinaturus quæreret, meritò boues, vt & iugum, & arua sementis florentia promuntiari. Si quis de profectione sollicitus, diuinum caperet auspicium, iunctos iam paratósque quadrupedum cunctorum mansuetissimos, & lucrum promitti de glebæ germine. Si prælium capessiturus, vel latronum factionem persequuturus, vtiles nec ne processus sciscitaretur, additam victoriam * sorti præsagio contendebant: quippe ceruices hostium iugo subacturi, & prædam de rapinis vberrimam fructuosámque capturi. Ad istum modum, diuinationis eius astu captioso * corraserant non parnas pecunias.*

ſi legas Caſibus, vt codex manuſcriptus habet? vt ſit ſenſus: Sacerdotes Syriacos inueniſſe ſubtiliter ſortem vnicam, quæ pluribus caſibus negociiſque inquirentium conueniret, & mirè congrueret. *Enotata.*} Quidam legũt enotata: quod quadrat. *Conſulentes.*] conſultores intelligit: ſic enim dicimus eos qui conſilium petunt, & ſortilegos conſulunt. *Cauillantur.*} conſultores illudunt, decipiũntque. *Ideo conium.*} Verba ſorti inſcripta, quorum intellectus ad res multiplices traduci poteſt. in decretis canonicis 27. q. 1. ſortes ſortilegíque teſtimoniis exemplíſque diuinæ ſcripturæ improbantur, vbi hoc ſcriptum legimus: Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam, quas ſanctorum ſeu Apoſtolorum vocant, ſortes diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarũ inſpectione futura promittunt. De ſortibus, earúmque origine, non parum multa M. Tul. in 2. de Diuinatione: quam rem ait totam inuentam eſſe fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuſperſtitionem, aut ad errorem excogitatis. Aliàs ſortes dicimus oracula, vt ſæpe apud auctores: ex quo illud celebratum, Sors ipſa referenda eſt ad ſortes. *Tum ſi qui ma.*] Docet Apuleius, ſcriptorem ſortis fuiſſe rebus variis miro aſtu congruentem. nam ſi quis conſultor, an ducenda eſſet vxor, interrogaret: ſortem ad id reſpondere, vafri illi ſacerdotes aſſeuerabant. Nam ſicuti boues coniuncti in aratione ſunt cauſa fœcunditatis: ita homines iugali vinculo copulati, ad liberos procreandos ſunt fœcundi. Si quis conſuleret, an emenda poſſeſſio eſſet? annuebant, ex eadem ſorte interpretantes, id futurum fœlix & fortunatum. & ſic ſenſus ſortis trahebatur ad petitiones varias conſulentium. Olim ſortes id genus ex verſibus Virg. conſcriptæ vſurpabantur. Spartianus refert Hadrianum Virgilianas ſortes conſuluiſſe, cum ſollicitaretur de imperatoris Traiani erga ſe iudicio. Iulius quoque Capitolinus, Albino tradit de fato ſuo conſulenti ſortem, his verſibus Virgilianis dediſſe reſponſum: Hic rem Romanam magno turbante tumultu Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallúmque rebellem. *Præſtinaturus.*] empturus. *Boues & iugum.*} quia in ſorte boues coniuncti nominantur, & quia poſſeſſiones bobus iunctis coluntur: bene argumentantes perſuadebant, talem emptionem quærenti futuram lucroſam & conducibilem. *Iunctos quadrupedum manſuetiſſimos.*] Qui profectionem parat, & peregrinari vult, perſæpe iumentis & vehiculo vehi ſolet: hinc boues iunctos in ſorte interpretabantur, conuenire ad peregrinationem capeſſendam, tanquam ea futura eſſet iucunda & cum lucro: cum boues ſint inter quadrupedes placidiſſimi, & lucrum præſtent. Ouidius explicans boum manſuetam cicurámque naturam,

Digitized by Google

sic scribit:Quid meruere boues,animal sine fraude,dolóque Innocuum, simplex natum tolerare labores? Apud antiquos tanta fuit huius animalis veneratio, vt tam capitale esset bouem necasse,quàm ciuem: qui laborioſissimus hominis socius in agricultura,placidissimúsque est.*Sciscitaretur.*]inquireret,interrogarétque.*Præsagio conten.*] Sors de bobus iunctis præsagium quoddam atque prognosticon esse demonstrabatur parandæ victoriæ bellatori.nam boues iugo iuncti significare videbantur,cernices hostium iugo subactas iri. *Captioso*]callido,& deceptorio. Sophismata,captiones,& captiunculæ dicuntur ab A.Gel. quibus veluti tendiculis & laqueis dialectici aduersarios capiunt in disputationibus.

Interrogationibus.]eorum scilicet qui de rebus variis sacerdotes consulebant.*Defecti.*] viribus succumbentes in argento ferendo, quidam legunt, iam referti : hoc est, suffarcinati, pleníque.*Quidni.*] & cur non inquit, via peior illa dicenda sit,quæ fossis lutosis ac depressis vorabat, sorbebátque viatores.*Lacunosis incili.*} Inciles fossæ dicuntur, quæ in viis fiunt, ad aquam deducendam. Cato: Per hyemem aquam de agro depellere oportet,in monte fossas inciles puras habere oportet. Dicimus &

*Sed assiduis interrogationibus, *argenti satietate iam defecti, rursum ad viam prodeunt, via tota quam nocte confeceramus longè peiorem,quidni? lacunosis incilibus voraginosam, partim stagnanti palude fluidam, & alibi sublunie cœnosa lubricam. Crebris denique offensaculis & assiduis lapsibus iã contusis cruribus meis, vix tandem ad campestres semitas fessus euadere potui. Et ecce,nobis repentè de tergo manipulus armati supercurrit equitis: egréque *cohibentes,equorum curruli rabie, Philebum cæteróſque comites eius inuolant auidi:colléque constricto,& sacrilegos impuróſque compellantes, interdum pugnis obuerberant: necnon manicis etiam cunctos coartant: ac identidem vrgenti sermone comprimunt,promerent ocius aureum cantharum, promerent auctoramentum illud sui sceleris,quod simulatione solemnium, quæ in operto factitauerant,ab ipsis puluinaribus matris * domini clanculo furati, prorsus*

prorſus quaſi poſſent tanti facinoris euadere ſupplicium, tacita profectione adhuc luce dubia pomerium peruaſerint. Nec defuit, qui manu ſuper dorſum meum iniecta in ipſo Deæ, quam gerebam, gremio ſcrutatus reperiret, atque in coram omnium aureum depromeret cantharum. Nec iſto ſaltem tam nefario ſcelere impiratißima illa capita confutari, terrerive potuere, ſed men doſo riſu cauillantes: En, inquiunt, indignæ rei ſæuitatem! quam plerique inſontes periclitantur homines! propter vnicum caliculum, quem* domini mater ſorori ſuæ Syriæ hoſpitale munus obtulit, noxios religionis antiſtites ad diſcrimẽ vocari capitis. * Hæc & alias ſimiles affanias fruſtra oblatrantis eos retrorſum abducunt pagani, ſtatimque vinctos in Tullianum compingunt: cantharóque, & ipſo ſimulachro quod gerebam, apud fani donarium redditis ac conſecratis, altera die productum me, rurſum voce præconis venui ſubiciunt, ſeptémque nummis carius, quàm priùs me comparauerat Philebus, quidam piſtor de proximo caſtello præſtinauit: protinúſque* etiam frumento coëmpto aſſatim omuſtũ, per iter arduum ſcrupis & huiuſcemodi ſtirpibus infeſtum, ad piſtrinum quod exercebat perducit.*

incilla neutro genere. Idem. incilia aperire, aquam deducere in vias, & ſegetem curare oportet, vti fluat. Vlpian. tit. de riuis: Incile, inquit, eſt locus depreſſus ad latus fluminum. ex eo dictus, quòd incidatur: inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. Elices quoque nonnulli vocant ſulcos aquarios, quorum meminit Columella: quibus humorem omnem eliciebant, & extra ſegetes detiuabant. Lacunoſum autem diei profundum, depreſſum, concauum, conſtat, à lacunis: quæ & ipſæ ſunt foſſæ, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit. aquarum mentio eſt apud poetam, ſic ſcribentem: Vnde cauæ tepido ſudant hùmore lacunæ. *Sublunie.*]proluuiem, illuuiem, ſubluuiem, ex eodem quaſi vertice deliquata, nec diſſimili ſignificatu dicimus ſordes, & immũdicias. Subluuies Columellę eſt genus mor-

bi,in diſcrimine vngulæ ouium naſcens. ſic enim tradit in 8. de morbis ouilli pecoris ſcribens: Claui quoque dupliciter infeſtant ouem,ſiue cum ſubluuies atque intertrigo in ipſo diſcrimine vngulæ naſcitur. Subluuies(eodem auctore)pice liquida eruitur. Intertrigo autem (vt id quoque tranſeunter attingam) morbus eſt,quo fœmina interiora inter ſe teruntur, ſiue equitatu aliáue de cauſa attrita adoruntur. Item ſi pes pedem, vngula vngulã inter ſe terit,ab interterendo dicta, Græcè *παρατρίμμα* nominatur. Remedium Catonis ad intertriginem eſt, ſurculus abſinthij pontici ſub annulo,cum in via ibis. M. Varro ſubtiliter docet,intertriginem eſſe malum, quo duo inter ſe trita membra læduntur. in codicibus Varronianis mendoſe legitur intrigo, pro intertrigo. *De tergo.*} à tergo,poſt tergum. *Manipulus armati equitis.*} armatorum equitum globus. De manipulis ſuprà dixi. *Currulis rabie.*] impetu curſorio. *Inuolant.*] violenter inuadunt.inuolare dicitur(vt inquit Donat.in 6. Æne.commentario) cum violentæ manus in aliquem diriguntur.aliàs inuolare dicimus,cum aliquid furtim,in vola manus ſubtrahitur. Vola autem,media pars manus & pedis ſignificatur. *Sacrilegos.*]Lucianus,*ἀσεβεῖς καὶ ἱερόσυλους ἐκάλουν*.id eſt,impios & ſacrilegos appellabant. *Collo conſtricto.*] In ius rei collo obſtricto & faucibus intortis trahi ſolent,vt diximus. Sic & Amphitryonem collo obſtricto trahit Plautinus Iupiter. *Manicis.*} vinculis manuũ. Virg. Ipſe viro primus manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Aliàs manicæ,manuum tegumenta dicuntur. Manicula verò ſignificat partem aratri,quæ manu bubulci & aratoris continetur:auct M. Varro. *Promerent potius.*} Lego, ocius:inclamant enim milites,vt ocius,hoc eſt citò ac celeriter ſacerdotes illi depromerent, proferréntque cantharum furto ſubtractum. Annotandum,aureum cantharum dici à Lucio noſtro, quam phialam dixit Lucian,ſic ſcribens,*ἀνάθημα φιάλην χρυσῆν κλέψαντες ἀπὸ τῆς θεοῦ ἔφερον*. id eſt, oblatam phialam auream furantes intra ſimulachrum deæ exportarunt. *Auctoramentum ſceleris.*] pignus ac vinculum, quod illos furti alligat, quo in furto deprenſi continentur. In 3. Suetonij commentario ſcripſi, auctoratos vocari gladiatores,qui ſe vendunt ludo quaſi addicti. Hinc auctoramentum pro obligatione ſine precio & mercede, qua auctoratus mancipatur. Seneca lib. 4. de Beneficiis: Hominem viralem venalis animæ crebris auctoramentis accendebat. M. Tul. in 1. Officiorum: Merces, inquit auctoramentum ſeruitutis eſt. cui conſimile eſt illud Apuleianum. Eo enim ferè modo dicitur auctoramentum ſceleris, quo auctoramentum

Digitized by Google

tum ſeruitutis.poteſt & ſimpliciter poſitum videri,pro argumento,indicióque & pignore ſceleris illorum ac furti. *Matris domini.*]Lego matris deorum,hoc eſt Cybeles: quæ mater deûm nominatur.*In operto facitauerant.*]Opertanea ſacra appellant, quæ in operto fiunt, ne prophanorum oculis polluantur. Plinius tradit, gallinas nigras adopertanea ſacra puras non videri. *Luce dubia.*]Horat.antelucana,matutinóque crepuſculo, quando lux nondum liquida eſt & clara,ſed crepuſculaſcens, Priſci Græcorum primam lucem,quæ præcedit ſolis exortum, λύκλω appellauerunt: ídque tempus lycophros cognominant. *Pomerium pertulerint.*] id eſt, muros vrbis & circuitum exierint. Pomerium, verbi vim ſolum intuentes, poſtmœnium interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa murum locus, quem in condendis vrbibus conſecrabant, tam interiore parte quàm exteriore: quem neque habitari, neque arari fas erat. & hoc ſpacium non magis quòd poſt murum eſſet, quàm quòd murus poſt id, pomerium Romani appellarunt. auctor Liuius. Augures pomerium diffiniunt, locum eſſe per totius vrbis circuitum, pone muros certis regionibus determinatum. Pomerium nunquam prouinciali, ſed Italico agro acquiſito, mos proferre apud antiquos fuit: vt docet Seneca libro de breuitate vitæ. Senecæ ſubſcripſit Cornel. Tacitus his verbis: Pomerium verbis auxit Cæſar more priſco,quòd iis qui protulere imperium, etiam terminos vrbis propagare datur. Illud annotatu dignum, quod pomeridianum non à pomerio deriuatur, ſed quaſi poſtmeridianum dicitur. Quintilianus, pomeridianas ſcholas appellat quibus Ariſtoteles poſt meridiem artem oratoriam præcipiebat. Diuus Auguſtinus libro octauo Confeſſionum, ſpectaculum Circenſium pomerianum vocant, quaſi poſt meridianum. M. Tul.in Oratore, dicere mauult pomeridianas quadrigas, quàm poſtmeridianas: & ita dicendum præcipit. *Reperiret.*] ſcilicet cantharum,quem Syriaci clanculò furati in gremio deæ Syriæ occultauerant.Lucianus:εὗρον αὐτὸ ἐν τῷ κόλπῳ τῆς θεοῦ,id eſt, inuenerunt furtum in gremio deæ. *In coram omnium.*] coram omnibus locutio Apuleio peculiaris.*Impuratiſſima capita.*]flagitioſiſſima,fœdiſſima,ſpurciſſima.*Mendoſo riſu.*] Sæpe riſu facetóque mendacio homines elabuntur ex crimine manifeſtario. & hæc quoque diſciplina rhetorica eſt:vt ſi obiectum ſit turpe aliquid quod negare non queas, reſponſione ioculari eludas, & rem facias riſu magis dignam quàm crimine:ſicut feciſſe Ciceronem proditum eſt, qui cum inficiari non poſſet pecuniam ſe domus emendæ cauſa à Publio Sylla reo accepiſſe, quam

Digitized by Google

prius ſe accepiſſe negauerat: vrbano dicto diluit mendacium, & riſit ſatis, dicens Prudentis & cauti patrisfamiliàs eſſe, quod eme re velit, empturum ſe negare, propter competitores emptionis. ſic nunc illi impuri ſacricolæ, in furto manifeſto deprenſi, dolo-ſo riſu & aſſuta cauillatione ſacrilegium in religioſum officium conuerterunt. *Sæuitatem.*] ſæuitiam, quam veteres ſæuitudi-nem quoque dixerunt: ſic & ſolitatem pro ſolitudine vſurpant. *Caliculum.*] vaſculum: à calice fit καλίκιον caliculus. *Quem do-mini mater.*] Corrige, vt ſuprà, Deûm mater: id eſt, Cybele, quæ deorum mater vulgo dicitur. Aiunt ſacerdotes, Cybelem do-naſſe cantharum illum aureum ſorori ſuæ deæ Syriæ: & ita ſe purgantes aſtuto commento, crimen deriuant in liberalitatem numinis. *Sorori ſuæ Syriæ*] Cum cerimoniæ deæ Syriæ & Cy-bel. s ſint ſotoriæ atque germanæ, cum iidem penè ſacerdotes, eadem veſana bacchatio: meritò ſorores eſſe dicuntur, immò (vt ſuprà docuimus) vna eadémque eſt dea, ſed nomina plura. *Hoſpitale munus.*] Annotaui in ſecundo Commentario, moris fuiſſe apud antiquos, vt hoſpitibus in hoſpitalia receptis, mit-terent xenia, hoc eſt munera hoſpitalia. quod & Victruuius ele-ganter memorat in ſexto de Architectura. Itaque Syriaci ſa-cerdotes è re nato men lacio, ita ſuum furtum excuſant, vt di-cant Cybelem Syriæ deæ ſorori ſuæ hoſpitio ſuſceptæ cantha-rum dediſſe pro xenio, id eſt, munere hoſpitali. *Affanias.*] nu-gas, verba futilia, ac mera mendacia: à fando inclinata dictio, qua Hieronymus & alij plerique vtuntur. Nenias quoque vſur-pant Sidonius & Hieronymus, non longè ab hoc ſignificatu affa-niarum. *Ablatrantis.*] more latrantium canum vociferantes. poteſt & legi blacterantes: quod proprium eſt eorum qui men-dacia funditant, & affanias iactant. *In Tullianum compingunt.*] in publicam cuſtodiam coniiciunt. Lucianus dixit εἰς τὸν δημόσιον εἰρ-κτὸν ἐμβάλλουσιν. id eſt, in carcerem coniiciunt. ex Romano ritu & vocabulo Tullianum ſcitiſſimè poſuit, intelligi volens φυλακὴν carcerem. nam in carcere Romano pars ſubterranea dicitur Tul-lianum, ab eo quod additum fuit à Tullio rege, vt docet M. Var-ró. cui ſubſcribens Feſtus Pompeius Tullianum, inquit, quod di-citur pars quædam carceris, Ser. Tullium regem ædificaſſe aiunt. Tullianum Saluſtius in Catilina graphicè deſcribit his ver bis: Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur, vbi pau-lum aſcenderis deprelſus ad læuam, circiter 15. pedes humi de-preſſus: eum muniunt vndique parietes, atque inſuper camera la pideis fornicibus iuncta, ſed inculta tenebris, odore fœda. atque terribilis eius facies eſt. Liuius quoque Tulliani meminit libro

vnde

Digitized by Google

vnde trigesimo scribens, Pleminium delegatum fuisse in Tullianum ex senatusconsulto. *Apud fani donarium.*] Donaria diximus dona propriè diis oblata, & repositoria donorum. Hic donarium ponitur pro loco templi in quo reponuntur oblata. & ita donarium dici docet Seruius grammaticus, sicut sacrarium dicitur locus in templo vbi sacra reponuntur. Donaria quoque accipi pro donis, docent testimonia eruditorum: & refertur Macrobius, sic scribens in tertio Saturnalium: Ornamenta sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria: Donarium autem & donum ex Græco ductum est, quod illi vocant δῶρον. vnde antidora dicta pro remunerationibus, verbum iurisconsultorum, apud quos libro quinto Digestorum sic scriptum legimus: Planè si antidora acceperunt, dicendum est earenus locupletiores factos quatenus acceperunt, & velut genus quoddam hoc esse permutationis. Doron quoque Græci palmum appellant: vnde tetradoron & pentadoron, lateres in structuris ædificiorum nominantur. nam quod est quoquò versus quatuor palmorum, tetradoron: quod quinque, pentadoron dicitur. Publica opera pentadoro, priuata tetradoro struebantur. auctores Victruuius & Plinius. Fana verò dici templa, notissimum est: siue a fando, quia dum pontifex maximus dedicat, certa verba fatur: siue à fauno, vt Martianus & Probus grammaticus prodiderunt. A fano fanaticus dictus, qui circum fana furore vaticino afflatus bacchatur, & caput iactat, & per furorem responsa dat (vt supra annotauimus) ex auctoritate iurisconsultorum ad edictum ædilitium. *Venui.*] venditioni. *Voce præconis.*] Præco prædicare solet quæ venalia sunt, vt antè dictū est. Plautus: In eo saltas lapide, vbi præco prędicat. *Præstinani.*] emit. *Pistor.*] Lucian. ἀπέδοντό μέ ξένῳ ἀνδρὶ τῷ πλησίον κώμην οἰκοῦντι, τέχνην ἔχοντι ψωμὸν πιπράσκειν id est, ad verbum; Vendiderunt me hospiti proximum castellum incolenti, artem faciendi panes callenti. *Affatim.*] abundanter & largè. *Pariter.*] Lege, per. *Scrupis.*] saxis: viam scruposam sentiosamque fuisse demonstrat, quam Lucianus dicit ὁδὸν ἀμαξιτὸν. *Ad pristinum.*] Manifestus error ex literarum tranmutatione. legendum enim est Ad pistrinum, quippe signat se factum esse iumentum pistrinense. Græci μυλῶνα appellant. Lucianus: εἰσάγει εἰς τὸν μυλῶνα.

Ibi complurium iumentorum multiiugi circuitus intorquebant molas ambavaria: nec die tantùm, verùm perpetuam nocte, prorsus instabili machina-

Multiiugi.] Eleganter multiiugos cucuitus dicit, qui multiplici reciprocóque gyra-

Digitized by Google

tu circa molam in pistrino fiunt à iumentis in orbem recurrentibus. *Ambage*] ambitu, circuitu, gyro. Ausonius: Cui subiugabo de malorum ambagibus. *Perpeti.*] perpetua & continua. Plautinus Sosia inquit, Noctem pependi perpetem. *Vertigine.*] rotatu, circumactione, motu orbiculato : à vertendo dicitur. Plin. in 2. tradit, mundum circumagi æterna vertigine. hinc vertigines capitis, ex quibus cuncta vertividentur: hinc vertiginosus motus in orbem factus, qualem Seneca & Salustius turbinum motum appellauerunt. *Lucubrabãt.*] ad lucernam conficiebant. Eruditi lucubrare dicuntur, ad lucernam studentes, commentãréſq;. Quintil. ait, fuliginem lucubrationum bibendam oratori.

rum vertigine lucubrabant perui gilem farinam. Sed mihi, ne rudimentum seruitij perhorrescerem, nouus dominus loca lauticia prolixè præbuit. Nam & diem primum illum feriatum dedit, & cibarijs abundanter instruxit præsepium: nec tamen illa otij saginæque beatitudo durauit vlteriùs. Sed die sequenti, molæ (quæ maxima videbatur) matutinus adstituor: & illicò velata facie, propellor ad incurua spatia flexuosi canalis, vt in orbe termini circumfluentis reciproco gressu mea recalcans vestigia, vagarer errore certo. Nec tamen sagacitatis ac prudentiæ meæ prorsus oblitus, facilem me tyrocinio disciplinæ præbui. Sed quanquam frequenter, cùm inter homines agerem, machinas similes circumrotari vidissem, tamen vt expers & ignarus operis, stupore mentito defixus herebam. quod enim rebar, vt minùs aptam, & huiusce modi ministerio satis inutilem, me ad quempiam alium vtique leuiorem laborem legatum iri, vel otiosum certè cibatum iri. Sed frustra solertiam damnosam exercui. Complures enim protinùs baculis armati me circumsteterunt: atque, vt eram luminibus obtectis securus, etiam nunc repentè sono dato, & clamore conferto, plagas ingerentes aceruatim, adeò me strepitu turbulentant, vt cunctis consilijs abiectis, illicò scitissimè tenia spartea totus immixus, discur-

Digitized by Google

su

ꝑ alacres obirem. M. Tul. in epistolis ad Quintum fratrem, refert se scripsisse epistolam ad lychnum ligneolum. Plin. auct. est, quosdam scriptores facetissimos inscripsisse libros suos titulo lucubrationum. *Rudimentum seruitij.*] Tirocinium & nouitarem seruitutis pistrinensis, alibi rudatum dixit, pro rudimento. Plin. rudimentum lucis appellat initium vitæ. *Loca lautiora.*] Alludere videtur ad morem Romanorum, qui legatis exterarum gentium locum præbebant, & munera mittebant, quæ munia dicebantur: quidam lauticia appellant. super hac re in lib. annotationum, lauticiam epularum magnificentiam dicunt: lauticia appellatur farina ex tritico, aqua conspersa. *Molæ adstitor.*] ad molam maximam circumagendam ligatus apponor, caruórque. *Velata facie.*] Hoc hodiéque fit, vt pistrinensi iumento facies oculíque velentur, ne vertigine vexetur. Lucianus: ὅσοι τοῖς ὄμμασιν ἐπιπάσαντες, ἀναζεύγνυσί με τῷ κάπῃ τῆς μύλης. id est, velamine oculos meos contegentes, subligant me ad manubrium molæ. *Recalcans vestigia.*] per quandam euidentiam & illustrationem totum hoc negocium graphicè depictum subicitur oculis lectorum, vt non tam legere quàm videre videantur. *Errore certo.*] Decenter dictum: sic planetæ vagari dicuntur errore certo, vnde Errones à Nigidio nuncupantur: quorum discursus erraticus est, scilicet status, & certis limitibus inclusus. nec enim sidera vlla errant minus illis. *Tirocinio.*] rudimento, primordióque. Tirocinatio alio nomine dicitur. De tirocinio adolescentulorum, qui togam puram inducebant, & in foro eloquentiam auspicabantur, scripsi apud Suet. in 2. Commentario. *Disciplinæ.*] Alludit ad tirocinium noui militis, qui tiro nominatur, qui disciplina militari instituí solet: vt docet Vegetius. *Machinas vidissem.*] Lucianus: ἐγὼ δὲ ὑπερήμην ὅπως χρὴ ἀλεῖν, πολλάκις παθών. Ego sciebam, quemadmodum molas circumrotari oporteret, sæpe id expertus. *Legatum iri.*] Existimabam (inquit) vt ne legarent, amandarentque ad alium leuiorem laborem subundum, vel ociari finerent in pabuli fagina. Sermonis elegantiam attende, in eo quod ait legatum iri, cibatum iri. *Baculis armati.*] Lucianus: λαβόντες γὰρ περὶ πολλοὶ τοὺς ἔνδον βακτηρίας περιέστησάν με. id est, multi baculos intus capientes, me circumsteterunt. M. Tul. in oratione pro Cecina subtiliter docet, armatos dici non solum qui scutis telisque paratis armati sunt, sed eos etiam qui glebis aut saxis aut fustibus instructi fuerint. Paulus quoque iurisconsultus tit. ad legem Iuliam de vi publica: Armatos (inquit) eos accipere debemus, qui habent tela, & aliud quo

nocere possint. Quinetiam titulo de verborum significatione (vt scribit Caius) armorum appellatio non vtique scuta & gladios & galeas significat, sed & fustes, & gladios lapides. *Plagas ingerentes acervatim.*] Græcè dixit Lucianus, πάνυ σφοδρὰ τῇ γνοῇ, ὥστε με ὑπὸ τῆς πληγῆς ὥσπερ τροχὸν ἑλκόμενον ἐκπίπτειν τριόδου. id est, Fecerunt me acervatim, vt dolore plagarum repentè instar rotæ vel trochi circum rotarer. *Turbulentant.*] exagitant, vexant, perturbant. *Tenia,*] Teniam sparteam accipe pro vinculo siue helcio, quo illigatus circa molas pistrinenses discurrit. nam solet sparto, quod iunci genus est, talis tenia vinculúmque contexi. Tenia autem proprie dicitur vittarum extremitas, vt docet Ser, enarrans illud Virgilianum: Fit longa tenia vittæ. Hic accipitur pro tota fascia & ligamento. Metaphoricôs dixit Plin. Frequentes quippe teniæ albicantis vadi carinas territant. *Obirem.*] adirem, susciperem, peragerem.

Secta commutatione.] Translatio à philosophis, qui ab vna secta ad alteram trãsfugiũt. Lucius, qui prius expers & ignarus operis pistorij videbatur, mox excitatus plagis, cœpit scienter circumagere rotas pistrinenses: & ita secta ignauiæ ad sectam industriæ subitò translatus, commouit risum circumstantibus. Præterea sectę nomen bene quadrat illi, qui sectatur discursus multiuios in mola pistrinensi circumagenda. *Defectum,*] exhaustum, debilita-

**Hic subita secta commutatione risum toto cœtu commoueram: iámque maxima diei parte transacta, defectum alioquin me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. At ego quanquam eximiè fatigatus, & refectione virium vehementer *indignus, & prorsus fame perditus: tamen familiari curiositate attonitus, & satis anxius, postposito cibo, qui copiosus aderat inoptabilis officinæ disciplinam cum delectatione quadam arbitrabar. Dij boni! quales illi homunculi vibicibus liuedinis totam cutem depicti, dorsúmque plagosum scissili centunculo magis inumbrati quàm obtecti, nonnulli exiguo tegili tantummodò pubem * intecti: cuncti tamen sic tunicati, vt essent per pannulos manifesti, frontes literati, & capillum semiraso, & pedes annulati, cum lurore deformes, & fumosis tenebris vaporosæ caligi-*

Digitized by Google

nis

*ginis palpebras adesi, atque adeò malè luminati, & in modum pugilum, qui pulusculo perspersi dimicant, farinulento cinere sordidè candidati. Iam de meo iumentorio contubernio, quid, vel ad quem modum memorem? Quales illi muliſenes, vel cantherij debiles? circa præsepium capita demersi, contruncabant moles palearum, ceruice carnosa vulnerum putredine, follicantes rares languidas assiduo pulsu tussedinis, hiulci pectora, copula sparteæ tritu ra continua exulcerati, costas perpetua castigatione ossium tenus remudati, vnulas multiuia circumcisione in enorme vestigium porrecti, totumque corium veterno atque scabiosa macie exaspe-ati. Talis familiæ funestum mihi exam metuens exemplum, veteriſque ucu fortunam recordatus, & ad vltima salutis me tandem trusum summiſ- capite mœrebam. Nec vllum vspiam uciabilis vitæ ſolatium aderat, niſi uod ingenita mihi curioſitate recreaar, dum præsentiam meam parui faentes, liberè quæ volunt omnes & aunt & loquuntur. Nec immeritò priſe poëticæ diuinus auctor apud Gra, ſummæ prudentiæ virum monare cupiens, multarum ciuitatum itu, & variorum populorum cogni-, ſummas adeptum virtutes cecinit. am & ipſe gratas gratias aſino meo rmini, quòd me ſuo celatum tegnitum, & labore deficientem, talem refectio refocillat. Apud Plinium remedia ſunt plurima defectis medentia: ſic enim reſoluros vocant, & animi defectu laborantes, de quibus alibi plura. *Helcio ſparteo dimoto.*] modò teniam ſparteam, modò copulam ſparteam, modò helcium ſparteum, mira varietatis elegantia appellat: intelligi volens tot vocabulis, id vinculi genus, & nexus, quo iumenta capiſtrata trahunt machinas, & circumrotant molas helcium dici poteſt, quaſi tractorium inſtrumentum, à verbo Græco ἕλκω, ſiue ἑλκύω, quod ſignificat traho: inde helciarij dicti qui trahunt funibus nauigia aduerſo amne. Martial. nec clamor valet helciariorum. Sidonius optimo

epitheto curuos vocat, illo hendecasyllabo: Curuorum hæc chorus helciariorum.

ne, variisque fortunis exercitatum, etsi minus prudentem, multiscium certe reddidit.

imponitur ergo helcium iumentis pro adminiculo tractorio, vnde nomen. Tractoria organa appellat Victruuius, machinas quibus onera pertrahuntur. *Indignus.*] Corrige indigus: hoc est, indigens cibo ad vites reficiendas, & corpus roborandum. *Familiari curiositate.*] mihi propriæ & peculiari. Vt inquit Seneca, curiosum nobis natura dedit ingenium: sæpe tamen hæc curiositas (auctore Fulgentio) periculorum germana detrimenta suis amatoribus nouit magis parturire, quàm gaudia *Inoptabilis.*} inamabilis, miniméque desiderabilis. *Arbitrabar.*] spectabam, contemplabar. *Quales illi homunculi.*} Descriptio est speciosam officinæ pistrinensis, instrumentíque pistorij. Pistorio instrumento legato, vt inquit Paul. iurisconsul. pistores inesse videri possunt. nam instrumenti appellatione, seruos quoque contineri constat. *Vibicibus.*} Vibices sunt plagarum notæ, verberúmque vestigia in corporibus: dictæ, quòd vi fiunt. Hinc per decentem translationem dixit Persius: Si puteal multa cautus vibice flagellas. M. Cato in lib. qui de falsis pugnis scriptus est, ita conqueritur: Vbi societas, vbi fides malorum insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam ignominiam te facere ausum esse. *Liuedinis.*] liuoris. Legimus apud Solomonem in Ecclesiastico, quòd flagelli plaga liuorem facit. apud Plin. innumera medicamenta interciſim traduntur ad liuentia & suggillata. sunt autem suggillata, idem penè quod vibices, vestigia scilicet ex verberibus & contusis, quæ Græcè dicuntur ὑπώπια. *Depsili cutem.*] depictam cutem habentes. figurata locutio: Consimile est illud Plaut. in Epidico: Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas, quem Apelles atque Zeusis duo pingent pigmentis vlmeis. *Plagosum.*] plagis plenum & prægnans: aliter Horat. plagosum appellat Orbilium grammaticum, videlicet à sæuitia verberandi, plagisque in discipulos ingerendis. *Centuculo.*] veste viliore: de hoc in primo commentario copiosè diligenterque perscripsimus. *Magis inumbrati.*] Lib. 1. consimiliter dixit, sciſſili paliastro semiamictus. *Exiguo.*] Annotandum est, nouè positum Tegile esse, pro subligaculo tegumen·óque verendorum, à tegendo ducto vocabulo. Plin. tradit,

dit, Tegulo harundinum domos à ſeptentrionalibus populis operiri: vbi tegulum accipitur pro tegumento, operimentóque domorum. Tegillum dixere veteres per diminutionem pro tecto. velamenta autem genitalium multiiugis vocabulis dici, aliubi annotauimus: namque ſubligaculum campeſtre, ſuccinctoria, perizomata, fœminalia, femoralia, braccæ, & dictione Apuleiana Tegile dicuntur. tali autem tegili hodiéque operarios piſtorios in pane conficiendo vti videmus, verenda tantum conuelantes, reliquo corpore nudato. *Pubem intecti.*]intectam velatámque pubem & virilia habentes: per elocutionem figuratam, Lucio noſtro perquàm familiarem. *Manifeſti.*]conſpicui, tanquam nullo velamento tecti forent. *Fronte literati.*]habentes in fronte notas literarum cauterio inuſtas, qua pœna affici ſolet ſeruus ob noxam. Antiqui ſtigmatias & ſtigmaticos vocant punctos notis, & literis inſcriptos in fronte, inuſtóſque. Plin. in 18. tales denotans decenter inquit: Atque nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus. inſcripti vultus exercent. Iuuenalis ſtigmaticum deſignat, cum ait: Tum fœlix quotiens aliquis tortore vocato. Vtitur ardenti duo propter lintea ferro. autor eſt M. Tul. Alexandrum Phereum cum ad vxorem in cubiculum veniret, ſolitum præmittere ſeruum ſtigmaticum, compunctum notis threiciis, diſtricto gladio ob metum. Ariſtophanes facetiſſimè dixit, Populus Samiorum eſt literatus: alludens ad ſtigmata frontibus inuſta. Athenienſibus captiuis Samij noctuam in frontibus inuſſerunt, par pari tependentes. *Capillum ſemiraſi.*] habentes capillos ex parte raſos: nam eorum eſt qui manumittuntur, caluos fieri & raſo toto capillicio pileum capere, tanquam tempeſtatē ſeruitutis effugiſſent, vt naufragio liberati ſolebant. *Pedes annulati.*]-Decenter poſitum, pro compediti, vinculatíque: tanquam compedes & vincula ſint annuli pedum. Plin. dixit vincti pedes, ſic & Mart. annos pro vinculis poſuit, qui ſcribens de illo qui compedes Saturno dedicauerat, ſcitè inquit: Has dedicat cathenas Saturne tibi zoilus annulos: priores. Plin. in 33. annulum Promethei ferreum intelligi volunt vinculum fuiſſe, non geſtamen. *Liuore.*] pallore & lutido colore deformati. *Palpebras adeſi.*]quaſi habentes palpebras adeſas, torroſáſque ex caligine. *Malè luminati.*]male oculati. *Puluiſculo perſperſi.*] Pugiles lucratoréſque apud antiquos in exercitatione palæſtrica, & lucratione puluerem inſpergebant corporibus, qui Græco vocabulo à tactu haphe nominatur: de quo epigrammatiſta, Et flaueſcit haphe. Seneca libr. 7. Epiſtolarum moralium eleganter & ſcitè ſic ſcribit: Totum athletarum fatum in illo die perpetien-

dum fuit: à ceromate nos haphe excepit, in crypta Neapolitana. Quibus verbis decentiſſima quadam tranſlatione, nec ſatis cognobili. ſignificat duo incommoda inter ſe contraria, luti & pulueris, ſe ſimul pertuliſſe: & poſt cœnoſam fœdationem, voluratu pulueris agitatum. nam ceroma pro luto, haphen pro puluere decenter poſuit. Quod vtrunque vocabulum athleticum eſt: ſiquidem ceroma vnguentum eſt, ex luto oleóque commixtum, quo athletæ peruncti corpora exercebant. cuius Plin. Martial. Iuuenal. Hieronymus, & cæteri meminerunt. Haphe puluiſculum eſt, ſiue harena palæſtritarum, ad corporis inſperſionem, tanquam membra robuſtiora fierent eo adminiculo. Ouid. luctam Herculis Achelóique deſcribens ait: Inque vicem fuluæ tactu flaueſcit harenæ. Lucan. quoque huius harenæ palæſtricæ commeminit, in certamine Herculis & Anthei ſcribens: Auxilium membris calidus infudit harenas. Suetonius tradit, Neronem Alexandrina naui puluerem luctatoribus aulicis aduexiſſe. Quin etiam Plinius noſter in 35. refert, harenam è Nilo tenuiſſimam peti ſolitam ad debellanda corpora palæſtræ ſtudiis: inde Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. Quin & Leonato & Cratero & Meleagro, Alexandri Magni ducibus, fabulum hoc palæſtræ cauſa deportabatur. Huiuſce rei mentionem quadantenus facit & Plutarchus in Alexandro. Apud Græcos, quod notabile eſt, prouerbij loco dicitur, Aconiti vicit: quoties quis ſine labore vicerit, & ſudore. Aconiti enim ſignificat citra puluerem, quo pugiles in athletico certamine perſperſi depugnant. Pauſanias tradit athletam Dioreum viciſſe aconiti: quod Plin. noſter interpretatur, citra pulueris tactum, ſic ſcribens in 35. Alcimachus Dioxipum, qui pancratio Olympiæ citra pulueris tactum, quod vocant aconiti, vicit. Cum igitur luctator ſine puluere luctatur, ea leuis & incruenta pugna haberi ſolet. Ex hac doctrina fit, vt locum apud A. Gellium ſic emendem, quem plerique omnes incurioſe negligentérque tranſmittunt. nam lib. 5. noctium Atticarum ſic ſcriptum legitur: Quandi cauſa eſt, cum deditione repentè facta in puluere, vt dici ſolet, incruentaque victoria obuenit. Quid eſt in puluere, vt dici ſolet? nimirum (vt ego ſentio) intelligi voluit prouerbialem hanc græcam dictionem, aconiti. ideoque exiſtimo ita corrigendum: Sine puluere, vt dici ſolet. id enim ſignificat aconiti: & ita verba Gelliana cum ritu verboque vetuſto conueniunt. Econtrario Coniti vicit, dicitur apud eoſdem Græcos, quoties cum labore & ſudore victoria paritur. coniti enim ſignificat

cat cum puluiſculo, & pulueris palæſtrici inſperſione. Illud quoque hoc in loco adnotandum coniſterium eſſe in ſtructuris palæſtrarum membrum, quo palæſtritæ puluiſculo flaueſcentes luctam exercent. à conis, qui eſt puluis, dictum coniſterium: cuius meminit Victruuius in 5. Conuerrere cum puluiſculo, ex Plautina prouerbiali locutione eſt, totum auferre, & nihil prorſus relinquere. Metaphora ſumpta à conuerritore ſcopario, qui à cœna verrens pauimentū, reliquias omnis ciborum cum puluere colligit, conuerritque. Puluiſculum neutro genere & maſculino vſurpari inuenies apud auctores idoneos. *Candidati* } Ioculariter alludit ad candidatos, hoc eſt petitores magiſtratuū, qui candidatorum inugus in toga candida obibant: de quo ſuo loco ſatis multa. *Iumentorio contubernio.*] hoc eſt, de iumentis meis contubernalibus: tranſlatio ſumpta à militari contubernio. *Cantherij.*] equi viliores, excaſtrati. Cantherinum, hordei génus vocant ſcriptores ruſticationis. *Moles.*] faſces & aceruos. Plin. Palea, inquit plures gentium pro fœno vtuntur: melior ea quæ tenuior, minutiorque & puluerí propior: ideo optima è milio, proxima ex hordeo, peſſima ex tritico, præterquàm iumentis opere laborantibus. *Carioſa.* } eroſa, attrita, putreſcente. Carioſi artus dicuntur à Hieronymo, ſenio & ætate longa carioſi & putridi. *Follicantes nares.* } inſtar folium reciproco ſpiritu nares agitantes. Hieron. caligas monachorum follicantes decentiſſimè dixit, pro calceis laxis atque enormitate flaccentibus: quales hypocritæ geſtant, vt contemptores humani cultus eſſe videantur. *Tuſſedinis.*] A tuſſi tuſſedinem, nouator verborum graphicus Lucius noſter decenter inflexit, formauitque. idem autem ſignificat tuſſedo, quod tuſſis ſiue pertuſſis. namque à Seneca dicitur pertuſſis, continens tuſſis, & inueterata, quæ vix vnquam eliditur, qua non parum multi conficiuntur. *Hiulci pectora.* } habentes pectora hiulca: hoc eſt, patentia dirupiáque: quòd ex tuſſis agitatu & pnlſu ſolet accidere. Verbum vetus eſt hiulcare, quod ſignificat aperire ac diſcindere. Catullus, Æſtus hiulcat agros. Diomedes grammaticus hiulcos verſus dici quoſdam autumat, qui exiles ſunt, & quaſi in media parte hiantes & aperti. itidem hiulca oratio dicitur, diſſoluta & hians, nec ſatis diligenter coagmentata. *Copula tritura.* } helcij & vinculi attritu. Quotidie viſuntur talia iumenta ceruicibus exulcerata, & collo detrita, ob iugum vinculúmque tractorium. Martial. eleganter recutita mule colla dixit, quæ tritura rupta erant & exulcerata. ſic enim inuit: Nec ruptæ recutita colla mulæ. Copula vinculum colli

significatur. sic & Ouid. Copula detrahitur canibus. Plautus pluratiuo numero copulas posuit, pro loris duplicibus, ad colligandum ac verberandum accommodatis. sic enim ait in Epidico: Quæritant me, in manibus gestant copulas. *Ossium tenus.*} vsque ad ossa: & modo tenus est aduerbium. nam (vt inquit Seruius) si esset præpositio, ablatiuo cohæreret. Verùm (vt auctor est Priscianus in 14.) tenus τὸ ἄχρι significat, quod sine dubio aduerbium est: & hoc quoque inter præpositiones annumerant, quod non solum ablatiuo, sed etiam genitiuo casui Virg. mox Græco adiungit, vt in 3. Georg. Et crurum tenus à mento palearia pendent. sic & Plin. inquit de pictore quodam, Corporum tenus curiosus. *Costas castigatione.*] Plaut. Costæ occalluere plagis. *Vngulas porrecti.*] habentes vngulas exporrectas, extensásque in vestigia prægrandia, ob circumcisionem mutilationemque factam ex ambagibus pistrinensibus. plus dixit Plaut. in Asinaria sic scribens: Nempe eos asinos prædicas vetulos, claudos quibus subtritæ ad fœmina iam erant vngulæ. *Corium exasperati.*] habentes corium scabiosum, exasperatumque: Ex locutione Apuleio vsitatissima: veternum grammatici apud poetas pigritiam & torporem interpretantur. Est autem propriè marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas: lethargum Græci nominant. recentiores Subetiam appellitant: quamuis ex Auicennæ distinctione nonnihil inter se differant: quidam hydropisin, hoc est aquam intercutem, veternum esse dixerunt. & Cato veternosum, hydropicum intelligi voluit, cum ait: Veternosus quàm plurimùm bibit, tam plurimum sitit. aliàs veternosus dicitur, qui graui premitur somno. *Scabiosa macie.*} Exiguitas cibi (vt Columella auctor est in 8.) maciem, macies autem scabiem facit. *Familiæ.*] Familiam hic decenter posuit pro iumentis pistrinensibus, quæ sunt in famulatu pistoris, & familiam quasi pistoriam conficiunt. *Veteris Lucij.*} Quando scilicet inter homines Lucius noster agebat hominem. *Mærebam.*} lugebam. *Trusum.*] impulsum, impactumque: trudes dicuntur nautica instrumenta, quibus nauigium inhærens saxo trudi & retrorsum reuocari potest. *Et agunt & loquuntur.*} Quis enim coram asino cunctaretur, liberè & agere & loqui, quæcunque animo collibuissent: coram homine & dicere & facere erubesceret? hinc est illud apud Senecam, Macrobiúmque scitè ac sententialiter celebratum: Sic loquere cum Deo, tanquam homines audiunt: sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat. Ianitores conscientia nostra opposuit: sic viuimus, vt cõspici nolimus: & ob hoc oculos hominum aureisque vitamus. Bo-

na

na verò conſcientia turbam aduocat. proinde ſapientiſſimè dixit Seneca: honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant: ſi turpia, quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? ô te miſerum, ſi contemnis hunc teſtem. Idem alibi præcipit: cum Catonibus, cum Lælijs eſſe viuendum: coram enim talibus peccare erubeſcimus. *Diuinus auctor.*] Homerum ſignificat. *Summæ prudentiæ virum.*] Poetę, vt teſtis eſt Strabo in 1. Geographiæ, heroas illos ſingulari præditos ſapientia fuiſſe declarant, qui multa peragrantes loca, longis vagabantur erroribus. In ampliſſima enim laude ponunt, multorum mortalium vrbes vidiſſe, & mores multiiugos agnouiſſe. Nos in libello prouerbiorum prodidimus, noſſe mores multarum nationum, & variorum populorum ritus, partem eſſe prudentiæ. hinc Homerus Vlyſſem prudentiſſimum oſtendere cupiens, Odyſſeam ſic auſpicatur, ἄνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον. Quod Horatius ita interpretatus eſt: Dic mihi Muſa virum, captæ poſt tempora Troiæ, Qui mores hominum multorum nouit, & vrbes. *Obitu.*] aditu & acceſſu. *Cognitu.*] cognitione. *Gratias memini.*] Ingratiſſimus eſt (vt inquit Seneca) qui beneficiorum obliuiſcitur. Dicit Apuleius, ſe aſino ſuo plurimum debere, & quod debebat meminiſſe: propterea quòd ſub aſinino regimine multa cognouit, quorum cognitu ſi non prudentior, ſaltem multiſcius ſit effectus. Multiſcius autem nominatur, qui multa ſcit, & multa cognouit. Græcè dicitur πολύϊστωρ, quo cognomine multos cognominauit antiquitas: & in primis Appion, literis homo multis præditus. Polyiſtor eſt appellatus, quaſi multiſcius. in Apologia Lucius noſter Homerum multiſcium nominat.

Fabulam denique bonam, præ cæteris ſuauè comptam, ad aures veſtras afferre decreui. & en, occipio. Piſtor iſte, qui me pretio ſuum fecerat, bonus & alioqui vir, & apprimè modeſtus, peßimam, & ante cunctas mulieres longè deterrimam ſortitus coniugem, pœnas extremas thori lariſque ſuſtinebat: vt Hercules eius vicem ego quoque tacitus frequenter ingemiſcerem. Nec enim vel vnũ vitiũ nequißimæ illi fœminæ deeſt: ſed omnia prorſus, vt in quandam*

Suauè comptam.] ſuauiter ornatam. nomen pro aduerbio eſt. Poteſt congruenter legi cõpertam, vt codex manuſcriptus habet. *Piſtor iſte.*] Lucianus nullas id genus egreſſiones interſerit, nullas fabellas interponit: quibus Lucius noſter oppidò quã iucundè aſinum ſuum venu-

ſtauit, quibus animi auréſque lectorum mirè reficiuntur, vt ſemper recentes erigantur, nec vnquam ſatietate langueſcant: adeò autem nitidus, adeò facetus eſt in fabellarum narratione, vt μυθοποιὸς, aut fabulator meritò dici poſſe videatur. *Suum fecerat.* } Iuxta illud, Nam quod emas, poſſis dicere iure tuum. *Apprimè.* } valde, impensè. ap primum dicimus longè primum. Liuius in Odyſſea: Ibi denique vir ſummus appri mus, pronunciatur autem hæc dictio media acuta. à Virgilio dictũ, flos apprima texant: vbi apprima ponitur pro maximè & apprimè, nomen pro aduerbio. Claudius Quadrigarius cumprimè dixit, pro apprimè: quod & Gellius annotauit. *Pœnas extremas thori.* } ſupplicium extremum coniugalis thori & pœna maxima eſt, vxor mœcha ac proſtituta. qua infœlicitate homini marito nil infœlicius: quam peſtem peſtilitatémque

*cœnoſam latrinam, in eius animum *confluxerant flagitia: ſcena, ſæua, virioſa, ebrioſa, peruicax, pertinax, in rapinis turpibus anara, in ſumptibus fœdis profuſa, inimica fidei, hoſtis pudicitia. Tunc ſpretis atque calcatis diuinis numinibus, in vicem certæ religionis mentita ſacrilega præſumptione Dei, quem prædicaret vnicum, * coniunctis obſeruationibus vacuis fallens omnes homines, & miſerum maritum decipiens, matutino mero & continuo ſtupro corpus manciparat. Talis illa mulier miro me perſequebatur odio. Nam & anteluciò recubans adhuc, ſubiungi machinæ nouitium clamabat aſinum: & ſtatim vt cubiculo primùm proceſſerat, inſiſtens iubebat, in coram ſui plagas mihi quàm plurimas irrogari. &, cum tempeſtiuo prandio laxarentur iumenta cætera, longè tardiùs applicari præſepio iubebar. Quæ ſæuitia multò mihi magis genuinam curioſitatem in ſuos mores ampliauerat. Nam & aſſiduò planè commeantem in eius cubiculum quendam ſentiebam iuuenem, cuius & faciem videre cupiebam ex ſummo ſtudio: ſi tamen velamentum capitis, libertatem tribuiſſet meis *aliquando luminibus: nec enim mihi ſolertia defuiſſet, ad detegenda quoquo modo peſſimæ fœminæ flagitia.*

tèmque dij à thoro noſtro procul eliment atque auerruncent. *Hercules.*]certè:iuſiurandum aſſeuerantis eſt. *Nec vnum vitium deerat.*] Nemo quiſquam tam efferis eſt moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat. vnde hic antiquiſſimus verſus vice prouerbij celebratus eſt, *πολλάκι χ᾽ κυπτω εἰς αὐτὴρ μάλα καίριον εἶπεν.* id eſt, Sæpe etiam eſt olitor valde opportuna locutus. Sedenim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus, atque omnium peſſimus deterrimúſque eſt. talem hanc piſtoris vxorem fuiſſe demonſtrat:cui nullum vitium deerat, nulla res laudabilis aderat, quæ ex omnibus flagitiis compacta erat & conglutinata. *Vt in quandam latrinam.* } Sicut in latrinam confluunt ſordes omnes & feculentiæ:ita in animum mulieris nequiſſimæ confluxerunt omnia flagitia, quæ in ſexum muliebrem cadunt, quæ plurima menti fœmineæ natura dedit. In ſecunda parte tauri quicunque habuerint horoſcopum, baiulabunt ſtercora, latrináſque purgabunt. *Scæua,ſæua*] A generalitate tranſit ad ſpecialitatem. nam poſtquam dixit, omnia flagitia fœminæ ſupereſſe: nunc ſpecialiter percenſens, duo cumprimis crimina criminoſiſſima enotat in fœmina: videlicet quòd ſiniſteritate, & quod ſæuitia eſſet prædita. vocabula ſunt pronunciatu nihil differentia,cum ſignificatu & ſcriptura longè diſſideant. nam ſceua per ſe, ſignificat ſiniſtram, hoc eſt ominoſam & ſiniſteritatis plenam. Vis ſcire quid ſit ſiniſteritas? diſpice quid ſit dexteritas. nam ſicut dexteritas in homine laudabilis eſt, ita econtrario ſiniſteritas reprenſibilis. Liuius: Tanta, inquit, inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenij dexteritas, vt hoſtem facundè alloquendo ſibi conciliaret: & hoc cum laude dictum.contrà cum vitio ſcribit Plinius in Epiſtolis: Plerique dum verentur, ne gratiæ potentium impartiri videantur, ſiniſteritatis atque etiam malignitatis famam conſequuntur. Scæuam à *σκαίᾳ*, id eſt ſiniſtra nominari tradunt:hinc Muius Scæuola cognomen traxit, quoniam exuſta dextra, deineps ſiniſtra vſus eſt:& enſem ſibi à rege Porſena redditum læua manu recepit.& hoc eſt quod intelligi voluit Liuius ſic ſcribens: Mutio poſtea Scæuolæ, à clade dextræ manus, cognomentum ditum. Ridiculi ſunt illi, qui Scæuolam quaſi ſcæuientem in olam,dictum eſſe autumant. Scæuam antiqui dixerunt, qui niſtra eſſet agiliore quàm dextra: quales multi quotidie conſciuntur. quo in ſignificatu accipitur apud Vlpianum, ſic ſcriptem ad ædilitium edictum, Sciendum eſt, ſcæuam non eſſe orboſum vel vitioſum,præterquam ſi imbecillitate dextræ va

igitized by Google

lidius ſiniſtra vtatur : ſed hunc non ſcæuam,ſed mancum eſſe. Scæua ergo fœmina ſiniſtra,ominoſa,& ſiniſteritatis vitio infecta ſignificatur : ſæua verò , crudelis & ſæuitia geſtiens. Aliàs ſæuus pro magno ponitur. Idque cum laude: vt,Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. *Virioſa.*]apperens viri , & per hoc libidinoſa. *Ebrioſa.* }Differt ebrius ab ebrioſo. Ebrioſus enim dicitur, qui ebrietati obnoxius eſt,& deditus:ebrius verò,qui interdũ temulentus eſt poteſt n.ebrius eſſe,nõ ebrioſus:& qui ebrioſus eſt, ſæpe extra ebrietatẽ eſſe.*Pernicax.*] Attende petuicacem & pertinacem dici in vituperatione , ſimúlque reprendi : cum tamen grammatici ſcribant , peruicaciam eſſe interdum bonarum rerum perſeuerantiam , pertinaciam ſemper malarum. Quod Actius poeta in Myrmidonibus obſeruat his verbis : Tu pertinaciam hanc eſſe prædicas,ego peruicaciam dici volo.nam peruicacem dici me eſſe facile patior,pertinacem nihil moror : hæc fortes ſequitur , illam indocti poſſident. M. Tul. ait pertinaciam inter vitia reputari,eſſéque perſeuerantiæ finitimam.Contrà apud Liuium,Senecam , Curtium , Horatium , cæteróſque claſſicos ſcriptores interdum pertinax dicitur cum laude,& pertinax virtus,pertinax bonitas. M. Varro pertinaciam à pertendendo dictam eſſe refert.nam in quo non debet pertendi,& pertenditur, eam pertinaciam eſſe. *In ſumptibus fœdis.*] Quis neſcit fœminas in turpibus deſideriis eſſe ſumptuoſas? in cultu corporis eſſe profuſiſſimas? dum pigmenta coemunt,dum nulli rei parcunt , vt matrona adultero placeat. Immò interdum pruritu libidinis exſtimulatæ , tota patrimonia congerunt in ſubactorem : Tunc prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum: tunc(vt inquit Satyricus)grauis eſt rationibus. *Hoſtis pudicitiæ.*] Corn. Tacitus de Popea ſcribens,ſic refert : Famæ nunquam pepercit, maritos & adulteros non diſtinguens : cui mulieri cuncta alia fuere,præter honeſtum animum. Celebratus eſt verſus ille in vxorem Macrini imperatoris : Centum nam mœchos paſſa eſt,centúmque rogauit. Iulius Firmicus multas memorat genituras , quæ fœminas proſtitutiſſimas nundinato pudore perficiunt. *In vicem certæ religionis.*] Senſus eſt: vice religionis ſincerę & veræ nouum deum ſeſe colere ſimulabat , quem illa vnicum & præ cunctis venerandum eſſe aſſeuerabat , ſub quo ſanctitudinis nomine libidinabatur , adulteris mancipata. *Coniunctis.* }Legendum eſt confictis: hoc eſt,ſimulatis , ementitíſque. *Vacuis.* } inanibus,& futilibus *Matutino mero.*]Plin.ſcribit in 14. principatu Tiberij Claudij inſtitutũ eſſe, vt ieiuni biberent,potúſque vini antecederent cibos.Idem in 23.ait, Vinum

ieiunos

ieiunos bibere nouitio inuento inutiliſſimum eſt. Martialis quo que taxans hominem matutino mero mancipatum, feſtiuiter inquit: Heſterno fœtere mero qui credit Acerram, Fallitur in lucem ſemper Acerra bibit. *Antelucio.*] hora matutina & antelucana. In primo volumine inquit, Antelucio velo ire: vbi plura ſuper hoc annotauimus. *Recubans.*} Quid eſt recubans adhuc an in cubiculo iacens, & lectoſan potius in menſa diſcumbens, & vino indulgens vſque in horam matutinam? Horatius, Vigiles lucernas perfer in lucem. *Subiungi.*]ſubligari. *Machinæ.*]piſtrinenſis, & molæ iumentariæ, Metam iuriſconſulti titulo de fundo inſtructo vocant, partem molæ molendinariæ inferiorem: catillum verò ſuperiorem. *In coram ſui.*] coram ſeipſam. vetus figura: ſic ad inſtar dixere, quod nunc inſtar dicitur. *Laxarentur.*] reſoluerentur à machina ſubiugali. *Genuinam.*} ingenitam, inſitámque à natura. ſic ſuprà: Ingenita mihi curioſitate recreabar. *In ſuos mores.*] Ad obſeruandos ſcilicet illius mores, & flagitia curioſius contemplanda. Mores νόσους eſſe, & tam malos quam bonos dici, quem fallit? Plautus in Trinummo: Hic nimium morbus mores inuaſit bonos. Mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt vberrimè. Mores moros ab eodem dici videmus per annominationem, quaſi ſtultos & fatuos. *Commeantem in eius cubiculum.*]itantem. *Velamentum capitis.*] Hoc eodem volumine dixit, Velata facie propellor ad incurua ſpacia flexuoſi canalis.

Sed anus quædã ſtupri ſequeſtra, & adulterorum internuntia, de die quotidie inſeparabilis aderat. cum qua protinùs ientaculo, ac dehinc vino mero multis vicibus velitatas cœnas fraudulentus, in exitium miſerrimi mariti ſubdolis ambagibus cõſtruebat. At ego quantam grauiter ſuccenſens errori Fotinis (quæ me dum auẽ fabricat, perficit cum) iſto tamen vel vnico ſolatio amnabilis deformitatis meæ recreabar, quòd auribus grandiſſimis prædita, cuncta longulè etiam diſſita facilliſentiebam. Denique die quadã timi-

Stupri ſequeſtra.] conciliatrix ſtuprorum, & (vt vulgo dicitur) mediatrix: cuius fidẽ amatores in lenocinio ſequerentur. Nam notum eſt, ſequeſtrem vulgo appellari eum, cuius electi fidem vtraque pars ſequatur: vnde & vocabulum à ſequẽdo factũ eſt. Antiqui ſeulnã, quaſi ſeculnam, ſequeſtrem dixerunt. Quod apud ſequeſtrem

depoſitum erat, ſequeſtrò poſitum per aduerbium dicebatur. Cato contra Thermum: Per Deum immortalem nolite vos ſequeſtro ponere. Poeta in 11. Æneidos, pacem ſequeſtram poſuit pro induciis: hoc eſt, pro pace temporali & media inter bellum præteritum & futurum. Statius cum Apuleio congruens, ſic ſcribit in 7. Thebaidos: Vbi tunc fidei pacíſque ſequeſtra Mater eras. Inde ſequeſtrata apud iuriſconſultos elegantet actio dicitur, de eo quod ſequeſtrò deponitur. *Ientaculum.*]Senſus eſt: Vetula & piſtoris vxor ientaculis matutinis atque compotationibus per vices mutuas inter ſe contendebant, prouocabántque ſe viciſſim ad pocula haurienda. Ientaculum, guſtulum & matutinum & cibus primus. Ientare eſt, ientaculum capere: de quo ſuprà, & apud Suetonium in Vitellio copioſiſſimè. Græci ἀκρόσπασμα dicunt ientaculum. *Velitatas cœnas.*]Legendum videtur velitatas ſcenas, vt diſtinctione dictionum facta ſenſus eluceſcat: vt velitata ſcilicet vetula ſignificetur, quę ſcenas fraudulẽtas, hoc eſt apparatus doloſos, & decipula fraudulẽta cõſtruebat in exitiũ miſeri piſtoris. nã ſcena in hoc ſignificatu dictio eſt Apuleio noſtro peculiaris. *Succenſens*]Indignans, iraſcẽs. ſuccenſere enim (vt inquit Donatus) eſt iraſci iuſta de cauſa. Sentẽtia eſt illa catholica apud Siliũ celebrata: Succenſere nefas patriæ. *Errori Fotidis.*]Fotis Milonis ancilla errore decepta (vt antè dictum eſt) Apuleium transfigurauit in aſinum, dum in bubonem auem tranſmutari geſtiret. *Quod auribus grandiſſimis.*]

dæ illius aniculæ ſermo talis meas affertur aures: De iſto quidem mi herilis tecum ipſa videris, quem ſine meo conſilio pigrum, & formidoloſum familiarem iſtum ſortita es: qui inſuauis & odioſi mariti tui caperatum ſupercilium ignauiter perhorreſcit: ac per hoc amoris languidi deſidia tuos volentis amplexus diſcrutiat. Quantò melior Phileſiterus, *adoleſcens & formoſus & liberalis & ſtrenuus, & contra maritorum inefficaces diligentias conſtantiſſimus! dignus hercules ſolus omnium matronarum perfrui delicys: dignus ſolus coronam auream capite geſtare, vel ob vnicum iſtud quod nunc nuper in quendam Zelotypum maritum eximio ſtudio commentus eſt. Audi denique, & amatorum diuerſum ingenium compara.*

Notum

Digitized by Google

Notum eſt,aſinos auribus prægrandibus atque mobilibus monſtrabiles eſſe : vnde & auriti bono epitheto appellantur. inuenio apud auctores , eſſe quoſdam populos , quorum corpora prægrandes aures tota integant. *Longulè diſſita.*] procul diſtantia, longéque ſemota. Item in Floridis : Homines enim neque longulè diſſita, neque proximè adſita poſſumus cernere. *Aniculæ.*] vnius literæ lubrico lapſu corruptum verbum. legendum enim eſt Aniculæ.nam ſignat anum illam ſtupri ſequeſtram, & adulterorum internunciam. *Mi heri.*] Sermocinatio eſt lenæ,pertentantis animum puellæ omnibus lenocinantibus blanditiis, adhibentiſque cuncta lenarum lenonumque exorabula. namque lenones & lenæ à leniendo,hoc eſt alliciendo appellantur. Mi herilis, blandimenti vocabulo accipitur pro hera.nam herilis dicitur filius & filia heri.ab ætate ergo filiam , à dignitate dominam appellat. *Videris.*] Pronunciandum eſt prima acuta,media correpta:à videro videris,ſubiunctiui modi. q. d. Tu videbis. ſic Terent. dixit , inuenerit, pro inueniet,coniunctiuo modo vſus pro indicatiuo : & hæc (vt inquit Donat.) honeſta locutio eſt. Tale eſt illud in Euangelio : Quid ad nos? ipſe videris. Quod malè literati ſacerdotes perperàm pronunciant,media ſyllaba producta, ſenſu friuolo & inepto. Proinde cauere deberent Antiſtites religionis & epiſtatæ , ne illiteratos indoctóſque initiarent myſticis cerimoniis. etenim (vt verè inquit Hieronymus)cæcum animal offert Deo , qui ordinat indoctum.Erat locus inuehendi,inſectandíque ſacerdotes male moratos,male literatos, qui vix primoribus labris guſtauerunt literas elementarias : quorum ora ſcatent fœditate ſoloœciſmorum & barbariſmorum , qui in myſteriis religioſis celebrandis tantam redolent barbariem,tam confuſe corruptéque ſancta verba pronunciant,vt multis riſum, non paucis bilem ſtomachumque commoueant. Verùm(vt inquit Auguſtinus)ſedulò monendi ſunt ſcholaſtici,vt dicant non contemnere,neque irridere ministros eccleſiæ , quos animaduertunt cum barbariſmis vel ſoloœciſmis Deum inuocare: vel eadem verba quæ pronunciant non intelligere, perturbatéque diſtinguere:debent enim malle verios quàm diſertiores audire ſermones , ſicut prudentiores animis habere quàm formoſiores:& noſſe , ita præponendas verbis ſententias, vt præponitur animus corpori. Obtemperemus ergo recipienti Auguſtino,reſiliamuſque à criminatione inſectatione que clericorum qui eſſent ferendi, ſi tantum lingua peccarẽt. Nunc (quod nefas eſt)quotidie viſuntur moribus decoloratis maioſi,omnibus probris contaminati , mente & animo non mi-

nus quam lingua & ore deprauati. Iam in manib. ſacerdotũ pro pſalterio ſunt chartulæ, teſſeręque luſoriæ: in ore non Dei nomẽ reſonat, ſed maledicta: pro clypeo fidei, pro lorica iuſticię, induũt thoracem bellicum, & parmulas gladiatorias. rixoſi, tumultuoſi, belligeri, quib. nullus Dei metus, nihil penitus religioſum præter habitum ſacerdotalem, ſub quo infanda flagitia deliteſcunt: in multorum cubiculis (de malis loquor) non canonicas ſcripturas aſpicies, nõ euangelia, non libros vllos (quid enim libris opus eſt, non intelligẽtibus?) ſed lanceas, gladios, pila, ſariſſas. Noctu, dum fortaſſis nocturna terriculamenta laruáſque formidant, dormiũt implicati complexibus concubinarum, ſudantes in Venerem, colentes vẽtrem, & quæ ſub ventre ſunt: cõcinentes illud voluptuoſorum, Edamus, bibamus, concumbamus, cras enim moriemur. Prouexit me dulcedo ſcribendi, lõgius quam deſtinaueram. Itaque omiſſa aliena inſectatione, quę nil eſt profutura, reuertamur ad reliqua operis propoſiti. Quod ſi nõ pudet ſacerdotes in propatulo peccare, cur pudeat eos in libro male audire? Qui enim perfricuerunt ſemel frontem, nunquam deinceps erubeſcũt. Verùm vt hæc liberius ſcribẽ, in pſeudoſacerdotes, feciſti tu integerrime doctiſſiméq; Antiſtes qui non tantum ornamenti accipis à ſacerdotali dignitate, quantum tu virtute ſplendicante ſplẽdoris prębet ordini ſacerdotali: in quo Archiepiſcopus Colocẽſis doctiſſimus, ſanctiſſimus, integerrimus, inſtar gemmæ fulgentis eniteſcit ac ſplendet. *Formidoloſum.*] timidum & meticuloſũ aliàs formidoloſus dicitur, non qui formidat, ſed qui formidatur. Saluſtius in Catilin. nõ armatus hoſtis formidoloſus. *Caperatum.*] rugoſum, horridum, ſuperbiam ſeueritudinemque præferens. Caperatum, aut Feſtus rugoſum dici, à cornuum caprinorum ſimilitudine: caperare eſt, in rugas cõtrahere. Plaut. Quid huic homini frons caperat ſeueritudine? *Volentis.*] cui cupientis: genitinus caſus eſt, quem antiqui patrium dicunt: quem Nigidius caſum interrogãdi appellat. *Philoſiterus.*] Nomẽ amatori congruẽs, quo ſignificatur amabilis: inter Apollinis cognomenta eſt εὐλιμενος Phileſius, quòd lumen eius exoriens amabile amiciſſima veneratione oculorum conſalutamus. *Adoleſcens & formoſus.*] Singula hæc amatorẽ faciunt amabilem: adoleſcentia enim & forma, liberalitas & ſtrenuitas, potentiſſima ſunt ad amorem conciliandũ incentiua & ſuoſabula. Charior eſt auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aſpera barba terit: vincquit Tibullus. Forma bonum expetibile eſt, atque amabile, & vt ait Homerus, δῶρ' ἐρατὰ δόσαν, dona ſunt deorum glorioſa. nequaquam aſpernanda. In carmine conuiuali optatur, vt docet Plato, primò bene valere, ſecundo formoſum eſſe: liberalitas verò & munifi-

Digitized by Google

centia cum primis amatorem amicæ commendat. nullum philtrum, nullum amatorium efficacius liberalitate. Munera crede mihi, placant hominésque deósque: nihil est tam inuictum, nihil tam sanctum, tam pudicum, quod pecunia & donis expugnari non possit. *Inefficaces diligent.*] Attende, bono epitheto ineficaces dici diligentias maritorum: qui cum diligentissimi, vigilantissimi, curiosissimi fuerint in custodienda coniugum castitate: tamen illuduntur, & strophis muliebribus mirè fallunrur. Namque impudica seruari non potest: &, vt inquit Ouid. Non caret effectu quod voluere duo. Vnde fit, vt diligentiæ omnes maritales sint inefficaces, custodiæ irritæ, curiositas cassa. Maritus zelotypus, qui cauet ne decipiatur ab vxore, etiam cum cauet, etiam cum cauisse ratus est, sæpe is cautor captus est. Optandum est, vt vxores nostræ suapte natura pudicæ esse velint, vt maritos deligant, quod magnum est castitatis indicium. Alioqui nulla satis efficax, nulla satis diligens custodia. Infida enim custos est castitatis necessitas: & illa verè pudica dicenda est (vt inquit sapientissimè Hieronymus) cui licuit peccare si voluit: & minore miseria deformis habetur, quàm formosa seruatur. Nihil tutum est, in quo totius populi vota suspirant: alius ingenio, alius liberalitate sollicitat: aliquo modo aliquando expugnatur, quod vndique incessitur. Vxor contenta est, quæ bona est, vno viro: vt inquit Plaut. in Mercatore. Talem meam esse & opto, & credo. *Coronam auream.*] Tanquam inter cæteros amatores dignus triumpho & corona, quod insigne victoriæ est. De multifariis coronis militaribus, quarum aliæ erant ex auro, aliæ ex fronde, scribunt Plin. Gel. Plutarchus, & cæteri: & nos apud Sueton. annotauimus. Aurum coronarium dicitur corona triumphalis, quæ imperatori ob honorem triumphi mitti solebat. Quæ antiquitus erat ex lauro, postea ex auro fieri cœpta. Hoc ideo breuiter annotaui, vt intelligeres quid sit apud scriptores aurum coronarium, cuius idẽtidem meminerunt. Soliti erãt in Italia populi & prouinciales, pro auro coronario quasi tributi vice pecuniæ summam imperatoribus persoluere. Hinc laudatur Adrianus, quòd aurum coronarium Italiæ remiserit, in prouinciis minuerit. M. Tul contra Rullum: Quantum habeat prædæ, manubriarum, auri coronarij, profiteatur. auct. est Plin. coronas ex auro solis ciuibus datas, cum externos torquibus aureis donarent. *Zelotypum.*] M. Tul. in quarta Tusculana, zelotypiam ait esse ægritudinem, ex eo quòd alter potiatur ea quod le concupiuerit. hinc maritus zelotypus dictus, qui anxius sollicitúsque, ac timens, ne alter quoque potiatur vxore, quam ipse

concupiſcat. zelotypa mœcha dicitur à ſatyrico per quam ſcitè vxor, quæ cum adultera foret, tamen zelotypam mariti ſimulabat. *Commentus eſt.*] excogitauit, inuenit.

Amatorum.] Illud videlicet formidoloſi, & iſtius ſtrenuiſſimi. *Decurionem.*] In municipiis & coloniis decuriones dicuntur, qui Romę ſenatores. Decurionatus, dignitas ſenatoria: & in hoc ſignificatu decuriones apud M. Tul. Plinium, & cæteros identidem accipiuntur. Decreta decurionum, hoc eſt ſenatorum, ſæpe citari leges à ſcriptoribus. Decurionũ honoribus (vt refert Paulus iuriſconſultus) plebeij fungi prohibentur: & (vt auctor eſt Calliſtratus) minores 25. annis decuriones eligi niſi ex cauſa non poſſunt. Decuriones in albo (vt docet Vlpianus) eo ordine ſcribi oportet, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt. Decurionibus, fa-

*Noſti quendam barbarum noſtræ ciuitatis decurionem, quem Scorpionem præmorum acritudine vulgus appellat. Hic vxorem generoſam, & eximia formoſitate præditam, mira cuſtodela munitam, domi ſuæ quàm cautiſſimè cohibebat. *Ad hæc vltima, piſtoris illa vxor ſubijciens: Quidni? inquit, noui diligenter. Aretem meam condiſcipulam, *quam memoras. Ergo, inquit anus, noſti totam Phileſiteri etiam ipſius fabulam? Minimè gentium, inquit: ſed noſſe valde cupio, & oro mater, ordine mihi ſingula retexe. Nec commorata illa ſermocinatrix immodica, ſic anus incipit: Barbarus iſte, cùm neceſſariam profectionem pararet, pudicitiámque charæ coniugis conſeruare ſumma diligentia cuperet, ſeruulum ſuum Myrmecem, fidelitate præcipua cognitum, ſecretum commonet, ſuæque dominæ *cuſtodelam omnem permittit: carcerem & perpetua vincula, mortem denique violentam & famem comminatus, ſi quiſquam hominum vel in tranſitu digito tenus eam contigiſſet. Idque deierãs etiam confirmat per omnia diuina numina. Ergo igitur ſummo pauore percul ſum Myrmecem, acerrimum relinquẽs vxori ſequutorem, ſecturam dirigit profectionem. Tunc obſtinato animo vehementer anxius Myrmex, nec vſquam*

domi-

*dominam ſuam progredi ſinebat, & lanificio domeſtico deſtrictam * inſuperabilis adſidebat. ac tantùm neceſſario veſpertini lauacri progreſſu, adfixus atque conglutinatus; extremas manu prehendens lacinias, mira ſagacitate commiſſæ prouinciæ fidem tuebatur.*

cultatibus lapſis, alimenta publicè decernuntur, maximè ſi ob munificentiam in patriam patrimoniũ exhauſerint. In re militari decuriones appellantur, qui turmæ equeſtri præſunt: Turma autem equites habet 32. auctor, Vegetio. Alij verò (inter quos eſt M. Varro) tradunt, in ſingulis turmis equitum decuriones eſſe ternos. Itaque cum turma in tres decurias diuidatur, ſingularum decuriarum præfecti decuriones ſunt dicti, ex eo quod denis equitibus præſint. Quod ſentit & Nonius, ſcribens decuriones & centuriones à numero dici, cui in militia præerant. Apud Sueton. decurio cubiculariorum dictus, pro eo qui præeſt cubiculariis. conſimiliter ab Ammiano Marcellino palatij decurio nominatus, pro præpoſitus præfectúſque palatij. *Barbarum.*] nomen hic proprium eſt: aliàs barbari dicebantur antiquitùs omnes gentes, exceptis Græcis. nec latini ab hoc nomine probroſo excipiebantur: immò, vt inquit Cato, & repetit Plinius, Græci nos quoque dictitant barbaros, & ſpurca fœdant appellatione. hinc Plautus in Captiuis. Italicas vrbes vocat barbaricas. Homerus in 2. Iliados: *τὰς αὖ Κᾶρας ἡγήσατο βαρβαροφώνους.* id eſt, Barbarici Caras Naſtes ſermonis agebat. Quærunt eruditi, quare ſolos Cares *βαρβαροφώνους*, id eſt, barbarici ſermónis appellet: barbaros verò nunquam. Opinatur Strabo, ab initio eos barbaros appellatos, qui difficulter, aſperè, duriter oquerentur: ſicuti nos balbos dicimus. Itaque omnes qui aſperè oquuntur, nec linguam Græcam perfectè pronunciant, barbari dicuntur. Quales, inquit, ſunt nationes omnes, præter Græcos. Quocirca Homerus Cares *βαρβαροφώνους* dixit, quaſi duriloquos: craſſilingues, qui Græcas dictiones planè expedire non poterant. Ex eadem cauſa barbariſmus dictus eſt, vitium ſcilicet eorum qui malè græciſſant, & Græca barbarè perperámque pronunciant. Barbaricum abſolutè appellatur clamor exercitus, videlicet quòd eo genere barbari vtantur. Illud adde quod ſcitu gnum eſt, barbaricarios dici Textores, artificéſque linteæ veſtis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animaliũ primuntur. *Scorpionem.*] Nomine hoc homines venenati & moribus truculentis præditi meritò nominari poſſunt. eſt enim ſcorpionum peſtis veneni importuna, lenta morte conficiens:

quorum ictus fœminis in totum letalis est. Semper, vt inquit Plinius, cauda scorpionis in ictu est, nullóque momento medicari cessat, ferit obliquo ictu & inflexu. Venenum ab his candidum fundi, auctor est Apollodorus. hinc ait Hieronymus: Cesset contra nos insurgere arcuato vulnere scorpius. Psylli, qui reliquarũ venena terrarũ inuehentes, quęstus sui causa peregrinis malis impleuere Italiam, scorpiones quoque importare conati sunt. Homini icto putatur esse remedio ipsorum cinis, potus in vino, aut oleo mersus. In cœlo scorpius domicilium est Martis fœminum: Ideóq; in eo Mars sęuit impotenter. Hinc Lucan. Tu qui flagrante minacem Scorpion incendis cauda, chelásque peruris, Quid tantum Gradiue paras? In apologia consimiliter tradit, Æmilianum quempiam cognominatum esse Charontem, & Mezentium, ob oris & animi diritatem, ob deorúmque contemptum. *Famositate.*] Purior lectio est, Formositate. *Custodela.*] custodia: dictio Lucio nostro familiarissima. *Cohibebat.*] continebat, cohercebat: comprimebat. Iuuenalis: Pone seram, cohibe, sed quis custodiet ipsos Custodes? *Artem meam.*] Nomen à virtute inditum, quæ Græcè ἀρετὴ nominatur: vt καπ' ἀντίφρασιν, id est, per contrariam dictionem vitiosæ fœminæ nomen Aretes impositum esse videatur. Apud Homerum Arete nomen est vxoris Alcinoi, matris Nausicaæ. *Condiscipulam.*] Tam in malis artibus quàm in bonis apud priscos puellæ quoque itabant in ludum literarium, quod & Liuius docet apertissimè, scribens: Virginiæ eunti in ludum literarium, iniectam esse manum à ministro libidinis Ap. Claudij decemuiri. *Minimè gentium.*] nequaquam, minimè cognoui. Adnotanda eloquutionis figura, minimè gentium, pro eo quod est nusquam, nullibi, nequaquam. *Mater.*] Vocatiuus est casus. Matris autem appellatione in fœminis reuerentia, ætas, affectus exprimitur. *Singula retexe.*] repete, renarra. translatum verbum à tela, quæ in textrino sæpe retexitur. nam propriè retexere est, resoluere quod erat derextum. Hinc Penelopes tela retexta nocturno dolo dicitur à poetis. & Lucius noster in Apologia, Omnem calumniæ textum retexo: pro eo quod est resoluo, diluo, refuto. *Sermocinatrix immodica.*] Plautina lena in Cistellaria: Largiloquæ, inquit, extemplò sumus, plus loquimur quàm sat est. Plato speciem vnam dicendi vocat ὁμοιολογικὴν, quam nostri, & maximè Quintil. sermocinatricem interpretantur: quæ accommodata est priuatis disputationibus. Claudius Quadrigarius dicere maluit consermonabatur, quam sermocinabatur. Et si A. Gellio credimus, con-

ser-

sermonari rusticius videtur, sed rectius: sermocinari crebrius est, sed corruptius. *Myrmecem.*] Latinè dici posset Formicinus: est enim μύρμηξ Græcè formica, nomen planè conueniens laborioso & fideli seruo: cum formicæ sedulitas, concursatio, strenuitas sit vulgo nota, & in custodiendo diligentia. Plinius noster: Iam in opere, inquit, qui labor, quæ sedulitas? silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factamine quis dubitet, qualibet in re quid possit quantulacunque sedulitas. Myrmecia vocantur à medicis vlcera duriuscula, quæ radices altius exigunt, magnitudine vix vnquam lupini modum excedentia. nascuntur, vt auctor est Cornel. Celsus in ſ. aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum. *Et famem comminatus.*] Dirus cruciatus est fames, quam Columella teterrimam mortis comitem esse dicit: & vt canunt Græcæ camœnæ, οἴκτιστον ἀμφὶ θανεῖν, miserrimum est fame mori. Plures videbis, quos fames magis quàm fama cõmoueat. Cũ dominus debeat seruo cibarium & vestiarium, vt inquit Seneca, minatur dominus seruo, si fuerit custos indiligens, cibum se subducturum: vt fame confectus, & esuritione tabescens, diram mortem opperat. *Digito tenus.*] Mira mariti zelotypia, qui nec quidem digito à prætereuntibus vxorem contingi velit. *Deierans.* } valde iurans, & deiurio obtestans. *Ergo igitur.* } Ex more priscorum identidem loquitur, qui hasce particulas multiplicant. *Vxori sequutorem.*] qui vxorem sequatur, quocunque iuerit, sicut vmbra sequitur corpus: vt neque loqui, neque cogitare, neque facere quippiam possit sine arbitro Myrmece. Tale est illud Plautinum ex Casina: Decretum est mihi quasi vmbra quoquò ibis tute persequi. quin ædepol etiam si in crucem vis pergere, sequi decretum est. Inter gladiatores erant quidam peculiari nomine dicti Sequutores, vt existimamus, à sequendo: hi enim in gladiatoria pugna sequebantur retiarios, & nacti opportunitatem prosternebant. De his apud Suetonium in Claudio. meminit & Iuuenal. illo versu: Cum Graccho iussus pugnare sequutor. *Vespertini lauacri.*] In balneis erant lauacra, in quibus viri erant, & quibus mulieres separatim lauabantur. Victruuius præcipit, vti caldaria muliebria viriliáq; coniuncta, & in eisdem regionibus sint collocata: tempus autem lauandi à meridie ad vesperum est constitutum, & inde vespertinum lauacrum bono epithero dixit, cum hora vespertina. manéque mulieres peterent balneas. Iuuenalis: Balnea nocte subit. Popea Neronis coniunx solium balnearum ita tempera-

Digitized by Google

bat, vt lacte asinino corpus totum maceraret: ita credens extendi cutem, & corpus erugari. Igitur seruus dominæ continenter inhærens ex dominico præcepto, cum illa peteret vespertinum lauacrum, prehensa manu vestis herilis lacinia nusquam diuellebatur: custodiáque exerta dominam obseruans, iniunctum à domino munus fideliter exequebatur.

*Sed ardentem Phileſiterì vigilantiam, matronæ nobilis pulchritudo latêre non potuit. Atque hac ipſa potißimùm famoſa caſtitate, & inſignis tutelæ nimietate instinctus atque inflammatus, quiduis facere, quiduis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus diſciplinam totis accingitur viribus. certúſque fragilitatis humanæ fidei, & quòd pecuniæ cunctæ ſint difficultates peruiæ, auróque ſoleant adamantinæ etiam perfringi fores, opportunè nactus Myrmecis ſolitatem, ei amorem ſuum aperit, & ſupplex eum medelam cruciatui deprecatur. nam ſibi ſtatutam decretámque mortem proximare, ni maturiùs cupito potiatur. Nec eum tamen quicquam in re facili formidare debere, quippe cùm veſpera ſolus, fide tenebrarum contectus atque abſconditus, intrò repere, & intra momentum temporis remeare poſſet. His & huiuſcemodi ſuadelis validum addens * aculeum, qui rigentem prorſus ſerui tenacitatem violenter * diffunderet: porrecta enim manu ſua, demonſtrat ei nouitate nimia candentes ſolidos aureos: quorum 20. quidem puellæ deſtinaſſet, ipſi verò decem libenter offerret. Exhorruit Myr-*

mex

Latêre non potuit.] Terent. Vnũ eſt, vna hæc ſpes eſt, vbi eſt, diu celari non poteſt: ô faciem pulchrã. Plautinum eſt ex Penulo: Proba merx facile emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt. *Famoſa ca.*] famigerata, celebratáque. φήμιον eſt: nam & cum laude & cum vitio dicitur famoſus in malam partem frequentius, in bonam rarius. *Inſtinctus.*] Iuxta catholicam illam, vulgatiſſimámque ſententiam: Nitimur in vetitum ſemper, cupimúſque negata. Horatianum quoque illud huic loco mirè congruit: Si interdicta petes, vallo circumdata, nam te Hoc facit inſanũ. *Quiduis face.*] omnia etiam duriſſi-

*mex inauditum facinus, & occlusis auribus effugit protinùs. Nec auri tamen splendor flammeus oculos ipsius exire potuit: sed quanquam procul semotus, & domum celeri gradu prouectus, videbat tamen decora illa monetæ lumina, & opulentam prædam iam tenebat animo, mirôque mentis salo & cogitationis dissensione miserus in diuersas sententias carpebatur, ac distrahebatur. Illic fides, hic lucrum: illic cruciatus, hic voluptas. Ad postremum tamen, formidinem mortis vicit aurum. Nec saltem spatio cupido formosæ pecuniæ leniebatur: sed nocturnas etiam curas inuaserat pestilens auaritia, vt quamuis heri-lis eum comminatio domi cohiberet, aurum tamen foras euocaret. Tunc deuorato pudore, & dimota cunctatione, sic ad aures domnæ * inauditum perfert. Nec à genuina lenitate desciuit mulier, sed execrando metallo pudicitiam suam protinus auctorata est. Ita gaudio perfusus, ad suæ fidei * precium Myrmex non modò capere, verùm * contingere saltem quàm exitio suo viderat pecuniam cupiens, & magnis suis laboribus perfectum desiderium Phile sitero lætitia percitus nuntiat: statímque destinatum *præmium reposcit, & tenet nummos aureos manus Myrmecis, quæ nec æreos norat.*

ma & pati & facere paratus, vt voti compos existeret. Horat. Magnum pauperies opprobrium, iubet quiduis & facere & pati. *Disciplinam.*] eam intelligit disciplinam, qua seruus dominam tenaciter obseruantérque custodiebat, qua domus matronæ sepiebatur. Disciplinosum dicunt veteres, pessima arte prædi-tum: sicut à Catone dictus gladiator disciplinosus. *Pecuniæ diffi. peruiæ.*] Vtinam hoc falsum esset, nec à vate dictum: quãto innocentius viueretur, nisi tabes pecuniæ cuncta corrumperet? nihil sanè potentius est auro ad cuncta edomanda. hoc vehementius, quàm tormenta bellica perfringit arces munitissimas, expugnat vrbes inexpugnabiles, & adamantina claustra perrumpit. nihil est tam inuium, quod non peruium fieri: nihil tam occlusum, quod non excludi auro possit. Dictitare solebat C. Verres: Nihil enim tam

Digitized by Google

ſanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit. Philippus rex omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere. & ſicut dicebat, ita faciebat: nam pecunia cunctos mortales corrumpens, & proditores auro concilians, vrbes plurimas occupauit, totámque Græciam turbauit: vt docet Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Hinc illud Horatianum: Diffidit vrbium Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos Reges muneribus. idem in hanc ſententiam dixit elegantiſſimè: Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa potentius Ictu fulmineo: Ab eodem illud veriſſimè prolatum eſt: Abſtinens ducentis ad ſe cuncta pecuniæ. Ariſtophanes in Pluto: πράγματα πάντα πράττεται διὰ πλοῦτον. Omnia, inquit, fiunt propter pecuniam. μονώτατος πάντων ἁπάντων ἀγ τῶν κακῶν ἀγ τῶν ἀγαθῶν, id eſt, Sola pecunia omnium & malorum & bonorum cauſa eſt. nihil igitur mirum, ſi amator habebat perſuaſiſſimum, fidem ſerui, & caſtitatem fœminæ expugnari auro poſſe, quo cunctæ difficultates expugnantur. *Adamantinæ.*] Adamanti inter gemmas precioſiſſimo, inenarrabilis eſt duricia, ſimúlque vis duarum violentiſſimæ naturæ rerum, ferri ignísque contemptrix: ita reſpuit in incudibus ictum malleorum, vt ferrum vtrinque diſſultet, incudéſque etiam ipſæ diſſiliant. Vnde & nomen indomita vis Græca appellatione accepit. adamas enim Græcè dicitur indomitus, ſiue indomabilis: & inde adamantinæ fores pro ſolidiſſimis atque inexpugnabilibus dictæ, & quæ nulla vi perfringi poſſint. Adamas diſſidet cum magnete in tantum, vt iuxtà poſitus, ferrum non patiatur abſtrahi. Dionyſius Syracuſanus dicere ſolebat, Adamantina vincula eſſe metum, violentiam, claſſem, & 10. millia armatorum: tanquam talibus ſepimentis vallatus tyrannus vinci non poſſit. Sed fallebatur non melius ferrum tutatur principem, quàm fides: & adamantina propugnacula, ac firmiſſimus murus ſunt, amor, beneuolentiáque ſubiectorum. *Solitatem.*] ſolitudinem. Cuncta mala nobis ſolitudo ſuadet, vt inquit Seneca: & vt Plin. minor tradit, Stimulus peccandi eſt illa fiducia. Quis enim ſciet? In Apologia ſolitatem poſuit pro ſolitudine, his verbis: Crates multis ſeruis à ſe remotis, ſolitatem delegit. *Cruciatui.*] ad leniendum cruciatum, quo ob amorem grauiter angebatur. *Cupitæ.*] deſiderata cupitáque matrona: Homo, præſertim amans (vt inquit Plautus in Pœnulo) properat omnia. Idem in Ciſtellaria: Spiſſum iſtud amanti eſt verbum, Veniet: niſi venit, amatori

i cupienti nihil ſatis vnquam feſtinatur. *Fide tenebrarum.*] nebræ nocturnæ tegumenta ſunt amantium & furum, quo- n præſidio ſubnixi, impunè illi mœchantur, hi furantur. Stas: Nox fœcunda operum, pulchræque accommoda fraudi. Vir ..in 8. Defenſi tenebris & dono noctis opacæ. Prouerbium :æcorum eſt, νυκτὶ πλοεῖς, id eſt, non noctu nauigas: de homibus nihil quicquam diligenter facientibus: Nox enim ἀκριβεστέρα, id eſt diligentior eſt, & nauigantibus opportuna, propter ſirum obſeruationes. Chryſippus ex prouerbio hanc ſuſtulit particulam negatiuam, dicens νυκτὶ πλοεῖς, id eſt, nocte nauigas. *Suadela.*] verborum perſuaſionibus, quę per ſe parum efficaces ſunt, bdidit aculeum auri, quo rigor omnis & firmitas diſrumpir: & profectò nulla, quàm auri, ſuadela efficacior eſt. Reges naſtas, id eſt, potentes nuncupamus: quoniam quò velint, polos aut vi aut perſuaſione perducant: munificentia autem peradent. non enim oratione ſuadere regale munus eſt, ſed oratorium. Regia ſuadela donatio eſt, & liberalitas, qua ducunt fe- ntque mortales quò velint: auctor Strabo. Hac ſuadela vtuntur amatores, ſi toti compotes fieri ocyſſimè cupiunt. Experti quor, experto credite: non forma, non claritudo natalium, non ictoritas, non ſermonis affabilitas tam ciſò amicam amatori ɔnciliant: quàm auri fulgor, & ſalus argentaria. Nullus interncius melior, nulla lena impetrabilior, quàm pecunia: cuius culeus cuſtodium vitalia lancinat, fœminarum præcordia diſndit, & obſeratas pudicitiæ fores illico repandit. Etiam hoc aleo diffiſſa eſt Myrmecis ſerui tenacitas, & domus barbari corpionis perforata. De ſuadela, quam Græci πειθὼ vocant, cuis medulla Cethegus dictus, quam in labris Periclis ſeſſitauiſſe tradunt, ſcripſimus ſuo loco copioſiſſimè. *Diffinderet portella.*] diſrumperet, ſubuerterétque. *Candentes aureos.*] non à andore candentes aureos dictos accipe, ſed à fulgore auri, ac ɔlendore: quaſi ignitos & flammeos: candens enim non ſoum candidum ſignificat, ſed etiam ignitum & ardeſcens: quo ɔ ſignificatu ſæpiſſimè eſt apud Plinium, qui inter cætera ſeriit, ferrum candens ſubinde in aqua tingi. Macrobius & Gellus in interpretatione carminis Maroniani, candens non tã pro ɔruente accipiunt, quàm pro lucenti: tanquam à candore dictũ, on à calore. Candentiſſimum ſidus dixit Solinus, intelligi vons ſolem ardentiſſimum. *Ipſi verò decem.*] Myrmeci. *Videbat monetæ lumina.*] oculo ſcilicet cordis & cogitatione ſpectabat ful orem aureę monetæ: etenim perſæpe accidit, vt quæ cupimus,

ea animo & cogitatu perinde ac præsentia contemplemur. animus enim cernit, animus videt: oculi ceu vasa quædam visibilem eius partem accipiunt atque transmittunt: auctores M. Tullius, Plinius, & cæteri. A moneta, monetarij dicti, de quibus Aurelianus inquit: Monetarij rebelles spiritus extulerunt. Monetales triumuiros olim constituere Romani, qui præessent monetæ cudendæ. *Mentis salo.*] Mentis salum, eleganter dicimus fluctuationem animi, agitationémque: qui instar sali, hoc est martis agitatur, & magno curarum fluctuat æstu. In dæmonio Socratis autumat, dæmones omnem humani animi faciem pati: ac simili motu cordis, & salo mentis, ad omnes cogitationum æstus fluctuare cogitationis dissensione. Augustinus libro octauo Confessionum: Duæ, inquit, voluntates, altera carnalis, altera spiritalis, cõfligebant inter se, atque discordandi dissipabant animam meam. Iidem discordantes cogitationes discerpebant Myrmecem, cum ex vna parte fides hortaretur ad mandata dominica custodienda, ex altera lucri cupido impelleret ad dominam prostituendam. *Illic fides.*] in custodienda dominæ castitate, quæ ipsius fidei concredita fuerat. *Hic lucrum.*] in amatore introducendo, & obsequendo precibus Phileſiteri. *Illic cruciatus.*] ex comminatione domini, si præuaricator custodelæ fuisset. *Hic voluptas.*] ex auri fulgore, & amatoris munificentia. *Cupido.* } cupiditas. *Pestilens auaricia.*] Non potuit profectò elegantiore epitheto & veriore auaricia taxari, quam vt pestilens diceretur. instar enim pestilentiæ & tabis inuadit mortales, & contagione quasi quadam serpit, & per omnes articulos populorum hæc mali gangrena pestilentissima permeat. *A genuina leuitate.* } Specialiter dictum accipe de leuitate, quæ ingenita erat dominæ Myrmecis: vel potius generaliter referendum est ad leuitatem genuinam, propriámque omnium fœminarum. nam vt olim dixit Æsopus κουφὸν τὸ τῆς γυναικὸς ὄζος φύλον id est, Leue est fœminarum genus. quod prouerbiali quoque versu Græco testatum est, ἐν δὲ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔστιν' ἰδεῖν. id est, in fœminis fidem non datur cernere. In leuitatem fœminarum genuinam scriptores omnes perorant, quas & auaritiæ peculiaris arcessunt, quæ causa est impudicitiæ & stupri. hinc prouerbium illud: Nec mulieri, nec gremio credi oportere. *Execrando metallo.*] Aurum scitissimè verissiméque execrandum metallum vocat, quod scilicet (vt inquit Plinius) ad perniciem vitæ repertum est: vtinámque posset è vita in totum abdicari, prosciſſum conuiciis ab optimis quibusque: cuius fames sacra, hoc est execranda est, vt celeberrimi auct. dixere. Odi ego aurum,

inquit Plautinus senex, multa multis sæpe suasit perpetam. Auro pulsa fides, auro venalia iura: auro homicidia, sacrilegia, furta, stupra, deniq; (vt summatim dicã) omnia scelera conficiuntur. Interrogatus Diogenes, cur aurum esset pallens: Quoniam (inquit) multos habet insidiatores. Quàm innocens, quàm beata esset vita, si execranda auri argentíque metalla ex commercio mortalium abdicarentur: si nummus aureus, argenteúsque extorris ex vrbibus relegaretur, sicut ex Lycurgi instituto eliminatus est ex Spartana ciuitate, vbi πλοῦτος τυφλὸς, Deus diuitiarum verè cęcus est. Verùm (vt inquit M. Cato) maiorem curam habemus marsupij nostri, quàm vitæ nostræ. *Auctorata.*] mancipauit, obligauit, oppignerauit quodam quasi auctoramento, hoc est, pignore & præmio viginti aureorum. sic auctoratus gladiator; Horatio, auctoratus pop. Ro. & vindemitor, Plinio: auctoratus proditor, Liuio dicuntur. Super hoc verbo suprà annotaui satis diligenter. *Percitus.*] gaudio commotus, & alacritate exultans. *Destinatum præmium.*] 20. aureos, quos puellæ destinauerat: sibi verò 10. quos obtulerat pro præmio conciliaturæ & lenocinij. *Nec æreos no.*] Signat serui conditionem vilissimam, qui nec prius vnquam nummos æreos nouisset, quorum 40. milia ex auri libra signabantur, vt docet Plin. in 33.

Iámque nocte promota solum perducit ad domum, probéque capite contectum amatorem strenuum infert aduscque dominæ cubiculum. Commodùm nouis amplexibus amori rudi litabant, cõmodùm prima stipendia Veneri militabant noui & nudi milites: & contra omnium opinionem captata noctis opportunitate improuisus maritus aßistit. suæ domus ianuam iam pulsat, iam clamitat, iam saxo foris verberat: &, ipsa tarditate magis magísque suspectus, diuinatur Myrmeci supplicia. At ille, recentino malo perturbatus, & miserabili dilatione ad inopiam consilij deductus, quod solum pater at nocturnas tene-

Capite contectum.] Mœchorum morem expressit, qui obtecto capite cucullo, siue capillamẽto celati, clã irrepunt ad amicas. Horat. Tu cum proiectus insignibus, annulo equestri, Romanóque habitu, prodis ex iudice Dãna Turpis, odoratum caput obscurante lacerna. Scribit Spartianus Verum Anton. solitum vagari nocte per lupanaria, capite ob-

tecto cucullione vulgari viatorio, Caligula quoque, auctore Suetonio, capillamento celatus, & veste longa, adulteria noctibus obibat. Cõmodium.] Iam iam, vix tunc tunc: aduerbium temporis est, vt sæpe dictum est. *Amori rudi litabant.*] amorem nouum & recentem percolebant: symbolicôs autem & operte significat, rei veneriæ operam dedisse. nam litare amori nihil aliud est, quã concubitu & lecti palæstra Cupidinem propitiare. *Prima stipendia ve.*] Sicut in castris Martis stipendia plurima militant bellatores: ita per decentissimã translationem dicuntur & amantes, militare prima stipendia in Veneris Cupidinisque contubernio, quando scilicet primos concubitus exercẽt: Memoratur illud

bras causabatur sibi obsistere, quin clauem curiosè absconditam reperiret. Interim Philesiterus cognito strepitu raptim* tunica iniectus, sed planè præturbatione pedibus intectis procurrit cubiculo. Tunc Myrmex, tandem claue pessulis subiecta, repandit fores, & recipit tunc etiam fidem* domini boantem dominum: eóque properè cubiculum petente, clandestino transcursu dimittit Philesiterum. Quo iam pro limine liberato, securus sui, clausa domo, rursum se reddidit quieti. Sed dum prima luce barbarus procedit cubiculo, videt sub lectulo soleas incognitas, quib. indutus Philesiterus irrepserat: suspectúsque è re nata, quæ gesta sunt, non vxori, nec vlli familiarium cordolio patefacto, sublatis his, & in sinũ furtim absconditis, iusso tantum Myrmece per conseruos vincto, forum versus detrahi, tacitos secũ mugitus* interãs, rapidũ dirigit gressum: certus solearum indicio vestigium adulteri posse se perfacilè indipisci. Sed ecce, per plateam dum barbarus vultu turgidus, subductísque superciliis incedit iratus, ac pone eum Myrmex vinculis obrutus, non quidem coram noxæ* prehensus, conscientia tamen pessima permixtus lacrymis vberibus, * iam postremis lamentationibus inefficacem commouet miserationem opportunè Philesiterus occurrens, quanquam diuerso quodam negotio*

negotio deſtinatus, repentina tamen facie permotus (non enim deterritus, recolens feſtinationis ſuæ delictum) vt cætera conſequenter ſuſpicatus, ſagaciter extemplò ſumpta familiari conſtantia, dimotis ſeruulis, inuadit cum ſummo clamore Myrmecem, pugníſque malas eius clementer obtundens: At te, inquit, nequiſſimum & periurum caput, dominus iſte tuus, & cuncta cœli numina, quæ deierando temerè deuotaſti, peſſimum peſſimè perdant, qui de balneis ſoleas heſterna die mihi furatus es: dignus hercules, dignus, qui & iſta vincula conteras, & inſuper etiam carceris tenebras perferas. Hac opportuna fallacia vigorati iuuenis inductus, imò ſublatus & ad crudelitatem delapſus barbarus, poſtliminiò domum regreſſus, vocato Myrmece, ſoleas illas offerens, & ignouit ex animo: & vti domino redderet, cui ſubripuerat, ſuaſit.

poeticũm, Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido. *Improuiſus maritus.*] Improuiſa mala, & inſperata, grauius feriunt: denique omnia repentina & inopinata videntur eſſe maiora, grauioráque, auctores M. T. & Seneca. *Fores verberat.*] Graphicè exprimitur aduentus mariti zelotypi, & cuncta ſuſpectantis, cui cunctatio ianitoris & mora ſuſpicionẽ exaugebat. *Tarditate.*] qua ſcilicet fores cũctãter aperiũtur. *Suſpectus.*] ſuſpicãs, ſuſpicioſus: nouè poſitũ in actiua ſignificatione. *Repentino ma.*] Sæpe hoc accedit, vt homines repentino malo perturbati, impotes mentis & inopes conſilij extiterint: quo circa illos maximè laudamus, qui improuiſo malo perculſi non ſuccũmbunt: ſed ingenio præſentiſſimo ſubnixi, conſilium habent ad manum. nam vetus verbum eſt, gladiatorem in arena capere conſiliũ. &, vt præcipit Panætius philoſophus lib. 2. de Officiis, cũ vita hominũ pericula ex improuiſo prope quotidiana ferat, ad ea cauẽda atq; declinanda perinde eſſe oportet animo ſemper prõpto atq; intẽto, vt ſunt athletæ, qui in athletico certamine caput & os manib. oppoſitis, quaſi vallo præmuniũt: idẽ mens viri prudentis aduerſus petulantias iniuriarũ omni in loco atq; tẽpore proſpiciens debet eſſe erecta, ſeparata, expedita & ſilia contra fortunę verbera, quaſi brachia & manus prętẽdens. Qua in re repentina incurſio imparatis improtectíſque nobis

obortiatur. *Cauſabatur.*] Cauſam afferebat, & excuſationem tarditatis eſſe tenebras nocturnas, propter quas reperire clauem ianuæ non poſſet. ſic Martialis: Sed iam cauſaris barbámque annóſque pilóſque. *Interáum.*] Putior lectio eſt, interim. *Tunicam iniectus.*] camiſiam induens: figurata locutio eſt. paulò antè dixit, Veneri militabant nudi milites. *Præturbatione.*] ob turbationem. *Pedib. inectis.*] diſcalciatis & nudis. Tales deprenſi in adulterio, ſaluti fuga conſulunt: quibus interdum vix datur euadere. in hanc ſententiam dixit Horatius: Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo. *Peſſulis ſubiecta.*] clauſtris ianuæ, & ſeris. Oppeſſulatas fores, pro peſſulis occluſas, poſuit in primo: vbi de peſſulis abundè. *Repandit fores.*] reſerat, aperit. *Boantem dominum.*] Senſus eſt conceptus ex quotidiana loquendi conſuetudine. vbi enim à ſeruo decipimur, vel decipi nos credimus, boare ſolemus, & exclamare dominicam fidem, & iterare, Hæccine eſt fides quam domino præſtat ſeruus? ita nunc dominus boando inclamabat fidem domini, quam fluxam & infidam apud ſeruum fuiſſe ingemebat. & hæc lectio magis placet, quàm ſi legas Fidem deûm, pro deorum: quæ exclamatio eſt frequentiſſima. *Dimittit Phileſiterum.*] Mirè aſtu ſeruili decipitur maritus, quo cubiculum vxorium petente, ciàm beneficio tenebrarum emittitur amator à Myrmece fraudulento. *Barbarus procedit cubiculo*] dominus Myrmecis, vt ſuprà. *Soleas Phileſiteri.*] dum præ feſtinatione nimia quærit effigium, calciamenta reliquerat in cubiculo, & pedibus intectis procurrerat. à ſolea, quod calciamenti eſt genus, ſolearij dicti, confectores ſolearum, vocabulo Plautino: ſicut à calceo, calceolarij. Soleatos vocant, ſoleis calciatos. Soleas (auct. Gellio) dixerunt omnia fermè id genus calciamenta, quibus plantarum calces teguntur: nonnunquam voce græca crepidas & crepidulas, eiuſque calciamenti ſutores crepidarios appellauerunt. De ſoleis piſcibus, Ariſtoteles, Plinius & cæteri. *Suſpectus è re nata.*] ſuſpicans ex ſoleis deprenſis, quid factum foret. ſuſpectus enim hic, vt etiam paulò ſuprà, ſignificatur ſuſpicans, actiua ſignificatione. Videtur autem bifariam dici ſuſpectus, ſicut ſuſpicioſus, & qui ſuſpicatur, & qui ſuſpectus eſt: item ignarus, & qui ignorat & qui ignoratur: & alia conſimiliter. *Cordolio patefacto.*] A dolore cordis, cordolium dictum: quod vocabulum in quotidiana vernaculi ſermonis conſuetudine eſt vſitatiſſimum, quo & vetuſtiſſimi ſcriptores vtuntur. Feſtiuiter Plautus ſcribit, mulieri non eſſe cordolium: tanquam mulier nulla cordicitùs doleat; & ex animo. ſic enim in Ciſtellaria meretrices loquuntur: An mihi cordolium eſt? Quid id eſt? Vnde eſt tibi

cordo-

cordolium?commemora obsecro qnoque:neque ego habeo,neque quisquam vlla mulier,vt perhibent viri. *Sublatis his.*] soleis. *Myrmecę per conseruos vincto fo:um,&c.*]Domini in seruos non solum vinciendi, sed etiam necandi potestatem antiquitus habebant:fuitque moris, vt serui ob leue delictum ita plecterentur à dominis, vt scilicet ignomiæ magis quàm supplicij causa circa vicinos furcam in collo ferrent, subligatis ad eam manibus: & prædicare cogerentur peccatum suum, simulque monere cæteros, ne quid simile admitterent.vnde furciferi dicti, maledicto probroso & seruili Græci σαυροφόρους appellant. Donatus & Plutarchus auctores. Hinc legimus apud historicos,seruum à domino olim sub furca cæsum, medio actum esse circo, ante commissum spectaculum:ex qua re instaurati sunt ludi. In familia sunt lorarij,à loro dicti, quorum ministerium erat loris vincire aut verberare, quos erant à domino iussi: quorum apud Comicos mentio.Ex eodem genere sunt & Brutiani,qui magistratibus parebant,vicem lorariorum implentes præterea minister publicus,lictor dictus, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, *Rapidum dirigit gressum.*] velocem,& citum. *Vestigium adulteri indipisci.*]Non ab re est,referre hoc in loco Rhodopes fabulam,quæ narrat,aquilam, alterum ex calceis eius dum lauaretur,è manu ancillæ correptum deportasse Memphim, Ægypti ciuitatem: & in sublime super regis verticem iura dantis elatam, calceum in illius gremium demisisse. qui calcei concinnitate & rei miraculo permotus, per totam regionem misit ad eam inquirendam,quæ huiusmodi calceum ferret: quæ inuenta atque adducta, regis vxor facta est. ita ex calceo cognitum Rhodopes vestigium,eam Ægypti reginam fecit. Indipisci autem,est assequi, &(vt veteres dicebant)adipisci. *Ponè eum.*]post eum,à tergo. *Subductis.*]contractis,sursum ductis:quod specimẽ est hominis mœsti,irati & fastuosi. Tales enim, vultus innubilant. In poemate obscœno: Non est Mentula subducti nostra supercilij.*Non coram noxæ prensus.*]id est,non in manifesta noxa, neque manifestario crimine deprensus. Noxæ dedere, apud iurisconsultos est,ipsum mancipium pro noxa,hoc est culpa commissa tradere.ex quo intellectu est illud Columellæ,ex primo Rusticationis:Qui rem rusticam pessimo cuique seruorum,velut carnifici,noxæ dedimus. *Vberibus.*] largis & abundantibus. inde vbertim aduerbium,quod significat largè & abundanter.*Repentina facie permotus.*] subita rei nouitate. *Recolens delictum.*] recordatus se ob festinationem soleas reliquisse, & ob id coniectans Myrmecem vinculis ob brutum plecti. *Familiari constan-*

tia.]ſibi ſcilicet. nam dudum dixit, conſtantiſſimum & genuina quadam firmitudine præditum Phileſiterum fuiſſe. *Malas ob tundens.*]maxillas leuiter feriens:nec enim illum,vt pote beneuolum, ferire inimiciter volebat. Obtrudere autem tranſlatum eſt à fabris, qui ſæpe repetunt, percutiuntque tundendo aliquid malleo. *Deierando temerè deuotaſti.*] Attende dictum Deuotare, pro eo quod vulgo dicitur blaſphemare, maledicere & execrari:qui enim temerè deierat,deos deuotat:hoc eſt, deuouet, execraturque deos.M.Tul.dixit in Paradoxis: Quæ vis patrem Decium,qui filium deuotauit? Deuotos quoque pro abominatis, execratisque ſolent ponere. Ouid. Viuite deuoto fœmina virque thoro. *Soleas furatus es.*] Hoc commento vaferrimo conſulitur ſaluti Myrmecis,& caſtitati fœminæ:quippe quo perſuadetur domino, vt ſeruum exoluat vinculis, perinde ac inſontem. In balneis autem furta fieri ſolita, teſtis eſt Paulus iuriſconſultus,qui ſcribit, præfectum vigilum conſtitutum eſſe indicem aduerſus capſarios:hoc eſt, eos qui mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt: vt ſi quid in ſeruandis veſtimentis fraudulenter admiſerint, ipſe cognoſcat. Locus in balneis, quo loturi veſtes exuunt,apodyterium nominatur, Varroni, Plinio, Ciceroni,& cæteris,latinè dici poteſt ſpoliarium, ſiue ſpoliatorium. *Vigorati.*] in mala cauſa, vigor dicentis & audacia.accipitur pro fiducia & innocentia. iuxta illud Satyrographi: Nam cum magna malæ ſupereſt audacia cauſæ, Creditur à multis fiducia. *Poſtlimin'o.*] poſtea. de ſignificatu huiuſce verbi iam ſatis multa in ſuperioribus. *Ignouit.*] veniam dedit.Hinc ignotum apud eruditos ſignificat parcitum, ab ignoſco: cum ſemidocti ignotum pro non cognitum ab ignoro tantum vſurpent. Ignoſcibilis veſtitus dicitur A.Gellio,qui dignus eſt venia, cuique ignoſcere debeamus.

Anicula garrien te.]Loquacitas amica ſenibus eſt. Aniculæ largiloquę,& multibibæ meritò nominantur.Vnde prouerbium apud Græcos celebre, γεραὸν ἱθύον: id eſt, anicularum loquacitas & nugæ.

Hactenus adhuc anicula garriente, ſuſcipit mulier: Beatam illam,quæ tam conſtantis ſodalis libertate fruitur. At ego miſella,molæ etiã ſonum, & cæcam illius ſcabioſi aſini faciem timentem familiare incidi. Ad hæc anus: Iam ego tibi probè ſuaſum & confirmatum animi amatorem illũ alacrem vadimonio ſiſtam. & inſuper condicta veſpertinæ regreſ-

Digitized by Google

egreſsione, cubiculo faceſsit. At pudica vxor ſtatim cœnas Saliares comparat, vina pretiosa defæcat, pulmenta recentia tucetis temperat, mensa largiter inſtructa: denique vt Dei cuiusdam, ſic aduentus expectatur adulteri. nam & opportunè maritus foris, apud Naeram proximum cœnitabat. Ergo igitur meridie propinquante, helcio tandem absolutus, refectuique ſecurè redditus, non tàm hercules laboris libertatem gratulabar, quam quòd reuelatis luminibus, liber etiam cunctas facinoroſæ mulieris artes proſpectare poteram. Sol* quidem ipſum delapſus Oceanum ſubterrenas orbis plagas illuminabat: & ecce, nequiſsimæ anus adhærens lateri temerarius adulter aduentat; puer admodùm, & adhuc lubrico genarũ ſplendore conſpicuus, adhuc adulteros ipſe delectãs. Hunc* admodum multis ſaniis exceptã mulier,* cœna iubet parata accumbere: ſed vt primùm accurſoriam potionem, & inchoatum guſtum extremis labijs *contingebat adoleſcens, multò celeriùs opinione rediens maritus aduentat. Tunc vxor egregia, diras deuotiones in eum deprecata, & crurum eius fragiũ abominata, exangui formidine trepidantem adulterum alueo ligneo, quo frumenta confuſa purgari conſueuerant, temerè propter iacenti ſuppoſitum abſcondit: ingenitáque aſtutia diſsimulato tanto flagitio, intrepidum mentita vul-*

Familiarem.] Amatorem intelligit, quem adeò timidum, meticulosúmque fuiſſe dolenter ait, vt non ſolum molę piſtrinenſis ſonitum expaueſcat, ſed etiam conuelatam aſini faciem reformidet. *Confirmatum animi.*] Pro animo. archaiſmos eſt, locutio veteribus vſitatiſſima. *Vadimonio ſiſtam.*] Eleganter dictũ, de amatore ſiſtendo Veneris vadimoniis. ſicut in cauſis forenſibus ſiſtuntur rei ad vadimonia prætoris. In hanc ſententiam eſt Plautinum illud: Vbi tu es, qui me connadatus Veneriis vadimoniis? vbi tu es, qui me libello Venerio citaſti? Ecce me ſiſto, ades: contrà ſiſto ego tibi, & mihi contrà itidem vt ſiſtas ſuadeo. *Condicta regreſsione.*] denunciata, conſtituta. Perſeuerat in verbis iurisconſ. condicere enim

tum, percontatur de marito, cur vtique contubernalis arctißimi relicta cœmula, præmaturus afforet. At ille dolenti prorſus animo ſuſpirans aßiduè: Nefarium (inquit) & extremum facinus perditæ fœminæ tolerare nequiens, fuga me propripui. Hem, qualis Dij boni matrona, quam fida, quámque ſobria, turpißimo ſe dedecore fœdauit? Iuro per iſtam ego ſanctam Cererem, me nũc etiam meis oculis de tali muliere minùs credere. His inſtincta verbis mariti audaciſßima vxor, noſcendæ rei cupiens, non ceſſat obtundere, totam prorſus à principio fabulam promeret. Nec deſtitit, donec eius voluntati ſuccubuit maritus: & ſic, ignarus ſuorum, domus alienæ percenſet infortunium.

eſt, priſca lingua denuntiare M. Tul. in epiſtolis ad Lentulũ: Craſſus cum mihi cõdixiſſet, cœnauit apud me. *Faceſſit.*] abit, abſcedit. *Pudica.*] Ironicos pronunciandum. *Saliares,*] lautas, oppiparas, copioſas. à Salius ſacerdotibus, qui cœnas faciebant ampliſſimi apparatus: vt ſuprà diximus. *Vina defe.*] fece & ſordibus repurgati Macrobius: Acceptum ſanguinem quodammodo defecant. ſolebant priſci vina per ſaccum lineum percolare, defecaréque, quod ſaccari dicitur Epigrammatiſtæ: Cecuba ſaccentur, quæque anus coxit opimi. Fecatum vinum appellat Cato, fecibus expreſſum, econtrariõ defecatum dicitur purum, liquidum, inturbatum, ſine fecibus. Quod ad animum quoque transfertur. Plaut. in Aulularia: Nunc defecato demum animo egredior domo à Macrobio ſanguis defecatus dicitur purus, liquidus, ſine retrimentis. vinã defecari, etiam diffundi, Higin. ſuadet, à confecta bruma 7. die, vtique ſi ſeptima luna competat: quod & Plin. refert. *Tucetis.*] Suprà annotauimus, ex ſententia Placiadis tuceta dici eſcas regias & precioſas. Hic accipi videtur pro ſalſis edulijs, etenim mos eſt pulmentaria recentis carnis condire, temperaréque ſalitis cibarijs: vt puta petaſone, perna, inſicijs, farciminibus, quæ omnia ſunt in genere ſalſamentorum. Notum eſt illud Perſianum: Tucetáque craſſa. *Apud nactam.*] Apud Horat. & Perſium Nacta vſurpatur pro nomine ſordidi hominis, & deſpectiſſimi. Sic & hic Nactam hoſpitẽ poſuit pro viliſſimo. Opinor legendũ eſſe, apud nacam, exponendúmque, apud fullonem. Namque fullones appellantur nacæ, & quod nauci non ſint, id eſt, nullius precij.

ſſ. Quòd autem fullo fuerit is apud quem cœnitauit, paulo ox apertiſſimè demonſtrat ſcribens: Contubernalis mei fullo-is vxor. *Helcio abſ.*]vinculo iumentorio liberatus. *Refectui.*] re-ectioni: hoc eſt cibo, quo corpora laborib. exhauſta reficiuntur. *ub terrenas.*}Chronographia eſt, qua aduentus noctis ſignifica-ar ex ſolis occaſu. Ratio aſtrologica nos non permittit ambi-ere, quin credamus antipodas eſſe, quibus ſol obire dicitur no-ro ortu, oriri cum nobis occidit: quorum plagam ſubterraneā ol illuminare incipit merſus in occaſum, & infra finitorem, hoc ſt orizontem tendens, cum nobis incipit nocteſcere. Quod & irg. ſenſiſſ· creditur illis verſibus : Aut redit à nobis aurora iémque reducit, Nóſque vbi primus equis oriens afflauit an-elis, Illic ſera rubens accendit lumina veſper. Antipodum no-is ſunt aduerſa veſtigia, calcant humum vt nos, cœlum vident: ec metus erit ne de terra in cœlum decidant, cum nihil poſſit ere ſurſum. & quæ ratio eſt nobis quærentibus, cur non deci-ant contrà ſiti: eadem quoque præſto eſt illis, vt nos non deci-ere mittentur. De Antichthonib. & Antœcis, qui nobis obliqui nt in auſtrali circulo, diximus in primo Commentario. *Splendo genarum.*]inueſtem, hoc eſt imberbem fuiſſe ſignificat. *Lubri-.*]læuigato, & cuius ſplendor lubricos in amorem ſui facit tam uenes quàm puellas, ſic Horat. Et vultus nimium lubricus aſpi-. *Adulteros delectans.*} cui Terentianum prouerbium congrue-t. Tute lepus eſt, & pulpamentum quæris. Græca parœmia eſt, *κοίτους κρεῶν ἐπιθύμει* : id eſt, lepus carnem ſiue pulpamentum uærit. dicitur autem de eo, qui ab alio deſiderat, quod in ſeipſo abet. Huius prouerbij mentionem & Suidas fecit, qui docet da podem eſſe leporem: contra Plin. ſententiam, leporem à daſy-ode diſcriminantis. *Saniis.*}baſiationibus amatoriis. *Accurſo-am potionem.*}Quid eſt accurſoriam potionem? num curſim & ſtinanter allatam intelligimus? an raptim hauſtam? vel potius gendum, antecurſoriam potionem. etenim antecurſoria ele-inter dici poteſt prima potio, quaſi præcurſoria, & vt vocabu-Græco vtar, prodromos, quæ cœnam antecurrit: ante cedit-ie. Quidam interpretantur antecurſoriam, quaſi præmini-am Veneris, & præuiam. vinum enim eſt libidinis incenti-m. *Guſtum.*]Sicut antecurſoria potio dicitur, quæ cœnam an-ceditrita & guſtum pro ientaculo, id eſt, primo cibo videtur ſuiſſe, quod interdum antequam diſcumbamus, ante legiti-am cœnam præſumimus, carpimuſque. Apicius inter edulia neata percenſet guſtum verſatile, guſtum de oleribus, guſtum cucurbitis farſilibus, guſtum de præcoquiis. Ex hoc intellectu

ctu & ſenſu eſt illud in ſecundo huiuſce operis volumine: Scholaſtice dulce & amarum guſtulum. *Carpis diras deuotiones.*] execrationes & maledicta. vtrunque per ſe nomen eſt ominoſum: nam & diræ execrationes dicuntur, & deteſtationes ſæuæ: quales diræ tribuniciæ apud Plut. & Appianum, quarum meminit & Lucan. Sæua tribunitiæ vouerunt carmina diræ. & ab Horatio dictum eſt in Epodo: Diris vos agam, dira deteſtatio. Deuotiones quoque pro maledictis & execrationibus abominandis accipiuntur: ſicut deuotare & deuotum, in malam partem, quæ omnia nunc vulgus vſurpat in bonum, & cum religionis ſanctitudine. *Deprecata.* } Hic pro imprecata execratáque: in partem ſcilicet deteriorem. quid ſit deprecatio rhetorica, M. Tullius: quid deprecari, docebit A. Gellius. & ſat notum eſt. *Crurum fragium.*] Æmulatio Plautina: nam ſicut ille lumbifragium dixit, ita hic noſter eruriſragium, pro fractura lumborum & crurum. Plaut. in Amphitryone. Nam ſi me irritaſſis hodie, lumbifragium hinc auferes à me. *Abominata.*] imprecata, & per dirum omen exoptans: in actiua ſignificatione. Aliter apud Horat. ponitur, Parentibus abominatus Hannibali pro execrationib. deteſtatus. *Exangui formidine.* } Ab effectu epitheton ductum: metus enim exanguem facit, & pallentem, ſanguine ab exterioribus ad interiora refugiente. *Aluco ligneo.*] In ruſtico inſtrumento ſunt aluei ligni. Colum. præcipit, vt gallinarius oua in alueolum ligneum conferat. Liuius, Romulum & Remum infantes in alueo ligneo expoſitos eſſe refert. Idem tradit, in tranſitu Rhodani alueos informes præbuiſſe vicem nauicularum. *Propter.* } propè, iuxta. *Mentita vultum.* } Contrarium eſt illud Naſonis: Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu, Vix oculos attollit humo. *Percunctatur de marito.*] quærit à marito. dicimus enim percunctor de te, quæro de te, pro à te. Horat. Quærit de pueris, num ſit quoque fracta lagena. *Arctiſſimi*] interiore familiaritate coniuncti. *Præmaturus.*] properus & feſtinus nimis: præmaturè factum dicitur, quod feſtinatius, citius, & præter ſui temporis modum factum eſt. *Quàm ſobria.* } Cum ſobrietatis comes ſit caſtitas & pudor, hæc tamen ſobrie cum adultero volutata eſt. *Per iſtam ſanctam Cererem.*] Iuſiurandum piſtori mirè conueniens, vt ſcilicet iuret per Cererem deam frugum, quas piſtor molere ſolet, & conficere. Iſtam autem dicticôs dixit, oſtendens ſimulachrum ipſius deæ, quod credibile eſt fuiſſe in domo lararióque piſtoris: vnuſquiſque enim domi ſimulachrum eius Dei colit, quem peculiariter veneratur. *Cupiens rei.* } Nomen eſt, non participium: vt fugitans litium,

Digitized by Google

tium,amans meorum,& ſexcenta ſimilia. *Obtundere.*}vrgere, ıſtaréque:tranſlatio(vt antè dictũ eſt)à malleo fabri. *Promeret.*} arraret,proferret,expromeret.*Succubuit.*]ceſſit:facturus ſcilicet uod illa obtundendo poſcebat.*Ignarus ſuorum.*]Vetus verbũ eſt. Iouiſſimi mala noſtra diſcimus.In hanc ſententiam eſt illud Sa rrographi:Dedecus ille domus ſciet vltimus.Lucij Syllæ Metel ı coniunx palàm erat impudica: id Athenis cantabatur, vt au- tor eſt diuus Hieronymus, & Sylla ignorabat ſecretáque do- ıus ſuæ primùm hoſtium conuicio didicit. Cn.Pompeius Mu- am vxorem impudicam habuit, quam ipſe pudicam eſſe cre- ebat. Indicauit id in expeditione commilito, & victorem to- ıus orbis triſti nuncio conſternauit.Im nunc miſellus maritus,i- narus domeſticę turpitudinis,alienum percenſet infortunium.

Fullonis vxor.] Fullones dicũtur, qui curant veſtimenta,& poliunt. Vlpianus titulo de furtis: Itaque fullo qui curanda poliendáve veſtimẽta accipit, ſemper agit: præſtare enim ſemper cuſtodiam debet. Paulus quoque fullonem tradit, qui polienda veſtimenta accepit, ſi fortè his vtatur, ex teſtatione eorum furtum feciſſe videri. Nicias Megarenſis (Plinio teſte) fulloniam artem primus inuenit. Idem auctor eſt fullones non tentari podagra,propter vrinæ vſum, quæ poda-

*Contubernalis mei fullonis vxor, aioquin ſeruati pudoris, vt videbatur, œmina, quæ ſemper ſecundo rumore lorioſa, Larem mariti pudicè guberna at,occulta libidine prorupit in adulteũ quempiã. Cúmq; furtiuos amplexus biret aſſiduè,ipſo illo deniq; momento, uo nos*lauti cœnam petebamus, cum odem illo iuuene miſcebatur in Venee. Ergo noſtra repentè turbata præſenıa, ſubitario ducta conſilio,eundem ilũ ſubiectum contegit viminea cauea: ıuæ fuſtium flexu*erat in rectũ aggreata cumulum: laciniáſq; circundatas uffuſas candido fumo ſulphuris inalbaat.eóq; iam,vt ſibi videbatur, tutiſſiè celato,menſam nobiſcum ſecura parıcipat.*Interim acerrimo grauique odore ſulphuris iuuenis ineſcatus, atque bnubilatus, intercluſo ſpiritu diffluerat:vtque eſt ingenium viuacis metalli, rebras ei ſternutationes commouebat. Atque vt primùm eregione mulieris,*

gris medetur. Cũ officium fullonis peculiare ſit polire veſtimenta, & emaculare, hinc Fauſti filij Syllæ feſtiuus iocus innotuit: qui cum vxor eius eodem tempore duos mœchos haberet, Fuluium Fullonẽ, & Pompeium cognomine Maculam, feſtiuiter inquit: Miror ſororem meam habere maculam, cum fullonem habeat. Græcè κναφεὺς dicitur, παρὰ τὸ κνάω, τὸ ξύω, quod ſignificat polio, vt interpretatur Suidas: cuius interpretatio apud me potior eſt, quàm eorum quĩ neſcio quid indictum tradiderunt. Secundo numero.} bona fama. Xenophon, & deinde Cicero, & poſtea Columella, maritale coniugium vtiliſſimum eſſe referẽtes, prodiderunt, oportere foris alterum & ſubdio comparare diuitias, quæ tectis recondan-

ponè tergum eius maritus acceperat ſonum ſternutationis, quod cum putaret, ab ea profectum, ſolito ſermone ſalutem ei fuerat imprecatus, & iteratò rurſum, & frequentato ſepius: donec rei nimietate commotus, quæres erat tandem ſuſpicatur. Et impulſa menſa protinus, remotáque cauea, producit hominem crebros anhelitus ægrè efflantem. inflammatúſque indignatione contumeliæ, gladium flagitans, ingulare moriturum geſtiebat: ni reſpectato communi periculo, vix eum ab impetu furioſo cohibuiſſem; adſeuerans breui, abſque noxa noſtri, ſuapte inimicum eius violentia ſulphuris periturum. Nec ſuadela mea, ſed ipſius rei neceſſitate lenitus, quippe iam ſeminuum, illum in proximum deportat angiportum: * cùm vxorem eius tacitò ſuaſi, ac denique perſuaſi, ſecederet paululùm, atque vltra limen tabernæ, ad quampiam tantiſper familiarem ſibi mulierem, quoad ſpatio feruens mariti ſedaretur animus: qui tanto calore, tantáque rabie perculſus, non eram dubius aliquid etiam de ſe ſuáque coniuge triſtius profectò cogitaret aliud. Contubernalis epularum tædio fugatus, Larem reueni meum. Hæc recenſente piſtore, iamdudum procax & temeraria mulier, verbis execrantibus fullonis illius deteſtabatur vxorem, illam perfidam, illam impudicam: denique vniuerſi ſexus grande dedecus, quæ ſuo pudore*

re poſtpoſito, thoriſque genialis calca-
fœdere, Larem mariti lupanari ma-
laſſet infamia: iámque perditæ nuptæ
gnitate, proſtitutæ ſibi nomen adſcive-
: Addebat, & tales oportere vivas
uri fœminas: & tamen taciti vulne-
, & ſuæ ſordidæ conſcientiæ commo-
æ, quò maturiùs ſtupratorem ſuum
minis cruciatu liberaret, identidem
adebat, mœritum temporiùs quieti
cedere.

tur: alteram verò, quæ & illotas cuſtodiret, & cætera conficeret opera quæ domi deberent adminiſtrari. Itaque à natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forenſem & extraneam. A-

d Græcos, & mox apud Romanos, ferè domeſticus labor ma-
nalis fuit, & domeſtica negocia curanda mulieri tradita ſunt.
:óque Thucydidis ſententia non improbanda videri debet,
i optimam eſſe fœminam cenſet, de cuius laude aut vitupera-
ne quàm minimus foris ſermo habebatur, exiſtimans, probæ
ulieris nomen & corpus peræquè domeſticis parietibus con-
ieri oportere. *Obiret.* } perageret. *Lauti.* } Vtrum in balneis loti,
conſuetudine priſcorum, qui lauabantur, móxque cœnabant,
Spurina (poſterior Plin. in epiſtolis inquit) lotus accubat, & pau
per cibum differt. An potius loti ſimpliciter, manibus lotis? ſi-
t hodiéque poſt ablutas manus diſcumbimus. Tale eſt illud
rgilianum: Dant alij manibus lymphas. & apud M. Tul. in 2. de
rat. Illud egregium Seſtij celebratur, Manus (inquit) laua, & cœ
. *Subitario.* } repentino, improuiſo, ſubito nato. *Vimínea caúea.*]
ilis in vſu agreſti frequentiſſima eſt, qua pulli gallinacei inclu-
ntur vnà cum matribus. apud Columellam, cribro vitiario &
iario præcipitur pullos ſuperponendos: Poſt hæc, inquit, caueæ
m matre claudendi ſunt, & farre ordeaceo alendi. Vietum ve-
res dixerunt flexum, & molle, & incuruum: vnde vimina di-
a, quòd ſint flexibilia: & viere, religare ſignificat. Romę fuit col
nomine viminalis, à Ioue Viminio nominatus, quòd ibi aræ
erunt, & ibi nata vimina: auctores Donatus & Varro. Duo ge-
ra ſalicum prodidit Columella, perticalem ſcilicet & vimina
m. *Fuſtium flexu.*]Ex inflexis fuſtibus viminibúſque texuntur
iuſcemodi caueæ, hodiéque noſtri ruſtici ex vitilibus id ge-
is caueas concinnant. *Lacinias inalbabat.*]Fœminæ noſtrates
oc hodie quoque vſurpant, vt ſcilicet ſub caueæ viminea circum
nt velamenta, eaque fumo ſulphuris ſuppoſiti impunè candi-

Digitized by Google

ficent, inalbentque: namque Plin. in 35. testis est, vsum sulphuris ad suffiendas lanas esse efficacem, quoniam candorem molliciemque confert. sulphur quoque ob id fullonum officinis familiare est. *Interdum.*} Lego interim. *Inescatus.*] correptus, possessúsque. Translatio ab his qui esca capiuntur. Donatus, Terentianus commentator, Inescatos dici ait, per metaphoram ab aucupibus, qui auibus capiendis effundunt cibum. *Obnubilatus.*} nubilo quasi quodam obuolutus, obrutúsque. Anaxilaus olim lusit, qui candens sulphur in calice nouo, prunaque subdita circunferens ex ardentis repercussu pallorem dirum velut defunctorum conuiuis effundebat. *Diffluebat.*] languebat, labebatur, deficiebat. etenim (vt scribit Hippocrat. in lib. de flatibus) intercluso atque intercepto spiritu breuissimo temporis momento moriatur animal necesse est: vsque adeo necessarius est corpori spiritus. nam spiramus semper, & respiramus continenti reciprocatione. si cibum potumque homini subduxeris, viuet compluscules dies: intercluso spiritu, statim exanimatur. *Ingenium.*} natura. Virg. Nunc locus aruorum ingeniis, quæ robora cuique. *Viuacis metalli.*} Sulphur intelligit. nomine enim metallorum, fermè omnia quæ fodiuntur ex venis terræ significantur sic metalla auri, argenti, æris, plumbi dicta à Plinio, & cæteris purè latinéque scribentibus, sic & Lucius noster, sulphur scitè viuax metallum nuncupat. Cuius cum sint genera quatuor, vnum est propriè viuum nominatum, quod Græci apyron vocant, globosum: hoc effoditur, transluceretque & viret. Lego apud Plin. quòd quarto generi sulphuris vsus est ad lychnia maximè conficienda. pûrior lectio est, Ad ellychnia: quo nomine accipi videntur Plinio sulphurata, quæ sulphure liquido capitulatim intingunt, vt sint fomites flammæ, & quasi igniaria. aliàs ellychnia dicuntur funiculi lucernarum, quibus oleo madentibus flamma iugis custoditur: quorum Plinius & Papinius meminere. De elucubratis Demosthenis orationibus dictum à Græcis est, ἐλαύχνιον ὄζειν, id est, ellychnium redolere: propterea quòd ad lucernam elucubrabat, meditabaturque. Iurisconsulti inter pœnas metalli nominant sulphurariam, hoc est, sulphuris fodinam. sic enim scribit Vlpianus tit. de pœnis: In calcariam quoque vel sulphurariam damnari solent, sed hæ pœnæ metalli magis sunt. Vbi calcaria simpliciter significatur opus & fodina calcis, sicut sulphuraria, sulphuris. Accursius hallucinatur, exponens in calcariam, in opus calcandi terram. Metallici dicuntur fossores metallorum. Plin. Iurisconsulti videntur accipere metallicos, pro damnatis in metallum: vbi etiam pro operariis metallorum capi

ɔi poſſunt. Metalla à verbo Græco μετάλλάω, quod eſt ſeru-
: & inquiro: dicta ſunt. Alij metalla dici aurum, aut quaſi
μὲτ ἄλλα, tanquam altera poſt aliam in metallis vena inuenia-
:. Quòd ſentire videtur & Plin. ſic ſcribens in 33. Vbicunque
a inuenta vena eſt non procul inuenitur alia. hoc quidem & in
nni ferè materia, vnde metalla Græci videntur dixiſſe μετάλλα
:itur à Græcis inueſtigatio metallorum, aurique potiſſimum.
regionè.]ex oppoſito: contrà enim accubabat. *Ponè.*} poſt.
ab ea profectum.} Cum ſonus ſternutationis ab ea parte menſæ
niſſet, qua erat mulier, credidit maritus vxorem ſternutaſſe.
eoque illi ſalutem (vt in ſternutamento fieri ſolet) optauerat.
lutem.] Attende, imprecatus ſalutem dici in bonam partem,
m alioqui imprecari ſit dira precari. Virg. Littora littoribus cõ
ria, fluctib. vndas Imprecor. Cum autem ſternutanti precari
lutem, mos ſit promiſcuus, exponenda hoc in loco philoſophi-
cauſa eſt, cur id fiat. Plin. quidem quærens dixit in 28. cur ſter
rtamentis ſalutamus: ſed cauſam cur ſalutamus ſuppreſſit, quã
:riſtoteles in 20. proble. rerum naturæ conſultiſſimus explicat,
ribens: Sternutamentum pro numine haberi, quoniam de capi
membrorum præcipuè omnium diuino, ſuum ducit princi-
um. & mox paulò: Cur eruptio ſternutamenti ſacra habita eſt?
rum quoniam cum tres partes noſtri corporis principales ſint,
aput, ventriculus, aluus: eúmque reſpiratio ventriculi ſit ructus,
ui crepitus, ſternutamentum capitis: quæ pars ſacra præcipuè
t, ſpiritum hinc exeuntem tanquam ſacrum veneramur & ado
mus. Præterea ſternutamentum indicat caput bene valere,
ɔſſéque concoquere. cum enim capitis dolor humorem ſpiri-
tumve conuincit, tũc moueri ſternutamentũ ſolitum eſt. quam-
ɔrem moribundos interdum ſternutatorio excitamus, tanquã
ſternutare non poſſent, ſpes nulla ſalutis alia. ſi proinde quaſi
ɔnæ indicium valetudinis, partis optimę atque diuiniſſimę ſter
ɔtamentum adorant, benéque augurantur. Idem Ariſtot. in 1. de
nimalibus ſternutamentum ait ſignum eſſe augurale, & vnum
: ſpirituum omnium generibus ſanctum & ſacrum. ſternuta-
enta matutina antiqui ominoſa putabant, & prohibitoria: e-
ɔntrario meridiana probabant, vt auſpicatiora, melioráque. Te
macho Homerico ſternutamentum facit omen fœlicitatis. Se-
:s laborioſius ſternuũt. Bis ſternutare magna ex parte ſolemus,
:opter binas naſi nares. Oculo perfricto, ſternutamenta deſiſtũt.
ſilicea.]ſcilicet viminea, ſub qua deliteſcebat adulter. *Reflantem.*]
ſpirantem, reciprocantem. *Abſque noxa noſtri.*] ſine culpa
ɔſtra, & periculo. affirmabam, inquit, illum per ſeſe inten-

Digitized by Google

turum ob ſulphuris violentiam,qua iam erat inter mortuos,vix ſemiuiuus. *Suaſi,ac denique.*}Suademus facilia,perſuademus difficilia.ſuadere facientis eſt,perſuadere perficientis. *Vltra limen.*} forinſecus, extra tabernam mariti fullonis ſecederet. *Suadela.*} ſuaſiones:Græcè dicitur πειθω. *Spacio feruens animus.*]Remedium iræ & furentis animi,dilatio eſt: ira enim (vt docet Horatius)eſt breuis quidem furor,ſed tam concitatus,tam feruens,vt torrenti ſimillimus ſit,in pronum præcipiti rapiditate currenti: vt nulla re melius quàm mora langueſcat. impotentiſſimus eſt affectus,totus in vltionem,totus in pœnam præceps. Ira enim, vt diffiniunt philoſophi,cupiditas eſt vindictæ reponendæ. Vt ergo hic ardor deflagret,cupiditas iſta deferueſcat,ſpacio & dilatione opus eſt.Idcirco iratis ſunt ſubtrahendi hi in quos impetum conantur facere,dum deferueſcat ira, dum ſe ipſi colligant:orandi que ſunt, vt vlciſcendi vim differant in tempus aliud: vt ſalubriter docet. M.Tull. in Tuſculanis quæſtionibus. *Rabie perculſus.*} Ira in rabiem & in furorem agit homines: & (vt inquit Seneca) cætera vitia impellunt animos,ira præcipitat. *Aliquid triſtius.*] Mortem biotha natam intelligit. *Reueni.*}redij domum. Redandruare & repedare dixerunt veteres,pro redire,reuenirèque. *Vt et his execrantibus.*} deteſtantibus,maledicíſque Priſci execrare dicebant,nos execrari. Afranius: Experiurabant,execrabant ſe ac ſuos.Fecit piſtoris vxor,quod fœminæ improbæ libenter faciũt, vt ſcilicet excandeſcant in aliena flagitia, quo ipſæ ſanctæ incorruptæque eſſe videantur. *Sexus.*]ſcilicet fœminei. *Thori genialis.*} Coniugalem ſiue maritalem lectum ſignificat,de quo Feſtus Pópeius:Genialis(inquit)lectus eſt,qui nuptiis ſternitur. M.Tul.pro Cluentio:Lectum illum genialem , quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat,in eadem domo ſibi ornari & ſterni iubet.Firmicus Maternus in 5.Ad conſortium thori genialis inuitant. *Lupanari infamia.*} Modò adiectiuum eſt lupanari,& accipitur pro fœda,ſpurca,meretricia infamia. Aliàs ſubſtantiuum eſt,pro loco publico:ſic enim vulgus lupanar vocat, ſic & à Seneca nominatur. *Perdita nuptæ dignitate.*]Amiſſa pudicitia,omnis virtus,omnis dignitas in fœmina ruit.Matresfamilias(vt inquit Vlpian.) à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant: neque nuptiæ,neque natales faciunt matresfamiliàs,ſed boni mores. Nupta , cuius nomen honorabile eſt , iacturam facit dignitatis nuptialis,vbi impudica eſſe cœpit: transítque in ſpurciſſimum infamiſſimúmque nomen proſtitutæ.Tertullianus proſtitutiſſimã dixit,quam intelligi volebat nundinato pudore & proſtituto corpore extitiſſe. Iulius Firmicus in 5. Erit in publicis meritorijs

proſti-

oſtituta. *Stupratorem.*]Pœna ſtupratoris ex lege conſtituta eſt, decem milia dare debeat. Hic ſtupratorem accipe pro adulrum.nam & lex Iulia ſtuprum & adulterium promiſcuè appel t.propriè tamen ſtruprator dicitur, virginis & viduæ.eſt enim uprum,quod in virginem & viduam fit. *Tegminis.*]caueæ vimi æ. *Identidem.*]ſæpe,crebriter. *Temporius.*]maturius,citius.

*At ille, vtpote intercepta*cœna, ne ofugeret prorſus ieiunus,menſam poi comiter poſtulabat. Apponebat ei operè, quamuis inuita, * mulier, uippini deſtinatam alij. Sed mihi peitùs carpebantur præcordia: & præcens facinus, ac præſentem deterrimæ emine conſtantiam cogitanti: meciúmue ſedulò deliberabam, ſi quo modo oſſem, detectis ac reuelatis fraudibus uxilium meo*perhibere domino: illúm ue, qui inſtar teſtudinis alueum ſucbabat, depulſo tegmine, cunctis patm facere. Sic herili contumelia me uciatum, tandem cœleſtis reſpexit ouidentia. Nam ſenex claudus, cui ſtra tutela permiſſa fuerat, vniuerſa s iumenta,id hora iam poſtulante,ad cum proximum bibendi cauſa gregam prominabat: quæres * optatiſſimã ihi vindictæ ſubminiſtrauit occaſionẽ. Tamque prætergrediens, obſeruatos etremos digitos adulteri, qui per anuſtias cauitegminis prominebant, oliquata atque infeſta vngula compreſs, vſque ad ſummam minutiem conro: donec intolerabili dolore commous, ſublato flebili clamore, repulſóue & abiecto alueo, conſpectui pro-*

Intercepta cœna.]piſtor cui intercœpta fuerat fullonis cœna, & qui incœnatus reuenerat domum, poſtulat menſam apponi,ne ieiunio eſuritionéque cõficiatur, ne incœnatus eat cubitũ. *Potius.*]Lego poni. ſic Plaut. Pueri menſam apponite.Horatius,Mẽſam poni iubet. *Comiter.*]iucundè, ſuauiter, hilarè. *Quippini.*[quippe, nempe Plaut. in Penulo: Quippini cum auri ducentis nummis Philippis:Quippini ibi extemplo leno errabit. Senſus eſt:Mulier marito cœuam inuita apponebat, quam videlicet adultero parauerat, non coniugi. *Præcedens facinus.*]quo adulterum exceperat, & mox caua occultauerat. *De-*

*phano redditus, lenam propudioſæ mulieris patefecit. Nec tamen piſtor damno pudicitiæ magnoperè commotus, exangui pallore trepidantem puerũ, ſerena fronte & propitiata facie cõmulcens, incipit : Nihil triſte de me tibi fili metuas, non ſum barbarus, nec agreſti morũ ſquallore præditus : nec ad exemplũ machinæ truculentæ ſulphuris te lethali fumo necabo; ac ne iuris quidẽ ſeueritate lege de adulteriis ad diſcrimẽ vocabo capitis, tã venuſtũ atq; pulchellũ puellum : ſed planè cũ vxore mea pærtiario tractabo. nec herciſcundæ familiæ , ſed communi diuidundo formula dimicabo: vt ſine vlla controuerſia vel diſſenſione, tribus nobis in vno conueniat lecticulo. Nam & ipſe ſemper cum mea coniuge tam concorditer vixi, vt ex ſecta prudentium eadem nobis ambobus placerent. Sed nec æquitas ipſa patitur, habere plus auctoritatis vxorem quàm maritum. Talis ſermonis blanditie cauilla tum deducebat ad thorum nolentem *puerum. ſequente tamen & pudiciſſima illa vxore alterorſus diſcluſa , ſolus ipſe cum puero cubans , gratiſſima corruptarum nuptiarum vindicta perfruebatur.*

mino.] piſtori. *Inſtar teſtudinis,*] adulter ſub alueo cubans tegebatur, ſicut teſtudo occulitur latétque ſub tegmine genuino recondita, contractis pedibus & capite. Pacuuius feſtiuiter & ſymbolicõs dixit tardigradum, terrigenam, domiportam: intelligi volens, teſtudinem. Teſtudineus gradus à Plauto & diuo Hieronymo dictus eſt pro tardo , lentóque ac formicino. Græcè χελώνη dicitur teſtudo. vnde Chelonophagi in Carmania populi, carnibus teſtudinum veſcentes : qui earum ſuperficie caſas tegunt, tantæ magnitudinis apud illos teſtudines reperiuntur. De machinatione militari, quæ teſtudo arietaria nominatur, ſcribunt Victru. Vegetius, & cæteri, ex qua trabes reducto capite & impulſo inſtar arietis muros quaſſat & deiicit. *Sucubabat.*]ſubter cubabat, & ſubtus latebat. *Herili contumelia.*]qua ſcilicet herus meus piſtor ab vxore impudica afficiebatur. *Noſtra.*]iumentoria. Promina-

minabat.]agebat,ducebat, & (vt antè dictum eſt)minabat : verum priſcis vſitatum. *Prominebant.*]eminebant , extabant , apparebant extra caueã, cuius anguſtiis totus adulter contractus occultari nequibat. *Alueo.*] viminea cauea , ſub qua celabatur. *Scenam.*]Lego ſcenam,hoc eſt apparatum,tegumentum. Translatio à ſcena hiſtrionica , quæ ſubductis alueis cuncta demonſtrat. In hac locutione frequens eſt Lucius noſter. *Exangui pallore.*]Bono epitheto pallorem dixit exanguem, tanquam ſine ſanguine ſint, qui ex metu pallent,quoniam (vt inquit Ariſtoteles in problematis) φοβέμενοι ἀχροῦσιν , timentes palleſcunt , ex eo quòd calor in metu perfugit in ima , & ſanguis συνστρέχει εἰς τὴν καρδίαν.id eſt,contrahitur ad cor , ita vt cæteris partibus deſit. Ex hoc metu pleriſque aluus ſoluitur, calore videlicet ex imis ad intima penetrante. calor enim & calorifica accommodata ſunt aluo , vrinæque mouendæ. Hinc illud ſcitè dictum à Satyrographo : Soluunt tibi cornua ventrem. Alexander Aphrodiſeus eleganter docet , timentes ideo palleſcere, quia(inquit)ſicut nos in domum profugimus,vt tuti ſimus : ita ipſa quoque natura refugit intra corporis penetralia , tuendi ſui cauſa:fugiens autem contrahit ſecum ſanguinem , quo vtitur tanquam vehiculo. *Præditus.*} Hic in malam partem , vt apud M. Tul. in oratione pro P. Sylla : Me ſingulari immanitate & crudelitate præditum. *Sulphuris fumo*] non imitabor, inquit,fullonis feritatem , qui fumo ſulphuris & violentia vix ſemiuiuum reliquit adulterum deprenſum. *Lege de adulteriis.*] Lex Iulia de adulteriis ab Auguſto Cæſare lata eſt , cuius Plutarchus , Suetonius , Horatius meminerunt. Titulus eſt apud iuriſconſultos , ad legem Iuliam de adulteriis : quo ſcribit Vlpianus , ſi ſimul ad accuſationem veniant maritus & pater mulieris, maritum præferri oportere , & propenſiore iure & maiore dolore executurum eum accuſationem credendum eſt. Lex Iulia minorem annis 25.prohibet accuſare adulterij , quia nondum robuſtæ ætatis ſit : excipitur maritus , qui quacunque ætate vxorem poteſt accuſare , & iniuriam ſui matrimonij vindicare. Patri permiſſum eſt ius occidendi filiam cum adultero , marito vxorem occidere non licet : nam (vt inquit Papinianus) plerunque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit : cæterum mariti calor & impetus facilè ſæuientis fuit refrenandus. Marito quoque adulterum vxoris ſuæ occidere permittitur : ſed non quemlibet, vt patri. Imperatores Marcus & Antoninus reſcripſerũt,ſi maritus vxorem in adulterio deprenſam impetu tactus doloris interfecerit,non vtique le-

gis Corneliæ de ſiccariis pœnam excipiet. Difficillimũ eſt enim, vt diuus Pius reſcripſit Apollonio, iuſtum dolorem temperare. Quod autem ait Lucius noſter, Ad diſcrimen capitis vocabulo, lex Iulia non tam pœna capitali videtur adulteras damnatas mulctare, quàm repudio: quæ ait, Adulterij damnatam ſi quis duxerit vxorem, lege eadem tenetur. Scribit etiam Caius: ſi ea lege repudium miſſum non ſit, & idcirco mulier adhuc nupta eſſe videatur: tamen ſi quis eam in vxorem duxerit, adulter non erit. Apud Ægyptios pœna in adulteros ſancita eſt hæc: adulter virgis cedebatur, adultera naſo mutilabatur: vt ea maximè dehoneſtaretur parte facies, qua maximè honeſtari ſolet. *Partiario tractabo.*] vt ſcilicet dimidius ſit vxoris ex membris anterioribus, dimidius ſit ipſius ex membris poſterioribus, & ita medius inter virum vxorémq; diſcurrens, hinc ſtupratus erit, inde ſtuprator. hinc pathicus concubinus, inde maſculus ſubactor. *Nec herciſcundæ familiæ.*] Tituli ſunt apud iuriſconſultos, Familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo: quorum hæc differentia eſt, quòd actio familiæ herciſcundæ conſtituta eſt cohæredibus volentibus à communione diſcedere, & ita per familiæ herciſcundæ actionem diuiditur hæreditas. vnde & nomen. familiæ enim appellatione hæreditas ſignificatur: & herciſciditur diuidere, vnde herciſcunda inclinatur. Feſtus Pompeius: Erectum, inquit, citum quod fit inter conſortes, à coercendo dictum: vnde & herciſcundæ, & herciſci. Ego opinor legendum eſſe apud Feſtum, non erectum, ſed hercium: & ita decerno fultus auctoritate M. Tullij, qui in primo de Oratore ſic refert: Idcirco qui quibus verbis hercium cieri oporteat, neſciat idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit. Iudicium autem communi diuidundo pertinet ad res quæ communes ſunt, cum ſocietate, vel ſine ſocietate. Cum ſocietate res communis eſt, veluti inter eos qui pariter eandem rem emerunt: ſine ſocietate communis eſt, veluti inter eos quibus eadem res teſtamento legata eſt. Nunc Lucij noſtri piſtor feſtiuiter ſimul & ſcienter alludens ad hanc iuris formulam: Non intendam (inquit) pulchro puero actionem familiæ herciſcundæ, ſed potius agam de communi diuidundo: vt ſcilicet communis ipſe inter me & vxorem diuidatur, vel potius vxor ſit mihi illíque communis. & dum ait Communi diuidundo, poteſt videri ſubeſſe huic verbo obſcœnus intellectus. nam (vt docuimus in commentariis Tranquilli) diuidere verbum eſt obſcœnæ ſignificationis, & ad prædicones refertur, & puerorum concubitores, quorum libidine præpoſtera &

ta & infanda nates quasi diuiduntur. Hinc explicatur locus ille Plautinus ex Aululari a : Me quidem hercle , dicam palàm, non diuides. Relege quæ annotauimus in secundo Suetonij comment. copiosissimè scripta super diuisoribus , & hoc verbo Diuidere. *Tribus nobis.*] Ausonius:Tres vno in lecto , stuprum duo perpetiuntur , Et duo committunt,quatuor esse reor. *Ex recta prudentium.*]Sapientes censent , & memorat Catilina Sallustianus , idem velle & idem nolle veram dici amicitiam. Talis autem omnium rerum concordia,cùm inter reliquos,tum maximè inter virum & vxorem exigitur , celebraturque , vt ambo idem velint, idem nolint:vt ita sine iurgio , sine offensa concorditer degant,& fœliciter.& vt præcipit Aristot.in Oeconomico secundo:Mulier existimare debet, mores mariti esse legem vitæ suæ impositam,quam sequatur. Nunc pistor illudens dicit : eadem sibi vxorique placere : & eundem puerum quem diligat vxor, sibi quoque diligendum:quod totum dicaciter,& intellectu obscœno dictum est.*Quam maritum.*] Primæ partes sunt viri, secundæ fœminæ : & vt Ecclesiastici scriptores prodiderunt, caput mulieris est vir:alter imperat,altera obtemperat. Viri (vt inquit Homerus)iura dant vxoribus & filiis. Aristot.in 1.politicorum:Mas,inquit,est quàm fœmina principalior.*Canillatum.*] irrisum.*Pudicissima.*]ironicôs.*Altrorsus.*] in alterum cubiculum sequestrata, secluſa , amandata. Discludere Nerea ponto , dixit Virg. & ante Virgilium Lucretius , Cum paribus iungi res , & diseludere mundum:pro secernere.*Vindicta fruebatur.*]Puerilem concubitum significat.

Sed cùm primùm rota Solis lucida diem peperit , vocatis duobus è familia validissimis,quàm altissimè sublato puero,ferulæ nates eius obuerberãs:Tu autem, inquit , tam mollis ac tener, & admodùm puer , de fraudatis amatoribus ætatis tuæ flore,mulieres appetis, atque eas liberas & connubia lege sociatas corrumpis, & intempestiuum tibi nomen adulteri vindicas ? His & pluribus verbis compellatum, & insuper effatim plagis castigatum,forinsecùs abiicit. At ille adulterorum omnium

Diem peperit.] Tanquam dies sit partus solis: etenim, vt dicere solebat Heraclitus, εἰ μὴ ἥλιος ἦν, ἄφρη ἂν ἦν.Si sol non esset, nox esset.*Ferula nates obuerberãs.*]QuæritArist. in ꝓblematis, cur ictus ferulæ dolorem maiorem facit , quàm quæ dùriora sunt,cum tamen percussio-

nem durioris maiorem esse ratio postulet.acrius enim ferit quod durius est. An,inquit, ea ratio est, quòd caro ex ictu ferulæ percutitur repercutitúrque simul propter ponderis ferulacei leuitatem : vnde acrior dolor gignitur, ictu duplicato. Ex duris autẽ percuti tantum potest,propter earum duriciẽ Hinc credo ferulas datas esse pædagogis,magistris ludi triuialis, ad discipulos castigandos: quibus vice sceptri gloriãtur. ob hoc ab Epigrãmatista dicuntur Ferulæ inuisæ nimium pueris, gratæque magistris: & Columella ait, Feruláſque minaces. Ferulæ affinis gratissimę sunt in pabulo : qua de causa id animal Libero patri assignatur, & ferula. Græci nartheca vocant ferulam, vnde narthecophori dicti ministri Bacchi feruligeri. Prouerbium Græcum est, πολλοὶ ναρθηκοφόροι, παῦροι δὲ τε βάκχοι: Multi feruligeri, pauci Bacchi. Cuius meminit & Plato

formosissimus, insperata potitus salute,tamen nates candidas illas noctu diú que diruptus, mœrens profugit. Nec secius pistor ille nuntium remisit vxori, eámque protinus de sua proturbauit domo. At illa,praeter genuinam nequitiam,contumelia etiam, quamuis iusta, tamen altius commota atque exasperata,ad armillum reuertit, & ad familiares fœminarum artes accenditur:magnáque cura requisitam veteratricem quandam fœminam,quæ deuotionibus ac maleficijs quiduis efficere posse credebatur,multis exorat precibus,multisque suffarcinat muneribus, alterum de duobus postulans : vel rursum mitigato conciliari marito : vel si id nequiuerit, certè Larua, vel aliquo diro numine immisso,violenter eius expugnari spiritum. Tunc saga illa, & diuinipotens, primus adhuc armis facinorosæ disciplinæ suæ velitatur; & vehementer offensum mariti flectere atque in amorem impellere conatur animum. Quæ res cùm ei secius ac rata fuerat, proueniret indignata numinibus, & præter præmij de[12]inatum compendium, contemptione etiam stimulata, ipsi iam miserrimi mariti incipit imminere capiti, vmbrámque violenter peremptæ mulieris ad exitium eius instigare.

Digitized by Google

Plato in Gorgia. Nulli fruticum, vt inquit Plin. noster, leuitas lior: ob id gestata facilius, baculorum vsum senectuti præ- Ignem ferulis optimè seruari certum est. Idque Prometheus mus docuit, ob hoc Epigrammaticus poeta, ferulas dixit esse tas munere Prometheo. *Et eas liberas.*] Atrocior iniuria, am quasi contumelioſiorē & maiorem accipimus, ſit ex per- a: vt grauius ſit ſtuprare liberam fœminam, quàm ancillam; auiſſimum verò, alienam vxorem atque matronam, & iura olare connubij. Legimus apud hiſtoricos, quemadmodum im diuus Auguſtinus Procu'um ex acceptiſſimis libertis mo- coegerit, compertum adulterare matronas. Item peſtiuus, qui huc per ætatem puerilem potes eſſe concubinus & pathicus, atores oblectans. *Adulterorum fortiſſimus.*] Non videtur con- nire, vt puer delicatus fortiſſimus adulterorum nuncupetur oinde lego formoſiſſimus. *Diruptus nates.*] habens nates diru- as, perfoſſaſque poſtico vulnere, ſub actoris piſtoris. *Mœrens*] olens & mœſtus. *Nuncium remiſit vxori.*] id eſt, libellum de- repudij. Eſt autem repudium, renunciatio, qua dirimitur atrimonium: vt iuriſconſulti tradunt tit. de diuortiis in repu- is, id eſt renunciationibus, comprobata ſunt hæc verba: Res as tibi habeto, tuas res tibi agito. Hinc Plautina matrona indi- ns diuortium marito, inquit: Valeas, tibi habeas res tuas, red- is meas, Siue autem ipſi præſenti renuncietur, ſiue abſenti per ncium, nihil intereſt. ſi calore iracundię miſſum ſit repudium, on ratum eſt habendum, niſi prius apparuerit ex perſeuerantia dicium animi fuiſſe. In Deuteronomio, ex præſcripto legis loſaicæ: Si acceperit homo vxorem inamabilem propter ali- iam fœditatem, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu il- us, & demittet eam de domo ſua. *Genuinam nequitiam.*] ingeni- m improbitatem. *Ad armillum reuertit.*] ad repoſitorium the- urſumque armorum: hoc eſt, doli, fraudis, malitiæ muliebris. iprà eodem vocabulo vſus eſt in hoc ſignificatu. *Ad familiares minarum artes.*] nimirum veneficia, mala medicamenta, magi- e vanitates, doli fraudes, decipula, nomine artium muliebrium ntinētur: alia quoque, quā plurima mēti fœminæ natura de- t. Verſus ſunt græci παροιμιώδεις. i. prouerbiales. Θησαυρὸς ὁ τῶν κακῶν γυνή. id eſt, theſaurus eſt malorum mala fœmina. Itē, ῥᾳ̃ον ἁπάντων δεινοτέρα κακὴ γυνὴ, Improba mulier truculentior t feris omnibus. Itē, Δύσμορα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία. id eſt, Ma- ; ignis, & fœmina, ſunt mala tria. *Veteratricem.*] Sicut vetera- r dicitur vetus in malicia: ita & veteratrix fœmina, in aſtutiis

& fraudibus exercitatiſſima. Veteratorie aduerbium, ſignificant callidè, aſtutè, malitiosè: veteratoris eſt, confidere in mendaciis. *Deuotionibus.*]execrationibus, diriſque deteſtabilibus. *Suffarcinat.*]implet, onerat. Larua immiſſa. Aliubi annotatum eſt, lemures dici manes vmbráſque defunctorum: ex quibus qui pacatior quietiórque domum poſſidet, is Lar dicitur familiaris: qui verò propter aduerſa vitæ merita erraticus eſt, larua nominatur. Tales autem ſunt inanes terriculi, bonis hominibus, noxij malis ac metuendi: hæc noctium ſunt occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta. Laruarum natura eſſe dicitur (vt ſcribit diuus Hieronymus) terrere paruulos, & in angulis occurrere tenebroſis Ruſtici ozellum nominant, græci phantaſmata vocant: quæ an ſint, ſubdubitat Plinius poſterior: qui tamen in Epiſtolis narrat exemplum ſcitu dignum de ſimulachro hominis, quod Athenis viſebatur in domo quadam ſpacioſa, ſed ob id infami & peſtilente. Apparebat autem idolon, ſenex macie & ſquallore confectus, catenas quatiens: qui mox deſiit videri expiato loco, & conditis manibus diligentia Athenodori philoſophi. lege ſeptimum Plinij Epiſtolarum volumen. *Sagavilla.*]Fœmina incantatrix, & magicarum rerum ſcia, tanquam ſatis ſaga. De qua in primo commentario. *Armis facinoroſæ diſciplinæ.*]inſtrumentis. arma enim inſtrumenta rerum omnium dici, notum ſat eſt, & teſtis eſt Virgilius, qui ait: Cerealiáque arma expediunt, & in Georgicis, Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma. vtrobique arma poſuit pro inſtrumenta. *Velitatur.*]contendit, certátque tranſlatum verbum à velitum pugna. *Secius ac.*] aliter quàm, vel tardius quàm crediderat, non enim animus mariti conciliabatur vxori inſtinctu magicæ diſciplinæ, ſicut illa ſperauerat. *Præter præmij.*} Senſus eſt: extimulata eſt ſaga ad indignationem, duplici de cauſa: & quòd contemni videbatur à numinibus, quæ parum obſequebantur: & quòd compendium lucri conſtitutum ab vxore piſtoris erat amiſſura, ſi piſtorem vxori vi carminum non mitigaſſet, conciliaſſétque. Ideóque conuerſa eſt ad alterum poſtulatum, vt piſtorem biothana morte perimeret. *Vmbram violenter peremptæ mulieris.*} κατανεκυίαν, hoc eſt per ſilentium intelligimus, vmbram cuiuſdam fœminæ paulo antè violenter extinctæ euocatam, inſtigatámque ab hac ſaga, ad exitium piſtori concinnandum. & hoc magicæ diſciplinæ genus vocatur ſciomantia, quotiens ſcilicet vmbræ fit euocatio: propriè tamen cauſa diuinationis, quod & nomen oſtendit. hic euocatur larua noxia & pernicialis, ad perniciem interitúmque piſtoris: quod ſacrum, execrabile, dirum, infandum eſt.

Sed

Sed forsitan lector scrupulosus, reprehendens narratum meum, sic argumenueris. Vnde autem tu astutule asine, intra terminos pistrini contectus, quid secretò, vt affirmas, mulieres gesserint, scire potuisti? Accipe igitur, quemadmodùm homo curiosus, iumenti faciem sustinens, cuncta, quæ in perniciem pistoris mei gesta sunt, cognoui. Diem fermè circa mediam, repentè intra pistrinum mulier, reatu miráque tristitie deformis apparuit, flebili centunculo semiamicta, nudis & intectis pedibus, lutrore buteo maciéque fœdata: & discerpta colore semicana, sordentes insperso cinere, plerámque eius anteuentulæ contegebant faciem. Hæc talis, manu pistori clementer iniecta, quasi quippiam secretò collocutura, in suum cubiculum reducit eum, & adducta fore quàm diutissimè demoratur. Sed cùm esset iam infectum omne frumentum, quod interanus opifices tractauerant, necessariòque peti deberet aliud, seruuli cubicum propter astantes, dominum vocant, operíque supplementum postulant. Atque vt illis sæpiculè & intercaliter* postulantibus nullus *respondit, domini iam forẽ pulsare validius, quòd diligẽtissimè fuerat oppessulata, malũ peiusq; aliquid opinantes, *nisi valido reducto vel diffracto cardine, undẽ patefaciunt aditũ. Nec vspiã reperta illa muliere, vident è quodã tigil-*

Scrupulosus.] diligens, curiosus. *Narratum.*] narrationem. *Argumenueris.*] Antiqui pleraque verba actiuè pronunciabant, quæ nunc passiuè dicuntur: vt auguro pro auguror, contemplo pro contemplor, scruto pro scrutor: ita & argumẽto pro argumentor. Plautus dixit arbitrabant, pro arbitrabantur. Maro populat, pro populatur. Ennius criminat, pro criminatur. Argumentari autem est, argumentis vti ad rem probandam, vt docet Asconius. *Homo curiosus.*] Significatur ipsemet Apuleius, qui genuina curiositate præditus, sustinebat faciem iumenti, transfiguratus in asinum auritum. *Mulier reatu deformis.*] Hæc est larua & vmbra illius mulieris violenter peremptæ, quæ magico susurramine

instigata excitatáque à saga, immittitur ad pistorem strangulandum. Sunt prętereà cacodęmones, qui sese transformant cuncta in miracula rerum, qui induunt effigies muliebres & ita transfigurati illudunt mentibus humanis: vt docent Ecclesiastici scriptores. sic apud Suetonium in Claudio, species barbaræ mulieris humana amplior, Drusum Germanos insectante Latino sermone vltrà tendere prohibuit: sic vrbis Romæ imago Cæsari visa est cæsarie lacera, nudísque astare lacertis, eúmque dehortari à patria oppugnanda. Malus dæmon Bruto fecit omen mortis, cui occursans diro quodam simulachro: Sum (inquit) tuus cacodæmon, in Philippis me videbis. Multiformes dæmones, gradatímque primos, secundos, tertios, quartos, describit Proclus Platonicus: de quibus Diotima, & Iamblicus, & Plato. *Centunculo.* ⅗ viliſſimo vestitu,

*lo constrictum atque exanimem pendere dominum. Eúmque nodo cervicis absolutum, detractúmque summis plangoribus, summísque lamentationibus atq; vltimo lauacro procurant: peractísque feralibus officys, frequentíque prosequente comitatu, tradunt sepulturæ. Die sequenti, filia eius occurrit è proximo castello, * in quod pridiè denupserat, mœstáque crines pendulos quatiens, & interdum pugnis obtundens vbera. quæ, nullo quidem domus infortunium nuntiante cuncta cognouerat: sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc nodo reuincta cervice, eíque totum nouercæ scelus aperuit, de adultério, de maleficio, & quemadmodùm Lar tamus ad inferos demeasset. Et cùm se diutino plangore cruciasset, concursu familiarium cohibita, tandem pausam luctui* facere. Iámque nono die ritè completis apud tumulum solennibus, familiam supellectilémque, & omnia iumenta ad hæreditariam deducit auctionẽ. Tunc vnum Larem variè dispergit, vẽditionis incertæ licentiosa fortuna. Me denique ipsum pauperculus quidam hortulanus comparat L. nummis, sed magno, vt aiebat: sed vt communi labore victum sibi quæreret. Res ipsa mihi poscere videtur, vt huius quoque seruitij mei disciplinam exponam.*

Digitized by Google

:u,de quo ſuprà. *Intectis.*] Epexegeſis eſt:nudis & intectis pe-
ɔus pro diſcalciatis, & ſine vllo integumento. *Lurore buxeo.*}
:pone, vt ſuprà, buxanti pallore, nihil enim ferme buxo pal-
ius eſt, adeò vt ad pallorem (vt ita dixerim) pallidiſſimum
nificandum dici ſoleat, buxo pallidior eſt. *Semicanæ.*] ex
nidia parte albicantes,caneſcentéſque. cauſam caniciei, quæ
canitudo dicitur, aliubi explicauimus ex auctoritate Ari-
tclis, Alberti Magni, Alexandri Aphrodiſei, & cæterorum.
perſu cineris.] Specimen triſtitiæ eſt, inſperſum cinere capil-
um, & puluere turbatum. à Columella dicitur cineris recto
:u. *Anteuentulæ.*}comæ anteuentulæ dicuntur, ante fron-
n propendulæ, quæ & antiæ & capronæ nominatur, quaſi
:apite pronæ. In Floridis inquit: Crines eius præmulſis
tiis,promulſis caproneis, anteuentuli & propendi. *Piſtoris.*]
ge piſtori, vt ſit caſus dandi: ſignificat enim mulierem
ım ſquallentem & luridam iniecisſe manum piſtori, cûm-
e ſe vocaſſe quaſi quædam ſecretò colloqui vellet. *Ad-
ta fore.*} clauſo hoſtio, & foribus firmiter oppeſſulatis.
ut. Crepuit foris. *Confectum.*} molitum, & mola piſtri-
ɔſi tunſum. *Opifices.*}miniſtri piſtorij. *Propter aſtantes.*]iux-
& prope cubiculum domini. *Supplementum.*} frumentum
ad,vt haberent operarij quod agerent, ne eſſent in piſtrino
iati. *Sepiculè.*} ſæpe:aduerbium eſt, ἐπιτήδευμα. *Interuocali-
poſtulantibus.*] ſublata voce inclamantibus piſtorem, ſic
t. lib. Pulſare vocaliter incipio. eſt autem aduerbium,quod
nificat ex interuallo inclamaſſe vocaliter, vel voce penitus
ɔlata.nam hæc particula Inter(vt ſuprà dixi) nonnunquam ſi-
ificat totum: vt interbibere, & intercipere. *Oppeſſulata.*]
ſulis offirmata, clauſaque. ſic in primo,foribus oppeſſula-
intro capeſſit. *Niſi.*] conatu. *E quodam tigillo.*] ex tra-
cubiculari ſuſpenſum. De tigno. cuius diminutiuum eſt
illum, ſcribunt iuriſconſulti, docentes appellatione tigni
nem materiam ad ædificandum idoneam contineri.
lt autem Lucius noſter intelligi, à larua illa quæ indue-
mulieris effigiem, fuiſſe piſtorem laqueo peremptum: vt
vbique magiæ potentiam aſtruat, quæ huiuſce operis eſt ar-
mentum. *Abſolutum,detractúmque ſummis.*}liberatum, reſo-
úmque à laquei nodo. *Plangoribus,ſummiſque.*] Diuus Hie-
ıymus, ſcribens de interpretatione Pſalmorum: Siue
quit)ploratum,ſiue fletum,ſiue lachrymas, ſiue planctum di-
imus, vnus eſt ſenſus:propriè tamen plangere eſt percutere,
de plangores & planctus pro percuſſionibus, quales & luctu

Digitized by Google

& ægritudine fieri ſolent. Silius inquit: Liuentia planctu brachia,& apud Ouidium:Plangebant corpore terram.*Vltimo lauacro.*] Signat morem priſcorum , apud quos mortui calida aqua lauabantur , iuxta illud Ennianum : Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.Seruius autumat , ideo cadauera lauari ſolita,& per interualla conclamari,quia ſolet plerunque vitalis ſpiritus excluſus putari , qui adhuc eſt incluſus , & homines fallere,qui lauacro refotus & conclamatione excitatus quaſi reuocatur,reſtituiturque.*Feralib.officijs*]Feralia officia ſunt , quæ exhibentur defunctis funerandis, & manibus condendis:qualia quoque parentalia. de his ſuo loco iam dictum eſt. Pugnis obtundens vbera.Talis Anna à Virg. deſcribitur , Vnguibus ora ſoror fœdans,nunc pectora pugnis. *Qua.*] Legendum eſt Quæ , ſcilicet filia:caſu recto. *Ei per quietem.*} Sic apud Virgilium, Dido cognoſcit ſecundum quietem maritalis domus infortunium, cui quieſcenti obtulit ſeſe Sichæus , & inhumati venit imago coniugis Ora modi attollens pallida miris quæ totum Pigmalionis ſcelus parricidiumque retexit. Macrobius refert , oraculum dici,cum in ſomnis parens, vel alia ſancta grauiſque perſona apertè euenturum quid, vel non euenturum , faciendum vitandumve denunciat. Viſio autem eſt , cum id quis videt , quod eodem modo quo apparuerat euenit. *Laruatus.* } larua illa mulicbri poſſeſſus , ſtrangulatus , extinctus. aliàs laruari dicuntur furioſi,& mente moti,quaſi laruis exciti , Plaut. Laruæ hunc atque intemperiæ agitant ſenem. vbi intemperiæ ſignificantur quædam deæ , habentes vim nocendi , & per intemperantiam ſæuiendi:quarum meminit Martianus Capella,quas M. Cato in re Ruſtica iubet facto ſacrificio propulſari & prohiberi. *Luctus facere.*] Ex præcepto iuriſconſultorum , qui tradunt ſuſpendioſos lugeri non ſolere. *Pauſam.*] Seneca pauſarium oppido quàm eleganti,nec protrito vocabulo appellat eum , qui remigibus modos dat , & remigandi officium quadam quaſi pauſa moderatur.Lucretius ait , corpuſcula qualia in ſole cernuntur diſcurrere perennitèr,nec dare pauſam. Qu. Claudius in Andalibus,Pugnæ facta pauſa eſt. *Nono die completis ſolennibus.*] Ex inſtituto priſcorum fit ſacrificium mortuis nono die , quo ſepultus eſt,quod dicitur nouendiale.hinc Horat. in Epodo : Nouendiale diſſipare pulueres.Seruius Virgilianus interpres , enarrans illud ex quinto Æneidos , Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit: morem fuiſſe apud maiores exponit,vbi quis vbique fuiſſet extinctus , vt ad domum ſuam referretur, octauo die incenderetur , nono ſepeliretur. Ludi quo-

que

e in honorem mortuorum celebrantur, nouendiales dicun-
. Donatus quoque in commentario Phormionis tradit, in
ere nonum diem inſtaurationem voti habere. Hoc tempo-
ſeptimo die ſolennia defunctorum peraguntur, ſicut apud
ſcos in nuptiis ſeptima dies inſtaurationem voti habebat:
:oque in canonicis Decretis diſtinctione 44. præcipitur, vt
llus presbyterorum ad ſeptimana defuncti ſolennia cele-
anda vocatus, ſe inebriare vllatenus præſumat. Fuerunt apud
ſcos feriæ denicales nominatæ, quæ colebantur, cum homi-
mortui cauſa familia purgabatur. Græci enim neeron mor-
im dicunt. Harum feriarum meminit Columella hiſce ver-
: Nos apud pontifices legimus, feriis tantum denicalibus
los iungere non licere, cæteris licere. *Supellectilem.*] Apud
tiquos recto caſu dicebatur, ſupellectilis. Quid autem ſit
ppellex, ſciunt omnes: & docent iuriſconſulti, apud quos ele-
ntivocabulo ſuppellecticarij dicuntur ſerui, qui ſunt in ſupel-
tile. *Ad hereditariam actionem.*] Corrige, auctionem. ſigni-
at enim omnia deducta eſſe ad venditionem hæreditariam,
a ſcilicet bona ex hæreditate proueniencia vendi ſolent.
ctionem autem dici publicam venditionem, ſiue ſubhaſta-
nem, notiſſimum eſt, ex eo quòd ementem augeat, & ven-
ntem, vt interpretatur Fulgentius Placiades. Apud Plau-
m paraſitus in Sticho, auctionem facit paraſiticam, vendens
cos ridiculos, & cætera paraſiticæ ſuppellectili congruentia.
pud eundem in Menechmis fit auctio, qua ferui ſupellex,
ndi, ædes, omnia veneant. *Vnum larem variè diſpergit.*] Lar
us variè diſpergi dicitur, quando bona vnius domus atque
miliæ venui ſubiiciuntur, & in auctione diſtrahuntur variis
nptoribus: ita vt quæ prius congeſta vno in lare viſebantur,
mox vendita diſpergantur per plures domos, cuius rei do-
ina eſt fortuna, optimo epitheto licentioſa nominata: adeò
nulli tantum ſit licentiæ, quantum ipſi fortunæ: quæ magna
pentè dat, & data repentè diſpergit. *Venditionis incertæ.*] Ne-
o neſcit, quàm ſit incerta venditio, quamque multifariam di-
ahatur, in qua multi inſperati inopinatique emptores aſſi-
nt. *Hortulanus comparat.*] Ab horto hortulanus dictus, ſicut ab
eribus olitor, quem Græci cepuron vocant. Plinius & noſtri
rtenſia vocant, quæ in hortis ſeruntur, quæ Græcè cepurica
cuntur. Sabinus Tyro librum cepuricôn ſcripſit, quem Mecœ-
ti dicauit. Lucianus ſcribit, aſinum ſuum labore piſtrinen-
factum eſſe emaciatum, ac toto corpore inualidum. ideoque
piſtore venditum eſſe hortulano. verba Luciani ſunt: ἀπὸ τῆς

αὖ παύομαι, καὶ ἀδύνατός τῷ σώματι, ὥστε, ἤδη με ὁ δεσπότης πωλεῖσθαι καὶ ἀποδίδοσθαί με ἀνθρώπῳ κηπουρῷ τινὶ τιτλω. Id est, Factus sum (inquit) valde attenuatus, & debili corpore, ita vt dominus me diuendere decreuerit, qui me hortulano vendidit. *Magno, vt aiebat.*] scilicet pretio: absoluta locutio est. Martialis: Quod non stat magno, stare Luperce tibi M. Varro in tertio de re Rustica: Piscinæ, inquit, ædificantur magno, secundò implentur magno, tertiò aluntur magno. item apud Satyrographum: Magno seruorum ventres, & frugi cœnula magno. *Sed vt commune.*] meo & suo. *Victum sibi quæreret.*] Narrat Æsopus fabulator, asinum hortulani, cum minimum cibi, plurimum laboris caperet, optasse mutationem seruitutis: qui Ioue annuente, cum figulo venditus fictilia baiularet, sensit grauiorem hanc esse quàm pristini domini seruitutem. item venditus coriario, vt cognouit deteriorem semper conditionem parari, optauit redire ad hortulanam. Hoc apologo commonemur, quòd tunc homines optant priores dominos, cum experti fuerint secundos deteriores: & quòd contenti debemus esse hoc Catonis, nec alienigenos principes expetere: nec nouum velle subire iugum seruitutis, cum semper deterior sit posterior dominatus. *Seruicij mei disciplinam exponam.*] seruitutis.

Matutinò.] Mane atque hora matutina, locutio absoluta, veteribus vsitata. Iuuenalis: Ter matutinò Tiberi mergetur. Plinius dixit meridianò pro hora meridiana. *Proximam ciuitatem.*] Lucianus: ὁ δὲ δεσπότης ἔξωθεν ἐπεδίδου μοι τὰ λάχανα, ἐκίμιζεν εἰς τὴν ἀγοράν. id est, Dominus hortulanus imponens mihi olera extrinsecus deportabat in forum. *Dorsum insi-*

Matutinò me multis oleribus onustum, proximam ciuitatem deducere cō sueuerat dominus: atque ibi venditoribus tradita mercede, dorsum insidens meum, sic hortum redire. Ac dum fodiens, dum irrigans, cæteróque incurnus labore deseruit, ego tántisper otiosus tacita quiete recreabar. Sed ecce siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium remeans annus, post mustulentas autumni delicias, ad hybernas capricorni pruinas deflexerat: & assiduis pluuijs, noctúrnísque rorationibus, sub dio & intecto concluſus stabulo, continuo discruciabar frigore. quippe cum meus dominus præ nimia paupertate, ne sibi quidem, nedum mi-

bi,

i, posset stramen aliquod, vel exiguum gimen parare, sed frondoso casulæ con ntus vmbraculo degeret. Ad hoc, ma- utinò lutum nimis frigidum, gelúque reacuta frusta nudis inuadens pedi- us enitebar: ac ne suetis saltem ciba- is ventrem meum replere poteram. Iamque & mihi & ipsi domino cœna ar ac similis oppidò, sed tenuis ade- at, lactucæ veteres & insuaues illæ, uæ seminis enormi senecta, ad instar coparum, in amaram cœnosi succus ca iem exolescunt.

dens.] Expressit morem rusticorum, qui venditis in vrbe mercibus, dorsum aselli insidentes repetunt villam. *Venditoribus.*] Septimus est casus, vt exponas, tradita à venditoribus mercede olerum, hortulanus ad hortum remeabat. Lucianus planius inquit ἐγὼ παραδοὺς τοῖς ταῦτα πω ὠνουμένοις. id est, tradens olera emptoribus, agebat me iterum ad ortum. *Fodiens.*] Lucianus: ἐγὼ ἐσκαπτον, ἐγὼ ἐφύτευον, ἐγὼ τὸ ὕδωρ τοῖς φυτοῖς ἐπότιζον. id est, & fodiebat, & plantabat, & plantas irrigabat. *Deserit.*] inseruit operi rustico intentus. Posses legere Deserit, id est plantat: propter verbum Luciani, ἐφύτευε. id est Serebat. *Otiosus.*] Græcè ἀργὸς, dicitur. vnde Argonautæ icti ioculariter & cum morsu ab Epigrammatista. *Ambagibus.*] circuitibus, vertigine, curriculis. De anno verente digna memoratu annotaui in Caligula apud Suetonium. *Remeans.*] reuertens, recurrénsque per sua vestigia. Sic Virgilius: Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Inde olis annua reuerticula scienter, nec minus eleganter dixit in loridis. nam quem circulum sol annuo interuallo permeans metitur, eundem remeans remetitur curriculo statuto, ordiatóque. *Mustulentas delicias.*] Sic suprà optimo epitheto mustulentus autumnus dictus est. Plautus mustulentum venum festiuiter appellat, auram odorémque ex musto prouecientem. *Capricorni pruinas.*] Lucianus dixit. χειμὼν ἦν. id est, hyems erat. Bruma temporibus Plinij & auorum fiebat statua in parte capricorni, ad octauum calendas Ianuarij fere, qua die pulegium floret in carnarijs. Rumpuntur intense spiritu membranæ. hic est vnus ex magnis anni cardinibus. hunc pruinæ, niues, gelicidia mortales infestant. Democritus ipsem futuram hyemem arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, &c

circa eum terni. A bruma per incrementa lucis incipit dies augeri. Antiqui portas solis vocarunt cancrum & capricornum, quod in cancro fiat solstitium in capricorno bruma, hoc est breuissimus anni dies. ideo autem his duobus signis hæc duo nomina contigerunt, quòd cancer animal retro atque obliquè cedit: & eadem ratione sol in eo signo obliquum incipit agere retrogressum. Capræ verò consuetudo hæc in pastu videtur, vt semper altum pascendo petat. Sed & sol in capricorno incipit ab imis in alta remeare. Capricornus domicilium est Saturni fœmininum. Græcè dicitur Ægoceros, sicut carcinos cancer. Lucan. Carcinus ardens, Humidus ægoceros. In prima parte capricorni quicunque habuerit horoscopum, erit rex vel imperator: in 16. parte capricorni quicunque habuerint horoscopum, sex digitos habebunt in manibus. Talis fortasse fuit horoscopus, & sidus natalicium hominis illius, de quo scriptum est libr. 2. Basileon, hoc est Regum: Fuit vir excelsus, qui senos in manibus pedibúsque digitos habebat, id est, vigintiquatuor. Tales eleganti vocabulo Sedigitos, à numero digitorum appellant. Plin. in 11. Digiti, inquit quibusdam in manibus seni. Caij Horatij ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas accepi appellatas: & Volcatium Sedigitum, illustrem in poetica. In vicinia mea hodiéque viuit puerulus sedigitus, quem ego de industria curiosè inspexi, senos digitos habentem in manibus & pedibus: res nota est vicinis omnibus, nec est mendacio locus. *Roratienibus.*] Ros nocturnus humor est, quẽ serenitas tenuiter spargit. Scribit Plinius, rores neque gelu neque ardoribus, neque ventis existere, nec nisi serena nocte: pruinam autem ex rore gelido gigni. inter morbos arborum est roratio, cuius idem Plinius & Theophrastus meminerunt. Roscidæ sunt æstate Africæ noctes. Alcman poeta lyricus dixit, rorem aeris & Junæ filium: propterea quòd cum luna plena est, aer multum de se roris emittat. *Sub dio.*] sub cœlo, sub aere: quod & sub Ioue dicitur, vnde subdiales ambulationes, & subdialia pauimento scriptoribus celebrata. *In tecto stabulo.*] Designat malam stabuli mansionem, quod nullo tecto, nullis imbricibus tegebatur. *Vel exiguum tegumen.*} Lucianus κακοῖνος ὁστ' αὐτῷ στρῶμα εἶχεν ἀγοράσαι ἐχ ὅτου ἐμοί. id est, & ille non sibi ipsi stratum poterat parare, nedũ mihi. *Lutum nimis frigidum.*] πηλὸν ὑγρὸν καὶ πάνυ ψυχρὸν καὶ ὀξὺν ἐπάτουν. id est, lutum humidum & nimis asperum atque acutum calcabam nudis pedibus. *Nudis pedibus.*] Græcè, ἀνυπόδητος. Aristophanes, ἀνυποδήτους, id est, discalciatis & nudis pedibus inambulantes philosophos illudit atque subsannat. *Ne suetis cibariis.*} Consuetudo magna res est, & vt est in veteri Græcorum prouerbio,

ἡ συνήθεια

ἔθος φύσις, consuetudo altera natura. Ideóque Aristote-
in septimo Ethicorum : Consuetudinem (inquit) mutare
ficile est , quòd naturæ assimilatur. & vt auctor est Galenus,
ximus Hippocratis interpres : Omnis repentina mutatio
eter consuetudinem, nocet corporibus nocumento maximo.
gnum est scitu , memoratúque illud Hippocr. qui libro de
gimine acutorum scribit : Homini durato membra subdio,
xium esse molli cubili & culcitra iacere præter solitum. idem
ctor est, cibos viles illaudabilesque, si ex consuetudine sint,
liores esse quàm insolitos, quamuis precioſos & esculentos.
tur cum immutatio cibi sueti noceat hominibus, eadem no-
ate vexatum sese esse Lucius noster ostendit. Aristot. in pro-
matis refert, mutationem cibi & aquæ esse insalubrem. Op-
lo.]id est, valde. *Cœna par.*] Hortulanus & asinus eadem cœna
ecebantur, eadem olera estabant. *Lactucæ veteres.*]Lucianus
pellat σφόδρας πικρὰς ἢ σκληράς. id est , lactucas amaras & præ-
ras. Inter genera lactucarum pessimum genus est picris,
am ita(auctore Plin.)cum exprobratione amaritudinis appel-
ere , & genus vnum sessile nuncupatum , quod Laconicon
cant, maximè celebratum: de quo Martial. Sessilesque lactu-
s. ab eodem dicitur sedens lactuca, illo versu : In quibus & la-
uca sedens , & sectile porrum. Inter lactucas siluestres ea
: quam caprinam vocant , qua pisces in mare deiecta protinus
cantur, qui sunt in proximo. Hieracia vocatur lactuca quæ-
m, quoniam eam accipitres scalpendo , succoque oculos tin-
ndo, obscuritatem oculorum discutiant. ἱέραξ enim Græcè
citur accipiter. Est alia quoque lactuca amara , atra quam
econidem vocant , à copia lactis soporiferi. μήκων enim Græ-
vocabulo papauer nominatur. Nigræ sunt lactucæ , quam semen mense Ianuario seritur: albæ , quarum Martio : ru-
ntes, quarum Aprili. in Valeria familia Lactucini cognomi-
ti sunt, ab honore lactucæ. *Ad instar scoparum.*] Dicit se esitas-
lactucas , quarum semen senecta erat decoloratum , quæ ca-
sa veci amaritudine & aspredine scopas repræsentabant. Ca-
r oxy myrsinem vocauit ruscum, ex quo ruri fiunt scopę Fiũt
im scopæ ex variis fruticibus. olim fiebant ex palma ; quod
latur Epigrammatista, cùm ait: In precio scopas testatur pal-
a fuisse. hinc est illud Horatianum , Ten varios lapides lutu-
ta radere palma. Scoparius scito elegantique vocabulo di-
is minister conuerritor : hoc est , qui scopis pauimenta con-
rrit, & reliquias cœnæ detergit. Vlpianus, instrumento fun-
si villa cultior sit, scoparios accedere tradit. Antiquitas(vt do-

cet Auguſtin.) deam Deuerram coluit, dictam à verrendo. Diminutiuum à ſcopa, fit ſcopula: quo vtitur Columella. *Cænoſi ſuccus.*] pro ſucci lutulenti. Plaut. conſimiliter dixit, Lectus concaluit locus, pro lecti. veteres prælicenter declinationes immutabant, apud quos ſenati pro ſenatus, tumulti pro tumultus, victi pro victus. & econtrariò ſuccus pro ſucci, lectus pro lecti, & alia id genus ſexcenta facilè reperies. alibi eadem formula dixit ſuccum, pro ſuccorum. *Exſoleſcunt.*] euaneſcunt, & quaſi deperdito ſapore degenerant.

Illunæ caliginis.] Illuna caligo dicitur obſcuritas noctis denſa, craſſa, tenebricoſa: quando cœlum eſt ſine luna, & quando nullus lunæ ſplendor illuminat: dicitur illuna, & illunis: vt exanima, & exanimis. ex particula priuatiua in, & luna, dictione compoſita. Plin. in epiſtolis: Nox non qualis illunis & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. *Cohibitus.*] coercitus, retardatus, aberrãs: ſic olim Cæſar dictator via deceſſit, diúq; errabundus tandem ad lucem per anguſtiſſimos tramites euaſit rediitq; ad rectum iter. *Comiter.*] hilarè, lubenter, benignè. Comes ho-

*Nocte quadam paterfamiliâs, * qui pago proximo, tenebris illunæ caliginis impeditus, & imbre nimio* madefactus, atque ob id ab itinere directo cohibitus, ad hortum noſtrum iam feſſo equo* diuerterat. Receptúſque comiter pro tempore, licèt non delicato, neceſſario tamẽ quietis ſubſidio remunerari benignum hoſpitem cupiens, promittit ei, de prædiis ſuis ſeſe daturum & frumenti & olini aliquid, & amplius duos vini cados. Nec moratus meus dominus, ſacculo & vtribus vacuis ſecum apportatis, nudæ ſpinæ meæ reſidens, ad ſexageſimum ſtadium profectionem comparat. Eo iam confecto viæ ſpatio, peruenimus ad prædictos agros. ibíque ſtatim meum dominũ comis hoſpes opipari prandio participat. Iam * his, poculis mutuis altercantibus, mirabile prorſus euenit oſtentum. Vna de cætera cohorte gallina per mediam curſitans aream, clamore genuino velut ouum parere geſtiẽs perſonabat. Eam ſuus dominus intuens, ô bona, inquit, ancilla, & ſatis fœcunda, quæ multo iam tempore nos quoti-

idianis partubus ſaginaſti, nunc e-
cogitas, vt video, guſtulum nobis
arare. Et, Heus (inquit) puer,
thum fœtui gallinaceo deſtinatum,
lo ſolito collocato. Ita vti fuerat inſ-
procurante puero, gallina conſuetæ
culæ ſpreto cubili, ante ipſos pedes
ini præmaturum, ſed magno prorſ-
uturũ ſcrupulo, prodidit partum. nõ
n ouũ quod ſcimus, illud, ſed pinnis
nguibus, & oculis & voce etiã per-
um edidit pullum, qui matrem
n continuò cœpit comitari.

mines (vt alibi dictum eſt) benigni, faciles, ſuaues eſſe dicuntur: vt docet M. Tul. in oratione pro Cornelio Balbo. *Pro tempore.* } Ratio temporis facit, vt hoſpitium ſordidum videatur aliquando pretioſum, vt panis vnus eſurienti datus maximi beneficij loco ſit. *Remunerari hoſpitem cupiens.* } Niſt tam laudabile (vt inquit veriſſimè Seneca) quàm referenemeritis gratiam: honeſtiſſima contentio eſt beneficiis ficia vincendi. In referenda gratia imitari debemus s fertiles, qui multo plus afferunt quàm acceperunt: & nos que beneficium reddere maiore menſura, & remunerari t. Maioresnoſtri ſcienter Gratias ita pingebant, vt vna ſa, duæ nos reſpicerent: ſic docentes, profectam à nobis iam, duplicem reuerti debere, & remunerationem largiori ſura eſſe rependendam. Qui tantum retulit quantum accengratus videri poteſt: qui ſerit beneficium, metere debet tum. Turpe eſt beneficiis vinci, vt turpe reddere beneficium fœnore: Sit nobis exemplar remunerationis Artaxerxes, qui e daricis & phiala aurea remuneratus eſt ruſticum, à quo tam manibus è flumine aquam pro munere oblatam s acceperat, nil aliud habens quòd elargiretur. Etenim ficium non tam in eo quod fit aut datur conſiſtit, quàm ſo dantis animo, aut facientis. Alexander Macedonum gloriari ſolebat, à nullo ſe beneficiis victum. Sylla ſehro ſuo inſcribi iuſſit, à nullo ſe amico beneficentia ſutum. & nos pro virili parte laboremus, vt meritò poſſigloriari, à nullo nos in gratia referenda victos eſſe. Quod hic paterfamilias, hortulani hoſpitio comiter receptus, remunerari hoſpitem cupiens, promiſit ſe daturum affatim tenti, olei, & vini, vt ita pro cœna & vnius noctis hoſpitio

nem durioris maiorem esse ratio postulet. acrius enim ferit quod durius est. An, inquit, ea ratio est, quòd caro ex ictu ferulæ percutitur repercutitúrque simul propter ponderis ferulacei levitatem: vnde acrior dolor gignitur, ictu duplicato. Ex duris autẽ percuti tantum potest, propter earum duriciẽ. Hinc credo ferulas datas esse pædagogis, magistris ludi triuialis, ad discipulos castigandos: quibus vice sceptri gloriãtur. ob hoc ab Epigrãmatista dicuntur Ferulæ inuisæ nimium pueris, gratæque magistris: & Columella ait, Feruláſque minaces. Ferulæ asinis gratissimę sunt in pabulo: qua de causa id animal Libero patri assignatur, & ferula. Græci nartheca vocant ferulam, vnde narthecophori dicti ministri Bacchi feruligeri. Prouerbium Græcum est, πολλοὶ ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι: Multi feruligeri, pauci Bacchi. Cuius meminit & Plato

formosissimus, insperata potitus salute, tamen natas candidas illas noctu diú que diruptus, mœrens profugit. Nec secius pistor ille nuntium remisit vxori, eámque protinùs de sua proturbauit domo. At illa, præter genuinam nequitiam, contumelia etiam, quamuis iusta, tamen altiùs commota atque exasperata, ad armillum reuertit, & ad familiares fœminarum artes accenditur: magnáque cura requisitam veteratricem quandam fœminam, quæ deuotionibus ac maleficijs quiduis efficere posse credebatur, multis exorat precibus, multisque suffarcinat muneribus, alterum de duobus postulans: vel rursum mitigato conciliari marito: vel si id nequiuerit, certè Larua, vel aliquo diro numine immisso, violenter eius expugnari spiritum. Tunc saga illa, & diuinipotens, primus adhuc armis facinorosæ disciplinæ suæ velitatur; & vehementer offensum mariti flectere atque in amorem impellere conatur animum. Quæ res cùm ei secius ac rata fuerat, prouenire indignata numinibus, & præter præmij destinatum compendium, contemptione etiam stimulata, ipsi iam miserrimi mariti incipit imminere capiti, vmbrámque violenter peremptæ mulieris ad exitium eius instigare.

Digitized by Google

& Plato in Gorgia. Nulli fruticum, vt inquit Plin. noſter, leuitas maior: ob id geſtata facilius, baculorum vſum ſenectuti præbet. Ignem ferulis optimè ſeruari certum eſt. Idque Prometheus primus docuit, ob hoc Epigrammaticus poeta, ferulas dixit eſſe claras munere Prometheo. *Et eas liberas.*] Atrocior iniuria, quam quaſi contumelioſiorē & maiorem accipimus, fit ex perſona: vt grauius ſit ſtuprare liberam fœminam, quàm ancillam; grauiſſimum verò, alienam vxorem atque matronam, & iura violare connubij. Legimus apud hiſtoricos, quemadmodum olim diuus Auguſtinus Proculum ex acceptiſſimis libertis mori coegerit, compertum adulterare matronas. Item peſtiuus, qui adhuc per ætatem puerilem potes eſſe concubinus & pathicus, amatores oblectans. *Adulterorum fortiſſimus.*] Non videtur conuenire, vt puer delicatus fortiſſimus adulterorum nuncupetur proinde lego formoſiſſimus. *Diruptus nates.*] habens nates diruptas, perfoſſaſque poſtico vulnere, ſub actoris piſtoris. *Mœrens*] dolens & mœſtus. *Nuncium remiſit vxori.*]id eſt, libellum dedit repudij. Eſt autem repudium, renunciatio, qua dirimitur matrimonium: vt iuriſconſulti tradunt tit. de diuortijs in repudiis, id eſt renunciationibus, comprobata ſunt hæc verba: Res tuas tibi habeto, tuas res tibi agito. Hinc Plautina matrona indicens diuortium marito, inquit: Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas, Siue autem ipſi præſenti renuncietur, ſiue abſenti per nuncium, nihil intereſt. ſi calore iracundię miſſum ſit repudium, non ratum eſt habendum, niſi prius apparuerit ex perſeuerantia iudicium animi fuiſſe. In Deuteronomio, ex præſcripto legis Moſaicæ: Si acceperit homo vxorem inamabilem propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & demittet eam de domo ſua. *Genuinam nequitiam.*]ingenitam improbitatem. *Ad armillum reuertit.*] ad repoſitorium theſaurúmque armorum: hoc eſt, doli, fraudis, malitiæ muliebris. Suprà eodem vocabulo vſus eſt in hoc ſignificatu. *Ad familiares fœminarum artes.*]nimirum veneficia, mala medicamenta, magicæ vanitates, doli fraudes, decipula, nomine artium muliebrium continētur: alia quoque, quā plurima mēti fœminæ natura dedit. Verſus ſunt græci παροιμιώδεις, i. prouerbiales. Θησαυρὸς ὅτι γυνὴ κακὴ γυνή. id eſt, theſaurus eſt malorum mala fœmina. Itē, Θηρῶν ἀπὸ πασῶν ἀλιτροτέρα κακὴ γυνή, Improba mulier truculentior eſt feris omnibus. Itē, Θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία. id eſt, Mare, ignis, & fœmina, ſunt mala tria. *Veteratricem.*] Sicut veterator dicitur vetus in malicia: ita & veteratrix fœmina, in aſtutijs

& fraudibus exercitatiſſima. Veteratorie aduerbium, ſignificans callidè, aſtutè, malitiosè: veteratoris eſt, confidere in mendaciis. *Deuotionibus.*]execrationibus, diriſque deteſtabilibus. *Suffarcinat.*]implet, onerat. Larua immiſſa. Aliubi annotatum eſt, lemures dici manes vmbráſque defunctorum: ex quibus qui pacatior quietiórque domum poſſidet, is Lar dicitur familiaris: qui verò propter aduerſa vitæ merita erraticus eſt, larua nominatur. Tales autem ſunt inanes terriculi, bonis hominibus, noxij malis ac metuendi: hæc noctium ſunt occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta. Laruarum natura eſſe dicitur (vt ſcribit diuus Hieronymus) terrere paruulos, & in angulis occurrere tenebroſis Ruſtici ozellum nominant, græci phantaſmata vocant: quæ an ſint, ſubdubitat Plinius poſtetior: qui tamen in Epiſtolis narrat exemplum ſcitu dignum de ſimulachro hominis, quod Athenis viſebatur in domo quadam ſpacioſa, ſed ob id infami & peſtilente. Apparebat autem idolon, ſenex macie & ſqualloꝛe confectus, catenas quatiens: qui mox deſiit videri expiato loco, & conditis manibus diligentia Athenodori philoſophi. lege ſeptimum Plinij Epiſtolarum volumen. *Sagaxilla.*]Fœmina incantatrix, & magicarum rerum ſcia, tanquam ſatis ſaga. De qua in primo commentario. *Armis facinoroſæ diſciplinæ.*]inſtrumentis. arma enim inſtrumenta rerum omnium dici, notum ſat eſt, & teſtis eſt Virgilius, qui ait: Cerealiáque arma expediunt, & in Georgicis, Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma. vtrobique arma poſuit pro inſtrumenta. *Velitatur.*]contendit, certátque tranſlatum verbum à velitum pugna. *Secius ac.*] aliter quàm, vel tardius quàm crediderat, non enim animus mariti conciliabatur vxori inſtinctu magicæ diſciplinæ, ſicut illa ſperauerat. *Præter præmij.*} Senſus eſt: extimulata eſt ſaga ad indignationem, duplici de cauſa: & quòd contemni videbatur à numinibus, quæ parum obſequebantur: & quòd compendium lucri conſtiturum ab vxore piſtoris erat amiſſura, ſi piſtorem vxori vi carminum non mitigaſſet, conciliaſſétque. Ideóque conuerſa eſt ad alterum poſtulatum, vt piſtorem biothana morte perimeret. *Vmbram violenter peremptæ mulieris.*} *κατανεκύδιον*, hoc eſt per ſilentium intelligimus, vmbram cuiuſdam fœminæ paulo antè violenter extinctæ euocatam, inſtigatámque ab hac ſaga, ad exitium piſtori concinnandum. & hoc magicæ diſciplinæ genus vocatur ſciomantia, quoties ſcilicet vmbræ fit euocatio: propriè tamen cauſa diuinationis, quod & nomen oſtendit. hic euocatur larua noxia & pernicialis, ad perniciem interitúmque piſtoris: quod ſacrum, execrabile, dirum, infandum eſt.

Sed

Sed forsitan lector scrupulosus, reprehendens narratum meum, sic argumentaueris. Vnde autem tu astutule asine, intra terminos pistrini contectus, quid secretò, vt affirmas, mulieres gesserint, scire potuisti? Accipe igitur, quemadmodum homo curiosus, iumenti faciem sustinens, cuncta, quæ in perniciem pistoris mei gesta sunt, cognoui. Diem fermè circa mediam, repentè intra pistrinum mulier, reatu miráque tristitie deformis apparuit, flebili centunculo semiamicta, mudis & intectis pedibus, lurore buxeo maciéque fœdata: & discerptæ comæ semicanæ, sordentes insperſu cineris, plerámque eius anteuentulæ contegebant faciem. Hæc talis, manu pistori clementer iniecta, quasi quippiam secretò collocutura, in suum cubiculum deducit eum, & adducta fore quàm diutissimè demoratur. Sed cùm esset iam confectum omne frumentum, quod inter manus opifices tractauerant, necessarióque peti deberet aliud, seruuli cubiculum propter astantes, dominum vocabant, operique supplementum postulabant. Atque vt illis sæpiculè & internocaliter* postulantibus nullus *respondit, domini iam forẽ pulsare validius; & quòd diligẽtissimè fuerat oppessulata, *malũ peiúsq; aliquid opinantes, *nisi valido reducto vel diffracto cardine, tandẽ patefaciunt aditũ. Nec vspiã reperta illa muliere, videntè quodã vigil-*

Scrupulosus.]diligens, curiosus. *Narratum.*]narrationem. *Argumentaueris.*] Antiqui pleraque verba actiuè pronunciabant, quæ nunc passiuè dicuntur: vt auguro pro auguror, contemplo pro contemplor, scruto pro scrutor: ita & argumẽto pro argumentor. Plautus dixit arbitrabant, pro arbitrabantur. Maro populat, pro populatur. Ennius criminat, pro criminatur. Argumentari autem est, argumentis vti ad rem probandam, vt docet Asconius. *Homo curiosus.*] Significatur ipsemet Apuleius, qui genuina curiositate præditus, sustinebat faciem iumenti, transfiguratus in asinum auritum. *Mulier reatu deformis.*] Hæc est larua & vmbra illius mulieris violenter peremptæ, quæ magico susurramine

instigata excitatáque à saga, immittitur ad pistorem strangulandum. Sunt prętereà cacodęmones, qui sese transformant cuncta in miracula rerum, qui induunt effigies muliebres & ita transfigurati illudunt mentibus humanis: vt docent Ecclesiastici scriptores. sic apud Suetonium in Claudio, species barbatæ mulieris humana amplior, Drusum Germanos insestante Latino sermone vltrà tendere prohibuit: sic vrbis Romæ imago Cæsari visa est cæsarie lacera, nudísque astare lacertis, eúmque dehortari à patria oppugnanda. Malus dæmon Bruto fecit omen mortis, cui occurśans diro quodam simulachro: Sum (inquit) tuus cacodæmon, in Philippis me videbis. Multiformes dæmones, gradatímque primos, secundos, tertios, quartos, describit Proclus Platonicus: de quibus Diotima, & Iamblicus, & Plato. *Centunculo.* ⅓ viliſſimo veſtitu,

*lo constrictum atque exanimem pendere dominum. Eúmque nodo cervicis absolutum, detractúmque summis plangoribus, summisque lamentationibus atq; vltimo lauacro procurant: peractísque feralibus officys, frequentíque prosequente comitatu, tradunt sepulturæ. Die sequenti, filia eius occurrit è proximo castello, * in quod pridiè denupserat, mœstáque crines pendulos quatiens, & interdum pugnis obtundens vbera. quæ, nullo quidem domus infortunium nuntiante cuncta cognouerat: sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc nodo reuincta cervice; eíque totum nouercæ scelus aperuit, de adulterio, de maleficio, & quemadmodùm laruatus ad inferos demeasset. Et cùm se diutino plangore cruciasset, concursu familiarium cohibita, tandem pausam luctui* facere. Iámque nono die ritè completis apud tumulum solemnibus, familiam supellectilémque, & omnia iumenta ad hæreditariam deducit auctionẽ. Tunc vnum Larem variè dispergit, vẽditionis incertæ licentiosa fortuna. Me denique ipsum pauperculus quidam hortulanus comparat L. nummis, sed magno, vt aiebat: sed vt eommuni labore victum sibi quæreret. Res ipsa mihi poscere videtur, vt huius quoque seruitij mei disciplinam exponam.*

ſtitu,de quo ſuprà. *Intectis.*] Epexegeſis eſt:nudis & intectis pedibus pro diſcalciatis, & ſine vllo integumento. *Lurore buxeo.*] Expone, vt ſuprà, buxanti pallore, nihil enim ferme buxo pallidius eſt, adeò vt ad pallorem (vt ita dixerim) pallidiſſimum ſignificandum dici ſoleat, buxo pallidior eſt. *Semicanæ.*] ex dimidia parte albicantes,caneſcentéſque. cauſam caniciei, quæ & canitudo dicitur, aliubi explicauimus ex auctoritate Ariſtotelis, Alberti Magni, Alexandri Aphrodiſei, & cæterorum. *Inſperſu cineris.*] Specimen triſtitiæ eſt, inſperſum cinere capillitium, & puluere turbatum. à Columella dicitur cineris recto caſu. *Anteuentulæ.*} comæ anteuentulæ dicuntur, ante frontem propendulæ, quæ & antiæ & capronæ nominatur, quaſi à capite pronæ. In Floridis inquit: Ctines eius præmulſis antiis,promulſis caproneis, anteuentuli & propendi. *Piſtoris.*] Lege piſtori, vt ſit caſus dandi: ſignificat enim mulierem illam ſquallentem & luridam iniecciſſe manum piſtori, eúmque ſe vocaſſe quaſi quædam ſecretò colloqui vellet. *Adducta fore.*} clauſo hoſtio, & foribus firmiter oppeſſulatis. Plaut. Crepuit foris. *Confectum.*} molitum, & mola piſtrinenſi tunſum. *Opifices.*} miniſtri piſtorij. *Propter aſtantes.*] iuxta & prope cubiculum domini. *Supplementum.*} frumentum aliud,vt haberent operarij quod agerent, ne eſſent in piſtrino feriati. *Sepiculè.*} ſæpe:aduerbium eſt, ἐπικέρασμα. *Interuocaliter poſtulantibus.*] ſublata voce inclamantibus piſtorem, ſic in 1. lib. Pulſare vocaliter incipio. eſt autem aduerbium,quod ſignificat ex interuallo inclamaſſe vocaliter, vel voce penitus ſublata.nam hæc particula Inter(vt ſuprà dixi) nonnunquam ſignificat totum: vt interbibere, & intercipere. *Oppeſſulata.*] peſſulis offirmata, clauſaque. ſic in primo,foribus oppeſſulatis intro capeſſit. *Niſi.*] conatu. *E quodam tigillo.*] ex trabe cubiculari ſuſpenſum. De tigno. cuius diminutiuum eſt tigillum, ſcribunt iuriſconſulti, docentes appellatione tigni omnem materiam ad ædificandum idoneam contineri. Vult autem Lucius noſter intelligi, à larua illa quæ induerat mulieris effigiem, fuiſſe piſtorem laqueo peremptum: vt ita vbique magiæ potentiam aſtruat, quæ huiuſce operis eſt argumentum. *Abſolutum,detractúmque ſummis.*} liberatum, reſolutúmque à laquei nodo. *Plangoribus,ſummiſque.*] Diuus Hieronymus, ſcribens de interpretatione Pſalmorum: Siue (inquit)ploratum,ſiue fletum,ſiue lachrymas, ſiue planctum dixerimus, vnus eſt ſenſus:propriè tamen plangere eſt percutere, vnde plangores & planctus pro percuſſionibus, quales & luctu

Digitized by Google

& ægritudine fieri ſolent. Silius inquit: Liuentia planctu brachia,& apud Ouidium:Plangebant corpore terram. *Vltimo lauacro.*] Signat morem priſcorum , apud quos mortui calida aqua lauabantur , iuxta illud Ennianum : Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.Seruius autumat , ideo cadauera lauari ſolita,& per interualla conclamari,quia ſolet plerunque vitalis ſpiritus excluſus putari , qui adhuc eſt incluſus , & homines fallere,qui lauacro refotus & conclamatione excitatus quaſi reuocatur,reſtituiturque. *Feralib.officijs*]Feralia officia ſunt , quæ exhibentur defunctis funerandis, & manibus condendis:qualia quoque parentalia. de his ſuo loco iam dictum eſt. Pugnis obtundens vbera.Talis Anna à Virg. deſcribitur , Vnguibus ora ſoror fœdans,nunc pectora pugnis. *Qua.*] Legendum eſt Quæ , ſcilicet filia:caſu recto. *Ei per quietem.*} Sic apud Virgilium, Dido cognoſcit ſecundum quietem maritalis domus infortunium, cui quieſcenti obtulit ſeſe Sichæus , & inhumati venit imago coniugis Ora modi attollens pallida miris quæ totum Pigmalionis ſcelus parricidiumque retexit. Macrobius refert , oraculum dici,cum in ſomnis parens, vel alia ſancta grauiſque perſona apertè euenturum quid, vel non euenturum , faciendum vitandumve denunciat. Viſio autem eſt , cum id quis videt , quod eodem modo quo apparuerat euenit. *Laruatus.* } larua illa muliebri poſſeſſus , ſtrangulatus , extinctus. aliàs laruari dicuntur furioſi,& mente moti,quaſi laruis exciti , Plaut. Laruæ hunc atque intemperiæ agitant ſenem. vbi intemperiæ ſignificantur quædam deæ , habentes vim nocendi , & per intemperantiam ſæuiendi:quarum meminit Martianus Capella,quas M. Cato in re Ruſtica iubet facto ſacrificio propulſari & prohiberi. *Luctui facere.*] Ex præcepto iuriſconſultorum , qui tradunt ſuſpendioſos lugeri non ſolere. *Pauſam.*] Seneca pauſarium oppido quàm eleganti,nec protrito vocabulo appellat eum , qui remigibus modos dat , & remigandi officium quadam quaſi pauſa moderatur.Lucretius ait , corpuſcula qualia in ſole cernuntur diſcurrere perenniter,nec dare pauſam. Qu. Claudius in Andalibus,Pugnæ facta pauſa eſt. *Nono die completis ſolennibus.*] Ex inſtituto priſcorum fit ſacrificium mortuis nono die , quo ſepultus eſt,quod dicitur nouendiale.hinc Horat. in Epodo : Nouendiale diſſipare puluere,Seruius Virgilianus interpres , enarrans illud ex quinto Æneidos , Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit: morem fuiſſe apud maiores exponit,vbi quis vbique fuiſſet extinctus , vt ad domum ſuam referretur, octauo die incenderetur , nono ſepeliretur. Ludi quo-

que

que in honorem mortuorum celebrantur, nouendiales dicuntur. Donatus quoque in commentario Phormionis tradit, in funere nonum diem inſtaurationem voti habere. Hoc tempore ſeptimo die ſolennia defunctorum peraguntur, ſicut apud priſcos in nuptiis ſeptima dies inſtaurationem voti habebat: ideoque in canonicis Decretis diſtinctione 44. præcipitur, vt nullus presbyterorum ad ſeptimana defuncti ſolennia celebranda vocatus, ſe inebriare vllatenus præſumat. Fuerunt apud priſcos feriæ denicales nominatæ, quæ colebantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. Græci enim neſron mortuum dicunt. Harum feriarum meminit Columella hiſce verbis: Nos apud pontifices legimus, feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere. *Supellectilem.*] Apud antiquos recto caſu dicebatur, ſupellectilis. Quid autem ſit ſuppellex, ſciunt omnes: & docent iuriſconſulti, apud quos elegantivocabulo ſuppellecticarij dicuntur ſerui, qui ſunt in ſupellectile. *Ad hæreditariam actionem.*] Corrige, auctionem. ſignificat enim omnia deducta eſſe ad venditionem hæreditariam, qua ſcilicet bona ex hæreditate prouenientia vendi ſolent. Auctionem autem dici publicam venditionem, ſiue ſubhaſtationem, notiſſimum eſt, ex eo quòd ementem augeat, & vendentem, vt interpretatur Fulgentius Placiades. Apud Plautum paraſitus in Sticho, auctionem facit paraſiticam, vendens iocos ridiculos, & cætera paraſiticæ ſuppellectili congruentia. Apud eundem in Menechmis fit auctio, qua ſerui ſupellex, fundi, ædes, omnia veneant. *Vnum larem variè diſpergit.*] Lar vnus variè diſpergi dicitur, quando bona vnius domus atque familiæ venui ſubiiciuntur, & in auctione diſtrahuntur variis emptoribus: ita vt quæ prius congeſta vno in lare viſebantur, ea mox vendita diſpergantur per plures domos, cuius rei domina eſt fortuna, optimo epitheto licentioſa nominata: adeò vt nulli tantum ſit licentiæ, quantum ipſi fortunæ: quæ magna repentè dat, & data repentè diſpergit. *Venditionis incertæ.*] Nemo neſcit, quàm ſit incerta venditio, quamque multifariam diſtrahatur, in qua multi inſperati inopinatique emptores aſſiſtunt. *Hortulanus comparat.*] Ab horto hortulanus dictus, ſicut ab oleribus olitor, quem Græci cepuron vocant. Plinius & noſtri hortenſia vocant, quæ in hortis ſeruntur, quæ Græcè cepurica dicuntur. Sabinus Tyro librum cepuricôn ſcripſit, quem Mecœnati dicauit. Lucianus ſcribit, aſinum ſuum labore piſtrinenſi factum eſſe emaciatum, ac toto corpore inualidum. ideoque à piſtore venditum eſſe hortulano. verba Luciani ſunt: ἀπὸς

σῶ παύ γίγνομαι, καὶ ἀδύνατε τῷ σώματι, ὥστε, ἵνα με ὁ δεσπότης πωλήσῃ. καὶ δοκοῦντά μοι ἀνθρώπῳ κηπουρῷ τινὶ πιπράσκειν. Id est, Factus sum (inquit) valde attenuatus, & debili corpore, ita vt dominus me diuendere decreuerit, qui me hortulano vendidit. *Magno, vt aiebat.*} scilicet pretio: absoluta locutio est. Martialis: Quod non stat magno, stare Luperce tibi M. Varro in tertio de re Rustica: Piscinæ, inquit, ædificantur magno, secundò implentur magno, tertiò aluntur magno. item apud Satyrographum: Magno seruorum ventres, & frugi cœnula magno. *Sed vt communi.*} meo & suo. *Victum sibi quæreret.*] Narrat Æsopus fabulator, asinum hortulani, cum minimum cibi, plurimum laboris caperet, optasse mutationem seruitutis: qui Ioue annuente, cum figulo venditus fictilia baiularet, sensit grauiorem hanc esse quàm pristini domini seruiturem. item venditus coriario, vt cognouit deteriorem semper conditionem parari, optauit redire ad hortulanam. Hoc apologo commonemur, quòd tunc homines optant priores dominos, cum experti fuerint secundos deteriores: & quòd contenti debemus esse hoc Catonis, nec alienigenos principes expetere: nec nouum velle subire iugum seruitutis, cum semper deterior sit posterior dominatus. *Seruicij mei disciplinam exponam.*] seruitutis.

Matutinò.] Mane atque hora matutina, locutio absoluta, veteribus vsitata. Iuuenalis: Ter matutinò Tiberi mergetur. Plinius dixit meridianò pro hora meridiana. *Proximam ciuitatem.*} Lucianus: ὁ δὲ δεσπότης ἔξωθεν ἐπιβὰς μοι τῶν λαχάνων, ἐκόμιζεν εἰς τὴν ἀγοράν. id est, Dominus hortulanus imponens mihi olera extrinsecus deportabat in forum. *Dorsum insi-*

Matutinò me multis oleribus onustum, proximam ciuitatem deducere cō sueuerat dominus: atque ibi venditoribus tradita mercede, dorsum insidens meum, sic hortum redire. Ac dum fodiens, dum irrigans, cæteróque incurrus labore deseruit, ego tàntisper otiosus tacita quiete recreabar. Sed ecce siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium remeans annus, post mustulentas autumni delicias, ad hybernas capricorni pruinas deflexerat: & assiduis pluuijs, nocturnísque rorationibus, sub dio & intecto conclusus stabulo, continuo discruciabar frigore. quippe cùm meus dominus præ nimia paupertate, ne sibi quidem, nedum mihi,

hi, posset stramen aliquod, vel exiguum tegimen parare, sed frondoso casulæ contentus vmbraculo degeret. Ad hoc, matutinò lutum nimis frigidum, gelúque præacuta frusta nudis inuadens pedibus enitebar: ac ne suetis saltem cibarijs ventrem meum replere poteram. Namque & mihi & ipsi domino cœna par ac similis oppidò, sed tenuis aderat, lactucæ veteres & insuaues illæ, quæ seminis enormi senecta, ad instar scoparum, in amaram cœnosi succus cariem exolescunt.

dens.] Expressit morem rusticorum, qui venditis in vrbe mercibus, dorsum aselli insidentes repetunt villam. *Venditoribus.*] Septimus est casus, vt exponas, tradita à venditoribus mercede olerum, hortulanus ad hortum remeabat. Lucianus planius inquit καὶ παραδοὺς τοῖς ταῦτα πρίαμενοις τὰ λάχανα. id est, tradens olera emptoribus, agebat me iterum ad hortum. *Fodiens.*] Lucianus: καὶ ἐσκαπτε, καὶ ἐφύτευε, καὶ τὸ ὕδωρ τοῖς φυτοῖς ἐπότιζε. id est, & fodiebat, & plantabat, & plantas irrigabat. *Desernit.*} inseruit operi rustico intentus. Posses legere Deserit, id est plantat: propter verbum Luciani, ἐφύτευε. id est Serebat. *Otiosum.*} Græcè ἀργὸς, dicitur. vnde Argonautæ dicti iocularitèr & cum morsu ab Epigrammatista. *Ambagibus.*] circuitibus, vertigine, curriculis. De anno vertente digna memoratu annotaui in Caligula apud Suetonium. *Remeans.*} reuertens, recurrénsque per sua vestigia. Sic Virgilius: Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Inde solis annua reuerticula scienter, nec minus eleganter dixit in Floridis. nam quem circulum sol annuo interuallo permeans metitur, eundem remeans remetitur curriculo statuto, ordinatóque. *Mustulentas delicias.*] Sic suprà optimo epitheto mustulentus autumnus dictus est. Plautus mustulentum ventum festiuiter appellat, auram odorémque ex musto prouenientem. *Capricorni pruinas.*} Lucianus dixit. χειμὼν ἦν. id est, hyems erat. Bruma temporibus Plinij & auorum fiebat octaua in parte capricorni, ad octauum calendas Ianuarij ferè, qua die pulegium floret in carnarijs. Rumpuntur intentæ spiritu membranæ. hic est vnus ex magnis anni cardinibus. Tunc pruinæ, niues, gelicidia mortales infestant. Democritus talem futuram hyemem arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, &

Digitized by Google

circa eum terni. A bruma per incrementa lucis incipit dies augeri. Antiqui portas solis vocarunt cancrum & capricornum, quod in cancro fiat solstitium in capricorno bruma, hoc est breuissimus anni dies. ideo autem his duobus signis hæc duo nomina contigerunt, quòd cancer animal retro atque obliquè cedit: & eadem ratione sol in eo signo obliquum incipit agere retrogressum. Capræ verò consuetudo hæc in pastu videtur, vt semper altum pascendo petat. Sed & sol in capricorno incipit ab imis in alta remeare. Capricornus domicilium est Saturni fœminiuum. Græcè dicitur Ægoceros, sicut carcinos cancer. Lucan. Carcinus ardens, Humidus ægoceros. In prima parte capricorni quicunque habuerit horoscopum, erit rex vel imperator: in 16. parte capricorni quicunque habuerint horoscopum, sex digitos habebunt in manibus. Talis fortasse fuit horoscopus, & sidus natalicium hominis illius, de quo scriptum est libr. 2. Basileon, hoc est Regum: Fuit vir excelsus, qui senos in manibus pedibúsque digitos habebat, id est, vigintiquatuor. Tales eleganti vocabulo Sedigitos, à numero digitorum appellant. Plin. in 11. Digiti, inquit quibusdam in manibus seni. Caij Horatij ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas accepi appellatas: & Volcatium Sedigitum, illustrem in poetica. In vicinia mea hodiéque viuit puerulus sedigitus, quem ego de industria curiosè inspexi, senos digitos habentem in manibus & pedibus: res nota est vicinis omnibus, nec est mendacio locus. *Rorationibus.*]Ros nocturnus humor est, quẽ serenitas tenuiter spargit. Scribit Plinius, rores neque gelu neque ardoribus, neque ventis existere, nec nisi serena nocte: pruinam autem ex rore gelido gigni. inter morbos arborum est roratio, cuius idem Plinius & Theophrastus meminerunt. Roscidæ sunt æstate Africæ noctes. Alcman poeta lyricus dixit, rorem aeris & Iunæ filium: propterea quòd cum luna plena est, aer multum de se roris emittat. *Sub dio.*]sub cœlo, sub aere: quod & sub Ioue dicitur, vnde subdiales ambulationes, & subdialia pauimento scriptoribus celebrata. *In tecto stabulo.*]Designat malam stabuli mansionem, quod nullo tecto, nullis imbricibus tegebatur. *Vel exiguum tegumen.*}Lucianus κακεῖνος οὐδ' αὐτῷ στρῶμα εἶχεν ἀγοράσαι ἐχ ὅτου ἐμοί. id est, & ille non sibi ipsi stratum poterat parare, nedũ mihi. *Lutum nimis frigidum.*] πηλὸν ὑγρὸν καὶ πάνυ σκληρὸν καὶ ὀξὺν ἐπάνω. id est, lutum humidum & nimis asperum atque acutum calcabam nudis pedibus. *Nudis pedibus.*]Græcè, ἀνυπόδητος. Aristophanes, ἀνυποδήτους, id est, discalciatis & nudis pedibus inambulantes philosophos illudit atque subsannat. *Ne suetis cibarijs.*}Consuetudo magna res est, & vt est in veteri Græcorum prouerbio,

ἀνεμώνης

ἀχρίσις ἐτέρα φύσις, consuetudo altera natura. Ideóque Aristoteles in septimo Ethicorum : Consuetudinem (inquit) mutare difficile est, quòd naturæ assimilatur. & vt auctor est Galenus, maximus Hippocratis interpres : Omnis repentina mutatio præter consuetudinem, nocet corporibus nocumento maximo. Dignum est scitu , memoratúque illud Hippocr. qui libro de Regimine acutorum scribit: Homini durato membra subdio, noxium esse molli cubili & culcitra iacere præter solitum.idem auctor est, cibos viles illaudabilesque, si ex consuetudine sint, vtiliores esse quàm insolitos, quamuis precioſos & esculentos. igitur cum immutatio cibi sueti noceat hominibus, eadem nouitate vexatum sese esse Lucius noster ostendit. Aristot. in problematis refert, mutationem cibi & aquæ esse insalubrem. *Oppido.*]id est,valde.*Cœna par.*} Hortulanus & asinus eadem cœna vescebantur,eadem olera esitabant. *Lactucæ veteres.*]Lucianus appellat ἐρίδακας πικρὰς ἐν σκληράς. id est, lactucas amaras & præduras. Inter genera lactucarum pessimum genus est picris, quam ita(auctore Plin.)cum exprobratione amaritudinis appellauere , & genus vnum sessile nuncupatum , quod Laconicon vocant,maximè celebratum:de quo Martial. Sessilesque lactucas.ab eodem dicitur sedens lactuca,illo versu : In quibus & lactuca sedens , & sectile porrum. Inter lactucas siluestres ea est quam caprinam vocant , qua pisces in mare deiecta protinus necantur,qui sunt in proximo. Hieracia vocatur lactuca quædam, quoniam eam accipitres scalpendo , succoque oculos tingendo, obscuritatem oculorum discutiant. ἱέραξ enim Græcè dicitur accipiter. Est alia quoque lactuca amara , atra quam meconidem vocant , à copia lactis soporiferi. μήκων enim Græco vocabulo papauer nominatur. Nigræ sunt lactucæ , quarum semen mense Ianuario seritur: albæ , quarum Martio : rubentes,quarum Aprili. in Valeria familia Lactucini cognominati sunt,ab honore lactucæ. *Ad instar scoparum.*]Dicit se esitasse lactucas , quarum semen senecta erat decoloratum , quæ carioſa veci amaritudine & aspredine scopas repræsentabant. Castor oxy myrsinem vocauit ruscum,ex quo ruri fiunt scopę Fiũt enim scopæ ex variis fruticibus. olim fiebant ex palma ; quod testatur Epigrammatista, cùm ait:In precio scopas testatur palma fuisse. hinc est illud Horatianum , Ten varios lapides luturlenta radere palma. Scoparius scito elegantíque vocabulo dictus minister conuerritor : hoc est , qui scopis pauimenta conuerrit, & reliquias cœnæ detergit. Vlpianus,instrumento fundi,si villa cultior sit, scoparios accedere tradit.Antiquitas(vt do-

cet Auguſtin.) deam Deuerram coluit, dictam à verrendo. Diminutiuum à ſcopa, fit ſcopula: quo vtitur Columella. *Cænoſi ſuccus.*] pro ſucci lutulenti. Plaut. conſimiliter dixit, Lectus concaluit locus, pro lecti. veteres prælicenter declinationes immutabant, apud quos ſenati pro ſenatus, tumulti pro tumultus, victi pro victus. & econtrariò ſuccus pro ſucci, lectus pro lecti, & alia id genus ſexcenta facilè reperies. alibi eadem formula dixit ſuccum, pro ſuccorum. *Exſoleſcunt.*] euaneſcunt, & quaſi deperdito ſapore degenerant.

Illunæ caliginis.] Illuna caligo dicitur obſcuritas noctis denſa, craſſa, tenebricoſa: quando cœlum eſt ſine luna, & quando nullus lunæ ſplendor illuminat: dicitur illuna, & illunis: vt exanima, & exanimis. ex particula priuatiua in, & luna, dictione compoſita. Plin. in epiſtolis: Nox non qualis illunis & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. *Cohibitus.*] coercitus, retardatus, aberrãs: ſic olim Cæſar dictator via deceſſit, diúq; errabundus tandem ad lucem per anguſtiſſimos tramites euaſit rediitq; ad rectum iter. *Comiter.*] hilarè, lubenter, benignè. Comes ho-

*Nocte quadam paterfamiliâs, * qui pago proximo, tenebris illunæ caliginis impeditus, & imbre nimio * madefactus, atque ob id ab itinere directo cohibitus, ad hortum noſtrum iam feſſo equo * diuerterat. Receptúſque comiter pro tempore, licèt non delicato, neceſſario tamẽ quietis ſubſidio remunerari benignum hoſpitem cupiens, promittit ei, de prædiis ſuis ſeſe daturum & frumenti & olíui aliquid, & amplius duos vini cados. Nec moratus meus dominus, ſaculo & vtribus vacuis ſecum apportatis, nudæ ſpinæ meæ reſidens, ad ſexageſimum ſtadium profectionem comparat. Eo iam confecto viæ ſpatio, peruenimus ad prædictos agros. ibíque ſtatim meum dominũ comis hoſpes opiparo prandio participat. Iam * his, poculis mutuis altercantibus, mirabile prorſus euenit oſtentum. Vna de cætera cohorte gallina per mediam curſitans aream, clamore genuino velut ouum parere geſtiẽs perſonabat. Eam ſuus dominus intuens, ô bona, inquit, ancilla, & ſatis fœcunda, quæ multo iam tempore nos quoti-

quotidianis partubus ſaginaſti, nunc etiam cogitas, vt video, guſtulum nobis præparare. Et, Heus (inquit) puer, calathum fœtui gallinaceo deſtinatum, angulo ſolito collocato. Ita vti fuerat inſſum procurante puero, gallina conſuetæ lecticulæ ſpreto cubili, ante ipſos pedes domini præmaturum, ſed magno prorſus futurũ ſcrupulo, prodidit partum. nõ enim ouũ quod ſcimus, illud, ſed pinnis & vnguibus, & oculis & voce etiã perfectum edidit pullum, qui matrem ſuam continuò cœpit comitari.

mines (vt alibi dictum eſt) benigni, faciles, ſuaues eſſe dicuntur: vt docet M. Tul. in oratione pro Cornelio Balbo. *Pro tempore.* Ratio temporis facit, vt hoſpitium ſordidum videatur aliquando pretioſum, vt panis vnus eſurienti datus maximi beneficij loco ſit. *Remunerari hoſpitem cupiens.* Nihil eſt tam laudabile (vt inquit veriſſimè Seneca) quàm referre benemeritis gratiam: honeſtiſſima contentio eſt beneficiis beneficia vincendi. In referenda gratia imitari debemus agros fertiles, qui multo plus afferunt quàm acceperunt: & nos quoque beneficium reddere maiore menſura, & remunerari decet. Maiores noſtri ſcienter Gratias ita pingebant, vt vna auerſa, duæ nos reſpicerent: ſic docentes, profectam à nobis gratiam, duplicem reuerti debere, & remunerationem largiori menſura eſſe rependendam. Qui tantum retulit quantum accepit, ingratus videri poteſt: qui ſerit beneficium, metere debet fructum. Turpe eſt beneficiis vinci, vt turpe reddere beneficium ſine fœnore: Sit nobis exemplar remunerationis Artaxerxes, qui mille daricis & phiala aurea remuneratus eſt ruſticum, à quo hauſtam manibus è flumine aquam pro munere oblatam libens acceperat, nil aliud habens quòd elargiretur. Etenim beneficium non tam in eo quod fit aut datur conſiſtit, quàm in ipſo dantis animo, aut facientis. Alexander Macedonum rex gloriari ſolebat, à nullo ſe beneficiis victum. Sylla ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit, à nullo ſe amico beneficentia ſuperatum. & nos pro virili parte laboremus, vt meritò poſſimus gloriari, à nullo nos in gratia referenda victos eſſe. Quod fecit hic paterfamilias, hortulani hoſpitio comiter receptus, qui remunerari hoſpitem cupiens, promiſit ſe daturum affatim frumenti, olei, & vini, vt ita pro cœna & vnius noctis hoſpitio

Digitized by Google

annuum victum rependeret. In libello prouerbiorum retulimus ἀντιπλαγεῖν καὶ ἀντιπλάγησι prouerbio Græco vſurpari,pro retributione beneficij & remuneratione : quòd à ciconiis ductum eſt,quæ inter aues piæ nominantur , quæ parentes ſenio defectos , & remigio alarum laſſeſcentes educare ac ſuccolare dicuntur. *Duos vini cados.*]Cadi vaſa ſunt , quibus vina conduntur:quod ſat compertum eſt ex lectione Virgilij , ita ſcribentis: Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Hortenſius (vt inquit Varro) cados amplius decem hæredi reliquit. *Oliui aliquid.*}olei.oliuitatem & oleitatem veteres poſuerunt pro olei vindemia.oliuinam dixit. Plautus pro oliui,id eſt,olei prouentu & copia: ſic ſcribens in Pſeudulo , oliuinam domi habet maximam. *Saeculo.*] ad frumentum recondendum. *Et viribus.*] ad oleum & vinum deportandum : ſunt enim vtres & vinarij & olearij. *Vnde ſpinæ.*] ſine ſtrato iumentario. *Ad ſexageſimum ſtadium.*]Stadium 25 noſtros efficit paſſus:hoc eſt , pedes ſexcentos 25.octaua pars eſt miliarij. *Comis hoſpes.*] paterfamilias, quem comiter hoſpitio paulo antè hortulanus acceperat : qui comis dicitur,benignus,ſuauis , facilis , vt ſuprà dixit. *Opipari prandio.*]lauto & copioso. Antiqui opiparum dixerunt apparatum,magnarum opum. *His altercantibus mirabile.*]viciſſim ſe prouocantibus ad pocula haurienda. M. Tul. in Verrinis : Fit ſermo(inquit)inter eos, & inuitatio , vt Græco more biberetur, hoſpes hortabatur , poſcunt maioribus poculis. Pedianus Aſconius,doctiſſ. interpres : Poſcunt,inquit,pro prouocant intelligendum eſt : vt ſit ſenſus,prouocant ſe inuicem. itidem exponit Nonius. in hoc quoque loco accipiendum eſt eodem intellectu. His altercantib. vt ſcilicet ſignificet illos prouocaſſe ſeſe inuicem ad bibendum , & alterum alteri mutuis poculis in altercatione vinaria annuiſſe. *Vna de cohorte gallina.*] Cohortem dicimus ſepimentum , intra quod gallinæ concluſæ paſcuntur. inde cohortalis gallina Columellæ dicta , quæ vulgo per omnis ferè villas conſpicitur.idem præcipit : Cohors , per quam vagantur gallinæ,non tam ſtercore quàm vligine careat.M. Varro cohortes in fundo magno duas faciundas eſſe cenſet, lib. primo de Re ruſtica : vbi indicat , non tam vſui gallinis , quàm etiam pecudibus,cohortes exædificari.Eſt autem dictio cohortis modò trium modò duarum ſyllabarum apud poetas. Ouid. Abſtulerat mutas illas cohortis aues. Martialis : Accipe cortis aues:Græci cohortalem officinam vocant ornito trophion, à gallinis paſcendis. *Genuino.*]ingenito, inſito , innato. pipare autem,gallinæ propriè dicuntur,ſicut grunire peculiare eſt porcorum

corum.balare ouium.M.Varro:Mugit bos,ouis balat, equi hinniunt,gallina pipat. Columella glocientes gallinas vocat, quæ oua incubant. Idem de pullicinis loquens inquit: Animaduertat an pulli roſtellis oua procuderint,& auſcultet ſi pipiant. Prodigioſtento autem duci, ſi gallina cecinerit, teſtis eſt Terent. qui in Phormione inter monſtra & hoc memorat,Gallina cecinit, interdixit ariolus: exponit Donatus, obſtetricum eſſe obſeruationem,in qua domo gallina canat. *Quotidianis paritibus.*] Gallinæ(vt auctor eſt Plin.in 10.)quotidie pariunt,aliquæ bis die, aliquæ in tantum vt effœtæ moriantur. Hadriani laus maxima.ex Ariſtotele hoc totum Plinianum,vt pleraque alia, tranſpoſitum eſt,qui in ſexto de animalibus volumine ſic refert: Hadrianæ gallinæ paruo quidem ſunt corpore,ſed quotidie pariunt: ferociunt tamen, & pullos ſæpe interimunt. nonnullæ è cohortalibus bis die pariunt: iam aliquæ in tantum copiæ prouenerunt,vt effœtæ breui morerentur. Albertus Magnus, Ariſtotelis ſimia,non tam verba Ariſtotelica penſitans,quàm ſenſa perpendens, hallucinatur, qui in ſexto de animalibus lib. & ipſe ſcribens de ouis gallinarum, ſic inquit: Quædam ſunt gallinæ quotidie parientes,quæ Adriani regis vocantur. Credidit Albertus, Adrianas gallinas dici ab Adriano rege, qui poſt Ariſtotelem magno interuallo, immò poſt Plinium Romæ imperauit: cum Adrianæ gallinæ ab Adria Italiæ ciuitate nomen acceperint. Peccat ſubinde talibus in rebus ille alioqui magnus philoſophus, qui dum cœleſtia contemplatur, quæ ſunt ante pedes non ſpectat:cui contingit,quod Thaleti Mileſio,qui fertur,cum domo exiret ſpectandorum ſiderum cauſa, in ſubiectam foueam decidiſſe.Hinc illud falſe dictum emanauit:Quod eſt ante pedes non ſpectat,dum cœli ſcrutatur plagas. Sed vt ad rem redeamus:fœcunda nimirum & bona ancilla illa gallina eſt dicenda,quæ quotidie parit, quæ quotidianis ouis dominum ſaginat. iuuencæ gallinæ plura quàm veteres pariunt, ſed minora. quædam gallinæ omnia gemina oua pariunt,hoc eſt geminos vitellos habentia,& geminos interdum excludunt,vt Cor.Celſus auctor eſt:alterum maiorem.alioqui negant omnino geminos excludi. *Guſtulum.*]Pro guſtulo & ientaculo matutino multis ſunt oua ſorbilia,quo guſtulo nihil(me iudice)eſt iucundius: & nullus eſt alius cibus,qui ulat, neque oneret, ſimúlque vini vſum & cibi præbeat. luteum oui(ſic enim à Plinio dicitur vitellus) deuoratum liquidum, ita vt dentibus non attingatur, prodeſt tuſſientibus thoracis diſtillationibus,faucium ſcabritiei. Ouum durum(vt ſcribit Cor. Celſus)valentiſſimæ materiæ eſt: molle vel

ſorbile,imbecilliſſimæ. idem oua ſorbilia inter euchyla numerat, hoc eſt boni ſucci cibaria. *Puer.*] O miniſter. *Calathum collocato.*] Colloca,inquit, ô puer vaſculum vimineum ad ouum fœtificantis gallinæ excipiendum in gallinatiis diſponi ſolent alueoli lignei,& ciſtulæ vimineæ,quib.pro cubilib.gallinæ vtũtur,in híſque fœtificãt.ideóque vt præcipit Columella,mundiſſimis paleis & ſtramentis debent eſſe gallinarum conſtrata cubilia. *Conſuetæ lecticulæ.* } Id eſt,cum noluiſſet ſolitum cubile & quaſi lecticulam petere, in qua conſueuerat molliter cubans oua parere. *Præmaturum,&c.prodidit partum.*} Signat gallinam peperiſſe:neque ex oui incubatu, ſed repente pullum proſiliſſe: quod ſanè monſtrificum fuit, & dirum. Nam cum gallina ſit ex genere ouiparo,debet prius parere ouum, mox ex rupto putamine oui pullum excludere, qui partus eſt naturalis. nunc, fœtura præpoſtera peperit pullum abſolutum. Ouorum mentio ſubmonet me, vt nobilium ſcriptorum diſcordes ſententias ſuper ouis hoc poriſſimum in loco perpendamus. Columella ex ouis acuriſſimis longiſſimíſque gigni mares, ex rotundiſſimis fœminas tradit. Columellæ adſtipulatur Plinius noſter in decimo : Fœminam, inquit, edunt quæ rotunda gignuntur:reliqua mares: Hoc idem ſentire videtur & Horatius Flaccus, qui in Sermonibus probans oua oblonga ait, Namque marem cohibent calloſa vitellum:quæ ſaporis quoque gratioris eſſe putat. & hæc noſtri inter ſe concinentes prodiderunt. Attende quæſo reliqua. Albertus ille Magnus, mirandúſque in phyſicis rebus, ſic ſcribit in 6.de Animalibus : Dicit Ariſtoteles, quòd oua longa & acuta producunt mares, rotunda fœminas.& hoc eſt falſum omnino:& vitium fuit ex ſcriptura peruerſa, & non ex dictis Philoſophi. propter quod dicit Auicenna, quòd ex rotundis & breuibus ouis producuntur mares & galli, ex longis autem & acutis ouis producuntur gallinæ. & hoc concordat cum experientia, quam nos in ouis experti ſumus, & cum ratione.hactenus Albertus Magnus : ex cuius verbis colligimus, codices Ariſtotelis tempore ipſius Alberti & congruiſſe cum ſententia Plinij & Columellæ, ſuper ouis,progenerantibus fœminas & mares. & ita ego opinor Ariſtotelem ſcripſiſſe: & Plinium, qui Ariſtotelis quaſi interpres eſt luculentus, in natura maximè animalium, id ex ipſo mutuatum eſſe : nec credo Alberto, vitiatos eſſe codices Ariſtotelicos, etiamſi experientia euidenter oſtenderet ex rotundis ouis mares, ex acutis fœminas gigni. Igitur vt peregrè iſta cõcludamus, ſẽſit Ariſtoteles, & ſcripſit, ex rotũdis progenerari fœmi-

fœminas,ex acuminatis mares: idem Columella, Plin. Horat' ſenſere,ſcripſeréque, Ariſtotelem ſecuti. Nunc verò in libr.Ariſtotelis ſexto legitur,prout correxit Albertus Magnus,ne magiſter à diſcipulo diſſidere videatur: ſed vetus Ariſtotelica lectio eſt illa,quam vitiatam dixit Albertus, quam ſecutus eſt Plin.ne noſtros inſcitiæ arceſſamus aut incuriæ. an verò experientia reclamet,gallinarius ſuper hoc eſt conſulendus: modò nobis conſtet,Ariſtotelem fuiſſe in ea hæreſi,vt ex acutis ouis mares gigni crederet,ne Plin. Ariſtotelicus ab Ariſtotele deuius videatur:ne Columella,omnis villicationis conſultiſſimus, in re villatica lapſus iudicetur. Ratio verò quam affert Albertus, ex auctoritate Auicennæ,quòd ex ouis rotundis mares producantur,haudquaquam à nobis refellenda eſt. Dij enim mentem meliorem mihi,quàm vt aduerſus tantum in philoſophia virum hiſcere audeam:ſed philoſophicas phyſicáſque haſce rationes phyſici philoſophi diſcutiant,trutinent,examinent. Nobis ſatis eſt,ſi quæ hiſtorica ſunt,vendicamus.

*Nec ego ſeciùs longè maius oſtentum, & quod meritò perhorreſcerent, exoritur. Sub ipſa enim menſa, quæ reliquias prandij gerebat, terra * dehiſcens imitùs, largiſſimus emicuit fons ſanguinis. Hinc reſultantes vberrimæ guttæ,menſam cruore perſpergunt: ipſóque illo momento, quo ſtupore deſixi mirantur ac trepidant diuina præſagia, concurrit vnus è cellavinaria,nuntians omne vinum, quod olim diffuſum fuerat,in omnibus dolijs feruenti calore, & prorſus vt igni copioſo ſubdito rebullire. * Viſa eſt interea muſtela mortuum ſerpentem forinſecùs mordicùs attrahens: & de ore paſtoricij canis virens *exiliuit ranula: ipſúmque canem,qui proximus conſiſtebat, aries appetitum vnico morſu ſtrangulauit. Hæc tot* & talia,ingenti pauore domini illius, & fa-*

Maius oſtentũ.] Oſtentum Labeo diffinit, eſſe contra naturam cuiuſque rei genitum, factúmque. Duo autem ſunt, vt inquit Vlpianus,genera oſtentorum: vnum, quoties quid contra naturam naſcitur: vtputa tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis,quæ naturæ cõtraria eſt. alterum eſt, quod prodigioſũ videtur. Oſtenta autẽ dicũtur,vt Cicero & diuus Auguſtinus docent, ab oſtendendo,quia oſtendunt aliquid

futurum:ſicut mõ ſtra , quia monſtrant: & prodigia , quia prædicunt. Aliàs oſtentum, vt ſæpe diximus, participium eſt,quod ſignificat oſtentatum. M Cato: Ager oleto conſerundo,qui in ventum fauonium ſpectabit , & ſoli oſtentus erit,alius bonus nullus erit. *Reliquias prandij*]Scribit Plutarchus in problematis,quod menſam vacuam tolli non ſinebant, ſed cum adhuc aliquæ reliquiæ ſupereſſent:ita interpretantes,aliquid ſemper in futurum de eo quod nunc abeſt,relinqui oportere,& per hodiernum diem craſtini meminiſſe:an,quod vrbanum & elegans putarent comprimere appetitum,& præſentibus præparatiſque cibarijs abſtinere : an potius, quod nihil ſacrum inane ac vacuum relinqui oportet,menſa autem ſacra eſt. *Imiùs.*] Aduerbium eſt. ab imò deriuatur,quod ſignificat in imo intra profunda & interiora terræ viſcera:ſicut penitùs,penè intus dicitur. *Fons ſanguinis.*} Auguſti Cæſaris principatu Romæ trans Tyberim è taberna meritoria olim terra erupit,fluxítque toto die ſine intermiſſione: ſignificans Chriſti gratiam ex gentibus. Oſtentum autem videtur maximum fuiſſe , fons ſanguinis terra dehiſcente prorumpens:ſicut inter prodigia apud antiquos habebatur , quoties nunciabatur ſanguinem pluiſſe,& carnem, Phyſici nullum portentum eſſe autumant , ſi ſanguineus imber , aut fons ſanguinis exiliiſſet,aut fluuius atratus profluxiſſet:aſſerentes nihil fieri poſſe ſine cauſa : Nec enim (inquiunt) ſanguis ille verus eſt,qui niſi ex corpore eſſe non poteſt : ſed decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena , maximè poteſt ſanguini ſimilis eſſe : & ita cuncta referunt ad cauſas naturales, quas qui ad liquidum noſcere potuit,fœlix eſt,vt canit poeta. Verùm (vt inquit Plinius noſter)multa ſunt in naturæ maieſtate abdita,adhuc nobis incomperta. *Præſagia.*]Quæ Græci Prognoſtica dicunt,noſtri præſagia appellant.præſagere eſt,futura antè præſcire.inde præſagatio,& præſagia:auctor M.Tul.in primo de Diuinatione. *Diffuſum.*]Vina propriè diffundi dicuntur,quando defecata in doliis condũtur,Plinius in 14. Vina,inquit,diffundi ſolita apparet. Vina defecati atque diffundi Higinus ſuadet,poſt confectam brumam.ſic ſcriptores omnes,vina diffuſa nominant.Horatius:Vina bibes iterum Tauro diffuſa. Iuuenalis: Ipſe capillato diffuſum conſule potat. *Doliꝭ fermenti calore.*]Vaſa vinaria ſunt,quod nullus ignorat.

*milia totius , ad extremum ſtuporem * deiecerant animos , quid prius,quid ve poſterius , quid magis , quid minus numinum cœleſtium lemendis minis, quot & qualibus procuraretur hoſtys.*

Digitized by Google

rat. Illud annotandum, quod memorat Iulianus iurisconsultus, qui scribit, vasa vinaria propriè esse vasa: torcularia autem & seria tandiu in ea causa esse, quandiu vinum habeant: cum sine vino esse desierint, in eo numero non esse, quoniam ad alium vsum transferri possunt: veluti si frumentum in his recondatur. *Rebullire.*] Prodigii loco & hoc fuit, quòd vina, quæ iampridem feruere desierant in dolijs condita, tunc repentè rebullirent: non aliter quàm si ignis copiosus subditus fuisset: musti feruor primus & naturalis nouem fermè diebus vt plurimùm peragitur, mox deferuescit: auctor Plin. *Mustela.*] Aliud præsagium, quòd scilicet mustela serpentem peremisset, & peremptum mordicus traheret: cum contrà potius debuisset à serpente mustela enecari, trahíque. Plinius, Solinus, & cæteri prodiderunt, mustelarum virus esse exitio basiliscis, qui & ipsi mustelas necant simul odore, cõmoriuntúrque, & naturæ pugnam conficiunt. Mustelarum duo sunt genera, alterum syluestre, alterum domesticum: græci vocant ictidas. hæc autem quæ in nostris domibus oberrat, & catulos suos (vt inquit Cicero) quotidie transfert, mutátque sedem, serpentes prosequitur. vulgo receptum est mustelam dira portendere, si viatori iter interruperit. apud Plautum in Sticho parasitus pro auspicio optimo accipit, quòd mustela murem abstulit: mox cum parasitario parum prosperè procederet, damnans augurium mustelæ inquit: Certum est mustelæ posthac nunquam credere: nam incertiorem nullam noui bestiam, quin & ipsa decies in die mutat locum. *Forinsecùs.*] foras: aduerbium est, eadem formula dictum qua extrinsecus, Apud Terentium pro monstro est, anguis per impluuium decidens de tegulis. *Virens ranula.*] Est parua rana, in arundinetis & herbis maximè viuens, muta, ac sine voce viridis: quæ si fortè hauriatur, ventres boum distendit: auctor Plinius in 32. Annotandum est obiter quod tradit Democritus, si quis extrahat ranæ viuenti linguam, & eam imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti, quæcunque interrogauerit, vera responsuram. Addunt magi, arundine transfixa ranæ natura per os, si furculus in menstruis defigatur à marito, adulteriorum tædium fieri: quæ si vera sunt, multos vtiliores vitæ existimantur ranæ, quàm leges. Signum est tempestatis & pluuiæ coaxatio ranarum, cum vltra solitum vocales sunt. hinc scitum illud M. Tullij ex epistolis ad Atticum: Pluuias metuo, ranæ *ἐπῳδοῦσιν*. id est, rhetoricantur: hoc est, canoræ sunt, & instar oratoris vocales, quæ quidem res pluuias præsagat. *Strangulauit.*] Omnia hæc nimirum prodigiosa monstrificáque sunt, quòd mustela serpentem mordicùs traxerit, quòd rana viridis

ex ore canis paſtoralis exilierit, quòd canem vaſtum formidandúmque aries vno morſu ſtrangulauerit. *Deiecerant animos.*] affli xerant, & ſtupore attonitos animos effecerant, vt ignari eſſent, incertíque quid potiſſimum eſſet expiandum. Græcè ἔκστασις dicitur mentis exceſſus, quem noſtri pudorem interpretantur, In pſalmis vbi ait propheta, ἐν τῇ ἐκστάσει, tranſtulit Hieronymus in exceſſu mentis meæ. aliter, in ſtupore & admiratione mea. *Qualibus ho.*] vtrum ſcilicet maioribus an minoribus. nam quædam prodigia procurare priſci ſolebant maioribus hoſtiis, quædam minoribus partim etiam lactentibus. Liuius: Decretum eſt, vt ea prodigia partim minoribus hoſtiis, partim lactentibus procurarentur. hoc idem ſæpe apud eundem: præterea in eligendis bidentibus cauebatur, ne haberent caudam aculeatam, nec linguam nigram, nec aurem ſiſſam probabantur & iniuges hoſtiæ: hoc eſt, quæ nunquam domitæ ac iugo ſubditæ fuiſſent. Hinc eximiæ & egregiæ victimæ vocabulum in ſacrificiis, non tam poeticum epitheton, quam ſacerdotale nomen eſt. Adde & illud, quòd hoſtias quaſdam animales vocabant, quare ſola anima deo ſacrabatur.

Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidinis torpidis, accurrit quidam ſeruulus, magnas & poſtremas domino illi fundorum clades annuntians. Namque is adultis iam tribus liberis, doctrina inſtructis, & verecundia præditis, viuebat glorioſus. His adoleſcentibus erat cum quodam paupere, modicæ caſulæ domino, vetus familiaritas. At enim caſulæ conterminos magnos & beatos agros poſſidebat vicinus potens, & diues, & iuuenis factio, & proſapiæ maiorum gloria malè vtens: pollénſque factionibus, & cuncta facilè faciens in ciuitate, hoſtili modo vicini tenuis incurſabat pauperiem, pecua trucidando, boues abigendo, fruges adhuc immaturas obterendo. Iámque * tota frugalitate*

Torpidis.] attonitis, ſtupentib. & quodam animi ſimul & corporis torpore defixis. *Poſtremas.*] peſſimas ſcilicet & exitiales C. Gracchus poſtremiſſimum dixit, intelligi volens peſſimum & poſtremæ conditionis ac loci. *Aduls. trib. lib.*] Videtur alludere ad ius trium nātorū, quo immunitate donabantur, tanquam numerus trium liberorum foret pleniſſimus. Plato in Legibus numerum libero-

*tate ſpoliatum, ipſis etiam glebulis exterminare geſtiebat: finiúmque inani commota quæſtione, terram totam ſibi *vẽdicabat. Tunc agreſtis, verecundus alioquin, auaritia diuitis iam ſpoliatus, vt ſuo ſaltem ſepulchro paternum retineret ſolum, amicos plurimos ad demonſtrationem finium trepidans eximiè corrogarat. Aderant inter alios tres illi fratres, cladibus amici quantulum ferentes auxilium. Nec tamen ille veſanus tantillùm præſentia multorum ciuium territus, vel etiam confuſus, licèt non rapinis, ſaltem verbis tẽperare noluit: ſed illis clementer expoſtulantibus, feruidóſque eius mores blanditiis permulcentibus, repentè ſuã ſuorúmque carorum ſalutem quàm ſanctiſſimè adiurans adſeuerat, parui ſe péndere † totam mediatorum præſentiam. Denique vicinum illum auriculis per ſuos ſeruulos ſublatum, de caſula longiſſimè, ſtatímque proiectum iri. Quo dicto inſignis indignatio totos audientium pertentauit animos. Tunc vnus è tribus fratribus incontanter & paulo liberiùs reſpondit. fruſtra eũ ſuis opibus confiſum, tyrannicam ſuperbiam comminari: cùm alioquin pauperes, etiam liberali legum præſidio, de inſolentia locupletum conſueuerint vindicari. Quod oleum flammæ, quod ſulphur incendio, quod flagellum Furiæ, hoc & iſte ſermo truculentiæ hominis*

rum ex duob. abſolutum eſſe, perfectúmque autumat, maſculo ſcilicet & fœmina. *Verecundia.* ¶ Laus probiſſimorũ filiorum, vt eruditi eſſent & verecundi: eſt enim verecundia optimũ in adoleſcente ſignũ & virtutis color: vt dicere ſolebat Cynicus Diogenus, & memorat Seneca. Contrà ſenem ex eo nemo laudat, quòd ſit verecundus: quoniam (vt inquit Ariſt. in 4. Ethic.) non ſenili ętati conuenit verecundia, ſed iuuenili. proinde laudamus ex iuuenibus verecundos, cum ſeniorem nemo ex eo probet quòd ſit verecundus. Plaut. patet inquit: decet verecundum eſſe adoleſcentem Argyrippe. Impudentia & inuerecundia nullum habent cum virtute cõmercium: quãuis interdum inuerecundia lucroſa ſit quibuſdam,

Digitized by Google

qui oris præduri sunt, & frontem perfricuerunt. Prouerbium est apud Græcos, Θεὸς ἡ ἀναίδεια, Dea est impudentia: de his qui ob inuerecundiã quandam & impudentiam vtilitati consulunt: auctor est Theophrastus ὕβριν καὶ ἀναίδειαν παρὰ τοῖς ἀβλωβήτοις τῇ σώματι. id est, Contumeliæ & impudentiæ Athenis esse aras & fana. quod vt vitiosum improbat M. Tull. cum virtutes, non vitia deceat consecrare. *Pollens factio.*] Et ad diuitias, quas antiqui factiones dixere, & ad clientum sequelam referri potest, Tales autem sunt formidandi, cum non parêre legibus, sed imperare didicerint. *Vicini te.*] Laudant annales Pompeium vel ex hoc Magni cognomento dignissimum, quod nunquam agrum conterminum, nunquam vicini fundum mercatus sit. Contra insectatur Horatius Flac. eos diuites, qui vicinos pauperes reuulso termino fundis exturbant, & laribus expellunt: qui diuitias mutilas esse existimant & mancas, nisi vicini agellus accesserit. sic enim scribit in secundo Carminum: Quid quod vsque proximos reuellis agri terminos. Et vltra limites clientum salis auarus: Pellitur paternos in sinu ferens deos, Et vxor & vir, sordidósque natos. Idem in Sermonibus taxat votum illud cupidorum: O si angulus iste proximus accedat, qui nunc denormat agellum. Quintil. in ea declamatione quæ inscribitur Apex pauperis, inducit pauperem de vicino diuite & pollente opibus sic querentem: Quod ciues pascebant nunc diuitis vnus hortus, postquam proximos quosque reuellendo terminos, agros locupletis latius inundauit æquatæ solo villæ. Et excisa patria sacra, & cum coniugibus paruísque liberis respectantes patrium larem,

*nutrimento fuit. Iámque ad extremam insaniam vecors, suspendium sese & totis illis, & ipsis legibus mandare proclamans, canes pastoricios, villaticos, feros atque immanes, adsuetos abiecta per agros * exiccare cadauera, præterea etiam transeuntium viatorum * passibus morsibus alumnatos, laxari, atque in eorum exitium inhortatos, immitti præcipit. Qui simul signo solito pastorum incensi atque inflammati sunt, furiosa rabie conciti, & latratibus etiam absonis horribiles, eunt in homines: eósque varijs aggressi vulneribus distrahunt ac lacerant; nec fugientibus saltem compescunt, sed * eos magis irritatiores sequuntur.*

larem, migrauerunt veteres coloni, & latæ ſolitudinis indiſcreta vnitas facta eſt. hæc Quintil. Et profectò mala res eſt, vicinus malus: vt inquit Heſiod. πῆμα κακὸν γείτων. Columel. de vicini improbitate conqueritur: Multi propter iniuriam vicinorum ſedes ſuas profugerunt. ſic Pelaſgi. ſic Siculi, ſic Aborigines, patrium ſolum reliquere, quia malos vicinos ferre non poterant. Iure igitur M. Porcius Cato talem peſtem vitandam cenſuit, præmonens paraturos agrum ante omnia intueri debere vicinum, & quo facto contermini viuant. Hinc ſcitum illud Themiſtoclis, qui cum fundum venderet, præconem iuſſit proclamare, γείτονα χρηστὸν ἔχει. id eſt, vicinum bonum habet: tanquam ex vicini bonitate ager vendibilior cenſeretur. *Pauperiem.*] Significanter locutus eſt. nam, vt ſuprà diximus, pauperies eſt immunda, paupertas eſt honeſta: pauperies meritò vitanda, paupertas appetenda. Horat. Magum pauperies opprobrium iubet Quiduis & facere & pati. *Pecua.*] pecora: declinatio priſca, vt antè iam diximus. *Boues ibi.*] In hanc ſententiam ſic refert ſatyricus poeta: Nocte boues macri, laſſóque famelica collo Armenta ad virides huius mittuntur ariſtas. Nec priùs inde domum, quàm tota noualia ſæuos. In ventres abeant, vt credas falcibus actum. Dicere vix poſſis, quàm multi talia plorent, Et quot venales iniuria fecerit agros. *Frugalitate ſpo.*} Attende nouè quidem poſitum, ſed eleganter, frugalitate pro frugibus, & frugum meſſe. ſic oleitas pro olei vindemia ponitur. aliàs frugalitatem dicimus temperantiam & parcitatem, quæ (vt Auguſtin. & Cic. teſtantur) mater eſt virtutum omnium, ſicut nequitia vitiorum. De frugalitate, & qui dicantur frugi, copioſiſſimè ſcripſimus in commentario tertio Tuſculanarum. Defrugare verbum eſt vetus, quod ſignificat ſegetes ſemente frugum priuare, neque ad legitimam ſationis menſuram ſaturare. & ita lego illud Catonianum: Segetem ne defruget, nam id infœlix eſt. quòd vulgo legitur Defrudet, pro defraudet. Catoni verborum priſcorum retinentiſſimo, conuenit priſcum verbum Defruget oppidò quàm decenter. Aſtipulatur huic noſtræ emendationi & Plin. noſter his verbis, quæ ex octauodecimo ſubſcripſi: Huc pertinet oraculum illud magnopere cuſtodiendum, Segetem ne defruges. *Finiúmque.*] Titulus eſt apud iuriſconſultos, finium regundorum, quod iudicium pertinet ad prædia ruſtica. Iudici finium regundorum permittitur, vt vbi non poſſit dirimere fines à iudicatione, controuerſiam dirimat. vbi autem fines confuſi ſunt, per menſorem termini iubentur declarari. *Vendicabat.*} vſurpabat, petebat vt ſuam. Titulus eſt apud iuriſconſultos, de rei vendicatione: vbi

docet Vlpian. quod actio vendicationis habet locum in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus quàm in his quæ anima carent. & in his quæ ſolo continentur. vindiciæ appellantur res eæ de quibus eſt controuerſia. Seruius Sulpitius vindicias dici ait ab eo, quòd vindicantur res ex controuerſia de vindiciis, quas Brutus & decemuiri leges decreuerunt ſecundum libertatem, Liu. in 3. & iuriſconſulti volumine primo Digeſtorum commemminerunt : vbi Accurſius indoctè perperámque exponit vindicias dici ſententias, à Vindicio ſeruo: quæ ſunt meræ nugæ. Tu expone vindicias, pro rebus de quibus eſt controuerſia: quæ quãdiu ſunt in controuerſia, & ſub iudice, debent eſſe in conditione libertatis honeſtiore. Exempli cauſa, controuerſia eſt de libero homine, quem quiſpiam aſſerit in ſeruitutem: ex lege vindiciarum debet hic eſſe in libertate tantiſper, donec ſententia iudiciarum pronunciatum fuerit, liber ſit an ſeruus. Lis vindiciarum eſt, vt Aſconij verbis vtar, cum litigatur de ea re, cuius apud prætorem incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor : & ideo qui eam tenet, dat prædem litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat : nihil ſe deterius in poſſeſſione futurum de qua iurgium eſſet. *Vt ſepulchro paternum ſolum retine.*] Lex 12. Tabularum vetat, cadauera in vrbibus ſepeliri. Verba legis hæc ſunt: In vrbe ne ſepelito, neve vrito. Decretum quoque collegio pontificum eſt, non eſſe ius in loco publico fieri ſepulchrum : in agris ſepeliebantur. Diuus Adrian. pœnam ſtatuit quadraginta aureorum, in eos qui in ciuitate ſepulchrum faciunt: cuius rei meminit Vlpianus tit. de ſepulchro violato. vbi Pomponius quoque ſic ſcribit: Vtimur eo iure, vt dominis fundorum, in quibus ſepulchra fecerunt etiam poſt venditos fundos, vt adeundorũ ſepulchrorũ ſit ius. quinetiam tit. de religioſis, vt refert Vlpianus: ſi quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat, & à vicino ire prohibeatur, Imperator Antonius reſcripſit, iter ad ſepulchrum peti precario, & concedi ſolere : vt quoties non debetur, impetretur ab eo qui fundum adiunctum habeat. Item tit. ſi ſeruitus vindicetur. Idem Vlpianus autor eſt, quòd viam ad ſepulchrum in prædiis poſſimus vendicare. Seruius grammaticus in 11. Commentario refert, antiquam conſuetudinem fuiſſe, vt in ciuitate ſepelirentur: quod poſtea, inquit, Duillio conſule ſenatus prohibuit: & legauit, ne quis in vrbe ſepeliretur. *Corrogarat.*} ſimul rogauerat, coegerat. *Quantulum.*} modicum, aliquantulum. *Tantillum.*} minimum, aduerbium eſt. *Clementer expoſtulantibus.*} cum verbo-

verborum moderatione & modeſtia accuſantibus. Locutus eſt ſignificanter & propriè.nam expoſtulare eſt queri, & expoſtulatio eſt querela apud illum ipſum qui peccauerit: poſtulare verò & poſtulatio, de illo apud quem non peccauerit. *Mores permulcentibus.*] Iuxta illud Salomonis:Sermo mollis frangit iram,ſermo durus ſuſcitat furorem. *Mediatorum.*] Attende mediatores dici ab Apul. pro conciliatores,interceſſoreſque. notiſſimo ſignificatu, quæ dictio frequens eſt eccleſiaſticis ſcriptoribus: rariſſima illis priſcis, quibus nullum niſi emaculatum, nitidum, terſum verbum eſt. Græco vocabulo proxeneta appellatur mediator in pecunia locanda, quique interponitur inter emptorem & venditorem. quam dictionem noſtri latinitate donauerunt, adeò vt notius ſit verbum Græcum quàm latinum. nam qui ſit, quique dicatur proxeneta, ſciunt omnes. Qui verò ſit pararius, perpauci nouerunt. eſt autem pararius latino vocabulo, idem quod proxeneta. Seneca in ſecundo de Beneficiis: Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios,nec ſignatores aduocari. *Adſeuerat:*]affirmat. *Inconstanter.*] ſine contatione & mora. *Liberali legum præſidio.*] Lib. 1.Digeſtorum,Si quis(inquit Vlpianus) per potentiam aduerſarij non inuenire ſe aduocatum dicit, oportebit proconſulem dare aduocatum.opprimi enim aliquem per aduerſarij ſui potentiam non oportet. omnibus tam infirmibus quàm ſummatibus præſidio legum par libertas eſſe debet, & æquum ius. Hinc apud Liuium adoleſcentuli more regio & ſolutiore viuere aſſueti, queruntur leges rem ſurdam & inexorabilem eſſe, ſalubriorem melioremque inopi quàm potenti: nihil laxamenti nec veniæ habere,ſi modum exceſſeris. Liberali autem præſidio dixit,vtens vocabulo legali: ſiquidem titulus eſt apud iuriſconſultos de liberali cauſa, in quo de libertate & aſſertione pro neceſſariis perſonis litigare permittitur. Item liberale iudicium appellant, quod datur in cauſa libertatis aſſerendæ. *Quod oleum flammæ.*] Sicut oleum flammæ fomentum eſt,ſicut ſulphur ignis incentiuum,ſicut flagellum in manu furiæ irritamentum eſt furoris:ita ſermo iuuenilis fuit nutrimento ad feritatem truculentiámque hominis tyrannici excitandam. Oleum autem in tantum eſt alimentum flammæ, vt ligna amurca olei macerata ardere ſine fumo,Cato Pliniúſque prodiderint,Sulphur quoque rem eſſe igni cognatam, nullus ignorat. Furiæ verò apud poetas flagello armantur.vt, Accincta flagello Tiſiphone. In hanc ſententiam Horatius: Hoc eſt,oleum adde camino. *Suſpendium legibus.*] Verbum hominis truculenti & inſolentis, qui legibus

hominibúſque per contemptum mandat, vt ſe ſuſpendant: qui enim dicit, Suſpende leges, hinc nimirum denotat ſe leges flocci non facere. Plautus: Vade, & ſuſpende te. Lex (vt inquit Pindarus) regina omnium eſt & domina, cui omnes mortales obſequi par eſt, perinde ac Deo. Impoſſibile eſt (vt Plautus ſapientiſſimè ſcribit) illam rempublicam bene gubernari poſſe, in qua lex non imperat. Duæ ſunt ſyllabæ inter ſe inimicæ atque diſſidentes, quæ eodem contubernio, vnà eſſe non poſſunt: videlicet Ius & Vis. vbi enim dominatur vis, conculcari ius neceſſe eſt. vbi autem ius pollet, vim propelli atque exterminari conſtat. Hic ergo impotens & tyrannicus ius improbans, vim adamans, legi ſuſpendium minitabatur, ad vim impotentiámque conuerſus: & profectò (vt olim dixit ſapiens ille philoſophus) leges interdum ſimiles ſunt telis aranearum, atque caſſiculis: quibus infirmæ beſtiolæ implicantur, validiores tranſmittuntur. leges capiunt & mulctant imbecillos ac miſeros, quas opulenti perrumpunt, eiſque (vt ait iſte) ſuſpendium mandant, & laqueum. *Canes paſtoricios.*] M. Varro & Columella præcipiunt, paſtorales & villaticos canes eligi oportere magnitudine ampla, vaſti latratus, craſſis ceruicibus ac collo, cruribus rectis, ac potius varis, quàm vaciis. dicuntur autem crura vara M. Varroni, introrſum retorta: qualia ſunt pumilionum. Varis contrarij ſunt vaciæ, quorum pedes deprauati diuaricantur genibus contiguis. Varorum & vaciarum mentio eſt frequens apud ſcriptores. & in libris de analogia apud eundem Varronem ſcriptum eſt: Si quis puerorum per delicias pedes malè ponere, atque imitari vacias cœperit, hos corrigi oportere ſi concidat. *Feros.*] In omnibus animalibus cuiuſcunque generis vllum eſt placidum, eiuſdem inuenitur & ferum, vt pote cum hominum etiam ſilueſtrium genera extent: Ariſtotele & Plin. auctoribus. *Paſſibus.*] Purior lectio eſt, ſi legas Paſſim. *Alumnatos.*] educatos, alitos, nutritos. *Laxari.*] ſolutis vinculis immitti. Porcius Cato: Oportet, inquit, canes interdiu clauſos eſſe, vt noctu vigilantiores & acriores ſint. Columella præcipit, villaticos canes ſeueros parandos eſſe, vt ſemper excandeſcant in exteros. *Latratibus abſonis.*] horrendis ac vaſtis. horribili enim fremitu, & vaſto latratu eligendus eſt canis paſtoricius. Apud Ouidium canis nominatus eſt Hylactor, videlicet à latratu: nam ὑλάκτω verbum Græcum eſt, quod ſignificat latro. Præcipit Columella, ne nominib. longiſſimis appellentur canes, quo celerius quiſque vocatus exaudiat, ſicut latinum canis vocabulum eſt ferox, Græcum ſcylax: dicitur autem σκύλαξ Græcè, catulus.

Tunc

*Tunc inter confertam trepidæ multitudinis ſtragem, è tribus iunior, offenſo lapide, atque obtunſis digitis, terræ proſternitur: ſæuiſque illis ac ferociſſimis canibus inſtruit nefariam dapem. protinùs enim nacti prædam iacentem, miſerum illum adoleſcentem * fruſtatim diſcerpunt. Atque vt eius lethalem vlulatum cognouere cæteri fratres, accurrunt mœſti ſuppetias: obuolutiſque lacinia * leui manibus, lapidum crebris iactibus propugnare fratri, atque abigere canes aggrediuntur. Nec tamen eorum ferociam vel * conterere, vel expugnare potuere. quippe cùm miſerrimus adoleſcens vltima voce prolata, vindicarent de pollutiſſimo diuite mortem fratris iunioris, illicò laniatus *interyſſet. Tunc reliqui fratres, non tã hercules deſperata quã vltrò neglecta ſua ſalute, contendũt ad diuitẽ: atq; ardentib animis impetúq; veſano lapidibus crebris in eum velitantur. At ille cruentus, & multis antè flagitijs ſimilibus exercitatus percuſſor, iniecta lancea duorũ alterum per pectus medium tranſadegit. Nec tamen peremptus ac prorſus exanimatus adoleſcens ille terræ concidit: nã telũ *tranſuectum, atque ex maxima parte pone tergũ elapſum, ſolóque *nixus violentia defixũ, rigore librato ſuſpenderat corpus. Sed & quidã de ſeruulis procerus & validus ſicario illi ferens auxilium, lapide contorto*

Offenſo lapide.] cum lapide pedẽ incuſſiſſet, impegiſſétque. Obiere vt Plin. inquit, Æmylius Lepidus incuſſo pollice limini cubiculi: & Aufidius, cum egreſſus in ſenatũ iret, offenſo pede in comitio. Ominoſum credidit antiquitas, in egreſſu domus offendere pedem ad limen. Hinc illud poeticum: Omina ſunt aliquid: nam cum diſcedere vellet, Ad limẽ digitos conſtitit icta Nape. *Obtunſis digitis.* } ex ictu lapidis retunſis, & cum cruciatu obliſis. *Nefariam dapem.* } ſtatim ſubdidit dicens, humanis carnibus paſtos eſſe canes: perinde quaſi eſſent anthropophagi: ſic enim appellantur humanis carnibus veſcentes. *Fruſtatim.* } minutatim, & per fruſta dilaniant. Plautus dixit fruſtillatim, [illegible]

sic scribés in Curculione: Iã ego te faciam, vt hic formicæ frustillatim differant. Letalem.} letum significantem, & qualis in morte emitti solet. Suppetias.] Opitulaturi accurrunt, latarique subsidium. Obuolutis læuis manib.} Signat adolescentes inuoluisse sinistras vestimẽto, & quasi obarmasse ad conflictum: quod fieri solet in quotidianis rixis, vt scilicet pro scuto sit pallium circa sinistrã inuolutum. Liuius: Inter hæc dicta paludamento circa læuum brachium intorto, nam nec scuta quidem secum extulerat, in hostes impetum fecit. Cæsar quoque in commentariis belli ciuilis Pompeiani sic refert: Repentino periculo exterriti, sinistras sagis inuoluunt, gladiósque distringunt. Propu-

*tertij illius iuuenis dexterum brachium longo iactu petierat. sed impetu cassso per extremos digitos transcurrens lapis, contra omnium opinionem deciderat innoxius. nõnullã tamen sagaciſsimo iuueni prouentus humanior vindictæ ſpeculam ſubminiſtrauit. Ficta namque manus ſuæ debilitate, ſic crudeliſsimum iuuenem compellat: Fruere exitio totius noſtræ familiæ, & ſanguine trium fratrum inſatiabilis tuam crudelitatem paſce, & de proſtratis tuis ciuibus gloriosè triumphatum ſcias: licèt priuato ſuis poſſeſsionibus pauperes, fines vſque & vſque protermineris, habiturum te tamen vicinum aliquem. Nam hæc etiam dextra, quæ tuum prorſus amputaſſet caput, iniquitate fati contuſa decidit. Quo ſermone alioquin exaſperatus furioſus latro, rapto gladio ſua miſerrimum iuuenem manu perempturus, inuadit auidus. Nec tamen ſui molliorem prouocauerat: quippe inſperatò, & longè contra eius opinionem reſiſtens iuuenis, * amplexu fortiſsimo arripit eius dexteram: magnóque niſu, ferro * librante, multis & crebris ictibus impuram elidit diuitis animam: &, vt accurrentium etiam familiarium manuſe liberaret, confeſtim adhuc inimici ſanguine delibuto mucrone, gulam ſibi prorſus execuit. Hæc erant, quæ prodigioſa præſagiuerant oſtenta: hæc, quæ miſerrimo domino fue-*

Digitized by Google

*fuerant nuntiata. Nec vllum verbum, ac nec tacitum quidem fletum, tot malis circumuentus ſenex quiuit emittere: ſed arrepto ferro, quo commodùm inter ſuos epulones caſeum atque alias prandij partes diuiſerat, ipſe quoque adinſtar infœliciſſimi ſui filij iugulum ſibi multis ictibus contrucidat: quoad ſuper menſam *tremulus corruens, portentoſi cruoris maculas noui ſanguinis fluuio proluit. Ad iſtum modum puncto breuiſſimo dilapſæ domus fortunam hortulanus ille miſeratus, ſuóſque caſus grauiter ingemiſcens, depenſis pro prandio lacrymis, vacuáſque manus complodens ſæpiculè, protinus * inſeſſo me, retrò quam veneramus viam capeſſit.*

gnare fratri.] defendere fratrem, & pugnare pro fratre. Horatius: Propugnat nugis armatus. A. Gellius oppidum à conſule oppugnari dixit, contrà ab oppidanis propugnari. *Vindicarent.*] Hæc eſt vox vltima adoleſcentis, qui moriens rogauit fratres, vt mortem ſuam vlciſcerentur, ſumpto ſupplicio de illo diuite, qui cauſa mortis extiterat. Vindicare apud veteres non tantum defendere, verum etiam punire ſignificat. Vnde Horatius vindicem poſuit pro punitore, vt interpretatur Porphyrio, enarrans illud, Vindex auaræ fraudis & abſtinens. *Neglecta ſalute.*] qui vitæ ſuæ negligens eſt, alienæ ſit dominus: qui ſalutem propriam contemnit, is in poteſtate habet alienum ſpiritum. *Velitantur.*] depugnant, congrediuntur: ex congreſſione velitum ducto verbo. *Exanimatus.*] Modò extinctus, aliàs perturbatus. Eſt autem ſenſus, cum adoleſcens ille ex vulnere lanceæ peremptus eſſet, & extinctus, non tamen corruit ad terram, prout mortuus homo concidere conſueuit. Cur autem moribundus non caderet, cauſa fuit telum, quod transfoſſo iuuene infixum terræ ſuſpenderat corpus, & libratum tenebat in ſublimi. *Solo.*] terræ. *Nixus.*] violentiæ: genitiuus caſus, quem patrium vocant: & quarti ordinis nomen, hic nixus, huius nixus, vt conatus, pro nitendi impetu. *Rigore librato.*] Rigiditas teli & duricia ſignificatur, cuius libramento transfixum iuuenis corpus, ſuſpenſum contineretur. *Sicario illi ferens.*] Diuitem factionibus pollentẽ, & truculentum & homicidam, tempeſtiuo vocabulo ſicarium nuncupat. *Longe iactu petierat.*] Inter tela ſunt & lapides, qui è longinquo iaciũtur. Telorum autem appellatione, quicquid lõgè iaci poteſt, ſignifi-

Digitized by Google

catur,ex etymologia ἀπὸ τῶν τιτρώσκειν. Paulus iuriſconſultus: Telorum(inquit) appellatione omnia ex quibus ſinguli homines nocere poſſunt, accipiuntur. M. Tul. in oratione pro Cecinna, docet armatos(ſi Latinè loqui volumus) appellari tantum illos, qui ſcutis teliſque parati ornatique ſunt. qui verò ſaxa iacerent, qui de terra ipſi tollerent, non dici armatos: neque eſſe arma ceſpites, neque glebas. Verùm cum cauſæ non vocibus, ſed rebus ponderentur, appellatione armorum ſaxa continebuntur. Quod & Caius iuriſconſultus euidenter oſtendit,his verbis: Armorum appellatio non vtique ſcuta & gladios & galeas ſignificat,ſed & fuſtes & lapides. *Contorto.*] immiſſo, iacto. torquere eſt iacere,& immittere. Torrores machinarum Ammiano Marcellino ſunt, hi qui ex machinis bellicis tela iaculantur,atque contorquent. *Caſſo.*]irrito,vano, futili.caſitare verbum eſt, non ab hoc vocabulo caſſo deriuatum, ſed à verbo cado. ſignificat enim,frequenter cadere: quod & vis ſignificationis oſtendit. verbum propè peculiare iuriſconſultorum, qui ſic ſcribunt:Si ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea ex tabulato, vel ex alia materia,caſitare non poteſt. *Innoxius.*} nihil nocens: & ad lapidem refertur. *Vindictæ ſpeculam.*]ſpeculationem quaſi quandam vltionis capeſcendæ. ſpeculam enim dici locum editiſſimum,ex quo ſpeculamur,quis neſcit? quod ſpeculatorium eleganti vocabulo Cyprianus appellat. Vel potius expone ſpeculam, pro paruam ſpem, vt à ſpe ſit ὑποκόρισμα. vt ſenſus ſit:Non nullam ſpem vindictæ ſubminiſtratam eſſe iuueni, ex humaniore prouentu: vt ſcilicet ex eo quod prouenerat nactus occaſionem, fingeret manum ictu lapidis debilitatam, & ſub hoc prætextu diuitem aggrederetur. *Compellat.* } alloquitur cum amarulenta incuſatione. *Fruere exitio.* } tanquam clades noſtra ſit fructus tuæ beatitatis, & gaudium. Res aliæ ſunt (vt inquit diuus Auguſtinus in primo de Doctrina Chriſtiana) quibus fruendum eſt, aliæ quibus vtendum. illæ quibus fruendum eſt,beatos nos faciunt: frui enim eſt, amore alicui rei inhærere propter ſe ipſam: vtendum eſt nummo, vt fruamur Deo. Sed nunc ordine præpoſtero multi frui malunt nummo, tanquam Deus propter nummum colendus ſit. *Crudelitatem paſce.*}Sic Niobe apud Ouidium: Paſcere crudelis noſtro Latona dolore. *Tuis ciuibus.* } Ciues noſtri alio nomine Latinè & eleganter dici poſſunt municipes,& populares,conterranei. Qui conciuem dicit, nouitio verbo vtitur, nec apud ſeculum illud eruditum temerè vſurpato. male literati inſcitiſſimè illiberaliſſimèque compatriotam dicunt, dictione prorſus

barbarica

barbarica,& ex contubernio Latinitatis explosa. *Proterminaueris.*]propagaueris,auxeris,promoueris fines.proterminare,à termino promouendo ductum verbum. *Habiturum te vicinum.*] Nullus est tam opulentus, nec tam magna latifundia possidet, vt non vicinum aliquem habeat & conterminum. nam & regnis finitima sunt regna, & collimitio quodam regiones maximæ terminantur. *Contusa decidit.*]debilitata, infractaque corruit:intellige, cum verbis manum quasi lapsabundam ostentasse. *Furiosus latro.*] Modò ficarius, modò latro, modò vesanus, nominib. sanè conuenientib.nominatur hic diues & factiosus. *Sua manu.*] cum fuisset percussus in brachio icto lapidis à seruo contorti.- nunc diues tyrannicus sua manu, non seruuli perimere iuuenem festinat. *Nisu.*]conatu & impetu.*Nec sui meliorem.*] id est,diues prouocauerat prouocatorem nihil ipso deteriorem, imò longè valentiorem : quod & exitus ostendit. *Elidit animam.*]Quasi vi elisam,extrusamque intelligi vult.Plinius ait,villas elisas montium concursu. *Delibuto mucrone.*]Id est,gladio illo adhuc sanguinolento,semet interfecit:gula execta, quo diuitem interemerat,cuius sanguine adhuc madebat.*Præsagiuerant ostenta.*]Ouum gallinæ, fons sanguinis prodigiosus, mustela serpentem mordicus trahens,rana ex ore canis exiliens, præsagiuerant denunciauerántque clades hasce præscriptas. *Nec vllum verbum quiuit emittere.*] Senex pater audito obitu filiorum miserabili, nec loqui potuit præ dolore, nec flere , quasi aggere malorum pressus,attonitusque. Virgilius in 11.narrat, Euandrum vix hiscere potuisse, procumbentem supra cadaver Palantis filij, Et via vix tandem voci laxata dolore est.*Commodum.*]Modò,id horæ,vt sæpe apud hunc scriptorem positum est. *Epulones,caseum.*] Modò compransores, conuictoréque : aliàs dicuntur sacerdotes, ministri pontificum in cœnis, de quibus plura suo loco diximus.quos notat Lucan.illo versu: Septem virque epulis festus, Titiique sodales. *Tremulus corruens.*] sic Iuuenalis de Priamo sene : Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara, Et ruit ante aram summi Iouis vt vetulus bos. *Portentosi cruoris maculas noui sanguinis.*] Signat sanguinis fontem, qui emicuit largissimus, ex quo resultantes guttæ mensam cruore perspargerunt : qui sanguineus fons portendebat sanguineum fluuium, ex corpore domini senis promicantem. *Deprensis pro prandio lachrymis, vacuasque.*] Cum stabulario & cauponi soleat viator pro prandio nummos persoluere, nunc hortulanus lachrymas hospiti, non nummos dependit, sympathia quadam affectus ob dira infortunia. *Manus complodens.*]Com-

plodere manus eſt,inter ſe illidere,& percutere : quod facere ſolemus in lamentatione & luctu. Oratores in actione cauſarum feriunt femur,cædunt pectus,complodunt manus.quod improbans Quintilianus,dixit in 11.complodere manus ſcenicum eſt,& pectus cædere. Complosionem quoque pedis in oratore, ſi crebra ſit,vituperat idem Quintilianus : quam decentem fuiſſe in M.Antonio oratore,teſtis eſt M.Tullius. *Infeſſo.*} Legendum eſt inſeſſo,vt ſit ſenſus:Hortulanus inſidens dorſo meo per eandem viam,qua venerat,retroirent.

Habitus & habitudo.] Veſtitus& corporis lineamẽta militem eſſe indicabant De habitu & habitudine, enarratius ſuo loco diximus. *Miles è legione.*] Legionarius miles ſignificatur.namque Vegetio & Modeſto auctoribus, milites bifariam diuiduntur, in legionarios & auxiliares legionarij ſunt Romani auxiliares externi qui à ſocijs vel fœderati gentibus mittuntur. Miles è legione longè honoratior eſt , quàm miles auxiliator. Nam legionib. ſemper auxilia , tanquam leuis armatura in acie iungebantur: vt in his præliandi magis adminiculum eſſet,quàm

*Nec innoxius ei ſaliẽ regreſſus euenit. Nã quidã procerus,&, vt indicabat habitus atq; habitudo , miles è legione, factus nobis obuius , ſuperbo atque arroganti ſermone percontatus eſt , quorſum vacuum duceret aſinũ? At meus dominus adhuc mœrore permixtus, & aliàs Latini ſermonis ignarus , tacitus prætcribat. Nec miles ille familiarem cohibere quiuit inſolentiam: ſed indignatus ſilentio eius,vt conuicio, vite, quam tenebat,obtundens eum, dorſo meo * perturbat. Tunc hortulanus ſupplicuè reſpondit,ſermonis ignorantia ſe, quid ille diceret , ſcire non poſſe. Ergo igitur * ægrè ſubyciens miles, Vbi,inquit,ducis aſinum iſtum ? Reſpondit hortulanus,petere ſe * proximam ciuitatẽ.Sed mihi,inquit, * opere eius opus eſt:nã de proximo caſtello ſarcinas præſidis noſtri cũ cæteris iumentis debet aduehere. &,iniecta ſtatim manu,loro me,quo ducebar,arreptum incipit trahere.Sed hortulanus prioris plagæ vulnere prolapſũ capite ſanguinem detergens, rurſus deprecatur , ciuiliùs atque manſuetiùs ver-*

verſari commilitonem: idque per ſpes pro ſperas eius orabat aduurans. Nam & hic ipſe (aiebat) iners aſellus, & nihilominùs morbo deteſtabili caducus, vix etiam paucos olerum manipulos de proximo ſolet, anhelitu languido fatigatus, ſubuehere: nedũ vt rebus ampliori-bus idoneus videatur gerulus. Sed vbi nullis precib. mitigari militem, magíſq; in ſuam perniciem aduertit efferari; iámque in verſa vite de vaſtiore nodulo cerebrũ ſuũ diffindere, currit ad extrema ſubſidia, * ſimulans quærere, ad commouendã miſerationem, genua eius velle contingere, ſummiſſus atque incuruatus, arreptis eius pedibus vtriſque ſublimem elatum terræ grauiter applodit: & ſtatim, quà pugnis, quà cubitis, quà morſibus, etiam de vialapide correpto, totam faciem, manúſque eius & latera conuerberat. Nec ille, vt primùm humi ſupinatus eſt, vel repugnare, vel omnino munire ſe potuit: ſed planè identidem comminabatur, ſi ſurrexiſſet, ſeſe conciſurum eum machæra * fruſtatim. Quo ſermone eius commonefactus hortulanus, eripit ei ſpatham: eáque longiſſimè abiecta, rurſus ſæuioribus eum plagis aggreditur. Nec ille proſtratus ac præuentus vulneribus, vllum reperire quiens ſaluti ſubſidium, quod ſolum reſtabat, ſimulat ſeſe mortuũ. Tunc ſpatham illam ſecum

principale ſubſidium. In donis militaribus dandis ſeruabatur illud diſcrimen, vt auxiliares (externos torquibus aureis donarent: at ciues niſi argenteis. cõtrà armillas ciuibus dabant, quas non habent externi, cuius rei meminit Plinius noſter in 33. *Duceret aſinũ.*] Ex Luciano, qui ait ἤρετο τὸν κηπουρὸν ὅπου ἀπάγοι τὸν ὄνον ἐμί. interrogauit hortulanum, quò abduceret aſinum. *Mœrore.*] ex infortunio, quo peſſundatam viderat hoſpitis domum. *Latini ſermonis ignarus.*] Militem latino ſermone alloquutum eſſe hortulanum teſtis eſt Lucianus, ſic ſcribens: πρῶτος λαλεῖ πρὸς ἡμᾶς τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ. primùm nos alloquitur verbis Italicis. Vnde hortulanus τ φωνῆς ἀγνόημα. i. linguę ignarus, nihil reſpõdit. *Familiarẽ inſolentiã.*] vtrum illi

tantum militi insitam, ingenitámque, an generaliter insolentia dicitur familiaris esse militibus: cum id genus homines fermè omnes videamus insolentes, ac fastu tumentes. *Conficior.*] Corrige, conuicio, id est, probro: tanquam silentium hortulani pro conuicio & maledicto fuerit militi, vel potius lege, vt coniicio: id est, vt coniecto, & coniectura opinor: vt sit verbum. *Vite quam tenebat.*] Lucianus dixit, παίσι τῇ μάστιγι τὸν κηπουρόν. Id est, ferit flagello hortulanum. Noster verò doctius inquit, Vite obtusum esse: respiciens videlicet ad Romanorum disciplinam ac ritum, apud quos militare quasi insigne & gestamen erat vitis, quam centuriones propè peculiariter gestabant, eaque peccantes milites castigabant. Plinius in 14. Centurionum in manu vitis, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Plutarchus in Galba: Sempronius (inquit) centurio sublato palmite quo centuriones in militis tontes animaduertunt, in eos qui inuadebant, clamabat: & vt imperatori parcerent, iubebat. Scribunt iurisconsulti tit. de re militari, quòd miles, si vitem tenuit centurioni se castigare volenti, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. Hinc à Macrobio vitis scito epitheto centurialis dicta. Annotanda obiter est circumlocutio poetarum decentissima, qui centurionem describere volentes, hac periphrasi vtuntur, vt vitis Latiæ nuncupatione designent. Lucanus in 6. Pharsaliæ: Promotus Latiam longo gerit ordine vitem. Martialis. Vare Parætonias Latia modò vite per vrbes Nobilis. Silius in tertio Punicorum: Vitis Latiæ præsignis honore. Item in 12. Ennium centurionem fuisse intelligi volens, decenter ait: Miscebat primas acies, Latiæque superbum Vitis adornabat vitæ decus. Ex hac doctrina est illud Satyrographi,

adportans hortulanus, inscenso me, concito gradu rectè festinat ad ciuitatem: nec hortulum suum salutem curans innis sere, ad quempiam sibi denertit familiarem. cunctisque narratis, deprecatur periclitanti sibi ferret auxilium: séque eum suo sibi asino tantisper occultaret, quoad celatus spatio bidui triduíve, capitalem causam euaderet. Nec oblitus ille veteris amicitiæ, promptè suscipit: méque per scalas, complicitis pedibus, in superius cœnaculum attracto, hortulanus deorsus in ipsa tabernacula direpit in quandam cistulam, & supergesto delitescit orificio.

Nodo-

Digitized by Google

Nodoſam frangebat vertice vitem. Idem centurionatum ſignificans dixit, Aut vitem poſce libello. *Suppliciuè reſpondit.*] ſuppliciter. *Sermonis ignorantia.*] Tot ſunt gentium ſermones (vt inquit eleganter Plinius) tot linguæ, tanta loquendi varietas, vt externus alieno penè non ſit hominis vice. Ex hoc linguarum diſcrimine & ſermonis ignorantia fit, vt Græci in Latino, Latini in Græco ſermone ſurdi ſint. Denique omnes (vt M. Tullij verbis vtar) in his linguis, quas non intelligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdi profectò ſumus. Diuus quoque Auguſtinus libro de Ciuitate dei vndevigeſimo, in hanc ſententiam ſcribit hæc digna memoratu: In quo primùm linguarum diuerſitas hominem alienat ab homine. Nam ſi duo ſibimet inuicem fiant obuiam, neque præterire, ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate cogantur, quorum neuter nouit linguam alterius: facilius ſibi animalia muta, etiam diuerſi generis, quàm cum illi ſunt homines, ambo ſociantur. quando enim quæ ſentiunt inter ſe communicare non poſſunt, propter ſolam linguarum diuerſitatem, nihil prodeſt ad ſociandos homines tanta ſimilitudo naturæ: ita vt libentius homo ſit cum cane ſuo, quàm cum homine alieno. *Vbi ducis aſinum iſtum?*] Attende elocutionem inuſitatam, Vbi ducis: cum ex grammaticali diſciplina & norma dicendum fuerit, quò ducis. Verùm Lucius noſter (vt ego opinor) non minus ſcitè quam feſtiuiter, militem grammaticæ inſtitutionis ignarum inducit militariter loquentem, præuaricato grammaticorum decreto, minimèque obſeruantem placita Donatiſtarum. *Sed mihi, inquit.*] Verba militis inſolentis, qui nullo iure aſinum ab hortulano abducere contendit, tanquam probet reſponſum illud Gallorum ferox & iniquum, qui Romanis dixerunt, Se in armis ius ferre, & omnia fortium virorum eſſe. Plato quoque in Gorgia prodidit, natura comparatum eſſe, vt præſtantior plus habeat quàm inferior, & potentior quàm debilior. Vnde & Pindarus, Herculem ait neque emptos neque donatos Gerionis boues abegiſſe, vt pote naturali ipſo iure dictante, & boues & cætera omnia, quæ ab hominibus poſſidentur, eius eſſe debere, qui præſtantior atque valentior ſit. *Præſidis noſtri cum cæteris iumentis.*] Nomen præſidis generale eſt, quo omnes prouincias regentes ſignificantur. Præſes prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem. Præſidibus iturís in prouinciam publicè locari ſolent tabernacula & iumenta ſarcinaria ad vtenſilia deportanda. Auguſtus verò, auctore Suetonio, inſtituit, vt certa pecunia conſtitueretur proconſulibus ad

Digitized by Google

mulos & tabernacula.hinc legimus apud Lampridiũ,quòd Alexãder Romanus imperator præſides prouinciarũ ita inſtruebat, vt acciperent mulos binos,equos binos,muliones,& alia neceſſaria,reddituri depoſita adminiſtratione mulos,equos& muliones:cætera ſibi habituri,ſi bene egiſſẽt:in quadruplũ reddituri, ſi malè.*Prioris plagæ.*]Qua ſcilicet eum obtundẽs miles, vitigineo fuſte ex aſino deturbauerat.*Morbo caducus.*]Oſtendit hortulanus aſellũ illũ minimè expetibilẽ eſſe,miniméque precioſum:vt pote qui inualidus ſit,& comitiali morbo conflictetur,fiátque caſſabundus.Sed hoc ruſticè magis dictum,quàm ſcitè eſt:cũ morbus comitialis ſiue caducus,non tam ad iumẽta quam ad homines pertineat:quo non pauci vexantur,de quo copioſiſſimè apud Suetonium in primo Cõmentario.Plin. & cæteri ſcriptores tradunt,ſolas animalium coturnices, præter hominẽ, ſentire morbum comitialẽ.Quod ſi verum eſt,aſinus huic morbo obnoxius eſſe non potuit.*Manipulos.*]faſciculos herbarũ hortenſium, quas hortulani manipulis alligatas frequenter in vrbem deferre venales conſueuerunt. *Rebus amplioribus.*] ſarcinis præſidis aduehendis Dixerat enim miles,velle ſe vti opera aſelli huiuſce doſſuarij,ad ſarcinas præſidis deferendas.*Vice.*]Errore vnius literæ,minutulo quidem, corrupta dictio eſt , ſed quod etiam intelligentiam eruditi lectoris obturbet ac remoretur. proinde legas Vite, vt ſit ſenſus:Militem inſolentia familiari efferatum,inuertiſſe vitem,quod militare geſtamen eſt:vt ea ſcilicet parte , quæ nodoſior eſt,& vaſtior,quæq; manu contineri ſolet, diffinderet caput hortulano.*Simulans quærere.*}Purior lectio eſt,ſi legatur , Simulanſque vt ſit particula tantum copulata.*Genua contingere.*] Deprecatores ſuppliceſque genua cõtinguntiad hæc manus tendũt: hæc vaaras adorant,vt ſæpe iam dixi. Antiquitas miſericordiæ genua conſecrauit,vt frontem genio,& dextram fidei. *Arreptis pedibus.*]In hanc ſententiam eſt illud Quint.Curtij:Subductis repentè pedibus arietauit ad terram. *Terræ applodit.*]allidit ad terram,& cum ſonitu affligit. Lucianus, ἐκ τῆς ποδῶν ὑπαναστάσεως , εἰς πλῶ ἐδίδου ἐκτείνει.id eſt , pedibus ſubtractis in viam extendit.*Quàm pugnis.*]Id eſt,partim pugnis,partim cubitis.hæc enim particula in hunc ſenſum vſurpatur à M.Tullio , Liuio,Plinio , & cæteris. Ad præſens ſuccurrit illud ex epiſtolis Plinij : Mediũ tempus diſtentum,impeditumque,qua officiis maximis,qua amicitia principum egiſſe. apud Plautum ait paraſitus : Meus eſt baliſta, pugnus,catapulta,cubitus.*Qua morſibus.*] partim morſibus. morſus hominis inter aſperrimos numeratur, vt tradit Plinius in 28.Mendentur ſordes ex auribus. Lucianus : ὅταν ἐκεῖνον ὕπτιον χλεὶ καὶ ποδὶ καὶ

Digitized by Google

πλήξῃ λίθῳ ἐκ τῆς ὁδοῦ. id est, feriebat illum manibus, pedibus, & lapide de via correpto. *Repugnare.*] Græcè dicitur ἀντιμάχεσθαι. *Identidem comminabatur.*]frequenter,sæpiculè. *Concisurum machæra.*]Ex Luciano:πολλὰ εἰ ἀναστὰς δοκοίη τῇ μαχαίρᾳ. Græci machæram vocant spatham,siue gladium, vt iam diximus. Vnde machærophori pro satellitibus ensiferis: & macheropios, pro fabro gladiorum. apud Psalmographum, Lingua eorum gladius acutus: græcè dicitur machæra, & ita dixit Ruffinus. *Frustatim quo.*] minutatim, per frusta & minutias. aduerbium est,de quo iam dictum est. *Spatham,eaque.*] Antiqui Græco vocabulo spatham dicunt ensem: & apud Græcos scribitur per θ, id est,th.Mirum illud, quòd hæc dictio quamuis Græca sit,notior tamen vulgo est, atque frequentior in quotidiano idiomate,quàm ensis,gladius,mucro:sicut sexcenta alia,de quibus aliàs. Milites Romani grauis armaturæ habebant (auctore Vegetio) gladios maiores,quos spathas vocant: & alios minores,quos semispathas vocant, plumbatas quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciunt. Præterea spatha apud Græcos,vt docet Iulius Pollux,appellatur ramus palmæ,à qua balani,hoc est dactyli dependeant. In quo significatu est illud ex Leuitico: Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulásque palmarum. Ab spate fit σπαθίσιον,hoc est diminutiuum spathaliõ. hinc apud Martialem lemma est,Spathalion cariotarum,accipitúrque pro ramulo palmæ cum dactylis dependentibus,quas cariotas & cariotidas idonei auctores appellant. Non me fallit,in plerisque codicibus Epigrammatariipoetæ non spathalion legi, sed petalion. quinetiam spathalia sunt Plauto & Plinio instrumenta deliciarum muliebrium,qua Hermolaus Barbarus à Spathale nympha deduci autumat: ego autem à verbo Græco spathao, quod significat delicatè ago, vt apud Atistophanem ὦ χωὶ ἡ λίθου ἀπαθὲς. *Longissimè abiecta.*] Lucianus:καὶ μάλα πόρρω. id est, & longè proiicit. *Quiens saluti subsidium.*] potens, valens:quid enim,dicitur potest: cuius contrarium est,nequit. *Simulat se mortuum.*] Lucianus, ψεύδεται εἰς τύπτων ἐν ταῖς πληγαῖς: mentitus est se mortuum esse ex plagis. *Nec hortulum curans inuisere.*]Lucianus ait hortulanum tradidisse hortum σωυτῷ: id est, vt verbum exprimam de verbo, cooperatori cuipiam colendum.Verba Luciani hæc sũt,τὸν μὲ κῆπον αὐτοῦ σωυτῷ τινι ἐπίβουλα γεωργεῖν. *Tantisper o cultaret.*] Tam diu, donec euaderet imminens periculum. Postulat autem particula Tantisper, post se, Dum,donec,quoad.Terentius: Ego meum esse dici tantisper volo,dum quòd te dignum est facias.Interdũ absolutè ponitur, &

Digitized by Google

significat interea,& tam diu.Liuius in primo:Id imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit tantiſper tutela muliebri.Donatus, tantiſper dictum eſſe ait,pro quaſi tantum : vt pauliſper, quaſi paululum:& parumper, quaſi parum. *Capitalem cauſam.*} Dicitur capitalis cauſa, qua agitur de capite hominis, & ſalute. Capitale facinus dixerunt veteres, quod capitis pœna luitur. apud Plaut. capitalis ædis facta eſt. apud Horatium, ira fuit capitalis pro exitiali & peſtifera.ſic & homo capitalis à M.Tullio dictus,pro noxio & peſtilenti. *Complicitis pedibus.*} Lucianus ἐμὲ δ' ἀρθέντες ἐκ τῶν ποδῶν κομίζουσι διὰ τῆς κλίμακος ἐς οἴκημα ὑπερῷον. id eſt, me autem tollentes pedibus, deportant per ſcalas in cœnaculum ſuperius. *Deorſus.* Græcè dicitur κάτω, id eſt infernè,ſiue inferius.*Direpit in ciſtulam.*clanculo & furtim irrepens occultatur ſub ciſtula.Lucianus, τὸν δὲ ἐμὸν δεσπότην εἰς κιβωτὸν ἐκκρυψάν.id eſt,dominum meum in arca occultarunt. *Super geſto orificio.*]in ciſta ſiue arca delituit hortulanus, operculo ſuperpoſito, ne viſeretur. Orificium accipe pro tegumento ſiue operculo, quo ciſtæ os occluditur. orificia ventris duo ſunt, quorum ſuperius recipit deuorata, & in follem ſtomachi recondit:inferius verò demiſſum inteſtinis adiacentibus inſeritur, & inde via eſt egerendi:auctor Macrobius in 7. Saturnalium.

Emerſus graui crapula.} Allegoricôs,tanquam ex perrectus excitatúſque à ſomno poſt vinolentiam: etenim vinolentorum eſt. vt crapula mergantur,quę (vt inquit Ariſtoteles in problematis)eſt propriè feruor quidam & inflammatio ex vino,quæ plus conflictat quàm temulentia. Plin. in 23.devino loquẽs, ſic ſcribit : Nouitium reſinatum nulli conducit,ca-

*At miles ille, vt poſteà didici, tandem velut emerſus graui crapula, nutabundus tamen, & tot plagarum dolore ſaucius,*baculo ſe vix ſuſtinens,in ciuitatem aduentat : confuſúſque de impotentia,déque inertia ſua,quicquam ad quenquam referre popularium,ſed tacitus iniuriam deuorans, quoſdam commilitones nactus, *iſtam tunc cladem enarrat ſuam.Placuit,vt ipſe quidem contubernio ſe tantiſper abſconderet: nam præter propriam contumeliam,militaris etiam ſacramenti Genium ob amiſſam ſpatham verebatur: ipſi autem, ſignis noſtris enotatis, inueſtigationi vindictæque ſedulam darent operam. Nec defuit vicinus perfidus, qui nos illicò occul-*

occultari nuntiaret. Tum commilitones accersitis magistratibus, mentiuntur se se multi prety vasculum argenteum præsidis in via perdidisse, idque hortulanum quendam reperisse, nec velle restituere, sed apud familiarem quendã sibi delutescere. Tunc magistratus, & damno præsidis nomine cognito, veniũt ad diuersorij nostri fores: clarágue voce denuntiant hospiti nostro, nos, quos occultaret apud se, certò certiùs dédere, potiùs quàm discrimen proprij subiret capitis. Nec ille tantillùm conterritus, salutíque studens eius quem in suam receperat fidem, quicquam de nobis fatetur: ac diebus plusculis nec vidisse quidem illum hortulanum contendit. Contrà milites, ibi, nec vspiam, illum delitescere, adiurantes Genium principis, contendebant. Postremùm magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere. Immissis itaque licloribus, cæterísque publicis ministris, angulatim cuncta sedulò perlustrari iubent: nec quisquam mortalium, ac ne ipse quidem asinus intra limen comparêre nuntiatur.

pitis dolorem & vertigines facit, ab hoc dicta crapula est. *Nutabundus.*] lapsabundus, vacillans, titubante, gressu & capite grauato. Lucianus: ὁ δὲ στρατιώτης ἐκ τῆς ὁδοῦ τότε μόλις ἐξαναστὰς εἰς ὕφος καρηβαρῶν τῆς πληγῆς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν. id est, miles ex via vix surgẽs, capite nutanti propter plagas venit in ciuitatem. *De impotentia.*] de infirmitate, imbellia, imbecillitate. Aliàs impotentia dicitur, immodica intolerandáq; potentia: sicut & impotens tyrannus, & impotens fortuna, pro nimium potens. *Iniuriam denorans.*] Consimile est illud Terentianum; Accipienda & mussitanda iniuria adolescentium est. *Commilitones.*} Græci συστρατιώτας dicunt commilitones, qui & commilites dicuntur: cõmilitium quoque appellant communem militiam. Lucianus, ἢ τοῖς στρατιώταις τοῖς σὺν αὐτῷ ἐντυχών. *Contubernio.*} domicilio militari, significanter & propriè. Nam contubernium dicimus, decem milites sub vno papilione degentes: quibus qui præest, caput contubernij nominatur. Centuria in decem contubernia diuidebatur. *Tamisper absconderet.*} interim, aliquandiu. absolutè dictum, vt suprà annotauimus. *Genium.*] Milites per genium im-

peratoris & maiestatem iurant, se nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana republica: & omnia se strenuè facturos. quæ præcipit imperator: ideoque sacramenta dicuntur, vt docet Vegetius. Hinc apud Satyrographum legimus, Nunc alia emolumenta notemus Sacramentorum Auctor est Tertullianus in Apologetico: quòd gentiles sacramenta faciebant pro salute Imperatoris, & genium eius deierabant: & citius denique per omnes deos quàm per vnum genium Cæsaris deieratur. *Ob amissam spatham.*] Miles qui in libello arma amisit, vel alienauit, capite punitur: humanè militiam mutant, vt docet iurisconsultus titulo de re militari, vbi sic scribit Paulus: Arma alienasse graue crimen est, & ea culpa desertioni exæquatur: vtique si to. a alienauerit, si tibiale vel humerale alienauit. castigari verberibus debet: si verò loricam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Tradunt historici, filium Catonis dum in prælio fortiter alacriterque depugnat, gladium amississe: quá ex re generosus adolescens valde perturbatus, nequaquam sibi viuendum deinceps existimabat si eius spolio potiretur hostis. itaque collecta iuuenum manu: per medias cædes, pérque medios hostes impetu facto, gladium tandem in magno armorum atque cadauerum aceruo inuenit, Timebat ergo miles, ne ob amissam spatham, ex disciplina militari pœnas penderet. Apud Plaut. Epidicus, cùm audisset hostes potitos esse armis herilis filij, exclamat, Ædepol facinus improbum. *Ipsi.* } scilicet commilitones. *Signis enotatis.* } obseruatis vestigiis, cæterisque signis, propter quæ inuenire possent nostra latibula. *Vicinus perfidus.* } πῆμα κακὸς γείτων, vt inquit Hesiodus: mala res est vicinus malus. contrà, bonus vicinus maximum bonum est. apud Terentium Chremes vicinitatem in propinqua parte amicitiæ reputat. *Nunciaret.* } militaribus. *Occultari.*] A vicino. *Accersitis magistratib.* } Lucian. παραλαμβάνουσι τοὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας. i. assumunt ciuitatis magistratus. *Mentiuntur.*] Cum dedecorosum esset confiteri militem ab hortulano cæsum esse verberibus, excogitant fraudis diuerticulum, vt domum illam in qua hortulanus cum asino latebat, sub honesta occasione perscrutari possint, alioquin magistratus illorum petitionem illusissent. *Damno cognito.*] Tanquam reuera vasculum argenteum precio sum præses perdidisset. *Occultaret certo certius.* } quòd scirent certissimè ab illo occultari. sic enim loquimur, Vero verius est, pro verissimum est: certo certius, pro certissimum. Stoici talem locutionem non probant,

apud

apud quos non ſunt gradus comparationis, ſuperlationiſque. etenim ex dogmate illorum nihil eſt plano planius, nihil recto rectius, nihil beato beatius, nihil certo certius: ſuper quo M. Tul. Seneca, & cæteri ſcriptitauere. *Diſcrimen capitis.* } Qui receptator eſt furis, qui occultat fugitiuum, ex legis præſcripto mulctatur. nam vt ſcienter & ſalubriter ſcribit Vlpianus, congruit bono præſidi curare vt pacata prouincia ſit, qui latrones fures conquirere debet, & prout quiſque deliquerit, in eum animaduertere: receptatoreſque eorum cohercere, ſine quibus latro diutius ſtare non poteſt. *Tantillum conterritus.*] minimum. *Salutei eius.*] ſcilicet hortulani. *Militones.* } Attende poſitum militones pro milites, ea forma qua commilitiones, qui & commilites dicuntur: Græci στρατιώτας appellant. *Illum deliteſcere.*] Lucianus, ἔνδον ἔφασαν εἶναι τὸν κηπουρὸν, κἀμοῦ ἐκείνου ὄνον. id eſt, militones dixerunt intus eſſe hortulanum, & me illius aſinum. *Ibi nec vſpiam.*] Diſtinctè legendum eſt, hoc intellectu: aſſeuerabant milites, ibi deliteſcere hortulanum nec vſpiam alibi. *Adiurantes genium princi.*] Paulo antè dictum eſt, ex auctoritate Tertulliani, quòd priſci Romani genium principis deierabant: malebantque per deos omnes, quàm vnum genium principis peierare: ſcribit Vlpianus titul. de iureiurando: Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium principis, & periurauerit, fuſtibus eum caſtigandum: eique dimiſſo ſuperdici debere, importunè noli iurare. *Scrutinio.*] Annotandum, multa eſſe verba vernacula, protrita, plebeia, vulgaria, quæ in vſu ſunt eruditorum: vt ſcrutinium hoc in loco ponitur pro ſcrutatione, inueſtigationéque: ſicut paſſim vulgo loquuntur. ab eo verbo quod eſt ſcrutor, nimirum ſcrutinium deriuatur. Poteſt & aduerbium eſſe ſcrutiniò, eodem tamen ſignificatu. *Publicis miniſtris.*] viatores: apparitores, lictores, apud Romanos dicuntur publici miniſtri: Græco vocabulo λειτουργοὶ vocantur, ἀπὸ τῆς λειτουργεῖν, quod ſignificat miniſtrare: vnde Plutarchus autumat lictores dictos eſſe. noſtri verò à ligando ſic lictorem dici, vt à legendo lectorem, prodiderunt. officium enim lictoris erat, vt ligaret, vinciréque quem iuſſiſſet magiſtratus. Hinc apud Liuium, & M. Tullium, Lictor ligat manus. Tiro tamen Ciceronis libertus, lictorem vel à lino, vel à licio dictum ſcripſit: licio enim tranſuerſo, qui magiſtratibus (inquit) præ miniſtrabant, cincti erant. *Angulatim.*] per omnes angulos, & cuncta domus loculamenta. *Comparere.*] apparere, ac viſitari.

Digitized by Google

Tunc gliſcit violentior vtrinque ſecus contentio militum, pro comperto de nobis aſſeuerantium, fidémque Cæſaris identidem *im. orantium: at illius negantis, aßiduéque Deûm numen obteſtantis. Qua contentione & clamoſo ſtrepitu cognito, curioſus alioquin, & inquieti procacitate præditus aſinus, dum obliquata ceruice per quandam feneſtrulam, quidnam ſibi vellet tumultus ille, proſpicere geſtio, vnus è commilitonibus caſu fortuito collimatis oculis ad vmbram meam, cunctos teſtatur incoram. Magnus denique continuò clamor exortus eſt: & *emerſis protinus ſcalis, iniecta manu, quidam me velut captiuum detrahunt. Iámque omni ſublata contatione, ſcrupuloſius contemplantes ſingula, ciſta etiam illa reuelata repertum productúmque & oblatum magiſtratibus miſerum hortulanum, pœnas ſcilicet penſurum, in publicum deducunt carcerem: ſummóque riſu de meo proſpectu cauillari non deſinunt. Vnde etiam de proſpectu & vmbra aſini natum eſt frequens prouerbium.*

Gliſcit.] Inde glires dicti, qui ſomno gliſcunt, & pingues fiunt. Silius: Gliſcit Eliſeo violentior ira tyranno. Columella in 8. Tuttur, inquit, per hyemem difficulter gliſcit: hoc eſt, pinguefcit & opimatur. idem ait, gallinam quæ prima luna ſaginari cœpta ſit, viceſima pergliſcere. *V trinſque.*] Legendum eſt vtrinque ſecus, vt ſit ſenſus: contentio creſcit violenta ex vtraque parte, militum ſcilicet & hoſpitis: cũ milites aſſeuerarent pro comparato hortulanum & aſinum intra ędes deliteſcere, hoſpes verò obſtinatè pertinacitérque denegaret. *Fidem Cæſaris.*] auxilium. apud comicos poetas fides pro auxilio frequentiſſimè ponitur, vnde & illud vulgatiſſimum, Pròh hominum atque deûm fidem. *Identidem.*] frequenter. *Domini numen.*] Lego deûm numen, pro deorum. locutio eſt apud veteres vſitatiſſima. Numen autem dicitur, quaſi nutus dei, ac poteſtas. *Et inquieti procacitate.*] inquieta petulantia. Attende quòd declinatur hic & hæc & hoc inquies inquietis: ſic apud Plin. dicitur animus inquies, pro inquietus. Apud eundem inquies nocturna ponitur pro inquietudinè, nomine ſubſtantiuo. Conſimiliter A. Gell. inquit, Vt interea labor hic vigiliarum & inquies ſuauitate pauliſper vo-

per vocum atque modulorum acquiescceret. Lucianus: ὁ ἀγρύπνος καὶ πάντα ἐξετάζων ἐγὼ, βουλόμενος μαθεῖν τίνες εἶεν οἱ βοῶντες, διακύπτω ἄνωθεν κάτω διὰ τῆς θυρίδος: Ego strenuus & inquies, & in omnibus curiosus, cognoscere volens quinam essent illi vociferantes, supernè prospicio in partem inferiorem per fenestram. *Collimatis oculis.*]obliquatis, detortis. Terentius in Eunucho inquit: Ego limis aspecto. exponit Donatus, limos dici obliquos atque transuersos. vnde limen quoque dicitur, quòd ingredientib. exeuntibusque transuersum est. Cum igitur homines non recta facie, sed transuersa intuentur, limes dicuntur aspicere, & limis oculis, & collimatis. Plin. io 8. de leonibus scribens, sic inquit: Nec limis intuentur oculis, aspicique simili modò nolunt. Plinium æmulatus Solinus, dixit breuius & obscurius: Nunquam limo vident, minimeque se volunt respici. apud M. Tul. verbum est collimare, pro eo quod est ferire signum destinatum oculis collimatis. sic enim inquit in 2. de Diuinatione: Quis est enim qui totum diem iaculans non aliquando collimet? Limare caput, Plauto, Nęuio, Turpilio, poetisque veteribus est, coniungere caput, & copulare: id quod amatores inter se potissimum amoris causa factitare consueuerunt. *In coram.*]Lucius noster sæpe dicit ad instar, in coram & alia pleraque, quæ à nobis simpliciter vsurpantur. sic veteres vsitati sunt. *Continuò.*} statim. *Emersis.*] Legi potest emensis: vtraque lectio probabilis. *Scrupulosius.*}diligentius, solicitius, curiosius. *Cista tenelata.*} detecta, patefacta, detracto orificio ac operculo. Lucianus: *διέσκαψαν τὸν ἐμὸν δεσπότην τῇ κιβωτῷ ἐγκείμενον.* id est, inueniunt dominum meum in arca iacentem. *Pensurum.*]soluturum. Pendere pœnas, soluere significat: ab eo, quod æte graui cum vterentur Romani, penso eo, non numerato debitum soluebant: vnde & pensiones dictæ. Plin. in 33. Libralis, inquit & dipondius appendebatur assis: quare æris grauis pœna dicta. Sic & Virgilius: Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. Liuius quoque inquit: Sat pœnarum pensum est. Denique elocutio hæc apud omnes luculentos scriptores frequentissima est, vt dicant pendere pœnas pro soluere. Namque antiquorum pœnæ omnes dicuntur pecuniariæ, quod & grammatici tradunt. *In publicum carcerem.*}Græcè δεσμωτήριον dicitur publicus carcer. Lucianus, εἰς τὸ δεσμωτήριον πέμπουσι. *Cauillari.*} irridere & iocari. Lucianus, ἐγέλων ὅτι τῷ μιμουμένῳ ἐκ τῆς ὑπερῴου, καὶ καταδύντα τὸν ἴδιον δεσπότην. id est, ridebant quòd ex superiore tabulato asinus ostenderet, proderetque ipsius dominum. *De meo prospectu.*] Quòd

ſcilicet per feneſtram proſpiciens, me & hortulanum prodidiſſem. Et proſpectu & vmbra Lucianus ſic, καὶ τότε ἐξ ἐμοῦ πρώτου ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους ὁ λόγος οὗτος, ἐξ ὄνου παρακύψεως, id eſt, tunc primum ex me hic ſermo inter homines ortus eſt, Ex aſini proſpectu. prouerbium hoc, ex proſpectu & vmbra aſini, ſignificat, ex re inſperata ſæpe magnas res prodi atque manifeſtari, adducíque in diſcrimen: ſicut ex proſpectu aſini detectus eſt & proditus hortulanus deliteſcens. interpres Luciani prouerbium hoc, ἐξ ὄνου παρακύψεως, parum eleganter interpretatur, Ex aſino conſpecto: cum fuerit dicendum, ex aſini proſpectu. quod & verba Græca ſignificant, & docet Lucius noſter. apud Græcos celebre eſt id prouerbium ἐξ ὄνου παρακύψεως, de his qui ridiculè calumniantur. Ferunt enim aſinum fregiſſe vaſa fictilia in figuli officina, per feneſtram proſpicientem. vnde aſinus in ius vocatus à domino tabernæ, interrogatus cuius criminis inſimularetur, dixit, ὄνου παρακύψεως. id eſt, de aſini proſpectu. Alij tradunt, quòd aſino proſpiciente aues euolarunt, diſtruperuntque telam. quapropter dominus telæ aſinarium in ius vocauit. qui rogatus, quam ob cauſam reus fieret: dixit, Ex aſini proſpectu: vnde natum adagium. Sed attende quæſo lector, & nunc mihi totus adeſto, quòd cum Lucianus tantum dixerit ex proſpectu aſini natum prouerbium, noſter addidit, de proſpectu & vmbra: ſcito non hoc ſimpliciter intelligendum, propter vmbram aſini, ad quam vnus commilitonum oculos direxit, & ex ea deprendit hortulanum deliteſcentem. Sed vt ego ſentio, clanculum & diſſimulanter alludit prouerbium alterum Græcum ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς: id eſt, de vmbra aſini, quo vti ſolemus de eis, qui deſiderant noſce futilia & friuola, miniméque vtilia. Cuius meminit Menander in Enchiridio. & Plato, & alij compluſculi, Ductum autem eſt prouerbium ex fabula, qua traditur, iuuenem conduxiſſe mercede aſinum, & cum ſub vmbra aſini per meridianum æſtum quieſcere vellet, exturbatum eſſe ab aſinario, aſſerente ſe illi aſinum tantum locaſſe, non vmbram. Ex hoc ventum eſt in iudicium ab vtroque. quod cum olim in iudicio cauſæ capitalis coram iudicibus faſtidioſis recitaſſet Demoſthenes, & illi mox expergefacti fabellę lepiditate, cuperent noſcere quis fuiſſet exitus rei: ſubiunxit orator oppidò quàm tempeſtiuiter & ſcitè, ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς ἀκοῦσαι ὦ ἄνδρες βούλεσθε, ἀνδρὸς δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε. ô viri (inquit) cupitis audire de vmbra aſini? hominis autem pro anima periclitantis defenſionem audire non vultis. Sunt & illa apud eoſdem Græcos de aſino quoque celebrata prouerbia, ὄνος περὶ λύρας, aſinus

Digitized by Google

nus ad tibiam: ὄνος λύρας, asinus ad lyram. ὄνος εἰς ἄχυρα, asinus in paleas. Dicitur autem hæc paroemia de his, qui præter spem incidunt in bona illisque voluptariè fruuntur. Celebrant & illud, ὄνον κείρεις, asinum tondes: de hominibus inefficacia aggredientibus: asinum enim tondere non possumus. Cui consimile est hoc, ὄνου πόκους ζητεῖς: ideſt, asini vellera quæris.

ARGVMENTVM LIBRI DECIMI.

Hoc decimo libro continetur militis cum asino ad ciuitatem accessus facinoris muliebris ob amorem incæstum, infandúmque luculenta descriptio: asini duobus fratribus facta venditio, quorum alter pistor erat, alter coquus: mox fratrum, ob asini furtiuam rapinam cibariam, dissidium atque contentio. Asini vita genitalis & parasitica sub domino mitiore, eiusdémque cum matrona amorabunda concubitus: fœminæ sceleſtæ ad bestias damnatio: iudicij Paridis editio: asini fuga ex spectaculo.

Die sequenti.] Græcè dicitur τῇ ὑστεραίᾳ. *Quid egerit nescio.*] Ex Luciano, sic scribente: τί μὲν οὖν ἔπαθεν ὁ κηπουρὸς ὁ ἐμὸς δεσπότης, οὐκ οἶδα. id est, Quid passus sit hortulanus meus dominus, nescio. *Ob eximiam impotentiam.*] Vtrum ob inualentiam & imbelliam, an ob immodicam militarémque potentiã ac insolentiam, ambiguum est. constat enim militẽ vapulasse, cùm ob infirmitatẽ viriũ (quibus hortulanus prępollebat) tũ ob cõtumaciã impotentiámque tyrannicam, dum militariter cędem hortulano minita

*Die sequenti meus quidem dominus hortulanus quid egerit, nescio: me tamen miles ille, qui propter eximiam impotentiam pulcherrimè vapularat, ab illo præsepio, nullo equidem contradicente, diductum abducit: atque à suo contubernio (hoc enim mihi videbatur) sarcinis proprijs onustum, & prorsus exornatum armatúmque militariter, producit ad viam. nam & galeam nitore præmicantem, & scutum cæteris his longius lucens, *sed etiam lanceam longissimo hastili conspicuam, *qua scilicet non disciplinæ tunc quidem causa, sed*

tur. *Abducit.*] Abducitur propriè alienus. Abducimus inuitos, vt docet Donat. à Luciano autem dissentit, qui refert à milite venditum esse asinum πέντε καὶ εἴκοσι ἀττικῶν, id est, 25. Atticis minis. *Galeam nitore præmicantem.*] Ex præscripto disciplinæ militaris, arma debent esse exersa atque radiantia. Ad officium tribuni militum pertinet, & sollicitudinem, auctore Vegetio, vt miles veste nitidus, armis bene munitus ac fulgens, exercitationis vsu & disciplina eruditus incedat. Idem præcipit, eligendum centurionem, qui contubernales suos ad armorũ exercitum cogat, vt bene vestiti & calciati sint vt arma omnium defricentur ac splendeant. & extat epistola Aureliani imperatoris ad tribunum scripta, qua præcipit vt arma tersa sint. & profectò laus est imperatoris, miles cultus & micantibus armis instructus. Laudant scriptores Cæsarem dictatorem, quòd haberet milites tam cultos, vt auro & argento politis armis ornaret: simul & ad speciem, & quo tenaciores eorum in prælio essent metu damni. Lampridius quoque referet, Alexandrum Romanum imperatorem sibi fecisse argyroaspidas & chrysoaspidas milites, cum clypeis argentatis & auratis, exemplo Alexandri Macedonis, quem tradunt scutis militum argenteas laminas, equis frenos aureos addidisse: loricas quoq; alias auro, alias argẽto adornasse. *Lanceã longissimo hastili.* } Cum Lucianus hunc in Macedonia militem fuisse describat, intelligimus sarissam significari. etenim sarissa (vt docet Ælianus in Tacticis) lancea est, qua vtitur phalanx Macedonica, longitudine 14. cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua 12. prominent: inde sarissophori à nostris scriptoribus dicti, qui sarissas gestant. *Sedulò.*] instanter, diligenter. *Ciuitatulam.*} Græcè πολίχνιον dicitur, ex ὑποκορίσματος: id est, diminutiui formula. *Decurionis.* } Modò decurionem accipe pro turmiæ equitum præfecto. potest etiam accipi pro senatore municipali. etenim senator in municipiis dicitur decurio, vt suo loco copiosius est annotatum. Est autem decurionis militaris officium,

propter terrendos miseros viatores, in summo atque edito sarcinarum cumulo, ad instar exercitus, sedulò composuerat. Confecta campestri, nec adeò difficili via, ad quandam ciuitatulam peruenimus: nec in stabulo, sed in domo cuiusdam decurionis diuertimus. Statímque me commendato cuidam seruulo, ipse ad præpositum suum, qui mille armatorum ducatum substinebat, sollicitè proficiscitur.

conto

conto sciẽter vti,& turmales suos, id est equites sub cura sua positos erudire,ad omnia quæ equestris pugna depoſcit. *Ducatum ſuſtinebat.*]præfecturam gerebat.ducatus dicitur præfectura,siue præpositura & imperium militare,à duce: vt principatus à principe, tribunatus à tribuno. In Aureliano inquit Flauius Vopiſcus : Habuit multos ducatus,multos tribunatus. Apud Suetonium: Ferebatur ducatus & imperia ludere. Videtur autem ſignificare chiliarchum.ſic enim Græcõ vocabulo nominatur tribunus militũm,qui præeſt mille militibus. Ex diſciplina Romanæ militiæ (vt docet Ioſephus in tertio belli Iudaici)milites ad centuriones, illi ad chiliarchos conueniunt ſalutatum:cum quibus ad ſummum omnium ducem vniuerſi ordinum principes, ille autem his ex more dat præcepta perficienda ſubiectis.

Poſt dies pluſculos , ibidem deſignatum ſceleſtum & nefarium facinus memini: ſed,vt vos etiam legatis,ad librum profero. Dominus ædium habebat iuuenem filium,probè literatum,atque ob id conſequenter pietate inode ſtiáque præcipuum : quem tibi quoque prouenisſe cuperes,vel talem. Huius matre multò antè defunctа , rurſum matrimonium ſibi reparauerat : duciáque alia , filium procreauerat alium , qui iam duodecimum ætatis annum ſu pergeſſerat. Sed nouerca-forma magis quam moribus in domo mariti præpollens, ſeu naturaliter impudica , ſeu fato ad extremum impulſa flagitium, oculos ad priuignum adiecit. Iam ergo,lector optime, ſcito te tragœdiam, non fabulam legere,& à ſocco ad cothurnum aſcendere.Sed mulier illa,quandiu primis elementis Cupido paruulus nutriebatur , imbecillis adhuc eius viribus, facilè ruborem tenuem deprimens , ſi-*

Deſignatum facinus]prauè & perperam factum. Deſignare eſt , rẽ nouam facere: in vtranque partẽ, & bonam & malam. Prauè & rectè facta , deſignata apud veteres dicebantur: hic in malam partem ponitur. Deſignatores dicti, qui ludis funebribus præſunt: ob eam cauſam (vt credit Donatus)quòd in ipſis ludis multa fiant noua & ſpectanda. Terentius in Adelphis : Modò quid deſignauit? *Dominus ædium.*] decurio ſignificatur. *Iuuenem probè literatum.*] Idolon & ſimulachrum huiuſce iuuenis

Digitized by Google

probiſſimi. quem Lucius noſter hoc in loco deſcribit: eſt Bartholomęus Blanchinus, municeps meus; qui nobili genere natus, bonis moribus ornatus, literis literatis excultus, auditor meus, mihíque ſumma beneuolentia copulatus, effingit ac repręſentat iuuenem ex omni parte laudabilem. Dotibus animi accedunt bona corporis atque fortunæ. Diligit doctos, & me in primis: contubernio proborum artificum lætatur, maximéque piſtorum. Habet domi veluti in larario nomiſmata ex auro & argento compluſcula, quibus minutæ magnorum virorum facies expreſſæ conſpiciuntur: ocium & quietem literariam cumprimis probat & ſectatur, modeſtia & probitate præcipuus viuit in cœlibatu, quamuis eum generum optent ſummates: prorſúſque huic Apuleiano iuueni cætera ſimillimus, niſi quòd nec patrem habet, nec nouercam domi; & melioribus annis natus, fortunatius degit: nec inſidias nouercales pertimeſcit, quibus obnoxius fuit hic, quem Lucius noſter perſcribit dilectum eſſe à nouerca, amore inceſto & infando. *Conſequenter modeſtia præcipuum* ⁊ Pietas, modeſtia, humanitas, ſunt ſequelæ & comites literarum. literæ bonos mores & virtutes omnes politicas edocent. Humanitatem veteres appellauerunt id propemodum, quod

*lentio reſiſtebat. At vbi completis igne veſano totis præcordiis, immodicè bacchatus amor exæſtuabat, ſæuienti Deo iam ſuccubuit: ac languore ſimulato, vulnus animi mentitur in corporis valetudine. Iam cætera ſalutis vultúſque detrimenta, & ægris & amantibus examuſſim conuenire, nemo eſt qui neſciat: pallor deformis, marcentes oculi, laſſa genua, quies turbida, & ſuſpiritus cruciatus tæditate vehementior. Crederes & illam fluctuare tantùm vapore febrium, niſi quòd & flebat. Heu medicorum ignaræ mentes! quid venæ pulſus, quid caloris intemperantia, quid fatigatus anhelitus, & vtrinque ſecùs-iactatæ crebriter laterum mutuæ viciſſitudines? Dij boni! quàm facilis, licèt non artifici medico, cuiuis tamen docto veneriæ cupidinis, comprehenſio; cùm videas *aliquem ſine corporis calore flagrantem.*

Græci

Digitized by Google

Græci παιδείαν, noſtri eruditionem inſtitutionémque in bonas artes dicunt: quas qui ſinceriter appetunt, hi ſunt vel maximè humaniſſimi. econtrario ἄμουσος, id eſt ſine muſis & literis, apud Græcos dictus eſt, pro inelegante & ruſtico atque impolito. *Matrimonium reparauerat.*] ſecundam vxorem duxerat, digamiámque celebrauerat. Sicut improbè Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit: ita qui ſecundis pedicis coniugalibus implicatur, iniquè vitam vxoriam ſtatúmque maritorum criminatur. Semel ducenda vel ſapienti vxor eſt, vt politicè & ciuiliter viuere videatur. ſed ſi digamus, hoc eſt bimaritus eſſe appetit, & digamiæ munera decantat, vecors eſt. Nam prima vxor, aut bona fuit, aut mala: ſi bona, non eſt ſecunda vxor ducenda, quæ primæ conſimilis eſſe non poterit: quinimo timendum, ne in locum bonæ peſſima ſuccedat, cum proba ſit rara auis in terris, nigróque ſimilima cygno. Si verò mala, tanto minus eſt ducenda: cum improbitas primæ potuerit ac debuerit oſorem te facere, ac faſtidioſum totius fœmineæ nationis. ſicut etiam Euripides mulieres ferè omnes maiorem in modum exoſus fuiſſe dicitur, quòd ſimul duas vxores habuerit, quarum matrimonij pertædebat. Quòd autem digamia, monogamia deterior ſit, hinc liquet, quòd digamus in clerum eligi non poteſt. Hieronymus tamen inquit, Non damno digamos, imò nec trigamos: & ſi dici poteſt, octogamos. *Seu fato impulſa.*] Plerique omnes in culpa & maleficio reuicti, perfugiunt ad fati neceſſitatem, tanquam in aliquod aſylum: & quæ peſſimè fecerunt, ea non ſuæ temeritati, ſed fato eſſe attribuenda dicunt. Apud Maternum genituræ explicantur, quæ malcuola ſtellarum radiatione faciunt nonnercas amore priuignorum infando implicari. *Oculos ad priuignorum adiecit.*] Naturali & quaſi genuino odio nouercæ priuignos perſequuntur: hinc verbum elegans Nouercari, pro eo quod eſt agere more nouercarum, malignè ſcilicet & inimiciter. Hinc Horatius in Epodo: Quid vt nouerca me intueris? Plinius noſter naturam homini nouercam triſtem eſſe cenſet. Ergo igitur cum nouercæ priuignos naturaliter oderint, cum nouercalia odia ſint famigerata, hæc priuigni amore capta eſt, hæc ardere cœpit in libidines inceſtas: cum talis amor ſit omni odio deteſtabilior, execratiórque: melius eſt enim odiſſe priuignũ, quàm turpiter amare. *Tragœdiam legere.*] In tragœdiis plerunque amores inceſti infandique explicantur. Tragœdiæ narrant, quemadmodum Phedræ amore fœdiſſimo priuignum Hippolytum de-

Peribat. Denique tragœdiarum argumenta ſunt, nefandæ nouercarum priuignorúmque amationes. Ideóque Euripides petente Archelao rege, vt ſe tragœdiam ſcriberet, abnuit, ac precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium: oſtendens, nihil aliud eſſe tragœdiam, quàm miſeriarum comprehenſionem: quæ, vt Græci definiunt, eſt ἁθλίων ἀθροισμός, id eſt rerum triſtium comprenſio. cum comœdia ſit ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκινδύνου ἀθροισμός: id eſt, priuatarum ciuiliumque rerum ſine periculo vitæ comprenſio. Præterea in tragœdia, fugienda vita: in comœdia, capeſſeenda exprimitur. Per ſoccos autem materia comica, per cothurnos tragica ſignificatur: cum ſoccus ſit calciamentum comœdorum hiſtrionum, cothurnus verò tragœdorum, quod ex verſu Horatiano ſat notum eſt: Hunc ſocci cæpere pedem, grandeſque cothurni. Illud adde ſcitu dignum, quòd cum cothurnus ſit calciatus vtrique pedi aptus, Athenienſes hinc Theramenem cothurnum cognominarunt, tanquam modò harum, modò illarum partium ſectatorem. Proverbiũ quoque apud Græcos celebratur, ἀμφικόθορνος κοδόρνου, de his qui mobiles ſunt, & aſſiduè immutantur. A ſocco ad cothurnum, expone à tenuioribus ad grauiora à iocoſis ad triſtiora, à licitis ad illicita, à rebus comicis ad tragicas. etenim tragœdiæ proprium eſt, amor infandus atque triſticia. *Aſcendere.*] ſignatè locutus eſt: ſtilus enim comicus humilis eſt, vt & materia: tragicus verò character ſublimis, ſicut & argumentum. Inde cothurnati dicti grandiloqui, & inſtar aquilarum per ſublimia volitantes. *Silentio reſiſtebat.*] ſilenter diſſimulabat, *Bacchatus amor,*] Seneca: Labitur totas furor in medullas, igne furtivo populante venas. *Sæuienti deo.*] Cupidini, qui impotens flammis ſimul & ſagittis regnat in orbe, cuius ſpiculis ſuccumbunt mortales immortaleſque: Qui ſuperos, ipſumque Iouem, qui numina ponti Ferarumque domat. *Cupido paruulus.*] Tulliana ſententia eſt: Malum naſcens facile opprimitur, inueteratum ſit plerunque robuſtius. *Mentitur in corporis valitudine.*] ſimulat ſe languore corporis affectam, cum animi ægritudine tabeſcat. ſic olim Antiochus amore nouercæ Stratonices captus, cum cupidini ſæuienti ſuccubuiſſet, nec vllum remedium tanto malo reperiret: ſimulans ſe corporis morbo conflictari, in lecto decubuit: qui mox opera & aſtu Eraſiſtrati medici reualuit, factus voti compos. *Exámuſſim conuenire.*] examinatè, optimè, ad vnguem, regulariter. Plautus: Vt hanc rem vobis examuſſim diſputem. Aduerbium eſt. amuſſis enim regula fabrorum eſt, qua architecti opus probant: vel, vt alij volunt, ferramentum,

quo

quo in poliendo vtuntur. inde amuſſitata indoles Plauto, pro exanimata atque perfecta. ſic enim ſcribit in Milite : In hoc muſſitata ſua ſibi ingenua indoles. & ita hunc locum Plauti legendum eſſe, docet Nonius Marcellus, cum in Plautinis codicibus paſſim legatur E muſſitata: quam tamen lectionem, vt probam emaculatamque, tueri poſſumus auctoritate Feſti Pompeij, qui ſcribit, emuſſitata dici adamuſſim facta. & ne quis audeat id velle conuellere & calumniari, traditur hoc à Feſto in dictionibus à litera E incipientibus. Aul. Gellius in primo, Iudicium factum adamuſſim diceres. *Pallor deformis.*] Ægroti & amantis ſigna communia. nam qui amat, & qui ægrotat, pallore deformatur. De ægroto notiſſimum Virgilianum illud : Continuò eſt ægris alius color, horridat vultum Deformat macies. De amante illud Horatianum : Et tinctus viola pallor amantium, ex præcepto quoque Naſonis : Palleat omnis amans, color. hic eſt aptus amanti. *Laſſa genua.*] Labant genua in ægroto, labant & in amatore: qui videns amicam, & mente & genibus tremit, iuxta illud Terentianum : Totus Parmeno tremo, horreoque poſtquam aſpexi hanc. Aiunt phyſici, ex nimio ardore effectum frigoris reddi, vt ex frigore nimio effectus ignis exiſtit: natura enim magni caloris horrorem incutit, vt nimiæ febres. *Quies turbida.*] Quis neſcit, turbidam inquietámque quietem eſſe infirmis? qui inſomnioſi ſunt, qui diris viſionibus agitantur. Hinc Horatius, Velut ægri ſomnia vanæ Finguntur ſpecies. In eandem ſententiam eſt illud Perſianum Ægroti veteris meditantes ſomnia. Idem quoque eſt amoris affectus. Amator enim inſtar Achillis Homerici (expertus loquor) nunc pronus in faciem, nunc ſupinus cubat: toto lecto verſat corpus, dum ſomnum oculis capere non poteſt : cuius tumultuoſa per thorum iactatio eſt, & inquies nocturna. *Suſpirius vehementior.*] ſuſpiratus, ſiue ſuſpirium. Plutarchus, Sappho, cæteri, amatoribus aſſignant defectum vocis, ruborem vultus, mox pallorem, intuitum oculorum inconuenientem, ſudores acutos, motum venæ incredibilem, & crebra ſuſpiria. Horat. quoque ſignare volens amoris indicium, ſic inquit in Epodo : Amantem langor & ſilentium arguit. Et latere petitus imo ſpiritus. *Fluctuare ardore febrium.*] Si vidiſſes fœminam hoc pacto languẽtem, credidiſſes eam ardentibus febribus torqueri. Sed cum fieret, ſignum erat Cupidineæ flammæ, qua vitalia intrinſecus torrebantur. nam, vt ait ſpecioſiſſimè poeta, eſt mollis flamma medulas Interea, & tacitum viuit ſub pectore vulnus. Apud Ouid. inquit Biblis amore labeſcens: Eſſe quidem læſi poterat tibi pectoris index, Et color

& macies,& vultus,& humida ſæpe Lumina, nec cauſa ſuſpiria mota patenti. *Heu medicorum.*]Imitatio Maroniana: Heu vatum ignaræ mentes,quid vota furentem, Quid delubra iuuant?Medicos damnat inſcitiæ, qui parum ſolerter, parumque curioſe diſpicerent,quid pullus,quid creber anhelitus, quid calor immodicus in fœmina ſignificarent.nec enim hæc morbi erant,ſed ardentiſſimi amoris indicia. Quod vel mediocriter erudito medico comprehendere fas erat. *Laterum viciſſitudines.*]Modò in dextrum,modò in ſiniſtrum latus iactatio. ſic Achilles Homericus, ex deſiderio Patrocli,nunc in latus,nunc reſupinus,nunc pronus, nunc rectus volutatur. Supini cubitus(vt inquit Plinius noſter) oculis conducunt.at pro tuſſibus, in latera, aduerſus diſtillationes. Theophraſtus tradit,celerius concoqui dextri lateris incubitu,difficilius in ſupinis. *Sine corporis calore flagrantem.*]Vbi homo flagranter æſtuat citra corporis calorem & febrem, nimirum ille ob amorem animo ardet,non corpore febricitat. Talis enim flagrantia non corpus, ſed animum populatur:quæ cognitio comprenſióque vel mediocri medico facilis eſt.

Alterius agi.] Lego,altius vel alternis agitata. *Filium.*] priuignum intelligit, quem nouerca deperibat. *Nomen.*]ſcilicet filij: nec enim voluiſſet amorabunda fœmina filium eſſe & dici, quem ipſa afflictim deperibat: qua talis amor infandus, inceſtificus, execrabilis eſt. Conſimiliter apud Ouidium Biblis Caunum fratrem deamans,nomen ſororis eradit ex epiſtola: Scripta ſorór fue-

Ergo igitur impatientia furoris alterius agitata, diutinium*rupit ſilentium, & * aduocari præcipit filium: quod nomen in eo ipſo,*ne ruboris admoneretur, libenter eraderet. Nec adoleſcens *ægrè parèntis moratus imperium, ſenili *triſticia ſtriatam gerens frontem, cubiculum petit vxoris patris, matríſq; fratris, vtcunque debitum ſiſtens obſequium. Sed illa cruciabili ſilentio diutiſſimè fatigata, &, vt in quodam vado dubitationis hærens, omne verbũ quod præſenti ſermoni putabat aptiſſimum, rurſum improbans, nutante etiam nunc pudore, vnde potiſſimum caperet exordium, decunctatur. At iuuenis nihil etiam tunc *ſecius ſuſpicatus, ſummiſſo vultu rogat vltrò præſentis * cauſam, ægritudinis. Tunc illa nacta ſolitudinis*

dam-

damnosam occasionem , prorumpit in audaciam: & vbertim ad lacrymas, laciniáque contegens faciem, voce trepida sic eum breuiter affatur. Causa omnis & origo præsentis doloris, & etiam medela ipsa, & salus vnica mihi * tuæ ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia , meis medullis acerrimum commouent incendium. Ergo miserere* tuæ causa pereuntis : nec te religio patris omnino deterreat, cui morituram prorsus seruabis vxorem. Illius enim recognoscens *imaginem, mutua facie, merito te deligo. Habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarij facinoris otium. Nam quod nemo nouit, penè non fit.*

rat, visum est delere sororem. Vnicuique (vt aliubi quoque dictũ est) duo sunt nomina: vnum propriũ, alterum naturæ & sanguinis, quo se debent appellare coniunctæ personæ : vt est nomen matris & filij, nouercæ & priuigni. Nunc ergo amorabunda nouerca, libenter erraderet hoc naturale nomen , ne aut filium , aut priuignum nominare cogeretur : quæ nuncupatio in re obscœna sine rubore esse non potest. *Parentis.*] nouercæ , quæ parentis, hoc est matris loco esse priuigno debet: & priuignus nouercæ perinde ac parenti obsequi debet. *Striatam frontem.*] rugosam, contractam, subductam. qualis ex tristicia esse solet, quæ & caperata frons dicitur: & decẽter dixit Plaut. quid huic homini frõs caperat seueritudine? Striæ sũt canaliculę in columnis, & caua. vnde columnæ striatæ dictæ. Talibus fulciuntur ædes Bentiuolorum magnificentissimæ. Quidam strias non ipsos canaliculos dici interpretantur, sed prominentias & extuberationes inter caua & canaliculas columnarum. Victruuius in 4. Columnas (inquit) striari viginti strijs oportet. Idem striaturam appellat descriptionem striatarum columnarum. Igitur translatione venustissima striatam frontem posuit Lucius noster, pro tristissima & caperata, in qua rugæ aspiciantur instar striarum , quas in columnis efficimus. rugarum enim & striarum reciproca translatio est. Idem Victruuius: Trunco, inquit, toto strias, vti stolarum rugas matronali more demiserunt. Crassitudines striarum eodem auctore faciendæ sunt, quantum adiectio immedia colũna ex descriptione inuenietur. Strigæ verò aliud lõgè significant. nã (vt grãmatici docẽt) appellantur ordines rerum inter se iunctim collocatarum, à stringendo dictæ.

Digitized by Google

Columella in 2.de fœno loquens,ſic refert:nunc demum conuertemus,& vtrunque ſiccatum coartabimus in ſtrigam, atque ita manipulos vinciemus. *Vxoris patris.*] Nouercàm ſignat,quæ vxor erat patris: & filium procreauerat alium, qui ex patre iſtius adoleſcentis frater erat. *Vtrunque.*]Nitidior lectio eſt,vtrunque. *Siſtens obſequium.*] id eſt,ſe obſequioſum exhibens.verbum iuris eſt,ſiſtere vadimonium,ſiſtere rerum: quod ad alia quoque tranſfertur.Ouid.Siſtitur ante aras. A.Gellius docet, ab hoc verbo ſiſto,ſtiti in præterito dici, non ſteti: & à M.Catone rectè ſcriptũ eſſe,vadimonium ſtitiſſet: quod audaces emendatores è ſcripto ſteriſſet corruperunt.*In vado dubitationis.* } incerta ac fluctuabunda,ſicut cymba in vado periclitatur, contrà dixit Plaut. prouerbialiter,In vado ſalutis res eſt. *Vnum.*]Legendum eſt,Vnde. Exprimitur amantis affectus, quæ vnde exordiatur cum priuigno alloquium neſcit: quæ incipit effari, mediaque in voce reſiſtit. *Decontatur* } valde conetatur & hæſitat.ſic Biblis apud Ouid. Incipit & dubitat, ſcribit damnátque tabellas: Et notat, & delet, mutat,culpatque,probatque. *Summiſſo vultu.* } Hoc in laudem pudibundi iuuenis dictum eſt, qui vultu demiſſo ac verecundo quærit de matre cauſam ægritudinis.*Nacta.* } Nancitor dicitur apud veteres,pro nactus erit.*Occaſionem ſolitudinis.*} Solitudo ſæpe nobis magna mala ſuadet (vt inquit Seneca) & cogitationes diras ſuggerit: ex cuius occaſione nunc nouerca fit audax apud priuignum, & amorem infandum tetrumque confitetur ac detegit. *Vbertim.*] largè & abundanter. *Lacinia.* } præ pudore cooperuit faciem, vt liberius amorem impudicum ſceleſtumque profiteretur. Apud Platonem Socrates operit pallio caput, orationem quandam parum pudicam habiturus. Apud Gellium Iulianus rhetor capite conuelato canit verſus poeticos,amaſios ac venerios. *Et medela ipſa.*] Huic ſententiæ quadrat illud Ouidianum: Tu ſeruare potes, tu perdere ſolus amantem. *Tui oculi per meos oculos.*] Amor (vt philoſophi tradunt,& meminit Plato) deſiderium eſt fruendæ pulchritudinis:fruitur autem amator re amata per oculos.Vnde meritò oculus cauſa & origo eſt amoris, vt Muſæo placet. Oculus radiorum aculeos in contuentis regionè oculos iaculatur. hinc virulentus aculeus tranſuerberat oculos, & hominis percuſſi præcordia córque conuulnerat. Quintilianus in ea declamatione quæ inſcribitur Cæcus in limine: Oculi (inquit) ſunt tota noſtra luxuria, hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant,mirantur,adamant,concupiſcunt. *Pereuntis.*}ſcilicet mei. Ouid. Miſerere fatentis amorem: Et non faſſuræ, niſi cogeret vltimus ardor. *Illius imaginem.*] Filius imago patris eſt,

quem non tam facie quàm moribus repręsentat. Phedra apud Senecam sic inquit ad Hippolytum: Hippolytæ sic est Thesei vultus, amo, & mox paulo: Talis, en talis fuit, cum placuit hosti. sic tulit celsum caput: in te magis refulget incomptus decor, & genitor in te toruus. *Habere.*] Cotrige, habes. *Solitudinis fiduciam.*] Solitudo, vt antè diximus, multa mala nobis suadet: & locus ab omni arbitro liber, fiduciam dat patrandi sceleris. *Necessarij facinoris.*] Facinus necessarium vocat, quod cum necessaria persona committitur, & necessitudinis vinculo copulata: qualis est inter nouercam priuignúmque coniunctio. *Pene non fit.*] Sententialiter hoc dictum est: tanquam pro infectis habenda sint, quæ facta esse nemo cognouerit. Olim Claudius imperator adulterijs famosum monuit, vt cautius indulgeret voluptati veneriæ: tanquam non fiat quod latet. Philosophus quoque nomine Peregrinus, existimabat homines tunc peccare procliuius, cum latêre posse id peccatum putarent, impunitatémq; ex ea latebra sperarent. Virum verò sapientem non peccaturum esse dicebat, etiam si peccasse eum dij atque homines ignoraturi forent. non enim pœnæ infamiæ metu non esse peccandum, sed iusti honestíque studio & officio.

Perturbatus.] apud Senecam, impudica nouercæ cõpellatione perturbatus Hippolytus, sic exclamat: Magne regnator deûm, tam lentus audis scelera, tam lentus vides? Hic verò neque clamosus neque iurgiosus inducitur, sed consultus & prudens, qui promissione leniendam magis fœminam censuit, quã negatione exasperandam. *Intempestiuè.*] Pittacus, ex septem sapienti-

*Repentino malo perturbatus adolescens, quanquam tale facinus protinus exhorruisset, non tamen negationis intẽ pestiua seueritate putauit exasperãdũ, sed cautæ promissionis dilatione *leniẽdã. Ergo prolixè pollicetur, vt *& bonũ caperet animum, refectionísque se ac saluti redderet, impendiò suadet: donec patris aliqua profectione, liberum voluptati concederetur spatium. statímque se refert à noxio conspectu nouercæ. Et magnam domus cladem ratus indigere *magno & ampliore cõsilio, ad quendã compertæ grauitatis educatorem senem protinus refert. Nec quicquam diutina deliberatione tam salubre visum, quàm fuga celeri procellam fortunæ sæuientis euadere. Sed impatiens vel exiguæ dilatio-*

lationis mulier, ficta qualibet cauſa, cõfeſtim marito miris perſuadet artibus, ad longiſſimè diſſitas feſtinare villulas: quo facto, maturatæ ſpei veſania præceps, promiſſæ libidinis flagitat vadimoniũ. Sed iuuenis, modo iſtud, modò illud cauſæ faciens, execrabilẽ fruſtatur eius aſpectum: quoad illa nuntiorum varietate, pollicitationem ſibi denegatam manifeſtò perſpiciens, mobilitate lubrica nefarium amorem ad longè deterius tranſtuliſſet odium. Et aſſumpto ſtatim nequiſſimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali ſeruulo, perfidiæ ſuæ conſilia communicat: nec quicquam melius videtur, quàm vita miſerum priuare iuuenem. Ergo miſſis continuo furciſer, venenum præſentarium comparat: idque vino diligenter dilutum inſontis priuigni præparat exitio.

bus vnus, dicere ſolebat γνῶθι καιρὸν, id eſt, noſce tempeſtiuitatem: intelligi volens, in rebus omnibus obeundis nihil eſſe conducibilius, melíúſque tempeſtiua opportunitate, è contrario nihil peius intempeſtiuitate. Super qua re latiſſimè perſcripſimus in Heptalogo. Sic ſeueritas, quæ alioqui inter virtutes numeratur, in vitij nomen tranſibit, ſi fuerit intempeſtiua, neque κατὰ καιρὸν: id eſt, ex opportunitate adhibita. Vnde laudandus hic iuuenis, qui negare ſeueriter noluit, ne per intempeſtiuam ſeueritatem fœmina magis ac magis exaſperaretur. *Prolixè.*] benignè, largè, liberaliter. M. Cato res prolixas dixit, quas alijs quoque vocabulis ſecundas & proſperas appellat. *Impendio ſuadet.* } valde vehementer hortatur. *Refert.* } rettahit, abducítque. *Ad educatorem refert.* } Id eſt, conſulit nutricium ſenem, & quæ ſit ſuper re tanta illius exquirit ſententiam: qui cum ſenex eſſet, meritò multarum rerum conſultiſſimus, gnauiſſimuſque videri poterat, cum ætate ſapientia adipiſcatur. In ſenibus prudentia eſt, atque conſilium, & (vt inquit Plaut. in Trinummo) ſapientiæ ætas condimentum eſt. Sapiens ætati cibus eſt. Senibus (vt auctor eſt Quintil.) auctoritas maior eſt, quòd plura noſſe & vidiſſe creduntur. quod & Homerus frequentiſſimè teſtatur, & (vt elegantèr ſcribit M. Tul. in Catone) temeritas eſt floreſcentis ætatis, prudentia ſenectutis. In ſenibus conſilium, ratio, ſententia eſt:

quæ

quæ niſi forent, non ſummum conſilium maiores noſtri ſenatum appellaſſent. Proinde probandus eſt adoleſcens, qui conſiliarium ſenem educatorem adhibuit, qui ex conſilio ſenioris, atque ſententia ſaluberrima decreuit ſubducere ſeſe nouercalibus blanditiis, & fuga euadere hanc quaſi procellam ex fluctibus Cupidineis impendentem. *Impatiens mulier.*] Omnis mora amantem torquet, omnis cunctatio tormentum eſt: & (vt inquit Plaut. in Penulo) Amans quicquid agit, properat omnia, amanti nihil ſatis feſtinatur. *Diſſitas.*} longè remotas, diſſantéſque ab vrbe. Antiqui improbarunt villas & prædia longè ab vrbe diſtantia. Hinc Pomponius inquit: longè ab vrbe villicari, quò herus raro venit, non villicari, ſed dominari mea eſt ſententia. Columella quoque cenſet, in propinquo agrum mercari, quò & frequenter dominus veniat, & frequentius ſe venturum quàm ſit venturus denunciet. putátque ſuburbanum prædium commodiſſimum eſſe. Catonis dictum eſt de agro parando, Pedibus compenſari pecuniam. *Flagitat vadimonium.*] Ex forenſibus verbis tranſlata ſentẽtia. Sicut enim ad vadimonium venire ſolet litigator, qui id promiſit: ita decenter vadimoniũ libidinis flagitat nouerca à priuigno, vt ſeſe ſiſtat in palæſtra veneria: vt quod verbo promiſerat, re perficiat. *Illud cauſæ.*] id eſt, modò hanc rem, modò illam cauſatus. *Mobilitate lubrica.*] Nihil eſt mobilius mente fœminea: quod & teſtimoniis poetarum, & Græco verbo ſatis liquet. quis enim neſcit illud, Varium & mutabile ſemper fœmina? Item, Mobilior ventis ô fœmina. Item, Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen. Græcè dicitur, κουφὸν τὸ φῦλον τῶν γυναικῶν. id eſt, leue eſt & mobile genus fœminarum. Proinde videmus quotidie, amorem fœminæ torrentiſſimum, in odium internecinum repente conuerti, & ex amorabunda fieri infeſtiſſimam. Amor in nouerca erga priuignum nefarius eſt, & execrabilis: ſed odium fit longè execrabilius, cum necem meditatur, cum ad venena accingitur, cum in priuignum furibunda bacchatur. Fecit hæc nouerca in priuignum, id quod fieri ab vxore in maritum ſcribit Hieronymus, qui in libris contra Iouinianum, in ſectam fœminarum perorans ait: In odium verterur ac iurgia, & niſi citò conſulueris parabit venena. *Emancipato.*} addicto, parato. aliàs emancipatus dicitur, emiſſus ex patria poteſtate. Verbum iuriſconſultorum. Apud Horat. in Epodo ſcriptum eſt: Romanus, heu poſteri negabitis, emancipatus fœminæ. vbi emancipatus accipitur pro addictus, & quaſi in mancipatum & ſeruitutem datus Cleopatræ. *Dotal. ſeruo.*] Dotales ſerui (vt ex verbo

ipſo notiſſimum eſt)dicuntut, quos vxor cum dote ad marituin attulit. Plaut. in Aſinaria: Dotalem ſeruum Sauream vxor tua adduxit,cui plus in manum ſit quàm tibi.De ſeruis dotalibus & ancillis mentio fit apud iuriſconſultos.& ait Paulus titulo de donationibus:Si quid in pueros ex ancillis dotalibus natos maritus impenderit,aut in doctrinam, aut in alimenta, non conſeruatur marito,quia ipſe miniſteriis eorum vtitur: quemadmodum ſi à prædonibus redemiſſet ſeruos dotales.recepticium verò ſeruum appellant proprium vxoris, quem ſibi recipit ac retinet, neque doti dat. De quo A.Gellius.de quo & M.Cic.loquitur,ſic ſcribens:Vbi irata facta eſt,ſeruum recepticium ſectari atque flagitari virum iubet.*Venenum præſentarium.*}Dicimus venenum præſentarium,ſiue præſentaneum. quod ſtrenuiſſimum ,rapidiſſimúmque eſt:quod præſentem mortem ſubitariámque affert, ſine vlla lenitudine. Auctor eſt Tranquil. Neronem coegiſſe Locuſtam venenariam coquere venenum quàm poſſet velociſſimum ac præſentaneum. Attilius Regulus in ſenatu Romæ dixit (auctore A.Gell.) venenum ſibi Carthaginenſes dediſſe non præſentaneum, ſed eiuſmodi quod mortem in quem proferret. Plin.remedia præſentanea & præſentiſſima frequenter appellat, quæ ſine cunctatione auxiliantur. Quintil. artem dicendi conſtare ait inter cætera,conſilio præſentiſſimo.*Vino dilutum.*}vino temperatum,diſſolutumque.M.Tul.In Cluentiana,docet probabilius eſſe venenum in potione datum,quàm in pane, celeriúſq; epotum,quàm comeſum,in venas atque in omnes partes corporis permanare: præterea facilius falkere poteſt in poculo venenum,cum ita confuſum ſit, vt ſecerni nullo modo poſſit. cicuta vino diluta,atque in vino pota,irremediabilis exiſtimatur.

Noxij homines.] nouerca, & dotalis ſeruus.*Fortè fortuna.*]Archaiſmos eſt: nam antiqui iunctim dicebant fors fortuna , & forte fortuna, pro caſu & ſubita fortuna.Grammatici ita diſtinguunt, vt fors ſit caſus temporalis , fortuna verò ipſa dea Te-

Ac dum de oblationis opportunitate ſecum deliberant noxij homines , fortè fortuna puer ille ieiunior proprius peſſimæ fœminæ filius, poſt matutinum laborem ſtudiorum domum ſe recipiens, prandio iam capto ſitiens,repertum vini poculum , in quo venenum latitabat incluſum,neſcius fraudis occultæ,* continuò perduxit hauſtum:atque vbi fratri ſuo paratam mortem ebibit, exanimis terræ procumbit.*Illius quoque repentinæ*

*pentina pueri pernicie pædagogus cõmotus, vlulabili clamore matrem totámque ciet familiam. Iámque cognito casu noxiæ potionis, variè quisque præsentium auctores insimulabant extremi facinoris. Sed dira illa fœmina, & malitiæ nouercalis exemplar vnicum, non acerba filij morte, non parricidij conscientia, non infortunio domus, non luctu mariti, vel ærumna funeris commota, cladem familiæ vindictæ compendium traxit: *missóque protinùs cursore, qui vianti marito domus expugnationem nuntiaret: ac mox eodem ociùs ab itinere regresso, personata nimia temeritate, insimulat priuigni veneno filium suum interemptum. Et hic quidem non adeò mentiebatur, quòd iam destinatam iuueni mortem præuenisset puer: sed fratrẽ iuniorem fingebat ideò priuigni scelere peremptum, quòd eius probrosæ libidini, qua se comprimere tentauerat, noluisset succumbere. Nec*tamen immanibus contenta mendacijs, addebat, sibi quoque ob detectum flagitium, eundem illũ gladio cõminari. Tunc infœlix, duplici filiorum morte percussus, magnis ærumnarũ procellis æstuat. Nã & iuniorem in corã sui funerari videbat: & alterum, ob incestũ parricidiúmque capitis scilicet damnatum iri certò sciebat. Adhuc vxoris dilectæ nimiùm mentitis lamentationibus, ad extremum sobolis impellebatur odium.*

rent fors fortuna, inquit, nobis. id est, vt exponit Donatus, subita fortuna. qui id quoque autumat, quod fors fortuna in bono ponitur. *Ille iunior.*] quem scilicet genuerat infanda hæc mulier ex patre adolescentis, quem ad stuprum sollicitauerat: quem suprà dixit duodecimum ætatis annum peregisse. *Pendio.*] Dictio non solum mendosa, verumetiam cassa & futilis, nihílque significãs: quæ obelo confodienda est, vt in eius locum substituatur Prandio: vt ita legas, prandio iam capto. significat enim, puerum redeuntem à palæstra literaria, sumpsisse prandiculũ, hoc est ientaculũ: ex quo cum sitiret, repentè exhausit poculum illud mortiferum, credens id vinum esse, cùm venenum vino dilutũ inter-

noſci non poſſet. *Fratri.*]Priuignum intellige, qui ex patre tantum, non ex matre frater erat pueri, qui hauſerat venenum. *Exanimis.*]moribundus, & ſimilis extincto. nam reuera (vt paulò mox liquebit) non fuerat hæc potio peſtifera, ſed ſoporifera. *Pædagogus.* } Tit. de iniuriis, pædagogi nomine comites continentur. comitem verò accipere debemus, eum qui comitetur & ſequatur. ferulæ ſceptra ſunt pædagogorum, qui interdum imperioſi atque ſæuientes ſtulticiam ſuam perdocent, qui alumnos fœdis ſæpe vitiis imbuunt, quorum ſordes ſunt ineluibiles. Sicut Leonides Alexandri pædagogus, eum quibuſdam vitiis infecit, quæ robuſtum quoque, & iam maximum regem ab illa inſtitutione puerili ſunt perſecuta. Ideoque ſalubriter præcipit Quintil. vt pędagogi ſint morati, ſintque eruditi, aut ſe non eſſe eruditos ſciant. latini magiſtrum appellant, quem Græci pædagogum. *Ciet familiam.* } commouet, inclamat. *Inſimulabant extremi facinoris.* } accuſabant: inſimulatio eſt, & falſi & veri criminis incuſatio. inſimulo vt (docet Donatus) genitiuo iungitur: ſicut hoc in loco. Plautus tamen dixit: Sic me ſimulare falſum facinus tam malum. *Malitiæ nouercalis exemplar vnicum.*] Vno verbo abſoluit, complexúſque eſt omnia quotquot ſunt flagitia, quæ in omneis nouercas cadunt. Etenim quæ exemplar malitiæ nouercalis meritò dicitur, ea eſt omnium nouercalium ſcelerum officina, omnium fraudium ſeminarium, omnium verſutiarum coagulum, improbitatis ſcena, flagitiorum miniſterium: vt reliquis nouercis eſſe poſſit exemplar & archetypon, quod ſequantur: armatæ in priuignos, inſtructæ ad perniciem miſerorum. *Non parricidij conſcientia.* } Minimè commota eſt dira fœmina, cum videret filium ſuo ſcelere proſtratum, cuius necis ipſa erat conſcia: quod parricidium vocat. etenim nomine parricidæ ſignificatur non ſolum, qui patrem matrémque interficit: ſed & qui filium, filiámve, alios quoque neceſſarios occiderit: quod & docet Martianus iuriſconſultus, qui titulo ad legem Pompeiam de parricidiis ſcribit, lege de parricidis teneri, ſi quis patrem, matrem, auum, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum: ſi mater quoque filium filiámve occiderit: ſed & auus tenetur, qui nepótem peremerit: & qui emit venenum, vt patri daret, quamuis non potuerit dare, præterea apud antiquos parricida dicebatur, qui qualemcunque hominem occidiſſet. Quod lex Numæ Pompilij indicat, his compoſita verbis: Si quis hominem liberum morti ſciens duit, parricida eſt. Plaut. eleganti vocabulo parenticidam dicit, parentis interfectorem. Obiter annotandum,

tandum, dici homicidam interdum cum laude, pro viro scilicet forti, qui multos in bello occiderit. sicut Horat. dixit homicidam Hectorem laudabiliter, & longè aliter quàm vulgo dicatur. *Vindictæ compen.*] Viam ad vindictam priuigni compendiariam, & breuem traxit ex filij morte, tanquam posset persuadere marito & omnibus, filium periisse priuigni veneno & fraude: quo persuaso, quod erat satis probabile, priuignus tanquam fratricida sine cunctatione plecteretur. *Missso cursore.*} Inter mancipia sunt & cursores: quod ex lectione iurisconsultorum sat cognitum est. scribit enim Paulus volumine de legatis 3, quòd si alij cursores legati sint, si quidam cursores & vernæ sint, cursorib. cedent: semper enim species generi derogat. Antiquitas celebrat cursores, quos hemerodromos vocant, qui die vno ingens spacium cursu emetiebantur. Inter quos clarissimus fuit Philonides, Alexandri magni cursor. ex Liuio, Plin. Probo, Æmilio, & cæteris. *Viantí.*] iter facienti, & in villam itanti. Viantes scriptoribus vsurpantur pro viatorib. peregrinatoribúsque. *Expugnationem do.*} mortem filij, quem veluti per vim fraternam expugnatum peremptúmque credi volebat. *Ocius.*} statim. *Personata.*] ficta, composita, simulata: instar histrionum, qui inducta persona simulant & imitantur quemcunque velint: vnde & personati dicti. Horatius: Quo personatus pacto pater. à Seneca fœlicitas personata nominatur. Atellani propriè inter histriones vocantur personati, quia ius est his non cogi in scena ponere personam, quod cæteris histrionibus pati erat necesse. *Et hic.*] in hoc, in hac re: Apuleiana eloquutio. *Non men.*} Duobus modis dicitur filius peremptus veneno priuigni: vno, qui manifestus est, cum priuignus venenum dedit: altero, qui minus apertus est, cum ille ebibit venenum, quod erat paratum in priuigni perniciem: & ita periit eo veneno, quo alter interimi debuerit. Ex hoc intellectu dixit Apuleius, non mentitam esse diram nouercam, quæ dixerit marito filium peremptum veneno priuigni. Etenim reuera perierat illo veneno, quòd Priuigno fuerat destinatum, quo priuignus perire debuerat. *Probrosæ.*} Scelus inauditum finxerat scelestissima nouerca, videlicet quòd priuignus seipsam libidine infanda inceestare voluisset: quæ haud dubiè probrosissima est. Consimile quiddam fecit Phædra, quæ insimulauit Hippolytum apud Theseum, quòd se comprimere tentasset. Quidam ita exponunt vt intelligant insimulatum esse priuignum fratricidij, ex eo quòd fratrem inceestare libidine mascula tentauerat, atque præpostera, & quòd ille recusauerit. est enim amphibolon illud Se, vtrum

ad nouercam an ad fratrem referatur. *Comprimere.* } Verbum eſt obſcœnæ ſignificationis. hinc locus ille Plautinus mordax, & cum felle. ſic enim inquit Mercur. Ego tibi hanc comprimam linguam. Reſpondet Soſia, alludens ad turpem ſignificatum: Haud potes, bene pudicéque aſſeruatur. *Immanibus.*] enormibus, immodicis, incredibilibus. *Ærumnarum procellis.*] Cõſimile eſt illud Virgilij: & magno curarum fluctuat æſtu. Ex tranſlatione marinæ tempeſtatis, procella ærumnarum, fortunæ, & id genus aliarum rerum elegantiſſimè deducitur. Quintil. auctor eſt, tranſlationem hanc vſurpari ad orationis ornatum, quo dicimus, concionum procellas & eloquentiæ fulmina. *In coram ſui.*] Sæpe apud hunc ſcriptorem annotatum eſt id genus eloquutionis, in coram ad inſtar: quod nos coram & inſtar ſimpliciter dicimus. Eſt autem archaiſmos in coram ſui, pro coram ſe ipſo, in conſpectúque paterno. maior autem haud dubiè dolor eſt ex re luctuoſa, quam videmus, quàm ſi tantum audiamus. oculorum enim ſenſus eſt acerrimus. *Ob inceſtum, parricidiúmque.* } Duplex noxa, & vtraque criminoſiſſima, vtraque capitalis. inceſtum refertur ad probroſam libidinem, cuius noxę inſimulatus erat à nouerca priuignus. quod ſe vel fratrem inceſtare voluiſſet. Parricidium verò, quod veneno interemiſſet. ſic enim finxerat peſſima nouerca cuius commenta maritus vera eſſe credebat, cum vxoris lamẽtatio, omnibus ficticiis perſuaderetur. *Ad extremum ſobolis odium.*] id eſt, impellebatur odiſſe filium odio particidiali, qui iure naturæ ſolet & debet parentibus eſſe chariſſimus.

Senex infœlix.] pater defuncti, maritus doloſiſſimæ nouercæ. *Caniciẽ.*] In luctu, puluere & cinere comam fœdabant: vt ſuperius dictum eſt. De Latino attonito & mœſto cecinit poeta: Caniciẽ immũdo pfuſã puluere turpãs. *Genua decurionũ.*] Modo decurionũ nomine ſena-

Vixdum pompæ funebres ex ſepultura filij fuerant explicatæ, & ſtatim ab ipſo eius rogo ſenex infœlix, ora ſua recentibus adhuc rigans lacrymis, trahénſque cinere ſordentem caniciem, foro ſe feſtinus immittit. Atque ibi tum fletu, tum precibus, genua etiam Decurionum contingens, neſcius fraudium peſſimæ mulieris, in exitium reliqui filij plenis operabatur affectibus: illum inceſtum paterno thalamo, illum parricidam fraterno exitio, & in comminata nouercæ cæde ſicarium. Tanta demique

miſera-

miseratione, tantáque indignatione curiam, sed & plebem mœrens inflammauerat, vt remoto iudicandi tædio, & accusationis manifestis probationibus, & responsionis meditatis ambagibus, cuncti conclamarint: Lapidibus obrutum publicum malum, publicè vindicari. *Magistratus interim metu periculi proprij, ne de* prauis indignationis elementis ad exitium disciplinæ ciuitatisque seditio procederet, partim Decuriones deprecari, partim populariter compescere, vtrite & more maiorum *iudicio reddito, & vtrinque secùs allegationibus examinatis, ciuiliter sententia promeretur: nec, ad instar barbaricæ feritatis, vel tyrannicæ impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus, & in pace placida tam dirum seculo proderetur exemplum.*

tores intellige: aliàs præpositi equitum significantur. sicut tuo loco suprà iam diximus: vbi etiam annotauimus genua dedicata esse misericordiæ, & à supplicibus attingi solita. **Incestum paterno thalamo.**] Ex hoc liquidò intelligimus, nouercam insimulasse priuignum, quòd seipsam incestare tentasset: incestum dicimus ipsum crimen: & incestum dicimus hominem, quem ecclesiastici scriptores incestuosum appellant. *In comminata cæde.*] Propter illud quod paulo antè sic inquit, Addebat sibi quoque obiectum flagitium, eundem illum gladio comminari. *Sicarium.*] Per abusionem (vt docet Quintil.) sicarios omnes vocamus, qui cædem telo quocunque commiserint. *Curiam.*] Senatum illius ciuitatis, eius decuriones suppl[illegible] grauerat. Apud Græcos apocleti dicuntur senatores, sanctúsque consilium, quod ex delectis constat viris. Apocletorum frequens mentio est apud Liuium. Meminit & Suidas in Etymologico. *Mœrens.*] Irrigens, & mœstitudine confectus. *Responsionibus.*] Purior lectio & magis quadrãs est, si legas Responsionis. hæc enim opponuntur, accusationis & responsionis. Solent autem rei meditatis ambagibus responsionis diluere atque refellere crimen obiectum, & probationes accusatoris confutare, inflammati senili prece homines conclamant, vt remota iudicij legitimi formula, quod lentum esse solet, statim lapidibus reus obrueretur, non expectato vt causa age-

Digitized by Google

retur: & ita indicta causa, inauditus indemnatúsque necaretur: quod minimè fieri fas est, cum in bene morata ciuitate nemo, nisi iudicum sententia damnatus sit, supplicio affici debeat. *Ne de paruis elementis.*] id est, primordiis: sæpe ex parua scintilla gliscit incendium. *Disciplinæ.*] scilicet legalis & politicæ: ex cuius præscripto iudicium constitui debet, & reus audiri, mox re examinata solerter sententia promenda est, vel damnatoria vel absolutoria. *Compescere.*] compescebant, suffrenabántque. *Vtrinque secus.*] ex parte accusatoris & rei: nec enim alio modo ciuiliter iudicari potest, nisi allegationes vtriusque partis audiantur, & auditæ perpendantur. *Damnaretur inauditus.*] Ex præscripto legis nemo inauditus & indicta causa damnari debet, quod si aliquando fiat, scito id fieri ex tyrannica impotentia: hoc est immoderata, violenta & illegitima potentia: vel ex feritate barbarorum, quibus neque mos neque lex est, qui inhumana crudelitate præditi grassantur: qui obliti se homines esse, omnem exuunt humanitatem. Apud Liuium T. Quintius clamitat, reum capitis indemnatum in dicta causa non debere violari. igitur petebatur, ne malum in posteros vsurparetur exemplum, ne homo inauditus indicta causa repentino tumultu damnaretur.

Pronunciat patres in curiam.] Ex more Romano, quo senatores in curiam vocabantur, consulturi super rebus arduis. Liuius ing: Citati patres in curiam iubens. Viatores dicti ministratores magistratuum, ex eo quod plerunque ex agris senatores in curiam arcessebant. *Consueta loca residentibus.*] Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, vt lege municipali præ

Placuit salubre consilium, & illicò iussus præco pronunciat, Patres in curiam conuenirent. *Quibus protinùs dignitatis iure consueta loca residentibus, rursum præconis vocatu primus accusator incedit. Tunc demum clamatus * introducitur etiam reus, & exemplo legis Atticæ, Martiique iudicij, causæ patronis, denuntiat præco, neque principia dicere, neque miserationem commouere. Hæc ad istũ modum gesta, compluribus mutuò sermocinantibus cognoui. Quibus autem verbis accusator * inuexerit, quibus rebus diluerit reus, ac prorsus orationes, altercationésque, neque absens ipse apud præsepium scire, neq; ad vos qua*

igno-

*honoraui possum enuntiare: sed quæ plane *comperi, ad istas proferam. Simul enim finita est dicentium contentio, veritatem criminum fidemque probationibus certis instrui, nec *suspicationibus tantam coniecturam permitti placuit: atque illum promptissimum seruum, qui solus hæc ita gesta esse scire diceretur, sisti modis omnibus oportere. Nec tantillum cruciarius ille, vel fortuna tam magni iudicij, vel confertæ conspectu curiæ, vel certè noxia conscientia sua deterritus, quæ ipse finxerat, quasi vera adseuerare atque adserere incipit: quòd se vocasset indignatus fastidio nouercæ iuuenis: quòd vlciscens iniuriam, filij eius mandauerat necem: quòd promisisset grande silentij præmium: quòd recusanti mortem sit comminatus: quòd venenum sua manu temperatum, dandum fratri reddiderit: quòd ad criminis probationem reseruatum poculum neglexisse suspicatus, sua postremum manu porrexerit puero. Hæc, eximia enim ad virtutis imaginem, verberone illo simulata trepidatione perferente, finitum est iudicium: nec quisquam decurionum tam æquus remansserat iuueni, quin eum euidenter noxæ compertum, insui culeo pronuntiaret.*

cipitur: cessante lege, tunc dignitates erunt spectandæ, vt eo ordine quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est: vt puta si duum viratum gesserit, si hic honore præcellat, & intra duum virales antiquissimus quisque prior. Deinde, qui coram secundo post duumoiratum honore in repub. functi sunt: mox, qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordinem venit. auctor Vlpianus. Nunc in vrbe nostra lex senatorij loci ista seruatur, vt prout quisque prior in ordinem senatorium venit, ita priorem in sedendo locum teneat: qui secundus, secundum, & sic deinceps: vnum excipio Iohan. Bentiuolum, qui senatus incolumen est, quem principem senatus nostratis perpetuum meritissimò dicere possumus: quem cuncti sequuntur vt du-

cem ad cuius vitam tanquam ſcopum & normam, omnes conuertimur, qui flexibiles quancunque in partem ducimur à principe, atque (vt ita dicam) ſequaces ſumus : cuius auſpiciis florentes ac beati in ocio tranquillo honoratóque fortunatè degimus.proinde,cum nuncupamus vota, cum obſecramus Deum, ita nuncupare debemus, ita obſecrare, vt vni Io. Bentiuolo cuncta proſperè cedant,in quo & reſpub. & nos omnes ſimus, à cuius ſalute velut à filio pendet ſalus totius ciuitatis. Itaque illo florente & incolumi, floreamus & incolumes ſimus nos quoque neceſſe eſt:illo gubernante, male vehi non poſſumus: nullæ procellæ,nulli turbines ſint pertimeſcendi,in tuto,in portu, in vado ſalutis Bononienſium ſiſtitur cymba. Ego igitur Deum optimum maximum precor, vt Bentiuolam familiam, qua nihil maius meliusve nobis fata donauere,bonique diui, vt cum illuſtriſſimis parentibus generoſiſſimos filios ſinat diutiſſimè florere, & in fœlicitatis arce conſiſtere : vt nos quoque ſub illis floreamus,& in vtranque autem ocioſe dormiamus. *Exemplo Martij iudicij.*] Quidam expoount Martium iudicium pro Romano,propterea quòd Romani à Marte ſint oriundi : quem patrem Romuli fuiſſe perhibent, vrbis Romæ conditorem. ſed id parum congruit. Ego Martij iudicij nomine intelligo Arcopagitas, qui iudices ſenatoréſque Athenienſium fuerunt : quo conſilio(vt inquit M. Tul.) leges Athenienſium & maiorum inſtituta ſeruantur. Solon primus conſtituit Areopagitas, hoc eſt ſenatum conſiliumque Atticorum. Quidam autumant, ante Solonem fuiſſe ſenatum Areopagitarum Athenis conſtitutum. Sed M. Tul. Plutar. diuus Auguſtin. id Soloni attribuunt. Areopagitæ ſilentes iudicabant, vt docet Macrob.in 7.Saturnaliorum. Hinc illud ſatyrici poetæ : Commiſſumve teges vt curia Martis Athenis. Areopagus interpretatur curia ſiue pagus Martis.cauſa nominis ex iudicio eſt,quo Mars (qui Græcè Ares dicitur)cum homicidij reus fieret, iudicantibus duodecim diis in eo pago(vt refert Auguſtinus in 18)ſex ſententiis abſolutus eſt, vbi enim pares ſunt ſententiæ, abſolutio damnationi præponitur. auctor eſt Plinius in 7, iudicium capitis in Areopago primum actum eſſe. Olim Dolabella proconſul Aſiæ cauſam veneficij ancipitem & ſcrupuloſam ad Areopagitas, vt ad iudices grauiores exercitatioreſque reiecit:ſicut Valerius Maximus, Gelliuſque notificant. Iulius Pollux tradit, in Areopago iudicia cędis & veneficiotũ exerceri ſolita.Significat igitur,exemplo Atticorum, iudiciique Areopagitarum, hanc veneficij cauſam actitatam eſſe, vt neque proœmiaretur orator, neque moueret affectus

affectus.Hoc autem apud Athenienſes fieri ſolitum, teſtis eſt Quintil. qui in ſecundo ſcribit, Lacedæmoniorum ciuitate expulſam eloquentiam,& Athenis quoque, vbi actor mouere affectus vetabatur,velut reciſam orandi poteſtatem. Idem in ſexto ſic inquit:Id ſenſiſſe Atticos credo,quia Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur orator. *Neque principia.*] Quod Græci procœmium nominant,id latinè principium vel exordium dicitur : quod, auctore Quint. ſuperuacuum aliquando eſt,ſi ſit præparatus ſatis etiam ſine hoc iudex, aut ſi res præparatione non indiget. Ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud bonos iudices negat. aliquando vti,nec ſi velimus,eo licet, cum iudex occupatus,eum angusta ſunt tempora. Hermagoras quoque in Eudoxo,hoc eſt, honeſto genere materiæ repudiat exordium, negatque eſſe præfandum. Fortunatianus verò diſſentiens autumat,orationem omnino curtam & ſine capite eſſe, quæ ſine principio ab ipſis rebus orditur. Idem ab exordio principium ita diſtinguit, vt exordium ſit generalius, principium ſpecialius.*Neque miſerationem commouere.*] Secus in iudiciis Romanorum, apud quos præcipua virtus oratoris eſt, mouere affectus,& (vt inquit M.Tullius in Oratore) Is erit eloquens,qui in cauſis ita dicit,vt probet,vt delectet,vt flectat:probare neceſſitatis eſt,delectare ſuauitatis,flectere victoriæ. Nam id vnum ex omnibus ad obtinendas cauſas poteſt plurimum. In commiſerationibus fuit M. Tul. excellentiſſimus, adeò vt perorationem omnes illi relinquerent : miſeratione enim mens iudicum maximè permouenda eſt, qua ita dolenter vſus eſt aliquando M. Cicero, vt puerum infantem in manibus perorans tenuerit,vt alia in cauſa excitato reo, ſublato etiam filio paruulo,plangore & lamentatione forum compleuerit. Duo ſunt genera affectuum,ethicon & patheticon: alterum come & iucundum,alterum vehemens & incitatum. Pathetico perturbantur animi, & concitantur : & in hoc vno regnat oratio,quo cauſæ eripiuntur, extorquenturque ex manibus aduerſariorum. Hoc maximè commiſerationes commouentur, idque præcipuè in perorationibus : quas in hac cauſa veritus eſt orator commouere,exemplo ritúque Atticorum. *Vexauerit.*] Lego inuexerit,pro inuectus ſit. Quidam corrigunt,vexauerit.*Diluerit reus.*]Proprium reorum eſt diluere,hoc eſt infirmare, diſſoluere, refutare obiectas criminationes.M.Tul.pro Roſcio Amerino : Ergo(inquit) crimen oportet diluam. Scribit Gellius, Ciceronem crimen,quod inficiari non poterat, faceto dicto diluiſſe. *Altercationeſque.*] Quintilianus præcepta altercationis forenſis tradit,

quæ in quibuſdã cauſis ad victoriam vel plurimũ valet. Opus eſt bono altercatori, in primis ingenio veloci, ac mobili animo, præſẽti & acri nõ enim cogitandũ, ſed dicẽdũ ſtatim eſt. Valet in altercatione plurimũ acumẽ, quod ſine dubio ex arte nõ venit. Præcipit Quintilianus, ne clamoſus, ne iracũdus, ne turbidus ſit altercator. M. Tullius in epiſtolis ad Atticũ gloriatur, ſe in altercatione ſenatoria P. Clodiũ infregiſſe, exagitaſſéq; mordaciter & falſe. *Suſpicationibus.*]ſuſpicionibus, quas in cauſa cõiecturali narratio accuſatoris interiectas & diſperſas habere debet: vt nihil actũ, nihil dictũ ſine cauſa putetur. Defenſoris verò narratio ſimplicẽ & dilucidã expoſitionẽ debet habere, cũ attenuatione ſuſpicionis. *Coniecturæ.*]Sũt auctores anonymi, hoc eſt ſine nomine atque ignobiles, quibus placuit vnũ omnino ſtatũ eſſe cõiecturalẽ: qui rationem hanc ſecuti vidẽtur, quòd res omnis ſignis colligeretur. Coniectura dicta eſt (vt docet Quint.) à coniectu, id eſt directione quadam rationis ad veritatem, vnde ſomniorum interpretes coniectores vocantur. *Siſti.*]præſentem exhiberi. *Tantillum.*]minimum. *Cruciarius.*]dignus cruciatu: vt carcerarius dignus carcere, quique habetur in publica cuſtodia. eundem mox verberonẽ nominitat, qui Græcè dicitur maſtigia. Sũt enim hæc nomina ſeruis nequiſſimis conuenientiſſima, & in comœdiis frequentiſſima. Quidam interpretantur cruciarium pro auctore cruciatus & carnifice, vt venenarium pro venefico. Crucium vinum dixit Lucilius inſuaue, ab eo quod cruciat. *Conſcientia.*]Carnifex animi interior & tortor occultior eſt conſcientia, cuius indicina multi ſubinde prodũtur: qua nõ pauci deterriti iudicia refugerũt, vltroneumq; ſibi exilium indixerunt. hic verò nequiſſimus verbero, ex audacia & inuerecundia cõpactus, præduri oris, attrita frõte, obſtinato vultu, cõfidẽs, impauidus venit in iudiciũ, ſeque inſontẽ audacter affirmat: quẽ neque iudiciũ tã magnum, neque conſpectus ſenatorum, nec propria conſciẽtia deterrebat. *Faſtidio nouercæ.*]tãquã ſcilicet priuignum faſtidiẽter nouerca repudiaſſet, & ob id faſtiditus paſſuſq; repulſam paraſſet venenum: & hæc omnia ſunt σημεῖα, id eſt ſigna & probationes credibiles quidẽ, ſed leuiores & non neceſſariæ. Ex præcepto Quintiliani, infirmiora argumenta ſunt cõgregãda, & illorũ aceruatione pugnãdũ, cũ potentiſſimis ſingulis inſtãdũ ſit. *Recuſanti.*]ipſi ſeruo. *Silentij præmium.*]Multi ſilentium vẽdunt, multis taciturnitas lucroſa eſt. Olim Demades orator gloriatus eſt, ſe decem talenta à rege accepiſſe, vt taceret. *Sua manu.*] Ad priuignum refertur, non ad ſeruum: vt ſit ſenſus, ipſum iuuenem ſuamet manu poculum veneni puero porrexiſſe, cum ſeruus id retexiſſet, in quo

tota

tota purgatio ſeruilis continetur. *Ad veritatis imaginem.*] Ex præceptione doctorum Rhetoricorum, qui præcipiunt, vt narratio ſit veriſimilis, lucida, breuis. Pro veriſimili, probabilem credibilemve appellat Quintilianus. *Tam æquius.*] Lege, tam æquus: id eſt, tam beneuolus. *Noxæ comperium.*] In noxa culpáque manifeſta & crimine deprenſum. Vetus & figurata locutio. De noxa, quæ ſignificat culpam, & noxia, in notis Seruij affatim. *Inſui culeo.*] Pœna parricidæ more maiorum hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus, in culeo inſuatur cum cane & gallo gallinacco & vipera & ſimia: deinde in mare aut in flumen culeus deiiciatur, inquit. hinc Iuuenalis. taxans Neronem, veluti multiplici parricidiorum pœna digniſſimum, decentem inquit: Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus. Eſt autem culeus (vt docet Fulgentius) ſaccus, cuius nomen notiſſimum in pœna parricidarum. præterea culeus eſt menſura viginti amphoratum capax, Plinio. & (vt Priſciani verſu vtar) Culeus, hac nulla eſt maior menſura liquoris. Seſquiculeare dolium Columellæ eſt triginta amphorarum, quaſi culeum vnum & dimidium continens. id enim pollet valetque in compoſitis hæc particula: vt ſeſquipes, ſeſquidigitus, ſeſquihora, ſeſquimodium, & alia propè infinita. Obiter retundenda eſt inſcita compluſculorum, qui malè literati in commentariis nugatoriis iactitant Folliculum lupinum, libr. 1. Rhetoricorum ad Herennium, poni pro culeo parricidæ. id autem falſum eſſe, euidenter intelligit quiuis ſerius lector, & attentus. qui volumen ſecundum M. Tul. de Inuentione, ex quo tranſpoſita ſunt illa, non incurioſe perſpexerit, cuius verba ſubſcripſi: Os obuolutum eſt folliculo, & præligatum, deinde in carcerem deductus, vt ibi eſſet tantiſper dum culeus compararetur. Nónne hiſce verbis liquidò oſtenditur, folliculum à culeo ſeiungi atque diſparari? præterea quis non videt, folliculo ſolum os parricidæ obuolutum eſſe, qui aſi quodam tegumento ex lupina pelle confecto: vt ità velato capite contectus, in carcerem déduceretur: mox culeo comparato inſueretur. ita ſenſus rhetoricus vtrobíque perpenſus eluceſcit, qui ex illorum interpretatione adulteratus obſcuratur. *Pronunciaret.*] Verbum iudiciale eſt. nam iudices propriè pronunciare dicuntur, quando ſententiam dicunt, vel damnatoriam vel abſolutoriam.

*Cùm iam ſententiæ pares, cunctorũ ſtilis ad vnum ſermonem conuentibus, ex more perpetuo, inuernã*ream*

Sententiæ pares.] cõſimiles omnes, & damnatoriæ. alio modo ſenten-

tiæ pares dicuntur, quando totidem sunt absolutoriæ, quot damnatoriæ: & tunc mitior sententia vincit, vt scilicet reus absoluatur, paribus enim tabellis absolutio discernitur: auctores Seneca, Quint. August. Extat & problema nobile Aristotelis super hac re, cuius hoc principium est: Cur si sententiæ pares accusatori & reo fuere, reum vincere sancitum est. *Cunctorum stilis congruentibus.*] Moris fuit apud veteres Romanos, vt iudices cognita causa in cistam siue vrnam tabellas coniicerent, eásque stilis inscriberent, literas habentes absolutionis siue condemnationis: nota condemnandi erat C. sicut absoluendi A. Quando verò iudici perplexa & obscura causa videbatur, stilo scribebat in tabella

*deberem conijci: quò semel conditis calculis iam cum rei fortuna transacto, nihil posteà commutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis: vnus è curia senior, præ cæteris comperta fidei, atque auctoritatis præcipuæ, medicus, orificium vrnæ manu contegens, ne quis mitteret calculum temerè, hoc ad ordinem pertulit. Quòd ætatis sum vobis approbatus, me vixisse gaudeo: nec patiar falsis criminibus petito reo, manifestum homicidium perpetrari: nec vos, qui iureiurando adstricti iudicatis, inductos seruuli mendacio, peierare. ipse non possum, calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperàm pronuntiare. Ergo vt res est, de me cognoscite. Fur cifer iste venenum præsentarium comparare sollicitus, centúmque aureos solidos offerens pretium, *me non olim conuenerat: quod ægroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis veterno vehementer implicatus, vitæ se cruciatui subtrahere gestiret. At ego perspiciens malum istum verberonem blaterantem, atque inconcinnè causificantem, certúsque aliquod moliri flagitium, potionem quidem dedi: sed futuræ quæstioni præcauens, non statim pretiũ quod offerebatur accepi. Sed, ne fortè aliquis, inquam, istorum quos offers aureorum, nequam vel adulter reperiatur, in hoc ipso sacculo conditos eos, annulo*

mulo tuo prænota, donec altera die nummulario præsente comprobentur. Sic inductus, signauit pecuniam: quam exinde, vt iste repræsentatus est iudicio, iussi de meis aliquem curriculò taberna promptam afferre. & en ecce, prolatam coram exhibeo: videat, & suum sigillum recognoscat. Nam quemadmodum eius veneni [*] *alter insimulari potest, quod iste comparauerit?*

duas literas, N.L. quod significat, non liquet: vnde ampliatio comperendinatióque nascebatur. Cæsar Augustus, non tantum duas tabellas damnatoriam & absolutoriam cognoscentibus iudicibus dedit, sed tertiam quoque ignotoriam, qua scilicet ignosceretur. Igitur stili cunctorum decuriorum congruentes fuerunt sententiam scilicet damnatoriam conscribendam, fuitque litera C, quæ nota est condemnandi, inscripta stilo in omnibus calculis. stilo enim ferreo scribimus in tabulis ceratis, in calculis cæteríque durioris materiæ: sicut calamus scribit in charta & membranis, quod & Hieronymus refert, enarrans illud Psalmi, Lingua mea stilus scribæ veloeis. cum stilo scribere intutum est, vt vetustissimi auctores prodiderunt. *Conditis calculis.*} Ostracos intelligit. sic enim Græci appellant, quos latini calculos & testulas; vnde ostracismus dictus, exilij genus, quo apud Athenienses multabantur potentiores: sic Aristides, sic Themistocles, sic plerique summates damnati sunt, super qua re extat annotamentum in libro Annotationum nostrarum, Ouidius libro nouissimo Metamorphoseon, docet morem fuisse Italicorum populorum, calculis candidis in vrnam coniectis reum absoluere, nigris damnare. sic enim refert: Mos erat antiquis, niueis atríque lapillis, His damnare reos, illis absoluere culpa. Tunc quoque sic lata est sententia tristis, & omnis Calculus immitem dimittitur ater in vrnam. Ponere calculum est, subdere ratiunculam: vnde calculator dictus ratiocinator. *Mancipabatur.*} obligabatur, tradebaturque quasi in mancipatum manumque carnificis. *Manu contegens.*} Senior medicus, qui vnus erat decurionum, manum iniecerat officio vrnæ, vt ita cohiberet decuriones: ne temerè immissis in vrnam calculis damnatoriis, iuuenem insontem morti traderent. nam (vt inquit scitè Cassiodorus) cunctator esse debet, qui iudicat de salute. *Ad ordinem.*] decurionum, siue senatorum. *Dixisse gaudeo.*} Legendum est, vixisse: vt tersior sit puriorque intellectus. Sic enim inquit senior decurio: Gaudeo

me diu vixisse, cum ex ætate longiore mores meos probaueritis, simque apud vos boni nominis & æstimationis, vt nunc possim auxilio esse iuueni insontri periclitanti. *Iureiurando astricti.*] Iurabant iudices in leges, vt obstricti religione iudicarent: mox cum iurassent omnes præter ipsum prætorem, nomina eorũ perscribebantur: ne pro selectis iudicibus (vt fit in multitudine) aliqui suppositi corruptissimi iudicarent, auctor Pedianus Asconius. *De me.*} ex me. *Furcifer iste venenum.*} Narratio breuis, lucida, probabilis, ex præceptione rhetoricæ doctrinæ. *Peierare.*} falsum deierare, & periurio astringi. Dicitur & periurara priscis scriptoribus, contra placita grammaticorum. *Perperam pronunciare.*] non rectè iudicare, & iniquam ferre sententiam. *Non olim conuenerat.*] non pridem, non diu, modò, dudum. hæc enim particula Olim (vt grammatici annotauerunt) interdum habet significationem præteriti, præsentis & futuri. Horat. de præterito: Olim rusticus, vrbanum murem mus paupere fertur Accepisse cauo. cætera notissima. *Veterno.*} Veternus inexpugnabilis torpor, vísque somnifica. Græci lethargum vocant: recentiores medici subetiam nominant. Aliàs veternus dicitur, hydropicus morbus, de quo suo loco plura perscripsimus. *Inextricabilis morbi.*} inexplicabilis, insanabilis, à quo extricari explicarive aegrotus nequit, sic Plin. in epistolis, quàm maturissimè inexplicabili morbo liberari. *Cruciatui subirahere gestiret.*] M. Tullius in Tusculanis quæstionibus: Portum morborum & dolorum mortem esse refert, ita fortunæ iniurias & cruciatus quos ferre nequeas, defugiendos censet. hoc est enim cunctis ærumnosis præsto profugium. sic Silius Italicus, vltronea morte cruciatui se subtraxit, vitámque finiuit inedia, ob tædium cauti insanabilis. sic Cornelius valetudine iniqua conflictatus, ex dolore pedum, cúmque incredibiles cruciatus pateretur, sponte decessit, ne tantos dolores diutius sustineret. *Blaterantem.*] mendacia confingentem, & multa non tam stolidè quàm callidè obloquentem. Homines in verba prouectos, nostri veteres loculeos, & blaterones, & linguaces insigniter dixerunt. blaterare est confingere mendacia: item blaterare dicitur stultè & percupide loqui, quod à Græco βλαξ otiginem ducit. Significat autem βλαξ apud Græcos stolidum. Camelos quoque, cum voces edunt, blaterare dicimus. *Cauificantem*} causas nouas comminiscentem, & excusationes fabricantem *Quæstioni præcauens.*} vt scilicet quæstio haberi posset de hoc seruo. *Nequam vel adulter.*] Nummi nequam & adulterii dicuntur vitiati reprobi falsæque monetæ, quos & adulterinos appellant. Scribit Plin. adulte-

Digitized by Google

adulterinum denarium emi pluribus veris denariis, quo moneta falsa deprenditur. *Sacculo.*] crumena, saccus, sacculus, sacellus, receptacula sunt nummorum. Ex eodem genere est sacciperium, quo tamen nomine maior quæpiam crumena significatur. *Prænota.*} id est, imprime sigillum annuli tui signatorij, quo signanda signant. Plin. laudat priscorum vitam tanquam innocentissimam, in qua nihil signabatur: At nunc, inquit, cibi ac potus vindicãtur annulo rapina: claues quoque ipsas signare non est satis. Mos hodiéque durat: vt aurei sacculo conditi annulo prænotentur, & per nummularium explorentur probi sint an adulteri, ponderisque legitimi. *Repræsentatus est iudicio.*} Quem iustitiis modis omnibus sisti oportere. *Curriculo.*] cursim. *Taberna.*] Medicinam intelligit: sic enim Plautus appellat medici tabernam. Tales hoc tempore tabernæ speciariæ nominantur. & speciarij aromatarij, à speciebus venalibus: sic enim aromata vulgo dicuntur. qua dictione & Macrobius & Hieronymus, & iurisconsulti vtuntur. *Prolatam.* } scilicet pecuniam: dictico̅s est. quippe intelligimus, medico adhuc in seruum perorante, allatam sibi id horæ eóque momento pecuniam, quam proferens: Ecce, inquit, vobis exhibeo, vt noxa seruilis fiat manifestior. *Insimulari veneni.*] accusari de veneno: sic enim veteres dixerunt, vt antè diximus. *Frater.*] Corrigo, alter: non potest, inquit alter accusari de veneno, quod seruus comparauerit: ipse enim noxius est, non alius. Vel dic, frater illius defuncti insimulandus non est veneni per seruum comparati, sed ipse seruus. *Comparauerit.*} interrogatiuè legendum.

Ingens exinde verberonẽ corripere trepidatio, & in vicem humani coloris succedit pallor infernus; pérque vniuersa membra frigidus sudor emanabat. Tũc pedes incertis alternationibus cõmouere: modò hanc, modò illam partem scalpere capitis: &, ore semiclauso balbutiens, nescio quas* affamias effutire; vt eum nemo prorsus à culpa vacuum meritò crederet. Sed reualescente prorsus astutia, constantissimè negare & *accersere mendacij medicum non de-*

Corripere.] corripuit, inuasit. *In vicem humani.*] in locum. *Frigidus sudor.*] Ex formidine immodica sudore frigida homo perfunditur, iuxta illud: Frigidus & toto manabat corpore sudor. Hippocrates, Galenus, Cor. Celsus, sudorem frigidum pestiferum, & maturæ

mortis signum esse prodiderunt. Cur salsus sit sudor, docet Aristoteles in problematis: à maximo vate dictum est sçitissimè: Salsúsque per artus Sudor iit. *Incertis alternationibus.*} Expressit affectum hominis conscij & scelerati, qui prensus & rationibus confutatus commouet pedes alternatim ex titubatione, scalpit caput, & verba parum explicata balbutit. *Partem scalpere capitis.*]Pro scalpebat qui effœminati sunt, & molles, dicuntur digito vno caput scalpere. quod in Pompeium dixit Caluus: & à Iuuenale morsu satyrico vsurpatum. Qui digito scalpunt vno caput. præterea fontes scalpunt caput, deprehensi in crimine manifesto, quod inficiari non queunt. Inter signa conscientiæ apud docto-

*sinit. Qui*propter iudicij religionem, cùm fidem suam coram lacerari videret, multiplicato studio verberonem illũ contendit redarguere: donec iussu magistratuum ministeria publica contrectatis nequissimi serui manibus, annulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt: quæ comparatio præcedentem roborauit suspicionem. Nec rota, * nec eculeus, more Græcorum, tormentis eius apparata iam deerant: sed obfirmatus mira præsũptione, nullis verberibus, ac ne ipso quidem succubuit igni. Tum medicus: Non patiar, inquit, Hercules, non patiar, vel*circa fas de innocente isto iuuene supplicium vos sumere: vel hunc, ludificato nostro iudicio, pœnam noxij facinoris euadere. Dabo enim rei præsentis euidens argumentum. Nam, cùm venenum peremptorium comparare pessimus iste gestiret: nec meæ sectæ crederem conuenire, causas vlli præbere mortis: nec exitio, sed saluti hominum medicinam quæsitam esse didicissem: verens, ne si daturum me negassem, intempestiua repulsa viã sceleri subministrarem: & ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem, vel postremùm gladio, vel quouis telo nefas inchoatum perficeret: dedi non venenum, sed somniferum mandragoræ* illum grauedinis comperta famosum, & morte simillimi soporis * efficacem. Nec mirum, desperatissimum istũ latro-*

latronem, certum extremæ pœnæ, quæ more maiorum *in eum competit, cruciatus istos vt leniores facile tolerare. Sed si verè puer meis tẽperatã manibus sumpsit potionem, viuit, & dormit: & protinus marcido sopore discusso, re meabit ad diem lucidam. Quod si verè peremptus est, si verè morte præuentus est, quæratis licet causas mortis eius alias.*

res rhetoricos sunt & hæc: expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse. *Nescio quas offamias effutire.*] nugas & ineptias meras loquebatur. Effutire est (vt docent grammatici) ineptè loqui, & verba lapsantia ac futilia funditare. Horat. Effutire leues indigna tragœdia versus. Affamiæ verò dicuntur ineptiæ, & nugatoria verba, atque lapsantia, vt antè dictum est. Mendacij arcessere, id est accusare de mendacio. arcessere accusare est, vt docet Diomedes in primo, quod verbum ab arceo nascitur: Etenim alium accusare, à maleficiis arcere est. cùm genitiuo coniungitur: vt apud M. Tullium, Maiestatis arcessitur. Diuus Augustinus in libro de mendacio, docet mendacium longè esse fugiendum. & discerniculo quodam octo genera mendacij facit, quod & in Decretis canonicis 22. qu. 2. copiosissimè explicatum est. apud Persas, Herodoto & Xenophonte testibus, dicere mendacium erat criminosissimum quorum filij tribus potissimum rebus instituebantur: equitare, arcu sagittas excutere, & vera loqui. Vir bonus (vt Pub. Nigidius refert) præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. namque inter mendacium dicere, & mentiri, distat: qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur. Verùm mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est, vt Quintilianus asserit: & diuus Hieronymus docet, scribens de officioso mendacio. *Contendit.*] Melius est legere Contendit, pro eo quod est instat, vrget, conatur. *Ministeria publica.*] ministri publici, quales sunt apparitores, lictores, viatores. sic dicimus ministeria, vt seruitia, pro ministris & seruis. *Annulum ferreum.*] Apud veteres annulis tantum ferreis vtebantur: & (vt auctor est Plinius) longo tempore ne senatus quidem Romanus annulos aureos habuit: vnde & sponsæ annulus ferreus mitti solitus erat, isque sine gemma. Qui ob legationem acceperant annulos aureos, in publico illis

Digitized by Google

tantum vtebantur, intra domos verò ferreis: & olim in ferreo annulo equites iudicesque intelligebantur. Mox adeò promiscuum id esse cœpit, vt cum seruitiis quoque communicaretur. Meritò ergo & scienter dat nunc Lucius noster annulum ferreũ seruo, ex ritu scilicet & more maiorum. Refert id Plinius, seruos ferrum auro cingere cœpisse. Prisci apud nos annulum vngulum vocabant: Græci dactylion appellant, à digito, qui Græcè δάκτυλος dicitur. Vnde & dactylotheca, pro repositorio annulorum. & hoc est quod intelligi voluit Plinius, sic scribens: Id Græci à digitis appellauere. Condulum quoque, & condalium annulum dixerunt. Plautus in Trinummo: Inter eos ne homines condalium te redipisci postulas. Græci & nostri symbolum: sic apud Terentium, symbolum dare. & de symbolis esse, ad annulos refertur, qui pro arrha collationis ad ientaculum siue prandium faciendum deponi solent. Non me præterit, symbolum dici collationem: hoc est, quod plures in vnum conferunt. vnde & symbolo Apostolico inditum nomen, quo Apostoli in vnum contulerunt, quod vnusquisque sensit. Symbola quoque in re militari nuncupantur signa vel indicia, quæ vnusquisque dux distincta suis militibus tradit, vt si fortè occurrerit quis de quo dubitetur, symbolum probat si sit hostis vel socius. apud Terentium quoque exponere potes, sicut non parum multi exponunt, symbola pro collatoribus siue comessalibus. sic enim vulgo appellantur: quæ adolescentuli in vnum pro rata conferunt causa prandij, vel cœnæ, vel ientaculi. Vnde hodiéque in vsu est, collationem facere, pro ientaculum sumere, quoniam scilicet id ex collata pecunia plerumque fieri solet. in Decretis canonicis distinct. 43. sic scriptum legitur: Non oportet clericos ex symbolis (quæ vulgus comessalia appellat) conuiuia celebrare. Eadem conferta dicuntur. A symbolo dicitur eleganti vocabulo asymbolos, qui est immunis & liber à symbolo conferendo: sicut sæpe in conuiuiis, quæ fiunt ex symbolis collationibúsque compluſculorum, erit vnus & alter, qui nihil conferent: hi eleganter dicentur asymboli. A. Gellius: Ne omnino (vt dicitur) immunes & asymboli veniremus, conlectabamus ad cœnulam, non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. vbi annotandum, cupedias poni pro lautioribus eduliis, sicut suo loco copiosissimè perscripsimus. *Nec rota.*] De rota Græcensi, quæ inter dira tormentorum genera annumeratur, suprà dictum est: cuius & Plutarchus commeminit, scribens fuisse quosdam inhumana crudelitate præditos, vt iub er

ren

Digitized by Google

rent rotam induci,& carnifices cum ſecuribus expediri ad Phocionem lacerandum. Eculeus quoque tormenti genus eſt, cuius Seneca, Valerius, Cicero,& cæteri meminerunt. Quidam ardentem laminam eſſe tradunt,qua homines cruciabiliter torquentur. Equuleus dicitur puſillus equus, ab equo diminuto vocabulo.M.Tullius in Verrinis:His equitabit equuleis. Plinius in 7. Quapropter ſurreptis ſtatim pullis in tenebris equarum vberi,aſinarúmve equuleos admouent. *Nec ſuccubuit ignis.*} Inter crudelia barbaricáque genera cruciatus eſt ignis, cui tormento qui non ſuccubuit, nulli ſuccumbet. Sæuitia (vt ſcribit Seneca lib.2.epiſtolarum moralium)commenta eſt eculeos,cruces, vncum, & tunicam illam alimentis ignium illitam & intextam. Hæc tunica optimo epitheto moleſta à Iuuenale & Martiale nominatur. Inueniuntur autem plerique patientia ſiue duritia tormentorum tanta prædita, vt tormenta contemnant, vt exprimi ab eis veritas vllo modo non poſſit. Ideóque quæſtioni non ſemper fidem habendam eſſe, verè & prudenter monet Vlpianus. *Hercules.*] Iuſiurandum eſt. *Circa fas.*}Legendum eſt,contra fas. *Venenum peremptorium.*} mortiferum,à perimendo peremptorium dictum. Sic apud iuriſconſultos Tit.de iudiciis: peremptorium edictum dicitur, ex eo quod perimat diſceptationem inter litigatores:hoc eſt,vltra non patiatur aduerſarium tergiuerſari. Priſci peremptoria fulgura appellauere,quæ ſuperiora portenta perimunt,id eſt tollunt. *Geſtiret.*]cuperet. *Meæ ſectæ conuenire.*} Medicina ad ſalutem hominum, non perniciem reperta eſt.proinde medicorum ſectæ non conuenit venena propinare, quorum ars omnis ſtudium ac vigilantia eſt in ſalutarib. remediis dandis: ſic Hippocrates diſcipulos adiurat, ne dolo malo ſcientes cuipiam mortalium noxia medicamenta propinent. Legimus apud iuriſconſultos ad legem Corneliam de veneficiis: Qui malum venenum necandi hominis cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectendum eſſe, & eiuſdem legis Corneliæ pœna afficiendum.præterea ſenatuſconſulto effectum eſt, vt pigmentarij pœna huius legis teneantur,ſi cui temerè venena dederint. *Nec exitio, ſed ſaluti.*]Omnibus mortalibus medicinam vtiliſſimam eſſe,celeberrimi auctores prodiderunt: tanquam nullum hominum genus, nullus ſexus, nulla ætas ſit, quæ non vtilitatem ex medicina petat. cuius artis auctores accepimus deos, ſiue vt hæc infirmitas hominum haberet adiumenta aliqua, vel ſolatia: ſiue tantum huic arti tribuêre maiores, vt eam vix crederent humanis potuiſſe ingenijs inueniri: ſiue ipſa medicina per ſe ſacra res eſt,

cem ad cuius vitam tanquam ſcopum & normam, omnes conuertimur, qui flexibiles quancunque in partem ducimur à principe, atque (vt ita dicam) ſequaces ſumus : cuius auſpicijs florentes ac beati in ocio tranquillo honoratóque fortunatè degimus.proinde,cum nuncupamus vota, cum obſecramus Deum, ita nuncupare debemus, ita obſecrare, vt vni Io. Bentiuolo cuncta proſperè cedant,in quo & reſpub. & nos omnes ſimus, à cuius ſalute velut à filio pendet ſalus totius ciuitatis. Itaque illo florente & incolumi, floreamus & incolumes ſimus nos quoque neceſſe eſt:illo gubernante, male vehi non poſſumus: nullæ procellæ,nulli turbines ſint pertimeſcendi,in tuto,in portu, in vado ſalutis Bononienſium ſiſtitur cymba. Ego igitur Deum optimum maximum precor, vt Bentiuolam familiam, qua nihil maius meliusve nobis fata donauere,bonique diui, vt cum illuſtriſſimis parentibus generoſiſſimos filios ſinat diutiſſimè florere, & in fœlicitatis arce conſiſtere : vt nos quoque ſub illis floreamus,& in vtranque aurem ocioſe dormiamus. *Exemplo Martij iudicij.*] Quidam exponunt Martium iudicium pro Romano,propterea quòd Romani à Marte ſint oriundi : quem patrem Romuli fuiſſe perhibent, vrbis Romæ conditorem. ſed id parum congruit. Ego Martij iudicij nomine intelligo Areopagitas, qui iudices ſenatorésque Athenienſium fuerunt : quo conſilio(vt inquit M. Tul.) leges Athenienſium & maiorum inſtituta ſeruantur. Solon primus conſtituit Areopagitas, hoc eſt ſenatum conſiliumque Atticorum. Quidam autumant, ante Solonem fuiſſe ſenatum Areopagitarum Athenis conſtitutum. Sed M. Tul. Plutar. diuus Auguſtin. id Soloni attribuunt. Areopagitæ ſilentes iudicabant,vt docet Macrob.in 7.Saturnalium. Hinc illud ſatyrici poetæ : Commiſſumve teges vt curia Martis Athenis. Areopagus interpretatur curia ſiue pagus Martis.cauſa nominis ex iudicio eſt,quo Mars (qui Græcè Ares dicitur)cum homicidij reus fieret, iudicantibus duodecim diis in eo pago(vt refert Auguſtinus in 18)ſex ſententiis abſolutus eſt, vbi enim pares ſunt ſententiæ, abſolutio damnationi præponitur. auctor eſt Plinius in 7, iudicium capitis in Areopago primum actum eſſe. Olim Dolabella proconſul Aſiæ cauſam veneficij ancipitem & ſcrupoloſam ad Areopagitas, vt ad iudices grauiores exercitatioreſque reiecit:ſicut Valerius Maximus, Gelliuſque notificant. Iulius Pollux tradit, in Areopago iudicia cędis & veneficiotũ exerceri ſolita.Significat igitur,exemplo Atticorum, iudiciique Areopagitarum, hanc veneficij cauſam actitatam eſſe, vt neque proœmiaretur orator, neque moueret

affectus

affectus.Hoc autem apud Athenienſes fieri ſolitum, teſtis eſt Quintil. qui in ſecundo ſcribit, Lacedæmoniorum ciuitate expulſam eloquentiam,& Athenis quoque, vbi actor mouere affectus vetabatur,velut reciſam orandi poteſtatem. Idem in ſexto ſic inquit:Id ſenſiſſe Atticos credo,quia Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur orator. *Neque principia.*] Quod Græci proœmium nominant,id latinè principium vel exordium dicitur : quod, auctore Quint. ſuperuacuum aliquando eſt,ſi ſit præparatus ſatis etiam ſine hoc iudex, aut ſi res præparatione non indiget. Ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud bonos iudices negat. aliquando vti,nec ſi velimus,eo licet, cum iudex occupatus,eum anguſta ſunt tempora. Hermagoras quoque in Eudoxo,hoc eſt, honeſto genere materiæ repudiat exordium, negatque eſſe præfandum. Fortunatianus verò diſſentiens autumat,orationem omnino curtam & ſine capite eſſe, quæ ſine principio ab ipſis rebus orditur. Idem ab exordio principium ita diſtinguit, vt exordium ſit generalius, principium ſpecialius.*Neque miſerationem commouere.*] Secus in iudiciis Romanorum, apud quos præcipua virtus oratoris eſt, mouere affectus,& (vt inquit M. Tullius in Oratore) Is erit eloquens,qui in cauſis ita dicit,vt probet,vt delectet,vt flectat:probare neceſſitatis eſt,delectare ſuauitatis.flectere victoriæ. Nam id vnum ex omnibus ad obtinendas cauſas poteſt plurimum. In commiſerationibus fuit M. Tul. excellentiſſimus, adeò vt perorationem omnes illi relinquerent : miſeratione enim mens iudicum maximè permouenda eſt, qua ita dolenter vſus eſt aliquando M. Cicero, vt puerum infantem in manibus perorans tenuerit,vt alia in cauſa excitato reo, ſublato etiam filio paruulo,plangore & lamentatione forum compleuerit. Duo ſunt genera affectuum,ethicon & patheticon: alterum come & iucundum,alterum vehemens & incitatum. Pathetico perturbantur animi, & concitantur : & in hoc vno regnat oratio,quo cauſæ eripiuntur, extorquenturque ex manibus aduerſariorum. Hoc maximè commiſerationes commouentur, idque præcipuè in perorationibus : quas in hac cauſa veritus eſt orator commouere,exemplo ritúque Atticorum. *Vexauerit.*] Lego inuexerit,pro inuectus ſit. Quidam corrigunt, vexauerit. *Diluerit reus.*]Proprium reorum eſt diluere,hoc eſt infirmare, diſſoluere, refutare obiectas criminationes.M.Tul.pro Roſcib Amerino : Ergo(inquit) crimen oportet diluam. Scribit Gellius, Ciceronem crimen,quod inficiari non poterat, faceto dicto diluiſſe. *Altercationeſque.*] Quintilianus præcepta altercationis forenſis tradit,

quæ in quibuſdã cauſis ad victoriam vel plurimũ valet. Opus eſt bono altercatori, in primis ingenio veloci, ac mobili animo, præſẽti & acti nõ enim cogitandũ ſed dicẽdũ ſtatim eſt. Valet in altercatione plurimũ acumẽ, quod ſine dubio ex arte nõ venit. Præcipit Quintilianus, ne clamoſus, ne iracũdus, ne turbidus ſit altercator. M. Tullius in epiſtolis ad Atticũ gloriatur, ſe in altercatione ſenatoria P. Clodiũ infregiſſe, exagitaſſéq; mordaciter & falſe. *Suſpicationibus.*]ſuſpicionibus, quas in cauſa cõiecturali narratio accuſatoris interiectas & diſperſas habere debet: vt nihil actũ, nihil dictũ ſine cauſa putetur. Defenſoris verò narratio ſimplicẽ & dilucidã expoſitionẽ debet habere, cũ attenuatione ſuſpicionis. *Coniecturã.*]Sũt auctores anonymi, hoc eſt ſine nomine atque ignobiles, quibus placuit vnũ omnino ſtatũ eſſe cõiecturalẽ: qui rationem hanc ſecuti videntur, quòd res omnis ſignis colligeretur. Coniectura dicta eſt (vt docet Quint.) à coniectu, id eſt directione quadam rationis ad veritatem, vnde ſomniorum interpretes coniectores vocantur. *Siſti.*]præſentem exhiberi. *Tantillum.*]minimum. *Cruciarius.*]dignus cruciatu: vt carcerarius dignus carcere, quique habetur in publica cuſtodia. eundem mox verberonẽ nominitat, qui Græcè dicitur maſtigia. Sũt enim hæc nomina ſeruis nequiſſimis conuenientiſſima, & in comœdiis frequentiſſima. Quidam interpretantur cruciarium pro auctore cruciatus & carnifice, vt venenarium pro venefico. Crucium vinum dixit Lucilius inſuaue, ab eo quod cruciat. *Conſcientia.*]Carnifex animi interior & tortor occultior eſt conſcientia, cuius indicia multi ſubinde prodũtur: qua nõ pauci deterriti iudicia refugerũt, vltroneumq; ſibi exilium indixerunt. hic verò nequiſſimus verbero, ex audacia & inuerecundia cõpactus, præduri oris, attrita frõte, obſtinato vultu, cõfidẽs, impauidus venit in iudiciũ, ſeque inſontẽ audacter affirmat: quẽ neque iudiciũ tã magnum, neque conſpectus ſenatorum, nec propria conſciẽtia deterrebat. *Faſtidio nouerca.*]tãquã ſcilicet priuignum faſtidiẽter nouerca repudiaſſet, & ob id faſtiditus paſſuſq; repulſam paraſſet venenum: & hæc omnia ſunt σημεῖα. id eſt ſigna & probationes credibiles quidẽ, ſed leuiores & non neceſſariæ. Ex præcepto Quintiliani, infirmiora argumenta ſunt cõgregãda, & illorũ acruatione pugnãdũ, cũ potentiſſimis ſingulis inſtãdũ ſit. *Recuſanti.*]ipſi ſeruo. *Silentij præmium.*]Multi ſilentium vẽdunt, multis taciturnitas lucroſa eſt. Olim Demades orator gloriatus eſt, ſe decem talenta à rege accepiſſe, vt taceret. *Sua manu.*] Ad priuignum refertur, non ad ſeruum: vt ſit ſenſus, ipſum iuuenem ſuamet manu poculum veneni puero porrexiſſe, cum ſeruus id retexiſſet, in quo

tota

tota purgatio ſeruilis continetur. *Ad veritatis imaginem.*] Ex præceptione doctorum Rhetoricorum, qui præcipiunt, vt narratio ſit veriſimilis, lucida, breuis. Pro veriſimili, probabilem credibilemve appellat Quintilianus. *Tam æquius.*] Lege, tam æquus: id eſt, tam beneuolus. *Noxæ compertum.*] In noxa culpáque manifeſta & crimine deprenſum. Vetus & figurata locutio. De noxa, quæ ſignificat culpam, & noxia, in notis Seruij affatim. *Inſui culeo.*] Pœna parricidæ more maiorum hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus, in culeo inſuatur cum cane & gallo gallinacco & vipera & ſimia: deinde in mare aut in flumen culeus deiiciatur, inquit. hinc Iuuenalis. taxans Neronem, veluti multiplici parricidiorum pœna digniſſimum, decentèr inquit: Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus. Eſt autem culeus (vt docet Fulgentius) ſaccus, cuius nomen notiſſimum in pœna parricidarum. præterea culeus eſt menſura viginti amphoratum capax, Plinio. & (vt Priſciani verſu vtar) Culeus, hac nulla eſt maior menſura liquoris. Seſquiculeare dolium Columellæ eſt triginta amphorarum, quaſi culeum vnum & dimidium continens. id enim pollet valetque in compoſitis hæc particula: vt ſeſquipes, ſeſquidigitus, ſeſquihora, ſeſquimodium, & alia propè infinita. Obiter retundenda eſt inſcita compluſculorum, qui malè literati in commentariis nugatoriis iactitant Folliculum lupinum, libr. 1. Rhetoricorum ad Herennium, poni pro culeo parricidæ. id autem falſum eſſe, euidenter intelligit quiuis ſerius lector, & attentus. qui volumen ſecundum M. Tul. de Inuentione, ex quo tranſpoſita ſunt illa, non incurioſe perſpexerit, cuius verba ſubſcripſi: Os obuolutum eſt folliculo, & præligatum, deinde in carcerem deductus, vt ibi eſſet tantiſper dum culeus compararetur. Nónne hiſce verbis liquidò oſtenditur, folliculum à culeo ſeiungi atque diſparari? præterea quis non videt, folliculo ſolum os parricidæ obuolutum eſſe, quaſi quodam tegumento ex lupina pelle confecto: vt ita velato capite contectus, in carcerem deduceretur: mox culeo comparato inſueretur. ita ſenſus rhetoricus vtrobique perpenſus eluceſcit, qui ex illorum interpretatione adulteratus obſcuratur. *Pronunciaret.*] Verbum iudiciale eſt. nam iudices propriè pronunciare dicuntur, quando ſententiam dicunt, vel damnatoriam vel abſolutoriam.

*Cùm iam ſententiæ pares, cunctorũ ſtilis ad vnum ſermonem conoruentibus, ex more perpetuo, inurna *æream*

Sententiæ pares.] cõſimiles omnes, & damnatoriæ. alio modo ſenten-

tiæ pares dicuntur, quando totidem sunt absolutoriæ, quot damnatoriæ: & tunc mitior sententia vincit, vt scilicet reus absoluatur, paribus enim tabellis absolutio discernitur: auctores Seneca, Quint. August. Extat & problema nobile Aristotelis super hac re, cuius hoc principium est: Cur si sententiæ pares accusatori & reo fuere, reum vincere sancitum est. *Canctorum stilu congruentibus.*] Moris fuit apud veteres Romanos, vt iudices cognita causa in cistam siue vrnam tabellas coniicerent, eásque stilis inscriberent, literas habentes absolutionis siue condemnationis: nota condemnandi erat C. sicut absoluendi A. Quando verò iudici perplexa & obscura causa videbatur, stilo scribebat in tabella

*deberem conijci: quò semel conditis calculis iam cum rei fortuna transacto, nihil posteà communiari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis: vnus è curia senior, præ cæteris comperta fidei, atque auctoritatis præcipuæ, medicus, orificium vrnæ manu contegens, ne quis mitteret calculum temerè, hoc ad ordinem pertulit. Quòd ætatis sum vobis approbatus, me vixisse gaudeo: nec patiar falsis criminibus petito reo, manifestum homicidium perpetrari: nec vos, qui iureiurando adstricti iudicatis, inductos seruuli mendacio, peierare. ipse non possum, calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperàm pronuntiare. Ergo vt res est, de me cognoscite. Furcifer iste venenum præsentarium comparare sollicitus, centúmque aureos solidos offerens pretium, *me non olim conuenerat: quod ægroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis veterno vehementer implicatus, vitæ se cruciatu subtrahere gestiret. At ego perspiciens malum istum verberonem blaterantem, atque inconcinnè causificantem, certúsque aliquod moliri flagitium, potionem quidem dedi: sed futuræ quæstioni præcauens, non statim pretiũ quod offerebatur accepi. Sed, ne fortè aliquis, inquam, istorum quos offers aureorum, nequam vel adulter reperiatur, in hoc ipso sæculo conditos eos, annulo*

mulo tuo prænota, donec altera die nummulario præsente comprobentur. Sic inductus, signauit pecuniam: quam exinde, vt iste repræsentatus est iudicio, insi de meis aliquem curriculò taberna promptam afferre. & en ecce, prolatam coram exhibeo: videat, & suum sigillum recognoscat. Nam quemadmodum eius veneni alter insimulari potest, quod iste compœrauerit?*

duas literas, N.L. quod significat, non liquet: vnde ampliatio compe rendinatióque na scebatur. Cæsar Augustus, non tan tum duas tabellas damnatoriam & absolutoriam cognoscentibus iudicibus dedit, sed tertiam quoque ignotoriam, qua scilicet ignosceretur. Igitur stili cunctorum decuriorum congruentes fuerunt sententiam scilicet damnatoriam conscribendam, fuitque litera C, quæ nota est condemnandi, inscripta stilo in omnibus calculis. stilo enim ferreo scribimus in tabulis ceratis, in calculis cæteríque duriores materiæ: sicut calamus scribit in charta & membranis, quod & Hieronymus refert, enarrans illud Psalmi, Lingua mea stilus scribæ velocis. cum stilo scribere intutum est, vt vetustissimi auctores prodiderunt. *Conditis calculis.*} Ostracos intelligit. sic enim Græci appellant, quos latini calculos & testulas; vnde ostracismus dictus, exilij genus, quo apud Athenienses multabantur potentiores: sic Aristides, sic Themistocles, sic plerique summates damnati sunt, super qua re extat annotamentum in libro Annotationum nostrarum. Ouidius libro nouissimo Metamorphoseon, docet morem fuisse Italicorum populorum, calculis candidis in vrnam coniectis reum absoluere, nigris damnare. sic enim refert: Mos erat antiquis, niueis atríque lapillis, His damnare reos, illis absoluere culpa. Tunc quoque sic lata est sententia tristis, & omnis Calculus immitem dimittitur ater in vrnam. Ponere calculum est, subdúcere ratiunculam: vnde calculator dictus ratiocinator. *Mancipabatur.*} obligabatur, tradebaturque quasi in mancipatum manumque carnificis. *Manu contegens.*} Senior medicus, qui vnus erat decurionum, manum iniecerat officio vrnæ, vt ita cohiberet decuriones: ne temerè immissis in vrnam calculis damnatoriis, iuuenem insontem morti traderent. nam (vt inquit scitè Cassiodorus) cunctator esse debet, qui iudicat de salute. *Ad ordinem.*] decurionum, siue senatorum. *Dixisse gaudeo.*} Legendum est, vixisse: vt tersior sit puriorque intellectus. Sic enim inquit senior decurio: Gaudeo

me diu vixisse, cum ex ætate longiore mores meos probaueritis, simque apud vos boni nominis & æstimationis, vt nunc possim auxilio esse iuueni insonti periclitanti. *Iureiurando astricti.*] Iurabant iudices in leges, vt obstricti religione iudicarent: mox cum iurassent omnes præter ipsum prætorem, nomina eorũ perscribebantur: ne pro selectis iudicibus (vt fit in multitudine) aliqui suppositi corruptissimi iudicarent, auctor Pedianus Asconius. *De me.*} ex me. *Furcifer iste venenum.*} Narratio breuis, lucida, probabilis, ex præceptione rhetoricæ doctrinæ. *Peierare.*} falsum deierare, & periurio astringi. Dicitur & periurata priscis scriptoribus, contra placita grammaticorum. *Perperam pronunciare.*] non rectè iudicare, & iniquam ferre sententiam. *Non olim conuenerat.*] non pridem, non diu, modò, dudum. hæc enim particula Olim (vt grammatici annotauerunt) interdum habet significationem præteriti, præsentis & futuri. Horat. de præterito: Olim rusticus, vrbanum murem mus paupere fertur Accepisse cauo. cætera notissima. *Veterno.*} Veternus inexpugnabilis torpor, vísque somnifica. Græci lerhargum vocant: recentiores medici subetiam nominant. Aliàs veternus dicitur, hydropicus morbus, de quo suo loco plura perscripsimus. *Inextricabilis morbi.*} inexplicabilis, insanabilis, à quo extricari explicarive aegrotus nequit, sic Plin. in epistolis, quàm maturissimè inexplicabili morbo liberari. *Cruciatui subtrahere gestiret.*] M. Tullius in Tusculanis quæstionibus: Portum morborum & dolorum mortem esse refert, ita fortunæ iniurias & cruciatus quos ferre nequeas, defugiendos censet. hoc est enim cunctis ærumnosis præsto profugium. sic Silius Italicus, vltronea morte cruciatui se subtraxit, vitámque finiuit media, ob tædium claui insanabilis. sic Cornelius valetudine iniqua conflictatus, ex dolore pedum, cúmque incredibiles cruciatus paterétur, sponte decessit, ne tantos dolores diutius sustineret. *Blaterantem.*] mendacia confingentem, & multa non tam stolidè quàm callidè obloquentem. Homines in verba prouectos, nostri veteres loculeos, & blaterones, & linguaces insigniter dixerunt. blaterare est confingere mendacia: item blaterare dicitur stultè & percupide loqui, quod à Græco βλαξ originem ducit. Significat autem βλαξ apud Græcos stolidum. Camelos quoque, cum voces edunt, blaterare dicimus. *Cauillicantem.*} causas nouas comminiscentem, & excusationes fabricantem. *Quæstionis præcamens.*} vt scilicet quæstio haberi posset de hoc seruo. *Nequam vel adulter.*] Nummi nequam & adulterii dicuntur vitiati reprobi falsæque monetæ, quos & adulterinos appellant. Scribit Plin. adulte-

adulterinum denarium emi pluribus veris denariis,quo moneta falsa deprenditur.*Sacculo.*]crumena,saccus,sacculus,sacellus, receptacula sunt nummorum. Ex eodem genere est sacciperium, quo tamen nomine maior quæpiam crumena significatur. *Prænota.*}id est,imprime sigillum annuli tui signatorij, quo signanda signant.Plin.laudat priscorum vitam tanquam innocentissimam,in qua nihil signabatur:At nunc, inquit,cibi ac potus vindicãtur annulo rapina:claues quoque ipsas signare non est satis. Mos hodiéque durat:vt aurei sæculo conditi annulo prænotentur,& per nummularium explorentur probi sint an adulteri,ponderisque legitimi.*Repræsentatus est iudicio.*}Quem iussistis modis omnibus sisti oportere.*Curriculo.*]cursim. *Taberna.*]Medicinam intelligit:sic enim Plautus appellat medici tabernam. Tales hoc tempore tabernæ speciariæ nominantur. & speciarij aromatarij, à speciebus venalibus:sic enim aromata vulgo dicuntur.qua dictione & Macrobius & Hieronymus, & iurisconsulti vtuntur. *Prolatam.* } scilicet pecuniam:dictícõs est.quippe intelligimus, medico adhuc in seruum perorante, allatam sibi id horæ eóque momento pecuniam,quam proferens : Ecce, inquit,vobis exhibeo,vt noxa seruilis fiat manifestior. *Insimulari veneni.*]accusari de veneno: sic enim veteres dixerunt,vt antè diximus. *Fraser.*] Corrigo, alter:non potest,inquit alter accusari de veneno,quod seruus comparauerit : ipse enim noxius est, non alius.Vel dic, frater illius defuncti insimulandus non est veneni per seruum comparati, sed ipse seruus. *Comparauerit.*}, interrogatiuè legendum.

Ingens exinde verberonẽ corripere trepidatio, & in vicem humani coloris succedit pallor infernus;pérque vniuersa membra frigidus sudor emanabat. Tũc pedes incertis alternationibus cõmouere:modò hanc,modò illam partem scalpere capitis: &,ore semiclauso balbutiens, nescio quas* affamias effutire; vt eum nemo prorsus à culpa vacuum meritò crederet.Sed reualescente prorsus astutia , constantissimè negare & *accersere mendacij medicum non de-*

Corripere.] corripuit,inuasit. *Inuicem humani.*] in locum. *Frigidus sudor.*] Ex formidine immodica sudore frigida homo perfunditur , iuxta illud: Frigidus & toto manabat corpore sudor. Hippocrates,Galenus, Cor. Celsus , sudorem frigidum pestiferum , & maturæ

mortis ſignum eſſe prodiderunt. Cur ſalſus ſit ſudor, docet Ariſtoteles in problematis: à maximo vate dictum eſt ſçitiſſimè: Salſúſque per artus Sudor iit. *Incertis alternationibus.*] Expreſſit affectum hominis conſcij & ſcelerati, qui prenſus & rationibus confutatus commouet pedes alternatim ex titubatione, ſcalpit caput, & verba parum explicata balbutit. *Partem ſcalpere capitis.*] Pro ſcalpebat qui effœminati ſunt, & molles, dicuntur digito vno caput ſcalpere. quod in Pompeium dixit Caluus: & à Iuuenale morſu ſatyrico vſurpatum. Qui digito ſcalpunt vno caput. præterea ſontes ſcalpunt caput, deprehenſi in crimine manifeſto, quod inficiari non queunt. Inter ſigna conſcientiæ apud docto-

ſinit. Qui propter iudicij religionem, cùm fidem ſuam coram lacerari videret, multiplicato ſtudio verberonem illũ contendit redarguere: donec iuſſu magiſtratuum miniſteria publica contrectatis nequiſſimi ſerui manibus, annulum ferreum deprehenſum cum ſigno ſaccu-li conferunt: quæ comparatio præcedentem roborauit ſuſpicionem. Nec rota, * nec eculeus, more Græcorum, tormentis eius apparata iam deerant: ſed obfirmatus mira præſũptione, nullis verberibus, ac ne ipſo quidem ſuccubuit igni. Tum medicus: Non patiar, inquit, Hercules, non patiar, vel* circa fas de innocente iſto iuuene ſupplicium vos ſumere: vel hunc, ludificato noſtro iudicio, pœnam noxij facinoris euadere. Dabo enim rei præſentis euidens argumentum. Nam, cùm venenum peremptorium comparare peſſimus iſte geſtiret: nec meæ ſectæ crederem conuenire, cauſas vlli præbere mortis: nec exitio, ſed ſaluti hominum medicinam quæſitam eſſe didiciſſem: verens, ne ſi daturum me negaſſem, intempeſtiua repulſa viã ſceleri ſubminiſtrarem: & ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem, vel poſtremùm gladio, vel quouis telo nefas inchoatum perficeret: dedi non venenum, ſed ſomniferum mandragoræ* illum grauedinis comperta famoſum, & morte ſimilimi ſoporis * efficacem. Nec mirum, deſperatiſſimum iſtũ latro-*

latronem, certum extrema pœna, quæ more maiorum *in eum competit, cruciatus istos vt leniores facile tolerare. Sed si verè puer meis tẽperatã manibus sumpsit potionem, viuit, & dormit: & protinus marcido sopore discusso, re meabit ad diem lucidam. Quòd si verè peremptus est, si verè morte præuentus est, quæratis licet causas mortis eius alias.*

tes rhetoricos sunt & hæc: expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse. *Nescio quas affamias effutire.*] nugas & ineptias meras loquebatur. Effutire est (vt docent grammatici) ineptè loqui, & verba lapsantia ac futilia funditare. Horat. Effutire leues indigna tragœdia versus. Affamiæ verò dicuntur ineptiæ, & nugatoria verba, atque lapsantia, vt antè dictum est. Mendacij arcessere, id est accusare de mendacio. arcessere accusare est, vt docet Diomedes in primo, quod verbum ab arceo nascitur: Etenim alium accusare, à maleficiis arcere est, cùm genitiuo coniungitur: vt apud M. Tullium, Maiestatis arcessitur. Diuus Augustinus in libro de mendacio, docet mendacium longè esse fugiendum. & discerniculo quodam octo genera mendacij facit, quod & in Decretis canonicis 22. qu. 2. copiosissimè explicatum est. apud Persas, Herodoto & Xenophonte testibus, dicere mendacium erat criminosissimum quorum filij tribus potissimum rebus instituebantur: equitare, arcu sagittas excutere, & vera loqui. Vir bonus (vt Pub. Nigidius refert) præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. namque inter mendacium dicere, & mentiri, distat: qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur. Verùm mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est, vt Quintilianus asserit: & diuus Hieronymus docet, scribens de officioso mendacio. *Contendit.*] Melius est legere Contendit, pro eo quod est instat, vrget, conatur. *Ministeria publica.*] ministri publici, quales sunt apparitores, lictores, viatores. sic dicimus ministeria, vt seruitia, pro ministris & seruis. *Annulum ferreum.*] Apud veteres annulis tantum ferreis vtebantur: & (vt auctor est Plinius) longo tempore ne senatus quidem Romanus annulos aureos habuit: vnde & sponsæ annulus ferreus mitti solitus erat, isque sine gemma. Qui ob legationem acceperant annulos aureos, in publico illis

rent rotam induci,& carnifices cum ſecuribus expediri ad Phocionem lacerandum. Eculeus quoque tormenti genus eſt, cuius Seneca, Valerius, Cicero,& cæteri meminerunt. Quidam ardentem laminam eſſe tradunt,qua homines cruciabiliter torquentur. Equuleus dicitur puſillus equus, ab equo diminuto vocabulo.M.Tullius in Verrinis:His equitabit equuleis. Plinius in 7. Quapropter ſurreptis ſtatim pullis in tenebris equarum vberi,aſinarúmve equuleos admouent. *Nec ſuccubuit ignis.*} Inter crudelia barbaricáque genera cruciatus eſt ignis, cui tormento qui non ſuccubuit, nulli ſuccumbet. Sæuitia (vt ſcribit Seneca lib.2.epiſtolarum moralium)commenta eſt eculeos,cruces, vncum, & tunicam illam alimentis ignium illitam & intextam. Hæc tunica optimo epitheto moleſta à Iuuenale & Martiale nominatur. Inueniuntur autem plerique patientia ſiue duritia tormentorum tanta præditi,vt tormenta contemnant, vt exprimi ab eis veritas vllo modo non poſſit. Ideóque quæſtioni non ſemper fidem habendam eſſe, verè & prudenter monet Vlpianus. *Hercules.*] Iuſiurandum eſt. *Circa fas.*}Legendum eſt,contra fas. *Venenum peremptorium.*} mortiferum,à perimendo peremptorium dictum. Sic apud iuriſconſultos Tit.de iudiciis: peremptorium edictum dicitur, ex eo quod perimat diſceptationem inter litigatores:hoc eſt,vltra non patiatur aduerſarium tergiuerſari. Priſci peremptalia fulgura appellauere,quæ ſuperiora portenta perimunt,id eſt tollunt. *Geſtiret.*]cuperet. *Meæ ſectæ conuenire.*} Medicina ad ſalutem hominum, non perniciem reperta eſt.proinde medicorum ſectæ non conuenit venena propinare, quorum ars omnis ſtudium ac vigilantia eſt in ſalutarib. remediis dandis: ſic Hippocrates diſcipulos adiurat, ne dolo malo ſcientes cuipiam mortalium noxia medicamenta propinent. Legimus apud iuriſconſultos ad legem Corneliam de veneficiis: Qui malum venenum necandi hominis cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectendum eſſe, & eiuſdem legis Corneliæ pœna afficiendum.præterea ſenatuſconſulto effectum eſt, vt pigmentarij pœna huius legis teneantur,ſi cui temerè venena dederint. *Nec exitio, ſed ſalutis.*]Omnibus mortalibus medicinam vtiliſſimam eſſe,celeberrimi auctores prodiderunt: tanquam nullum hominum genus, nullus ſexus, nulla ætas ſit, quæ non vtilitatem ex medicina petat. cuius artis auctores accepimus deos, ſiue vt hæc infirmitas hominum haberet adiumenta aliqua, vel ſolatia: ſiue tantum huic arti tribuêre maiores, vt eam vix crederent humanis potuiſſe ingenijs inueniri: ſiue ipſa medicina per ſe ſacra res eſt,

con. Hannibal missus à Carthaginensibus aduersus Afros rebellantes, cum sciret gentem auidam esse vini, magnum eius modum mandragora permiscuit, cuius inter venenum & soporem media vis est. tunc prælio leui commisso, ex industria cessit: nocte deinde intempesta relicto intra castra vino infecto, fugam simulauit: cúmque barbari occupatis castris in gaudium effusi medicamentum merum auidè hausissent, & in modum defunctorũ strati iacerent, reuersus cæpit eos, ac trucidauit. *Grauedinis comperta famosum.*] Consimiliter Plinius de mandragora loquens inquit: Sic quoque noxiæ vires grauedinem afferunt, etiam olfactu. Vt obique grauedo ponitur pro torpore marcido, & capitis grauitate somnolenta. Aliàs grauedo significat distillationem humoris ex capite, quæ teste Cor. Celso nares claudit, vocem obtundit, tussim ficcam monet. Hippocrates Græcíque coryzas nominant. Vnde grauedinosi dicti, huic morbo obnoxij: vt in commentariis Tusculanarum quæstionum vberius scripsi. *Certum extremæ pœnæ.*] Sic veteres loquuntur: vt certus fugæ, certus spei. Extrema pœna ponitur pro vltimo supplicio. Vltimum autem supplicium mortem solam interpretamur, vt docent iurisconsulti titulo de pœnis. *Puer meus temperatam manib.*} Lego, meis: vt sit, meis manibus temperatam. *Quæratis causas alias.*} Cum ego porionem mandragoræ somnificam tantum dederim, si mortuus est, mortis causa aliunde est, quam ego nescio.

Ad istum modum seniore adorante, placuit, & itur confestim magna cum festinatione ad illud sepulchrum, quo corpus pueri depositũ iacebat. Nemo de curia, de optimatib. nemo, ac ne de ipso quidem populo quisquam, qui non illuc curiosè confluxerit. Ecce pater suis ipse manibus, cooperculo capuli remoto, cómodum discusso mortifero sopore, surgentem postliminio mortis deprehendit filium: eúmque complexus arctissimè, verbis impar, præsente gaudio produxit ad populum. atque vt erat adhuc fœtalibus amiculis* instrictus atque obdi-*

Adorante.] orante, causam agente. adorare enim apud antiquos significat agere: vnde & agi oratores dicuntur qui mandata populi agunt: auctor Festus Pompeius. M. Varro ab ore orare, & oratores, & orationem dici scribit. Itur.] Scilicet ab omnibus. sic Virg. Itur in antiquam silvam. Cooperculo

tus, deportatur ad iudicium puer. Iámque liquidò ſerui nequiſſimi, atque mulieris nequioris patefactis ſceleribus, procedit in medium nuda veritas: & nouercæ quidem perpetuum indicitur exilium, ſeruus verò patibulo ſuffigitur; & omnium conſenſu, bono medico ſiuntur aurei opportuni ſomni pretium. Et illius quidem ſenis famoſa atque fabuloſa fortuna, prouidentiæ condignum accepit exitum: qui momento modico, immò puncto exiguo, poſt orbitatis periculum, adoleſcentium duorum pater repente factus eſt.*

capuli.] tegumento orificióque ſepulchri. De capulo, & capulari ſene, & capulari reo iam dictum eſt. *Commodùm.*} tũc, iam illo momento, illo tempore: vt ſæpe apud hũc ſcriptorem. *Poſtliminio mortis.*} Sic & in Floridis, Velut ab inferis poſtliminio domum retulit. de poſtliminio ſuprà ſatis multa. *Verbis impar.*]id eſt, qui verbis explicare non poterat, nec dicendo æquare gaudium intimum, quo afficiebatur ſenex ex improuiſa ſalute filij. *Feralibus amiculis.*] Amicula feralia ſunt veſtimenta, quibus cadauera defunctorum veſtita in ſepulchro conduntur. ſcribit Plutarchus in problematis, quòd mortui corpus albis veſtibus induebatur ob puritatem: quippe color albus, ſolus ſincerus ac pũrus, miniméque infectus eſt: ſic & defunctus videtur eſſe factus quiddam ſimplex & purum, omníque mixtione ſecretum: vnde & in luctu mulieres albis veſtib. amiciebantur. Amiculatus dicitur à Solino, indutus amiculo & veſte. *Inſtrictus.*} faſciatus, & quaſi vinculatus. *Obditus.*} ſeptus, opertúſque. obdere eſt operire. *In medium nuda veritas.*} Tanta vis veritatis eſt, vt improbitate malorum depreſſa tamen emergat, vt intereluſa reſpiret: vt oppugnari poſſit, non poſſit expugnari, nec diu deliteſcere. Meritóque vetus poeta Veritatem Temporis filium eſſe dixit. Veritatis oratio ſimplex eſt, vt inquit Seneca. In tabula Cebetis ſcriptum legimus, quòd ἀλήθεια, id eſt veritas, παιδίας, hoc eſt diſciplinæ eſt comes. in conſilio Darij regis pronunciatum eſt, veritatem omnibus antiſtare: eam fortiſſimam iudicari, quia nihil contra eam iniquitas valet: & cum cætera quæ fortia videntur mortalia, citóque deficientia probentur: veritas & immortalis eſt, & ſempiterna: auctores Eſdras & Ioſephus. *Patibulo ſuffigitur.*} in crucem tollitur. Antiqui gaballum dixere crucem & patibulum M. Varro: Nos barbari innocentes in gaballum ſuffigimus.

gimus. Aliàs patibulum dicitur ſera, qua oſtia occluduntur à patendo, quòd hac remota valuæ pateant. Supplicium autem patibuli infame eſſe & ſeruile, docet Lactan. in quarto. Patibulatum pro crucifixum dixit antiquitas. *Fabuloſa fortuna.*] Qualis in tragœdiis ſpectari ſolet, & tragici ſtili materia eſt. *Poſt orbitatis periculum.*] Periclitatis eſt ſenex, ne duobus filiis in eodem tempore orbaretur: nam ſi ille ſepultus, verè mortuus fuiſſet, alteri quoque erat pereundum, ſententia iudicum condemnatoria & capitali.

*At ego tunc temporis talibus fatorum fluctibus * volutabar. Miles ille, qui me nullo vendente comparauerat, & ſine pretio ſuum fecerat, Tribuni ſui præcepto debitum ſuſtinens obſequium, literas ad magnum ſcriptas principem Romam verſus perlaturus, vicinis me quibuſdam duobus ſeruis fratribus vndecim denarijs vendidit. His erat diues admodum dominus. At illorum alter piſtor dulciarius, qui panes & mellita concinnabat edulia: alter coquus, qui *ſapientiſſimis nutrimentis ſuccuum, pulmenta condita vapore mollibat. V nico illi contubernio communem vitam ſuſtinebant, néque ad vaſa illa complura geſtãda præſtinarant, quæ *domini regiones pluſculas pererrantis varijs vſibus erant neceſſaria. Adſciſcor itaque inter duos illos fratres tertius contubernalis, haud vllo tempore tam *beniuolam fortunam expertus. Nam veſpera, poſt opiparas cœnas, eariémque ſplendidiſſimos appæratus, multas numero partes in cellulam ſuam mei ſolebãt reportare domini: ille porcorum, pullorum, piſcium, & eiuſcemodi*

Nullo vendente comparauerat.] Feſtiuiter dictum de eo qui aſinum abduxerat, & ſuũ fecerat ſine emptione. Hortulano enim in publicum carcerem deducto, miles aſini poſſeſſor factus eſt, acquiſiuítque rei inemptæ dominium, militari ſcilicet potentia & vi. *V ndecim denarijs.*] Lucianus ſcribit militem vendidiſſe aſinum πέντε καὶ εἴκοσι, id eſt viginti quinque drachmis Atticis.

Diues dominus.] Lucianus: ὁ δὲ ὀνοπώλης δεσπότου μὲν εἶχεν οὐδενὸς πλουσίου, πόλεως δὲ οὐ μικρᾶς καὶ μαλακῆς. id eſt, Emptor aſini ſeruus erat viri valde

opulenti, ex Theſſalonica, maxima ciuitatum in Macedonia. *Piſtor dulciarius.* Lucianus εἶχε ἀδελφὸν ἐγὼ σωίδουλον, ἄρτους πιστὸν, καὶ μελίπηκτα χειρὶ ἅπτεσθαι. i. Habebat hic fratrem conſeruum, qui panes confiecre & cibaria ex melle concinnare ſciebat. Piſtor duleiarius is dicitur, qui dulcia conficit, & mellita cibaria, quæ Græcè dicuntur μελίπηκτα, qualia ſunt & bellaria, de quibus M. Varro, Gellius & Macrobius ſic ſcripſere: Ea maximè ſunt mellita, quæ mellita non ſunt: dulcibus enim eum pepſi ſocietas infida. Quibus verbis inest hic intellectus: ea maximè mellita, id eſt, iucunda haberi, quæ non ſint mellita, id eſt melle concinnata: quoniam dulcia, & ex melle compoſita, non faciunt ad pepſim, id eſt concoctionem. ſicut autem dulciarius à dulcib. eduliis dicitur, ſic & lactarius, qui ex lacte facit lactieinia, quæ etiam lactaria voeantur. Lampridius Heliogabalum ſcribit habuiſſe duleiarios & lactarios, qui omnia coquorum edulia exhiberent ex dulcib. & lactarijs. vbi lactaria ſignificantur lactieinia, vt vulgus appellat, quæ Cornelius Celſus lactantia vocat, ſic ſcribens: Aluum mouent mel crudum, lac, lactantia omnia. Piſtores

pulmentorum largiſſimas reliquias: hic panes, cruſtula, iucunculos, hamos, lacertulos, plura ſcitamenta mellita. qui cum ſe refecturi, clauſa cellula balneas petiſſent, oblatis ego diuinitus dapibus affatim ſaginabar. nec enim tam ſtultus eram, támque verè aſinus, vt dulciſſimis illis relictis cibis, cœnarem aſperrimum fœnum. & diu quidem pulcherrime mihi fuit atrina procedebat artificium: quippe adhuc timidè & ſatis parcè ſubripienti, de tam multis pauciora, nec illis fraudes vllas in aſino ſuſpicantibus. At vbi fiducia latendi plenior capta, partes opimas quaſque deuorabam, & iucundiora eligens abliguriebam dulcia, ſuſpicio non exilis fratrũ pupugit animos: & quanquam de me nihil etiam tum tale crederent, tamen quotidiani damni ſtudioſe veſtigabant reum: illi verò poſtremò etiam mutuo ſeſe rapinæ turpiſſimæ criminabantur. Iámque curam diligentiorem, & acriorem cuſtodelam, & dinumerationem adhibebant partium. tandem denique rupta verecundia, ſic alter alterum compellat.

ſtores verò dicuntur, qui panem faciunt. Antiquitus hoc vocabulo nominabantur, qui far pinſebāt. Piſtores non fuiſſe Romæ ad Perſicum vſque bellum, teſtis eſt Plinius, ſcribens, ipſos Quirites panem feciſſe, idque mulierum opus fuiſſe. Libro tertio Digeſtorum ſcriptum legimus, fuiſſe Romæ collegium piſtorum: Græcè ἀρτοποιὸς dicitur piſtor. *Alter coquus.*]τὸ ὄψα τῷ διωπίτῃ ἐκθλίβειν ζω. id eſt, obſonia domino concinnabat. Veteres Romani coquos non habuerunt in ſeruitiis, eoſque ex macello conducebāt: quod ex Plautina lectione ſat notum eſt. mox coquos inter ſeruos habere cœperunt, quos ſingulos plutis quam equos emebant: idque in conqueſtione luxus, auctores graues cenſoria oratione caſtigabant: à quibus proditur, coquum illum plurimi ſolitum æſtimari, qui peritiſſimè cenſum domini merſiſſet. Coquum & piſtorem apud antiquos eundem fuiſſe accipimus, græcè dicitur ὀψοποιός. De coquo Liuius hæc: Tunc coquus viliſſimum antiquis mancipium, & æſtimatione & vſu in precio eſſe: & quod miniſterium fuerit, ars haberi cœpta. Plato in Gorgia, coquinariam vocat adulationem medicinæ. *Succum.*]Pro ſuccorū: multa enim apud priſcos reperiuntur ſecundi & quarti ordinis indifferenter vſurpata: vt ſenati & ſenatus, ornati & ornatus, lecti & lectus. ſic ſucci & ſuccus: vnde pluraliter ſuccuum pro ſuccorum. Græci ἔγχυλα vocant, ἐγχύλια, cibaria boni ſucci, & mali ſucci. Cor. Cel. inter res euchylas numerat triticum, ſiliginem omnem, venationem, viuum dulce vel lene. inter cacochylas verò, legumina ponit, & ſalſamenta, & veterem caſeum. Hic nutrimenta ſuccorum accipi videntur pro embammate & intinctu. nā græco vocabulo embammata, latino intincta vocant, liquores ſapidiſſimos, quib. pulmenta condiuntur, quibus buccellæ panis & obſonia intinguntur: vulgus ſapores appellat, gulæ proſus irritamenta, quorum Columella, Plinius & cæteri meminere. Quidam legunt intrimentis, ab eo verbo de quo eſt illud prouerbiale, Quod intriſti, tibi exedendum eſt. hinc intrita Catonis. &(vt inquit Donatus) intrita dicitur cibus in mortario factus. *Condita.*]Media producta pronunciandum: à condio condita deriuantur, vnde & condimenta, & conditiones, & condituræ inclinantur. Apicius conditi paradoxi compoſitionem celebrat: quo vocabulo ſignificatur genus cibi ſiue potionis, condimentis variis concinnatum. Idem conditum melizomum vocat, iuſculum ex mellis deſpumati mixtura confectum. Quod & ipſe docet, & nomen oſtendit. μέλι enim græcè mel, & ζωμὸς ius. Annotandum, dici ab Apicio conditum neutraliter nomine ſecundi ordinis ſubſtantiuo, *Vaſa complutia.*]M. Cato, P. Nigidius, M. Varro, cæteri-

que ſcriptores vetuſtiſſimi pluria & compluria dictitabant, quæ nos plura & complura dicimus: quin etiam Aſinius Capito vir doctiſſimus, epiſtola quadam rationes grammaticas poſuit, per quas docet pluria latinum eſſe, plura barbarum: idque nomen ſimplex eſſe, non comparatiuum. Ab eo quod eſt compluria, aduerbium factum eſt compluries, vt docet Gel. in 5. M. Cato: Compluries (inquit) multi ſimul ad hoſtes transfugere, compluries in imperatorem impetum fecere. *Præſtinarant.*] emerant. *Adſciſcor.*] aſſumor. *Tertius contu.*] Feſtiuiter dictum de aſino, adſcito contubernium duorum fratrum, vt perinde quaſi tertius contubernalis haberetur. *Multas partes.*] Lucian. reliquias dixit, ſic ſcribens: *μετὰ τὸ δεῖπνον τῶν δεσπότου πολλὰ λείψανα ἄμφω ἐκόμιζον.* id eſt, poſt cœnam deinde multas reliquias ambo reportabant. De partibus cœnæ & eduliorum ſuperius copioſè ſcitéque diſſerui. *Mei domini.*] Piſtor dulciarius, & coquus. *Ille porcorum.*] Coquum ſignificat. Lucian. *ὁ μὲ κρεῶν καὶ ἰχθύων.* id eſt, hic quidem carnium & piſcium, *ὁ δὲ ἄρτων καὶ πλακουντίων*, alter autem panis & placentarum. *Hic panes.*] piſtor dulciarius. *Cruſtula.*] A Lucio noſtro cruſtula dici videntur, quæ à Luciano græcè *πλακοῦντες.* id eſt placentæ. Sunt enim cruſtula, edulia mellita, operiſque piſtorij: quorum Horatius & Iuuenal. commeminerunt, de quibus Lucilius: Guſtaui cruſtula ſolus. Obiter corrigendus eſt publicus error grammaticorum, qui cruſtum à cruſta ita diſtinguunt, vt cruſtum neutro genere dicatur edulium, ſitque pars eorum quæ comedi poſſunt: fœminino verò cruſta, ſit eorum quæ non comeduntur; vt ligni & lapidis & gelu. ſicut apud Virgilium: Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Nos verò obſeruauimus apud eruditos, cruſtas non minus dici de eduliis, quàm de his quæ non manduntur: quod cùm alij, tum maximè Plinius noſter oſtendit, longè opinor quàm grammatici omnes doctior, elegantiórque: cuius in præſenti exemplum vnum ſuppetit, qui in 19, de papauere ſcribens ſic inquit: Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur, adfuſo ouo inhærens, vbi inferiorem cruſtam apio, git, cerialique ſapore condiunt. Hadrianus imperator inter cibos vnicè probabat tetrapharmacũ, quod erat de phaſiano, ſumine, perna, & cruſtulo: vnde & nomen. eſt enim tetrapharmacum cibi genus, ex eo dicti, quòd ex quatuor precioſis obſoniis cõſtabat: ſicut pentapharmacum edulij genus eſt, ex quinque confectum, quod reperiſſe dicitur Helius Verus Romanus imperator: auctore Spartiano, hoc eſt, ſumen, phaſianus, pauo cruſtulata & apruna. Vbi annotãdum, cruſtulatã fœminino genere dici, quod & cruſtulũ, indifferenter.

rēter. *Iuncunculos.*] Cibus ſignatur ex opere dulciario, qui ad ſimilitudinem iuncorum (vt opinor) figuratus, inde nomē mutuatur: quales hodiéque in opere piſtorio venales cōſpiciuntur. proinde iunculos legendum eſt. Vel intellige opus lactarium, ſiue lac coagulatum inſtar metæ formatum, iuncis incluſum, quæ meta lacta dicitur Epigrammatiſtæ: vulgo iuncata, à iuncis nominatur. *Hamos.*] lacertulos. Nomina ſunt operis piſtorij, à ſimilitudine nuncupata. Apud nos ex ſaccaro & ouis & farina puriſſima fiunt huiuſcemodi hami, figura incurua & orbiculata, quorum opificinæ propriè peculiatiter ſunt ſanctimoniales. Lacerti ſūt piſces, quorum mentio apud Plinium & reliquos frequens: ad quorum effigiem dulciarij panes formati appellantur lacerti, & diminutiuè lacertuli. Nil prohibet hoc nomen deduci poſſe à lacertis ruſtribus, qui omnibus noti ſunt, de quibus & poeta: Nūc virides etiam occultant ſpineta lacertos. nam ſicut ille inter eundem ſinuantur atque flectuntur: ita & mellita panificia tortuoſa fingūtur, quæ vulgus à ſimilitudine incurui brachij brachialia nominant: vnde & lacertulos, à lacerti noſtri ſimilitudine nominatos eſſe crediderim. Hæc tantum arbitraria ſint, & pro cuiuſlibet animo accipiantur. *Scitamenta mellita.*] Edulia ſunt, ex eo dicta, quòd ſciti ſaporis ſint, hoc eſt egregii & præcellentis. Macrobius in vltimo Saturnalium: Apud popinatores (inquit) pleraque ſcitamentorum cernimus propoſita ampliora ſpecie quàm corpore: vbi ſcitamenta ſignificantur iucundiora pulmenta, & ſic mendoſe legitur in codicibus Macrobij hæc dictio. apud A. Gel. per tranſlationem poſita legis ſcitamenta, decenter, pro exornationibus & venuſtatibus orationis: quæ in collocandis verbis, ſi immodicè vſurpentur, non carent veneno reprenſionis. *Refecturi.*] corpora refocillaturi, recreaturique primò balneo, mox cibo. *Affatim ſaginabar, &c.*] largè & abundanter ſaturabar. *Furatrinæ artificium.*] furacitatis ac rapinæ ſolertia. Furatrinam dixit nomine ſubſtantiuo, eà forma qua moletrina, ferratrina, fœtutrina dicitur: à veterib. Furatrinus dictus eſt Mercurius. *Timidè & parcè ſubripienti.*] Lucianus *κἀμοὶ δὲν ἐν φόβῳ καὶ αἰδοῖ κλέπτοντι* id eſt, mecum timore & parcitate prandium furripiente. *Partes optimas.*] Lucianus, *κρέασι τοῖς μερίδων κρατίστοις*, id eſt, pulcherrima partium deuorabam. *Abligurirbam dulcia.*] Ligurire, vnde abligurire, ſignificat ſuauiora quęque deguſtare: *λιχνεῖν*, ſic enim Græci ſuaue appellant: auctor Donatus. Vnde & liguritones dicti guloſi, quos antiqui catilones appellant, propterea quòd catilinam carnem in epulis lautioribus celebrem fuiſſe, & in cœnis deorum poni ſolitam, Plautus

Pliniúſque votificant. hinc à Lucilio ſatyrico piſcis lupus eatillo dictus, quaſi liguritor, quia ſcilicet ſtercus proximè ripas Tyberinas inſectaretur. *Fratrem.*]Lege, fratrum. *Mutuo criminabantur.*]καὶ γὰρ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ἁρπαγα τῶν κοινῶν καὶ ἀναίσχυντον ἔλεγον: id eſt, alter alterum furacem eſſe, & raptorem eorum quæ communia forent, & inuerecundum criminabantur. Anticategoriam vocant mutuam criminationem rhetorici doctores. *Cuſtodiebam.*]Corrige, cuſtodelam: id eſt, cuſtodiam, vt ſuprà. *Dinumerationem partium.*]electiorum ſcilicet, ex eduliis. Lucianus, μερίδων ἀριθμὸς ἦν: id eſt, numerus partium habebatur.

Ad iſtud.]Lego, At iſtud: eſt enim particula hęc inceptiua, & (vt inquit Donatus) principium increpationi aptum: proinde frater fratrem furti crimina turus, ſcitè exordi tur à particula ob iurgatoria, & increpationi accommodata. *Peculium augere.*] Signatè locutus eſt: cum peculium propriè ſeruorum dicatur, eſſetque piſtor & coquus in famulitio domini opulenti. Peculioſos vocant ſeruos, habentes peculiũ copioſum: peculiares res dicuntur à iureconſultis, ad peculium ſeruile pertinentes. *Æquam vindicare diuiſionem.*] Criminatio fraterna,

Ad iſtud iam neque æquum, ac ne humanum, fidem minuere quidem quotidie, ac partes electiores ſurripere: atque his diuenditis, peculium latenter augere, de reliquiis æquam vindicare diuiſionem. ſi tibi denique ſocietas iſta diſplicet, poſſumus omnia quidem cætera fratres manere: ab iſto tamen nexu cõmunionis diſcedere, nã video in immenſam dãni procedentem querelã nutrire nobis immanem diſcordiam. Subiicit alius: Laudo iſtam tuam mehercules & ipſe conſtantiam, quòd furatis clanculo paribus prauemiſti querimoniam: quam diutiſſimè ſuſtinens, tacitus ingemiſcebam, ne viderer rapinæ ſordidæ meum fratrem arguere. ſed bene, quòd vtrinque ſecus ſermone prolato, iactura remedium quæritur: ne ſilentio procedens, ſi multas Etheocleas nobis contentiones pariat. His & ſimilibus alter cati conuicijs, deierant vtrique, nullam ſe prorſus fraudem, nullam denique ſurreptionem factitaſſe: ſed planè debere cunctis artibus communis diſpendij latronem inquiri. nam neque æ-

ſtimum,

ſinum, qui ſolus intereſſet, talibus cibis affici poſſe: & tamen quotidie paſtus electiles comparare nuſquam. ne vtique cellam ſuam tam immanes inuolare mures vel muſcas, vt olim Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapes. qua frater accuſat fratrem, quòd clã augeat peculium ex partibus eduliũ ſurreptis: dein ex reliquis quoq; exiſtentibus vendicet dimidium lucri pro rata. *Omnia cætera fratres manere.*] Figurata elocutio, & vetus, quòd in omnibus cæteris rebus poſſumus ſeruare fraternitatem. *Nexu communionis.*] Poſſumus (inquit) agere de communi diuidundo: & hunc nexum, vinculumque ſocietatis diſſoluere, ne ex fraterna concordia exoriatur immanis, peſtiferáque diſcordia. *Subiicit alius.*] Anticategoria eſt, & mutua accuſatio, qua ſe viciſſim fratres inceſſunt, dum alter alterum credit habere furtificas manus. *Præueniſti querimoniam.*] Quaſi dicat, niſi tu prior conqueri cœpiſſes, ego iam hoc ipſum facere deſtinaueram, & querimoniis expoſtulare tuas ſordidas rapinas. *Arguere rapinæ.*] accuſare de rapina. Cum genitiuo iungitur. ſic apud Plautum ait alemena: Probri, ſtupri, dedecoris à viro arguitam meo. *Vtrinque ſecus.*] & abs te, & à me. *Iactare medium quæritur.*] Ego ſic emendo, Iacturæ remedium quæritur: alioqui nullus ſenſus, nulla latinitatis elegantia. *Nec.*] Lego, ne. iſtæ interdum minutiæ remorantur lectores, atque perturbant, quo minus verum ſincerumque intellectum aſſequantur. Proinde hæc noſtra etiam in minimis curioſitas, minimè videri debet reprehenſibilis, cum non ſolum eruditulis & ingenioſis, ſed etiam hebetioribus & brutis iſta ſcribantur, quorum titubantia adminiculis omnibus eſt erigenda, fulciendáque. *Eteocleas contentiones.*] capitales & acerbas: ab Eteocle, qui fratrem Polynicem odio exitiali infectatus eſt, cui ſtruxit inſidias, quem vita priuare & regno viribus omnibus neruiſque contendit: cum quo poſt dira bella & nefanda depugnans conflixit, ambóque pari fato occubuere: quorum odium nec quidẽ poſt obitum reſtinctum eſt, cum ignis quoque rogi, quo cremabantur, ſeiſſus ſit, flamma diuiſa atque reſiliente: vt canit Papinius in 12. Thebaidos. hinc Lucani illud: Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit, Thebanos imitata rogos. Ob hoc inimicitiæ, contentionéſque fratrum exitiales ac peſtiferæ, dicuntur Eteocleæ. Scribit Ariſtoteles in 6. Polit. prouerbium eſſe, quòd fratrum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ: & qui ſe nimium amant, hi ſe nimium oderunt. Quod verum eſſe, demonſtrat Eteocles Thebanus. Plato quoque lib. 11. de Legibus refert, nihil pernicioſius eſſe filiis,

parentum imprecationibus : eáſque aduerſus filios à diis exaudiri. ideóque Eteoclem & Polynicem diſſidio & contentionibus capitalibus inter ſe diſſediſſe, quoniam pater Œdipus contemptus à filiis, ea illis imprecatus eſt, quæ exaudita à dijs, effectáque apud omnes feruntur. Græcè dicitur per prouerbium οἰδιπόδας ἀρά, id eſt Œdipodis imprecatio. Meminit huius diræ deuotionis paternæ in filios, & Statius in primo Thebaidos, vbi Œdipus talia imprecatur: I, media in fratres generis conſortia ferro Diſſiliant, da tartarei regina barathri, Quod cupiam vidiſſe nefas. *Deierant vtrique.*]valde iurant. Deiurium dicitur iuſiurandum. *Communis diſpendij.*]damni, quod vtrique fratrum commune erat. *Paſtus electiles.*]eſcas precioſiores. *Harpyiæ Phineias dapes.*] Ex lectione poetarum, & maximè Virgilij notum eſt, quemadmodum harpyiæ menſas Phinei Arcadiæ regis contactu immundo & ventris illuuie fœdauerunt, cibóſque ei obcæcato tantiſper inuolantes diripuerunt, donec expulſæ ab Argonautis ad inſulas Strophadas confugêre, quarum formam poeta graphicè ſcientérque deſcribit illis verſibus: Virginei volucrum vultus, fœtiſſima ventris Proluuies, vncæ quæ manus, & pallida ſemper Ora fame. Græcè dicuntur ἁρπυίαι, ἁρπακτικὰ διὰ μονήν. Harpya Græcè rapina dicitur, vnde & à rapacitate inditum nomen. ideo volatiles figurantur, quod omnis rapina (teſte Fulgentio) ad volandum ſit celerrima. Tres verò traduntur: quia primum ſit, aliena concupiſcere: ſecundum, concupita inuadere: tertiũ, celare quod inuadit. Apollonius duas tantum eſſe tradit. Eaſdem Iouis canes, nec non & furtes ſe tradunt: vnde etiam epulas abripere dicuntur, quod eſt furiarum. Hinc eleganter Horatius dixit, gulam dignam rapacibus harpyis: intelligi volens gulones eſſe diguos, quibus harpyiæ furtim inuolantes edulia ſubriperent, in ipſo edendi deſidetio, & epularum apparatu, ſicut Phineias dapes diripiebant. ἁρπάζω Græcè eſt rapio, ἁρπαγὴ rapina, ἁρπάξ rapax. hinc Plauto dictum, aurum harpagatum, pro furto ſubductum. Item harpax amor, pro rapax. Homerus harpyiarum vocabulo procellas ſcitè nuncupat. harpagones ex eadem origine dicuntur manus ferreæ, ſiue inſtrumenta vncinum habentia, quibus naues capiuntur & continentur.

Liberalib. cœnis.] largioribus, & homine libero dignis. *Affatim.*]largè, abundè, copioſe: aduerbium

Interea liberalibus cœnis ineſcatus, & humanis affatim cibis ſaginatus, corpus abœſa pinguitie compleueram, coriũ aruina ſucculenta molliueram, pilũ liberali nitore nutrieram. Sed iſte corporis

poris mei decor, pudori peperit grande dedecus, insolita nanque tergoris vastitate commoti, fœnum prorsus intactum quotidie remanere cernentes, iam totos dirigunt ad me omnes animos: & hora consueta, velut balnea petituri, clausis ex more foribus, per quandam modicam cauernam rimantur me, passim expositis epulis inhærentem. nec vlla cura iam damni sui habita, mirati monstruosas asini delicias, risu maximo dirumpuntur. vocatóque & altero, ac dein pluribus conseruis, demonstrant infandam memoratu hebetis iumenti gulam. Tantus denique ac tam liberalis cachinnus cunctos inuaserat, vt ad aures quoque prætereuntis perueniret domini. Sciscitatus denique quid bonum rideret familia: cognito quod res erat, ipse quoque per idem prospiciens foramen, delectatur eximiè: ac dein risu ipse quoque latissimo adúsq; intestinorũ dolorem redactus, iam patefacto cubiculo proximè consistens, coram arbitratur. Nam & ego tandem ex aliqua parte mollius mihi renidentis fortunæ contemplatus faciem, gaudio præsentium fiduciam mihi subministrante, nec tantillum commotus, securus esitabam: quo ad nouitate spectaculi lætus dominus adium duci me iussit, immò verò suis & ipse manibus ad triclinium perduxit, mēsaque posita, omne genus edu-

est, quod auctore Gellio prima acuta pronunciatur. iungitur cum genitiuo: vt, affatim lignorum est, apud Liuium: & apud Plautũ, Aliorũ est affatim qui faciant. *Obesa pinguitie.*] pingui pinguitudine: pingue, pinguedo, pinguitudo, pinguities, in eodē significatu indifferēter à doctis vsurpantur. Errorem Seruianum euidenter refellimus in notis Seruij, tradentis, neque pinguedinem neque pinguitudinem esse Latina vocabula. De obeso iam diximus, quod Nouius pro gracilento posuit, cum in vsu quotidiano sit pro vberi & pingui. Dicitur enim obesus, quasi ob edendum pinguis factus. *Aruina succulenta.*] succosa pinguedine: aruina est pinguitudo, & propriè est id durum pingue quod est inter cutē

& viſcus: vt ex auctoritate Suetonij docet Seruius, enarrans illud Maronianum: Aruina pingui ſubigunt in cote ſecures. Ar Billa à priſcis dicta eſt aruina, id eſt pinguedo corporis. apud Liuiũ memoratur Cornelius cognomento Aruina opinor, credo à corporis ſucculenta pinguitudine. Luc. de hoc ſcribens inquit: σῶμα καλὸν ἐγὼ τὸ ἄρμα ἐπεδεδύμην τῇ τριχὶ ἀπολάμπον. id eſt, Corpus pulchrum mihi factum eſt, corium forenti pilo relucens. *Vaſlitate tergoris.*] obœſitate dorſi. Lucianus, μέλαν με καὶ πίονα ὁρῶντες: id eſt, magnum me pinguémque cernentes. *Mollinerum.*] ntolle, læuigatum, lucidum reddideram: qualis fieri ſolet ex pinguitudine. *Fœnum.*] Lucianus dixit hordea, hoc eſt τὰ κριθίδια. *Vt aut balneas petituri.*] Ex Græco, ἢ εἰς τὸ βαλανεῖον ἀπιόντες. hora autem balnei erat pomeridiana. *Per cauernam.* Lucianus: παραβαλόντες ὀπὴν τινὰ τῶν θύρας: id eſt, apponentes oculos ad oſtij cauernam. Græcè ὀπὴ dicitur cana. Vnde opobalſamum dici autumat Egeſippus in quarto. quoniam per ὀπὰς, id eſt cauernas diſtillat paulatim humor balſami inciſis virgultis. nam & Plin. quoque refert, incidi vitro, lapide, oſſeis ve cultellis ramos balſami, ſuccũmque è plaga manantem colligi lanis, quem opobalſamũm vocãt. proinde vel à cauerna quę Græcè ὀπὴ, vel à ſucco qui ὀπὸς dicitur, opobalſami nomen deductũ eſt. *Hebetis iumenti.*] tardi aſini. *Liberalis cachinnus.*] ſolutior riſus. Eſt autem cachinnus verbum ſecundum onomatopœiam fictum, à ſono riſus: quod & Porphyrio interpres Horatianus tradit. *Cognito.*] cum cognouiſſet, quam ob rem tam effuſe rideret. *Adiſque inteſtinorum dolorem.*] Expreſſit rem naturalem, & pene quotidianam: vt ſcilicet homini ex nimio riſu, liberaliorique cachinno doleant inteſtina, cogatúrque impoſitis ad ſiniſtrum latus manibus coercere exultantem dolorem. etenim lien, qui & ſplen dicitur, domicilium riſus eſt in ſiniſtro latere: & (vt auctor eſt Plinius noſter) intemperantia ioci & riſus conſtat lienis magnitudine. Hinc illud Perſianum:

lium ſolidorum & illibata fercula ineſſit apponi. At ego quanquam iam bellule ſuffarcinatus, gratiorem commendatiorémque metum ei facere cupiens, eſurienter exhibitas eſcas appetebam. Nam & quid potiſſimum abhorreret aſinus excogitantes ſcrupulosè, ad explorandum manſuetudinem id offerebant mihi: carnes laſcere infectas, altilia pipere inſperſa, piſces exotico iure perfuſos. Interim conuiuium ſummo riſu perſonabat.

Digitized by Google

fianum: Sed ſum petulanti ſplene cachinno. Sunt qui putent, exempto liene adimi ſimul & riſum. In eodem eſt peculiare curſus impedimentum: quamobrem inuritur curſoribus laborantibus. *Coram arbitratur.*] præſens ſpectat. nam (inquit Plautinus miles) pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem. *Renidentis.*] Modò arridentis, aliàs ſplendentis. *Gaudeo præſentium.*} Cum præſentes gaudibundos viderem, ob idipſum alacrius, ſecuriúſque humanas dapes eſitabam. *Duci me iuſſit.*] Lucian. κελεύει με ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἄγεσθαι· εἰς τὸ ἐκείνου συμπόσιον, ἔφη, τοῦτον παραδείναι. id eſt, iubet me duci in conuiuium, & menſam apponi. *Illibata.*] Signat neque ſemeſa edulia, neque reliquias ciborum ſibi appoſita fuiſſe: ſed fercula integra, intacta, inguſtata, qualia ſcilicet ipſi domino apponuntur. *Bellule ſuffra.*] Bene fartus ac diſtentus largitate eſcarum belliſſimarum. Sic enim Teren. ex perſona ſerui, Vnum quodque quod quidem erit belliſſimum carpam: quod exponens Donatus, propriè belliſſimum dici ait, vnde & huiuſmodi ad irritandam gulam cibi bellaria dicuntur: bellule autem diminutiuum aduerbium eſt à bene. quod facit belle & bellule. *Eſurienter.*] famelicè, auidè: aduerbium eſt, ab eſurio: vt à ſitio, ſitienter. *Abhorret aſinus.*] Cuique animanti (vt docet Ariſtoteles in 10. Ethicorum) eſt propria voluptas, & ſua: quod intuenti facile liquet. vidimus enim aliam eſſe voluptatem equi, aliam aſini, aliam hominis. proinde ſcitè inquit Heraclitus ὄνοις σύρματα κάλλιόν μᾶλλον ἢ χρυσόν. ἥδιον γὰρ χυσοῦ τρώγουσιν. id eſt, aſinos magis fœnum optare quàm aurum, & aſinis pabulum eſſe auro dulcius. Verum huic noſtro aſino non fœnum & ordeaceum pabulum tam cordi erat, quàm humanæ dapes & ganeata cibaria, quibus naturaliter abhorret palatum aſininum. Craſſum illum, qui Agelaſtus eſt cognominatus, ob frontem ſeueriorem, & mores auſteriores, riſiſſe ſemel in vita Lucil. ait, cum aſinum vidiſſet carduos comedentem: de quo dictum eſt feſtiuiter, Similem habent labra lactucam. *Laſere infectas.*} precioſo ſucco conditas. laſerpicium virgultum eſſe clariſſimum, quod Græci ſilphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum. hinc Catullus Cyrenas laſerpiciferas cognominat. huius ſuccum vocant laſer magnificum in vſu ciborum, medicamentiſque, & ad pondus argenti denarij penſum: de quo multa Plinius noſter volumine vndeuigeſimo. Apud auctores Græciæ euidentiſſimos inuenitur, Cæſarem dictatorem initio belli ciuilis inter aurum argentumque protuliſſe ex ærario laſerpitij pondo c. x. Ex radice multa craſſaque, caule ferulaceo, quo homines veſcebantur decocto, aſſo, elixóque. Laſer, hoc eſt ſuc-

cus, duobus modis capiebatur, radice & caule. Vnde indita nomina rhizias atque caulias. Laserit in condituris meminit frequenter Apicius : à quo pullus laseratus dicitur, lasere perfusus. idem laseratum absolutè appellat obsonij genus, quo laser Cirenaicum, cum aceto & liquamine dissoluendum esse præcipit. Inde laserpitiatum acetum dictum, quo quidam lentem respergunt causa diuturnitatis. Pallàdius in tertio, laser appellat opon cyrenaicum, quasi succum laserpitij, à Cyrenaica prouincia dictum: & ita sanè Græci vocant. noster Plinius in 22. dixit laser esse inter eximia naturæ dona numeratum, quod pluribus compositionibus inseritur. Concoctioni plurimùm conferre senibus fœminis traditur, hyeme quàm æstate vtilius ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Laserpitij meminit & Plautus in Pseudolo. his verbis : Eo laserpitij libram pondo diluunt. De lasere mentio quoque est apud Columellam, qui id à Græcis silphion vocari tradit. *Altilia.* } Hoc nomine significantur, quæcunque in saginario alimus, causa pinguitudinis : ab alendo dicta. Est autem saginarium, locus saginæ accommodatus. lege Caij Fannij sumptuaria interdictum est, ne quid volucrum proponeretur præter vnam gallinam, quæ non esset altilis : vt refert Plinius in x. qui altilem gallinam vocat, quam Tertullianus saginatam. Cochleas altiles instruxisse ganeam, testantur auctores, Altilem sanguinem, vt altilia dixit Macrobius non qui alitur, sed qui alit, quasi alentem corpora. Seneca in epistolis moralibus carpit in famulitio lautorum haberi seruum ad hoc tantum, vt altilia decenter secet, & vt circunferens eruditam manum, precioſas aues in frusta excutiat. Altile non solum pingue, ab alendo, verùm etiam pro opulento dixit antiquitas : sicut à Plauto dicitur dos altilis & opima. Pipere autem inspergi esculenta, præfecti popinæ ganeæque docuerunt. Placet autem piper in obsoniis sola amaritudine, quæ & in Indos petitur. Quis ille (vt Plinij verbis vtar) qui primus cibis experiri voluit : aut cui in adpetenda auiditate esurire non fuit satius ? Genera piperis plura, longum, candidum, nigrum & rotundum. facillimè adulteratur piper longum Alexandrino sinapi. Piper appositum cuti forinsecus, exulcerat : deuoratum verò, nullam ventri infert læsionem. Inter hortensia est, herba reddens piperis saporem : ob id piperitidis nomine accepto, quam & siliquastrum vocant. Piper rotundum & longum vrinam mouet. Verùm (vt inquit Aristoteles in problematis encyclijs) piper vesicam quidem soluet, si largè sumatur: sed si parcè, aluum. ediuersò sca-

monea

monea largè ſumpta,aluum ſoluet:modicè,veſicam. Vina fiunt pipere & melle addito,quæ alij condita, alij piperata appellant: noſtri municipes inter embammata & liquamina ſciti ſaporis habent id quod piperatum vulgo vocant, compoſitum ex ſapa & melle atque aromatibus vnà decoctis. *Exotico iure perfuſos.*] peregrino liquamine madentes. In vſu mortalium primò aſſa, ſecundò elixa, tertio iurulenta fuerunt. vt docet M. Varro, aſſum dictum, quòd ab igni aſſudeſcit. ſudando enim aſſum diſtillat calore. Quidam aſſum dici ex eo interpretantur, quòd ſine pigmento ſaporis alieni in obſoniis inferebatur. aſſum enim ſolum veteres dixere: vnde & aſſa vox nominatur, ore prolata, non admixtis aliis muſicis vocibus. M. Cato refert melos eſſe bipartitum:vnum,quod eſt in aſſa voce: alterum, quod vocans organicon. Elixum verò nuncupamus, quod ex aqua ductum eſt. nam lixam aquam veteres dixerunt: vnde & lixæ dicti miniſtri militares, qui aquam ad tentorium ſolent ferre, iurulentum hanc à iure dici, nomine ipſo ſignificatur: quod & iuſſulentum appellari poſſe, teſtis eſt Lucius noſter, qui in Apologia ſcripſit: Hæc oſtendit, qualiter aſſus aut iuſſulentus piſcis optimè ſapiat. Iuuenalis iurulenta periphraſticôs denotat illo verſu: Et eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Res iurulenta magis alit quàm aſſa.omnia iurulenta aliena ſunt ſtomacho,vt memorat Cor.Celſus in 2.qui iurulentum quodque facile intus corrumpi tradit.à quo id quoque ſcribitur, quòd calefaciunt piper, ſal,caro omnis iurulenta.Quod ex iure decoctum eſt: vt inquit Varro iucundum magis eſt conditione ſucci. Iura Apitij & Paxamij inter irritamenta gulæ & inſtrumenta luxuriæ, popinatumque delicias numerat diuus Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.Ius autem & cum prætorium ſit, & coquinum, hinc amphibolon illud exit à M. Tullio: Ego quoque iure fauebo. & illud,Ius Verrinum nequam, à M. Varrone in 3. de re Ruſtica decenter dictum. Sic hoſce piſces nemo coquus in ius vocare audet. Græcè ξωμὸς dicitur ius, vnde & ξωμοπώλης dictus coquus.nomine autem iuris exotici,id eſt externi, videtur ſignificari liquamen gari & olei ſic enim ſcribit Lucianus,ξωμοις ἰχθυσι τοῦτο μὲ γάρῳ καὶ ἐλαίῳ κατακεκαυμένοις:id eſt, iura, piſces garo oleóque perfuſos. Oxigarum quoque inter liquamina celeberrimum eſt, ex aceto garóque commixtum. Plautus: Male here'le agit, cum vna multa iura cõfũdit coquus. De iure nigro Lacedæmoniorum, quod illi vocant ξωμὸν μέλαν, copioſe ſcripſi in Commẽtariis Tuſculanarũ:quod cũ olim Dionyſius guſtaſſet,aſper-

natúſque eſſet: tum coquum ſcitè dixiſſe ferunt, Minimè mirum, ſi Dionyſius illo iure delectatus non eſſet: condimenta enim defuiſſe, & cum ille quæſiſſet, quæ? tum coquus; Labor, inquit, in venatu, ſudor curſus ab Eurota, fames, ſitis: his enim condimentis Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. *Scurrula.*] Diminutiuum ſcurræ eſt ſcurrula. Græci γαμηλόχους vocant, qui à noſtris ſcurræ dicuntur: de quibus multa Suidas. eſt autem ſcurra à ſcquendo dictus, hinc ſcurrilitas, & ſcurriles ioci, & ſcurrilis: quæ aliena ſunt perſonæ oratoris, vt M. Tul. & Quintil. docent. Antiqui planos dixere ſcurras, quaſi ſeductores: qua dictione M. Tul. Gel. Horat. Laberius vſitati ſunt. *Riſu perſonabat.*] Græcè, τὸ δὲ συμπότου ἐκλογεῖτο τῷ γέλωτι.

Quidam denique præſens ſcurrula, Date (inquit) ſodali huic quippiam meri. quod dictũ dominus ſecutus: Non adeò, reſpõdit, abſurdè locutus es furcifer. valde enim fieri poteſt, vt contubernalis noſter poculum quoque mulſi libenter appetat, &, Heus (ait) puer, lautum diligenter ecce illum aureum cantharum mulſo contempera, & affer paraſito meo: ſimul, quòd ei præbiberim commoneto. ingens exin oborta eſt epulonum expectatio. nec vlla tamen ego ratione conterritus, ocioſe, ac ſatis genialiter, contorta in modum linguæ extrema labia, grandißimum illum calicem vno hauſtu perhauſi. & clamor exurgit, conſona voce cunctorum ſalute me proſequentiũ. Magno denique delibutus gaudio dominus, vocatis ſeruis ſuis, emptoribus meis iubet quadruplũ reſtitui precium: méque cuidam acceptißimo liberto ſuo, & ſatis peculiato, magna præfatus diligentia tradidit, qui me ſatis humanè, ſatiſq; comiter nutrie-

bat.

Sodali.] aſino, quem meritò ſodalem vocat, quia ſimul eſitantem. nam ſodales ex eo dicti, quòd vnà ſederent & eſſent, id eſt, veſcerentur. Græcè σύσσιτος dicitur. De ſodalitatib. & ſodalitiis, quæ Græci συσσίτια vocant, affatim ſcripſimus in Tranquilli cõmentariis. Sodalitij crimen in lege ambitus fuiſſe plectibile, docet M. Tul. in oratione pro Plancio. *Contubernalis.*] Modò ſodalis, modò contubernalis, eleganter & ſcitè aſinus ex domini menſa veſcens appellantur. *Mulſi.*] Potio generoſa eſt, ex vino

bat. & quo ſe patrono commendatiorem faceret, ſtudioſiſſimè voluptates eius meas argutias inſtruebat. & primùm me quidem menſam accumbere ſuffixo cubito, dein adluctari, & etiam ſaltare ſublatis, prioribus pedibus perdecuit. quodque eſſet apprimè mirabile, verbis nutum commodare, vt quod nollem, relato, quod vellem, reiecto capite monſtrarem. ſitiénſque pocillatore reſpecto, ciliis alterna conniuens, bibere flagitarē: atque hæc omnia perfacilè obediebam, quæ nullo etiam monſtrante ſcilicet facerem. Sed verebar, ne ſi fortè ſine magiſtro, humano ritu hoc ederem, pleriq; rati ſæuum præſagium portendere, velut monſtrum oſtentúmque me obtruncatum, vulturiis opimum pabulum rederent.

melléque confecta, de quo ſunt ſcriptorum omnium plena volumina: ſemper mulſum ex vetere vino vtiliſſimum, facilliméque cum melle corporatur: ex auſtero factū, non implet ſtomachum: aluum mollit frigido potu, calido, ſiſtit: corpora auget. multi ſenectam longam mulſi tantum nutricatu toleraſſe, neque vllo alio cibo: celebri Pollionis Romuli exemplo. quem c. annum excedentem, cum diuus Auguſtus hoſpes interrogaret, quanam ratione maximè vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet: ille reſpondit, intus mulſo, foris oleo. Dicimus & per adiectiuum lac mulſum, acetum mulſum, quod melle concinnatum eſt. Aceti mulſi crebra mentio apud Plin. Hinc promulſis, obſonij genus, de quo M. Tul. pro mulſide non me conficies, hinc promulſidaria vaſa dicta, mulſo, promulſidíque accommodata. Iuriſconſ. innuere videntur promulſidaria fuiſſe vaſa, non tam ad continendum, quàm ad ſuſtinendum. Vlpianus auctor eſt, mulſum appellatione vini non contineri. Græcè, *μελίκρατος. Hemus.*} Lego, heus: vt fiat ſenſus illuſtrior, ſitque aduerbiū vocandi. *Paraſito meo.*} Scitè aſinum paraſitum ſuum appellat, qui in conuiuio obibat munia paraſitica. ſunt auctores, qui paraſitos Apollinis minos appellant. quod & Epigrammatiſta ſentire videtur, qui ex perſona Latini hiſtrionis ſic inquit: Et me laurigeri paraſitū dicite Phœbi. A Plin. inter volucres aſio ſiue otus auis paraſita dicta eſt, cum ſit imitatrix, & quodam genere ſaltatrix. Propriè paraſitus dicitur, qui cibi cauſa tedicula & dicit & facit, viuítque ad alienum

nutum : vnde & nomen à parasito parasitatio dicta : & supparasitari Plautinum verbum est, quod significat subseruire & subassentari : quod propriè officium est parasitorum, qui in comœdiis edaces describuntur: quorum deus venter est, quorum voratrinam & mores & dicta redicularia vnus omnium scitissimè Plaut. expressit. Lucian. libellum condidit festiuissimum de parasito, vbi docet artem esse parasiticam, eámque iucundissimum, cuius finis sit εὐδαιμονία, id est fœlicitas. Priscis parasitos dixere δαιτύμονας, quasi conuiuas, idem Lucian. refert, Patroclum fuisse Achillis parasitum, & merionem Idomenei: quos Homerus vocat θεράποντας, quasi cultores & ministros. Parasitus & rex sunt relatiua. vt enim libertus patroni, sic parasitus regis: & è contrario, vt patronus liberti, sic rex dicitur parasiti. parasitus (vt docet Suidas) aliis quoque nominibus Græcè vocatur κόλαξ, τραπεζολοῖχος, μεγαστροπόλης, βλασφωπόλης. Ex quibus illud est scitissimum τραπεζολοῖχος, quasi mensarum liguritor. Sunt enim parasiti assectæ mensarum lautiorum, & quasi mures semper edunt alienum cibum, cœniperæ, prandipetæ, flagricibæ. *Præbiberim.*] Præbibere est, quod Græco verbo dicitur προπίνειν. siquidem ex ritu conuiuali solet archisympotiota vel dominus conuiuij ante bibere, & mox alij subsequuntur, quasi ille describat conuiuis bibendi legem. Dido Virgiliana cum præbibisset, & summo tenus ore poculum attigisset: Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit Spumantem pateram, & pleno se proluit auro. Phormio tamen Terentianus ex procacitate parasitica inquit: Prior bibas, prior decumbas. Curgulio Plautinus: Propino, inquit, mihi magnum poculum, ille ebibit. *Epulonum.*] conuiuarum, qui sint epulones, suo loco docuimus. *Genialiter.*] voluptariè. De genio & genialibus suprà satis ac super. *Contorta labia.*] Septimus casus est, numeri singularis. nam fœminino genere labia declinatur. itidem in illo versu vetusto, Anima ægra & saucia cucurrit ad labia mihi, Donatus ita distinguit, vt labia sint superiora, labia inferiora, labiæ propriè asinorum dicuntur. verùm hæc indiscriminatim vsurpantur. *Perhausi.*] ebibi. *Salute me prose.*] Ex more conuiuali dictum, quo salutem & incolumitatem precari solemus potoribus, qui vno potu plurimum hauserunt. *Delibutus gaudio.*] perfusus. ad animum transtulit, quod est corporis: nam propriè perfusus, delibutus (auctore Donato) vnctus dicitur. vnde delibutum vnguento, sæpissimè dici leges apud eruditos. Terentius in Phormione: Satin est tibi, si te delibutum gaudio reddo. *Emptoribus meis.*] pistore scilicet, & coquo. *Quadruplum precium.*] Plus hic noster dixit

xit quàm Lucianus:qui ait,dominum ἀπὸ τοσοῦτου, id eſt alterum tantum, quantum erat precium emptoris , iuſſiſſe perſolui emptoribus aſini. *Peculiato.*] Signatè locutus eſt: nam peculium propriè ſeruorum eſt,vnde & peculiatos dicimus ſeruos, habentes peculium opulentum, quos Plautus peculioſos appellat.ſic enim ſcribit in Rudente: Peculioſum eſſe decet ſeruum , & probum,quem hero præſente prætereat oratio. Peculium quoque dicimus patrimonium filii familias , vt docent iuriſconſulti , & annotauimus apud Tranquillum. Lucianus παρέδωκε ἀπελεύθερῳ τινὶ ἑαυτοῦ νεανίσκῳ. id eſt, tradidit me cuidam iuueni liberto ſuo. *Paterno.* } Corrige,patrono. *Acceptiſſimo liberto.*] Idonei auctores tradunt , libertos fuiſſe interdum tam gratioſos, támque fauorabiles,vt domini patroníque fierent , vt rerum potirentur, vt ornamentis prætoriis inſignirentur. tales fuerunt , ſub Claudio Pallas,Calliſtus,Narciſſus: quorum imperio Claudius obſequebatur , qui in liberto Statio gratioſo nimis male audiebat. Verùm,vt ſcitè & ſalubriter præcipit M. Tul. in epiſtolis ad Q. fratrem,ſeruos & libertos regere debemus:ſpecies gratioſi liberti dignitatem habere nullam poteſt. libertus ſit quidem acceptus,dilectúſque patrono,ita tamen, vt ſe libertum , non dominum eſſe meminerit.*Suffixo cubito.*]Apud Græcos in deliciis fuerunt κυνάρια μελιτεῖα , id eſt catuli Melitei , ab inſula Melite ita nuncupati,quales eruditur in omnes motus ſaltatorios : iámque ex hac re aucupij genus quaſi quoddam & lucri factum eſt, vt circunforanei nebulones non ſolum canes , ſed & equos & vrſos ita bellulè erudiant , & omnes motus & ſtaticulos edoceant, vt ſpectatores viſendi ſtudio ſpectatum cateruatim eant, nummo perſoluto. Cæſarem ferunt , cum peregrinos quoſdam Romæ vidiſſet canum & ſimiarum catulos circumferentes, eorúmque docilitati & ſaltationibus ludibundis deditos , interrogaſſe:nunquid apud illos mulieres filios parerent ? quo dicto ſapienter arguit illos,qui eam indulgentiam quæ maximè debetur hominibus,in beſtias impenderent.Heliogabalus imperator (teſte Lampridio)habuit Leones & Leopardos exarmatos in deliciis,quos edoctos per manſuetarios ſubitò ad ſecundam & tertiam menſam iubebat accumbere , ignorantibus cunctis quòd exarmati eſſent,ad pauorem & ridiculum excitandum. Dicuntur autem à Lampridio Leones exarmati , manſuefacti & cicures,quaſi armis feritatis exuti.Manſuetarij verò ſunt, domitores beluarum,qui cicurant , id eſt manſuefaciunt feras. Firmicus Maternus in 7. Oriente Septentrione erunt manſuetarij fera-

rum: id est,qui vrsos vel tauros deposita ferocitate humanis conuersationibus socient. Augustinus libr.1. de libero arbitrio Ridiculum est(inquit) sapientes vocare istos, quos vulgo mansuetarios nuncupant.hoc ex Luciano ad verbũ, ἢ φρόντι μὲ κατακλίνεσθαι μᾶλλον ἢ κλίνης, ὥσπερ ἀνθρώπου, ἐπ' ἀγκῶνος ὑποίσεις εἰ τι μὴ θεραπαινὶς αὐτῷ, ἢ μιὰ ἢ ὀρχεῖσθαι, δοκῶ τοὺς δύο ὑπευωτάδιον ὁρᾶν: ideo autem suffixo cubito dixit se accubuisse, vt scilicet exprimeret conuiarum morem, qui vbi facti sunt, cibóque distenti, consueuerunt,in cubitum se reponere.Horat,Languidus in cubitum iam se conuiua reponit. idem alibi quóque inquit:Et cubito remanente presso.de illo qui cubito suffixo mentum fulciebat,vt moris est,dixit festiuissimè Plaut. Ecce enim ædificat, columnam, mento suffulsit suo. *Verbis nutum.*] Græcè dixit Lucianus κατανεύειν ἢ ἀνανεύειν πρὸς τὰς φωνάς. id est, annuere & renuere ad verba docuit. *Relato.*] Quando aliquid repuimus & nolumus, id relato,hoc est retro lato.& in diuersa reducto capite significamus: quando verò quippiam annuimus & volumus,id capite in anteriorem partem proiecto ostendimus. Hæc cum ab asino fierent,mira videbantur, cum asinus naturaliter sit brutus & tardus:vnde prouerbium inoleuit ὄνος λύρας:id est,asinus ad lyram. *Pocillatore.*] poculorum ministratore & pincerna, quem Græci vocant σινοχόον. *Ciliis conniuens.*] modò dextrum, modò sinistrum supercilium mouens. & oculis quasi innuens pincernæ. Conniuere est,oculos claudere,de his qui conniuent, scribit Plinius 11.inde translatum verbum ad alia quoque est, vt dicamus, Dij conniuent in delictis mortalium, quando scilicet non puniunt, & quasi oculis clausis sese non videre simulant. Cæsar dictator in peccatis militaribus conniuebat. Hic conniuens refertur ad nutum quo pocillator ab asino admonebatur præbendæ potionis.Lucian.τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν σινοχόον κινήσας. id est, oculis pincernam commouens. *Velut monstrum obtruncatum.*] Apud historicos legimus, quemadmodum prodigiosi fœtus in mare proiiciebantur: ex aruspicum responso,Liuius lib.27. Vt verò aruspices ex Ethruria acciti fœdum ac turpe prodigium dixere,extorrem agro Romano, procul terræ contactu alto immergendum viuum,in arcam condidere,prouectumque in mare proiecerunt. plerique asinum dicebant tanquam prodigiosum, ex eo quòd ritus humanos effingeret,esse more mulctandum, & volucribus pro pábulo tradendum.

Famigerabilem.] illustrem, ac fama celebrẽ, *Iamque rumor publicè crebuerat,quo conspectum atque famigerabilem meis*

miris

miris artibus effeceram dominum: Hic eſt, qui ſodalem conuiuámque poßidet luctantem aſinum, ſaltantem aſinum, voces humanas intelligentem, ſenſum nutibus exprimentem. Sed prius eſt, vt vobis, quod initiò facere debueram, vel nunc ſaltẽ referam, quis iſte, vel vnde fuerit Thyaſus (hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus) oriundus patria Corintho, quod caput eſt totius Achaiæ prouinciæ, vt eius proſapia atque dignitas poſtulabat, gradatim vermenſis honoribus quinquẽnali magiſtratui fuerat deſtinatus: & vt ſplendori capeſcendorũ reſponderet faſciũ, munus gladiatorum triduanis ſpectaculis pollicitus, latius munificentiam ſuam porrigebat: demiq; gloriæ publicæ ſtudio, tunc Theſſaliam etiã acceſſerat, nobiliſßimas feras & famoſos inde gladiatores comparaturus. Iámque ex arbitrio diſpoſitis coemtiſque omnibus, domuitionem parabat, ſpretis luculentis illis ſuis vehiculis, ac poſthabitis decoris prædarum carpentis, quæ partim contecta, partim reuelata, fruſtra nouiſßimis trahebantur conſequijs: equis etiam Theſſalicis, & aliis iumentis Gallicanis, quibus generoſa ſoboles perhibet precioſam dignitatem, mephaleris aureis, & fucatis ephippijs, & purpureis tapetis, & frenis argenteis, & pictilibus balteis, & tintinnabulis perargutis exornatum, ipſe reſidens amantiſßimè, nonnunquam comiſßimis

& (vt Græci dicunt) epiphanem. ſic olim Anthiochus cognominatus eſt Epiphanes, hoc eſt, præclarus: cuius meminit Ioſephus libro 10. Antiquitatum. *Saltantem aſinum.*] tripudia agentem, & motibus corporis geſticulantem: hoc enim propriè ſaltare ſignificat: vnde ſaltatores & ſaltatrices dicuntur, qui quæve in tripudiis ſtaticuliſque dandis ſunt elegantiores. hinc ludum quoque ſaltatorium nominant, in quo ſaltare docentur. Macrobius in tertio Saturnalium: Filij ſenatorum in ludũ ſaltatorum commeabant, & illic crotala geſtãtes ſaltare diſcebant. M. Cato ſpaciatorem & Feſcennium vocat Cecilium ſenatorem, ex eo quòd elegantius ſaltaret, & ſtaticulos daret, quàm deceret virum pro-

Digitized by Google

bum, Sunt autem ſtaticuli, motus ex arte ſaltatoria, & geſticuli, in quibus ad numeros modulóſque muſicos conſiſtunt. M. Tul. in oratione pro Murena, docet appellationem ſaltatoris eſſe maledictum. ex triuio aut ex ſcurrarum conuicio: Nemo, inquit, ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè infanit. intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Idem in oratione pro Deiotaro, ſaltatoris nomen probroſum eſſe ſignificat: Primi Iones ſaltationem mollem & membrorum geſtibus infractam inuenerunt, quam carpit Horat. in Romanis virginibus, ſic ſcribens: Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, & fingitur artubus. Plato 2. de Legib. volumine auctor eſt, vnumquodque animal natura ſaltare conſueuiſſe: hominem verò, cum numeri ſenſum acceperit, ſaltationem peperiſſe. Quòd autem res noua ſit & mira, videre aſinum ſaltantem, quis neſcit? cum nullum animal minus aptum ſit ſaltationibus: cum aſini peculiaris ſit νωθρότης, id eſt tarditas? vnde prouerbium natum ὄνος πρὸς αὐλόν, id eſt, aſinus ad tibiam: & illud, ὄνος τὰ ὦτα κινῶν, id eſt, aſinus aures mouens, dicitur de hominibus brutis & inſenſatis: quoniam, vt Græci dicunt, τὸ ζῷον ὅτι νωχελές, animal eſt tardum. *Nutibus exprimentem.*] Sicut mutis hominibus nutus ſunt & membrorum geſticulationes pro verbis ad ſenſum exprimendum: ita in aſino noſtro nutus corporis & morus ſenſum exprimebant, verborúmque vicem implebant. *Vel vnum.*] Corrige, vel vnde. *Thyaſus.*] Hic nomen proprium eſt, cum aliàs thyaſus ſaltationem tripudiúmq; ſignificet. Quod ex Virgiliano carmine ſatis notum eſt: Daphnis thyaſos inducere Baccho. Thyaſos, vt græci tradunt, & docet Suidas, eſt ὀργὴ χορός, id eſt, ſacer chorus, ἀπὸ τοῦ θύειν, ὅ ἐστι τρέχειν, quod ſignificat currere. Θυιάδες dicuntur ſaltatores, & propriè in ſacris Bacchi: dicitur & thyaſus multitudo congregata. *Caput Achaiæ.*] M. Tul. Corinthum totius Græciæ lumen appellat, de quo Lucius Florus hæc: Carthaginis ruinam ſtatim Corinthios excepit, Achaię caput, Græciæ decus: inter duo maria, Ionium & Ægeum, quaſi ſpectaculo expoſita, L. Mummius Corinthum diripuit, deinde tuba præcinente deleuit: vnde Achaici cognomen inuenit. De ære Corinthio, quod eſt precioſiſſimum, candelabríſque Corinthiis, non parum multa Plinius in 34. Veteres Romani (teſte M. Tul. in oratione contra Rullum) tres ſolum vrbes in terris

affantur ſermonibus. atque inter alia pleraque ſummè ſe delectari profitebatur, quòd haberet in me ſimul & conuiuam & vectorem.

omnibus

omnibus metuerunt,Carthaginem,Corinthum,& Capuam,tanquam possent imperij grauitatem ac nomen sustinere. Itaque deletæ sunt omnes: Corinthi vestigium vix relictum,quæ erat posita in angustiis atque faucibus Græciæ. vnde non contumelioſius quàm verius Philippus Macedoniæ rex Corinthum in Achaia,Chalcidem in Eubœia, compedes Græciæ appellare solebat.De Corintho & Acro Corintho id est, Corinthi arce,vbi Pyrene fons visebatur,præconio poetarum celeberrimus,scribit copiosissimè Strabo volumine 8.alio nomine Ephyre dicta: vnde Ephyreia æra,poetis cantatissima. Achaiæ verò prouinciæ nomen ab Isthmo incipit,vt docet Plin.in 4.antè Ægialos vocabatur,propter vrbes in littore per ordinem dispositas. Græcè enim αἰγιαλὸς dicitur littus. *Gradatim permensis honoribus.*]Id est,cum omnes honores & magistratus per gradus & ordines esset consequutus.Apud Romanos gradus honorum sunt, quæstura, ædilitas,prætura,& consulatus. Auct. est Liuius, T.Faminium non gradatim petiisse consulatum, sed ex quæstura transcensis mediis honoribus,ædilitate scilicet atque prætura, continuasse summa imis. De gradibus ecclesiæ sacerdotalibus scribit Hieronymus: & in decretis canon.di.48.scriptum legimus, ordinatè ad ordines ascendendum esse: nam casum appetit qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum: ideóque salubriter prohibentur neophyti in episcopos ordinari, Neophytos autem ecclesiastici scriptores appellant nouitios in religione,quasi nouellas in ecclesia plantas. *Capessendorum fascium.*] Nomine fascium dignitas,magistratus & honos significatur: vt apud Propertium abundè explicauimus,super eo versu: Cynthia non curat fasces, non curat honores. Consuli erant 12 fasces.Proconsuli sex: quòd & Vlpianus docet,scribens,proconsules non amplius quam sex fascibus vti. Accursius inscitissimè, vt multa,exponit, sex fascibus pro sex mensibus: tanquam proconsulatus esset semestris magistratus. quod quàm ridiculum sit,omnes benè literati intelligunt:quibus magistra lectione cõpertum est,proconsulare imperium fuisse annuum: quod interdum in secundum & tertium annum prorogabatur, sicut proconsulatus Asiæ Quinto Ciceroni est prorogatus. *Triduanis spectaculis.*]vt per triduum exhiberetur,præberetúrque Primus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit: Liuio & Valerio auctoribus.Pingi autem cœpta sunt gladiatoria munera, atque in publico exponi,à Caio Terentio Lucano:qui(vt refert Plin.)auo suo,à quo adoptatus fuerat.30.paria in foro per triduum dedit, tabulámque pictam in nemore Dia-

næ posuit. *Nobilissimas feras.*]Mos fuit munerariorum (sic enim appellantur editores spectaculorum) vt feras ferarumque confectores exhiberent in ludis. Legimus Pompeium exhibuisse elephantos viginti, qui in circo depugnauere, Getulis ex aduerso iaculantibus. Idem, nec non & Sylla, pugnam leonum iubatorum dedere in spectaculis. Præterea solebant principes Romani feras nouitate formáque monstrabiles populo Romano ostendere: sic olim Augustus tigrim mansuefactum ostendit in caucа: sic & Pompeiani ludi ostenderunt chaum maculis insignem, & cephos pedibus humanis spectabiles. *Famosos gladiatores.*]Inter gladiatores famosos numerantur Bithus Bacchius. qui cum multos interemissent, commissi inter se mutuis vulneribus conciderunt: vnde prouerbiale illud factum est, Cum Bitho Bacchius: quando pares inter se depugnant. Celebratus quoque est Pacideianus ille gladiator, qui apud Lucilium ait: Occidam illum equidem, & vincam: si id quæritis, inquit: Vsque adeo studio atque opto illius efferor ira. Eiusdem meminit Horatius in Sermonib. Aut Pacideiani contentio polite mirer. in 17 parte virginis nascetur gladiator, publicis voluptatib. deputatus: vt tradit Firmicus Maternus. Obiter annotandum, quòd inter genera gladiatorum sunt & Andabatæ, qui oculis clausis digladiantur: quorum meminit Hieron. & à M. Tul. scriptum est in epistolis ad Trebatium: Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. M. Varro condidit librum titulo Andabatarum, sicut indicat Nonius: apud quem sæpe aduocatur C. Varro in Andabatis. *Domuitionem.*]itio in domum, & iter in patriam. *Posthabitis.*]postpositis, neglectisque. *Reuelata.*]aperta. M. Varro auctor est, plaustrum ab eo dici, quod ex omni parte palàm est, & quæ in eo vehuntur reuelata perlucent: vt lapides, asseres, tignum è diuerso arcera vehiculum est ex tabulis viminibúsque contectum, & vndique munitum. de quo A. Gel. hæc: Arcera vocabatur plaustrum tectum vndique, & munitum, quasi arca quædã magna vestimentis instrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant. Arceræ meminit lex decẽuiralis his verbis: Si morb. æuitásve vitiũ existit, qui in ius vocabit iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito. vbi æuitas significatur senium, & longa ætas. *Consequiis.*] appendicibus, & quasi sequelis. sic suprà: Penduli comitatus extrema consequia. à consequendo enim consequia dicuntur, vt ab exequendo exequiæ. *Equis Thessalicis.*]Plinius equos Thessalos probat, scribens inuentum esse Thessalorum, ex equis depugnare aduersus tauros, eosque necare: quod spectaculum primus

primus dedit Romæ Cæsar dictator. M. Varro in secundo de re Rustica, tradit equos bonos & nobiles dici à regionibus: Vt in Græcia dicuntur (inquit) Thessalici equi: à terra Apuli, ab rosea Roseani. Strabo auctor est, Thessaliam pascendis equis esse commodissimam: qui equorum genus Arcadium & Argolicum & Epidauricum maximè excellere. prodidit in octauo. *Iumentis Gallicanis.*] Plautus in Aulularia, damnans equos Gallicos inquit: Viliores fient Gallicis canteriis. Hic verò laudantur à sobolis generositate. Hodie quoque ex Gallia generosi equi bonitate probantur. *Phaleris aureis exornatum.*] Lucianus: στρώσω τὰ πόρφυρα ὑποβάλλων, καὶ χαλινοὺς εἰσοδιάχρυσα ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ ποικιλτούς. id est, purpureis stratis insternebar, & frenos ore continebam argento & auro variegatos. Phaleras dici ornamenta equorum, equitumque, testes sunt scriptores omnes. Plin. inter dona militaria phaleras numerat, qui scribit in septimo, Sictium Dentatum donatum esse phaleris 25. idem in 33 refert, olim equestrem ordinem indignatione exardescentem phaleras abiecisse. inde phalerata dicta, pro honestis atque ornatis, vt exponit Donatus apud Terentium sic scribentem in Phormione: Vt phaleratis dictis seducas me, & meam ductes gratis. Græci (auctore Suida) vocant φαλαρὰ τὰ μετωπιαῖα καὶ κόσμους τοῦ καὶ τὰ μέτωπα τῶν ἵππων. id est, frontalia, & equorum in frontibus ornamentum. *Fucatis ephippiis.*] Strata sunt equorum, vnde & nomen: hinc equi ephippiati dicuntur, ephippiis instrati. Cæsar de moribus Sueuorum sic refert: Neque eorum moribus turpius quicquam, aut inertius habetur, quàm ephippiis vti: itaque ad quemuis numerum ephippiatorum equitum, quamuis pauci adire audent. Frenos & strata equorum, hoc est ephippia, primi Pelethronij inuenerunt. Fucata verò accipimus pro depicta, & fuco pigmentorum exornata. *Tapetis & frenis argenteis.*] Sic apud Virgilium, equi tapetibus insternuntur, ita scribentem: Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Dicitur autem tapetum, vt templum: Item hoc tapete, vt hoc sedile: & hic tapes tapetis ex græca declinatione, ὁ τάπης τοῦ τάπητος. *Pictilibus baltheis.*] Cingula iumentoria nomine baltheorum signare videtur. A Calphurnio lateralis cingula fœminino genere decenter ponitur pro baltheo, quo latera iumenti ambiuntur. sic enim ait: Alternat vitreas lateralis cingula bullas. Aliàs balthea militaria sunt cingula, quasi bullata dicta: quibus etiam equi exornantur in pectoralibus. *Tintinnabulis per argutis exornatum.*] Lucianus appellat κωδῶνας, quæ Lucius noster tintinnabula. κωδῶνες ἐξέπιπτον τοῦ μου μάλιστα μεγίστου ὑμροτεύοντος. id est, tintinnabula

appendebantur, canticum valde muſicum reſonantia. Apud Silium codon accipitur non pro tintinnabulo, ſed pro tegumento peliceo: Græcè enim κώδιον pellis villoſa eſt, vt inquit Suidas, σκέπου δέρμα. Carmen Silij ex catalogo ſubſcripſi: Spicula bina gerunt, caput his cedone ferino Stat cautum. Perarguta bono epitheto tintinnabula dicuntur, quaſi ſonora, obſtreperáque, atque vocalia: ſicut Græcè ἰμερτοφώνους κώδωνας. Argutari verbum vetus eſt, quod ſignificat loquaciter proloqui. Neuius: Totum diem argutatur quaſi cicada. *Comiſſimis affatur ſermonibus.*] ſuauiſſimis. *Et vectorem.*] Annotant grammatici, vectorem bifariam dici: & eum qui vehit, & eum qui vehitur. hic pro iumento quod vehit, poſitum eſt. Apud iuriſconſultos vectores dicuntur, hi qui nauigio vehuntur. hic & apud Lucanum inquit Cæſar, Sola eſt hæc cauſa timori Vectorem non noſſe ſuum.

Conſpectus cupientes.] Vt ſuprà diximus, ſunt quę dam nomina in forma participiorum poſita, quæ genitiuo caſui iunguntur: vt fugitans litium, appetens pecuniæ, cupiens conſpectus ſiue conſpectionis. Saluſtius per ſuperlatiuum dixit, cupientiſſimus legis. *Propoſito modo.*] Lege, præpoſito meo: hoc eſt, illi qui præpoſitus præfectúſque erat meæ cuſtodiæ. Græcè dicitur ἐπιστάτης, epiſtates: qua dictione vſi ſunt & noſtri ſcriptores. M. Cato villicam epiſta-

At vbi partim terreſtri, partim mari timo itinere confecto, Corinthũ acceſſimus magnæ ciuium turbæ confluebant, vt mihi videbatur, non tantum thyaſi dantes honori, quàm mei conſpectus cupientes. nam tanta etiam de me fama peruaſerat, vt non mediocri quæſtui præpoſito illi meo fuerim, qui cum multos videret nimio fauore luſus meos ſpectare geſtientes, obſerata fore, atque ſingulis eorum ſeorſus admiſſis, ſtipes acceptans, non paruas ſummulas diurnas corradere conſueuerat. Fuit in illo conuenticulo matrona quædam pollens, & opulens, quæ more cæterorum viſum meum mercata, ac dehinc multiformib. ludicris delectata, per admirationem aſſiduã paulatim in admirabilẽ mei cupidinem incidit: nec vllam veſanæ libidini medelam capiens, ad inſtar aſinariæ Paſiphaes, complexus meos ardenter expectabat: grandi denique præ-

mio

mio cum altero meo depacta est noctis vnius concubitum. At ille nequam, vt posset de me suaue prouenire, lucro suo tantum contentus annuit. Iam denique cœnati è triclinio domini decesseramus, & iamdudum præstolantem cubiculo meo matronam offendimus. Dij boni, qualis ille, quámque præclarus apparatus? quatuor eunuchi confestim puluillis compluribus ventosè tumentibus, pluma delicata terrestrem nobis cubitum præstruunt: sed & stragula veste, auro ac murice tyrio depicta probè consternunt. ac desuper breuibus admodum, sed satis copiosis puluillis alijs nimis modicis, queis maxillas & ceruices delicatæ mulieres suffulcire consueuerunt, superstruunt: nec dominæ voluptates diutina sua præsentia morati, clausis cubiculi foribus faceſſunt. At intus cerei præclara micantes, luce nocturnas nobis tenebras inalbabant.

tam appellat, quasi villæ præpositam atque præfectam. *Gestientes.*} cupientes. *Lusus meos spectare gestientes.*} Lucian. appellat παραδόξα ἔργα: id est, incredibilia atque inopinabilia opera. *Obserata fore.*} ἐκκεκλεῖσθαι, clausis foribus. Horatius: Exclusus fore Plautus: Aperitur foris. *Seorsus.*] separatim. *Stipes.*]nummos. *Summulas corradere.*} colligere in vnum, cõtrahere aceruos nummorum quotidianos. Summulæ ad nummos referuntur. Iuue. Summula ne pereat. *Opulens.*]opulenta: Opulisce-

re verbum vetus est quod significat opulentum fieri. opulentitas quoque pro opulentia dicitur à veteribus. Plautus in Milite: Quasi eius opulentitatem reuerearis. De hac matrona sic Lucian. γυνὴ ξένη εὐμίτερμα κεκτημένη, τῷ ὄψει ἱκανὴ, παρελθοῦσα εἶτα ἐμὲ ἰδοῦσα ἐμὲ ἀφισώντα, εἰς ἔρωτά μου δεινὸν ἐμπίπτει. id est, mulier quædam peregrina, opulenta, visum meum mercata introgrediens, vt me prandentem vidit, in amorem mei feruentiorem incidit. *Ad instar asinariæ Pasiphaes.*} Oppidò quàm decenter Pasiphae asinaria mulier dicta, quæ ita expetebat asini concubitum, sicut illa Pasiphae poetica tauro supposita ferinos coitus adamabat. res est testimonio poetarum notissima, & historicorum monumentis celebrata: quemadmodum Pasiphae Solis filia, Minois vxor, tauri amore flagrauit: & opificio

Digitized by Google

hinc illud Ezechielis prophetæ. Væ his qui consuunt puluillos sub omni cubito manus,& faciunt ceruicalia sub capite. Ad hoc quippe sub cubito puluillus, vel ceruical sub capite iacentis ponitur,vt molliter quiescatur. Quisquis ergo (vt Gregorius in Moralibus interpretatur)malè agentibus adulatur,puluillum cubito,vel cerùical sub capite iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat,in ea fultus laudibus molliter quiescat. *Eunuchi.*] Hoc intelligimus fuisse in famulitio matronæ.vt enim aliubi an notatum,reginæ & summates fœminæ eunuchis & spadonibus ministris maximè oblectabantur. *Venrose tumentibus.*] instar follium turgentibus : quales hodiéque in vsu sunt delicatiorum matronarum. Heliogabalus(auctore Lampridio) non cubuit in accubitis facile, nisi his quæ pilum lepotinum haberent, aut plumas perdicum subalares. Idem multis vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eósque restabat prandentibus illis, ita vt plerunque * cubito sub mensis prandentes inuenirentur. *Dedicata.*] Lege,delicata. Delicatior autem & mollior pluma est olorina,& anserina, & perdicum subalaris. Ouid. Mollior & cygni plumis, & lacte coacto. Apud Martialem in Apophoretis lemma est Pluma, cui subscribitur hoc distichon: Lassus Amyclea poteris requiescere pluma, Interior cygni quam tibi lana dedit,Plinius in 10, anserum candidorum vectigal in pluma esse scribit, cuius precium in libras sint denarij quini. mollior est pluma,quæ corpori quàm proxima est. *Stragula veste.*] Veste legata continetur stragula, sicut in suppellectile sunt thoralia:auctor Paulus iurisconsultus. Thoralia autem dicimus, quibus thori insternuntur. Heliogabalus (auctore Lampridio) primus omnium priuatorum thoros aureis thoralibus texit. Stragula verò à sternendo dicta : sicut & instratum quoque nominant,id omne quod insternitur. Tibullus:Nam neque tunc plumæ,nec stragula picta saporem, Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ. M. Tullius in oratione pro Roscio Amerino: Quid stragulæ vestis apud illum putatis esse. Græco vocabulo stromata & peristromata dicuntur, quæ & nostri decenter vsurpant. Idem M. Tullius in secundo Antoniana : Conchiliatus Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.De instrato & stragula veste Vlpianus hæc : Instratum omne vestimentum continet, quod iniiciatur. Labeo ait:Neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium.in victu ergo, vestem accipiemus stragulam: in stratum, omnem stragulam vestem. *Murices Tyrio.*] Murices conchæ sunt,quales purpuræ:ex quorum sanguine tinguntur vestes, ipse

ctu precioſo:auctor Plinius. Apud Epigrammatiſtam ſic loquuntur murices: Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis:& non eſt hoc ſatis,eſca ſumus. Tyrius autem color inter purpureos precioſiſſimus eſt:cui laus ſumma, ſi in colorem ſanguinis concreti nigricans aſpectu ſit, ſuſpectúque refulgens. de quo multa multi,plurima Plinius in nono. à Tyro quondam inſula dictus, cuius omnis nobilitas conchilio atque purpura conſtat. Antiquitùs ſarra nominabatur.vnde Sarranum oſtrum à poetis dictum,pro Tyria purpura. *Quis.*}quibus. *Ceruices ſuffundere.*} In hanc ſententiam Plinius: Eò deliciæ proceſſere,vt ſine plumæ inſtrumento durare iam ne virorum quidem ceruices poſſint. *Faceſſit.*] Legendum eſt,faceſſunt:hoc eſt,abeunt,abſcedúntque mancipia,poſt inſtratum matronæ accubitum. Lucianus:εἶτα οἱ μὲν τῆς γυναικὸς διεκπίπτουσι ἀπὸ τοῦ τριβείου πρὸς τὸ δωματίον ἐκάθευδον. id eſt,ſerui matronæ eunt dormitum, non procul à cubiculo mattonali.*Cerei.*}Lucianus: ὁ δὲ λύχνος ἔνδον ἔκαιε μέγαν τὸν πυρὶ λαμπόμενον. id eſt, intus incendit lychnum magnum flamma ſplendicantem. Funalia cereos vocant,à funiculis cereis.In Saturnalibus priſcorum cereos miſſitabant, propterea quòd ſub Saturno à tenebroſa vita quaſi ad lucem & bonarum artium ſcientiam ſumus euocati.Lege Publicia cautum erat, vt ſolis ditioribus cerei miſſitarentur. Cereos in penu eſſe, placuit iureconſultis.*Inalbabant.*]illuminabant,illuſtrabántque.

Tenia quoque.} Strophium deſignat: id eſt, faſciam pectoralem. ſtrophium enim (vt auctores tradunt) faſcia eſt, qua virginales papillæ cohibentur. Turpilius: Inter vias epiſtola excidit mihi, inter tunicam ac ſtrophium collocata. de hoc Catullus: Non tereti ſtrophio lactantis vincta papillas. Hinc

Tunc ipſa cuncto prorſus ſpoliata tegmine, tenia quoque, qua decoras deninxerat papillas, lumen propter adſiſtens; de ſtanneo vaſculo multo ſeſe perungit oleo balſamo, méque indidem largiſſimè perfricat: ſed multo tanta impenſius cura etiã nares perfundit meas. Tunc exoſculata preſſule, non qualia in lupanari ſolent baſiola iactari, vel meretricum poſcinummia, vel aduentorum negocinummia.ſed pura atq; ſincera:inſtruit & blandiſſimos affatus, Amo & cupio, & te ſolum diligo, & ſine te iam viuere nequeo, & cætera,

ra, quis mulieres & alios inducunt, & ſuas teſtantur affectiones: capiſtróque me deprehenſum, more quo didiceram, reclinat facilè. quippe cùm nil noui, nihilque difficile facturus mihi viderer, præſertim poſt tantum temporis, tam formoſæ mulieris cupientis amplexus obiturus. nam & vino pulcherrimo atque copioſo memet madefeceram, & vnguento fragrantiſſimo proluuium libidinis ſuſcitaram. Sed angebar planè, non exili metu reputans, quemadmodum tantis tamque magnis cruribus poſſem delicatam matronam inſcendere: vel tam lucida, tamque tenera, & lacte ac melle confecta membra, duris vngulis complecti, labiáſque modicas ambroſio rore purpurantes, tam amplo ore, támque enormi, & ſaxeis dentibus deformis ſauiari: nouiſſimè, quo pacto, quanquam ex vnguiculis perpruriſcens mulier, tam vaſtum genitale ſuſciperet: Heu me, qui dirupta nobili fœmina, beſtijs obiectus, munus inſtructurus ſim mei domini, molles interdum voculas, & aſſidua ſauia, & dulces gannitus, cum morſicantibus oculis iterauerat illa, & in ſumma: Teneo te, inquit, teneo meum palumbulum, meum paſſerem, & cum dicto, vanas fuiſſe cogitationes meas, ineptúmque monſtrat metum. ærtiſſimè namque complexa, tum

ſtrophiarii dicti, ſtrophiorum artifices, quorum meminit Plautus in Aululatia. Martialis faſciam pectoralẽ appellat, ſic ſcribens in Apophoretis: Faſcia creſcentes dominę compeſce papillas, Vt ſit quod capiat noſtra, tegátque manus. Eidem mammillare eſt indumentum pelliceum, ad mãmillas compeſcẽdas, illo diſticho: Taurino poteras pectus conſtringere tergo, Nam pellis mammas non capit iſta tuas. Aliàs ſtrophium, diminutiuè ſtrophiolum, dicitur corona. Plinius in 21. Tenuioribus coronis vtebantur antiqui, ſtrophia appellantes, vnde nata ſtrophiola. Strophus quoque, quod Græcè ſtrophion appellatur. pro inſigni ponebatur in capitibus ſacerdotum, pro corona. apud Pha-

liſcos feſtum vocatur ſtrupearia, quaſi ſtrophiaria, quia coronati ambularent. Tuſculani quoque quod in pulvinari ponitur Caſtoris, ſtropũ vocant. hinc hodiéque vocabulo ruſtico ex latinitate ducto, ſtropi dicuntur vincula corticia & rureſtria, ad ſtrophiorum, id eſt coronarum ſimilitudinem confecta. *Lumen propter aſſiſtens.*] iuxta cereum adſtans. Propter ſignificat propè & iuxta. Lucianus, παρίστη πρὸς λύχνον: id eſt, aſtitit ad lucernam. *Stannea.*] Plumbi qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentarium: qui remanſit in fornacibus, galena. Hoc ideo annotaui, vt intelligeres quid ſit Galena apud Plinium, Ariſtotelem, & cæteros. Galenam vocari tradit Plinius, venam plumbi argentíque communem, quam molybdenam nuncupant. Stannum illitum æreis vaſis, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit æruginis virus. *Oleo balſamo.*] Inter vnguenta bonitatis palmam dant balſamo, quod omnibus odoribus præfertur. Præcipua gratia eſt lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia corticí, minima ligno. Summa balſami probatio eſt, vt lac coagulet, & in veſte maculas non efficiat. liquor balſami vitiatur oleo roſæ, lentiſci, & terebinthi. ſincerum denſatur, in tepida aqua ſidens: adulteratum, olei modo innatat. Milibus denariorum ſeſtarius balſami venditur. Lucianus in hanc ſententiam: μέλαν ἐκ νεὸς ἀλαβάστου ἀναχεόμενον, πύκνον ἀλείφεται. id eſt, vnguentum ex alabaſtro promens, eo perungitur. Vnguenta optimè ſeruari in alabaſtris, odores in oleo, auctor eſt Plinius. hinc illud Ciceronis ex Academicis: Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putêre videtur. Idem Plinius, hanc materiam luxus eſſe maximè ſuperuacui tradit, illico vnguenta expirent, & ſuis moriantur horis. Commendatio eorum, vt tranſeuntem fœminam odor inuitet, etiam aliud agentem. *Indidem.*] ex eo taſculi vnguento. *Nares meas.*} Lucianus: ἔνδυε μάλιστα τὼ ῥῖνα μου μύρου ἀνέπλησεν. id eſt, indidem nares meas valde vnguento repleuit. *Exoſculata.*} κατεφίλουν. *Preſſule.*] Martialis: Baſia da nobis Diadumene preſſa: quis. *Poſcommummia.*] Decenter fictum vocabulum, ex poſc[illegible]mis. nam profectò

fectò basia meretricia nihil aliud quàm nummos poscunt. apud Plautum in Bacchidibus, suauis suauiatio inter deos amatori damnosissimos enumeratur. *Aduectorium.*] Legi potest Aduentorum: vt suprà in primo volumine, Aduentores pristinos raucus appellat. horum basia scitè graphicéque confecto vocabulo negocinummia nominantur: quoniam scilicet nummos negociantur, & illæ illecebræ atque oscula tiones negociatorum nummos quærunt. *Affatus.* } allocutiones. *Amo & cupio.* } Hæc sunt blandissima matronæ ad asinum, perinde ac amatorem, illo iuia & affatus: quibus affectus quidam vehementior explicatur. *Quis.* } quibus. *Capistro prensum.*] Lucianus: ἡ μὲ ἐκ τ φοιβάτος λαβόμενον ἕλκει τὸ χαμεύνιον εἶναι. id est, me capistro captum traxit ad lectum. *Obiturus.*] aditurus, accessurus. *Vino madefacerem.* } Vinum libidinis est incentiuum, & sine Libero friget Venus. ideo vino se proluetat Lucius, vt in palæstram cupidineam foret alacrior atque propensior. Accesserat & vnguentum, calcar alterum Veneris, & suscitabulum. Lucianus: οἶνῳ παλαιῷ ἐμβεβρεγμένος, ἡ τῷ χρυσῷ τῷ μύρῳ ἐσπιδύσας. id est, vino vetusto irrigatus, & vnguento extimulatus. *Proluuium libidinis.*] cupiditatem, desiderium, promptitudinem cœundi. Proluuium enim dici videtur, quasi prolubium, à lubendo. A. Gellius in 4. in hanc sententiam: Ideirco Empedoclem versu isto nõ à fabulo edendo, sed à rei veneriæ proluuio voluisse homines deducere. Dixit Terentius in Adelphis, quod proluuium quæ est ista subita largitas: vbi proluuium à Donato exponitur, promptus animus ad largiendum. Neuius in Colace inquit, Facere in proluuio est: quasi dicat, in promptu & desiderio. Laberius: Me à matronali pudore proluuium meretricis progredi coegit. Veteres & proluuium & proluuiem & prolubidinem dixerunt, ab eo quod lubeat: vnde etiam Venus Lubentina dicatur. Prolubium audiendi dixit A. Gel. pro desiderio & libidine. *Tanquam.* } Scribo tãmque, vt sint duæ particulæ. *Labias.* } Suprà diximus, fœminino genere labias dici à scriptoribus idoneis, quæ nunc neutraliter labra dicuntur. *Purpurantes.* } labra rubentia, & rosis pumicantibus æmula fœminam venustant. Epigrammatista optat in puero, Pestanis æmula labra rosis. *Enormi.*] immodico, prægrandi. Enormitas stipendiorum dicitur à Spartiano, pro nimia largitate. *Saxeis dentibus.*] Tales nimirum sunt asinini dentes. asinorum genus 30 mense dentes emittit, deinde senis mensibus: quòd si non prius peperierint quàm decidant postremi, sterilitas certa portenditur. Plinius auctor. *Suauiari.* } basiare, oscu-

lari. *Ex vnguiculis perpruriſcens.*] Perprutiſcere ex vnguiculis dicitur mulier, quando toto corpore prurit, quando prurigine & Veneris appetentia concitatur : quando vel extremis corporis partibus,& rigentibus vnguibus extimulatur in coitum.Græci tam ardentem Veneris concitationem ſatyrion appellant. Theophraſtus auctor eſt, ſeptuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cuiuſdam, cuius nomen ſpeciémque non poſuit. *Tam vaſtum genitale.*] Aſinus proportione genitalia habet maxima,vt nemo non videt : ſicut econtrario minima eſſe homini auctor eſt Albertus Magnus. *Dirupta fœmina.*] Metuebat, ne enormitate virilitatis diſrumperet matronam. Lucianus:ἡ πάνυ με εἰς δέος ἤγαγεν οὐ μέτριον ὅσον, μὴ ὑπ' ἀνδρείας τῶν ἑταιρῶν διαρραγῇ:Metus me non mediocris inceſſit, ne lepida fœmina dirumperetur. *Munus.* } Emenda munus, id eſt, ſpectaculum gladiatorium quod dominus fuerat pollicitus. *Sauia.*] baſia. *Gannitus.*] ſuſurros: quales identidem inter amatores ſummiſſa voce vſurpantur. *Morſicantibus oculis.*] Expreſſit nimium cupidinei amoris affectum : quod ſcilicet efficitur, vt amatores oculis inconuenientibus & exertis, quaſi morſicare ac deuorare rem amatam videantur. *Teneo,te inquit.* } Blandimenta matronæ ad aſinum, quam palumbum & paſſerem ſuum vocabulis amatoriis blanditer compellat. Apud Plautum in Aſinaria inquit Leonidas: Dic me tuum paſſerculum, gallinam,coturnicem,item in Caſina:Meus pullus, paſſer, mea columba, mi lepus. Apud eundem blandimenta hoc genus veneria ſæpiſſimè vſurpatur. *Sed totum recipit.*] Ex hoc matronæ Venerem beluinam appetentis exemplo commonemur, fœminas natura in coitum adeò eſſe præcipites, & tam prurigine concitatas, vt concumbere vel cum iumentis velint. Nimirum ob hanc infandam inſanámque libidinem ſcribitur in Leuitico, vt mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficiatur cum eo. Illud quoque ſatyrographi non de nihilo in monſtrificam fœminarum Venerem ſcriptum videtur:Mora nulla per ipſam, Quo minus impoſito clunem ſubmittat aſello. Iuba auctor eſt, equum à Semiramide adamatum vſque ad coitum. Hæc faciunt, vt deformis tauri amor in Paſiphae non fabuloſus, ſed hiſtoricus eſſe credatur. Aſtruit his omnibus fidele exemplum dignum memoratu, quod Græci ſcriptores celebrant:à quibus traditur, Ariſtonem Epheſium genus fœmineum peroſum, cum aſina concubuiſſe : ex eóque concubitu progenitam puellam, cui à cruribus aſininis nomen inditum ſit Onoſceli. item Fulùius equam iniuiſſe proditus

ditus eſt, quæ puellam admodum famoſam peperit, quam ab equa matre Hipponam appellauerunt. Lucianus (vt ad inſtitutum opus reuertamur) ſic inquit: ἐξεβάλετό με, καὶ ἀναπεσοῦσα ἐπὶ ὅλον παρεδέξατο. id eſt, me complexa eſt, & extollens intro totum recipit. *Nates retollebam.*] retrotrahebam, abducebam, reclinabam, ne vaſto genitali fœminam dirumperem. Recellere reclinare eſt, ſicut excellere in altum extollere, ſuper quo verbo ſatis ac ſuper in ſuperioribus. Lucian. dixit, ὀπίσω ἀπῆγον ἐμαυτὸν ἀτρέμα. id eſt, Retro me abducebam ſubmiſſe. *Niſu.*] conatu & complexu ardentiore. *Nexu appliciore.*] magis ad corpus applicito atque adglutinato. *Deeſſe aliquid.*] Scribit Albertus Magnus volumine de animalibus duodeuigeſimo, genitalia mulieris inter omnes fœminas animantes proportioque corporis maxima eſſe: cum econtrario vir ſit minoribus genitalibus prædituſ, quàm cætera maſcula animalia, proportione corporis habita. puella pubeſcens vuluam quandoque habet, quàm aut vacca aut equa, capaciorem, laxioremque. *Minotauri matrem.*] Paſiphaen ſignat, quæ tauri amore flagrauit; cuius beluina libido carminibus poeticis inuulgata eſt. Lucianus in lib. de Aſtrologia, ideo fingi autumat Paſiphaen amore tauri captam eſſe, quia audiens ex Dædalo de tauro cœleſti, in amorem aſtrologiæ deuoluta eſt.

Iámque operoſa & pernigili nocte tranſacta, vitata lucis cõſcientia, faceſſit mulier, cõdicto pari noctis futuræ precio. nec grauatè magiſter meus voluptates ex eius arbitrio largiebatur, partim mercedes ampliſſimas acceptando, partim nouum ſpectaculum domino præparãdo: incõgãter ei deniq; libidinis meæ totam detegit ſcenã. At ille liberto magnificè munerato, deſtinat me ſpectaculo publico. & quoniam neque egregia illa vxor mea propter dignitatem, neque prorſus vlla alia inueniri poterat, grandi præmio vilis acquiritur aliqua, ſententia præſidis beſtiis addicta, quæ mecũ incoram publicam populi caueam

Operoſa nocte.] plena operarum venerearum, quæ multiiugis luctationibus cupidineis tranſacta eſt in priuilegio. Lucianus: ὅλην τὴν νύκτα ἐν ἐμοὶ ὀδυνᾶτο. id eſt, totam noctem complexu meo conſumpſit. *Vitata lucis conſcientia.*] Honeſtè facta, teſte M. Tullio, in luce atque in propatulo ſeſe collocari volunt: contrà, tur-

pitudo omnis quę rit tenebras atque latibulum. vnde & lucifugi elegan ter dicti, qui ob conſcientiam flagitiorum lucem fugitant, in tenebris delitescentes: quos antiqui elegandi vocabulo tenebriones appellant. quanquam & interdum tenebriones dicantur pro his qui mēdacijs & astucijs quasdam quasi tenebras obiiciant, sic & hæc matrona obſcœni facinoris conſcia, lucem reformidat. *Facessit.*} recedit. *Condicto.*} constituto, compoſito, denunciato. Condicere proprie denunciare est, quod & iuriſconſulti tradidit. Lucianus dixit, συνθεῖναι τὸν μισθὸν τῇ νυκτί. id est, conſtituens noctis mercedem. *Incontanter.*} ſine contatione & mora. *Detegit ſcenam.*] apparatum & fabulam: vt ſæpe per hunc ſcriptorem poſitum eſt. Lucianus,

frequentaret. eius penè talem cognouerã fabulam. Maritum habuit cuius pater peregrè proficiſcens mandauit vxori ſuæ, matri eiuſdem iuuenis, quòd enim ſarcina prægnationis oneratam eam relinquebat, vt ſi ſexus ſequioris edidiſſet fœtus, protinus quod eſſet editum, necaretur. At illa per abſentia mariti, natam puellam, inſita matribus pietate præuertit deſciuit ab obſequio mariti, eámq; prodidit vicinis alumnandam. regreſſóque iam marito, natã necatámque nunciauit. Sed vbi flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat, nec ſonaro merito dotare filiam pro natalibus quibat, quod ſolum potuit, tacitum ſecretum filio ſuo aperuit. nam & oppidò verebatur, ne quo caſu caloris iuuenilis impetu lapſus, neſcius neſciam ſororem incurreret. Sed pietatis ſpectatæ iuuenis, & matris obſequium, & ſororis officium religioſe diſpenſat, & arcanis domus venerabilis ſilentij cuſtodiæ tradidit, plebeiam facietenus prætendens humanitatem. Sic neceſſarium ſanguinis ſui munus aggreditur, vt deſolatam vicinam puellam, parentúmque præſidio viduatam, domus ſuæ tutela receptaret: at mox arctiſſimo, multúmque ſibi dilecto contubernali, largitus de proprio dotem, liberaliſſimè traderet. Sed hic benè atque optimè, plenáque cum ſanctimonia diſpoſita, feralem fortunæ nutum latêre non potuere: cuius inſtin-

ctus

Eiu domum iuuenis protinus se direxit sauarialitas. & illico hic eadem vxor eius, quæ nunc bestijs propter hæc ipsa fuerat adiecta, cœpit puellam velut æmulam thori, succubámque primò suspicari: de hinc detestari, dehinc crudelissimis laqueis mortis insidiarij.

διά τινος ὀπῆς ἡ θύρας διανυσί μι ὀνδον τῇ μείρακι συνδιαζόμενον. id est, per rimã ostij ostendit me intus cum puella coëũtem. *Publico spectaculo.*] διὰ δημοσίας. *Vxor mea.*] matronam denotat, quæ vxoris vicem & locum apud asinum impleuerat. *Bestijs addicta.*] ad bestias damnata. Lucianus: ἡ γυνὴ κατακέκριται θηρίοις ὑποδυνεῖν, id est, mulier damnata est bestiis ad mortem. Iurisconsulti tit. de pœnis, inter genera pœnarum quibus præsides afficere quenquam possint, enumerant damnationem ad bestias: & (vt inquit Paulus) ad bestias damnatos fauore populi præsides dimittere non debent. *Publicam caueam.*] theatri caueam intelligit, de qua Plautus: Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. Lucianus dixit, εἰς τὸ θέατρον. *In coræm.*] in conspectu publico. & vt inquit Lucianus, πάντων ὁρώντων μοῦ: id est, oculis omnium. *Maritum habuit.*] Inseritur tempestiuiter hæc fabula, ad malas mulierum artes & scelera demonstranda: cuius nulla apud Lucianum mentio, quæ narratione lepida & speciosa demulceat aures animosque lectorum: & sicut pictoribus datum est excurrere in parerga, idem quoque ius plausibiliter conceditur luculentis auctoribus, vt in parechases, in egressiones, fauorabiliter expatientur: qua in re propè eximius est Lucius noster, qui fabellis intextis, & id genus parergis reficit lectorem, nauseamque discutiens omne tædium leuat. *Sexus sequioris.*] Id est, muliebris. Sequior dicitur sexus, alius quàm masculus, & deterior: qualis in fœminis. nam & philosophi fœminam hominem imperfectum appellant. *Necaretur.*] olim Lydus quoque Cretensis idem præcepit vxori, vt si fœminam pareret, eam necaret. sic enim inquit apud Ouidium: Edita fortè tuo si fœmina partu, Inuitus mando, pietas ignoscet, necetur. *Præ abstinentia.*] Purior lectio est, & sincerior, per abstinentiam. *Desciuit ab obsequio.*] id est, supersedit facere quod iusserat mari us. *Insita pietate.*] Matres ferè omnes erga liberos sunt indulgentiores quàm patres, & maternus affectus in filios potentissimus iudicatus. *Prodidit.*] tradidit. *Alumnandam.*] nutriendam, educandam, alendam. *Flos ætatis.*] iam, inquit appetebat tempus nubendi, cum viro thoris matura esset, & annis nu-

bilibus poſceret maritum. Ariſtot. lib. 7. Politicorum tradit, puellas anno ætatis octauodecimo nubere debere, tanquam ea ætas matura viro, & tempeſtiua ſit. Mares verò circiter annos ſex & triginta vxorem ducere debere cenſet: hoc enim tẽpore vigentibus corporibus iungentur. namq; adoleſcentulorum fœtus imperfecti ſunt, & puellæ in puerperio difficulter anguntur, periclitantúrq;. Auctor eſt Albertus Magnus, ſperma, hoc eſt genituræ ad ſobolẽ progignendã tertio ſeptenario, hoc eſt 21. anno, eſſe robuſtũ atq; idoneũ: antea inualidum & imbecillum: idẽ ſic ſcribit in 9. de Animalibus: Matura eſt (inquit) ad concipiendũ mulier 21. anno perfecto: quæ prius concipit, immaturè concipit: ante tempus ſcilicet maturi ſeminis. Heſiodus verò maturitatẽ connubij eſſe dicit in viro 30. anno, in puella 15. *Pro natalibus.*] pro dignitate familiæ, pro facultatibus, & pro nobilitate claritatéq; nataliũ. Apud iuriſconſultos titulus eſt de iure dotium, vbi ſcrib. Vlpian. Profecticia dos eſt, quæ à patre vel parente profecta eſt de bonis eius. Lege Voconia antiquitus cautum eſt, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus hæredẽ relinqueret filiam. eadem quoq; lex ſanxit, ne liceat mulieri pluſquam dimidiã partem bonorum ſuorum relinquere. vnde quæſtiones natæ, & declamationes excogitatæ ſubtiliter ſunt. cum quidã duas mulieres dimidiis partibus inſtituiſſet hæredes, idq; teſtamentũ arguerent cognati apud germanos, non marito dotẽ, ſed vxori maritus offert. Græcè dos dicitur ϕερνὴ vnde & iuriſconſulti parapherna Græco vocabulo appellant, quæcunq; præter dotẽ ſponſæ dantur: & parephernica inſtrumẽta dixit Sidonius, à matre puellæ tradita. M. Varro dotẽ à dando dici tradit, vel quia Græcè dicitur dotine, & ab Atticis doſis. Quatuor in ſponſis quærũtur: forma, probitas, nobilitas: & dos *Oppidò.*} valde. *Calorẽ iuuenilẽ.*} Diuus Hieronymus: Nõ Æthnei, inquit, ignes, non Vulcania tellus, non Veſeuus & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapib. inflammatæ. Galenus quoque nobiliſſimus medicorũ refert puerorũ & iuuenũ corpora inſito calore feruere. ideóq; noxios illis eſſe cibos ætatibus, qui calorẽ augeant: ſanitatíq; conducere, frigida quæq; eſu & potu ſumere. ſicut econtrario ſenibus, qui pituita laborãt, & frigore, calidos cibos & vetera vina prodeſſe. Portius Licinius feſtiuiter & verè hominẽ dixit eſſe ignẽ, illo verſu: Quæritis ignẽ, item hue quęritis: ignis homo eſt. Igitur meritò timebat mater, ne filius ardore iuuenili cõcitatus, concũberet cum ſorore per imprudentiam: vtpote quam ſororem eſſe neſciret. *Neſcius neſciam.*] ignarus ignaram. *Plebeiam facie tenus.*] id eſt, fronte & interiore vultu humanitatem quandam viliorem vulga-

vulgariorémque oſtendebat: cum mente & intra præcordia illam diligeret, vt ſororem. ideo finxit ſe velle domi recipere illam, tanquam vicinam deſtitutam viduatámque ope, præſidióque parentum, & indigam receptaculi: vt eam mox deſponſaret contubernali & dilectiſſimo: & ne ſoror indotata nuberet, ipſe frater de ſuo peculio dotem dare deſtinauerat. *De proprio.*] de peculio ſuo. eſt enim peculium tam proprium filijfamilias, quàm ſeruorum. Quod apud iuriſconſultos & oratores frequenter inuenies. Scribit Plin. ſimulachrum Cereris ex ære factum, ex peculio Spurij Caſſij quem regnum affectantem, pater ipſius interemerat. *Fatalem fortunæ nutum.*] Fortuna (inquit) nutu ſuo exitiali atque peſtifero hæc bene diſpoſita reſpiciens, perturbauit omnia & funditus euertit: cum ſuſpicionem pellicatus immiſiſſet in vxorem huiuſce iuuenis, quem illa ſororem molliter indulgentérque nimis tractantem ſuſpicata eſſe amatorem puellæ, ignara quòd ſoror eſſet. *Riualitas.*] ægritudo eſt ſimilis zelotypiæ, & æmulatio quædam, ex eo quòd altera quoque potiatur eo quem ipſa ſolum habere concupiuerit. De riualibus ſuo loco diximus. *Propter hæc ipſa.*] ſcilicet ſcelera, quæ mox enarrantur. *Addicta.*] damnata, adiudicatáque præſidis ſententia. *Æmulam.*] pellicem & concubinam. *Succumbam.*] Antè dictum eſt, ſuccubas incubáſque dici concubinas & pellices, quæ ſuccumbunt & ſuccumbant in alienam vicem & thorum. *Deteſtari.*] execrari & maledicere. *Commiſcitur.*] excogitat ſcelus.

Tale denique commiſcitur facinus. Annulo mariti ſurrepto, rus profecta, mittit quendam ſeruulum, ſibi quidem fidelẽ, ſed de ipſa fide peßimè merentem, qui puellæ nunciaret, quòd eam iuuenis profectus ad villulam vocaret ad ſeſe: addito, vt ſola & ſine vllo comite, quã maturißimè perueniret. & ne qua fortè naſceretur veniẽdi cõtatio, tradit annulum marito ſubtractum, qui mõſtratus, fidem verbis adſtipularetur. At illa mandato fratris obſequens (hæc enim nomen ſola ſciebat) reſpecto etiã ſigno eius quod offerebatur, gnauiter

Annulo mariti ſurrepto.] Annulis plurima ſcelera fiunt, vt ſcribit Plin. & plus annulis quàm nobis creditur. *Rus profecta.*] Legendum videtur profecta: vt ad vxorem referatur, quæ profecta in agrum, illuc tanquam in locum ſolitarium & ſceleri accommodatiorem euocauerit ſororẽ mariti,

Digitized by Google

Dædali intra vaccam ligneam incluſa, ſeptam cotio iuuencæ, cum tauro concubuit : ex quo concubitu natus eſt Minotaurus cantatiſſimus, Virgilianum carmen in ore omnium eſt: Hic ecu delis amor tauri, ſuppoſtaque furto Paſiphae, miſtumque genus, proleſque biformis, Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ. Neronis principatu inter cætera ludicra ſpectacula, taurus Paſiphaen in ligneæ iuuencæ ſimulachro abditam iniit, vt multi ſpectantium crediderunt : hoc idem ſpectaculi genus celebrat & Martial. his verſibus : Iunctam Paſiphaen Dictæo credite tauro, Vidimus, accepit fabula priſca fidem. Apud Silium in 8. Punicorum ſic paſſim legitur : Hinc genus orditur Minos, inuiſaque tauro Paſiphae. Dictio illa inuiſa, parum quadrare videtur cum fabula : vnde legere potes inmiſſa, vel immixtaque tauro. vt conueniat cum archetypo Virgiliano, Suppoſtaque tauro Paſiphae. *Expectabat.*] Lego, expetebat: hoc eſt, cupiebat, deſiderabat. Lucian. εἰς ἐπιθυμίαν συνουσίας προλαθοῦσα, id eſt, in deſiderium concubitus prouoluta. *Cum altore.*] educatore atque nutricio: ab alendo altor dictus. Altum quoque veteres dixere ab alendo, quaſi alitum, enutritumque: namque (vt docet Priſc.) ab alo tam altus quàm alitus dicitur. Altellum Romulum dici autumant, quaſi altum in tellure, vel quòd telis aleretur. Inter nomina pietatis apud Auſon. eſt altor, id eſt, nutritor. *Depacta eſt.*] Lucian. μισθὸν ἐφ' ὁπόσῳ ἐπηγάγετο. id eſt, mercedem opulentam Epiſtatæ promiſit. *Nequaquam.*] Poteſt legi nequam, id eſt, improbus & veterator. poteſt & nequaquam ex Luciano, qui ait, κἀκεῖνος δὲ οὐδὲν φροντίσας, εἴτε ἐκ τούτου τι ὠφελήσοιτο ἐξ ἐμοῦ, εἴτε καὶ μὴ λαμβάνει τὸν μισθόν. id eſt, & ille nihil curans, ſiue ex me aliquid vtile expediret, ſiue non, capit mercedem. *Præſtolantem.*] paratam, expectantem. Lucianus, ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἔτοιμος πάλαι ἀφιλοψόφως ὑπὸ τὴν ἐμὴν δύνιν. Præſtolari, quod & ſuprà annotaui, ſignificat præſto eſſe, & apparere, hoc eſt, obſequi : & tunc iungitur cum dativo. Tul. Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. Dici mus & præſtolor te, pro expecto te. cum Terent. dixerit, Quem præſtolare Parmeno hic ante hoſtium Thaidis : expoſuit. Donatus nouè dictum eſſe. Quem præſtolare, cum dicendum fuerit Cui præſtolare. *Pulvillis.*] Lucianus ἐνεκείμετο δὲ καὶ τῇ κεφαλαλγίᾳ μαλακὰ, καὶ στρώματα εἴτε κατέθηντο καὶ χαμαίτυπον ἦν μὲν ἐπιπεδος. id eſt, illata ſunt ceruicalia mollia & ſtragula, quibus terreſtris lectus decenter conſternitur. *Pulvilli.* Diminutiuo vocabulo pulvilli ſunt, quaſi plumini, à pluma dicti, vt quidam interpretantur. ex pluma enim molliſſima conficiuntur, vt molliter quieſcatur: quos non tam capiti quàm cubito ſubiiciebant.

hinc

hinc illud Ezechielis prophetæ. Veh his qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cerulicalia sub capite. Ad hoc quippe sub cubito puluillus, vel cerulical sub capite iacentis ponitur, vt molliter quiescatur. Quisquis ergo (vt Gregorius in Moralibus interpretatur) malè agentibus adulatur, puluillum cubito, vel cerulical sub capite iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. *Eunuchi.*] Hoc intelligimus fuisse in famulitio matronæ. vt enim aliubi annotatum, reginæ & summates fœminæ eunuchis & spadonibus ministris maximè oblectabantur. *Ventose tumentibus.*] instar follium turgentibus: quales hodiéque in vsu sunt delicatiorum matronarum. Heliogabalus (auctore Lampridio) non cubuit in accubitis facile, nisi his quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares. Idem multis vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eósque restabat prandentibus illis, ita vt plerunque *cubito sub mensis prandentes inuenirentur. *Dedicata.*] Lege, delicata. Delicatior autem & mollior pluma est olorina, & anserina, & perdicum subalaris. Ouid. Mollior & cygni plumis, & lacte coacto. Apud Martialem in Apophoretis lemma est Pluma, cui subscribitur hoc distichon: Lassus Amyclea poteris requiescere pluma, Interior cygni quam tibi lana dedit, Plinius in 10, anserum candidorum vectigal in pluma esse scribit, cuius precium in libras sint denarij quini. mollior est pluma, quæ corpori quàm proxima est. *Stragula veste.*] Veste legata continetur stragula, sicut in suppellectile sunt thoralia: auctor Paulus iurisconsultus. Thoralia autem dicimus, quibus thori insternuntur. Heliogabalus (auctore Lampridio) primus omnium priuatorum thoros aureis thoralibus texit. Stragula verò à sternendo dicta: sicut & instratum quoque nominant, id omne quod insternitur. Tibullus: Nam neque tunc plumæ, nec stragula picta saporem, Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ. M. Tullius in oratione pro Roscio Amerino: Quid stragulæ vestis apud illum putatis esse. Græco vocabulo stromata & peristromata dicuntur, quæ & nostri decenter vsurpant. Idem M. Tullius in secundo Antoniana: Conchiliatus Cn. Pompeij peristromatis serpentum in cellis lectos stratos videres. De instrato & stragula veste Vlpianus hæc: Instratum omne vestimentum continet, quod iniiciatur. Labeo ait: Neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium. in victu ergo, vestem accipiemus stragulam: in stratum, omnem stragulam vestem. *Murice Tyrio.*] Murices conchæ sunt, quales purpuræ: ex quorum sanguine tinguntur vestes, in-

ctu precioſo: auctor Plinius. Apud Epigrammatiſtam ſic loquuntur murices: Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis: & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus. Tyrius autem color inter purpureos precioſiſſimus eſt: cui laus ſumma, ſi in colorem ſanguinis concreti nigricans aſpectu ſit, ſuſpectúque refulgens, de quo multa multi, plurima Plinius in nono. à Tyro quondam inſula dictus, cuius omnis nobilitas conchilio atque purpura conſtat. Antiquitùs ſarra nominabatur. vnde Sarranum oſtrum à poetis dictum, pro Tyria purpura. *Quis.*} quibus. *Cervices ſuffulcire.*} In hanc ſententiam Plinius: Eò deliciæ proceſſere, vt ſine plumæ inſtrumento durare iam ne virorum quidem ceruices poſſint. *Faceſſit.*] Legendum eſt, faceſſunt: hoc eſt, abeunt, abſcedúntque mancipia, poſt inſtratum matronæ accubitum. Lucianus: *εἰ τι οἱ μὴ τῆς γυναικὸς διεφθαρμένοι ἀπό που τμητὸν περὶ τὸ δωμάτιον ἐκάθευδον.* id eſt, ſerui matronæ eunt dormitum, non procul à cubiculo matronali. *Cerei.*} Lucianus: *ὁ δὲ λύχνος ἔνδον ἐκαίετο μέγας τὸ πυρὶ λαμπόμενος.* id eſt, intus incendit lychnum magnum flamma ſplendicantem. Funalia cereos vocant, à funiculis cereis. In Saturnalibus priſcorum cereos inſſitabant, propterea quòd ſub Saturno à tenebroſa vita quaſi ad lucem & bonarum artium ſcientiam ſumus euocati. Lege Publicia cautum erat, vt ſolis ditioribus cerei miſſitarentur. Cereos in penu eſſe, placuit iureconſultis. *Inælbabant.*] illuminabant, illuſtrabántque.

Tenia quoque.} Strophium deſignat: id eſt, faſciam pectoralem. ſtrophium enim (vt auctores tradunt) faſcia eſt, qua virginales pāpillæ cohibentur. Turpilius: Inter vias epiſtola excidit mihi, inter tunicam ac ſtrophium collocata. de hoc Catullus: Non tereti ſtrophio lactantis vincta papillas. Hinc

Tunc ipſa cuncto prorſus ſpoliata tegmine, tenia quoque, qua decoras deuinxerat papillas, lumen propter adſtens, de ſtanneo vaſculo multo ſeſe perungit oleo balſamo, méque indidem largiſſimè perfricat: ſed multo tanta impenſius cura etiā nares perfundit meas. Tunc exoſculata preſſule, non qualia in lupanari ſolent baſiola iactari, vel meretricum poſcinummia, vel aduentorum negocinummia ſed pura atq; ſincera: inſtruit & blandiſſimos affatus, Amo & cupio, & te ſolum diligo, & ſine te iam viuere nequeo, & cete-

ra,

ra, quis mulieres & alios inducunt, & ſuas teſtantur affectiones: capiſtróque me deprehenſum, more quo didiceram, reclinat facilè. quippe cùm nil nouì, nihílque difficile facturus mihi viderer, præſertim poſt tantum temporis, tam formoſæ mulieris cupientis amplexus obiturus. nam & vino pulcherrimo atque copioſo memet madefeceram, & vnguento fragrantißimo proluuium libidinis ſuſcitaram. Sed angebar planè, non exili metu reputans, quemadmodum tantis tamque magnis cruribus poſſem delicatam matronam inſcendere: vel tam lucida, tamque tenera, & lacte ac melle confecta membra, duris vngulis complecti, labiáſque modicas ambroſio rore purpurantes, tam amplo ore, támque enormi, & ſaxeis dentibus deformis ſauiari: nouißimè, quo pacto, quanquam ex vnguiculis perpruriſcens mulier, tam vaſtum genitale ſuſciperet: Heu me, qui dirupta nobili fœmina, beſtijs obiectus, munus inſtructurus ſim mei domini, molles interdum voculas, & aßidua ſauia, & dulces gannitus, cum morſicantibus oculis iterauerat illa, & in ſumma: Teneo te, inquit, teneo meum palumbulum, meum paſſerem, & cum dicto, vanas fuiſſe cogitationes meas, ineptúmque monſtrat metum. arctißimè namque complexa, tum

ſtrophiarii dicti, ſtrophiorum artifices, quorum meminit Plautus in Aululatia. Martialis faſciam pectoralẽ appellat, ſic ſcribens in Apophoretis: Faſcia creſcentes dominę compeſce papillas, Vt ſit quod capiat noſtra, tegátque manus. Eidem mammillare eſt indumentum pelliceum, ad mãmillas compeſcẽdas, illo diſticho: Taurino poteras pectus conſtringere tergo, Nam pellis mammas non capit iſta tuas. Aliàs ſtrophium, diminutiuè ſtrophiolum, dicitur corona. Plinius in 21. Tenuioribus coronis vtebantur antiqui, ſtrophia appellantes, vnde nata ſtrophiola. Strophus quoque, quod Græcè ſtrophion appellatur. pro inſigni ponebatur in capitibus ſacerdotum, pro corona. apud Pha-

lilcos feſtum vocatur ſtrupearia, quaſi ſtrophiaria, quia coronati ambularent. Tuſculani quoque quod in pulvinari ponitur Caſtoris, ſtropũ vocant. hinc hodiéque vocabulo ruſtico ex latinitate ducto, ſtropi dicuntur vincula corticia & rureſtria, ad ſtrophiorum, id eſt coronarum ſimilitudinem confecta. *Lumen propter aßiſtens.*] iuxta cereum adſtans. Propter ſignificat propè & iuxta. Lucianus, παρίστη πρὸς λύχνῳ: id eſt, aſtitit ad lucernam. *Stannea.*] Plumbi qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentarium: qui remanſit in fornacibus, galena. Hoc ideo annotaui, vt intelligeres quid ſit Galena apud Plinium, Ariſtotelem, & cæteros. Galenam vocari tradit Plinius, venam plumbi argentíque communem, quam molybdenam nuncupant. Stannum illitum æreis vaſis, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit æruginis virus. *Oleo balſamo.*] Inter vnguenta bonitatis palmam dant balſamo, quod omnibus odoribus præfertur. Præcipua gratia eſt lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia corticí, minima ligno. Summa balſami probatio eſt, vt lac coagulet, & in veſte maculas non efficiat. liquor balſami vitiatur oleo roſæ, lentiſci, & terebinthi. ſincerum denſatur, in tepida aqua ſidens: adulteratum, olei modo innatat. Milibus denariorum ſeſtarius balſami venditur. Lucianus in hanc ſententiam: μύρον ἐκ νέου ἀλαβάστρου σφραγιδώσῃ, τούτῳ ἀλείφεται. id eſt, vnguentum ex alabaſtro promens, eo perungitur. Vnguenta optimè ſeruari in alabaſtris, odores in oleo, auctor eſt Plinius. hinc illud Ciceronis ex Academicis: Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putêre videtur. Idem Plinius, hanc materiam luxus eſſe maximè ſuperuacui tradit, illico vnguenta expirent, & ſuis moriantur horis. Commendatio eorum, vt tranſeuntem fœminam odor inuitet, etiam aliud agentem. *Indidem.*] ex eo taſculi vnguento. *Nares meas.*] Lucianus: ἔνδον μάλιστα τὼ ῥῖνα μου μύρου ἐνέπλησεν. id eſt, indidem nares meas valde vnguento repleuit. *Exoſculata.*] καταφιλουσι. *Preſſule.*] Martialis: Baſia da nobis Diadumene preſſa: quot? inquis. *Poſcinummia.*] Decenter fictum vocabulum, ex poſco nummis. nam profectò

me prorſus, ſed totum recipit. Illa verò quotiẽs ei parcens nates recellebã, accedẽs totiens niſu rabido, & ſpinã prehendens meã, appliciore nexu inhærebat, vt Hercules etiam deeſſe mihi aliquid ad ſupplendam eius libidinem crederem, nec Minotauri matrem fruſtra delecta tam putarem adultero mugiente.

fectò basia meretricia nihil aliud quàm nummos poscunt. apud Plautum in Bacchidibus, suauis suauiatio inter deos amatori damnosissimos enumeratur. *Aduectorium.*] Legi potest Aduentorum: vt suprà in primo volumine, Aduentores pristinos raucus appellat. horum basia scitè graphicéque confecto vocabulo negocinummia nominantur: quoniam scilicet nummos negociantur, & illæ illecebræ atque oscula tiones negociatorum nummos quærunt. *Affatus.* } allocutiones. *Amo & cupio.* } Hæc sunt blandissima matronæ ad asinum, perinde ac amatorem, dicta quia & affatus: quibus affectus quidam vehementior explicatur. *Quis.* } quibus. *Capistro prensum.*] Lucianus: ἑλκύσασά με τῷ καλωδίῳ ἐπὶ τὸ χαμαιτύπιον εἶχεν. id est, me capistro captum traxit ad lectum. *Obiturus.*] aditurus, accessurus. *Vino madefacerem.* } Vinum libidinis est incentiuum, & sine Libero friget Venus. ideo vino se proluetat Lucius, vt in palæstram cupidineam foret alacrior atque propensior. Accesserat & vnguentum, calcar alterum Veneris, & suscitabulum. Lucianus: οἴνῳ παλαιῷ ἐμβεβρεγμένος, καὶ τῷ χρισμῷ τῷ μύρῳ ἐξηρμένος. id est, vino vetusto irrigatus, & vnguento extimulatus. *Voluptuosum libidinis.*] cupiditatem, desiderium, promptitudinem cœundi. Proluuium enim dici videtur, quasi prolubium, à lubendo. A. Gellius in 4. in hanc sententiam: Idcirco Empedoclem versu isto nõ à fabulo edendo, sed à rei veneriæ proluuio voluisse homines deducere. Dixit Terentius in Adelphis, quod proluuium quæ est ista subita largitas: vbi proluuium à Donato exponitur, promptus animus ad largiendum. Neuius in Colace inquit, Facere in proluuio est: quasi dicat, in promptu & desiderio. Laberius: Me à matronali pudore proluuium meretricis progredi coegit. Veteres & proluuium & proluuiem & prolubidinem dixerunt, ab eo quod lubeat: vnde etiam Venus Lubentina dicatur. Prolubium audiendi dixit A. Gel. pro desiderio & libidine. *Tanquam.* } Scribo támque, vt sint duæ particulæ. *Labias.* } Suprà diximus, fœminino genere labias dici à scriptoribus idoneis, quæ nunc neutraliter labra dicuntur. *Purpurantes.* } labra rubentia, & rosis pumicantibus æmula fœminam venustant. Epigrammatista optat in puerõ, Pestanis æmula labra rosis. *Enormi.*] immodico, prægrandi. Enormitas stipendiorum dicitur à Sparriano, pro nimia largitate. *Saxeis dentibus.*] Tales nimirum sunt asinini dentes. asinorum genus 30 mense dentes emittit, deinde senis mensibus: quòd si non prius peperierint quàm decidant postremi, sterilitas certa portenditur. Plinius auctor. *Suguiari.* } basiare, oscu-

lari. *Ex vnguiculis perpruriſcens.*] Perprutiſcere ex vnguiculis dicitur mulier, quando toto corpore prurit, quando prurigine & Veneris appetentia concitatur: quando vel extremis corporis partibus, & rigentibus vnguibus extimulatur in coitum. Græci tam ardentem Veneris concitationem ſatyrion appellant. Theophraſtus auctor eſt, ſeptuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cuiuſdam, cuius nomen ſpeciémque non poſuit. *Tam vaſtum genitale.*] Aſinus proportione genitalia habet maxima, vt nemo non videt: ſicut econtrario minima eſſe homini auctor eſt Albertus Magnus. *Dirupta fœmina.*] Metuebat, ne enormitate virilitatis diſrumperet matronam. Lucianus: ϗ πάνυ μὲ εἰς δέος ἀχὶ μέτριον ἦκεν, μὴ ἡ χαρίσσα ἐχεῖνη διαῤῥαγῇ: Metus me non mediocris inceſſit, ne lepida fœmina dirumperetur. *Munus.*] Emenda munus, id eſt, ſpectaculum gladiatorium quod dominus fuerat pollicitus. *Sauia.*] baſia. *Gannitus.*] ſuſurros: quales identidem inter amatores ſummiſſa voce vſurpantur. *Morſicantibus oculis.*] Expreſſit nimium cupidinei amoris affectum: quod ſcilicet efficitur, vt amatores oculis inconuenientibus & exertis, quaſi morſicare ac deuorare rem amatam videantur. *Teneo, te inquit.*] Blandimenta matronæ ad aſinum, quam palumbum & paſſerem ſuum vocabulis amatoriis blanditer compellat. Apud Plautum in Aſinaria inquit Leonidas: Dic me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem, item in Caſina: Meus pullus, paſſer, mea columba, mi lepus. Apud eundem blandimenta hoc genus veneria ſæpiſſimè vſurpatur. *Sed totum recipit.*] Ex hoc matronæ Venerem beluinam appetentis exemplo commonemur, fœminas natura in coitum adeò eſſe præcipites, & tam prurigine concitatas, vt concumbere vel cum iumentis velint. Nimirum ob hanc infandam inſanámque libidinem ſcribitur in Leuitico, vt mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficiatur cum eo. Illud quoque ſatyrographi non de nihilo in monſtrificam fœminarum Venerem ſcriptum videtur: Mora nulla per ipſam, Quo minus impoſito clunem ſubmittat aſello. Iuba auctor eſt, equum à Semiramide adamatum vſque ad coitum. Hæc faciunt, vt deformis tauri amor in Paſiphae non fabuloſus, ſed hiſtoricus eſſe credatur. Aſtruit his omnibus fidele exemplum dignum memoratu, quod Græci ſcriptores celebrant: à quibus traditur, Ariſtonem Epheſium genus fœmineum peroſum, cum aſina concubuiſſe: ex eóque concubitu progenitam puellam, cui à cruribus aſininis nomen inditum ſit Onoſceli. item Fulvius equam iniuiſſe proditus

ditus est, quæ puellam admodum famosam peperit, quam ab equa matre Hipponam appellauerunt. Lucianus (vt ad institutum opus reuertamur) sic inquit: ἀνεβάλλετό με, καὶ ἄγουσα ἐς ὅλον παρεδέξατο. id est, me complexa est, & extollens intro totum recipit. *Nates retellebam.*] retrotrahebam, abducebam, reclinabam, ne vasto genitali fœminam dirumperem. Recellere reclinare est, sicut excellere in altum extollere, super quo verbo satis ac super in superioribus. Lucian. dixit, ὀπίσω ἀπῆγον ἐμαυτὸν ἀπρέμα. id est, Retro me abducebam submisse. *Nisu.*] conatu & complexu ardentiore. *Nexu applicitore,*] magis ad corpus applicito atque adglutinato. *Deesse aliquid.*] Scribit Albertus Magnus volumine de animalibus duodeuigesimo, genitalia mulieris inter omnes fœminas animantes proportioque corporis maxima esse: cum econtrario vir, sit minoribus genitalibus præditus, quàm cætera mascula animalia, proportione corporis habita. puella pubescens vuluam quandoque habet, quàm aut vacca aut equa, capaciorem, laxioremque. *Minotauri matrem.*] Pasiphaen signat, quæ tauri amore flagrauit; cuius beluina libido carminibus poeticis inuulgata est. Lucianus in lib. de Astrologia, ideo fingi autumat Pasiphaen amore tauri captam esse, quia audiens ex Dædalo de tauro cœlesti, in amorem astrologiæ deuoluta est.

Iámque operosa & peruigili nocte transacta, vitata lucis cõsciẽtia, facessit mulier, cõdicto pari noctis futuræ precio. nec grauatè magister meus voluptates ex eius arbitrio largiebatur, partim mercedes ampliſsimas acceptando, partim nouum ſpectaculum domino præparãdo: incõgãter ei deniq; libidinis meæ totam detegit ſcenã. At ille liberto magnificè munerato, deſtinat me ſpectaculo publico. & quoniam neque egregia illa vxor mea propter dignitatem, neque prorſus vlla alia inueniri poterat, grandi præmio vilis acquiritur aliqua, ſententia præſidis beſtiis addicta, quæ mecũ incoram publ.cam populi caueam

Operosa nocte.] plena operarum venerearum, quæ multiiugis luctationibus cupidineis transacta est in priuilegio. Lucianus: ὅλην τὴν νύκτα ἐν ἐμοὶ ὁδυπόνησεν. id est, totam noctem complexu meo consumpsit. *Vitata lucis conſcientia.*] Honestè facta, teste M. Tullio, in luce atque in propatulo sese collocari volunt: contrà, tur-

pitudo omnis quę rit tenebras atque latibu'um. vnde & lucifugi elegan ter dicti, qui ob conſcientiam flagitiorum lucem fugitant, in tenebris deliteſcentes: quos antiqui eleganti vocabulo tenebriones appellant. quanquam & interdum tenebriones dicantur pro his qui mēdaciis & allucinis quaſdam quaſi tenebras obiiciant, ſic & hæc matrona obſcœni facinoris conſcia, lucem reformidat. *Faceſſit.*} recedit. *Condicto.*} conſtituto, compoſito, denunciato. Condicere propriè denuncia re eſt, quod & iuriſconſulti tradūt. Lucianus dixit, *συνθεῖναι τὸν μισθὸν τῆς αὐλίδος*. id eſt, conſtituens noctis mercedem. *Incontanter.*} ſine contatione & mora. *Detegit ſcenam.*] apparatum & fabulam: vt ſæpe per hunc ſcriptorem poſitum eſt. Lucianus,

frequentaret. eius penè talem cognouerã fabulam. Maritum habuit cuius pater peregrè proficiſcens mandauit vxori ſuæ, matri eiuſdem iuuenis, quòd enim ſarcina prægnationis oneratam eam relinquebat, vt ſi ſexus ſequioris edidiſſet fœtus, protinus quod eſſet editum, necaretur. At illa per abſentia mariti, natam puellam, inſita matribus pietate præuenta deſciuit ab obſequio mariti, eámq; prodidit vicinis alumnandam. regreſſóque iam marito, natã necatámque nunciauit. Sed vbi flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat, nec ionaro marito dotare filiam pro natalibus quibat, quod ſolum potuit, tacitum ſecretum filio ſuo aperuit. nam & oppidò verebatur, ne quo caſu caloris iuuenilis impetu lapſus, neſcius neſciam ſororem incurreret. Sed pietatis ſpectatæ iuuenis, & matris obſequium, & ſororis officium religioſe diſpenſat, & arcanis domus venerabilis ſilentij cuſtodiæ tradidit, plebeiam facietenus prætendens humanitatem. Sic neceſſarium ſanguinis ſui munus aggreditur, vt deſolatam vicinam puellam, parentúmque præſidio viduatam, domus ſuæ tutela receptaret: at mox arctiſſimo, multúmque ſibi dilecto contubernali, largitus de proprio dotem, liberaliſſimè traderet. Sed hic benè atque optimè, plenáque cum ſanctimonia diſpoſita, feralem fortunæ nutum latêre non potuere: cuius inſtin-

ctu

ctu domum inuenis protinus se direxit sana rivalitas. & illico hic eadem vxor eius, quæ nunc bestijs propter hæc ipsa fuerat adiecta, cœpit puellam velut æmulam thori, succubámque primò suspicari: de hinc detestari, dehinc crudelissimis laqueis mortis insidiari. διά τινος ὀπῆς ἡ θύρας διίκνυσί με ὁ ἀνὴρ τῇ μείρακι συνδιαζώσαντα. id est, per rimã ostij ostendit me intus cum puella coetũtem. *Publico spectaculo.*] διὰ θεατρικῆς.

Vxor mea.] matronam denotat, quæ vxoris vicem & locum apud asinum impleuerat. *Bestijs addicta.*]ad bestias damnata. Lucianus: ἡ γυνὴ κατακέκριτο θηρίοις καθεῖρχθαι, id est, mulier damnata est bestiis ad mortem. Iurisconsulti tit. de pœnis, inter genera pœnarum quibus præsides afficere quenquam possint, enumerant damnationem ad bestias: & (vt inquit Paulus) ad bestias damnatos fauore populi præsides dimittere non debent. *Publicam caueam.*] theatri caueam intelligit, de qua Plautus: Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. Lucianus dixit, εἰς τὸ θέατρον. *In conspectu.*]in conspectu publico. & vt inquit Lucianus, πάντων ὀφθαλμοῖς: id est, oculis omnium. *Maritum habuit.*] Inseritur tempestiuiter hæc fabula, ad malas mulierum artes & scelera demonstranda: cuius nulla apud Lucianum mentio, quæ narratione lepida & speciosa demulceat aures animosque lectorum: & sicut pictoribus datum est excurrere in parerga, idem quoque ius plausibiliter conceditur luculentis auctoribus, vt in parechasis, in egressiones. fauorabiliter expatientur: qua in re propè eximius est Lucius noster, qui fabellis intextis, & id genus parergis reficit lectorem, nauseamque discutiens omne tædium leuat. *Sexus sequioris.*] Id est, muliebris. Sequior dicitur sexus, alius quàm masculus, & deterior: qualis in fœminis. nam & philosophi fœminam hominem imperfectum appellant. *Necaretur.*] olim Lydus quoque Cretensis idem præcepit vxori, vt si fœminam pareret, eam necaret. sic enim inquit apud Ouidium: Edita fortè tuo si fœmina partu, Inuitus mando, pietas ignoscet, necetur. *Præ abstinentia.*] Purior lectio est, & sincerior, per abstinentiam. *Defecit ab obsequio.*] id est, supersedit facere quod iusserat mari us. *Insita pietate.*] Matres ferè omnes erga liberos sunt indulgentiores quàm patres, & maternus affectus in filios potentissimus iudicatus. *Prodidit,*] tradidit. *Alumnandam.*] nutriendam, educandam, alendam. *Flos ætatis.*]iam, inquit appetebat tempus nubendi, cum viro thoris matura esset, & annis nu-

bilibus poſceret maritum. Ariſtot. lib. 7. Politicorum tradit, puellas anno ætatis octauodecimo nubere debere, tanquam ea ætas matura viro, & tempeſtiua ſit. Mares verò circiter annos ſex & triginta vxorem ducere debere cenſet: hoc enim tẽpore vigentibus corporibus iungentur. namq; adoleſcentulorum fœtus imperfecti ſunt, & puellæ in puerperio difficulter anguntur, periclitantúrq;. Auctor eſt Albertus Magnus, ſperma, hoc eſt genitura ad ſobolẽ progignendã tertio ſeptenario, hoc eſt 21. anno, eſſe robuſtũ atq; idoneũ: antea inualidum & imbecillum: idẽ ſic ſcribit in 9. de Animalibus: Matura eſt (inquit) ad concipiendũ mulier 21. anno perfecto: quæ prius concipit, immaturè concipit: ante tempus ſcilicet maturi ſeminis. Heſiodus verò maturitatẽ connubij eſſe dicit in viro 30. anno, in puella 15. *Pro natalibus.*] pro dignitate familiæ, pro facultatibus, & pro nobilitate claritatéq; nataliũ. Apud iuriſconſultos titulus eſt de iure dotium, vbi ſcrib. Vlpian. Profecticia dos eſt, quæ à patre vel parente profecta eſt de bonis eius. Lege Voconia antiquitus cautum eſt, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus hæredẽ relinqueret filiam. eadem quoq; lex ſanxit, ne liceat mulieri pluſquam dimidiã partem bonorum ſuorum relinquere. vnde quæſtiones natæ, & declamationes excogitatæ ſubtiliter ſunt. cum quidã duas mulieres dimidiis partibus inſtituiſſet hæredes, idq; teſtamentũ arguerent cognati apud germanos, non marito dotẽ, ſed vxori maritus offert. Græcè dos dicitur προῖξ vnde & iuriſconſulti parapherna Græco vocabulo appellant, quæcunq; præter dotẽ ſponſæ dantur: & parephernica inſtrumẽta dixit Sidonius, à matre puellæ tradita. M. Varro dotẽ à dando dici tradit, vel quia Græcè dicitur dorine, & ab Atticis doſis. Quatuor in ſponſis quærũtur: forma, probitas, nobilitas: & dos. *Oppidò.*} valde. *Caloris iuuenilis.*} Diuus Hieronymus: Nõ Æthnei, inquit, ignes, non Vulcania tellus, non Veſeuus & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapib. inflammatæ. Galenus quoque nobiliſſimus medicorũ refert puerorũ & iuuenũ corpora inſito calore feruere. ideóq; noxios illis eſſe cibos ætatibus, qui calorẽ augeant: ſanitatíq; conducere, frigida quæq; eſu & potu ſumere. ſicut econtrario ſenibus, qui pituita laborãt, & frigore, calidos cibos & vetera vina prodeſſe. Portius Licinius feſtiuiter & verè hominẽ dixit eſſe ignẽ, illo verſu: Quæritis ignẽ, item huc quęritis: ignis homo eſt. Igitur meritò timebat mater, ne filius ardore iuuenili cõcitatus, concũberet cum ſorore per imprudentiam: vtpote quam ſororem eſſe neſciret. *Neſciui neſciam.*] ignarus ignaram. *Plebeiam facie tenus.*] id eſt, fronte & interiore vultu humanitatem quandam viliorem vulga-

vulgatiorẽmque oſtendebat: cum mente & intra præcordia illam diligeret, vt ſororem. ideo finxit ſe velle domi recipere illam, tanquam vicinam deſtitutam viduatámque ope, præſidióque parentum, & indigam receptaculi: vt eam mox deſponſaret contubernali & dilectiſſimo: & ne ſoror indotata nuberet, ipſe frater de ſuo peculio dotem dare deſtinauerat. *De proprio.*] de peculio ſuo. eſt enim peculium tam proprium filijfamilias, quàm ſeruorum. Quod apud iuriſconſultos & oratores frequenter inuenies. Scribit Plin. ſimulachrum Cereris ex ære factum, ex peculio Spurij Caſſij quem regnum affectantem, pater ipſius interemerat. *Fatalem fortunæ nutum.*] Fortuna (inquit) nutu ſuo exitiali atque peſtifero hæc bene diſpoſita reſpiciens, perturbauit omnia & funditus euertit: cum ſuſpicionem pellicatus immiſiſſet in vxorem huiuſce iuuenis, quem illa ſororem molliter indulgentérque nimis tractantem ſuſpicata eſſe amatorem puellæ, ignara quòd ſoror eſſet. *Rivalitas.*] ægritudo eſt ſimilis zelotypiæ, & æmulatio quædam, ex eo quòd altera quoque potiatur eo quem ipſa ſolum habere concupiuerit. De riualibus ſuo loco diximus. *Propter hæc ipſa.*] ſcilicet ſcelera, quæ mox enarrantur. *Addicta.*] damnata, adiudicatáque præſidis ſententia. *Æmulam.*] pellicem & concubinam. *Succumbam.*] Antè dictum eſt, ſuccubas incubáſque dici concubinas & pellices, quæ ſuccumbunt & ſuccumbant in alienam vicem & thorum. *Deteſtari.*] execrari & maledicere. *Comminiſcitur.*] excogitat ſcelus.

Annulo mariti ſurrepto.] Annulis plurima ſcelera fiunt, vt ſcribit Plin. & plus annulis quàm nobis creditur. *Rus profecto.*] Legendum videtur profecta: vt ad vxorem referatur, quæ profecta in agrum, illuc tanquam in locum ſolitarium & ſceleri accommodatiorem euocauerit ſororẽ mariti,

Tale denique comminiſcitur facinus. Annulo mariti ſurrepto, rus profecta, mittit quendam ſeruulum, ſibi quidem fidelẽ, ſed de ipſa fide peßimè merentem, qui puellæ nunciaret, quòd eam iuuenis profectus ad villulam vocaret ad ſeſe: addito, vt ſola & ſine vllo comite, quã maturißimè peruenire. & ne qua fortè naſceretur veniẽdi cõtatio, tradit annulum marito ſubtractum, qui mõſtratus, fidem verbis adſtipularetur. At illa mandato fratris obſequens (hæc enim nomen ſola ſciebat) reſpecto etiã ſigno eius quod offerebatur, gnauiter

Digitized by Google

missō per seruulū annulo coniugali, cui tanquam certissimo testi illata crederet. *Pessimè merentem.*] Qui seruat fidem in flagitio & scelere, is de ipsa Fide pessime meretur, quamuis alioqui fidelis sēper extiterit: quā inter deas prisci coluerunt. scribit Liui. Numam Fidei sacrarum solenne instituisse: cui flamines manu ad digitos vsque inuolura, rem diuinam facerēt: significantes fidē tutandam, sedémque éius in dextris sacratam esse. praterea (vt in Catonis oratione est, & à M. Tull. proditur) fidem in Capitolio vicinā Iouis optimi maximi maiores nostri esse voluerūt. de fano Fidei mētio est apud Plautum in Aulularia. Apud Silium inuocatio est Fidei his versibus: Ante Iouem genera ta decus diuúmque hominúmque, Iu-

vt præceptum fuerat incomitata festinat. Sed vbi fraudis extrema lapsa decipulo, laqueos insidiarum accessit: tunc illa vxor egregia, sororem mariti, libidinosæ furiæ stimulis efferata, primùm quidem nudam flagris vltimè verberat. dehinc, quod res erat, clamantem quoque, quòd frustra pellicatus indignatione bulliret, fratrisque nomen sæpius iterantem, velut mentitam, atque cuncta fingentem, titione candenti inter media fœmina detruso, crudelissimè necauit. Tunc acerbæ mortis exciti nuncijs frater & maritus, accurrunt, variisque lamentationibus defletam puellam tradunt sepulturæ. Nec iuuenis sororis suæ mortem tam miseram, & quæ minimè vt par erat illata est, æquo tolerare quiuit animo: sed medullitus dolore commotus, acerrimeque bilis noxio furore perfusus, exin flagrantissimis febribus ardebat, vt ipsi quoque iam medela videretur esse necessaria. Sed vxor, quæ iampridem nomen vxoris cum fide perdiderat, medicum conuenit quendam notæ perfidiæ, qui iam multarum palmarum spectatus prælijs, magna dextræ suæ trophæa numerabat, eique protinus L. promittit sestertia, vt ille quidem momentarium venenum venderet, illa autem emeret mariti sui mortem. quo cōspectu simulatur necessaria præcordijs, leniendis bilisque subtrahendæ illa præ nobilis potio, quam sacram doctiores

mo-

nominant: ſed in eius vice ſubditur alia Proſerpinæ ſacra ſaluti. Iámque præſente familia, & inde nonnullis amicis & affinibus, ægroto medicus poculum probe temperatum manu ſua porrigebat. Sed audax illa mulier, vt ſimul & conſcium ſceleris amoliretur, & quam deſponderat pecuniam lucraretur, coram detento calice, Non prius (inquit) medicorum optime, non prius cariſſimo mihi marito trades iſtam potionem, quàm de ea bonam partem hauſeris ipſe. Vnde enim ſcio, an noxium in ea lateat venenum? quæ res vtique te, tam prudentem, támque doctum virum, nequaquam offendit, ſi religioſa vxor, circa ſalutem mariti ſolicita, neceſſariam affero pietatem. Quamira deſperatione truculentæ fœminæ repentè perturbatus medicus, excuſſúſque toto conſilio, & ob anguſtiam temporis ſpacio cogitandi priuatus, antequam trepidatione aliqua, vel contatione ipſa, daret malæ conſcientiæ ſuſpicionem, indidem de potione guſtat ampliter, quã fidem ſecutus adoleſcens, etiam ſumpto calice, quod offerebatur hauſit.

ſtitiæ conſors, tácitúnque in pectore numen. *Iuuenis profectus.*]ita fingebat perfidioſiſſima fœmina, maritum ſcilicet ſuum profectum ad villam, ſolum euocare puellam, vt ſola cum ſolo operaretur palæſtræ veneriæ. *Cunctatio.*]hæſitatio & mora. *Qui monſtratus.*] Hodie quoque annulum mittere ſolemus, quotieſcunque volumus nuncio noſtro credi, & fidē adhiberi. *Nomen.*] id eſt, ſola ſciebat eum eſſe fratrem & ſe eius ſororem. *Gnauiter.*] ſedulò, ſtrenuè, feſtinanter. *In comitata.*] ſola, ſine comitibus, deductoribúſque. *Lapſa decipulo.*] pedica, laqueo, & caſſibus. tranſlatio à feris, quæ decidunt in laqueos, & decipulis capiuntur. De excipulis & decipulis ſatis ac ſuper in anterioribus. *Egregia.*]ironicôs. *Vltimè.*] Quaſi dicat, ad vltimum vſque cruciatum & laſſitudinem. *Quod fruſtra pellicatus.*]Clamabat infœlix puella, & inter clamandum aſſeuerabat ſe ſororem eſſe, non concubinam illius mariti: & quòd fruſtra ipſa ardeſceret ob pellicatus ſuſpicionem, quippe cum pellicatus nullus foret metuendus inter fratrem & ſororem. Dicitur autem pellicatus, vt concubinatus: de quo iam diximus: & ait M. Tul. in 2. de Offi-

ciis:Ab ea eſt enim ipſe propter pellicatus ſuſpicionem interfectus.Pellicationem Cato à pelliciendo dixit,quaſi inuitationem quandam & illicitum. Pellicator quoque & pellax, qui inducit in fraudem,nominatur. *Bullires.*] tumeret,ardeſceret, & inſtar bullientis aquæ ferueret. In fermento eſt, dixit Plaut. de fœmina,quam intelligi vult tumeſcere,bullireque ex indignatione & iracundia.*Fratris nomen.*] Hac commemoratione fraterni nominis omnem iniuriam & atrocitatem à corpore ſuo propulſare ſeſe poſſe confidebat:videlicet ſperans, quòd cum ille audiuiſſet eam eſſe ſororem, quam pellicem ſuſpicabatur:repentè exueret omnem feritatem,& flagris depoſitis ad humanitatem reuocaretur.ſic apud M.Tullium in Verrinis: Ciuis Romanus delegatus à Verre,& virgis cæſus, inter dolorem crepitumque plagarum hoc ſolum iterabat,Ciuis Romanus ſum:hac enim commemoratione ciuitatis,omnia ſe verbera depulſurum,cruciatũque à corpore deiecturum arbitrabatur. *Titione candente.*] torre & ſtipite ignito ardeſcente. *Inter fœmina.*] inter fœmora & coxas.Aliubi annotauimus,fœmina propriè dici fœmora interiora,quæ equitatu atteruntur. Vnde elegans vocabulum Apuleianum,interfœmineum tegit: pro genitalibus muliebribus, quæ inter fœmina ſunt collata,quod fœminal munditer quoque nuncupatur.*Bilis noxio furore.*]Græci choleram nominant,noſtri bilem: notiore vocabulo græco quàm latino.Commune id ſtomachi atque inteſtinorum vitium eſt,vt auctor eſt Cor.Cel.in quarto:bilis ſupra infraque rumpit,interdum alba,nonnunquam nigra vel varia: & vt ſcribunt medici philoſophique, multiplex eſt bilis ſiue cholera:nam & citrina,& vitellina,& rubra,& aduſta memoratur, eſt & praſina, à viridi colore dicta: cuius virore praſij,hoc eſt marubij ſimillimus eſt:melancholica verò, id eſt atra bilis in homine exuberans,gignit mentis alienationem, & vlcerum eruptionem,& alia pleraque generis eiuſdem.Quidam atra bile erumpente,in morbum comitialem excidunt:alij attoniti fiunt.ſuper qua re nobile extat Ariſtotelis problema.Plato in Timęo bilem morborum cauſam eſſe refert,malaſque ex noxia eius intemperantia gigni valetudines plurimas: quæ cum expirat,extrinſecus varios tumores producit:intrinſecus verò cohibita,vrentes edaceſque morbos plurimos procreat nomine bilis, crimen in mores quoque transfertur: vt ſcribit Plinius.& pro excandeſcentia vſurpatur,cum id virus ſe fundit in animum. *Nomen vxoris cum fide perd.*]Vxor, quæ in maritum perfidioſa eſt & infida,atque peſtifera,nomen vxoris(quod ſacroſanctũ eſt)amittit,nec digna eſt vt vxor & coniũx dominetur.*Palmarñ prætiis.*]

Palmæ

Palmę & tróphæa perfidi medici sũt neces hominum:quas multi sub prætextu & nomine medicinæ sanctissimo exercent,pro salutifera potione mortiferam propinantes:qui vitæ nostræ, necisque imperatores fiunt,quibus solis hominem occidisse summa impunitas est:cum nulla sit lex(vt Plinii verbis vtar)quæ puniat insciticm capitalem. A palma, quæ arbor victoriæ dicata est,palmarium dictum:quod significat palma dignum. *Quinquaginta sestertia.*] Nulla ars fructuosior medicina est. Celeberrimis medicorum ducenta quinquaginta sestertia fuisse annua mercede apud principes, accepimus, hinc ait Plinius noster, quòd antiqui medicinam damnabant ob quæstum enormem, & precium immane. *Momentarium,*] præsentarium: quòd subitariam mortem afferret, momentóque necaret, citra cunctationem. *Bilique subtrahendæ.*]dissimulat nequissima cõiunx, venenatam potionem esse medicamentum nobile & saluberrimum ad bilem subtrahendam,qua maritus vexabatur,ita vt sub specie medelæ venenum propinaret. *Quam sacram nominant.*] Apud priscos potio hellebori principalis habebatur, & sacra, quæ trahit aluum, & bilem pituitasque: clarum est Erophili præconium, qui helleborum fortissimi ducis fortitudini æquabat.concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire. Aptissimè datur in pulte,aut lacte:reddi post quatuor ferè horas incipit:totum opus septenis peragitur horis:medetur melancholicis, insanientibus, lymphaticis:item si exulcerata sint præcordia,vel tumeant:aliisque propèinnumeris morbis.Duo hellebori genera:nigrũ,quod purgat per inferna:candidum, quod vomitione causas morborum extrahit.Latini veratrum vocant.Sacram potionem vocant medici,sacratam & diuinam,ab effectu,quæ cæteris præstantior est,& excellentior.Plinius tradit aureum poculum à medicis vocari potionem quandam ex frutice & remediorum excellentiam. Hoc tempore potio ex rheupontico siue barbaro concinnata,dici potest sacra,qua nullam præstantiorem medici nouere,cuius meminit Ammianus Marcellinus. Græci φαρμακον θεῖον, pharmacon diuinum vocant:item alexipharmacon καθαρτικὸν καὶ δραστικόν. id est purgatorium & medica vi præpollens. Suidas ait Alexipharmaca esse ἀλεξιτήρια,id est, medicamenta auxiliatoria. Est medicamentum nobile nomine Panchrestos,cuius M. Tul. & Plinius meminerunt: si vocabulum interpreteris, dici potest omnibus conducibile & bonum. Est inter medicamenta illud quoque celebre, quod Oporicen vocant: quoniam ex pomis fit, quæ à Græcis ὀπῶραι appellantur. *Alia Proserpinæ sacra salutis.*] Potio veneno pernicialis Proser-

pinæ meritò ſacrata dicitur, propterea quòd ad Proſerpinam & Plutonem homines demittit. *Poculum probè temperatum.*} in quo ſcilicet venenum præſentarium temperauerat medicus, non ad ſalutem ægroti, ſed ad necem: prout cum vxore conuenerat. *Vt conſcium ſceleris amoliretur.*} vt de medio tolleret, & vnà cum marito perimeret medicum, qui ſceleris huiuſce conſcius erat. *Quã deſponderat.*} Quinquaginta ſcilicet ſeſtertia, quæ medico promiſerat. *Detento calice.*} Mulier iniecit manum poculo, in quo venenum erat temperatum, ne prius à marito ebiberetur, quàm medicus ipſe præguſtaſſet, vt ita vna opera vterque pariter tolleretur. *Hauſerit ipſe.*] ebiberis. Attende mulieris callidiſſimam aſtutiam, infandúmque commentum: quæ vno tempore maritum, medicúmque morte mulctat, ſub prætextu affectionis coniugalis. *Excuſſus toto conſilio.*] Vetus prouerbium eſt, gladiatorem in harena capere conſilium. & quòd ſub manu conſilium naſci debet, ſed frequenter, hoc accidit, vt homines repentinæ rei nouitate perturbati, impotes mentis fiant, & toto conſilio excutiantur, vt ſibi ipſis nequeant conſulere: nec quæ conducibilia ſunt, ſatis valeant cogitare. iuxta illud: Pauor omnem ſapientiam examinato expectorat. *Vel contatione ipſa.*] Si contabundus medicus ſuperſediſſet guſtare de potione, potuiſſet marito haberi ſuſpectus, tanquam venenum in ea noxium miſcuiſſet, ſicut reuera miſcuerat. Sed ne videretur tanti facinoris conſcius, largè guſtauit de potione mortifera: imitatus matronas illas Romanas, quę venena coquentes inuentæ, cùm ea medicamenta ſalubria eſſe contenderent, iuſſæ bibere, indidem largiter hauſerunt, & ita epoto medicamento ſuamet ipſæ fraude omnes interierunt. *Guſtans.*] Lege guſtat, ſcilicet medicus. *Adoleſcens.*} maritus ægrotus.

Salutifera potione.] Antidotum ſignificat, quod ad peſtem veneni extinguendum eſt potẽtiſſimum, ídque multiplex. Vinum aduerſus cicutę venenũ eſt efficax remediũ, cuius natura excalefactoria, vim cicutæ refrigerato-

Ad iſtum modum præſenti tranſacto negocio, medicus quàm celerrimè domũ remeabat, ſalutifera potione peſtẽ præcedentis veneni feſtinans extinguere: nec eũ obſtinatione ſacrilega, qua ſemel cœperat, truculenta mulier vngue latius àſe diſcedere paſſa eſt: priuſquam, inquit, digeſta potione, medicina euentus probatus appareat. Sed ægrè, precibus & obſtinationibus eius multam ac

din

diu fatigata, tandem abire concessit. Interim perniciem cæcam totis visceribus furentem: medullæ penitus attraxerat: multum denique saucius & grauedine somnolenta iam demersus, domum perua dit ægerrimè. vixque enarratis cunctis ad vxorem mandat saltem promissam mercedem mortis geminatæ deposceret. Sicque elisus violenter spectatissimus medicus, effudit spiritum. nec ille tamen iuuenis diutius vitam tenuerat: sed inter fictas mentitásque lachrymas vxoris, pari casu mortis fuerat extinctus. iámque eo sepulto, paucis interiectis diebus quis feralia mortuis litantur obsequia, medici vxor precium geminæ mortis petens aderat. Sed mulier vsquequaque sui similis, fidei supprimens faciem, prætendens imaginem blandiculè respondit, & omnia prolixè accumulatéque pollicetur, & statutum præmium sine mora se reddituram cõstituit, modo pauxillum de ea potione largiri sibi vellet ad incœpti negotij persecutionem, quod pluribus laqueis fraudium pessimarum vxor inducta medici facilè consensit: & quo se gratiorem locupleti fœminæ faceret, properiter domo petita, totam prorsus veneni pyxidem mulieri tradidit: quæ grandem scelerum nacta materiam, longè latéque cruentas suas manus porrigit.

riam expugnat: sed si in vino cicuta pota sit, irremediabilis existimatur. Medicus ergo festinat domũ, vt epoto antidoto, salutiferáq; potione, extinguat vim veneni noxiã atque pestiferam. *Nec vngue latius.*] digitus; transuersus & vnguis latus vsurpantur decenter ab auctoribus pro minimo interuallo & spacio. Plautus in Aulularia, digitum transuersum aut vnguẽ latum excesseris. M. Tul. in Epistolis ad Atticũ: Recta sententia ne digitum quidem transuersum. Item in Hortensio: Ab hac mihi non licet trãsuersum, vt aiũt, digitum discedere, ne confundam omnia. *Digesta potione.*] Cupere se dicit truculenta fœmina, vt tam diu maneat medicus, donec potio digeri incipiat, & effecta medico venas atque vitalia permeans euentum ostendat. Potio autem medica-

menti dicitur digeri, quando diuiditur resoluitúrq; per venas & purgat: nam alioqui medicamenta non digeruntur: id est, non coquuntur, Scribit Aristoteles in Problematis, ideo medicamẽta vim purgandi obtinere, quia concoqui nequeunt: etenim quę ob exuperantiam frigiditatis aut caliditatis digeri non possunt, aptáque sunt vincere, non vinci, ab animantium feruore hæc medicamenta habentur. vbi enim ventrem adierunt, resolutáque sunt, statim ad venas per easdem feruntur semitas, quibus permeat cibus: mox cum minimè concoqui potuerint, sed victrice perstiterint potentia, relabuntur, quæ obstiterint secum detrahentia: quæ res καθαρσιν: id est, purgatio nominatur. De resolutiuis medicinis scribit Galenus copiosè. *Aegrè.*] Legendũ est ægrè: id est, vix, difficulter: vt sit aduerbium, non nomen. *Obstinationibus eius.*] obsecrationibus: & ita videtur legendum. *Interdum.*] Corrige, interim. *Perniciem cæcam.* } vim veneni pernicialem signat, quæ occultè intra viscera grassabatur, iámque ad medullas vitaliáque peruenerat: quod signum est mortis intra corpus adactæ. Qui cicutæ veneno enecantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis, sic Socrates (Platone teste) cum hausisset in calice tritum venenum, cœpit deambulare: mox cum inter ambulandum crura iam grauari sentiret, iacuit resupinus, cœperúntque pedes & crura sensim frigescere: cùm verò vis veneni ad præcordia & vitalia peruenisset, decessit in hac voce deficiens: Æsculapio gallum debemus, quem reddite, neque negligatis. Tertul. causam refert huiusce Socratici voti ioculatoriam, sic scribens in Apologetico: Æsculapio gallinaceum prosecari in fine iubebat, credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem, inconsideratum sapientiæ testimonium reddidit ei viro, qui negabat deos esse. *Promissam mercedem.*] Quinquaginta sestertia, quæ pro veneno momentario audax mulier illa promiserat. *Mortis geminatæ.* } ipsius scilicet medici, & mariti. *Elisus.*] cruciatus, tortus, suffocatúsque. *Inter fletas lachrymas.*] Flebat nequissima fœminarum, vt ita per lachrymas videretur ægro animo ferre mariti obitum, cuius ipsa causa extiterat: Lachrymæ autem vberrimæ sunt fœminis, & semper paratæ in statione: & cum frons, oculi, vultus persæpe mentiantur, lachrymæ verò sæpissimè mentiuntur, idque in fœmina potissimum. *Quis.*] quibus. *Fetalia litantur obsequia.*] Elocutio est ex Virgiliana imitatione: Sacrísque litatis Indulge hospitio. Propriè non sacra litantur, sed dij. Litare autem est, deos propitiare. De feralibus & nouendialibus & parentali-

b,

bus ſacrificiis, quæ mortuis exhibentur, relege quæ ſuis locis annotauimus. *Vſque quaque ſimilis ſui.*]In omnibus actionibus, vbique locorum, vbique hominum perfidioſa, truculenta, ſcelerata, ſibi conſtans in flagitijs, nec vſquam deſciſcens à moribus ſuis nequiſſimis ſcilicet, improbáque natura. M. Tullius de Verre: Rediit ad ſe & mores ſuos: & cum laudabile ſit in omni vita ſeruare conſtantiam, hæc fœmina in flagitiis erat conſtantiſſima. *Fidei imaginem.*] oſtentãs ſe velle promiſſam pecuniam cum fide perſoluere. *Blandiculè.*}comiter, & blandè: aduerbium diminutionis. *Prolixè.*]largiter & copioſe. *De ea potione.*]veneni ſcilicet præſentanei, qua maritus medicúſq; corruerant. *Properiter.*]citò, feſtinanter, properè. *Venenum pyxidem.*]Medicorum tituli (vt inquit Lactantius) remedia habent, pyxides venena. pyxis illa Cæliana notiſſima eſt ex oratione M. Tull. *Cruentas manus.*} Irritata ſemel improbitas modum non habet, finis vnius ſceleris gradus eſt futuri. Stare loco neſcit mens mala, mulier truculenta manus ſanguinarias porrigit ad alias quoque neces infandas, à veneficio ad venenficium proſiliens.

Habebat filiam parunlam de marito quem nuper necauerat, huic infantulæ quòd leges neceſſariam patris ſucceſſionem deferrent, ſuſtinebat aegerrimè: inhiánſque toto filiæ patrimonio imminebat, & capiti. Ergo certa, defunctorum liberorum matres ſceleratas hæreditates excipere talem parentem præbuit, qualem exhibuerat vxorem: prandióque commento pro tempore, etiam vxorem medici ſimul & ſuam filiam veneno eodem percutit. Sed paruulæ quidem tenuem ſpiritum, & delicata ac tenera præcordia cõficit protinus virus infeſtum. at vxor medici, dum noxiis ambagibus pulmones eius pererrat, tempeſtas deteſtabilis potionis, primùm ſuſpicata quod

Quod leges ſucceſſionem patris neceſſariam.} Hæredes aut neceſſarij dicuntur, aut ſui & neceſſarij, aut extranei. Hæredes neceſſarij & ſui ſunt, veluti filius filiáve, nepos neptíſve ex filio, & deinceps cæteri. Liberi, qui in poteſtate morientis modò fuerunt, ſui hæredes ideo appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt. Neceſſarij verò ideò dicuntur, quia omnino, ſiue velint, ſiue nolint,

tam ab intestato quàm ex testamẽto, ex lege 12. Tabularum hæredes fiunt. Cæteri, qui testatoris iure subiecti non sunt, extranei hæredes appellantur, vt copiosissimè scribũt iurisconsulti. Proinde successio necessaria intelligitur eorum hæredum, qui necessarij sunt: vt filius & filia. lex tamen Voconia, quam Voconius tulit, cuius suprà meminimus, statuit, ne quis census, hoc est pecuniosus, hæredem relinqueret filiã. Lex quoque 12. Tabularum adeò stricto iure vtebatur, proponens masculorum progeniem, vt fœminini sexus necessitudinem expelleret: quòd postea emendatum est. *Sustinebat ægerrimè.*] ægro animo, molestóque ferebat, quòd leges deferrent filiæ patriam hæreditatem. *Inhians.*] auidè cupiens, desideránsque. Dicimus inhio hanc rem, & huic rei. Statius: Fraternos inhiantem obitus. Cornel. Tacitus: Pariter hortis inhians. *Capiu.* } Legi potest capiti: vt exponas, imminebat vitæ capitíque puellæ. *Hæreditates accipere.* Diuus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit hæreditatem. Postea autem senatusconsf. Tertul. cautum est, vt mater ingenua trium liberorum ius habens, ad bona filiorum filiarúmve admittatur intestatorum morientium. *Talem parentem prabuit.* } Qualis vxor fuerat in maritum

res erat, mox vrgente spiritu iam certò certior, contendit ad ipsam præsidis domum, magnóque fidem eius protestata clamore, & populi concitato tumultu, vtpote tam immania detectura flagitia, effecit statim sibi simul & domus & aures præsidis patefierent. Iámque ab ipso exordio, crudelissimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis, repentè mentis nubilo turbine correpta, semihiantes adhuc compressit labias, & attritu dentium longo stridore reddito, ante ipsos præsidis pedes exanimis corruit. Nec ille, vir alioquin exercitus multiforme facinus execratæ venefícæ dilatione languida passus marcescere, cõfestim cubicularijs mulieris attractis, vti tormentorum veritatem eruit: atque illam minus quidem quàm merebat, sed quod dignus cruciatus alius excogitari non poterat, certè bestijs obijciendam pronunciauit.

tum, peſtifera ſcilicet & pernicialis: talis quoque parens, id eſt mater in filiam, parricida exhibetur & venefica. *Prandio commento.*] cum prandium ſeſe parare ſimulaſſet, ex temporis occaſione. *Paruulæ tenuem ſpiritum.*] Infantula ſtatim veneno ſuccubuit, cuius corpus delicatum & vitalia inualida erant, & mollicula aduerſus vim veneni graſſantis, ſæuientiſque circa præcordia: quæ à Græcis phrenes dicuntur, quæ & exta nuncupant: de quibus ſuo loco plura. Galenus quinto de interioribus volumine docet, Diaphragma dici phrenas ex eo quod propter apoſtema diaphragma gignatur phreneſis. Ariſtoteles præcordia dici autumat phrenas, à mente & prudentia, quæ Græce dicitur φρὴν. ſubtilitas enim mentis (vt inquit Plinius) præcordiis accepta fertur. *Ambagibus.*] Ambages noxias appellat diſcurſus veneni exitiales, meantis per interuenia, & vitalia populantis: quod dum per viſcera digeritur, circuitu quaſi quodam peſtifero implicat hominem. *Pulmones eius, &c.*] pluraliter veteres dici pulmones voluerunt. Plaut. in Curgulione: Pulmones diſtrahuntur, cruciatur iecur. M. Tul. in 2. de Natura deorum: In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſiduis ſpongiis mollitudo ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Libro Rhetoricorum ad Herennium quarto, vbi agitur de exornationibus, inducitur hoc exemplum: Anhelans ex imis pulmonib. præ cura ſpiritus ducebatur: Hic, inquit, vnus pulmo intelligitur. Græcè πνεύμων dicitur pulmo, πνευμονία vitium pulmonis: vnde pneumonici à Plinio, Celſo & cæteris dicti vitio pulmonis afficiuntur: quos latino vocabulo pulmonarios dici poſſe, teſtis eſt Columella: à quo ouis pulmonaria ſcitè & decenter appellatur, pulmonis morbo conflictata. Officina ſpirandi eſt pulmo: ideoque dixit poeta, Spiramenta animæ. Philoſophi pulmonem flabellum cordis nominant & ventilabrum, quo calorem cordis refrigerari neceſſe eſt. Omnia, quæ ſpirant (auctore Ariſtotele) habent pulmonem: ideoque piſcium nulli pulmo ineſt, quoniam non ſpirant, ſed pro eis branchias obtinent. Qua in re Plinius noſter ab Ariſtotele alacriter diſſentit, aſſerens vice pulmonis ineſſe poſſe alia ſpirabilia viſcera. Suidas refert, neque entoma, id eſt inſecta: neque oſtracoderma, id eſt, teſtacea: neque malacoſtraca, id eſt, mollia reſpirare. *Vrgente ſpiritu.*] inhelitu & reſpiratu, cuius officina & domicilium eſt pulmo. *Præſidis.*] Præſidis nomen generale. & omnes prouincias regentes, præſides appellantur. Proconſulis appellatio ſpecialis eſt, auctor Marcianus iuriſconſultus. *Proteſtata fidem.*] pro teſtimonio palàm implorans præſidis auxilium.

fidem enim pro auxilio poni, notissimum est. *Aures patefierent.*] Quando dira & infanda nunciantur, solent domus principum auresque patefieri. Præterea præsidi obseruandum est, vt in adeundo se facilem præbeat, ne potentiores viri humiliores iniuriis afficiant. *Cunctis expositis.*] Prouerbium græcum est, κράμβη δὶς θάνατος: id est, brassica bis repetita in cœnam mors est. quo significatur, iterationem eiusdem rei esse odiosam: vnde Lucius noster fastidio pareens, ne iterum antè dicta renarret, scitissimè dixit: Cuncta diligenter fuisse exposita ab vxore medici moribunda. Homerus tamen frequenter repetit versus eosdem, & narrationes. *Turbine correpta.*] Turbinis in tempestate motum vertiginosum esse, & in orbem circumactum, sciunt omnes: & docet Seneca libro septimo quæst. naturalium. Ab hoc turbine, qui columnæ modo circumagentis se voluitur, vertigo capitis haud absurdè turbo appellatur. Græco verbo medicis vsitatissimo scotomias appellant obtenebrationes, ac nubila mentis, capitisque vertigines. Semihiantes labias, inter loquendum semiapertas. Indicat enim, medio sermone fœminam exanimem corruisse, ore semipatulo. *Stridore reddito.*] Expressit habitum expirantis, ex cruciatu tabifici veneni. Stridor dentium ex iracundia fit, & ex dolore. Hinc Seneca inter irascentium signa posuit, stridorem dentium inter se arietatorum. Liuius quoque indignantem, dolentemque Hannibalem intelligi volens, sic scripsit: Frendens, fremens, gemensque, ac vix lachrymis temperas, dicitur legatorum verba audisse. à Virgilio quoque dictum est, dentibus infrendens. Infrendere proprie est, dentes irascendo quatere: vnde infrendentes dicuntur pueri sine Dentibus, qui frendere non possint. *Exanimis.*] mortua, extincta: interdum ponitur exanimis pro exanimato, & perturbato, vt antè dictum. *Exercitus.*] exercitatus: diutina scilicet exercitatione, quæ præsides facit experientissimos, gnatissimósque rerum humanarum. Contrà inexercitus ponitur pro inexercitato & torpente. Epicurei (vt inquit Tertullianus) deum otiosum esse & inexercitum asseuerant. *Multiforme facinus.*] quo maritum, medicum, filiam, medici vxorem, multos denique necauerat. *Dilatione marcescere.*] Sæpe ex dilatione, procrastinationéque negocia refrixerunt: ideóque in manifestis maleficiis omnis dilatio tollenda est, confestimque in fontes animaduertendum, quorum scelera moram non patiuntur: alioqui nihil per impetum faciendum esse, præcipiunt auctores. Vnde & illud poeticum memoratu dignum: Da spacium requiémque moræ, male cuncta ministrat Impetus. Scitu annotatúque digna est Theodosij imperatoris

historia,

historia, qui ob militem impetu populi Theſſalonicenſis furentis extinctum, repentini nuncij atrocitate ſuccenſus, obtruncari paſſim prout quiſque occurriſſet gladio iuſſit. Ob hoc cum à ſacerdotibus argueretur, agnouit delictum, culpámque cum lachrymis profeſſus, publicam pœnitentiam egit. Quinetiam legem ſanxit in poſterum, vt ſententiæ principum ſuper animaduerſionem prolatæ, in diem trigeſimum ab executoribus differrentur, quo locus miſericordiæ, vel (ſi res tuliſſet) pœnitentiæ non periret. *In tormentorum.*] Minutulus error, qui tamen lectorem poſſit offendere. eſt enim legendum, vi tormentorum: id eſt, violentia & cruciatu. Diuus Auguſtus in criminibus veſtigandis non eſſe à tormentis incipiendum conſtituit. Epiſtola quoque diui Hadriani ita ſe habet: Ad tormenta ſeruorum ita demum venire oportet, cum ſuſpectus eſt reus, & aliis argumentis ita probationi admouetur, vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur. Reſcripto quoque eodem Hadriani illum expreſſum eſt, à ſuſpectiſſimo incipiendum eſſe, & à quo facilimè poſſe verum ſciri iudex crediderit. *Cruciatus alius excogitati.*] Draco Athenienſis nomothetes, hoc eſt legum conditor, pœna capitis puniendos eſſe ſanxit fontes, ex quacunque vel leuicula noxa: adeò vt qui holera aut poma furripuiſſent, eos capite mulctauerit. Quin olim rogatus, quamobrem plurimas iniuriarum ſupplicio capitali plectendas ſtatuiſſet: reſpondiſſe dicitur, ſe parua quidem delicta morte digna cenſere, magnis autem maiorem pœnam inuenire non poſſe. Vnde Demades ſcitè dixit, Draconis leges non atramento, ſed ſanguine ſcriptas eſſe: quæ paulo mox ob acerbitatem tacito illiteratóque Athenienſium conſenſu obliteratæ ſunt.

Talis mulieris publicitùs matrimonium conferraturus, ingentique angore oppidò ſuſpenſus, expectabã diẽ muneris, ſæpius quidem metu mortem mihi volens conſciſcere, priuſquam ſceleroſæ mulieris contagio macularer, vel infamia publici ſpectaculi depudeſcerem. Sed priuatus humana manu, priuatus digitis, vngula rotunda atque mutila gladium ſtringere nequaquam poteram. Planè tenui ſpecula ſolabar clades vlti

Publicitùs.] publicè: aduerbium eſt. *Matrimonium conferraturus.*] Tribus modis apud antiquos vxor habebatur, vt ait Boethius in commentariis Topicorum: vſu, farre, coemptione. ſed confarreatio ſolis pontificibus conueniebat. erat au-

tem ſolennitas quædam vinculi maritalis, qua nouę nuptæ farreum præferebant: ſic enim cibi genus ex farre factum nuncupant. Plinius in 18. Quin & in ſacris nihil religioſius confarrationis vinculo erat, nouæque nuptæ farreum præferebant: auctor eſt Dionyſius Halicarnaſſeus libro antiquitatum 2. legitima matrimonia in priſcis Romanis nominata eſſe farreacea, à communicatione videlicet farris, qui cibus Latio primus fuit: & ſicut Græci hordei primitias in ſacris dabant, ita Romani vetuſtiſſimi far putantes ex eo ſacra priſca potiſſimùm conficiebant. Vxores quoque coniunctione farris alimentis viris ſociari voluerunt. Ex hoc vetuſtiſſimo ritu ſcienter dixit Lucianus, matrimonium confarraturus pro copulaturus, vinculo quaſi confarrationis. & ita alludens ad priſcorum verba & doctrinã, ſimpliciter intelligi vult, fœminam publicè deſtinatam quaſi vxorem aſino, quæ publico ſpectaculo cum aſino periret ac vxor cum marito concumberet. Econtrario

mas, quòd ver in ipſo ortu iam gemmantis floridis cuncta depingeret, & iam purpureo nitore prata veſtiret, & commodum dirupto ſpineo tegmine ſpirantes cinnameos odores promicarent roſæ, quæ me priori meo Lucio redderent. Dios ecce muneri deſtinatus aderat, ad conſeptum caneæ proſequente populo pompatico fauore deducor. Ac dum ludicris ſcenicorum choreis, primitiæ ſpectaculi dedicantur, tantiſper ante portam conſtitutus, pabulum lætiſſimi graminis, quod in ipſo germinabat aditu, libens aſſectabam, ſubinde curioſos oculos, patente porta ſpectaculi, proſpectu gratiſſimo reficiens. nam puelli puellæque virenti florentes ætatula, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi, Græcanicam ſaltantes pyrrhicam, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in caterua diſſidium ſeparati. Atvbi diſcurſus reciproci multinodos ambages tubæ terminalis cautus explicuit, alueæ ſubducto & complicitis ſiparijs ſcena diſponitur.

Digitized by Google

rio dicitur diffarratio, connubij inter virum & vxorem dissolutio, à diffarratione, quod genus sacrificij adhibito libo farreo fit in dissolutione matrimonij. & sicut confarraturus matrimonium dicitur, pro facturus, copulaturúsque ita è contrario dici potest eleganter diffarraturus pro dissoluturus connubium. *Oppidò suspensus.*] valde suspensus, anxiúsque. *Diem muneris.*] diem publici spectaculi. *Sceleroſæ mulieris.*] Sceleroſus est multorum scelerum, sceleratus vnius. Sceleroſus propriè auctor est sceleris: sceleratus in quo scelus sit constitutum. sceleroſus accusatio personæ est, prout docet Donatus exponens illud Terentianum: Vbi ego illum sceleroſum, miserum, atque impium inueniam? Nigidius Figulus, homo (iuxta M. Varronem doctissimus, hoc inquit: inclinamentum in osus significat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur: ideireo in culpam cadit, vt sceleroſus meritò dicatur, qui immodicis multísque sceleribus est coopertus. *Depudescerem.*} erubescerem, vel pudorem deponerem. Hieronymus: Non depudesco infœlicitatis meæ, quin potius plango me non esse quod fuerim. Depudescere est exuere pudorem, vt apud Ouid. Depudui, profugúsque pudor sua signa reliquit. Hic enim particula De, modò intentionem significat, modò diminutionem. *Vngula totum.*} talis est asinorum vngula. Sunt asini ex illo animalium genere, quæ Græci monycha vocãt: hoc est, solidipeda. *Mutilã.*} trunca, sine digitis. *Tenui spe.*] pusilla specula. est enim specula diminutiuum, ex spe factum. veteres dixerunt speres pluraliter, quod liquet illo versu Enniano: Speroſi speres quicquam prodesse potis sunt. *Gemmulis flori.*] Gemmas, & diminutiuè gemmulas, dicimus oculos in vitibus. Inde apud Columellam malleoli & palmites vitiginei bigemmes & trigemmes, à numero gemmarum appellantur. Quintil. in 8. de translatione scribens: Necessitate (inquit) rustici dicunt gemmam in vitibus. quid enim dicerent aliud? & sitire segetes. Plin. quoque in 17. Hæc vocatur in vite gemma, cum illi cespitem facit. Idem auctor est, densitatem gemmarum fertilitatis indicium esse. Hinc verbum est gemmare, & gemmascere, quod significat gemmas parere. Huiusce gemmæ vitigineæ meminit & Ouid. illo versu: Et noua de grauido palmite gemma tumet. præterea nomine gemmularum flores significantur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata vestiuntur. Flos enim (vt Plinij verbis vtar) est pleni veris indicium, & anni renascentis: flos gaudium arborum: tunc se nouas, aliásque quàm sint ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen vsque luxuriant. *Commodùm.*]

Digitized by Google

tunc tunc, iamiam, ipso eodémque tempore: aduerbium, vt sæpe dictum. *Dirupto spineo tegmine.*] Rosa nascitur, spina germinat: omnis primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescente paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit. celeberrimas rosas Prænestinam & Campanam antiqui dixerunt: addidere alij Milesiam, cuius sit ardentissimus color. vna est quam centifoliam vocant, à numero foliorum: præcox Campana est sera Milesia: odoratissimæ sunt rosæ, & (vt inquit Aristoteles in problematis) ὀδὴ μὰ ῥόδου ἀεὶ ὀδμὴ, id est, rosæ odor semper suauis est. Vnguenta diuulgata (Plinio teste) maximè constant rosa: à quo vnguentum quoque rhodinon appellat: Græcè enim ῥόδον dicitur rosa. *Promicarent.*] prorumperent, purpuraréntque. *Munera.* } spectaculo gladiatorio. *Cauea.*] scilicet theatralis: de cauea suprà diximus. *Scenicorum choræis.*] histriones, qui scenici dicuntur, primi cœperunt in theatro fabulas agere, & voluptate histrionica spectatores allicere. Aristoteles Dionysiacos technitas vocat scenicos, qui magna ex parte improbis moribus esse consueuerunt. *Tantisper.* } interea. *Ante portam.*] videlicet spectaculi. *Pabulum libens affectabam.* } Suprà diximus, ex Heraclidi sententia, pabulum asinis iucundius esse quàm aurum. *Subinde.* } frequenter, identidem. *Curiosos oculos.*] Vbique curiositatem sibi ingenitam fuisse significat. *Prospectio.*] Nitidior lectio est, prospectu. *Reficiens.* } recreans. *Puellæ.*] aliubi pluribus in locis annotatum est puellos dici à veteribus pueros: sicut pueras puellas. *Virenti ætatula.* } M. Varro: Properare viuere pueræ, quas finit ætatula ludere, id est, amare, & Veneris tenere bigas. Describitur autem saltatio ludicra & voluptuaria, cuius aspectu oculi meritò reficiebantur. *Incessu gestuosi.*] Saltatores pueri in ludo saltatorio tripudia agentes, eleganter dicuntur incessu gestuosi, quippe qui gestu multiplici ad modulos musicos moueantur. A. Gellius manus Hortensij oratoris inter agendum argutas admodum & gestuosas fuisse prodidit. De gestu oratorio copiosissimè Quintil. in 11. *Græcanicam saltantes pyrrhicam.*] In primo Suetonij commentario affatim annotauimus super pyrrhica, quam Pyrrhus in Creta primus inuenit. Strabo in 10. refert, pyrrhicam repertam fuisse à Pyrrhico, pro iuuenibus ad disciplinam militarem exercendis, cui subscribit Solinus hisce verbis: Pyrrhico repertore equestris turma creata, prima docuit lasciuas vertigines implicare: ex qua disciplina bellicæ rei vsus datus. Plato quoque lib. 7. de Legibus, pyrrhicam saltationem scienter graphicéque describit,

ostendens

ostendens saltationem bellicam rectè Pyrrhicen vocari: cuius motus à pacifico lõgè diuersus sit. & fermè omnes scriptores in hunc concinunt, vt pyrrhicam saltationem esse armatam memorent: quam Græco vocabulo enopliam vocant. Cuius meminit & Dionysius Halicarnasseus Antiquitatum volumine. Lucius verò nollet Græcanicæ pyrrhicæ appellatione intelligi vult tripudium saltatorium, ac gesticulatorium, deliciis voluptatibúsque meraciſſimis accommodatiſſimum. Illud hoc loco addendum est, pyrrhicarios dici saltatores pyrrhicæ, quorum mentio fit ab Vlpiano tit. de pœnis. *Ambitus inerrabant.*] circuitus & vertigines quales in ludo saltatorio subinde conspiciuntur. M. Tul. probro dat Gabinio, quòd saltatorium versaret orbem. Obiter annotandum, apud rhetores ambitum dici periodon siue circuitum, cui plurima nomina dat Cicero. A periodo febres periodicæ à Plinio, Galeno & cæteris dictæ, quæ certo circuitu siue ambitu reuertuntur: quales tertianæ sunt, & quartanæ. in Gymnicis certaminibus periodon vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit, à circuitu eorum spectaculorum. & maximum hoc decus erat hieronicarum, hoc est victorum in sacris certaminibus, vicisse periodo. *In quadratum patorem cuneati, & in caterua.*] Eleganter exprimitur forma pyrrhicæ saltationis, quæ modò orbicula rotunditate circumagitur, modò obliqua serie per manus connectitur, modò ad effigiem cunei figuratur. Patore, hoc est apertura, hiatúque quadrato. Cuneum dici instrumentum ad ligna scindenda accommodatum, nullus ignorat. Item in theatris ordines, vnde cuneatum theatrum dictum. Alibi quoque annotauimus, cuneum vocari globum militarem, quem simplicitas militaris porcinum caput appellat: cuius prima pars angustior, deinde latior procedit, & hostium ordines perrumpit. Excuneati vocabulo Apuleiano decenter dicti, qui in cuneo theatrali sedendi locum non habent, quasi extra cuneum exclusi. Discuneatæ à Plinio conchæ dicuntur, quasi immisso cuneo diductæ, patefactæque. Cuneati, qui in cuneo dispositi sunt, & cunei figuram repræsentant. Plinianum verbum est Cuneatur, pro eo quod est in cunei formam restringitur. Cuneatior figura dicitur à Liuio per vocabulum comparatiuum. *Dissidium.*] In saltatione ex disciplina saltatoria hoc persæpe fit, vt quodam quasi dissidio saltatores ab inuicem adiungantur, disseparentúrque, mox paulo manibus connexis conserti copulentur. In transcursu omittendum non est, quòd restim ducere in tripudiis dicuntur chori puerorũ puellarúmque manu conserti.

Digitized by Google

Quod intelligi voluiſſe Terentium minimè ambigimus, ſic ferè bonteim: Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis. A quibuſdam videtur id eſſe natum ab eo fune, quo introductus equus ligneus in Troiam ductus eſt, cum connexis manibus funem chori ſaltantes ducunt, de quo Virg. Funémque manu contingere gaudent. Nos verò ſimpliciter id dici putamus, cum hodiéque conſerti ſaltatores manibus connexis reſtim ducere dicantur in tripudio. Liuius lib. 27, hanc reſtem ſaltatoriam ſignat his verbis: Per manus reſte data Virgines ſonum vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. *Multinodes ambages.*] circuitus ſaltatorios & vertigines multinodes eleganti epitheto appellat, à nodatis manibus chori puellarum, puerorúmque, qui nodo quaſi quodam connexi ſunt, & conſerti inter ſe, dum motu pedum brachiorumque geſticulatione diſcurſant. *Tubæ terminalis cantus.* } Tuba ſignum datum eſſe ſignificat, quo geſtuoſa pyrrhica terminaretur. Cantus enim tubæ terminalis dicitur clangor, quo terminus imponitur tripudio & ſaltationi. Virg. Martemque accendere cantu. *Alueo ſubducto*] Corrige, aulæo. eſt enim ſenſus: Poſt peractam pyrrhicam ſaltationem ſubducta aulæa ſunt, & vela ſcenica complicata. vt apparatus fabulæ in ſcena diſpoſitus viſeretur. eſt enim mos, vt in actione fabularum theatricarum aulæis cuncta conteganiur, poſt quæ hiſtriones in operto conſiſtunt: mox cum tempus eſt agendæ fabulæ, aulea ſubducuntur, & in propatulo omnia conſpiciuntur. Scribit Porphyrio, quando ludi ſcenici dabantur, quòd aulæa ſuſpendi ſolebant, quæ in fine ludorum deponebantur. ex quo ritu eſt illud Horatianum: Si plauſoris eges aulæa manentis, & vſque Seſſuri. *Siparii complicitis.* } velis ſcenicis complicatis, contractiſque. Sic & in primo: Siparium ſcenicum complicato. vbi abundè de ſiparij.

Erat mons ligneus. } Extat libellus Luciani qui inſcribitur Δικῶν κρίσις, id eſt, iudiciũ dearum, vbi luculenter hoc totum Paridis iudicium explicatur, quod in hoc loco Lucius noſter in ſpectaculo publico

Erat mons ligneus, ad inſtar inclytæ montis illius quem vates Homerus Idæum cecinit, ſublimis inſtructus fabrica, conſitus viretis & viuis arboribus ſummo cacumine de manibus fabri fonte manante flunialis aquas eliquans. capellæ pauculæ tondebant herbulas, & in modum Paridis Phrygij paſtoris in barbaricis amiculis humeris defluentibus, pulchrè

pulchrè induſiatus adoleſcens aurea tyara contecto capite, pecuariam ſimulabat magiſterium. Adeſt luculentus puer nudus, niſi quod ephebia chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum, flauis crinibus vſquequaque conſpicuus, & inter comas eius aurea pinnula cognatione ſimili ſocietate prominebant, quem caduceum & virgula Mercurium indicabant. Is ſaltatoriè procurrens, maliunque bracteis inauratum dextra gerens, ei qui Paris videbatur porrigit, quæ mandaret Iupiter, nutu ſignificans: protinus gradus citulè referens, è conſpectu faceſſit. Inſequitur puella vultu honeſta, in dea Iunonis ſpeciem ſimilis: nam & caput ſtringebat diadema candida, ferebat & ſceptrum. Irripuit alia, quam putares Mineruam, caput contecta fulgenti galea, & oleagina corona tegebatur ipſa galea, clypeum attollens, & haſtam quatiens, & qualis illa cum pugnat. Super has introceſſit alia viſendo decore præpollens, gratia coloris ambroſei, deſignans Venerem. qualis fuit Venus, cum fuit virgo, nudo & intecto corpore perfectam formoſitatem profeſſa, niſi quod tenui pallio bombicino inumbrabat ſpectabilem pubem, quam quidem laciniam curioſulus venus ſatis amanter nunc laſciuiens reſlabat, vt dimota pateret flos ætatulæ: nunc luxurians aſpirabat, vt adhærens preſſulè, membrorum voluptatem gra-

actum eſſe deſcrib. Mythologi finxerũt tres dea, id eſt Mineruam, Iunonem, & Venerem, de formoſitate certantes: cum Mercurius pomum ad Paridem iuſſu Iouis detuliſſet iubens vt malum illud caperet, daretque pulchriori. Paris curioſe ſpectauit deas, audiuitque pollicitationes ſingularum: mox pomum Veneri quaſi calculum victoriæ dedit. Ferunt autem id malum fuiſſe aureum ſiue inauratum, & in eo inſcriptum: Hoc munus formoſior habeto. Philoſophi, quod & Fulgentius memorat, moraliter id interpretantes, tripartitam hominis vitam eſſe dixerunt: theoreticam, practicam, philargicam: id eſt, contemplatiuam, actiuam, voluptuariam. nomine Mineruæ contemplatiuã ſignificari, actiuam

Digitized by Google

Iunonis, voluptuariam Veneris. quarum iudicium ad hominem transfertur, cui liberum deligendi debetur arbitrium, vt ipse quam vitam sectari maximè velit, contemplatiuam in actiuam, an voluptuariam, pro arbitrio eligat. Eligitur autem pastor iudex, qui ad voluptatem magis, libidinémque visus intorqueat, quàm ad virtutem, quam Minerua, aut ad diuitias, quas Iuno promittit. Sed vt domum repetemus, docet Lucius noster, in fabula hac representanda, montem ex ligno in scena instructum esse, ad Idam significandam, in qua iudicium hoc peractum est. *Idæum cecinit, sublimi instructus fabrica.*] Ida mons est in Phrygia præconio Homeri nobilis, cuius cacumen Gargara appellant, de qua satis multa Strabo in 13. quam ait ab Ida, quæ in Creta est, nomen accepisse. *Consitus viretis.*] In scena effinguntur vrbes, montes, & loca, quibus res quæ agitur ex argumento fabulæ confecta memoratur. sic apud Plautum in Amphitryone, Thebæ: in Captiuis, Ætolia: in Menechmis, Epidaurus fabricantur. Vireta autem dicimus, virentiæ & viriditatis plena. Virg. Deuenere locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum. Homerus Idam vocat πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν. id est, multorum fontium & ferarum parentem. Strabo in 13. Multifontem propriè dici autumat, propter fluminum multitudinem, ex ea profluentium. Vbi autem rigua sunt, ibi species herbescentis viriditatis spectari solet. Aliàs pro viretis, directis legitur. *De manibus fabri.*] Architectus ita montem Idam in scena fabricauerat, vt ex fontibus aquæ fluuiales manere viderentur. *Capellæ tondebant herbulas.*] Peculiare caprarum est, vt fronde magis quàm herba vescantur: ideóque caprinum lac stomacho accommodatissimum creditur. Capras à carpendo dictas, auctor est M. Varro: qui ait, saliuam capræ venenum esse fructus oleacei: oleámque quam lambat capra, sterilescere. *Phrygij.*] Inscitia impressorum factum est, vt pro Phrygij, quod nullus ignorat, Phyrij imprimeretur: quæ dictio cassa est, & futilis, & iure Latij penitus excluſa. *Barbaricis amiculis.*] Phrygijs vestimentis. Amiculatos dicit Solinus, vestitos amiculo. Phryges Idæi inuenerunt vestes acu facere, ideóque Phrygiones appellati sunt earum vestium artifices. de quibus Plautus: Pallam ad phrygionem defert confecto prandio. Hinc ductum, opinor, est vocabulum vernaculum Phrygium, pro ornatu vestimenti,

phice laciniaret. Ipse autem color deæ diuisus in Speciem, corpus candidum quod cœlo demeat, amictus cærulus quod mari remeat.

magi-

magiſterio phrygionis concinnato, & arte confecto. Virgil. expreſſit barbaricum id genus amiculum, illo verſu: Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum. Hinc barbaricarij dicuntur, artifices ex auro & coloratis filis exprimentes hominum & animalium effigies in veſtimento. *Indúſiatus.*] cultus, ornatúſque. Relege quæ ſecundo Commentario de induſio & induſiatis copioſè diligentérque perſcripſimus. *Aurea tiara.*] Hieronymus in lib. ad Fabiolam, de veſte ſacerdotali, docet tiaram eſſe capitis tegumentum, quaſi ſphæra media ſit diuiſa: & pars vna ponatur in capite inſtar rotundi pileoli: quod & galerum vocant. dicitur maſc. genere, & fœminino; Virgil. in 7. Sceptrúmque, ſacérque tiaras. Vbi annotant grammatici, tiaram dici pileum Phrygium, ſed propriè fœminino genere dicitur hæc tiara: ſicut Iuuenal. & Phrygia veſtitur bucca tiara. Geſtamen eſt regum barbarorum: vnde à Sidonio dicti reges Tiarati, tiaram capite geſtantes. Suidas docet, Tiaram eſſe κόσμον ἐπικεφάλιον. id eſt ornamentum capitis, quam rectam ſoli reges geſtabant apud Perſas. Olim Xerxes Demarato Lacedæmonio permiſit petere quod vellet. ille petiit, vt Sardis maximam Aſiæ ciuitatem curru vectus intraret, rectam capite tiaram gerens: Quod ſolus (vt refert Seneca) datum eſt regibus. Græcè τιαροφόρος dicitur, tiaram ferens. Quidam tiaram alio nomine appellant κίδαριν, id eſt cidarim. Verùm Theophraſtus ait, cidarim à tiara differre. De cidari mentio multa apud ſcriptores. *Pecuarium magiſterium.*] & cum Paris fuiſſe paſtor dicatur, meritò ſcenicus ſuſtinens Paridis perſonam, ſimulabat magiſterium & diſciplinam paſtoralem vt verè Paris effingeretur. *Puer nudus.*] Mercurius ſignificatur. *Ephebica chlamyda.*] Veteres chlamyda & caſſida dixerunt recto caſu, quæ à nobis dicuntur chlamys & caſſis. quod docet Virgil. in 11. cum ait Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati Caſſida. Non placet Seruij interpretatio, qui exponit caſſida pro caſſis, tanquam accuſatiuum poſuerit pro nominatiuo. Melius Priſcianus, qui libr. 6. ſic refert. Hæc caſſis caſſidis, quod etiam hæc caſſida declinatur. vbi citat Virgilianum hoc teſtimonium. eſt autem chlamys, ſiue chlamyda, veſtis nomen notiſſimum, Græcè χλαμύδιον dicitur chlamydula, quaſi parua chlamys. Apud iuriſconſult. inter puerilia veſtimenta chlamydes numerantur. Chlamys (vt inquit Caſſiodorus in epiſtolis) veſtis eſt militaris, quod & Plaut. indicat, qui chlamydatum militem nominat, qui militarem habitum deſcribens: Opus eſt (inquit) chlamyde & machæra & petaſo. Suidas prodidit, Numam Pompiliũ

Romanorum regem primum vſum chlamydis intuliſſe Romanis,cum id genus veſtimenti à legato Iſaurorum accepiſſet. prouerbium apud Græcos ὁ συλοσῶντος χλαμύς, Syloſontis chlamys,de his qui precioſa veſte ſuperbiunt. Syloſon enim dicitur habuiſſe veſtem precioſiſſimam,quam Dario adhuc priuato deſideranti dono dederit, qui mox rex factus liberalitatem Syloſontis veſtiariam regni remuneratione eſt proſequutus. Ephebica autem chlamyda ſignificatur chlamys puerilis, qua ephebi induuntur. Qui ſunt ephebi, qui exephebi,docet Cenſorinus. Ephebium in palæſtra exedram eſſe ampliſſimam, qua ephebi exercebantur, teſtis eſt Victruuius in 5, Hoc ſignatu intelligendum illud ex lib.2.Machab. Gymnaſium & ephebiam ſibi conſtituêre. *Aureæ pinnæ.*] Plauti Mercurius pinnulas in galero geſtare ſe teſtatur,illo verſu: Ego has habebo vſque in petaſo pinnulas.vbi petaſus non tam pro alato calciamento accipi videtur,quàm pro galero,vnde petaſati dicti pileati ſuper quo apud Sueton.in 2.Commentario copioſius. Quòd autem Mercurius pinnulas geſtet in capite & in talaribus,cauſam refert Auguſtinus in 7.Nam cum Mercurius deus ſermonis ſit,ſermonem volaticum eſſe pinnæ ſignificant. Lucius quoque noſter in Apologia Mercurium deſcribens, inquit : En vide vt in capite criſpatus capillus ſub pilei vmbraculo appareat, quam lepidè ſuper tempora pares pinnulæ emineant, quàm autem feſtiuè circa humeros veſtis ſubſtricta ſit.Fulgentius Placiades pennata quidem talaria Mercurio aſſignat, quod negociantium pedes vbique pergendo quaſi pennati ſint. De pinnulis verò galeri nihil meminit:nec mirum,cum inter ſcriptores non tã claſſicos quàm proletarios ſit numerandus: in cuius mythologiis naſutiores multa probant,plura improbant. Quòd verò Fulgentium quandoque dixi fuiſſe apprimè doctum, id feci , quod à diuo Hieronymo fieri video,qui eoſdem ſcriptores modò laudat, modò taxat,prout laudari taxarique merentur. Nemo enim tam malus ſcriptor , vt non aliqua ex parte laudem doctrinæ mereatur. *Societate.*} Lego,ſociatæ:id eſt copulatæ,connexæque.*Caduceum.*} Nil notius eſt, quàm cum caduceo fingi pingique Mercurium: vnde & caducifer à poetis dictus. Ægyptij caduceum , ſpecie draconum maris & fœminæ coniunctorum figurauerunt qui parte media voluminis ſui inuicem nodo Herculaneo obligantur,caudæ reuocantur ad capulum caducei,ornanturque alis ex eadem capuli parte naſcentibus.Argumentum caducei ad genituram hominum pertinere autumant & hoc verius,quàm quod à Fulgentio traditur:qui virgam ait ſerpentib.nexam ob hoc addici

dici Mercurio, quòd mercatoribus det aliquando regnum, vt ſceptrum: & vulous, vt ſerpentium. Pli. noſter lib. 29. auctor eſt, caduceum fieri circundata effigie anguium in pacis argumentis, cõplexu draconum, efferatorúmque concordia. Homerus lib. Iliados nouiſſimo Mercurio dat καλὰ πέδιλα, ἀμβρόσια χρύσεια. id eſt, talaria pulchra, immortalia, aurea. dat & ῥάβδον, id eſt virgam, τῇ τε ὄμματα θέλγει, qua hominum oculos ſomno demulcet, & ſomnolentos excitat. quod totum ex archetypo Homerico mutatus eſt Virg. in 4. Æneidos. *Malum inauratum.*] Docet Plin. in 33. chryſocollam in vſu eſſe artificum, auro agglutinando; vnde & nomen accepit. Cum æra inaurantur, ſublinitur argentum viuum, quia bracteas pertinaciſſimè retinet: verùm pallore detegit, ſi ſimplices aut prætenues bracteæ ſint. ſic autem appellantur folia auri. Nam nullum aliud metallum laxius dilatatur, aut numeroſius diuiditur vtpote cuius vnciæ in ſeptuagenas & quinquagenas pluréſque bracteas, quaternúmque vtrinque digitorum diſpergantur. Craſſiores bracteæ Prænestinæ vocantur. inde bracteatum dictum, pro eleganti & aureo ponitur. inde & bractearij inauratores eleganter appellantur. ſcribit Iulius Firmicus, Quicunque habuerit horoſcopum in 17. parte ſcorpij, erit aurifex, inaurator, bractearius. Eoſdem aliubi bracteatores appellat. Ex eodem genere ſunt & qui emplaſtores nominantur, ab emplaſtro ſcilicet glutinandi. *Quæ mandaret Iupiter.* } Apud Lucianum in iudicio Paridis ait Mercurius ad Paridem, σὺ δ' ὦ πάρι καλὸς μὲν εἶ, ἐπῳδὴ καλός τι καὶ τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι τῶν θεῶν. id eſt, ô Pari iubet te Iupiter, cum pulcher ſis, & amatoria calleas, iudicare inter deas de formoſitate. Ait Fulgentius, ideò Iouem noluiſſe iudicare, ídque iudicium ad hominem delegaſſe, vt in libertate arbitrij conſtitutus homo videretur, cui optio eſſet eligendi quam vellet ex tribus viuendi conditionem, ſiue contemplatiuam, ſiue actiuam, ſiue voluptariam. *Citulè.*] velociter, pernicitèr. *Faceſſit.* } abijt. *Stringebat diadema candida.* } Attende inuſitatam declinationem, priſcis tamen vſitatam, vt diadema fœminino genere, ex formula primi ordinis vſurpetur: hæc diadema, diademæ. Antiquiſſimi enim priſci talia ſecundum primam declinationem protulerunt, & generis fœminini, vt Plautus in Amphitryone: Cum ſeruili ſchema; pro ſchemate. vt Valerius in Phormione: Quid hic cum tragicis verſibus & ſyrma facis? pro ſyrmate. Conſimiliter Pomponius in ſatyra: Cuiuſuis leporis liber diademam dedit: pro diadema. Cęterùm paſſim hoc diadema diadematis declinatur, ex ritu Græcorum, qui

dicunt τὸ διάδημα, τοῦ: & vt ſcribit Suidas, διάδημα ἐστὶν τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα. id eſt diadema eſt regium indumentum, ſiue corona. Dicitur autem diadema à verbo Græco διαδέω, hoc eſt circunligo. Eſt enim faſcia candida, quæ capiti regis. ſiue reginæ circunligatur. Hoc regium inſigne primus inuenit Liber pater, Plinio teſte: Plura ſuper diademate annotaui in primo Suetonij commentario. hinc diadematus dicitur diademate coronatus, vittatuſque: quo cognomine vnus in gente Metellorum inſignitus eſt, quem Diadematum vocant. Ad hoc viri docti illud Plinianum ex 7. referunt, qui hoc dicebat: Iam Balearicis & Creticis diadematis, iam Macedonicus ipſe. ego verò enarrans Plinium aſſerui, diis hominibuſque fauentibus, legendum eſſe Dalmaticis: vt ſit ſenſus Plinianus illuſtris ſanè; & hiſtoricus. Metellus Macedonicus dicebat filiis, vt celebrarent exequias Scipionis: & quibus filiis? nimirum glorioſis, quorum vnus Balearicus, alius Creticus, tertius Dalmaticus cognominabãtur, cognominib. merito parcis: cum Baleares, Cretam, Dalmatiã ſinguli deuiciſſent: & quia conſtat de Balearico, & Cretico, ambigitur autem de Dalmatico, audi quæſo quid ſcribat Pedianus Aſconius: Ædem Caſtoris de manib. Lucius Metellus erexit, qui Metellus ſubactis Dalmatis Dalmaticus appellatus eſt. In Epitome quoque Liuiana libro 62. ſcriptum legimus: L. Cecilius Metellus Dalmatas obſedit. Iuno autem (vt ad fabulã redeamus) Iouis ſoror, & coniunx, cum regina cœlicolarum ſit, meritò diademata figuratur, & ſceptrum ferens. Mythologi Iunonem actiuæ vitæ præpoſuerunt, quæ à iuuando dicta eſt. ideo regnis præeſſe dicitur, quòd hæc vita diuitiis tantum ſtudeat: ideo cum ſceptro pingitur, quòd diuitiæ regnis ſint proximæ. Eſt autem ſceptrum, vt Græci dicunt, βασιλικὴ ῥάβδος, id eſt, virga regia & inſigne dominantis. σκηπτόχους ἢ σκηπτοφόρους, id eſt, ſceptrigeros reges appellant. *Oleagina corona.* Meritò & ſcitiſſimè dixit, corona oleæ Mineruam coronari, quoniam eius arboris inuentrix fertur, iuxta illud poeticum: Oleæque Minerua inuentrix. Athenæ (vt Plin. tradit) victores olea coronant. Mart. Capella, oliuam ideo Palladi conſecratam dixit, quòd diſciplinæ, quarum illa dea eſt, lucubrationibus & oleo lucernarum perdiſcuntur. ſic enim inquit in hymno: Hinc nam vernicomæ frondent tibi munera oliuæ, Ars & cura vigil per te quo diſcat oliuo. Eidem datur clypeus, ſapientia quòd regat orbem. Armatam fingunt, quòd prudentia munita ſit: nam galeam cum criſta dant: vt ſapientis cerebrum ſignificetur armatum & decorum. haſtam vibrat acuræ cuſpidis, ad acumen ingenij penetrabile demonſtrandum. caput Meduſam

ſam ſaxificum geſtat in pectore: quòd ſtupet ſapiens ſolertia vulgus. Illud cumprimis notabile, quòd ex vertice patris natam trauunt, ſine matris officio: vt indicio ſit, in fœminis non eſſe conſilium, neque prudentiam. Martiani verſus ille eſt memoratu dignus: Hinc de patre ferunt ſine matris fœdere natam, Prouida conſilium quod neſcit curia matrum. In huius etiam tutela noctuam noctiuolam eſſe volunt, propterea quòd ſapientia etiam in tenebris proprium fulgorem poſſideat, & quò vigil inſomnes ducat ſolertia curas. Græco vocabulo Tritogenia appellatur, quoniam ex prudentia tria gignuntur: bene cogitare, bene dicere, benefacere. Apud Lacedæmonios celebratur Minerua cognomento Chalciotis, ſiue chalciœcus, hoc eſt, χαλκιοῖκος: ſic nũcupata a tẽplo æneo, cuius Liuius, Probus, Plutarchus, Thucydides commeminere: de qua ſic ſcribit Suidas: χαλκιοῖκος ἡ ἀθηνᾶ ἐπὶ σωφρο νῶ, ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν. ἢ διὰ τὸ τοὺς χαλκιδῆς τοὺς ἐξ εὐβοίας φυγάδας αὐτὴ κτίσαι. id eſt, Calciœcus Minerua Spartæ colitur, vel quia habet templum æneum: vel quia Chalcidenſes exules ex Euboia id condiderunt. *Præpollens.* } valde pollens, potenſque. *Nudo & intecto corpore.* } Praxiteles, qui marmoris gloria ſuperauit etiam ſemet, fecit Venerem nudam, emerunt Cnidij, illo ſigno haud dubiè nobilitati: cum multi, vt Venerem Praxitelicam viderent, nauigauerint Cnidum. Ferunt amore captum quendam, cum delituiſſet noctu, ſimulachro cohæſiſſe, eiúſque cupiditatis extare indicem maculam. Venus (vt interpretatur M. Tul.) ex eo dicta eſt, quòd venit ad omnia: quam nudam fingunt, quòd libidinis crimen nunquam celatum ſit, vel quòd nudis maximè conueniat. Græcè dicitur ἀφρόδιτη, à ſpuma, quòd concitatio ipſa ſeminis ſpumoſa ſit: &, vt auctor eſt Ariſtoteles lib. 2. de Animalium generatione, deam quæ rei Veneriæ præeſt Aphroditem nominauerunt, ob naturam ſpermatis, id eſt, genituræ ſpumoſam. *Inumbrabat.* } Meritò inumbrabat dixit, cum tenuiſſimo velamine non tam pubes tegeretur, quàm inumbraretur. De bombice, & veſte bombicina, aliubi ſatis multa. *Curioſulus ventus.*] Non inuenuſtè refert ventum quoque ipſum, quaſi amaſium, veſtis laciniam reflaſſe, reiecíſſeque ſuo ſpiritu à corpore Veneris, vt flos ille expetitus omnibus eſſet in propatulo, dimota pallij bombicini lacinia. *Nunc luxuriam aſpirabat.*] Purior lectio, luxurians aſpirabat. & eſt ſenſus: Modò ventus reflatu ſuo veſtem dimouebat, nudabátque Veneris genitalia: modò afflatu luxurianti exuberantíque applicabat, adeò vt pallium illud bombicinum adhæreſceret corpori deæ, & decẽter obumbraret integerétq; domicilium voluptatis.

etenim voluptas ſedem habet in membris genitalibus,& (vt inquit Ouidius: Illo crede mihi Gratia nata loco eſt. Scitè autem venuſtéque dixit membrorum voluptatem, intelligi volens genitalium.nam membra (vt ſuprà diximus) genitalia ſignificantur.inde illud,Membroſior æquo.& illud in ſerio opere,Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem. in quo Anneus Cornutus membra accipit,pro obſcœnis. *Graphicè.*] decenter, venuſtè,concinnitur,quaſi expicturæ venuſtate. verbum Græcum eſt γράφω,quod ſignificat pingo,ſcribo. vnde grapheus pictor, & graphis pictura dicta: qua quidem' linearem propriè ſignificari prodiderunt. Plinius noſter in trigeſimo quinto:Alia multa graphidis veſtigia extant.idem mox paulò, antigraphicen picturam interpretatur, quam pueri ingenui in Græcia ante omnia docebantur. Victruuius in primo: Architectum oportet graphidis ſcientiam habere. Ab eadem origine eſt graphium pro ſtilo, graphiarium pro theca repoſitorioque graphiorum: graphicus homo pro abſoluto, & quaſi pictoris manu expolito:& graphicè aduerbium,pro politè,elegánter,condecorè.graphicotera quoque per comparatiuum dicta, abſolutiora, elegantioraque. A. Gellius in nono ſic refert: Laberius poeta in mimo quem inſcripſit Rectorem,verſibus quidem ſatis mundè atque graphicè factis deſcripſit. *In Speciem.*]in pulchritudinem. Apud Græcos γραφή,id eſt Graphe, dicitur accuſatio, & (vt inquit Suidas) nomen eſt cuiuſdam publicæ accuſationis. *Laciniaret.*] à lacinia ductum verbum, quaſi inflexu laciniæ inumbraret. *Amictus cæruleus.*]Veneri datur veſtis cærulei coloris,qui eſt thalaſſicus,id eſt,marinus color:ex mythicorum fictionibus, qui tradunt Saturnum abraſiſſe Cœlij patris pudenda, illiſque in mare deiectis Venerem procreatam. Apud Auſonium diſtichon eſt de Venere ſcitu dignum,quod ſubſcripſimus: Orta ſalo,ſuſcepta ſolo,patre edita Cœlo. Æneadum genitrix hic habito alma Venus.

Obibant.] adibant, circuibántque. *Caßides orbatæ.*] Nouè dictum orbatæ, pro orbiculatæ,ab orbe & rotunditate. talis enim eſt caſſidũ forma. Quidam legunt obbatæ,

Iam ſingulas virgines quæ deæ putabantur, ſui obibant comites: Iunonem quidem Caſtor & Pollux, quorum capita,caßides orbatæ ſtellarum apicibus inſignes contegebant. Sed & iſti Caſtores erant ſcenici pueri, hæc puella varios modulos laſciua concinente tibia procedens quieta & inaffectata geſti-

culatione, nutibus honestis pastori pollicetur. si sibi præmium decoris addixisset, sese regnum totius Asiæ tributuram. At illam, quam cultus armorum Mineruam fecerat, duo pueri minitabant, prætoris deæ comites armigeri, Terror & Metus, nudis insultantes gladijs. At postè tergum tibicem hortatum canebat bellicosum, & permiscens bombis grauibus tinnitus acutos, in modum tubæ saltationis agilis vigorem suscitabat. Hæc inquieto capite, & oculis inspectu minacibus, citato & intorto genere, gesticulatione alacri demonstrabat Paridi, si sibi formæ victoriam tradidisset, fortem, tropheisque bellorum inclytum suis adminiculis futurum. Venus ecce cum magno fauore cauea in ipso medio theatrali scenæ circumfuso populo latissimorum parunorum dulce sobridens, constituit amœnè illos teretes & lacteos puellos diceres tu Cupidines veros de cœlo vel mari commodum inuolasse. Nam & pinnulis & sagittulis, & habitu cætero formæ præclaræ congruebant: & velut nuptiales epulas obturæ domine, coruscis prælucebant facibus & instituunt innuptarum puellarũ decoræ soboles. Hinc Gratiæ gratissimæ, inde Horæ pulcherrimæ, quæ iaculis floris serti & soluti deæ suæ propitiantes, festissimum constituerunt chorũ dominæ voluptatum Veris coma blandiẽtes. Iam tibiæ multiforabiles cantus Lydios

vt cassides bono epitheto obbatæ dicantur, à similitudine obbarum. sunt autem obbæ vasa potoria, galearum similitudine M. Varro: Vtrum meridie an vesperi libentius ad obbam accedas. Sessilẽ ad figuram obbam dixit Persius, illo versu: Exhalet vapida laxum picce sessilis obba. Quidam emendant cassides orbiculatæ, vt dictio sit illustrior, & intellectus manifestior. *Stellarum apicibus insignes.*] Ex historia Argonautarum sumptum, qua proditur, Argonautis magna tempestate periclitantibus, salutémque desperantibus. Orphea soluni vota pro salute omnium Samothracibus diis feciſſe: extemplóque tempestate sedata, stellas duas supra Castoris & Pollucis capita cecidisse. vnde factum est, vt Ga-

dulciter consonant, quibus Spectatorum pectora suaue mulcẽtibus, longè suauior Venus placidè commoueri, cunctantique lentè vestigio, & leuiter per fluctuantes pinnulas, & sensim annutante capite cœpit incedere, mollique tibiarum sono delicatis respondere gestibus, & nunc mitè conniuentibus. nunc acrè cõminantibus gestire pupilis, & nonnunquam saltare solis oculis.

stor & Pollux imo carẽtur à naurigãti bus, insignitẽtúrq; stellarum apicibus. præterea Seneca & Plin. auctores sunt, apparere in magna tẽpestate stellas, quibus adiuuati se tunc periclitantes existimant, quas vocant Castores, Castoris & Pollucis numini assignantes, cum solitariæ venerunt, graues sunt mergentésque naufragia: geminæ autem, salutares, & prosperi cursus prænunciæ. Cum autem in aere qui medius inter lunam & terram est, appareant huiuscemodi Castores, scienter videtur Luc. noster eos assignasse comites Iunoni, quæ aer est, vel aeris numen. Illud adde, quod antiqui pilea Castori & Polluci dederunt, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis militare mos est. Hinc Catullus, pileatos fratres dixit, ædem Castoris atque Pollucis intelligi volens. Astrologi geminos in cœlo Castorem & Pollucem esse dixerunt, quos demonstrant omnium fratrum inter se amantissimos fuisse. Dij Samothraces, de quibus apud eruditos frequens mentio, quorum poeta Satyricus meminit, putantur esse Castor & Pollux: Græci Dioscuros vocant. Ælianus ait, figurari iuuenes magnos, imberbes, consimiles, chlamydatos, ex humeris habentes gladios, qui & manibus hastas teneant. Annotandum, quòd cum scriptores omnes consono ore sidus Castorum salutare esse dicant nauigantibus, vnus est Fulgentius, qui (vt in plerisque alijs, ita in hoc quoque) à cæteris dissentiat, nouitate opinor aliqua gloriolam captans: scribit enim in Mythologiis, Castorem & Pollucem esse symbolum perditionis, & in mari signa Castorum creare pericula. Etymon quoque nugatorium commentus, ait Pollucem dici ἀπὸ τῆ̃ πολλυμῆναι, id est, à perdendo: Castorem verò, quasi κακὸν ὕστερον, id est, malum extremum. *Inaffectata gesticulatione.*] incuriosa, & penè negligente. Dicitur affecta gesticulatio, quæ diligenter fit, & curiosè: cui dissimilis erat hæc, qua Iuno ad Paridem accessit. *Safe regnum tributuram.*] Apud Lucianum sic inquit Iuno: *Εἰ γάρ μοι τὸν πάριν δικάσεις καλὸν ἀποφήνας ἔσῃ τῆς ἀσίας δυνάστης.* i. Si me ô Pari pulchram esse iudicaueris, te dominum totius

Asiæ

Asiæ constituam. Meritò autē Iuno se regna tributuram pollicetur, quia regnis præesse dicitur. Vnde & cum sceptro pingitur, in cuius tutela pauonem ponunt: quod omnis vitæ potentia petax, in aspectum sui semper quærat ornatus. Apud Ouidium sic inquit Paris: Regna Iouis coniunx, virtutem filia iactat. & in epistola Helenæ sic scriptum est: Vnáque cum regnum, belli daret altera laudem: Tyndaridis coniunx, tertia dixit, eris. *Addixisset.*} tradidisset, adiudicasséque. *Præliaris deæ.*] Dea præliaris dicitur Minerua, quæ & bello & artibus præest: præliarem quoque deam accipimus Bellonam, quæ soror Martis esse dicitur. *Terror & metus.*] Canit Statius Papinius, armigeros Martis esse furorem, iram & pauorem. sic enim scribit in tertio Thebaidos: Comunt furor iráque tristes, Frena ministrat amens pauor armiger. Græci poetæ equos Martis appellant δεῖμὸν καὶ φόβον: id est, pauorem & terrorem. quod & nostri memorant, & decenter expressit Valer. Flac. illo versu: Terrórque pauórque Martis equi. & profectò conducenter terror ac metus armigeri siue equi assignantur deo bellatori, & deæ præliari: quoniam bella sunt terrifica, & pauoris plena. *Ponè tergum.*} à tergo, post tergum. *Hormum canebat bellicosum.*] ὁρμάω verbo Græco dicitur impetum facio, & ὁρμὴ impetus & perturbatio: inde hormum canticum dictum impetuosum, & alacritati bellicæ accommodatum. Verùm ego existimo legendum esse orthium. est autem orthrium (vt docet Dion) carmen Palladis, bellici ardoris incentiuum. Quod Timotheus arte musica celebratus, cum aliquando peritè admodum modularetur, ferunt Alexandrum magnum tanquam numine quodam correptum, mox ad arma prosiluisse. adeò regem illum musici cantus vehementia concitauerat orthrij carminis: Herodotus, Gellius, & cæteri meminere. Quod & olim Arion quoque voce sublatissima cantauit, cantúque peracto sese procul in profundum eiaculauit: vbi à delphine exceptus euasit incolumis. apud Suidam lego, ὄρθιον esse νόμον κιθαρῳδικὸν: id est, legem citharœdicam. à quo etiam memoratur ὀρθιος νόμος κιθαρῳδικὸς τῆς ἁρμονίας. Itaque orthrium, & orthium, pro cantico & lege citharœdicæ harmoniæ. *Bombis grauibus*] Ex acutis & grauibus sonis fit concinentia, musicúsque concentus, per foramina tibiæ patentiora acutior, per angustiora grauior sonus emittitur. bombum autem sonum dici, nemo est qui nesciat. Ennius sonum pedum dicere volens, bombum pedum dixit. In hanc sententiam ait in Floridis: Acuto tinnitu & graui bombo concentum musicum miscuit. *In modum tubæ.*} Est quædam tibia (vt inquit Horatius) tubæ æmu-

la,quà Dorium bellicoſum canitur. *Intorto.*} flexuoſo. *Fortem futurum.*[Pallas cum armorum & virtutis dea ſit, ſcitè fortitudinem atque trophæa bellicæ victoriæ inſignia Paridi pollicebatur. *Adminiculis.*]auxilio & ope.adminiculator, dicitur opitulator.M.Tul.auctore Gellio, vſus eſt in ſtudiis diſciplinarum, adminiculatore liberto. *Caueæ.*} theatri. *Mediusfidius.*}medio, vt antè diximus. *Populo parvulorum.*] Significat, in comitatu Veneris fuiſſe Cupidinum turbam populoſam, quos poetæ (vt aliubi quoque teſtatum eſt)innumeros fingunt. Arceſilaus ſculptor fecit marmoream leenam, aligeróſque ludentes cum ea Cupidines: quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere,alij calciarent ſoccos, omnes ex vno lapide. *Dulcè ſubridens.*] dulciter,amabiliter:& cum moderatione ridens. Sub enim(vt ſæpe dictum eſt) ſignificat temperamentum. Modicus autem riſus decet Venerem, & venuſtam quoque fœminam. Hinc præceptum illud roticon: Sint modici riſus, paruæque vtrinque lacunæ. *Teretes.*] habentes membra teretia, & ſuculenta: qualis habitudo Cupidines decet. Horat.teretes ſuras probat in fœmina,cum ait: Brachia & vultum teretéſque ſuras Integer laudo.Teres autem rotundum in longum dicitur. idem Horat.in Epodo,teretem puerum appellat, quem intelligi vult ſpecioſum,habentem crura brachiáque teretia.*Commodùm inuolaſſe.*] eo ipſo tempore euolaſſe. Aliàs inuolare dicimus furtari,quaſi vola manus furtim ſubtrahere.aliàs inuolare, cum violentæ manus in aliquem diriguntur.Virg. volare poſuit pro ambulare,eo verſu: Paſcentes illæ tantum prodire volando. vbi Donat.exponit volando, pro ambulando. *Pinnulis.*] Cupidines aligeri & ſagitiferi pinguntur,vt antè dictum eſt. *Obituræ domus.*]id eſt,Veneris adituræ,paſturæ, ſuſcepturæ. Potes legere Obituri:hoc eſt, ipſi Cupidines adituri velut nuptiales apulas dominæ Veneris, faces flammas coruſcantes præferebant, ex ritu moréque nuptiali. namque apud veteres quinque faces in nuptiis accendebantur. Cauſam refert Plutarch. in problematis,& nos in oratione nuptiali diligenter perſcripſimus. Spinam nuptiarum facibus auſpicatiſſimam eſſe,auctores ſunt Plin. & Maſſurius: quoniam inde fecerint paſtores qui rapuerunt Sabinas.Hinc illud Catullianum: Spineam quære tedam.Pleriique falſo legunt pineam. Pueri tres patrimi & matrimi, hoc eſt habentes patrem & matrem, adhibebantur in nuptiis:vnus, vt faceem præferret ex ſpina alba:duo, qui nubentem tenebant. *Influunt.*]inſtar fluenti & vndæ ſtipantes Venerem,incedunt. *Gratia gratiſſimæ.*] Comites Veneris Gratiæ, quas Charitas vocant.

Quod

Quod & Fulgentius refert, nec immeritò. Quid enim ſine Venere gratioſum, quid iucundum, quid amabile eſſe poteſt? De Gratiis ſuprà diximus abundè, Apelles dicere ſolebat, vnam illam Venerem deeſſe cæteris pictoribus, quam Græci Charita vocant: ea ſoli ſibi neminem parem. *Horæ pulcherrimæ.*] Quid horas deas celeres commodiſſimo epitheto appellat, quas non inſcitè tradit iungere equos ſolis ad currum, quas Homerus cœleſtis aulæ cuſtodes eſſe narrat. Iuuentutis quoque dea apud priſcos vocatur Hora, quam Quirino iungunt. de qua Ouidius: Horámque vocat, quæ nunc quoque iuncta Quirino eſt. & Ennius: Te Quirine pater veneror, Horámque Quirini horus apud Ægyptios vocatur Sol, ex quo & Horæ nomen acceperunt. Quatuor quoque tempora quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur. auctore Macrob. *Iaculis floris ſerti.*] iaculationibus florum contextorum, ſolutorúmque. Dicit autem horas eiaculaſſe flores partim ſolutos, partim ſertos atque contextos. ſingularis numerus pro plurali: nam ſertus flos & ſerta corona dicitur à ſerendo. in 21: Cum verò à floribus fierent ſerta: à ſerendo Seruiæ appellabantur. Lucian. Sertas nardo florente coronas. Serilla veteres dixerunt nauigia, quæ lino ac ſparto condenſantur: à conſerendo & contexendo dicta. Quidam ſerilia ſpartea apud Pacuuium exponunt, pro funiculis qui ſparto conſeruntur. Sertores quoque dici inuenio, eos qui aliquid ſererent, quos nonnulli pro aſſertoribus vſurpant. *Dominæ voluptatum.*] Veneri. *Veris comæ.*] herbis & floribus. quid enim aliud eſt coma veris, quàm flos & frondes? Elegantèr Papinius dixit, crinitur arbos, pro frondeſcit floreſcítque. Flos eſt plenis veris indicium, & gaudium arborum. detrahe veri frondes & flores, caluum & caluitio deformatum videri poterit. Conſimiliter A. Gel. volumine duodeuigeſimo: Comas (inquit) arborum lætiſſimas, vberrimóſque vitium palmites decidit. *Tibiæ multiforabiles.*] A multitudine & numero foraminum multiforatilis tibia dicta. Apud antiquos tibia tenuis fuit, quatuor tantum foraminibus diſtincta: tales in templo vidiſſe ſeſe refert. M. Varro. de hac tibia intelligit Horat. in Arte poetica: Tenuis ſimplex quæ foramine pauco, Aſpirare & adeſſe choris erat vtilis. Præterea tibiæ aut Seranæ dicuntur, quæ pares & æquales habent cauernas: aut Phrygiæ, quæ ſunt impares, inæqualibúſque foraminibus. Tibia Phrygia dextra vnum habet foramen, ſiniſtra duo: quorum vnum acutum reddit ſonum, alterum grauem. Tibiæ ſacrificæ ex buxo fiunt, vt docet Plinius: ludicræ verò ex loto, oſſibúſque aſininis, & argento-

Tibialem calamum auleticon vocant:Græcè enim αὐλὸς tibia eſt. Inter genera tibiarũ ſunt præcentoriæ,quib.in ſacrificiis præcinũt ad puluinaria:ſunt & puellatoriæ,quib.à ſono clariore vocamẽ datur. quaſdã veſcas vocãt,quæ multiforatiles ſunt,gigrinę nominantur : quæ licet ſint , ſubtilioribus modis tamen inſonant.à priſcis tibicen dicebatur gigeriator & ſubulo. Alibi docuimus, ſubulones quoque dici ceruos, quorum cornua ſunt ſimplicia. Ante Hiagnim Marſiæ tibicinis patrem, rudibus adhuc muſicæ ſeculis, in vſu fuit ſimplex tibia. hic primus duas tibias vno ſpiritu animauit:quamuis Plin.Marſiam dicat geminas inueniſſe. primus enim multiforatili tibia,ſiniſtris & dextris foraminibus diſtincta,acutis grauibúſque ſonis concentum muſicum miſcuit. *Cantus Lydios dulciter conſonant.*]Amphion Lydios modulos primus inuenit:Dorios Thamyras Thrax: Phrygios Marſias Phryx. Ariſtoteles in 8. Politicorum Lydiam muſicam flebilem eſſe,& querimoniis accommodum, docet.Quod &Lucius noſter indicat, qui in Floridis Lydium querulum appellat. Plato quoque lib.3.de Republica, harmonias Lydias querulas eſſe,eáſque inutiles etiam mulieribus, nedum viris refert. Hic autem Lydios accipimus pro muſicos & voluptarios, quales in feſtiuitate Veneria & ſaltationibus ludicris ſolent adhiberi.ſiquidem Lydium melos(auctore Caſſiodoro) oblectationibus animorũque remiſſionibus eſt accommodatum,cuius verba in epiſtolis ſubſcripſi, Tonos muſicos deſcribentia,quæ ſunt hæc: Dorius tonus prudentiæ largitor,& caſtitatis effector eſt : Phrygius pugnas excitat, votum furoris inflammat: Æolius animi tempeſtates tranquillat, ſomnúmque iam placatis attribuit:Aſius intellectum obtuſis acuit, & terreno deſiderio gratis cœleſtium appetentiam bonorum operator indulget. Lydius contra curas animæ tædiáque repertus, remiſſione reparat, & oblectatione corroborat : hoc ad ſaltationes ſeculum corruptibile flectens, honeſtum remedium turpe fecit eſſe commercium. hactenus Caſſiodorus. *Cunctantique lenta veſtigio.*] Lentus inceſſus, & cunctabundus decet matronam deam.vnde nunc ſcitiſſimè Venus inducitur lenta, & tardigrada , veſtigio ſuſpenſo & molli. verùm ſicut inceſſus in matrona decorus , ita in viro erubeſcendus eſt : vnde Seneca, caſtigator morum ſeueriſſimus, ſanctè & grauiter ſcribit libr.vltimo Quæſtionum naturalium, verba hæc: Tenero & molli greſſus ſuſpendimus gradum : non ambulamus, ſed incedimus. Seruius grammaticus exponens illud Virgilianum, Aſt ego quæ diuûm incedo regi-

na: Incedere (inquit) propriè est nobilium personarũ. Qui nascuntur orientib. Pleiadib. hi molliter ambulant, vestigiaque suspendũt: pœniteat eos, quòd viri nati sint. *Per fluctuãtes pinnulas.*] Venus inter pinnatos Cupidines, quorum pinnulæ leniter fluctuabant, cœpit incedere. *Respondere gestibus.*] Significat deam gesticulatam esse motu corporis, prout tibiarum sonus saltationem variabat.

Gestire pupulis.] Sensus est: Venus modò oculis mitibus & tranquillis blandiebatur, modò fulminantibus minacibúsque gestiebat. indicia enim animi maxima sunt in oculis, qui moderationis, clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristiciæ, læticiæ indices sunt: & (vt Plinij verbis vtar) contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, summissi, blandi, profectò in oculis animus inhabitat. media eorum natura cornea fenestrauit pupillã, in qua vis vidẽdi inest: aliis nigra, aliis rufla, aliis glauci coloris. Ab oculo, oculissimum dicitur, pro carissimum: & oculitus aduerbium, quo significatur tam carum esse quàm oculum. *Saltare solis oculis.*] Decenter dictum de Venere, cuius oculi mobiles, lubrici, versatiles, quasi saltare videbantur. Tales oculos in fœmina amorabunda probare solemus: & cum aliæ saltent pedibus in chorea, & motu corporis gestiant: Venus oculis ludibũdis saltatorium munus implebat. Poetæ Minervæ flauos oculos dant: vnde Glaucopis poetico Græco epitheto dicta. Veneri verò petos assignant, quòd carminis obscœni testimonio notissimum est: Minerua flauo lumine, Venus peto. Peti autem oculi dicuntur, leniter declinati, & cum venustate: homines quoque petos vocant ab huiusmodi oculis. Horatius Strabonem appellat petum. Plinius petos dicit esse, quorum oculi deprauati sint: quod ita intelligimus, deprauatione vitióque non inamabili. Verba Plinij hæc sunt ex 11. Vni animalium homini oculi deprauantur, vnde cognomina Strabonum & Petorum.

Hæc vt primùm ante iudicis conspectum facta est, visu brachiorum polliceri videbatur, si fuisset de aliis cæteris antelata, datúram se nuptam Paridi forma præcipuam suique consimilem. Tunc animo volenti Phrygius iuuenis, malum quod tenebat aureum, velut victoriæ

Iudicis.] Paridis.

Visu.] Dic nisu: id est, motu & gestu, qui interdum pro sermone est.

Suique consimilẽ] id est, tam formosam coniugẽ, quã esset ipsa Ven°: fi-

gnat autem Helenam. apud Lucianum sic inquit Venus : ἀντιχνοδμαι δὲ σοι τῷ ἀλεκτρυόνι καὶ ἐρασθήσει γυναικὸς, καὶ ἀκολουθήσεις γε ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἀφίξεσθαι παρ' ὑμᾶς εἰς τὸ Ἴλιον, καὶ αὐτὸ παρέσομαι καὶ συμπροθύμουμαι τὰ πάντα. id est, Promitto ô Pari Helenam vxorem tibi me daturam, & vos ad Ilium venturam: ipsa adero, & in omnibus opitulabor. *Phrygius iuuenis.*] Paris. *Malum tradidit.*] Paris apud Lucianum traditurus aureum malum Veneri, prius petit vt illa ducat Amores & Gratias, quasi testes promissorum. quæ plus polliceatur, dicens se quoq; Cupidinem & Hymeneum adducturam: quibus testibus adhibitis, inquit Paris, ὑπὲρ τούτοις δίδωμι τὸ μῆλον, ὑπὲρ τούτοις λάμβανε : Coram his malum trado, & tu coram his cape. *Victoriæ calculum.*] victoriæ suffragium. Suprà diximus copiosè quemadmodum calculis in vrnam missis rei damnabantur, vel absolubantur, & ita victores decernebantur. interdum vnus calculus causa est victoriæ, prout accesserit ad partes. In causa Opianici docet M. Tul. quemadmodum Staleni iudicis sententia 17. & calculus accedens ad numerum aliarum sententiarum, absolutionem conficere debebat. Ante dictum est, quid sit apud iurisconsultos eremodicium. inibi hoc adde, prouerbium celebrari apud Græcos, ἐρήμου δίκη, quasi dicas eremodicium : quando reus, quia non adest præsens, iudicio damnatur : quasi desolatum sit iudicium propter rei absentiam. *Viliſsima ca.*] Elegantissima per apostropham castigatio, qua monemur, vt iudicium hoc Paridis sit nobis documento, iudices omnes pecunia corrumpi posse, & nihil esse tam sanctum quod non precio violari, nihil tam muni-

calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini viliſsima capita, immò foreas ſix pecora, immò verò togati vultures, ſi toti nunc iudices ſententias precio non dignantur : cum rerum exordio inter deum & homines agitatum iudicium corruperit gratia, & originalem ſententiam magni Iouis conſiliis electus iudex ruſticanus & opilio, lucro libidinis vendiderit, cum totius etiam ſuæ ſtirpis exitio? Sic Hercules & aliud ſequens iudicium, inter inclytos Achiuorum duces celebratum, vel cum falſis inſimulationibus eruditione doctrináque præpollens Palamedes proditionis damnatur: vel virtute Martiæ præpotenti præferatur Vlyſſes modicus Aiacis maximo.

tum quod non auro expugnari possit. *Immo fo.pe.*] Vocabulo obiurgationis probrosis, & conducentibus, incessit causidicos oratoresque forenses. nam meritò pecorum nomine taxantur, cum demirantes stupent, si nummarij iudices contra ipsos pronunciant, & precio corrupti ius & fas pecuniæ postponant. Eosdem rogatos quoque vulturios decenter nominat, à rapacitate, qua vtuntur in causis forensibus, dum modo præuaricantur pecunia corrupti, & produnt reos, modò vendunt aduocationes, & pecunias enormes extorquent, contra præscriptum legis Cinciæ, qua cauetur antiquitus, ne aduocatus donum pecuniamve accipiat ob causam orandam. vnde Plin. iunior dilaudandus, qui nunquam aduocationes suas voluit esse venales, qui piraticum pacificendi morem improbauit, qui xeniis etiam semper abstinuit. Scribit Aug. quod & in decretis canone 11. q. 3. refertur quòd non licet iudici vendere iustum iudicium: etsi licet aduocato vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium. *Sicut à M. Tul.* paludati vulturij dicti scitissimè sunt Piso & Gabinius imperatores: ita nunc festiuissimè togati vulturij nominantur, qui in toga & forensib. actionibus prædantur instar vulturum, de quib. suo loco diximus. *Precio vum.*] Vendunt, & quasi in nundinario foro emptoribus addicunt. nundinari enim & nundinare, propriè est in nundinis & propatulo venditare. Iulius Firmicus in 5 Matheseos: Quæstus & libidinis causa pudorem duob. fratrib. nundinauit. Ab eodem nundinatus pudor eleganter dicitur, prostitutus, & precio prophanatus. M. Tul. in Antonianis: Totum imperium Romanum nundinabantur. vtitur & Sueton. eo verbo in vita Titi. *Inter deum & hom.*] Imò inter deos & hominem. tres enim deæ fuerunt, & homo vnus iudex. *Originalem.*] primordialem, & ab origine rerum vetusto seculo pronunciatum, dictumque. *Magni Iouis consil.*] Iupiter elegit Paridem iudicem, ad eumque Mercurium misit, qui iussu Iouis illi imperaret, vt litem dearum diiudicaret. *Lucro libidinis.*] Alij iudices lucro auri & pecuniæ illecti, iudicia nundinantur: hic verò precio libidinis & pollicitationib. Veneris corruptus, sententiam vendidit. M. Tul. constupratos iudices, & nummarios elegantissimè appellat, corruptos nummis, precioque libidinum. *Stirps exitio.*] Ex hac Paridis sententia, prima malorum Troianis labes, hinc decennalia bella confligunt, hinc clades & exitia nouissima fluxere. hinc ortum est prouerbium apud Græcos ἐπὶ κακῷ κακὸν. id est, ilias malorum, quod ἐπὶ τῷ μεγάλῳ κακῷ, in magnis malis vsurpat: quoniam ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ, In illo infinita malorum milia contigerũt. Adagium hoc

vſurpat M. Tul. in epiſtolis ad Atticum, ſcribens: Tanta malorũ impẽdet ἰλιὰς. & ita in ſincerioribus codicibus legitur. *Sic Hercules.*] certè: aduerbium eſt adiurantis. *Palamedes proditionis damnatur.*] Vlyſſes Palamedi infeſtus, infenſuſque, epiſtolam Priami nomine ad illum comentus eſt, per quam agebat gratias proditionis, & commemorabat auri pondus eſſe tranſmiſſum. Hanc dedit captiuo: quem in inuere clam fecit occidi. inuenta hæc epiſtola, more militiæ, regi Agamemnoni oblata eſt, & lecta in cœtu procerum. tunc Vlyſſes vafertimus, cum ſe Palamedi adeſſe ſimularet, inquit: Vt veritas illuceſcat, in tentorio Palamedis id aurum quæratur, de quo loquitur epiſtola. quo facto, inuentum eſt aurum, quod ipſe per noctem corruptis ſeruis præfoderat. itaque Palamedes inſons, perinde ac proditor, iniuſto iudicio ab inclytis Achiuorum ducib. damnatus eſt, lapidibúſque interemptus. Ob hoc cecinit poeta: Belidæ nomen Palamedis & inclyta fama Gloriæ, quem falſa ſub proditione Pelaſgi Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat, Demiſere neci. & Aiax apud Ouid. ſic increſſit Vlyſſem: Prodere rem Danaum finxit, factum probauit Crimen, & oſtendit quod iã præfoderat aurum. Palamedes (teſte Plin.) ordinem exercitus, ſignificationem, teſſeras Troiano bello primus inuenit, eundem tradunt literas inueniſſe, θ. ε. χ. vnde & Epigrammatiſta, grues appellare videtur aues Palamedis. conſtat enim, grues volitare ordine literato, &, vt autor eſt Philoſtratus, glorianti olim Palamedi ſe tres literas inueniſſe: Vlyſſes repente obiecit, eam laudem eſſe gruum, quæ γ literam faciunt: iuſſitque eas ſuſpici præterquolibet. Apuleius noſter in Apologia, inter eos qui dolo memorandi fuerunt, nominat Palamedem. Suidas Palamedem præconio virtutis extollit, tanquam fuerit optimus poeta, & inuentor rerũ plurimarum. *Virtute martia.*] Bellica fortitudine. *Præfertur Vlyſſes modicus.*] Famigeratum eſt armorum Achillis iudicium, pro quibus duo Græcorum proceres maximi in primis contenderunt, Aiax & Vlyſſes, apud Ouid. volumine metamorphoſeõ 13. tota res luculẽter explicatur: auditis vtrinque allegationibus, arma Achillis Vlyſſi adiudicata ſunt: & quid facũdia poſſet Tũc patuit, fortiſque viri tulit arma diſertus. Aiax dolore ſtimulatus furere cœpit, & mox ex furore necem ſibi conſciuit. Seneca lib. 2. de ira: Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Cor. Celſus ira genus in inſaniæ deſcribit, qua implicati imaginibus, non mente fallũtur: Qualem, inquit, inſaniẽtem Aiacem vel Oreſtẽ poetarum fabulæ ferunt. apud Græcos prouerbium eſt, Αἴαντος γέλωτι, Aiacis riſus, ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως γελώντων, de hominibus inſipien-

pienter ridentibus. Aiax enim insania laborans, & furore vexatus, ob Vlyssem in armorum iudicio sibi antepositum, insectabatur armenta, credens esse Græcos: & duos maximos arietes flagello cædebat, clamans se occidere Agamemnonem & Menelaum: & ita furens ac insaniens illos deridebat. ab hoc insipientis Aiacis risu ducta parœmia: qui postea resipiscens, in silua incubuit gladio, seque interemit. Quod autem Vlysses modicus, & Aiax maximus à Lucio nostro dicũtur, scito id ex Homero sumptum, qui in 3. Iliados tradit, Vlyssem modica statura præditum fuisse. Aiacẽ verò enormi proceritate staturosum: à quo dicitur μεγαθεος ἐρκος ἀχαιων, id est, excelsus Aiax Græcorum murus. item ἐξοχος αἰχμῃσιν παραλιῳ, id est, capite eminens supra Græcos.

Quale autem & illud iudiciũ apud legiferos Athenienses, & catos illos, & omnis scientiæ magistros? Nõne diuinæ prudentiæ senex, quem sapientia præstulit cunctis mortalibus deus Delphicus fraude & inuidia nequissimæ factionis circumuentus, velut corruptor adolescẽtiæ, quã frenis coercebat, herbæ pestilentiis succo noxio peremptus est, relinquẽs ciuibus ignominiæ perpetuæ maculam? cum nunc etiam egregij philosophi sectã eius sanctissimam præoptem, & summo beatitudinis studio iurent in ipsius nomen. Sed ne quis indignationis meæ reprehendat impetum, secum sic reputãs: Ecce nunc patiemur philosophantem nobis asinum? rursus, vnde discessi, reuertar ad fabulam.

Quale & illud iudicium.] De iudicio loquitur, quo iniustè damnatus est Socrates in carcere, ad necem. Plato in Apologia, & in libro qui inscribitur Phædon, item Laertius Diogenes copiosissimè referunt, quemadmodum Socratẽ Anytus, Lycon & Melitus insimulauerunt horunce cum primis criminum: Iura violat Socrates, noua dæmonia inducit, deos patrios respuens, contra ius & fas iuuentutem corrumpit: pœna illi mors. cum iudicium hoc ageretur, ascendisse Platonẽ ferunt in suggestũ, ac dicere cœpisse: Minor natu cũ sim, viri Athenienses, his omnib⁹ qui tribunal ascenderunt: statímque interpellatum descendisse. damnatus est igitur capitis pœna Socrates, nõ solùm primis sententiis, sed & secundis. cũ interrogatus, quã pœnã commeruisse se confiteretur, respõdisset se meruisse, vt amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, q homos apud Græcos maxim⁹ habebatur, quo

responso iudices sic exarserunt, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent. Existimat M. Tul. Socratem damnatum nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi inscitiam. Seneca quoque dixit in Declamationibus: eloquentissimi viri Platonis oratio, quæ pro Socrate est, nec patrono nec reo digna est. Socrates in carcere bibit venenum potione dilutum, & ita decessit. Fuit autem venenum id cicuta, quam meritò dixit Plin. publica Atheniensium pœna inuisam. Hinc illud Persianum: Barbarum hoc crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ. Seneca scribens ad Gallionẽ, de vita beata, Atheniensium Rempu. vel ob hoc maximè vituperat, in qua Socrates damnatur. idẽ tradit tantam fuisse in Socrate maiestatem, vt intrans carcerem non à carcerariis sordibus pollueretur, sed carceri omnem detraxerit ignominiam: neque enim poterat carcer videri, in quo Socrates erat. Post damnatum Socratem tanta mox pœnitentia eius rei Athenienses cepit, vt gymnasia clauderent: vt accusatores Socrati partim exilio, partim morte mulctarent: vt Socrati ipsi statuam æneam statuerent in loco Athenis celeberrimo. Scribit Plutarch. in eo libello cui titulus est De odio & invidia, quòd Athenienses adeò oderunt auersatique sunt Socratis calũniatores, vt neque eis ignem accendere, neque interrogantibus respõdere, nec aqua illa in qua hi se abluissent vti voluerint, sed eam perinde ac sceleratam effundi iusserint: proinde illi cum odium tam atrox perpeti diutius non possent, suspendio sese necauerunt. Verùm non solum puniendi fuerant accusatores Socratis, verùm etiam iudices mulctandi, qui damnantes Socratem iniustissimo iudicio, ipsam virtutem damnare atque excindere visi sunt. Quod crimen eo atrocius iudicandum, quòd Athenienses & erant & habebantur prudentes, eruditi, humani, & legumlatores optimi: vnde humanitas, doctrina, religio, iura, leges ortæ, atque in omnes distributæ putantur. Proinde nunc Lucius noster illos appellat legiferos, apud quos Draco & Solon nomothetæ, id est, legum conditores inclyti celebrantur. Cati quoque optimo epitheto dicuntur acuti & sapientes. catus enim (qua dictione vsitatus est Horatius frequenter) significat doctum atque acutum. Cata signa dixit Ennius pro acuta, in illo versu: Iam cata signa sonum dare voce parabant. Autumat M. Varro, verbum hoc Sabinum esse. hinc Catus Helius Sextus cognominatus, propter iuris ciuilis scientiam, vt sentit M. Tul. vt placet Varroni, non tam quia sapiens erat, quàm quòd acutus. Diuus Augustinus (quod notabile est) tradit, priscos coluisse Deum Catum, qui catos, id est, acutos faceret. auctor est Plin. in 7. Catos

Corcu-

Corculos apud Romanos cognominatos esse eos, qui sapientia erant procellentes. Fortassis hinc fluxit dictio vulgaris & vernacula, qua catos vocitant feles, ex solertia videlicet qua auibus insidiantur, & in musculos insiliunt. Palladius vocabulo vulgi subscribere videtur, cum ait: Contra talpas prodest frequenter habere catos in mediis carduetis. Vbi catos accipio pro felibus domesticis, quas male literati muscipulas appellant: cum muscipula instrumentum sit, non animal, ad mures capiendos. *Omnis scientiæ magistros.*] M. Tul. in libris Oratoriis, omnium doctrinarum inuentrices Athenas appellat. In Bruto quoque, Athenis natam & aliam esse eloquentiam refert: qui in oratione pro Flacco, Athenienses præconio virtutis exornat. *Prætulit deus Delphicus.*] Apud Græcos Socrates oraculo Apollinis Delphici prælatus est sapientia cunctis mortalibus. Chærephon enim Socratis familiarissimus, consuluit oraculum, an esset vllus Socrate sapientior? respondit Pythia, Socratem esse sapientissimum mortalium. cuius rei Plin. Solinus, Laertius & Plato commeminere. Res est in ore omnium. inde & illud cantatissimum: Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit vnum Milibus è cunctis hominum consultus Apollo. Annotatu dignum est quod à Plinio proditur in 34. Romanos posuisse statuas Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus comitij, cum Delphicus deus fortissimo Græcorum gentis iussisset, & alteri sapientissimo, simulachra celebri loco dicari. Mirum sanè est, illos patres circunspectissimos Socrati Pythagoram antepositisse, cunctis ab eo deo sapientia prælato. *Nequissimè factionis.*] Capita factionis conspirationisque in sanctissimum philosophum fuere, Anytus, Lycon & Melitus: qui Socratem inuidentia irritati ferre non poterant, Melitus ob poëtas infestus, Anytus ob artifices atque Reipub. gubernatores, Lycon gratia rhetorum. Itaque hi calumnias struxerunt ad Socratem obruendum. *Pestilentis herba.*] Cicutam intelligit, cuius vis refrigeratoria necat, vt antè diximus. Scitu memoratuq; dignũ est, quòd cùm cicuta sit hominis venenum, est pecudum pabulum. Idque Lucretius docet illis versibus: Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum, Sturni quoque (vt Alexãder Aphrodiseus & Ambrosius prodiderunt) cicuta vescuntur, habéntque in cibatu. Græci κώνειον vocant. *Ignominiæ maculam.*] Sicut mors Callisthenis est Alexandri magni crimen æternum, quod nulla virtus, nulla fœlicitas bellorum redimet: ita mors Socratis est Atheniensium macula ineluibilis, quam nulla doctrinarum claritudo, nullæ res gestæ abluent. nam cum quis dixerit, Athenienses Darium,

Xerxem, Persarum reges profligarunt: opponetur, & Socratem occiderunt. cum dictum erit, leges, literas, disciplinas, fruges mortalibus dederunt: dicetur, sed & Socratem sanctissimum sapientissimúmque mortalium iniquo iudicio iniustissimæ morti damnauerunt. *Sectam eius.* } à Socrate, velut à fonte, deriuati sunt riui, & seminatæ familiæ philosophorum: qui licet inter se dissentientes, & multum disiuncti & dispares sint, tamen omnes se Socraticos & dici voluerunt, & esse arbitrabantur. quod M. Tul. memorat in 3. de Oratore. qui in epistolis ad Atticum Socrati & Socratici iuris acceptum refert, quòd iacturam patrimonij flocci non facit: quódque cæteri calamitatem vocant, ipse nec incommodum: O Socrates, inquit, ô Socratici iuri, nunquam vobis grátiam referam. Dij immortales, quàm mihi ista pro nihilo. Socraticæ chartæ. Horatio Flacco philosophiæ sunt, Socraticum opus Ouidio philosophicum. Pingitur Socrates coma candente, sicut Diogenes barba comante, Zeusippus cutua ceruice Aristoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto. Socratem simis naribus & recalua fronte, repandis cruribus, fœdissimumque fuisse auctor est diuus Hieron. cæterum virtus non tam formosum corpus quàm animum quærit, potestque sub qualibet cute ingenium beatissimum latêre: & sicut potest in humili casula vir magnus habitare, ita potest in deformi corpusculo formosus animus ac magnus existere. Videtur mihi Socrates in exemplar editus, vt scire possemus non deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Virent, in ipsius nomen quæ se addicunt sectæ philosophicæ: iurant in magistri nomen & verba, se nunquam sectam deserturos, & dogmata præceptoris pro virili parte defensuros: sicut milites iurant in verba imperatoris adacti, omnia se strenuè facturos præceperit imperator, nec vnquam militiam desertures. Quod apud historicos frequentissimè lectitabis. Extat iusiurandum Hippocratis, quo discipulos adiurat in verba concepta, & magistri nomen. sic sectatores Socratis adiurant in nomen doctoris, & se Socratis futuros affirmant, neque à Socratica disciplina deuios habituros: sic & Platonici & Aristotelici, & cæteri cæteratum sectarum insectatores, iurant in nomen magistrorum, eorumque spiritui quasi consecrantur: vnde & consectanei nuncupati. hinc illud Horatianum: Nullius addictus iurare in verba magistri. & Quintil. in 3. ex eodem instituto sic inquit: Neque me cuiusquam sectæ velut quadã superstitione imbutus addixi. M. Tullius Cic. in secunda Tusculana eos philosophos vituperat, qui certis quibusdat

buſdam deſtinatiſque ſententijs quaſi addicti & conſecrati ſunt, eaque neceſſitate conſtricti, vt etiam quæ non probare ſoleant, ea cogantur conſtantiæ cauſa defendere. *Vnum diſceſſi.*} Corrige, vnde diſceſſi.

Poſtquam finitum eſt illud Paridis iudicium, Iuno quidem cum Minerua triſtes, & iratis ſimiles, ſcena redeunt, indignationem repulſæ geſtibus profeſſæ. Venus verò gaudens & hilaris, lætitiã ſaltando toto cum choro profeſſa eſt. Tunc de ſummo montis cacumine per quandam latentem fiſtulam in excelsũ prorumpit vnda croco diluta, ſparſimque defluens paſcentis circa capellas odoro perpluit imbre, donec in meliorem maculatæ ſpeciem, caniciem propriam luteo colore mutarent. Iámque tota ſuaue fragrante cauea, montem illum ligneum terræ vorago decerpit. Ecce quidã miles per mediam plateam dirigit curſum, petiturus, populo iam poſtulãte, illam de publico carcere mulierẽ, quã dixi propter multiformẽ ſcelus beſtys eſſe damnatã, meiſq; præclaris nuptijs deſtinatã; & thorus genialis ſcilicet noſter futurus accuratiſſimè diſcernebatur, leõlus Indica teſtudine perlucidus, plumeæ cõgerie tumidus, veſte ſerica floridus. At ego præter pudorẽ obeundi publicè concubitus, præter contagium ſceleſtæ pollutæque fœminæ, metu etiam mortis cruciabar maximè: ſic ipſe mecũ reputans: quòd in amplexu venereo ſcilicet nobis cohærentibus, quæcunque ad

Repulſæ.]genitiuus eſt caſus: ſignificat enim Iunonem & Mineruam geſtibus demonſtraſſe indignationem & dolorem, quo afficiebantur ob repulſã præteritæ poſthabitęque. namque (vt inquit Donatus) fœminæ offenduntur, ſi fœdæ iudicentur: & (vt refert Tertulianus) prælatio alterius contumelia non poteſt procedere. vnde illud, Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. apud Valerium Maxim. titulus eſt De repulſis, quo clariſſimorum virorum repulſæ in honorũ petitione percenſentur. M. Tul. in oratione pro Plancio, repulſas ædilitias identidem memorat. *Montin.* } Idæ, qui mons in ſcena lignea fa-

brica instructus fuerat. *Fistulam.*} Qua scilicet aqua fistulatim excutiebatur. Alibi annotauimus, ex auctoritate Plinij, Vitruuij, Frontini, fistulas dici denarias, quarum laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decem est: quinarias verò, quarum lamina quinque digitos lata est. *Imo croco.*} Quidam legunt, vino, vt alludere videatur ad Romanum morem, quo crocum vino miscebant, præcipuè dulci, tritum, ad theatra replenda: vt docet Plinius in 21. & nos apud Propertium abundè meminimus, versiculum illum explicantes, Pulpita solennes non oluêre crocos. Verùm ex tali lectione sententia quidem erit erudita, sed verborum structura futilis & lapsabunda. dictio enim illa Diluta nusquam subsistet, nullóque adminiculo fulcietur. Quocirca corrigo, Vnda croco dilura: vt sit sensus integer, ex eadem tamen eruditione deductus. dicit enim vndam croco dilutam commixtámque emicasse per fistulam, siue siphonem in sublime, mechanico instrumento, ita vt croceus nimbus esse videretur. de quo Epigrammatista: Et Cilices nimbis hic maduere suis. idem aliubi rubrum nimbum à croceo colore nominauit: & à Lucretio ex eodem ritu decenter dictum, Et cum scena Cilici perfusa recens est, & ita poetæ fermè omnes indicant, vndam solo croco dilui solitam, ad scenam, pulpitáque theatrica perfundenda. *Odoro imbre.*] Odorum imbrem decenter dixit, vndam illam croco dilutã, odorémq; croceũ spirantẽ: quę excussa per fistulã capellas pascentes, quasi imber & pluuia madefaciebat. Seneca lib. 6. Cõtrouersiarũ, rhetorẽ nomine Musam irridet, qui odoratorios imbres dixerat: intelligi volens sparsiones, quæ in theatro fiebãt, de quibus intelligit Papinius, sic canens in Siluis: Dives sparsio quos agit tumultus. vbi iure interpres Siluarum incessitur, refellitúrq; ab eruditionibus, legens spatio, accipiénsq; pro nomine histrionico. *Luteo colore.*] Ex imitatione Virgiliana ducta sententia: Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice, iã croceo mutabit vellera luto. Nec illud quoq; absimile est, Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos. Est autem sandix genus pigmẽti, flãmei coloris. Plinius tamen isto versu Virgilium accepisse sandycẽ pro herba autumat, lib. 35. *Suauè.*] suauiter. *Fragrante.*] spirante, & suauiolentiam redolente. *Terræ virago.*} Laus est exhibiti spectaculi,

ſtaculi,in quo poſt ludicram fabulam peractam, ingenio machinatoris artificíſque ſolertia effectum eſt, vt mons ille ligneus, qui Idam repræſentabat, voragine quadam ſubitaria & quodam quaſi hiatu terræ & chaſmate abſorberetur. *Præclaris nuptijs.*} aſininis ſcilicet. *Thorus genialis.*] Tanquam nuptiæ futuræ eſſent inter aſinum & mulierem. nubentibus enim genialis thorus ſterni ſolet. Lucianus: κλίνη ἦν μεγάλη ἐκ χελώνης ἰνδικῆς πεποιημένη. id eſt, lectus erat magnus, ex Indica teſtudine factus. Docent hæc Lucij noſtri, & Græci Luciani verba, lectos ex teſtudine precioſos fieri ſolitos. id quod Plinius, Iuuenalis, Martialis, & cæteri prodiderunt. cuius rei iuriſconſulti quoque meminerunt his verbis: Nunc ex ebore, aut teſtudine, aut argento, iam ex auro etiam atque gemmis ſuppellectili vtuntur. Seneca, caſtigator morum & luxus acerrimus, lib. 7. de Beneficiis: Video, inquit, elaboratam ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, & fœdiſſimorum pigerrimorumque animalium teſtas ingentibus preciis emptas. Carbilius Pollio, ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenij vir, primus inſtituit, teſtudinum putamina ſecare in laminas: lectóſque & repoſitoria his veſtire. Plin. portentoſa ingenia appellat, quæ materiem in mari quæſiuere ad lectos, teſtudinémque in hoc ſecuere. Feneſtella dicit, Tiberij Cæſaris principatu teſtudinea repoſitoria in vſum veniſſe. *Veſte ſerica floridus.*] De holoſerica veſte, quæ tota erat ſerica: de ſubſerica, cui intextum erat aliquid ſericum, ſcripſi in commentariis Tranquilli, & aliubi plura. *Obeundi publicè concubitus.*] Cum aſini cæteráqui bruta animantia paſſim in propatulo coeant nullo pudore, tamen aſinus noſter retinens priſtinum ſenſum, erubeſcebat publicè concumbere. Tantus à natura inſitus eſt pudor mortalibus rei veneriæ, vt cum eam maximè expetant, tamen confiteri concumbere erubeſcant: vt docet Ariſtoteles in Problematis. Ex inſtituto Lycurgi (vt in tranſcurſu id quoque attingam) ſponſus noctu clam accedebat ad ſponſam, extincto lumine, atque cum ea quadam religione timidus verecundúſque coibat. Ariſtoteles quoque præcipit in ſecundo Oeconomico: vt maritus cum pudore & modeſtia propinquet vxori, vt in verbis ſit verecundia, in operibus fas & honeſtum. Mos ille Maſſagetarum, aliorúmque barbarorum ſpurciſſimus ac prorſus brutalis, eſt à nobis explodendus. Si quidem vir Maſſageta quoties libidine capitur mulieris, ſuſpenſa ad plauſtrum pharetra, ſine pudore palàm concumbit, Herodoto teſte: qui Naſamonas quoque tradit vxores plures habere, & cum his in propatulo coire. *Qua-*

cunque beſtia.} Suprà dictum eſt, ex ſententia Præſidis fœminam hanc fuiſſe beſtijs addictam proinde timebat Lucius noſter, immiſſa beſtia ad exitium fœminæ, ſe quoque diſcerperet, cohærentem cum illa venerio complexu. Lucianus: *ἐγὼ δὲ ἅμα μὲν ἠδυμάλουν ἐν τῷ θεάτρῳ κατακλιθήσεσθαι, ἅμα δὲ ἐδεδίειν μὴ τοῦ ἄρκτου ἢ λέων ἐπαπορουσιν.* i. Ego quidem ſimul verebar, in theatro cum fœmina concumbere: ſimul timebam, ne aut vrſus aut leo in me inſiliret. *Frugi.*} modeſta, moderatáque. *Diſtrictus.*} occupatus. Plin. Diſtringor officio. *Indemnato.*} non damnato, & inſonti.

Furtiuum pr.] Veteres pedem ſtruit dicebant, pro eo quod eſt fugit. *Cẽchreas peruado.*] Oppidum eſt in Iſthmo, teſte Pomponio Mela. Strabo in 8. Cenchreas ait eſſe nauale Corinthiorum, ad orientem ſpectans. Liuius Cenchreas Corinthiorum emporium fuiſſe refert. Plinius in 4. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarum termini. Paulus Apoſtolus comam totondit in Cenchris. *Corinthienſium.*} Videtur *κόρινθος* dixiſſe Corinthiẽſiũ, pro Corinthiorum: cũ inter Corinthios & Corinthienſes ea differentia ſit, quæ inter Sardos & Sardinienſes, Hiſpanos & Hiſpanienſes, Siculos & Sicilien-

Ergo igitur non de pudore iam ſed de ſalute ipſa ſollicitus, dũ magiſter meus lectulo probè coaptando diſtrictus inſeruit, & tota familia partim miniſterio venationis occupata, partim voluptario ſpectaculo attonita, meis cogitationib. liberũ tribuebatur arbitrũ, nec magnopere quiſquam cuſtodiendum tam manſuetum putabat aſinum: paulatim furtiuum pedem proferens, porta quæ proxima eſt potitus iam curſu me celerrimo proripio. Séxq; totis paſſuum milib. perniciter confectis, Cenchreas peruado: quod oppidum adeunt quidem nobiliſſimæ coloniæ Corinthienſium, adluitur autem e Ægeo & Saronico mari: vbi portus etiam tutiſſimum nauium receptãculum magno frequentatur populo. Vitatis ergo turbulis, & electo ſecreto littore, prope ipſas fluctuum aſpergines, in quodam molliſſimo harenæ gremio laſſum corpus porrectus refoueo. Nam & vltimam diei metam curriculum ſolis deflexerat: & veſpertinæ me quieti traditum, dulcis ſomnus oppreſſit.

Digitized by Google

ciliēſes. Nam nonnulli veterum grammaticorum appellationes has ita diuiſerunt, vt Corinthios, Sardos, Siculos putarent dici, qui Corinthi, in Sardinia & Sicilia nati ſint: Corinthienſes verò, & Sardinienſes, & Sicilienſes, incolas negociatoréſque Corinthi Sardiniæque & Siciliæ: cæteraque hoc genus conſimiliter. ſæpe tamen hæc indiſcriminatim vſurpantur, Adnotauitque Porphyrio Horatianus interpres, Sardum & Sardinienſem dici poſſe eum, qui in Sardinia eſſet natus. Ego exiſtimo Lucium noſtrum ſignificanter & propriè Corinthienſium dixiſſe, melius quàm Corinthiorum, cum Corinthus Romana colonia foret, incolereturque à Romanis colonis & negociatoribus. Conſtat enim inter auctores, Cæſarem dictatorem deduxiſſe Corinthum colonos libertinos, qui Corinthienſes verius quàm Corinthij nuncupantur. *Sardonico mari.*] Quis minus paulo curioſus non credat, lectionem hanc eſſe puram & ſinceram, & apertam? tamquam à Sardinia Sardonicum mare nominetur. Sed cum Sardinia à Corintho diſtet, quantum Hiſpanis Veneto diſſidet Eridano, & nulla communicatio ſit inter Sardoum mare & Ægeum: corrigenda dictio eſt vnius literæ detractione: quæres cum pronunciatu videatur eſſe leuicula & penè friuola. ſenſu tamen eſt erudita, & ex interioribus literis eruta. Legas igitur Saronico mari, non Sardonico. Eſt enim ſinus Saronicus, & mare Saronicum, adluens Iſthmum Corinthiacum. Plin. in 4. Corinthiacus hinc illinc Saronicus appellatus ſinus, olim pontus & portus, quaſi tranſitus dictus, Strabone teſte. Cauſam nominis refert idem Pli. his verbis: Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, vnde & nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Reſtituenda eſt obiter dictio Pomponij Melæ, apud quem conſimiliter legitur portus Sardonicus, pro Saronicus. *Turbulis.*] τυρβοειδεσιν, turbis. *Prope flu.a.*] Celſus iuriſconſultus: Littus, inquit, eſt quò vſq; maximus fluctus hybernus à mari peruenit. idque M. Tul. aiūt, cū arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. Littus quoq; dici locū in quo litamus, autumat Donatus. *Molliſſima ha.g.*] puluinum intelligit: ſic enim mollior harena nuncupatur. Seruius tamen ſecus ſentit, qui ait in 10. cōment. Dorſū eſt duriot harena, quę euntib. remeantibúſq; fluctibus dēſatur, & in modū ſaxi dureſcit, quod à nautis puluinus vocatur. ab hoc puluino harenario videtur Plaut. metaphoricōs dixiſſe in Caſina: Ibo intro, ſubducam nauim rurſum in puluinarium. *I' kimam di.me.*] Suprema tempeſtas dicebatur à priſcis diei nouiſſimum tempus, vt in 12. Tab. decem viralib. expreſſum eſt, quarum hæc ſunt verba: Solis occaſu s ſuprema tēpeſtas eſto. *Curriculum ſolis.* } currus,

siue cursus : vtrumque enim curriculum significat. verba hæc, meta & curriculum, decenter translata sunt à curriculi spectaculo. *Vespertina q.*]Post supremam tempestatem vespera est: vnde vespertina quies Græci ἔσπερον dicunt. ille autem somnus vespertinus videtur esse suauior & dulcior, quo prima quies incipit,& dono diuûm gratissima serpit.

ARGVMENTVM LIBRI VNDECIMI.

Totus quidem Apuleius elegantia & eruditione plenus est: hic verò nouissimus liber inter omnes excelsit, in qua dicuntur quædam simpliciter, multa ex fide historica, plurima ex secretarijs philosophiæ, & religionis AEgyptiæ deprompta. In principio eloquenter explicatur oratio, non asinalis, sed theologica, ad lunam, eiusque luculenta descriptio. mox luna ad Lucium benenola institutio. pompæ sacerdotalis copiosa & erudita descriptio, ex asino in hominem pristinum denoratis rosis facilima reformatio: religiosa sacris Isidis & Osiridis initiatio, castimoniarum abstinentia, altera ad lunam deprecatio, felix Romam versus profectio: vbi sacris Romanis initiatus, in collegium Pastophororum electus est.

Primam vigiliam.]Alibi sæpe annotauimus, quemadmodum nox in quatuor vigilias diuiditur ex instituto militari, quæ singulæ trium horarum spacio supputantur. Ideo autem in quatuor partes sunt diuisæ noctis vigiliæ, quia cum impossibile videatur per totã noctẽ vigilantes singulos in speculis permanere, instituerunt vt nõ amplius quã trib. horis nocturnis

Circa primam fermè noctis vigiliam experrectus pauore subito, video præmicantis lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus nactúsq; opaca noctis silentiosa secreta, certus etiam sum matrem deam præcipua maiestate pollere, réſque prorsus humanas ipsius regi prouidentia; nec tantum pecuina & feri-

Digitized by Google

& ferina, verum iamiam etiam diuino eius luminis numiníque nutu vegetari: ipſa etiam corpora terra, cœlo, marique nunc incrementis conſequenter augeri, nunc decrementis obſequenter imminui: fato ſcilicet iam meis tot tantiſque cladibus ſatiato, & ſpem ſalutis licet tardam ſubminiſtrante, auguſtum ſpecimen deæ præſentis ſtatui deprecari. Confeſtínque diſcuſſa pigra quiete, alacer exurgo, méque protinus purificandi ſtudio, márito lauacro trado: ſeptieſque ſubmerſo fluctibus capite, quod eum numerum præcipuè religionis aptiſſimum diuinus ille Pythagoras prodidit, lætus & alacer deam præpotentem lachrymoſo vultu ſic apprecabar.

neceſſe ſit vigilare. A tubicine omnes vigiliæ committuntur, & finitis horis à cornicine reuocantur. *Experrectus.*] dicitur Expergitus, qui excitatus à ſomno ſponte vigilat: expergefactus eſt, qui per alium ſomno excitatur: experrectus verò, à quiete impeditus: auct. Diomedes in primo. Verùm, vt Donatus in 2. Æneidos comment. refert, excuſſus ſomno dicitur is, cuius dormientis quies abrupta eſt: cùm expergefactus ille dicatur, cui ſomni ſatietas contigit. *Promicantis.*] valde ſplendentis, radientíſque. *Completum orbem.*] plenilunium ſignat, quod Græci πανσέληνον vocant: quo luna orbe pleno fulget, pernóxque conſpicitur. *Commodum.*] id horæ, tunc primum. *Silentioſa ſe.*] ſilentijs plena, noctu enim cuncta conſilescunt. Quærit Ariſt. in problematis, cur nox ad audiendum aptior ſit quàm dies. an quòd aer inter diem ſtridet à ſole concalefactus, obſtrepítque: nocte verò requieſcit, vtpote omni calore ſubducto. tunc autem quæcunque audiri melius poſſunt, cum nullus ſtrepitus eſt. an quòd per inanius facultas audiendi amplior, quàm plenius datur. Eſt autem aer interdiu denſus, vt qui luce radiíſque refertus ſit: noctu autem rarior, quòd ex eo ignis & radij receſſerunt. Præterea ſilentium noctis dictum id tempus, quod alij concubium appellant: Plaut. conticinium, ab eo quod ſileretur: vt interpretatur M. Varro. dicitur autẽ ſilentioſus eodem inclinamento, quo facundioſus, religioſus, conſilioſus, aliáq; id genus cõplura, quæ ſignificant copiã quandã immodicã rei ſuper qua dicuntur. *Regi pro.*] Auctor eſt Firmicus Maternus in 3. Matheſeon, omnẽ ſubſtantiã humani corporis ad lunaris numinis pertinere poteſtatẽ, idẽ aliubi refert, Solẽ & Lunã totius dominos, dedignari domi-

ſortiri in genituris. Idem in 4. lunam Romanorum corporum matrem ſcienter appellat. Eodem teſte, luna terræ imperium ex vicinitate ſortita, omnia animantium corpora & concepta procreat, & generata diſſoluit. Creſcentis lunæ augmenta corporib. noſtris deficientis luminis damna ſentimus, medullæ humani corporis cum luna creſcunt & decreſcunt. Plin. quoque refert, ſidus lunæ eſſe quod terram ſaturet, accedénſq; corpora impleat, abſcedénſque inaniat, ſanguinem etiam hominum cum lumine eius augeri ac minui. Lunæ fœmineum, ſolis maſculum ſidus appellant. *Pecuina & ſe.*] A pecore pecuinum deriuatur, vt à bellua beluinum: vnde pecuinæ voluptates dictæ, quæ nobis cum beluis communes ſunt. *Verùm iam iam.*] perpenſo ſenſu, literiſq; penſitatis atque perſpectis, corrigo, inanima. etenim procliuis fuit ex proximo error, vt hæc dictio inanima adulteraretur, verteretúrque in iam iam. Eſt autem ſenſus: Non ſolum animantia, verùm etiam anima carentia (quæ inanima dicúntur) vegetari, alíque poteſtate lunari. Scribit Ambroſ. in 4. Hexameri: lunam in id ſe induere miniſterium, in quod & frater eius, vt illuminet tenebras, foueat ſemina, augeat fructus. Habet etiã pleráque à fratre diſtincta, vt quem toto die color humorẽ terræ ſiccauerit, eundẽ exiguo tempore noctis ros reponat. nã & ipſa luna larga roris eſt. Denique cũ luna eſt pernox, tunc largior ros fertur aqua perfundere. Defectu lunæ compatiuntur elementa: progreſſu eius, quæ fuerint exinanita cumulantur: vt animantiũ cerebrum, & maritimorum humida: ſiquidem pleniores oſtreæ reperiri feruntur, multáque alia cũ globus lunaris adoleſcit: hoc idem quoque in arboribus poller, & plantis. Quinetiã philoſophi prodiderunt, φυτικὸν, i. naturam plantandi & augendi corpora, exiſtere ex globo lunari. *Nunc incrementis augeri.*] Auctores ſunt M. Tul. Plin. A. Gel. & cæteri, luna adoleſcente oſtrearum & concharum omnium corpora augeri: rurſus ſeneſcente, minui. iecuſcula quoque muſculorum & fibras reſpondere numero lunæ, exquiſiuere diligentiores. Arbores cũ luna ſimiliter ſeneſcentes, quia tunc exſiccatę ſint, tẽpeſtiuè cędi putantur. hinc Lucianũ illud: Luna alit oſtrea, implet & echinos, murib. fibras, & pecu addit. Scitu dignus eſt ille verſus ex aſtronomicis Manlij, Ad lunæ motũ variant animalia corpus. Rẽ memorandã Plut. refert, qui ait, luna decedẽte cępe reuireſcere & cõgerminare: cõtrà aũt inareſcere, adoleſcẽte. Eã causã eſſe dicũt ſacerdotes Ægyptij, cur Pelusiotę cępe nõ edant: quia hoc ſolũ olerorũ omniũ contra lunæ incremẽta atq. decremẽta vices minuẽdi & augẽdi habeat cõtrarias. M. Varro prędipit dies lunares obſeruãdos in omni agricola

tione,

tione, cùm alia in agris facienda sint potius luna crescẽte, quàm senescente: quædam è contrario. in quibus tondendis hoc obseruabant veteres, vt decrescente luna tonderentur. quidam (quod annotatu dignum est) capillum tondent, & calui fiunt lunæ decremento. Tiberius in capillo tondendo seruauit interlunia. Mendose legitur apud Plin. in Capitolio condendo. cum legi oporteat, In capillo tondendo. *Specie sa.*] vt legas Spem salutis; & sensus & verborum structura deposcit. *Augustum Spe dea.*] venerabilem & sacrosanctam lunæ effigiem. *Lauacro ti*] M. Tul. lib. 1. de Legibus docet, aspersione aquæ labem corpoream tolli, & castimoniam corporis præstari. sed cùm multùm animus corpore præstet, obseruetúrque vt casta corpora adhibeantur: multo est in animis id seruandum magis, vt casti animo & corpore deos adeamus. Constat ex lectione celebertimorum scriptorum, diis superis sacra facturum corporis ablutione purgari. cum verò inferis litandum est, satis aptum videtur si aspersio sola contingit. Virgilianus Aeneas de purificatione ad sacra superorum pertinente sic inquit: Donec ine flumine viuo Abluero. at Dido cum sacra diis inferis instituit, ait, Dic corpus properet fluuiali aspargere lympha. Inter genera purgationum quibus animæ purgantur, est & aqua, quod poeta indicat sic scribens: Aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus. quod totum copiosè explicat diuus August. lib. 21. de Ciuitate dei. ideo autem dixit marino lauacro, quoniam marina aqua purificat, propter igneam portionem: vnde & sacerdotes, vt docet Proclus Platonicus, marina aqua in purificationibus vrebantur. Catullus quoque, ostendens vim purgatoriam inesse aquis marinis, scitè inquit: Suscipit ô Gelli, quantum non vltima Thetis, Nea genitor nympharum abluit Oceanus.

Septies sub merso rapite.] Ex superstitione priscorum, qui aqua fluuiali quasi purgatoria immergebant capita iuxta illud Persianum: Tyberino in gurgite mergis Mane caput bis térque, & noctem flumine purgas. Iuuenalis quoque consimiliter: Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis Vorticibus timidum caput abluet. Cum septenarius numerus sit in rebus omnibus & potissimum in religionibus potẽtissimus, scitissimè dixit se septies caput fluctib. immersisse. Consimiliter libro quatto Regum, Heliseus propheta inquit leproso: Vade & laua te septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, & mundaberis. Item paulo pòst: Lauit (inquit) septies in Iordane, iuxta sermonem prophetæ, & mundatus est. Septenario numero (vt auctor est diuus Augustinus in epistolis) vniuersitatis significatio sæpe figuratur:

qui etiam ipſi Eccleſiæ tribuitur propter inſtar vniuerſitatis. Præterea (quod memoratu ſcitúque dignum eſt) hic numerus homini cum primis conuenit. ſiquidem quaternarius ad corpus pertinet, quòd cõſtat ex quatuor elemẽtis, & quatuor qualitatib. afficitur. ſicca, humida, calida & frigida: quod quatuor tẽporib. adminiſtratur, verno, æſtate, autumno, hyeme. Ternarius verò ad animam pertinet, propter triplicem vim animæ, quæ eſt rationalis, iraſcibilis, concupiſcibilis. De vi & potentia ſeptenarij numeri ſcripſi copioſe in libello qui inſcribitur Heptalogos, ſiue ſeptem ſapientes. De ſeptenario numero (qui Græcè dicitur heptas) ſic ſcribit Martianus in Arithmeti. Quid te heptas venerãda commemorem: quæ quòd naturæ opera ſine fœturarum contagione conformas, inter deos Tritoniæ virginis vocabulum poſſediſti? Macrob. in primo in ſomnium Scipionis, docens ſeptenarium rerum omnium ferè nondum eſſe, & totius fabricæ diſpenſatorem ac dominum, refert Pythagoricos quaternarium & ternarium, ex quibus ſeptenarius conſtat, inter arcana venerari, vt ex quaternario iuriſiurandi religionem ſibi facerent, vt ternario ad ſanctificationes deorum vterentur, quod & Ariſtot. tradit in primo de cœlo.

Diuinus Pythagoras.] De Pythagora cum inuulgata ſint omnia, id tantum retuliſſe ſuffecerit. eum fuiſſe tanta diuinitate præditum, vt Pythagoras ex eo nominatus credatur, quòd non minus vera Apolline Pythio loqueretur. vt ipſius auctoritas apud ſectatores fuerit pro ratione: quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, reſpondere ſolitos αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit. Diuus Auguſtinus Pythagoram miratur, & laudibus effert, quòd regendæ rei pub. diſciplinam ſuis auditoribus vltimam tradebat, iam doctis, iam perfectis, iam beatis: ſcribítque, diſciplinam Pythagoræ habitam eſſe venerabilem, ac propè diuinam. Apud Græcos ſit iſta diſtinctio, vt Pythagorici vocentur qui vnà cum Pythagora conuerſabantur, Pythagorei diſcipuli Pythagoræ, Pythagoriſtæ vitam Pythagoræ ſectantes. Symbola Pythagoræ aliubi à nobis fuſius explicantur.

Regina cæli.] Oratio eſt myſticotera ad lunam, ex ſecretariis religionis, theologiæque priſcorum educta: qua deam precatur vt ſibi o-

Regina cæli, ſiue tu Ceres alma frugum parens originalis, qua repertu læta ta filiæ, vetuſta glandis ferino remoto pabulo, mitti commonſtrato cibo, mene Eleuſinam glebam percolis: ſeu tu cæleſtis Venus, quæ primis rerum exordijs, ſexuum

sexuum diuersuatem generato amore sociasti, & æterna sobole humano genere propagato, nunc circũfluo Paphi sacrario coleris: seu Phœbi soror, quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educasti, præclarisque nunc veneraris delubris Ephesi: seu nocturnis vlulatib. horrenda Proserpina, triformi facie larvales impetus comprimens, terræque claustra cohibens, lucos diuersos inerrans, vario cultu propitiaris, ista luce fœminea conlustrans cuncta mœnia, & nudis ignibus nutriens læta semina, & solis umbragib. dispensas incerta lumina: quoquo nomine, quoquo ritu, quaque facie te fas est invocare, tu meis iam nunc extremis ærumnis subsiste, tu fortunam collapsam affirma: tu sævis exanclatis casibus pausam pacemque tribue: sit satis laborum, sit satis periculorum: depelle quadrupedis diram faciem: redde me conspectui meorum, redde me meo Lucio. Ac si quod offensum numen inexorabili me sævitia premit, mori saltem liceat, si non licet viuere.

pituletur. cuius nomina & numina multiiuga præcenset, tanquam dea sit vna, & nomina plura. sic enim veteres solẽ & lunam pluribus nominibus colure, quæ omnia ad mysticas cerimonias referuntur. M. Varro & Augustinꝰ duos deos esse, & principia duo rerũ esse tradiderunt, cœlum & terram, quibus omnia numina & nomina conueniunt. *Tu Ceres alma.*] Philosophi dicunt non esse nisi vnum deum, & vnam deam quæ pro ratione officiorũ nostrorum variis nominib. appellatur: vnde eundẽ Solem, eũdẽm Liberum, eundem Apollinẽ vocant. Item Lunam eandem Cererem appellant, eandem Dianam, eandem Iunonem, eandem Proserpinam, & sub aliarum quoque appellationum varietate venerantur. Quod secutus poeta maximus, pro Sole & Luna, Liberum & Cererem inuocauit, illo versu: Vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. Super qua re luculenta extat in Saturnalibus explicatio. Alma autem ab alendo, Ceres à creando dicta, vt Grammatici tradunt. M. Varro: Ceres (inquit) dicta, quod gerit fruges. Hoc idem sentit M. Tullius in 3. de Natura deorum. Fulgentius verò, nescio quid inductum no-

ſtris ſequitur, vt Ceres dicatur à χαρὰ, quod gaudium ſignificat: quoniam vbi plenitudo frugum ſit, gaudia ſuperabundent neceſſe eſt. Alma bono epitheto dicta, ab alendo, vt Seruius interpretatur. Lucem almam interpretatur Virg. donatus, illuſtrem & claram. Idem almum diem exponit, pro tranquillo. *Parens originalis.*] genitrix primigenia, & prima. *Repertu.*] inuentione. *Miti commentata cibo.*] Plinius in 7. Ceres prima inuenit frumenta, cum antè glande veſcerentur. Ante Plinium Ouidius quoque cecinerat: Mutauit glandes vtiliore cibo. Idem in ſerio opere: Prima dedit leges: Cereris ſunt omnia munus, Nil notius raptu Proſerpinæ, nil celebratius Cerere & cerealibus. Sunt autem Cerealia, dies feſtus Cereri dicatus. *Miti cibo.*] mitiore, vrbanioreque. *Eleuſinam celebam.*] Athenienſes Cererem præ cæteris coluerunt, tum ſacrificiis amplißimis, tum Eleuſinis myſteriis, quæ (vt ſcribit Diodorus) antiquitate caſtimoniaque apud omnes homines ſunt celebratißima. Strabo quoque: Eleuſin (inquit) vrbs eſt in Attica, vbi Eleuſinæ Cereris templum extat, & fanum myſticum, quod Ictinus extruxit, turbæ theatralis capaciſſimum. Olim Numenius inter philoſophos occultorum curioſior, offenſam numinum contraxit, quod Eleuſina ſacra interpretando vulgaſſet. Somniauit enim, ſe videre ipſas Eleuſinas deas habitu meretricio ante apertum lupanar proſtantes. quod cum admirari videretur, iratæ reſponderunt, ab ipſo ſe adyto pudicitiæ ſuæ vi abſtractas, & paſſim adeuntibus proſtitutas. Ex hoc ſomnia admonitus eſt cerimonias deorum minimè inuulgandas eſſe. Auguſt. in 7. In Cereris (inquit) ſacris prædicantur illa Eleuſina, quæ apud Athenienſes nobiliſſima fuerunt. Ob hæc myſteria ab Ouidio dicitur Cerealis Eleuſis. Prouerbium eſt græcum, ἄπιστοί τι ἰλάσκονται: de his quæ homines faciunt ſibi ipſis, nec communicant cum aliis. *Primis rerum exordijs.*] Sublata Venere orbis iacebit, cuncta ſqualebunt deſolata, mundum ipſum facies inamabilis contriſtabit. Veneris beneficio diuerſi ſexus copulantur, animantia perennitèr propagantur, homines ſingulatim mortales vniuerſo tamen genere, ſufficiendáque viciſſim prole perpetui fiunt & immortales. Itaque Lucretius meritò ſic exorſus eſt poema philoſophicum: AEneadum genitrix, hominum diuumque voluptas, Alma Venus, per te quoniam genus omne animantum Concipitur, viſitque exortum lumina ſolis. Et quoniam incidimus in mentionem Lucretij, illud eſt notabile, Lucretium non feciſſe initium ſuorum librorum ab hoc principio, quod omnes concinunt,

cinunt, quod vulgo legitur: ſed cum ſcripſiſſet vnum & 20 volumina, ſic cœpiſſe, Aetheris & terræ genitabile quærere tempus. Hoc tradit M. Varro eius auctoritate commonitus, exiſtimo iſtos libros Lucretij qui circumferuntur, eſſe non integrum opus, ſed partem operis legitimi, quo vnus & viginti libri continebantur. Venus autem hæc luna eſt, quæ mortalium corporum (teſte Macrob.) & auctor eſt, & conditrix: quam ætheriam terram phyſici vocauerunt & habitatores eius lunares populos nuncupauerunt. Philochorus quoque in Attide affirmat Venerem eſſe Lunam, & ei ſacrificium facere viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili: quòd eadem & mas exiſtimetur, & fœmina. Diuus Auguſt. in 7. Eandem (inquit) Venerem eſſe & Lunam volunt. *Paphi ſacrario coleris.*] Venerem apud Paphios coli, vnde & ipſa Paphie nominatur, nullus ignorat, qui vel illud tantum celebratiſſimum audiuerit: O Venus regina Gnidi Paphique. Plin. & Strabo tradunt, in inſula Cypro fuiſſe vrbes Paphon & Palæpaphon, quaſi vetuſta Paphon: vbi antiquum Veneris Paphiæ templum ſpectabatur. Circumfluo autem dixit, alludens ad inſulæ ſitum, quæ mari circumfluaeſt. *Partu ferarum.*] Sententia parum congruens lunæ, ſiue Lucinæ poteſtati, vt partus ferarum recreare dicatur: cum hominum cauſa magis quàm ferarũ myſtica eius cerimonia inſtituta eſſe videatur. Quocirca verior lectio erit, & eruditior, ſi legas Partu fœtarum: vt ad fœtas fœminas, hoc eſt eas quæ enixæ ſunt, referatur. fœtæ enim abſoluto vocabulo dicuntur puerperæ, & quæ iam partu exoneratæ ſunt. Ita eruditorum ſchola, ita Plinius noſter loquitur. Interdum quoque fœtum dici plenum & grauidum, quis ignorat? cui ignotum non ſit illud Maronianum, omnibus notiſſimum: Loca fœta furentibus auſtris. Lunam autem, quæ & Iuno Lucina dicta eſt, ducem naſcentium, & partubus mulierum fauere, & à parientibus inuocari, ſcribunt omnes. & hoc vidiſſe antiquos apparet, ex quorum inſtituto mulieres potiſſimum ſupercilia ſua huic deæ attribuerunt. hic enim maximè debuit collocari Iuno Lucina, vbi ab diis lux datur oculis. Ob hoc, nomine quoque myſtico Ilithyia inuocatur à parturientibus. Horat. in carmine Seculari ad lunam: Ritè maturos aperire partus, Lenis Ilithyia tuere matres, Siue tu Lucina probas vocari, Seu genitalis. *Veneraris.*] coleris. In paſſiua ſignificatione itidem à Virgilio dictum eſt, Venerata ſacerdos.

Delubris Epheſi.] Templũ Dianæ Epheſiæ tantæ fuit magnificentiæ atque admirationis apud priſcos, vt inter ſeptem mira-

cula numerarentur. ducentis viginti annis constat id factum esse à tota Asia. Columnæ centum viginti septem à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine: ex his triginta sex cælatæ, simulachrum ipsius deæ ornant: cæteræ ex ebeno esse traduntur. Mucianus verò, vitigineum, & nunquam mutatum, septies restituto templo. Cętera eius operis ornamenta tanta fuerunt, vt plurium librorum instar obtineant. Et quoniam mentio incidit de septem mundi miraculis, videor facturus operæpretium, si ea hoc in loco percenseam. Sunt autem hæc: Templum Dianæ Ephesiæ: Mausoleum, hoc est Mausoli sepulchrum: Colossus solis apud Rhodios: Iouis Olympici simulachrum, quod Phidias fecit ex ebore: Muri Babylonis, quos Semiramis regina constituit: Pyramides in AEgypto: & domus Cyri Medorum regis, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit. Non me pręterit varietatem esse in quibusdam, apud quosdam: sed in præsentia secutus sum Cassiodorum, hæc quæ diximus septem miracula præcensentem. *Horrenda Proserpina.*] M. Varro: Luna (inquit) quod sola lucet noctu, eadem dicta noctiluca. Quidam Dianam vocant, quasi diuianam, quòd in altitudinem & latitudinem simul eat. Proserpinam quoque appellant, quòd hæc vt serpens modò in dextram, modò in sinistram partem latè mouetur. serpere enim & proserpere idem dicebant. Fulgentius non inscitè: Proserpinam, inquit, quasi segetem voluerunt, id est terram radicibus proserpentem. & Hecate græcè dicitur: hecaton enim græcè centum sunt: & ideo hoc illi nomen imponunt, quia centumplicatum Ceres proferat fructum. Nocturnis autē vlulatibus ideo horrendam dixit, quia sacra Proserpinæ erant nocturna, & noctu cum vlulatibus colebatur. Quod & poeta docet illo versu: Nocturnis Hecate triuiis vlulata per vrbes, eandem enim esse Proserpinam, & Hecaten, & Dianam, & Cererem, & Lunam, nouimus. Cur vlulatibus coleretur per triuia & quadriuia, rationem tradunt, ad representandam scilicet Cereris imitationem, quę raptam Proserpinam in triuiis clamore requirebat. Romæ quoque in ludis Secularibus trinoctia sacra celebrantur in honorem Plutonis & Proserpinæ. Diagondas Thebanus omnia nocturna sacra apud Græcos lege perpetua sustulit, Aristophanes quoque Archææ comœdiæ conditor, nocturnas pernigilationes amaritudine perstringit. Seueritas Romana Bacchanalia & nocturna sacra condemnauit, cum sub nomine religionis stupra puerorum fœminarumque promiscua & corruptelæ omnis generis fieri cœpissent. *Triformi facie.*] Triuiam, tergeminam, triformem diuam dici Proserpinam, lectione poetica cō-

pertum

pertùm est: tanquam Luna in cœlo, Diana in terris, Proserpina apud inferos sit. Virg. Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Dianæ. Orphæus innuit ideo triplicem tergeminamque diuam nuncupari, quoniam tribus capitibus figuretur, equino, canino, & humano. *Laruales impetus.*] Cum Proserpina sit dea manium, meritò in eius potestate est impetus laruarum, & omnia noctium occursacula comprimere, & omnia umbratum nocturnarum terriculamenta cohibere, ne laruatos faciant homines atque lymphaticos. Iam sæpe dictum est, laruas perhiberi animas mortalium exutas corpore, si propter aduersa vitæ merita deprauantur: easdem manias dici, docet Martianus. *Lucos diuersos.*] Diana in lucis vim propriam exerit, sicut in cœlo luna. Virg. in 6. Iam subeunt triuiæ lucos. *Propitiaris.*] placaris, coleris. *Pario ritu.*] Quæ libet natio suus ritus, & cultus cerimoniarum propè habet peculiares. Romani (Liuio) teste omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano, aboleuere: iudicantes nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quàm vbi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Prouerbium est græcum, νόμος ἡ χώρα, quo significatur, singulas gentes propriis legibus vti, tam in administratione Reipublicæ quàm in cultu cerimoniarum. & vt exempla præteream, quæ sunt innumera, aurium fastidio parcens, vnum tantum ad præsens commemorabo: de Lindiis, qui Herculem nouo cultu & ritu colunt, videlicet cum conuiciis & maledictis. Quod si alicui inter solennes ritus vel imprudenti exciderit bonum verbum, sacra Herculanea habent pro violatis. Vnde prouerbium Græcorum innotuit, λινδίοις ἅλως ἐυσίδη. Verum hæc non tam sacra dicenda sunt, quam sacrilegia. *Luce fœminea.*] Lux solis masculo, & sidus masculum: lux lunæ fœminea, & sidus fœmineum. Plin. in 2. Solis esse masculum sidus accipimus: è contrario ferunt lunæ fœmineum ac molle sidus, atque nocturnum soluere humorem, & trahere, non auferre. Illud notabile, quod doctissimi memoriæ prodiderunt, & Catteni præcipuè obseruant: vt qui lunam fœmineo nomine ac sexu putauerint nuncupandam, is addictus mulieribus semper inseruiat: qui verò matrem deum esse crediderit, is dominetur vxori, neque vllas muliebres patiatur insidias. Vnde Ægyptij quamuis lunam deam, vt fœminam dicant, tamen mysticè deum dicunt. Parthi quoque Lunum deum nomine masculino & sexu colebant: nec id sine causa. nam priscі deos omnes ἀμφιθήλεις esse crediderunt, quasi dicas masculo fœminas: tanquam vtriusque sexus participationem numina habeant. proinde Caluus pollentem deum Venerem sanctissimè nominauit, &

à Virgilio dictum: Descendo, ac ducente deo flammam inter & hostes Expedior. Item: Nec dextræ erranti deus abfuit. nam illic Venus, hic Iuno intelligitur. Diximus quoque paulo ante ex auctoritate Philocori, viros sacrificium fecisse lunæ, quam & Venerem esse credebant, cum veste muliebri, mulieres cum virili: quòd eadem & mas existimetur, & fœmina. Tradit diuus Hieronymus, in diuinis neque sexum neque genus esse spectandum: si quidem à nostris spiritus sanctus masculino genere dicitur, à Græcis neutro, ab Hebræis fœminino. *Nudis igni.*] Nitidior lectio, Vdis ignibus. in luna enim ignes non sunt torrentes & ignei, vt in sole: sed humentes & diluti, vt pote quæ alienum fulgorem mutuetur, cunctáque humifico spiritu laxet: temperamento autem humoris & caloris semina nutriuntur. *Solis ambagibus.*] Luna solis discipula, obsequitur cursibus fraternis: & prout accedit ad solem, vel recedit à sole, crescens aut senescens dispensat lumen, quod optimo epitheto appellat incertum, cum semper in incremento sit, aut decremento: & sic semper instabile. Clamat Pythagoras apud Ouid. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ Esse potest vsquam, semperque hodierna sequente, Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem. Ex mystico lunæ mutabilis exemplo admonet nos Ambrosius in Hexamero nihil rerum humanarum esse posse, quod non aliquando resoluatur. Vnde scriptura ait: Stultus vt luna mutatur. Verùm illa non sponte mutatur: tu verò sponte mutaris. Ob hoc videntur nobiles Romani lunulas in calceis gestasse, vt non nimis extollerentur indulgentia fortunæ fauentis, sed admoneretur instabilitatis rerum humanarum, exemplo lunæ, quæ modò clarissima prænitet orbe pleno, modò omni splendore viduata gracilescit, & ad nihilum redit. Luna (auctore Macrob.) dispensationibus septennariis luminis sui vices sempiternæ lege variando disponit. Primis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, Græcoque sermone dichomenis & dichotomos vocatur, quasi diuidua. Secundis orbem totum complet, fitque plenilunium, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertiis dichotomos rursus efficitur. Quartis fit coitus lunæ cum sole, quod interlunium vocant, & silentem lunam, & intermenstruam: Græcè synodos dicitur. hinc discas, synodicam radiationem dici frequenter à Firmico Materno. Amphicyrtos etiam nominatur vtrinque prominentibus gibbis, vt docet Marcellinus. præterea vtrum habeat proprium splendorem, notoque lumine luceat, scrutatores rerum cœlestium varias opiniones prodiderunt. *Subsiste.*] succurre, subueni, opitulare. *Affirma.*] Melius est affirma, id est, stabilito, fulciroque

citóq;,& firmã reddito,ne me deinceps ſua mutabilitate cõcuſſiat. *Pauſam.*}ceſſationẽ & quietẽ. *Meo Lucio.*]mihi ipſi & humanæ figuræ : hoc dicit,reforma me in priſtinum Apuleium. *Moriluceat.*]Malo,inquit,mori,quàm degere vitam iumentoriam,& proſus aſinalem.

Ad iſtum modum fuſis precibus, & adſtructis lamentationibus rurſus mihi marcentem animum in eodem illo cubili ſopor circumfuſus oppreſſit. necdum ſatis compreſſerã,& ecce pelago medio venerandos diis etiam vultus attollens emergit diuina facies. At dehinc paulatim toto corpore perlucidum ſimulachrũ excuſſo pelago ante me conſtitiſſe viſum eſt. Eius mirandam ſpeciẽ ad vos etiã referre connitar,ſi tamen mihi diſſerendi tribuerit facultatem paupertas oris humani, vel ipſum numen eius dapſilẽ copiam eloquutilis facundiæ ſubminiſtrauerit.Iam primum crines vberrimi prolixique & ſenſim intorti per diuina colla paſſim diuerſi , molliter defluebãt.Corona multiformis variis floribus ſublimen diſtrinxerat verticem, cuius media quidem ſuperfrontem plana rotunditas in modum ſpeculi vel imo argumentum lunæ candidum lumen emicabat, dextra læuáque ſulcis inſurgentium viperarum cohibita , ſpicis etiam Cerealibus deſuper porrectis, multicolor byſſo tenui pertexta,nũc albo cãdore lucida,nunc croceo flore lutea,nunc roſeo rubore flammida: & quæ longè longéque etiam meum cõfutabat obtutum,

Marcentem animum.} ſomnulentum , torpentem, necdum excuſſo torpore expergefactum.ſic & Fulgentius dixit,marcentia languore ſomni . lumina. Marcentes vuæ dicuntur Martiali , vina marcida Papinio. Bacchi quoque epitheton eſt vt Marcidus dicatur , pro ebrius & laſſus, quódque molles efficit:vt interpretatur Lutatius Statij interpres.*Compſerã.*] Lege compreſſeram: vix,inquit, cœperam oculos comprimere & conniuere, quod à dormitante fieri ſolet.*Pelago medio.*} Hoc ex vulgari opinione, nec non poetica dictum, qua creditur lunam & ſolem exorientes emergere de pelago , & in pelagus occidẽtes ca-

dere, tunc(vt inquit Possidonius) fit ingens strepitus & stridor,tanquam sole in profundum cadente pelagus efferuescat.Hoc signat Papinius in Saluula, cum ait:Quę pronos Hyperionis meatus, Summis Oceani vides in vndis,Stridorémque rotæ cadentis audis. Per *lucidum ſp.*] Corpora dæmonum ex puriſſimo aeris liquidóque elemento coalita,nemini hominum temerè viſibilia,niſi diuinitus ſpeciem ſui offerantiſilis texta ſunt ſplẽdidis,& vſque adeò tenuibus, vt radios omnis noſtri tuoris & raritate tranſmittant, & ſplendore reuerberent, & ſubtilitate fruſtrentur. hinc illa Homerica Minerua cohibendo Achilli interueniens ſoli conſpicua eſt,aliorum nemo tuetur.hinc illa Virgiliana Iuturna,fratri Turno auxiliabunda,in medijs militibus cõuerſatur,miſceturque viris,nec cernitur vlli. *Paupertas oris humani.*]dixit Lucret.Patrij ſermonis egeſtas.*Dapſilem copiam*]largam eloquentiæ vbertatem.Græcè *δαψιλία* dicitur largitas & opulentia, *δαψιλὴς* abundans & copioſus: qua dictione & noſtri vſitati ſunt. Plaut. in Aululatia: Dotes dapſiles nihil moror.Sueton.de Veſpaſ. Conuiuabatur aſſiduè ac dapſilè, hoc eſt abundanter & lautè. A Columella vitis dicitur dapſilis muſto,quæ abundantia vini exuberat.ille quoque ſcriptor qui Cato(quia de morib.diſſerit)inſcribitur,inter minutulos auctores primi nominis, decenter dixit,Interdũ dapſilis eſto. Lucilius inquit,Inuitauit dapſilius ſe:pro largius & copioſius. Suidas refert hæc:*δαψιλία πολυτέλεια, δαψιλὴς ὁ πολυτελὴς δαψιλέστατος, πολυτελέστατος. Iam primium crines uberrimi.*]Lunæ luculenta myſticáque deſcriptio, ex inſtituto ſcriptorum,quibus mos eſt propè peculiariter deum vel deam quẽpiam accuratius deſcribere.Sic Fulgentius Muſas deſcribit. Hic noſter Lunæ ante omnia dat capillum denſum , & prolixam comam per colla defluentem:quia Venus eſt,quæ ſine ornatu penè

palla nigerrima ſplendeſcens atro nitore, quæ circumcirca remeans, & ſub dextrum latus ad humerum læuum recurrens, umbonis vicem deiecta parte lacinia multiplici contabulatione dependula , ad vltimas oras nodulum fimbriarum decoriter conſtuctuabat,per intextam extremitatem,& in ipſa eius planicie ſtellæ diſperſæ coruſcabant:earúmque mediæ ſemeſtris luna flammeos ſpirabat iones, quaquà tamen inſignis illius pallæ perfluebat ambitus , induuio nexu corona totis floribus , totíſque conſtructa pomis adhærebat.

oric

erit inuenusta : quod & referri potest ad radios lunares. verùm cum hæc mysticotera sint, non debent (vt inquit Lucianus in lib. de dea Syria) dici sine sacerdotibus & prophetis. *Passiuè.*] passim & incondite : passiua tibi lo dicitur à Firmico Materno, pro publica promiscuaque. *Coronam.*] Simplex sensus & historicus patet : mystico intellectu signari videtur multiplex lunæ effigies, quæ nunquam postridie eadem forma lucet qua illuxit pridie. hinc existimat Euseb. in Præparatione Euangelica, dici Hecaten, propter varias scilicet figuras, quas quotidie nouas repræsentat. potest & referri ad virtutem lunæ multiformem atque multiplicem. Nil etiam prohibet intelligi de coronis, quæ multifariæ circa lunam conspiciuntur. M. Varro & Plin. prodiderunt: si Luna coronam circa se habebit. & eam sinceram, non ante plenilunium hyemem esse metuendam: si gemini orbes lunam cinxerint, significari maiorem tempestatem : si plena luna circa se habebit orbem, ex qua parte is maximè splendebit, ex ea ventum ostendet. Plin. quoque in 2. sic inquit: Existunt eædem coronæ circa lunam & circa nobilia astra. Aristot. in Meteoris, & cæteri Græci, halo nuncupant: quam nostri modò circulum, modò coronam interpretantur. Senec in 1 quæst Hunc (inquit) Græci halo vocant, quem nos dicere coronam ap issimè possumus. *Plana rotunditas.*] Hoc ad plenilunium videtur esse referendum. *Candidum lumen.*] Suus quinque planetarum color est. Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero candens, Vesperi refulgens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli cum oritur ardens, postea radians. *Sulcis insurgentium vipera um*] Iam dictum est, lunam esse Proserpinam, esse Ceretem, esse (vt ita dixerim) omnia. Proinde illi assignant ea quæ pertinent ad agricolationem. Cerealem, in qua sulci interdum tortuosi viperas imitantur. in arando magnopere seruandum est Catonis oraculum, Sulco vario ne ares. Arator, auctore Plin nisi incuruus prævaricatur. idem ait: Omne aruum rectis sulcis, mox obliquis subigi debet & potest. & hoc commodissimè referri ad angues, quibus frenatis, curruique admotis. Ceres dea sulcauit cælum, & per aera vecta est. Ouid. Geminos dea fertilis angues Curribus admouit, freniscque coercuit ora, Et medium cœli terræque per aera vecta est, Ego potius opinor sulcos viperarum pertinere ad iter lunæ flexuosum, qualis est draconum meatus. *Byssò tenui*] Erat, inquit, luna induta veste byssina multicolori. Byssum autem linum vocamus. Plinius in 19. libro, byssino secundam bonitatis & principatus palmam dat mulierum maximè deliciis, cuius stipula quaternis denariis vendebatur. in Exodo præcipit Dominus, decem

cortinas fieri de biſſo retorta, & hyacinto ac purpura, cocco bis tincto, variata opere plumatio ad tabernaculi operimentum. Ioſephus lib. 3. Antiquitatum, item in 6 belli Iudaici, ſubtiliter ſcribit hos quatuor colores, ex quibus cortinæ contextæ erant, deſignare naturam elementorum. Coccum enim ignem imitatur, purpura mare ſignificat, hyacintus aeris eſt indicium, biſſum verò terram declarat: eo quòd linum oriatur ex terra. Præterea ſacerdotes ad altare accedentes, veſte byſſina amicti erant. pontifex quoque caput tegebat biſſina thyara: de quibus omnibus, præter Ioſephum, copioſiſſimè apud noſtros ſcripſit diuus Hieron. in libello ad Fabiolam, de veſte ſacerdotali. Eſt præterea byſſum color purpureus, vnde byſſinon dicunt Græci veſtimentum βύσσο βεβαμμένον, id eſt, byſſo tinctum: vt docet Suidas in etymologico. Byſſini mentionem & Plin. facit 9. *Albo. c. l.* } Ex cauſa phyſica multicolor veſtis lunæ tribuitur, vt & candido & crocio & rubenti colore contexta meritò dicatur. namque luna vario mutabilique colore ſpeciem ſui ſubinde variat: neque id ſine præſagiis tempeſtatum. ſiquidem rubicunda ventos, nigra pluuias, puro nitore ſplendens ſerenitatem portendere creditur: Hinc illa Virg. pronoſtica: At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem, Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phœbe. *Confutabat obtutum.* } perturbabat aciem oculorum meorum, & quaſi perſtringebat. *Palla nigerrima.* } Notiſſimum eſt, pallam dici veſtem matronalem, & honeſtæ mulieris veſtimentum: cuius Horat. Virg. Plaut. & omnes meminere. Ideo autem pallam nigerrimam lunæ aſſignare videtur, quia eam ex parte proprij candoris totam eſſe, & alienæ lucis indigam, multi crediderunt. Beroſus verò ſideralis ſcientiæ conſultiſſimus, Lunam profeſſus eſt pilam eſſe ex dimidia parte candentem, reliqua cerulei coloris: eámque cum ad perpendiculum, & normaliter ſibi ſubiecta ſit, obſcuram videri, & nigram, vt nigerrima palla referatur vel ad colorem lunæ proprium, vel ad defectus: & quando in coitu ſolis obſcuratur, quſdam denſo corpore eſſe, alij læui, ceu quodam ſpeculo, & ſolis impetu recipere ſplendorem arbitrantur. *Atro nitore.* } Decenter dixit atro nitore, cum nitor quidem ex nigro colore refulgeat. Apelles atramento abſoluta opera illinere ſolebat, ita tenui, vt idipſum repercuſſu claritates oculorum excitaret. *Ad humerum læuum.* } Videtur ſignare habitum Gabinum: de quo Virg. Ipſe quirinali trabea cinctúque Gabino. eſt autem Gabinus cinctus, toga in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat: quo veſtimenti genere vtebatur conſul bella indicturus. *Vmbonis vice.*] Vmbonem eſſe mediam

diam clypei partem eminentiorem,& pro scuto interdum accipi,docent grammatici,& sciunt omnes.Papin. Iam clypeus clypeis,vmbone repellitur vmbo. Sensus est Apuleij,vestem recurrentem ad humerum sinistrum repræsentasse vicem vmbonis, & sicuti sæpe pallium sinistræ inuolutum est pro clypeo. Apud Persium candidus vmbo non accipi debet pro clypeo, vt incuriosi & malè literati opinantur:sed pro veste,qua adolescentuli dicty rocinij induebantur,quam M.Tul. & Plin. togam puram à candore nuncupant.cuius & Sidon.fecit mentionem. *Contabulatione.*}Sicut contabulationes sunt in domicilio, & tabulatis pluribus tecta consurgunt:ita in vestibus, maximè fœmineis, contabulationes quædam extare visuntur, quasi gradatim sese dilatantes.Quidam codices habent contabulatione,quod non displicet:est enim contabulatio dicta à tubis siue tubulis, quasi tumiditas orbiculata per vestem ducta instar tubulorum,quibus aquę ductus extruuntur: qui (vt Victru.& Plin.docent) ex vna parte lingulati esse debent,vt alius in alium inire conuenireque possint commissuris pyxidatis: multóque salubrior est aqua ex tubulis fictilibus ducta,quàm per fistulas plumbeas.Inter vestes pontificis apud priscos erat indumentum rotundum, ex quo fimbriæ pendebant,alternis aurea tintinnabula malaque granata sustinentes:tintinnabulis quidem tonitrua,malis verò fulgura designantibus.Greg.in Pastorali:quod & di.43.proditum est,tropologicè interpretatur per tintinnabula significari, sonum prædicationis in sacerdote esse debere per mala punica fidei vnitatem designari,in quibus vno exterius cortice, multa interius grana muniantur. *Oras.*} extremitates vestimenti, & fimbras:sine aspiratione scribendum est.*Intectam.*}oculis obuiam & apertam.Potest legi Intextam. *Stellæ c.*}Stellis distinctam variegatámque vestē fuisse designat.Hæc legens,videor legere descriptiones vestium sacerdotalium Hebraicarum,inter quas vna nobilitatur intextu gemmarum.etenim duodecim lapides in quatuor partes terni diuisi,veste inclusi spectabantur,præferentes scripta tribuum Iudaicæ gentis nomina. Lucian.quoque in descriptione cultus Syriæ & simulachri operosus est,cuius æmulator est noster Lucius. *Semestris luna.*] non à numero sex mensium semestris hic dicitur luna (vt ego sentio)sed à semimense, quando ferè in dimidiatis mensib.plena splēdicat,& cuncta collustrat. vnde idus vocabulo Tusco appellant Iouis fiduciā,qui dies ferè in plenilunio & medio mense fieri solet. etenim fiducia Iouis est, luna cuncta illustrāte.*Perfluebat.*]Vestis laxior,quasi vndatio fluctuat & perfluit.

Indluiduo nexu.] Videtur signare, coronam hanc fuisse in extremo pallæ ambitu, constructam floribus & pomis, ad designandam Cereris fœcunditatem, & frugum vbertatem, ex qua primo flores, mox poma proueniant.

Dextra fe.c.] Lucian. simulachrũ deæ describens: Est, inquit, luna dea, habet autem aliquid & Palladis & Veneris & Lunæ, & Rheæ, & Dianæ, & Nemesios, & Parcarum. manu quidem altera gestat sceptrum, altera autem fusum: in capite radios fert & turrim, & cestum. Lucius verò noster dicit, in manu dextra lunæ fuisse crepitaculum æneum, vt per hoc ostendat ritum priscorum, qui crepitu æramentorum disſono lunæ laboranti auxiliabantur. (cuius rei, præter poetas, Liuius quoque & Plin. meminere. vel, vt per crepitaculũ declaret, lunam tinnitu quodam & sonitu in cœlo moueri assidua vertigine. De musico mundi concentu, & siderum tinnitu, Plato & Platonici omnes scribunt, asserentes harmoniam esse in cœlo. Quod Arist. & Aristotelici alacriter inficiantur. scilicet cum Lucius noster sit Platonicus, potuit videri sub hoc inuolucro intellexisse tinnitum lunarem, mundanúmque concentum. Cæterùm cum commentatoris officium sit, varias interpretationes afferre, & non solum quid sibi, sed quid & aliis videatur ostendere: dixi opiniones aliorum super hac re mystica, quas quivolet sequi

Iam gestamina longè diuersa. nam dextra quidem ferebat æreum crepitaculum, cuius per angustam laminam in modum balthei recuruatam, traiectæ mediæ pauca virgulæ, crispante brachio teroeminos iactus reddebant argutum sonum, leue verò cymbium dependebat aureum: cuius ansulæ, qua parte conspicua est, insurgebat aspis, caput extollens arduum, ceruicibus latè tumescentibus. Pedes ambrosios tegebant soleæ, palmæ vĩtricis foliis intextæ. Tales ac tanta spirans Arabiæ fœlicis germina, diuina me voce dignata est. En adsum, tuis commota Luci precibus, rerum natura parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initialis, summa numinum, regina manium, prima cœlitum deorum dearúmque facies vniformis: quæ cœli luminosa culmina, maris salubria flamina, inferum deplorata silentia, nutibus meis dispenso.

ſe qui poſſit. Ego verò exiſtimo, per crepitaculum hoc ſignificari ſiſtrum, quod Iſis dea Aegyptiorum geſtat in dextra. Iſidem autem & lunam eſſe eandem, docent auctores. & paulo mox apertè demonſtrat Lucius noſter. ideo autem Iſidi ſiue lunæ ſiſtrum, quod crepitaculum ſonabile eſt, aſſignatur, vt Nili incrementa ſignificentur: quod & Seruius grammaticus velut in trãſcurſu indicat, enarrans illud Virgilij ex 8. Aeneid. Regina in mediis primo vocat agmina ſiſtro. Præterea in ſacris Iſidis, vt auct. eſt Herod. mulieres crepitacula tenentes plaudunt, viri tibiis canunt. De crepitaculis puerilibus Martialis & Quintil. à crepitu & ſonitu inditum nomen. *Paucæ vngulæ.*] Quidam legunt vndulæ, quidam virgulæ: quæ lectio magis quadrat, cum in crepitaculo ſint virgulæ, quæ agitatu brachij criſpantis reſonabant. Criſpante dixit brachio, pro vibrante, agitante, reciprocante, vt Virg. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. *Tergeminos iactus.*] Verba ita ordinanda ſunt: Virgulæ crepitaculi reddebant argutum ſonum, brachio criſpante tergeminos iactus. dum enim brachium criſpat agitátque iactus, triplices reſonabant virgulæ ſonoro concentu. *Leue cymbium.*] in ſiniſtra ferebat poculum quod cymbium vocant, procerum ac cimbæ naui ſimile, vnde & nomen. Auctores Seruius, Macrob. & cæteri. Fuerunt qui cimbium à ciſſimbio per ſyncopam dictum exiſtimauerint. ciſſimbium verò volunt eſſe poculum ligneum ex hedera, quæ Græcè dicitur κίσσος. Homerus hoc poculum Cyclopi ab Vlyſſe datum memorat. Myſticè cymbium lunæ aſcribi creditur, ad fluorem aquarum ſignificandum, quas humifica lunæ vis identidem refundit. Verùm ego opinor hoc totum referendum eſſe ad Iſidem, quæ eadem & luna eſt: cuius ſiniſtra fert cimbium, quod quidem ſitulam appellant: ex myſticis Ægyptiorum cerimoniis, ad fluentiam lacunarum & inundationem Nili ſignificandum. Quidam hoc referendum cenſent ad Iſidis nauigium, de quo paulo mox plura. *Anſulæ.*] cimbium anſulatum vas fuiſſe ſignificat: tale fuit & carchefium, quod (vt eruditi deſcribunt) procerum erat, compreſſum circa mediam partem, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. feſtiuiter à Plauto & decebter dictum. Quis hic anſatus ambulat? de eo qui manibus quaſi alis magnificè ſubnixis, & glorioſe inflexis ambulabat. *Inſurgebat aſſis.*] In Pompa Iſidis Ouidiana ſerpens quoque deſcribitur illo verſu, Plenáq; ſomniferis ſerpens peregrina venenis. Euſeb. in 2. præparationis euangelicæ, In myſteriis priſcorum draconem in ſpiram conuolutum adhiberi refert: quoniam Iupiter draco factus concubuit cum Pherephatt

Cereris filia. hæc autem omnis ratio ſacrificalis ad eandem deã refertur,quæ vna eſt multiiugis nominibus celebrata. præterea aſpida Ægyptiacam ſerpentem autumant conuenire deæ Ægyptiæ cerimoniis.*Cernicibus tumeſcentibus.*]Colla aſpidum veneno tumeſcere,auct.eſt Plin.quarum ictus irremediabilis eſt,præterquam ſi confeſtim partes contactæ amputentur. Alibi annotauimus, quemadmodum aſpis habet internecinum bellum cum ichneumone,qui vbi pluribus ſe coriis ex lino loricauit, in dimicationem pergit:in ea caudam attollens ictus irritos aduerſus excipit, donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. De hac intellexit Lucan.illo verſu: Aſpidas vt Pharia caudam ſolertior hoſtis Audit,& iratas incerta prouocat vmbra.*Pedes ambroſios.*diuinos & immortales,nec non vnguenti liquore delibutos. *Palmæ foliis.*]Lunæ ſimulachro, quæ & Iſis eſt, conueniunt calciamenta ex palmaceis foliis intexta, cùm ob alia, tum quia in Ægypto larga palmarum copia,vbi religioſe hæc dea adoratur. apud Plin. nulla mentio eſt, quòd palmarum folia fuerint in vſu calceorum:qui ea tantum ſcribit in vſu eſſe ad funes, vitiliumque nexus, & capitum vmbracula. Vbi vitilia, quæ dictio Pliniana eſt, ſignificantur omnia ad vinciendum ligandumque accommodata. Lego apud eccleſiaſticos ſcriptores, maximeque apud Hieronymum, quòd Paulus anachorita foliis palmarum contextis veſtiebatur,eratque illi veſtis palmacea.Hieronymus dixit,ſacerdotes Ægyptios calceos papyraceos geſtare, non palmaceos. Verùm enimuerò Lucius noſter ſibi ipſi concors eſt, & congruens,qui in 2.huiuſce operis volumine baxeas palmeas dedit Ægyptio prophetæ: & nunc ipſi Ægyptiorum deæ dat ſoleas palmarum foliis conſutas, vt intelligamus id genus calciamenti propè peculiare eſſe in cerimonia Ægyptiorum.Præterea priſcos palmarũ foliis ſcriptitaſſe conſtat:vnde φοινίκια γεγράμματα id eſt, literæ dicebantur Phœniciæ. φοῖνιξ enim Græcè palma, quidam Phœnicia dici τὰ γεγράμματα, id eſt literas autumant, à Phœnice Cadmo,ſiue Agenore literarum inuentore. Videntur autem palmacei calcei deæ congruenter aptari, ne quid ſcilicet morticinum eius membra pollueret. Sic apud Marcianum calceos ex papyro ſubligat Phroneſis Philoſophiæ. Quòd autẽ palma dicatur arbor victrix,ſitq; in certaminibus ſymbolum victoriæ,ſciunt omnes.cauſam Plutarch.Ariſt.Gel. & cæteri tradiderunt:quoniam ſcilicet ponderi non ſuccumbit, neque deorſum flectitur,ſed aduerſus pondus reſurgit,recuruatúrq;:quale eſt victoris ingenium, quod vrgentibus præmentibúſque non cedit. *Spirans Arab.fœl.germ.*]Legi poteſt, Arabiæ fœlicis germina.nã

cum

cum triplicem Arabiam Plin.Ptol. cæteríque deſcribunt,illa eſt memoratiſſima,quæ Græco cognomine Eudæmon,Latino fœlix ſiue beata nuncupatur : quæ teſte Strabone aromatifera eſt, quæ (vt tradit Plin.germina odoratiſſima progenerat:& quam uis caſſiam cinnamomúmque non ferat , tamen fœlix appellatur.idem Plin.peculiaria Arabiæ germina percenſet in 12.*Commota Luci.*]Reſponſio lunæ ad Apuleiũ myſticotera,qua euidenter oſtenditur,vnum eſſe numen nominibus pluribus cultum nominatúmque.Luci, caſus eſt ſalutatorius, qui vocatiuus dicitur. alloquitur enim Lucium Apuleium.*Rerum natura pa.*] Natura qua dicimus nata eſſe omnia,à naſcendo nomen accepit:quæ nihil aliud eſſe creditur quàm deus. quod & Lactantius refert in 2.ſed Seneca planius id,explicatiúſque demonſtrat lib.4. de Beneficiis,cuius verba ſubieci,quæ ſunt hæc : Natura,inquit,hoc mihi præſtat.non intelligis te,cũ hoc dicis, mutare nomen Deo? quid enim aliud eſt natura,quàm Deus,& diuina ratio toti inũdo & partibus eius inſerta? quoties voles , tibi licet aliter hunc auctorem rerum noſtrarum compellare, & Iouem ritè dices,& Tonantem,& ſtatorem: eundem ſi fatum dixeris , non mentieris, cum fatum nihil aliud ſit quàm ſeries implexa cauſarum.ille eſt prima omnium cauſa,ex qua cæteræ pendent:quæcunque voles illi nomina propriè aptabis , vim aliquam effectúmque cœleſtium continentia. Tot appellationes eius poſſunt eſſe, quot munera.ergo nihil agis ingratiſſime mortalium,qui negas te Deo debere, ſed naturæ : quia nec natura ſine Deo eſt , nec Deus ſine natura,ſed idem eſt vtrunque hactenus Seneca : cuius auctoritate fulcimur , vt numeroſis appellationibus Deum ſiue deam hanc,de qua loquimur,appellemus : cum nihil referat, vtrum nominibus maſculinis an fœmininis rerum natura nuncupetur. Quoniam, vt ſuprà expoſui breuiter , dij omnes ſunt ἀρρενόθηλυ,id eſt, maſculo fœmini : ita poſſumus per vnam rem vtrunque intelligere. Plin.noſter vbique librorum, naturam rerum parentem & magiſtram appellat: quam & Deum opificem omnium intelligi vult.*Elementorum om.do.*] Initia rerum eſſe tria arbitratur Plato,Deum,& materiam, rerúmque formas quas Ideas vocat.Deus artifex conformat vniuerſa ex materia:hinc prima elementa eſſe progenita,ignem & aquam,memorauit.*Initialis.*] primordialis,originalis.diuus Auguſtinus in 11.de Ciuitate Dei:Non eſt (inquit) mundus factus in tempore,ſed cũ tempore. ante mundum nullum eſt tempus , & (vt auctor eſt Triſmegiſtus) receptaculum temporis eſt mundus. *Summa nu.*] maxima deorum. *Regina ma.*] Proſerpina nominatur,

quæ dea est defunctorum. *Deorum dearúmque fa.*] Hinc euidenter ostenditur, deos omnes & deas ad vnum referri, qui fabricator rerum, variis nominibus deorum & dearum, tam figmentis poeticis quàm philosophicis rationibus colatur. Quod & Valerius Soranus duobus his versibus scitissimè complexus est: Iuppiter omnipotens, regum rex ipse, Deúsque, Progenitor genitrixque deûm, Deus vnus & omnis. hos versus M. Varro in hanc sententiam exposuit, in libro quem inscripsit de Cultu deorum, & diuus August. identidem citat pro testimonio. *Deplorata silentia.*] Vbi homo in familia Proserpinæ esse cœpit, & loca manium silentiosa inhabitare, actum est: deploratur in æternum reditus. illinc negatur redire quenquam, illic est fletus & stridor dentium, vt auctor est diuus August. in libello de triplici habitaculo. In inferno flammiuomo principalia duo sunt tormenta: frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis. Sacra scriptura gehennam vocat, vbi dolor sine remedio, pœna sine fine, & omnium rerum desperatio est. *Nutibus meis.* Quid est numen, nisi Dei nutus ac potestas? M. Varro: Numen dicunt esse imperium, ab nutu.

Multiformi specie.] Cum deus, sit ἀσώματος καὶ ἄῤῥητος, καὶ ἀνεπινόητος, id est, incorporeus, indicibilis, innominabilis, scienter & prudenter existimantur facere Iudæi, qui sola mente vnum tantum numen intelligunt: prophanos existimantes, qui deorum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant. itaque nulla simulachra deorum in suis templis sunt & ex præscripto legis

Cuius numen vnicum, multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis. Inde primigeni Phryges Pessinunticam nominant deorum matrem, hinc autochtones Attici Cecropiam Mineruam, illinc fluctuantis Cypri Paphiam Venerem, Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam, Siculi trilingues Stygiam Proserpinam, Eleusini vetustam deam Cererem, Iunonem alij, alij Bellonam, alij Hecaten, Rhamnusiam alij: & qui nascentis diei solis inuehantibus illustrantur radijs Aethiopes, Arijque, priscáque doctrina pollentes Ægypty, cerimonijs me propriis percolentes, appellant vero nomine reginam Isidem: Adsum tuos miserata casus, adsum fauens & propitia:

mate

mitte iam fletus, & lamentationes omitte, depelle mœrorem. Iam tibi prouidentia mea illuxerit dies salutaris. Ergo igitur imperijs istis meis animum intende sollicitum. Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupantur religio, quo sedatis hybernis tempestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam, primitias cœnaculus libant mei sacerdotes. Id sacrum, nec sollicita nec prophana mente debebis opperiri.

Mosaicæ nefas est simulachrum Dei, nedum hominis, non solum in templo, sed neque in prophano loco collocare. auctores Corn. Tacitus & Iosephus, quod & in Pentateucho copiose explicatur. Cn. Pompeius domitis Iudæis, templum Hierosolymorum illud famigeratum iure victoriæ ingressus, vulgauit, nullam intus Dei effigiem esse, vacuam sedem & inania arcana. contrà AEgyptij sub effigie animalium plurimorum deos non tam venerantur, quàm infamant. Namque (vt inquit M. Varro, & renarrat diuus August.) qui primi populis instituerunt simulachra deorum, metum dempserunt, errorem addiderunt. De vario cultu deorum, simulachrisque multiformibus, & nominibus quibus coluntur apud varias nationes, scatent volumina scriptorum, & suo loco sigillatim annotabitur.

Multiingo nomine.] multis variisque nominibus. est enim deus vnus, nomina plura. *Primigeni Phryges.*] Ex historia remotiore sumptum, vt Phryges primigeni siue primi mortaliũ nuncupentur. nam Psammetichus rex AEgypti, cupidus noscendi qui nam primi hominum extitissent, huiusmodi rem commiscetur. Pueros duos recens natos tradidit pastori educandos, iubens neminem coram eis vocem vllam edere, solitaria in casa ambos relinqui: eisdem in tempore capras admoueri, quarum lacte nutrirentur. præterea iussit diligenter obseruari, quam vocem primam ederent. itaque exacto biennio, cum pastor qui puerorum nutricationem susceperat, accedens ad casam, ianuam repanderet: ambo infantes clamare cœperunt Becchus, quod primo audiens pastor obticuit. cum verò crebrius adeunti & obseruanti idem verbum ab infantibus ingereretur, rem domino indicat, eiusque iussu pueros exhibet. quos cum ipse Psametichus audisset, vestigauit quinam homines becchus quidpiam appellarent. hoc curiosè perquirens, comperit Phrygias

sic panem appellare. quo argumento confutari AEgyptij, Phrygas primigenios primósque hominum. & se ipsis priores extitisse, concesserunt: cum ante Psametichum persuasissimum habuissent, omnium hominum se primos extitisse. historiæ auctor Herodotus in 2. De AEgyptiis dixit Lucian. αἰγύπτιοι λέγονται πρῶτοι ἁπάντων ἀνθρώπων. Apud Trogum explicatur luculenta contentio inter Scythas & AEgyptios, de generis vetustate, quæ Scythæ antiquiores censentur. Claudian. scribens in Eutropium, vetustatis & historiæ Phrygum meminit his versibus: Dat cuncta vetustas Principium Phrygibus, nec rerum AEgyptius vltra Restitit, humani postquam puer vberis expers, in Phrygiam primum laxauit murmura vocem. Ennius (teste M. Tul.) Fruges dicebat, non Phryges: & purrum, non pyrrhum. nec enim antiqui Græcam literam y adhibebant: nunc & Phryges & Pyrrhum aurium causa dicimus. *Pesinuntiam.*] In Phrygia oppidum est, quod Pesinuntium appellatum ferunt: à simulachro deæ Cybeles, cœlitùs lapso in eum locum. nam πεσεῖν Græcè dicitur, quod cadere nos dicimus. Alij nomen huic loco inditum esse tradunt, quia permulti illic vtrinque ceciderunt, pugna inter Ilum Phrygem & Tantalum Lydum commissa: auctores Herodotus & Ammian. Marcellinus. Ad Pesinuntia colebantur orgia matris magnæ, quam & Ideam vocant, & vetusta eiusdem delubra conspiciebantur. vnde Pesinuntia dea dicta, cuius simulachrum ex hoc oppido bello Punico secundo, carmine Sibyllino monente, Romam translatum est: & per Scipionem Nasicam, qui optimus à senatu iudicatus, hospitio ritè receptum est. Pesinuntis oppidi, & Pesinuntiæ deæ meminit Strabo his verbis: Pesinus emporium est eorum qui in hac regione sunt, & templum maximum habet magnæ venerationis matris deûm, quam Anginitam vocant. *Domini matrem.*] Lege Deûm, pro deorum. *Autochthones.*] Epitheton perpetuum Atticorum, vt Autochthones dicantur, quasi indigenæ, & in eodem nati solo, quod incolant, eiusdemque terræ primi cultores. non enim aduenæ sunt Attici, neque passim collecta colluuies originem vrbi dedit: sed, vt historici tradunt, quæ illis sedes, eadem origo est, & (vt vtar verbis M. Tullij) vrbs Atheniensium vetustate ea est, vt ipsa sese suos cives genuisse dicatur, & eorum eadem terra parens & altrix fuisse dicatur. De Autochthonibus scripsimus copiosius in primo commentario. In epistolis ad Atticum, decenter dicitur ἀνυπαχθία in homine vrbanitas, pro ingenita & nativa, non autem insitiua

ìnſitiua & alienigena. Illud adde,quod refert Suidas in Etymologetico,Autochthonas,dici præter Athenienſes, Arcadas quoque, & Aeginetas. *Cecropiam Mineruam.*] Athenienſes Attico vocabulo notiſſimo Athenam vocant Mineruam, ex cuius nomine Athenæ nuncupatæ. Cecropia verò cognominatur à Cecrope rege,qui primus multitudinem in ciuitates 12.digeſſit,à cuius nomine Cecropidæ nominantur, & Cecropia regio nominata,quem Græci Diphgeon cognominant, noſtri geminum:quia primus marem fœminę matrimonio iunxit:vel quod cum eſſet AEgyptius, vtranque linguam calluerit, Græcam & Aegyptiacam. primos Cecrops bouem immolans, Iouem appellauit:auctores Strabo, Trogus,& Euſebius. *Fluctuantes Cypry.*] Spectanda eſt huiuſce ſcriptoris in rebus omnibus elegantia, & in epithetis apponendis mira ſolertia:cum vnicuique quod ſuum eſt ſcienter nec minus decenter apponat: à quo vt primigenij Phryges, & Autochthones Attici ſignificanter & propriè, atque ex priſcorum doctrina nuncupati: ita & Cyprij fluctuantes optimo conuenientiſſimóque epitheto dicuntur, cum ſint populi inſulani, & omnis inſula mari circumfluat & maritimis fluctibus ſit obnoxia. Fuit quondam Cyprus nouem regnorum ſedes, in Cilicio mari ſita: vbi inter cætera vrbs eſt Paphos, inclyta delubro Veneris, claro per indigenas aduenaſque, quam Paphiam cognominant, quod numen eſt Cypriorum peculiare. Simulachrum Paphiæ Veneris non effigie humana colitur,ſed continuus eſt orbis latiore initio tenuem in ambitum, metæ modo exurgens. Cur autem hac forma colatur, ratio in obſcuro eſt, vt refert Corn. Tacitus. Præterea Cyprus (vt docet Origenes in Homeliis Canticorum) appellatur vna florens: & virgulti ſpecies eſt, ferentis quendam fructum floridum, habentem vim excalefactoriam, Fuit & Romæ vicus nomine Cyprus,ex eo dictus, quòd ibi Sabini bono omine conſederunt. nam cyprum Sabini bonum dicunt,vt refert M. Varro. *Cretes ſagittiferi.*] Creta, quam Homerus Hecatompolin à numero centum ciuitatum appellat, quam à temperie cœli Macaron neſon, id eſt beatam inſulam dixere,nobilitatur vſu ſagittarum: nec peritia ſagittariorum orientis populis, qui ſagittis bella conficiunt, poſtponitur. Lucan. Nec Eois peior cortina ſagittis. Plin. in 16. ait,quod præcipuus ſagittarum vſus in Creta bellatores ſuos præcipitauit. De hac Solinus: Creta prima potuit remis & ſagittis. & vt auctor eſt Strabo in 10. Cretenſes nauigandi principatum tenuerunt. Inde vetus prouerbium inuulgatum eſt, de eo qui quod optimè

nouit,id se ignorare & fugere dissimulat : Cres nescit pelagus: græcè dicitur, ὁ κρὴς τὸν θάλατταν. & cum Cretenses fuerint impostores ac mendaces,qui ab Epimenide dicuntur κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται: factum est alterum prouerbium κρητίζειν,quo vtimur ad mendaces fallacésque. Quin etiam Creta vna ex tribus illis nationibus,propter quas exiit illud,τρία κάππα κάκιστα, Tria Cappa pessima:videlicet Cappadocia , Creta, Cilicia : cuius rei suprà quoque commeminimus.

Dictynnam Dianam.] Cretes Dianam religiosissimè venerantur,Britomartem gentiliter nominantes , quod sermone nostro sonat virginem dulcem : eandem & Dictynnam cognominant, propterea quòd retia inuenerit ; quæ græcè dicuntur δίκτυα. Scribit Diodorus in 6. Bibliothecæ , Dictynnam ex Ioue genitam , in Creta consuetudine Dianæ familiarissimè vsam esse: quæ res causam præbuit , vt quidam Dictynnam Dianamque eandem esse existimarent. Callimachus autumat Dictynnam à retibus piscatoriis denominatum , intra quæ fugiens euaserit violentiam Minois regis , eam libidinis causa insequentis. Tibul. Perque suas impunè finit Dictynna sagittas. De templo Dictynnæ mentio quoque est apud Strabonem. *Siculi tri.*] Quæritur cur trilingues Siculos appellauerit:quidam exponunt,quasi dolosos & fraudulentos, quos & bilingues dicimus. Siculos enim acumine pollere constat atque vafricia , quos Maternus bono epitheto acutos appellat. Græci quoque vsurpant hoc verbum σικελίζειν, pro eo quod est πονηρεύεσθαι, id est,nequiter agere,& prauè. Ego verò intelligo trilingues dici , quia tribus linguis , Græca & Latina & Sicula loquebantur. quamuis nec Latina nec Græca satis bene vterentur : & quod sentit Pedianus Asconius in expositione Verrinarum,& Plaut.signa cum ait,Tibi sexcenti logiatici nullum Siculum acceperis. Sicilissitare Plautinum verbum est , quod significat Siculè loqui. Diuus Hieronymus vocat hominem pentaglotron. id est , quinquelinguem , qui omnibus quinque Græcorum linguis loquereetur. *Stygiam Proserpinam.*] In Sicilia ex Ennensium nemore, qui locus quòd in media est insula situs,vmbilicus Siciliæ nominatur, rapta est proserpina à Stygio Plutone,quem Orcum dicunt. M. Tul. in oratione de signis , tradit insulam Siciliam totam esse Cereri ac Proserpinæ consecratam : quam & Liberam vocant. nam & natas esse has in his locis deas , & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur. Syracusani festos dies anniuersarios agunt , eo in loco quo Ditem patrem ferunt penetrasse sub terras à Proserpinæ raptu,abreptámque secum asportasse.

Eleusini

Eleusini Cererem.] Hoc paulo antè explicatum est, & suprà ab Apuleio Eleusis dicta Atticæ sacrarium. Pomponius Mela : in Attbide Eleasin Cereri consecrata. *Iunonem alij.*] vt Samij, quia in insula Iunonis sacra celebrabantur. *Bellonam.*] sororē Martis, carminibus poeticis inclytam, quam (vt inquit Augustinus) ita iungunt Marti, vt Venerem Vulcano, Neptuno Salaciam. à bello cui præest Bellona nuncupata, vt à Pomis Pomona, à bobus dea Bobona. *Hecaten.*] De hac diximus suo loco: de qua & Virg. Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. à numerosa effigie & potestate Hecaten dici tradunt: quia Græcè ἑκατὸν centum. Orpheus in Argonauticis figmento poetico tradit Hecatem esse tricipitem, id est tria capita habere: vnum equinum, alterum caninum, tertium humanum: vnde à poetis tergemina & triformis dici creditur. Lego apud scriptores Græcos, morem fuisse, vt singulis mensibus diuites offerrent Hecatæ panes & alia quædam, quæ à pauperibus corripiebantur. *Rhamnusiam alij.*] Rhamnus pagus est Atticæ, siue ciuitas parua quidem, illustris tamen, teste Pomp. Mela : quòd in ea fanum est Amphiarai, & Phidiaca Nemesis. Miror Phidiacam nemesin dici à Mela, quam fecerit Agoracritus Parius Phidiæ discipulus: nisi fortè ideo Phidiacam dixit, quia Phidias pleraque è suis operibus nomini Agoracriti donasse fertur. Narrant auctores rem dignam memoratu, quemadmodum scilicet Agoractitus & Alcamenes ambo Phidiæ discipuli, certauere se in Venere facienda: victique Alcamenes non opere, sed suffragiis Athenienſium, qui Alcameni ciui suo contra peregrinum fauerunt : qua re Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesin. Id positum est Rhamnunte, quod M. Varro omnibus signis prætulit: vnde Nemesis Rhamnusia nuncupata, Catullo, Ouid. poetisque cæteris. De qua intelligi voluit & Lucan. illo versu : Et tumidis infesta colit qua numina Rhamnus. est autem Nemesis vltrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix, arbitra rerum, regina causarum, quam theologi veteres fingētes Iustitiæ filiam, ex abdita quadam ęternitate tradunt omnia despectare terrena. Pinnas ideo illi fabulosa vetustas aptauit, vt adesse velocitate volucri cunctis existimetur. Eidem gubernaculum dedit, & rotam subdidit, vt vniuersitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur. Macrobius Nemesim contra superbiam coli, esseque solis potestatem arbitratur : cuius ista natura est, vt fulgentia obscuret, & quæ sunt in obscuro illuminet: sic & Nemesis nunc erectas mentium humanarum ceruices opprimit & enervat, nunc bonos ab imo

ſuſcitans ad bene viuendum extollit. Eandem vocant Adraſtiã, de qua eſt prouerbium, ἀδράστεια νέμεσις. de his qui primò fortunati, poſtremò infortunijs premuntur. Martianus Nemeſin fortunam eſſe ſentit, quam & ſortem & Tychen & Nortiam vocant. Plinius in 11. prodidit, poſt aurem dextram locum eſſe Nemeſios, quæ dea (inquit) latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit. Idem in 28. Alij Græcam Nemeſin inuocantes, cuius ob id Romæ ſimulachrum in Capitolio eſt: quamuis latinum nomen non ſit. Cum ſit hæc dea (vt diximus) vltrix improborum & ſuperborum caſtigatrix. Meritò ita ait apud Auſon. Puno ſic Perſas vaniloquos Nemeſis. de hac eſt & illud Catulli: Ne pœnas Nemeſis repoſcat à te, Eſt vehemens dea, lædere hanc caueto. Eſt & aiterum apud Græcos prouerbium, cuius mentio fit apud Suidam, νέμεσις πεζὴ ποδὸς βαίνει: id eſt, Nemeſis iuxta pedes graditur, quo ſignificatur, ſontes celeriter punire. A dea Nemeſi, quæ Græcis vocabulis dicitur μέμψις, δίκη, ὕβρις, ὄλεθρος, τύχη, Græci vocant Nemeſin ἀλαζόνων πεμωρὸν: id eſt, ſuperborum vltricem. *Radijs et.*] De Æthiopibus nota ſunt omnia, & affatim ſcripſi in primo Commentario. naſcenti ſoli ſubiecti ſunt. Homer. Bipertitos appellat: ſuper quo longa eſt Strabonis diſſertatio. Illud adde, quòd cum Æthiopibus nigricia ſit ingenita, natiuáque, & conſequenter ineluibilis, factum eſt prouerbium αἰθίοπα σμήχειν: id eſt, Æthiopem purgare, de hominibus incaſſum laborantibus. Nam (vt inquit Propheta) neque Æthiops mutare poteſt pellem ſuam, neque pardus maculas. Extat Æſopi fabella, ſuper Æthiopis emptore, cuius colorem nullis lauacris, nullis purgatorijs medicaminibus potuit immutare. ex quo admonemur, vitia naturalia tolli penitus non poſſe. *Aríque.*] Plin. in 6. Arios poſt Indiam populos celebrat, de quibus & Stra. in 15. Paropamiſidis ad occidentem Arij adiacent, Arijs Parthi. hinc Ariana dicta Ariorum regio, quam poſt Indiam collocant. *Pollentes Ægyptij.*] Auctores agminatim & concorditer Ægyptios dicunt diuinarum rerum omnium conſcios extitiſſe, à Macrobio Ægyptus mater artium appellatur, ab Ægyptijs Græci diſciplinas omnes mutuati ſunt. Pythagoram, Platonem, cæteráque lumina doctrinarum petiiſſe Ægyptias diſciplinas, atque ibi à ſacerdotibus ceremoniarum arcana myſteria didiciſſe, memoriæ proditum eſt. Nonnulli putauerunt Platonem, quando perexit in Ægyptum, Hieremiam audiſſe prophetam, ſcripturáſque propheticas in eadem peregrinatione perlegiſſe, quod & diuus Auguſt. credit in libris de doctrina Chriſtiana, mox in opere ſerio de

Ciuitate dei ſcribens, computata diligenter temporum ratione conſtanter affirmat, Platonem Hieremiæ auditorem eſſe non potuiſſe, multis annis ante defuncti. Annotat Ammianus Marcellinus, quod annotatu dignum eſt, tantam fuiſſe auctoritatem doctrinarum Alexandriæ, quę Ægypti ciuitas eſt clariſſima, vt medico ad commendandam artem pro omni experimento ſufficeret dicere, ſe Alexandriæ eſſe eruditum. *Reginam Iſidem.*] Diodorus, Euſebius, & cæteri tradunt Iſiden & Oſirim maxima eſſe numina, & communia Ægyptiorum: & ſolem quidem Oſirim, lunam verò Iſin ſignificare. quæ vocabula ſi quis ad latinam linguam transferat, Oſiris dici poteſt multioculus, Iſis verò priſca ſiue antiqua interpretatur: neque id ab re. nam radios ſuos ſol quaſi multos oculos rebus immittit, luna verò priſca ſemper interná que eſt. Iſin naturam rerum eſſe, periti interpretantur. *Illuceſſit dies.*] Quo ſcilicet exuto aſinali corio, in priſtinum hominem reformaberis. *Ex iſta nocte naſcitur.*] tanquam nox ſit mater diei, & dies noctis partus. etenim noctem die priorem eſſe autumant. legimus apud Cæſarem, Gallos ſpacia omnis temporis non numero dierum finire, ſed noctium, qui dies natales, & menſium & annorum initia ſic obſeruant, vt noctem dies ſubſequatur. *Sedatis hybernis tempeſtatibus.*] Significat diem hunc fuiſſe vernum, quo Iſiaca myſteria celebrantur. ver enim (vt inquit Plinius) aperit nauigantibus maria, quæ hyberno tempore hyemant, & ſæuitia tempeſtatum concluduntur. Fortaſſis denotantur hilaria: ſic enim appellant diem ad octauum Calendas Aprilis, quo primum tempore ſol diem longiorem nocte prætendit, quo lætitiæ celebratur exordium: & tunc Iſidis luctus ex Ægyptia religione vertitur in lætitiam. *Rudem carinam.*] nouum nauigium, necdum vndis aſſuetum: ſignat autem, ſolitos ſacerdotes quotannis die Iſiacæ cerimoniæ dedicare nouam carinam, pelago iam nauigabili facto, cum ſedatæ eſſent tempeſtates verna temperie. Apud Ægyptios nauis eſt quædam nomine baris, quæ à Græcis epibathra nominatur, qua corpora per paludem Acheruſiam à portitore vehuntur, cui nomen eſt Caron. apud Athenienſes quotannis quoque (vt docet Plato in Phædone) nauis in Delon inſulam mittebatur, ſpectaculi cuiuſpiam cauſa: quæ donec perueniret in Delon, & rurſus Athenas reuerteretur ex Delo, neminem eo tempore publicè necabant. Fortaſſis autem hæc nauis dedicabatur à Corinthiis, in Iſidis memoriam, quam nauigio vſam eſſe conſtat. de quo Lactantius hæc in primo: Certus dies habetur in feſtis, quo Iſidis nauigium celebratur: quæ res docet, non tranaſſe illam, ſed nauigaſſe.

Commeatus.] Sicut primitiæ frugum dijs dicantur, ita primitiæ nauigationis à ſacerdotibus Iſiacis libabantur in dedicatione tyrunculæ nauis: vt ſcilicet ire ac redire fœliciter nauibus poſſent. nam commeatus hoc in loco ſignificat itionem nauium, ipſamque nauigationem: à commeando. Sic Cæſar in commentariis: Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. idem paulo pòſt, prioris commeatus ex poſitis militibus. *Prophana.*]it religioſa. hæc duo veluti contraria opponuntur, religioſus & prophanus: vt prophanos intelligas dici, non tam deteſtabiles (ſicut vulgo vſurpatur) quàm eos qui ſacris initiati non ſint, quos ſeculares ex idiotiſmo vernaculæ linguæ nuncupamus. Sic & Seruius expoſuit illud Maronianum: Procul ô procul eſte prophani: id eſt, qui non eſtis initiati. Ego & cæteri qui non ſumus initiati cerimoniis, dici non abſurdè poſſumus prophani, quaſi procul à phano. id eſt à templo & cerimonia: cuius cultores ſunt religioſi. Prophanum id dicitur, auctore Feſto, quod non eſt ſanctum. Plautus: Sanctum an prophanum habeas paruipenditur.

In procinctu.] apparatu. Procincta claſſis dicebatur, cum exercitus erat paratus, confeſtim pugnaturus. A. Gellius: Claſſem procinctam extra pomerium, id eſt, exercitum armatũ videre religio eſt. Vnum accepimus eſſe teſtamentorum genus, quod in procinctu dicebatur, cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur. *Siſtro.*] crepitaculum intelligit Iſiacum, quod ſacerdotes in pompa ſacrorũ

Nã meo monitu ſacerdos, in ipſo procinctu pompæ, roſeam manu dextra ſiſtro cohærentem geſtabit coronam: incontanter ergo dimotis turbulis, alacer continuare pompam meam, volentia fretus, & de proximo clementer velut manum ſacerdotis oſculabũdus, roſis decerptis, peßimæ nubique deteſtabilis iamdudum beluæ iſtius corio te protinus exuo: nec quicquam rerum mearum reformides, vt arduum. nam hoc eodem momento, quo tibi venio, ſimul & tibi præſens quæ ſunt, cõſequẽtia ſacerdoti meo per quietem faciẽda præcipio: meo iuſſu tibi conſtricti comitatus decedent populi: nec inter hilares cerimonias & feſtiua ſpectacula, quiſquam deformem iſtã (quam geris) faciem perhorreſcet, vel figuram tuam repẽtè mutatam ſequius

inter-

interpretatus aliquis malignè crimina-bitur. Planè nemineris, & penita mẽte conditũ ſemper tenebis: mihi reliquavi-tæ tuæ curricula, aduſq; terminos vlti-mi ſpiritus vadatis: nec inuriũ, cuius be neficio redieris ad homines, ei totum de-bere quod vines. Viues autẽ beatus, vi-nes in mea tutela glorioſus: & cũ ſpaciũ ſeculi tui permẽſus ad inferos demearis, ibi quoque in ipſo ſubterraneo ſemiro-tundo, me, quam vides Acherontis tenebris interlucentem, Styguiſque pene tralibus regnantem, campos Elyſios in-colens ipſe, tibi propitiam frequens ado rabis. Quòd ſi ſedulis obſequijs & reli-gioſis miniſterijs, & tenacibus caſtimo-nijs numen noſtrum promeruieris, ſcies vltra ſtatuta fato tuo ſpacia, vitam quoque tibi prorogare mihi tantùm licere.

manu geſtabant, vnde ſiſtrati dicti. Matt. Linigeri fugiunt calui, ſiſtra-taque turba. Ipſa quoque Iſis figura tur cum ſiſtro, vt diximus. Olim quidam cum ra-ſiſſet caput, & ha-bitu Iſiaco eſſet indutus, ſumpſit & ſiſtrum: ídque inſtar ſacerdotis concutiens fefel-lit, euaſítque im-pendens infortu-nium. *Incontan-ter.* } ſine cunctatione & mora. *Cũ tinnare.*] Imperantis eſt verbum. *Va lentia freus.* } voluntate mea con-ſiſus. Volentia enim à volendo dicta, ſicut à valeo valentia: alterum pro voluntate, alterum pro fortitudine accipitur. Titinius: Sapientia gubernator nauem torquet, non valentia. *Oſculabundus.*] oſculans. *Te protinus exuo.* } Ego, inquit Iſis, confeſtim tibi detraham hoc aſini corium, quæ belua mihi iampridem deteſtabilis eſt. Poteſt legi Exue, vt ſit imperantis verbum, quod magis quadrat cum antecedentibus ſubſequentibúſque. *Eodem momento.*] Deus vbique locorum præſens eſt, vbique totus: nec, dum ad vnum accedit, ab altero recedens. Dogmati Chriſtiano quadrat illud poeticum: Deum namque ire per omnes Terrá que tractúſque maris, cœlúmque profundum. Poterat ergo Dea eodem momento Lucium monere, quid facto opus foret, & ſacerdotem inſtruere quid facere deberet. *Conſtricti.*] coarctati, denſatíque ex frequentia. *Sequius.*] in deteriorem partem. *Penitą mente.* } In intimis præcordiis. ſic Plautus: Age quæſo Hercle, vſque ex peniris faucibus. ab aduerbio penitus vocabulum inclinatum, cuius & comparatiuo & ſuperlatiuo vtuntur auctores. Penitiſſimos Scythas dixit

quibus nulla niſi numinum cura remanebat. herbis etiam quibuſdam emaſculabantur. &, vt auctor eſt diuus Hieronymus in libro ad Geruntiam de monogamia, hierophanta apud Athenas cuirat virum, & æterna debilitate fit caſtus. eſt autem hierophanta Græco vocabulo, ſacrorum ſacerdos, M. Tullius in legibus ita præcipit: Ad diuos adeunto caſtè. quæ lex iubet, vt caſtimoniam corporis & animi ſimul adhibeamus. In Euangelio ſcriptum eſt, Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cœlorum: Origenes ille magiſter eccleſiæ incomparabilis ſe ipſum caſtrauit, & in ſemetipſo re aggreſſus eſt implere, quod vox Dominica non hiſtorico, ſed myſtico intellectu præcipiebat. *Promeueris.*} conciliaueris, tibique propitium reddideris. Oratio ſpiritalis (vt inquit Cyprianus) Deum promeretur. *Vltra ſtatuta fato ſpacia.*} Sententia philoſophica eſt, præſcriptos eſſe vnicuique mortalium ex diſpoſitione fatali vitæ terminos, quos non liceat tranſgredi: legem fati inſuperabilem eſſe, & ineluctabilem. Ex quo eſt illud Tertulliani: Fato ſtat Iuppiter ipſe. & Græcus in eam ſententiam verſus hoc idem ſignificat, Fatum ſummum exuperat Iouem. Attamen ex varietate ſectarum philoſophicarum traditur, præter fatum multa contingere poſſe, & fata ipſa prorogari. Ex quo dogmate exiit illud Virgilianum: Atque immota manet fatis Lauinia coniux, At trahere, atque moras tantis licet addere rebus. Secundum Aruſpicinæ libros & ſacra, quæ Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratione differri poſſunt. Igitur cum fato ſtet ſua cuique dies, nunc Luna pollicetur, ſe vitam Apuleio prorogaturam vltra fati præſcriptum & legem, tanquam plus polleat Deus quàm fatale decretum, & liceat Deo vitam prorogare mortalibus aduerſus fati neceſſitatem. Conſimiliter in Canonicis ſcripturis libro quarto Regum, Deus addidit anno 15. diebus Ezechiæ. Videtur hoc in loco ſignare palingeneſiam Pythagoræ, id eſt regenerationem qua poſt exacta curricula, animæ reuocantur ad vitam, aliiſque corporibus induræ reuiuiſcunt. Verùm hæc omnis quæſtio alterius eſt inſtituti. Stoici naſci & mori fatis aſſignant, media omnia fortunæ tribuunt.

Sic oraculi venerabilis ſine prolato, numen inuictum in ſe receſſit. nec mora, cũ ſomno protinus abſolutus, pauore & gaudio, ac dein ſudore nimio permixtus exurgo, ſummeq; miratus deæ potentis

In ſe receſſit.] Numen in ſeipſũ recedit, dum ſubducitur colloquio oculiſque mortalium, quod in ſeipſo eſt. Deus

quæ dea est defunctorum. *Deorum dearúmque fa.*] Hinc euidenter ostenditur, deos omnes & deas ad vnum referri, qui fabricator rerum, variis nominibus deorum & dearum, tam figmentis poeticis quàm philosophicis rationibus colatur. Quod & Valerius Soranus duobus his versibus scitissimè complexus est: Iuppiter omnipotens, regum rex ipse, Deúsque, Progenitor genitrixque deûm, Deus vnus & omnis. hos versus M. Varro in hanc sententiam exposuit, in libro quem inscripsit de Cultu deorum, & diuus August. identidem citat pro testimonio. *Deplorata silentia.*] Vbi homo in familia Proserpinæ esse cœpit, & loca manium silentiosa inhabitare, actum est: deploratur in æternum reditus. illinc negatur redire quenquam, illic est fletus & stridor dentium, vt auctor est diuus August. in libello de triplici habitaculo. In inferno flammiuomo principalia duo sunt tormenta: frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis. Sacra scriptura gehennam vocat, vbi dolor sine remedio, pœna sine fine, & omnium rerum desperatio est. *Nutibus meis.* Quid est numen, nisi Dei nutus ac potestas? M. Varro: Numen dicunt esse imperium, ab nutu.

Multiformi specie.] Cum deus, sit ἀσώματος καὶ ἄῤῥητος, καὶ ἀκατονόμαστος, id est, incorporeus, indicibilis, innominabilis, scienter & prudenter existimantur facere Iudæi, qui solamente vnum tantum numen intelligunt: prophanos existimantes, qui deorum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant. itaque nulla simulachra deorum in suis templis sunt & ex præscripto legis

Cuius numen vnicum, multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis. Inde primigeni Phryges Pessinunticam nominant domini matrem, hinc autochtones Attici Cecropiam Mineruam, illinc fluctuantis Cypri Paphiam Venerem, Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam, Siculi trilingues Stygiam Proserpinam, Eleusini vetustam deam Cererem, hunonem alij, alij Bellonam, alij Hecaten, Rhamnusiam alij: & qui nascentis diei solis incohantibus illustrantur radijs AEthiopes, Arijque, priscáque doctrina pollentes Ægyptij, cerimonijs me propijs percolentes, appellant vero nomine reginam Isidem: Adsum tuos miserata casus, adsum fauens & propitia:

mitte iam fletus, & lamentationes omitte, depelle mœrorem. Iam tibi prouidentia mea illuxeßit dies ſalutaris. Ergo igitur imperijs iſtis meis animum intende ſollicitum. Diem, qui dies ex iſta nocte naſcetur, æterna mihi nuncupantur religio, quo ſedatis hybernis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam, primitias conatus libant mei ſacerdotes. Id ſacrum, nec ſollicita nec prophana mente debebis opperiri.

Moſaicæ nefas eſt ſimulachrum Dei, nedum hominis, non ſolum in templo, ſed neque in prophano loco collocare. auctores Coro. Tacitus & Ioſephus, quod & in Pentateucho copioſe explicatur. Cn. Pompeius domitis Iudæis, templum Hieroſolymorum illud famigeratum iure victoriæ ingreſſus, vulgauit, nullam intus Dei effigiem eſſe, vacuam ſedem & inania arcana. contrà AEgyptij ſub effigie animalium plurimorum deos non tam venerantur, quàm infamant. Namque (vt inquit M. Varro, & renarrat diuus Auguſt.) qui primi populis inſtituerunt ſimulachra deorum, metum dempſerunt, errorem addiderunt. De vario cultu deorum, ſimulachriſque multiformibus, & nominibus quibus coluntur apud varias nationes, ſcatent volumina ſcriptorum, & ſuo loco ſigillatim annotabitur.

Multiiugo nomine.] multis variiſque nominibus. eſt enim deus vnus, nomina plura. ***Primigeni Phryges.***] Ex hiſtoria remotiore ſumptum, vt Phryges primigeni ſiue primi mortaliũ nuncupentur. nam Pſammetichus rex AEgypti, cupidus noſcendi qui nam primi hominum extitiſſent, huiuſmodi rem commiſiſcetur. Pueros duos recens natos tradidit paſtori educandos, iubens neminem coram eis vocem vllam edere, ſolitaria in caſa ambos relinqui: eiſdem in tempore capras admoueri, quarum lacte nutrirentur. præterea iuſſit diligenter obſeruari, quam vocem primam ederent. itaque exacto biennio, cum paſtor qui puerorum nutricationem ſuſceperat, accedens ad caſam, ianuam repanderet: ambo infantes clamare cœperunt Becchus, quod primo audiens paſtor obticuit. cum verò crebrius adeunti & obſeruanti idem verbum ab infantibus ingereretur, rem domino indicat, eiuſque iuſſu pueros exhibet. quos cum ipſe Pſametichus audiſſet, veſtigauit quinam homines becchus quidpiam appellarent. hoc curioſe perquirens, comperit Phrygias

sic panem appellare. quo argumento confutari AEgyptij, Phrygas primigenios primósque hominum. & se ipsis priores extitisse, coneesserunt: cum ante Psametichum persuasissimum habuissent, ommium hominum se primos extitisse. historiæ auctor Herodotus in 2. De AEgyptiis dixit Lucian. αἰγύπτιοι λέγονται πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων. Apud Trogum explicatur luculenta contentio inter Scythas & AEgyptios, de generis vetustate, quæ Scythæ antiquiores censentur. Claudian. scribens in Eutropium, vetustatis & historiæ Phrygum meminit his versibus: Dat cuncta vetustas Principium Phrygibus, nec rerum AEgyptius vltra Restitit, humani postquam puer vberis expers, in Phrygiam primum laxauit murmura vocem. Ennius (teste M. Tul.) Fruges dicebat, non Phryges: & purrum, non pyrrhum. nec enim antiqui Græcam literam y adhibebant: nunc & Phryges & Pyrrhum aurium causa dicimus. *Pesinunticam.*] In Phrygia oppidum est, quod Pesinuntium appellatum ferunt: à simulachro deæ Cybeles, cœlitùs lapso in eum locum. nam πεσὼν Græcè dicitur, quod cadere nos dicimus. Alij nomen huic loco inditum esse tradunt, quia permulti illic vtrinque ceciderunt, pugna inter Ilum Phrygem & Tantalum Lydum commissa: auctores Herodotus & Ammian. Marcellinus. Ad Pesinuntia colebantur orgia matris magnæ, quam & Ideam vocant, & vetusta eiusdem delubra conspiciebantur. vnde Pesinuntia dea dicta, cuius simulachrum ex hoc oppido bello Punico secundo, carmine Sibyllino monente, Romam translatum est: & per Scipionem Nasicam, qui optimus à senatu iudicatus, hospitio ritè receptum est. Pesinuntis oppidi, & Pesinuntiæ deæ meminit Strabo his verbis: Pesinus emporium est eorum qui in hac regione sunt, & templum maximum habet magnæ venerationis matris deûm, quam Anginitam vocant. *Domini matrem.*] Lege Deûm, pro deorum. *Autochthones.*] Epitheton perpetuum Atticorum, vt Autochthones dicantur, quasi indigenæ, & in eodem nati solo, quod incolant, eiusdemque terræ primi cultores. non enim aduenæ sunt Attici, neque passim collecta colluuies originem vrbi dedit: sed, vt historici tradunt, quæ illis sedes, eadem origo est, & (vt vtar verbis M. Tullij) vrbs Athenienſium vetustate ea est, vt ipsa sese suos ciues genuisse dicatur, & eorum eadem terra parens & altrix fuisse dicatur. De Autochthonibus scripsimus copiosius in primo commentario. In epistolis ad Atticum, decenter dicitur αὐτόχθων in homine vrbanitas, pro ingenita & natiua, non autem insitiua

insitiua & alienigena. Illud adde, quòd refert Suidas in Etymologetico, Autochthonas, dici præter Athenienses, Arcadas quoque, & Aeginetas. *Cecropiam Mineruam.*] Athenienses Attico vocabulo notissimo Athenam vocant Mineruam, ex cuius nomine Athenæ nuncupatæ. Cecropia verò cognominatur à Cecrope rege, qui primus multitudinem in ciuitates 12. digessit, à cuius nomine Cecropidæ nominantur, & Cecropia regio nominata, quem Græci Diphyeon cognominant, nostri geminum: quia primus marem fœminę matrimonio iunxit: vel quod cum esset Aegyptius, vtranque linguam calluerit, Græcam & Aegyptiacam. primos Cecrops bouem immolans, Iouem appellauit: auctores Strabo, Trogus, & Eusebius. *Fluctuantes Cyprij.*] Spectanda est huiusce scriptoris in rebus omnibus elegantia, & in epithetis apponendis mira solertia: cum vnicuique quod suum est scienter nec minus decenter apponat: à quo vt primigenij Phryges, & Autochthones Attici significanter & propriè, atque ex priscorum doctrina nuncupati: ita & Cypriij fluctuantes optimo conuenientissimóque epitheto dicuntur, cum sint populi insulani, & omnis insula mari circumfluat & maritimis fluctibus sit obnoxia. Fuit quondam Cyprus nouem regnorum sedes, in Cilicio mari sita: vbi inter cætera vrbs est Paphos, inclyta delubro Veneris, claro per indigenas aduenasque, quam Paphiam cognominant, quod numen est Cypriorum peculiare. Simulachrum Paphiæ Veneris non effigie humana colitur, sed continuus est orbis latiore initio tenuem in ambitum, metæ modo exurgens. Cur autem hac forma colatur, ratio in obscuro est, vt refert Corn. Tacitus. Præterea Cyprus (vt docet Origenes in Homeliis Canticorum) appellatur vna florens: & virgulti species est, ferentis quendam fructum floridum, habentem vim excalefactoriam. Fuit & Romæ vicus nomine Cyprus, ex eo dictus, quòd ibi Sabini bono omine confederunt. nam cyprum Sabini bonum dicunt, vt refert M. Varro. *Cretes sagittiferi.*] Creta, quam Homerus Hecatompolin à numero centum ciuitatum appellat, quam à temperie cœli Macaron nesον, id est beatam insulam dixere, nobilitatur vsu sagittarum: nec peritia sagittariorum orientis populis, qui sagittis bella conficiunt, postponitur. Lucan. Nec Eois peior cortina sagittis. Plin. in 16. ait, quod præcipuus sagittarum vsus in Creta bellatores suos præcipitauit. De hac Solinus: Creta prima potuit remis & sagittis. & vt auctor est Strabo in 10. Cretenses nauigandi principatum tenuerunt. Inde vetus prouerbium inuulgatum est, de eo qui quod optimè

nouit,id ſe ignotare & fugere diſſimulat : Cres neſcit pelagus, græcè dicitur, ὑπὲρ τὸν θάλασσαν. & cum Cretenſes fuerint impoſtores ac mendaces,qui ab Epimenide dicuntur κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται: factum eſt alterum prouerbium κρητίζειν,quo vtimur ad mendaces fallacéſque. Quin etiam Creta vna ex tribus illis nationibus,propter quas exiit illud,τρία κρήτια κάκιστα, Tria Cappa peſſima:videlicet Cappadocia , Creta, Cilicia : cuius rei ſuprà quoque commeminimus.

Dictynnam Dianam.] Cretes Dianam religioſiſſimè venerantur,Britomartem gentiliter nominantes , quod ſermone noſtro ſonat virginem dulcem : eandem & Dictynnam cognominant, propterea quòd retia inuenerit , quæ græcè dicuntur δίκτυα. Scribit Diodorus in 6. Bibliothecæ , Dictynnam ex Ioue genitam , in Creta conſuetudine Dianæ familiariſſimè vſam eſſe: quæ res cauſam præbuit , vt quidam Dictynnam Dianamque eandem eſſe exiſtimarent. Callimachus autumat Dictynnam à retibus piſcatoriis denominatum , intra quæ fugiens euaſerit violentiam Minois regis , eam ſibidinis cauſa inſequentis. Tibul. Perque ſuas impunè ſinit Dictynna ſagittas. De templo Dictynnæ mentio quoque eſt apud Strabonem. *Siculi tri.*] Quæritur cur trilingues Siculos appellauerit:quidam exponunt,quaſi doloſos & fraudulentos, quos & bilingues dicimus. Siculos enim acumine pollere conſtat atque vafricia , quos Maternus bono epitheto acutos appellat. Græci quoque vſurpant hoc verbum σικελίζειν, pro eo quod eſt πονηρεύεσθαι, id eſt,nequiter agere,& prauè. Ego verò intelligo trilingues dici , quia tribus linguis , Græca & Latina & Sicula loquebantur. quamuis nec Latina nec Græca ſatis bene vterentur : & quod ſentit Pedianus Aſconius in expoſitione Verrinarum,& Plaut.ſigna cum ait,Tibi ſexcenti logiatici nullum Siculum acceperis. Siciliſſitare Plautinum verbum eſt , quod ſignificat Siculè loqui. Diuus Hieronymus vocat hominem pentaglotton. id eſt , quinquelinguem , qui omnibus quinque Græcorum linguis loqueretur. *Stygiam Proſerpinam.*] In Sicilia ex Ennenſium nemore, qui locus quòd in media eſt inſula ſitus,vmbilicus Siciliæ nominatur, rapta eſt proſerpina à Stygio Plutone,quem Orcum dicunt. M. Tul. in oratione de ſignis , tradit inſulam Siciliam totam eſſe Cereri ac Proſerpinæ conſecratam : quam & Liberam vocant. nam & natas eſſe has in his locis deas , & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur. Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt , eo in loco quo Ditem patrem ferunt penetraſſe ſub terras à Proſerpinæ raptu,abreptámque ſecum aſportaſſe.

Eleuſini

Eleusini Cererem.] Hoc paulo antè explicatum est,& suprà ab Apuleio Eleusis dicta Atticæ sacrarium. Pomponius Mela : in Atthide Eleusin Cereri consecrata. *Iunonem alij.*]vt Samij,quia in insula Iunonis sacra celebrabantur. *Bellonam.*] sororē Martis,carminibus poeticis inclytam,quam(vt inquit Augustinus) ita iungunt Marti , vt Venerem Vulcano , Neptuno Salaciam. à bello cui præest Bellona nuncupata,vt à Pomis Pomona , à bobus dea Bobona. *Hecaten.*]De hac diximus suo loco:de qua & Virg. Tergeminamque Hecaten,tria virginis ora Dianæ. à numerosa effigie & potestate Hecaten dici tradunt: quia Græcè ἑκατὸν centum. Orpheus in Argonauticis figmento poetico tradit Hecatem esse tricipitem,id est tria capita habere:vnum equinum, alterum caninum,tertium humanum:vnde à poetis tergemina & triformis dici creditur. Lego apud scriptores Græcos, morem fuisse , vt singulis mensibus diuites offerrent Hecatæ panes & alia quædam , quæ à pauperibus corripiebantur. *Rhamnusiam alij.*]Rhamnus pagus est Atticæ , siue ciuitas parua quidem , illustris tamen,teste Pomp.Mela : quòd in ea fanum est Amphiarai,& Phidiaca Nemesis. Miror Phidiacam nemesin dici à Mela,quam fecerit Agoracritus Parius Phidiæ discipulus:nisi fortè ideo Phidiacam dixit,quia Phidias pleraque è suis operibus nomini Agoracriti donasse fertur. Narrant auctores rem dignam memoratu,quemadmodum scilicet Agoracritus & Alcamenes ambo Phidiæ discipuli , certauere se in Venere facienda:vicitque Alcamenes non opere , sed suffragiis Athenienſium , qui Alcameni ciui suo contra peregrinum fauerunt : qua re Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur,ne Athenis esset, & appellasse Nemesin.Id positum est Rhamnunte,quod M.Varro omnibus signis prætulit:vnde Nemesis Rhamnusia nuncupata,Catullo,Ouid. poetisque cæteris. De qua intelligi voluit & Lucan.illo versu : Et tumidis infesta colit qua numina Rhamnus.est autem Nemesis vltrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix,arbitra rerum,regina causarum , quam theologi veteres fingētes Iustitiæ filiam, ex abdita quadam ęternitate tradunt omnia despectare terrena. Pinnas ideo illi fabulosa vetustas aptauit , vt adesse velocitate volucri cunctis existimetur. Eidem gubernaculum dedit,& rotam subdidit,vt vniuersitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur. Macrobius Nemesim contra superbiam coli , esseque solis potestatem arbitratur : cuius ista natura est , vt fulgentia obscuret , & quæ sunt in obscuro illuminet:sic & Nemesis nunc erectas mentium humanarum ceruices opprimit & enervat, nunc bonos abimo

ſuſcitans ad bene viuendum extollit. Eandem vocant Adraſtiã, de qua eſt prouerbium, ἀδράστεια νέμεσις. de his qui primò fortunati, poſtremò infortunijs premuntur. Martianus Nemeſin fortunam eſſe ſentit, quam & ſortem & Tychen & Nortiam vocant. Plinius in 11. prodidit, poſt aurem dextram locum eſſe Nemeſios, quæ dea (inquit) latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit. Idem in 28. Alij Græcam Nemeſin inuocantes, cuius ob id Romæ ſimulachrum in Capitolio eſt: quamuis latinum nomen non ſit. Cum ſit hæc dea (vt diximus) vltrix improborum & ſuperborum caſtigatrix. Meritò ita ait apud Auſon. Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis. de hac eſt & illud Catulli: Ne pœnas Nemeſis repoſcat à te, Eſt vehemens dea, lædere hanc caueto. Eſt & aliterum apud Græcos prouerbium, cuius mentio fit apud Suidam, νέμεσις πεζὴ ποδὸς βαίνει: id eſt, Nemeſis iuxta pedes graditur, quo ſignificatur, ſontes celeriter punire. A dea Nemeſi, quæ Græcis vocabulis dicitur μέμψις, δίκη, ὕβρις, ἀσέβεια, τύχη, Græci vocant Nemeſin ἀλαζόνων πτωχὸν: id eſt, ſuperborum vltricem. *Radijs et.*] De Æthiopibus nota ſunt omnia, & affatim ſcripſi in primo Commentario. naſcenti ſoli ſubiecti ſunt. Homer. Bipertitos appellat: ſuper quo longa eſt Strabonis diſſertatio. Illud adde, quòd cum Æthiopibus nigricia ſit ingenita, natiuáque, & conſequenter ineluibilis, factum eſt prouerbium αἰθίοπα σμήχειν: id eſt, Æthiopem purgare, de hominibus incaſſum laborantibus. Nam (vt inquit Propheta) neque Æthiops mutare poteſt pellem ſuam, neque pardus maculas. Extat Æſopi fabella, ſuper Æthiopis emptore, cuius colorem nullis lauacris, nullis purgatorijs medicaminibus potuit immutare. ex quo admonemur, vitia naturalia tolli penitus non poſſe. *Ariúque.*] Plin. in 6. Arios poſt Indiam populos celebrat, de quibus & Stra. in 15. Paropamiſidis ad occidentem Arij adiacent, Arijs Parthi. hinc Ariana dicta Ariorum regio, quam poſt Indiam collocant. *Pollentes Ægyptij.*] Auctores agminatim & concorditer Ægyptios dicunt diuinarum rerum omnium conſcios extitiſſe, à Macrobio Ægyptus mater artium appellatur, ab Ægyptijs Græci diſciplinas omnes mutuati ſunt. Pythagoram, Platonem, cæteráque lumina doctrinarum petiiſſe Ægyptias diſciplinas, atque ibi à ſacerdotibus ceremoniarum arcana myſteria didiciſſe, memoriæ proditum eſt. Nonnulli putauerunt Platonem, quando perexit in Ægyptum, Hieremiam audiſſe prophetam, ſcripturáſque propheticas in eadem peregrinatione perlegiſſe, quod & diuus Auguſt. credit in libris de doctrina Chriſtiana, mox in opere ſerio de

Ciuitate dei ſcribens, computata diligenter temporum ratione conſtanter affirmat, Platonem Hieremiæ auditorem eſſe non potuiſſe, multis annis ante defuncti. Annotat Ammianus Marcellinus, quod annotatu dignum eſt, tantam fuiſſe auctoritatem doctrinarum Alexandriæ, quę Ægypti ciuitas eſt clariſſima, vt medico ad commendandam artem pro omni experimento ſufficeret dicere, ſe Alexandriæ eſſe eruditum. *Reginam Iſidem.*] Diodorus, Euſebius, & cæteri tradunt Iſiden & Oſirim maxima eſſe numina, & communia Ægyptiorum: & ſolem quidem Oſirim, lunam verò Iſin ſignificare. quæ vocabula ſi quis ad latinam linguam transferat, Oſiris dici poteſt multioculus, Iſis verò priſca ſiue antiqua interpretatur: neque id ab re. nam radios ſuos ſol quaſi multos oculos rebus immittit, luna verò priſca ſemper internáque eſt. Iſin naturam rerum eſſe, periti interpretantur. *Illuceßit dies.*] Quo ſcilicet exuto aſinali corio, in priſtinum hominem reformaberis. *Ex iſta nocte naſcitur.*]tanquam nox ſit mater diei, & dies noctis partus. etenim noctem die priorem eſſe autumant. legimus apud Cæſarem, Gallos ſpacia omnis temporis non numero dierum finire, ſed noctium, qui dies natales, & menſium & annorum initia ſic obſeruant, vt noctem dies ſubſequatur. *Sedatis hybernis tempeſtatibus.*] Significat diem hunc fuiſſe vernum, quo Iſiaca myſteria celebrantur. ver enim (vt inquit Plinius) aperit nauigantibus maria, quæ hyberno tempore hyemant, & ſæuitia tempeſtatum concluduntur. Fortaſſis denotantur hilaria; ſic enim appellant diem ad octauum Calendas Aprilis, quo primum tempore ſol diem longiorem nocte prætendit, quo lætitiæ celebratur exordium: & tunc Iſidis luctus ex Ægyptia religione vertitur in lætitiam. *Rudem carinam.*]nouum nauigium, necdum vndis aſſuetum: ſignat autem, ſolitos ſacerdotes quotannis die Iſiacæ cerimoniæ dedicare nouam carinam, pelago iam nauigabili facto, cum ſedatæ eſſent tempeſtates verna temperie. Apud Ægyptios nauis eſt quædam nomine baris, quæ à Græcis epibathra nominatur, qua corpora per paludem Acheruſiam à portitore vehuntur, cui nomen eſt Caron. apud Athenienſes quotannis quoque (vt docet Plato in Phædone) nauis in Delon inſulam mittebatur, ſpectaculi cuiuſpiam cauſa: quæ donec perueniret in Delon, & rurſus Athenas reuerteretur ex Delo, neminem eo tempore publicè necabant. Fortaſſis autem hæc nauis dedicabatur à Corinthiis, in Iſidis memoriam, quam nauigio vſam eſſe conſtat. de quo Lactantius hæc in primo: Certus dies habetur in feſtis, quo Iſidis nauigium celebratur: quæ res docet, non trànaſſe illam, ſed nauigaſſe.

Digitized by Google

interpretatus aliquis malignè criminabitur. Planè memineris, & penita mẽte conditũ ſemper tenebis: mihi reliquavitæ tuæ curricula, aduſq; terminos vltimi ſpiritus vadatis: nec inuriũ, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere quod vines. Viues autẽ beatus, vines in mea tutela glorioſus: & cũ ſpaciũ ſeculi tui permẽſus ad inferos demearis, ibi quoque in ipſo ſubterraneo ſemiorbe, me, quam vides Acherontis tenebris interlucentem, Stygiiſque penetralibus regnantem, campos Elyſios incolens ipſe, tibi propitiam frequens adorabis. Quòd ſi ſedulis obſequijs & religioſis miniſterijs, & tenacibus caſtimonijs numen noſtrum promeruĕris, ſcies vltra ſtatuta fato tuo ſpacia, vitam quoque tibi prorogare mihi tantùm licere.

manu geſtabant, vnde ſiſtrati dicti. Matt. Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataque turba. Ipſa quoque Iſis figuratur cum ſiſtro, vt diximus. Olim quidam cum raſiſſet caput, & habitu Iſiaco eſſet indutus, ſumpſit & ſiſtrum: ídque inſtar ſacerdotis concutiens fefellit, euaſítque impendens infortunium. *Incontanter.* } ſine cunctatione & mora. *Continuare.*] Imperantis eſt verbum. *Valentia fretus.* } voluntate mea confiſus. Volentia enim à volendo dicta, ſicut à valeo valentia: alterum pro voluntate, alterum pro fortitudine accipitur. Tirinius: Sapientia gubernator nauem torquet, non valentia. *Oſculabundus.*] oſculans. *Te protinus exue.* } Ego, inquit Iſis, confeſtim tibi detraham hoc aſini corium, quæ belua mihi iampridem deteſtabilis eſt. Poteſt legi Exue, vt ſit imperantis verbum, quod magis quadrat cum antecedentibus ſubſequentibúſque. *Eodem momento.*] Deus vbique locorum præſens eſt, vbique totus: nec, dum ad vnum accedit, ab altero recedens. Dogmati Chriſtiano quadrat illud poeticum: Deum namque ire per omnes Terrá que tractúſque maris, cœlúmque profundum. Poterat ergo Dea eodem momento Lucium monere, quid facto opus foret, & ſacerdotem inſtruere quid facere deberet. *Conſtricti.*] coarctati, denſatique ex frequentia. *Sequius.*] in deteriorem partem. *Penitq; mente.* } In intimis præcordiis, ſic Plautus: Agè quæſo Hercle, vſque ex penitis faucibus, ab aduerbio penitus vocabulum inclinatum, cuius & comparatiuo & ſuperlatiuo vtuntur auctores. Penitiſſimos Scythas dixit

quibus nulla niſi numinum cura remanebat. herbis etiam quibuſdam emaſculabantur.&, vt auctor eſt diuus Hieronymus in libro ad Geruntiam de monogamia,hierophanta apud Athenas cuirat virum,& æterna debilitate fit caſtus.eſt autem hierophanta Græco vocabulo,ſacrorum ſacerdos,M.Tullius in legibus ita præcipit: Ad diuos adeunto caſtè.quæ lex iubet,vt caſtimoniam corporis & animi ſimul adhibeamus.In Euangelio ſcriptum eſt, Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cœlorum: Origenes ille magiſter eccleſiæ incomparabilis ſe ipſum caſtrauit, & in ſemetipſo re aggreſſus eſt implere,quod vox Dominica non hiſtorico,ſed myſtico intellectu præcipiebat. *Promeueris.*}conciliaueris, tibique propitium reddideris. Oratio ſpiritalis(vt inquit Cyprianus)Deum prometetur.*Vltra ſtatuta fato ſpacia.*}Sententia philoſophica eſt, præſcriptos eſſe vnicuique mortalium ex diſpoſitione fatali vitæ terminos, quos non liceat tranſgredi:legem fati inſuperabilem eſſe,& ineluctabilem. Ex quo eſt illud Tertulliani : Fato ſtat Iuppiter ipſe. & Græcus in eam ſententiam verſus hoc idem ſignificat, Fatum ſummum exuperat Iouem. Attamen ex varietate ſectarum philoſophicarum traditur, præter fatum multa contingere poſſe, & fata ipſa prorogari. Ex quo dogmate exiit illud Virgilianum:Atque immota manet fatis Lauinia coniux , At trahere, atque moras tantis licet addere rebus. Secundum Aruſpicinæ libros & ſacra, quæ Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratione differri poſſunt. Igitur cum fato ſtet ſua cuique dies, nunc Luna pollicetur, ſe vitam Apuleio prorogaturam vltra fati præſcriptum & legem , tanquam plus polleat Deus quàm fatale decretum,&liceat Deo vitam prorogare mortalibus aduerſus fati neceſſitatem. Conſimiliter in Canonicis ſcripturis libro quarto Regum, Deus addidit anno 15.diebus Ezechiæ. Videtur hoc in loco ſignare palingeneſiam Pythagoræ,id eſt regenerationem qua poſt exacta curricula, animæ renocantur ad vitam,aliiſque corporibus induræ reuiuiſcunt.Verùm hæc omnis quæſtio alterius eſt inſtituti. Stoici naſci & mori fatis aſſignant, media omnia fortunæ tribuunt.

Sic oraculi venerabilis ſine prolato, numen inuictum in ſe receſſit.nec mora, cũ ſomno protinus abſolutus , pauore & gaudio,ac dein ſudore nimio permixtus exurgo ,ſummeq; miratus deæ potentis

In ſe receſſit.] Numen in ſeipſũ recedit, dum ſubducitur colloquio oculiſque mortalium, quod in ſeipſo eſt. Deus

in Canonicis scripturis dicitur abscondere faciem, cum hominibus cognitionem sui abscondit. Nimirum Deus intra penetralia penitissima recedit, ad quæ nefas est homini penetrare, cuius mens ad contemplatum diuinæ maiestatis hebetescit, & oculi nostri tanquam nocturni sunt in contuitu fulgoris exuperantissimi.

Tam claram præsentiam.] Sic Virgilius: Nec tam præsentes alibi cognoscere deos. Aspectus autem & præsentia fauorem affert. *Marino rore.*] Suprà diximus ex auctoritate Procli Platonici, aquam marinam ad purificationes adhiberi, propter igneam portionem. *Turbulæ complent.*] Docet quemadmodũ Corinthienses celebrauere pompabiliter festiuitatẽ Isidis solennem, ex ritu videlicet institutóque Ægy

tam claram præsentiam, marino rore respersus, magnisque imperiis eius intentus, monitionis eius ordinem recolebam. Nec mora, cum noctis atræ fugato nubilo, sol exurgit aurens: & ecce dissertur su religioso, ac prorsus triumphali, turbulæ complent totas plateas, tantáq; hilaritudine præter peculiarem meam gestire mihi cuncta videbantur, vt pecua etiam huiuscemodi, & totas domos & ipsum diem serena facie gaudere sentirem. Nam & pruinam pridianam dies apricus ac placidus repentè fuerat insecutus, vt canoræ etiam auiculæ, prolectante verno vapore, concentus suaues adsonarent, matrem siderum, parentem temporum, orbísque totius dominam blando muleentes affamine. Quid quod arbores etiam quæ pomifera sobole fœcundæ, quæque earum tantum vmbra contentæ, & steriles austrinis laxatæ flatibus, germine foliorum renidentes, clementi motu brachiorũ dulces strepitus obsibilabant: magnóque procellarũ sedato fragore, ac turbido fluctuum tumore posito, mare quietas alluuies temperabat. Cœlum autem nubilosa caligine dissecta, nudo sudóque luminis proprij splendore candebat. Ecce pompæ magnæ paulatim procedunt, anteludia vocibus cuiusque studijs exornata pulcherrime, hic incinctus baltheo militem gerebat, illum succinctum chlamyde crepidæ & venabula venatorem fecerant.

Alius

Alius ſoccis obauratis, indutus ſerica veſte, mundóque precioſo, & adtextis capite crinibus, inceſſu perfluo fœminã mentiebatur. Porrò alium ocreis, ſcuto, galea, ferróque inſignem, è ludo putares gladiatorio procedere. nec ille deerat, qui magiſtratum faſcib. purpuráque luderet: nec qui pallio, baculóque & baxeis, & hircino barbitio philoſophũ fingeret: nec qui diuerſis harundinibus, alter aucupem cum viſco, alter piſcatorẽ cum hamo induceret. Vidi & vrſam manſuem, quæ cultu matronali ſellã vehebatur: & ſimiam pileo textili, crocotiiſque Phrygijs catamiti paſtoris ſpecie, aureũ geſtantẽ poculũ: & aſinum pinnis adglutinatis adambulantem cuidã ſeni debili, vt illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres Pegaſum, tamen rideres vtrunque.

ptiorum à quibus Græci pleraque omnia ſunt mutuati. *Prater peculiarem meam.*} vltra, inquit, geminum gaudium meum, & hilaritatem, qua ego geſtiebam, cuncta quoque hilaritudinis plena eſſe videbantur. *Pecua.*} pecora, brutáque animantia. *Pruinam pridianam.*] Non abſimilis eſt illa ſententia: Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane. Ex rore gelido pruinam gigni tradunt Meteorologi: & vt auctor eſt Ariſtoteles, pruina fit ex

Digitized by Google

euaporatione, hyeme & locis hyemalibus magis quàm tepidis. In Coſmographia inquit Apuleius: Huic eſt pruina conſimilis, ſi mollicies roris matutinis roribus incanuit. *Canoræ auiculæ.*] Inter canoras auiculas cum primis luſciniæ numerantur, quibus diebus ac noctibus continuis quindecim per vernum tempus garrulus eſt ſine intermiſſo cantus, & in tam paruo corpuſculo tam modulatus editur ſonus, vt perfecta muſicæ ſcientia in hac aue digna miratu conſpiciatur. *Prolectante.*] inuitante ac alliciente Tepor enim vernus, & verna temperies prolectant auiculas ad concentus edendos. *Matrem ſiderum.*] Lunam intelligit, quæ mater ſiderum, genitrix temporum, mundi domina merito nuncupatur, cum ſit rerum natura & opifex. *Blando affamine.* } allocutione & affatu: cantus enim, auicularum ſermocinatio eſt. Democritus tradit, conſuſo auium ſanguine ſerpentem gigni, quem

quiſquis ederit intellecturus ſit alitum colloquia. Apollonius Tyrannus (quo nihil diuinius inter homines fuit) cum audiret hirundinem canentem, dixit in cœtu amicorum, eam aliis hirundinibus voce nunciare, aſinum prope vrbem onuſtum tritico cecidiſſe, triticúmque humi diffuſum. Cuius rei meminit Porphyrius Platonicus lib. 3. de ſacrificiis. Philoſtratus verò lib. 4. refert, nõ hirundinem fuiſſe ſed paſſerem, cuius voce cæteri paſſerculi quaſi commoniti, poſt ipſum volitarunt: quod videns Apollonius, ad amicos conuerſus: Paſſer (inquit) ille cæteris nunciauit, inuentum eſſe cibum, cum puer quidam frumentum effuderit. quibus verbis permulti commoti, ad hoc viſendum cucurrere: compertóque vt prædixerat Apollonius, cum clamore atque admiratione ſumma reuerſi ſunt. *Quid quod arbores.*] Plin. & Theophraſtus arbores bifariam diſcriminant, in ſilueſtres ſcilicet & vrbanas. quæ ſint ſilueſtres, nomine ipſo apparet. Vrbanæ verò dicuntur, quæ mites fructu, aut aliqua dote vmbratum officio humanius iuuant. Antiqui infœlices arbores dixerunt, quę fructum non ferunt: fœlices verò, frugiferas ſiue pomiferas. nunc Lucius noſter vtrunque genus arborum ait, gaudium quaſi quoddam demonſtraſſe dulci ſtrepitu foliorum.

Vmbra contentæ.] Platanus inter eas arbores numeratur, quatum ſola expetitur vmbra: quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior eſt, quàm ſolem æſtate arcere, vt auctor eſt Plin. hæc arbor vmbræ gratia tantum ex alieno petita orbe eſt. *Auſtrinis flatibus.*] Plin. ſcribit, viuiſcentia è terra maritari vento fauonio: quo flante, natura animanti infert omnibus ſatis. Quibuſdam arboribus geminatur germinatio, nimia ſolis vbertate, aut inuitantis cœli voluptate: & cuni cibus arborum ſit imber, & tempore germinationes euocentur, meritò auſtrinis flatibus dixit, qui humectus eſt ventus, & calidus, arbores laxari. Plinius tamen ait, arantes deſtruiſcere, ſi blandiantur auſtri: fruges celerius matureſcunt auſtrinis diebus. *Renidentes.* } Flores & folia arborum gaudia ſunt: tunc ſe nouas aliáſque quàm ſunt oſtendunt, tunc variis colorum picturis in certamen vſque luxuriant: tunc fiunt comoſiſſimæ, & capillamentis renidentes, quæ prius calui tio deformes, ac ſqualore triſtes conſpiciebantur. *Clementi motu.*] modico, leni, blando. ſic enim legendum eſt, non dementi.

Brachiorum.] In corpore arborũ, vt reliquorũ animalium, cutis ſanguis, caro nerui, venę, oſſa; medullę, adipes ſunt: eiſdem pedes, brachia articuli aſſignãtur. *Obſibilabant.* } Aptè dixit arbores obſibilare,

ſibilare,quarum ſtrepitus ſibila imitatur: Græci ψόθυεσμα vocant in arboribus,ſibilum ac ſtrepitum. *Tumore poſito.*] Signatè locutus eſt. Sic Virgil. Tum venti poſuere. *Alluuies.*] Rheumata & æſtus intelligit,qui bruma & ſolſtitio inanes ſunt: qui modici luna noua, ad diuiduam pleniores ab ea inundant: plena maximè feruent, inde miteſcunt. Alluuionem iuriſconſulti appellant inundationem fluuiorum, quo latens incrementum agris inducitur. *Caligine diſiecta.*] Nebula exhalatio eſt vaporata,quæ ortu ſolis diſſipatur,cui ſerenitas abolitionem infert:nec enim aliud eſt ſerenitas, quàm aer purgatus caligine, & perſpicuè ſincerus. *Sudo ſplendore.*] Sudum dicunt ſerenum & liquidum,quaſi ſine vdo: quale eſt cœlum poſt pluuias. hic poeta cecinit, Ver nactæ ſudum. & in ſerio opere,Perſudum rutilare vident. M. Tullius in epiſtolis ad Tironem: Horologium mittam, & libros, ſi erit ſudum. Inde ſudificus dictus boreas, quaſi faciens ſudum, id eſt ſerenum: quem Homerus αἰθριηγενέα vocat. In Apologia Lucius noſter, Specula ſuda dixit, quæ vdis contraria ſunt.

Candebat.] relucebat: à candore dictum verbum. *Ecce.*] Annotauerunt eruditi hanc particulam apud M. Tullium & Virgilium ferè ſemper ſignificare inopinatum atque improuiſum, & ſubitarium malum: quod non item apud alios. nam & hic & aliubi ſæpe ſignat bonum repentinum. Ouidius: Ecce Corinna venit tunica velata recincta. *Pompæ anteludia.*] Eleganter anteludia pompæ ſacrificalis appellat ea etiam præludia, quæ in huiuſcemodi ſpeculis præmitti ſolent,quibus oculi ſpectatorum mirum in modum capiuntur. Apud nos hodiéque in pompa cerimoniali, quæ Deo noſtro quotannis peculiariter dedicatur, ſolent id genus anteludia præcedere, & oblectationes ludicræ vagari, in quibus prophetæ repræſentantur, alati pueri concinunt. fœminarum chorus inducitur,pegmata obambulant, & hiſtoria Iudaica conuiſitur: in qua hic Herodem gerit,ille reginam fingit,alij ſatellites regios repræſentant, quo apparatu ludicro venatores,ſimiæ,iumenta inducuntur. vnde fit,vt hæc legens pompam omnem noſtræ cerimoniæ videre videar, & agnoſcere. *Incinctus balibeo.*] Inter anteludia pompæ primus præcedebat miles, hoc eſt hiſtrio militem habitu reddens: alius apparatu venatorio, venator eſſe videbatur: alius veſtitu & inceſſu fœminam mentiebatur, alij alias perſonas ſuſtinebant, prout depoſcit ludicra feſtinitas. *Crepidæ.*] Lego apud auctores ſemiplotia fuiſſe calciamenta, ſiue ſoleas dimidiatas, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent,

Digitized by Google

quæ nunc ſignificari videntur nomine crepidarum. Non diſpicio quomodo crepidæ venatori conueniant, quæ magis geſtamina philoſophica ſunt quàm venatoria. Codex manuſcriptus copides habet, quæ dictio magis quadrat. ſunt enim copides, cultri ſiue gladij recurui, quibus manus ſiue promuſcides elephantorum in prælio milites amputabant: quorum meminit Quint. Curtius. Suidas tradit κοπὶς eſſe machæram. Cope, id eſt κώπη, Græcis eſt manubrium gladij. *Soccis obauratis.*] Modò accipe ſoccos pro calciatu fœmineo, aliàs dicuntur calcei comœdorum: fœminæ autem deauratos calceos induebant, quod cenſoria caſtigatione Plinius noſter taxat in 33. his verbis: At Hercules tu Brute mulierum pedibus aurum geſtari tacuiſti. Idem in 9. luxum fœminarum caſtigans: Margaritas, inquit, pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. In vſu virorum quoque ſocculos auratos fuiſſe, teſtis eſt Seneca, ſcribens Caium Cæſarem porrexiſſe ad oſculandum ſiniſtrum pedem Pompeio Pœno, vt iſta oſtenderet ſocculum auratum, margaritiſque diſtinctum. Dixit Plautus in Bacchidibus: Auro habet ſoccis ſuppactum ſolum. vbi ſolum ſignificatur ſolea calciamenti, & corium infimum, quod eſſe ſolet craſſius. ſic & apud Epigrammatiſtam ponitur: Pictorum ſola baſiate regum. Item, Et mordere luto putre vetúſque ſolum. *Mundo.*] ornatu muliebri: hoc enim ſignificat mundus vocabulo notiſſimo, de quo ſuprà abundè diximus. *Adiectis capite crinibus.* Qui fœminam repræſentat in ſpectaculo, ſolet crines fœmineos ſubtiliter attexere, vt capillamentum natiuum, non inſitiuum eſſe videatur. Caliendrum & galericulum dixerunt veteres, comas adulterinas, quibus concinnitur appoſitis, & ſolerter annexis, calui fiunt comati. *Inceſſu perfluo.* Non potuit ſignificantius exprimere gradum matronalem, quàm perfluum appellando. Vndatim enim incedunt matronæ, & fluctuant, quarum inceſſus & hac & illac perfluit: quod ſpecimen faſtus eſt, & molliciei. *Fœminam mentiebatur.*] Cyprianus: Plus illic placet, quiſquis virum in fœminam magis fregerit. *Ocreis.*] ſcuto. Arma ſunt & militaria & gladiatoria: ocrea, quòd opponebatur ob crus dicta, ſicut à galero galea. Ocreas & criſtas primi Cares inuenerunt, galeam & gladium Lacedæmonij, ſcuta Prœtus & Acritus inter ſe bellantes. Ab ocrea ocreatus nominatur, non ſolum is qui ferreas ocreas reduçit, ſed & pelliceas. ſic ocreatum venatorem poſuit Horat. illo verſu: In niue Lucana dormis ocreatus, vt aprum Cœ-

nem

nem ego. *Fascibus purpuraque luderet.*] Inter ludicras oblectationes & ille quoque inambulat, qui magistratum repræsentabat prætexta purpurea, & lictoribus fasces virgarum ex more gestantibus. Purpuram Sidonius, Cassiodorus recentioresque scriptores blattam appellant. *Nec qui pallio.*] Gestamina philosophi, & Cynicæ insignia familiæ, sunt pallium, pera, baculus. Quàm multi hac tempestate palliati barbatique incedunt, nomen sanctitatis tali habitu vsurpantes, vt non solum philosophi habeantur, sed & deorum consiliarij, & cerimoniarum antistites sinceriſſimi existimentur: cum reuera sint animalia spurca, & probra, cum impostores sint mali & malicioſi, nulla re prorsus bona digni, foris tristes, domi dissoluti, vestitu philosophi & sancti, moribus spurciſſimi. Fronti nulla fides: non barbæ, non pallio, sordibúsque affectatis credendum est. — Olim (quod huic loco conuenit) ad Herodem Atticum adiit palliatus quispiam & crinitus, barbáque propè vsque ad pubem porrecta, ac petiit æs sibi dari ad panes emendos. Tum Herodes interrogat, quisnam esset? atque ille vultu sonitúque vocis obiurgatorio, philosophum se esse dicit. mirari quoque addit, cur quærendum putasset, quod videret. Tunc Herodes, vocem illam memorabilem protulit: Video, inquit, barbam & pallium, philosophum adhuc non video. Horatius barbam philosophi non sine mordacitate satyrica sapientem appellat in Sermonibus, tanquam barba sapientem faciat & philosophum. sic enim inquit apud illum Damasippus: Solatus iussit sapientem pascere barbam. Idem illudens barbatos philosophos, dixit: Vellunt tibi barbam Lasciui pueros. Barbatos quoque magistros poetæ vocitant sapientes & sanctos. palliata mendicabula Lucius noster decenter appellat quosdam, qui palliotenus philosophos imitantur, sordidi prorsus, & imperiti. Diogenes inter Cynicos philosophos famigeratus, pingitur barba comante, sicut Socrates coma candente. hinc illud Persianum: Si Cynico petulans barbam Nonaria vellat. Consimile est & illud Sidonij Apollinaris: Quæ Cynici per menta feti, rugosaque colla Rupit odoratam redolenti forcipe barbam. Quod autem baculus & pera sit supellex philosophorum, & maximè Cynicorum, ostendit Lucius noster, scribens in Floridis: Quod Crates philosophus peram cum baculo & pallium humi posuerit, eámque suppellectilem sibi esse professus sit. Item in Apologia docet, peram & baculum philosophis Cynicis hoc esse, quod regibus diadema, quod pontificibus galerum. Diogenes baculo vice sceptri gloriabatur. Sidonius quoque Apollinaris libro 9. epistola-

rum:Non cæſariem (inquit)paſcere, neque pallio aut claua velut ſophiſticis inſignibus gloriari. Poſuit autem Sidonius clauam pro baculo, propterea quòd Hercules quem ſectæ Cynicæ auctorem ferunt.claua & leonina pelle vſus eſt,de quo dictum eſt: Neque vna pelle veſtitior, neque vno baculo comitatior. *Baxeæ.*] Dicuntur crepidæ & calciamina philoſophica, vocabulo minimè prottito, minimèque triuiali, quod apud ſcriptorem alium non temerè reperias. Idem in Floridis, loquens de calciatu philoſophico,ſic inquit:Veſtem de textrina emere, baxeas iſtas de ſutrina præſtinare. Item in ſecundo huius operis volumine dixit,prophetam palmeis baxeis pedes indutum eſſe. Ex hac Apuleiana doctrina, cum Plautum iampridem profiterer, correxi opinor rectiſſimè mendoſam dictionem ex Menæchmis,vbi ſic paſſim legitur:Quis iſte eſt peniculus, qui extergeritur bexe? Ego ſidenter & plauſibiliter monui,vt in locum bexæ,quod vocabulum eſt caſſum,& nihil valet,ſubſtitueretur baxæ,dictio vetus, & ad ſententiam Plautinam mirè facientem. nam alludens ad nomen peniculi,quod genus ſpongiæ eſt, quo baxeæ,id eſt,calciamenta hodiéque exterguntur,feſtiuiter dixit ex perſona Menæchmi, ignorantis Peniculum parаſitum:Non noui,inquit, alium peniculum,quàm illum quo calcei exterguntur,fiuntque nitidiores puluere deterſo: intelligens ſpongiam, quæ peniculus vocatur,& eſt inter cæteras molliſſima: de qua Plinius copioſiſſimè in 31.

Hircino barbicio.] hircina barba:porrecta ſcilicet,& prolixa ad ſimilitudinem barbæ hircorum, quos barbigeros eſſe conſpicimus. Plautus in Pſeudolo: Heus tu,qui cum hirquina ſtas barba,reſponde quod rogo?Pili viris creſcunt,Plinio teſte,maximè in capite,mox in barba reciſi: non vt herbæ ab cætera inciſura augentur,ſed ab radice exeunt. Omnium captarum mento dependet villus,quem aruncum vocant: hoc ſi quis apprenſam ex grege vnam trahat,cæteræ ſtupentes ſpectant.eos autem qui philoſophi videri volunt,barbatos conſpicimus, barba ad pubem vſque porrecta,tanquam barbicium illud faciat ſapientem. verùm non omnis barbatus eſt ſanctus,non omnis diſcalciatus integer,denique non omnis cum ſacerdotali veſte eſt ſacerdos: cũ ſæpe ſub tali habitu flagitioſiſſimi nequiſſimique deliteſcant, de quibus dici poteſt,Doloſi homines, doloſa veſtimenta. Proinde Hieronym.ſalubriter præcipit Euſtochio, vt viros illos fugiat,quorum fœminei ſunt crines,& hircorum barba, nigrum pallium,& nudi impatiẽtia frigoris pedes. *Cum fiſco.*] Lege, cum viſco: obrepſit enim minutulus error, vitio linguæ barbaricæ.

Diuerſis

Diuerſis harundinibus.] Piſcatoria & aucupatoria.namque harundines aliæ ſeruiunt piſcatoribus, aliæ aucupibus. Plin.in 16. vtriuſque generis meminit hiſce verbis: Auçupatoria harundo à Panormo laudatiſſima,piſcatoria ab Aritana ex Africa: calami aucupatorij græco verbo vocantur ixeutæ. *Cum hamo.*] Hamiotas & hamatragonas dixere antiqui piſcatores, ab hamo: vnde hamata munera captatoris decenter dicta,quæ inſidioſa ſunt,& hamos imitantur.

Manſuem.] Manſuetam.ſic veteres loquebantur, vt ſupra annotauimus. ſic & Plautus: Reddam te ex fera fame manſuem: vel,vt alij codices habent,manſuetem. *Cultu matronali.*] ſpectaculum prorſus ludicrum,& ridiculum, vrſam vehi in ſella ornatu matronali.Haud abſimile eſt illud Horatianum: Siquis lecticā nitidam geſtare amer agnam, Huic veſtem vt gnatæ, paret ancillas, paret aurum. *Simiam pileo.*] Sæpe & apud nos inter oblectamenta oculorum exhibitæ ſunt ſimiæ veſtitu & calciatu ludibundæ, quæ maximè hominum imitatrices ſunt, & paraſitæ.Cum operæ precium ſit nihil omittere,de ſimiis iſta produntur.Venatores imitatione calceari geſtiunt:ob hoc illi inungunt laqueos viſco,quo oculos oblinunt,& ita capiuntur:amant fœtus,immoderatè exultant noua luna,triſtes ſunt cornuto & concauo ſidere. Cercopitheci caudas habent,vnde & nomen.Cynocephali & ipſi ſunt in numero ſimiarum,quibus ſefferatior natura eſt.Sunt & ſatyri mitiores,callitriches,& facie barbam habēt: vnde à pulchritudine barbitij ſic dicti.Refert Poſſidonius,ſe vidiſſe ſiluam quādam ſimiis plenam, quarum aliæ ſuper arboribus,aliæ in terra ſederent:nonnullæ catulos haberent, & vbera pendentia:nonnullæ etiam caluæ, quædam hernioſæ conſpectæ cum riſu ſunt.De ſimia Ennius: Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtiæ nobis.Græci πίθηκον dicunt:vnde Pithecuſis inſulæ inditū nomen. Quidā exiſtimauere à multitudine videlicet ſimiarum, ad quem intellectum Ouidianus verſus referri ſolet: Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas. verùm Plinius in 3. opinionē hanc refellit,ſcribens Pithecuſam inſulā dici à Græcis, non à ſimiarū multitudine,ſed à figulinis doliariorū.Græcè enim πίθος dicitur dolium:illic enim doliarij opifices,dolia & figulina opera peculiariter conficiebant. & ita Ouidianum carmen, vt congruat cum Pliniana ſententia, poterit exponi, vt à nomine habitantium exponas, à nomine doliariorum. De hoc tamen opinetur, vt cuique libitum erit. Prouerbium eſt apud Græcos, cuius meminit & Suidas, γέρων πίθηκος οὐκ ἁλίσκεται, id eſt ſenex

simia non capitur. *Crococijs Phrygiis.*} Purior dictio Crocotis. sunt enim crocotæ,& per diminutionem crocotulæ, vestes crocei coloris:quarum infectores crocotarij dicuntur. in Aululasimilia:Incedunt infectores crocotarij. De his suprà scripsi. *Catamiti pastoris.*} Dicit simiam crocotula veste indutum,gestasse poculum ad instar Ganymedis,qui catamitus est Iouis,& pocillator:quem in cœlo aquarium esse fingunt poetæ,& Græco vocabulo Hydrochoon vocant. Catarium mitos dici pueros meritorios & concubinos,satnotum. Camitum, Iouis esse Ganymedem,nemo non nouit:quem hoc in loco pastorem vocat, sicuti suprà rusticum nominauit. Vt ridiculi sint illi, qui sinceram lectionem interpolantes, pro rustico puero corrigunt Rheteum: tanquam Ganymedes dicendus sit Rheteus,hoc est Phrygius, & non rusticus. Intoleranda est quorundam malè literatorum licentia, qui non tam explicant quàm implicant, non tam corrigunt quàm corrumpunt prisca volumina: cuiusce modi homines magis obsunt quàm prosunt Latinæ linguæ. Igitur Apuleius sibi consentaneus & concors,Ganymedem scitè rusticum appellat: quem hic pastorem dicit. nam si pastor, consequenter & rusticus. *Asinum pinnigglutinà.*} Ad repræsentandam Bellorophontis fabulam, pro Pegaso equo volatico inductus est asinus cum pinnis annexis: pro Bellorophonte senex,vt rex esset spectatior, ridiculosiorque. De Bellorophonte, suo loco superius explicata sunt omnia.

Pompa.] Olim Apelles pinxit Megabysi sacerdotis Dianæ Ephesiæ pompam.

Sospitatricis deæ.] Lunam intelligit, siue Isiden, deam illam multinominam, quæ meritò sospitatrix vocatur,cuius nutu & numine cuncta sospitantur, in terris cuncta viuiscunt.

Candido ami.] vestitu. Dicuntur.

Inter has oblectationes ludicras populariũ quæ passim vagabantur, iam sospitatricis deæ peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes amicimine, vario lætantes gestamine, verno florentes coronamine,quæ de gremio per viã,qua sacer incedebat comitatus,solũ sternebant floscul is. Aliæque nitẽtibus speculis pone tergum reuersis, venienti deæ obuiis commonstrarent obsequium. Et quæ pectines eburneos ferẽtes,gestu brachiorum flexuque digitorum, ornatum atque obpexum crinium regalium fingerent: illæ etiã,quæ cæteris

rũ vnguentis & geniali balsamo gutta-tim extusso conspergebant plateas. Magnus præterea sexus vtriusq; numerus, lucernis, tædis, cereis & alio genere ficti luminis siderum cœlestium stirpem propitiantes. Symphoniæ dehinc, suaues fistulæ, tibiæque modulis dulcissimus personabant. eas amœnus lectissimæ iuuentutis veste niuea & catacliſta præmitentes sequebatur chorus, carmen venustum iterantes, quod camœnarum fauore soler's poeta modulatus edixerat, quod argumentum referebat. interim maiorum antecantamenta votorum.

autẽ hæc per rhetoricas exornationes, quibus nomina sunt homœoteleuta, homœoptota, isocola. latinè dicuntur similiter eadens, similiter desinens, & compar. *Verno coro.*] coronis verno flore cõtextis. Flores ita distinguit Pli. vt aliosvernos, aliosq; æstiuos appellet. illa quoq; nõ omittẽda differẽtia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta. *Nitentibus.*] lucidis. *Ponè.*] Post tergum, à tergo. Dicit autem fuisse quasdam mulieres, quæ à tergo gestabant speculum, vt ita pompaticum ministerium conuiseretur. *Reuersus.*] id est, retro versus, & à tergo positus. vel lege Reuexis, pro retro inclinatis, obliquatisque. *Pectines ferentes.*] Augustinus in 6. de ciuitate Dei, & antè Augusti. Seneca, superstitionem Ethnicorum illudentes, scribunt in hanc sententiam conducenter: Sunt quæ Iunoni ac Minervæ capillos disponant, longè à templo, non tantum à simulachro stantes, digitos mouent, ornantium modo, sunt quæ speculum teneant, sunt quæ ad vadimonia sua deos aduocent: sunt qui libellos offerant, & illos causam suam doceant. *Obpexum.*] pectinationem: nomen est quarti ordinis. nam à pectendo pexus, & per compositionem obpexus dicitur. Significat autem, fuisse in pompa Isiaca quasdam mulieres, quæ vicem ornatricum implentes, fingerent sẽ pectinibus pectere crines reginæ Isidis. *Geniali.*] voluptario, & ad genitalia obeunda accommodatissimo. *Siderum cælestium stirpem.*] & populum stellarum numerosissimum, quæ cum igneæ sint, ardentisque naturæ, meritò propitiantur flammis, flammiuomisque instrumentis. *Symphoniæ.*] Annotandum, à nostris symphoniam pẽnultima correpta enunciari: contra vulgi producentis consuetudinem. hoc docent cùm cæteri, tum Horatius, scribens: Tum gratas intermensas symphonia discors. Symphoniam nostri cõcentum interpretantur: inde symphoniaci dicti cantores musici,

quorũ mentio apud auctores. *Lectißima.*]electißimæ. *Veſte ni. &c.*]Homines(quorũ nominib.parco)in ætate noſtra alioquin doctiſſimi,locũ hunc Apuleianũ ita legebãt, Chorus cataſtlita:exponẽtes chorum cataſtlitam dici,ex cataſtlis pueris cõſtantẽ. Cataſtlos autẽ pueros eſſe dicebant formoſos, & egregiè canentes: quorum Victruuius meminiſſet 8. & in hoc interpretamento ſibimet applaudebant, tanquam Gordianum nodum diſſoluiſſent,quibus nos planè permittamus,vt ſe ament, & ſua:nos certè riuales non habebunt,cæterum ne commentationes noſtras aſſeramus citra alienam inſectationem, ſcito cataclißam dici veſtem vndique clauſam, quales hodiéque noſtri ſacerdotes in pompa ſacrificali induunt. dicitur autem cataclißa à verbo Græco κατακλείω,quod ſignificat claudo. Alij deducere malunt à κατακλάω,quod eſt frango: tanquam ſit veſtis ſine manicis mutila, quam & colobium vocant. antiqui enim (quod & Seruius grãmaticus memorat)collobiis vtebantur, & vt auctor eſt Gel. tunicas citra humerũ definẽtes ſine manicis habebant, quod genus Græci dicũt ἐξωμίδας. nam tunicæ manicatæ non ſine probro habebantur. Colobia autem (vt id quoque explicemus) veſtimenta appellant mutila,ſine manicis, & quaſi trunca: à verbo Græco κολοβόω. Legimus in Decretis canonicis,quòd Paulus primus heremita in teſtamento colobium ſuum Athanaſio Alexãdrino epiſcopo reliquit, vbi colobium accipitur pro hoc genere veſtis,quod iam deſcripſimus. Senſus autem Apulcij hic eſt: chorus ſplendens & lucidus in veſte candida & manicis carente, ſequebatur pompam præcedentem. & ita cataclißa erit ſeptimus caſus,& cum veſte copulabitur. Suidas auctor eſt, cataclißa dici σίτους hoc eſt ſedilia ad menſam parata. *Solers poeta.*] Vt ſcribit Horatius,Carmine dij ſuperi placantur, carmine manes,Poſcit opem chorus, & præſentia numina ſentit. Olim cum Auguſtus Cæſar celebraret ſeculares ludos, cantatum eſt Horatianum carmen à virginibus, puerißque prætextatis. Liuius quoque Andronicus poeta quondam carmen compoſuit,quod Romæ in ſacrificiis cantauerunt. *Quod argumentum.*]Carmine poetico argumentum feſtiuitatis & pompæ totius referebatur. *Antecantamenta.*]vt anteloquia dicuntur præfamina ſic & antecantamenta ſunt illa quę præcinũtur ante vota & preces legitimas.

Magno Sera.] Apis rex Argiuorum tranſuectus in Ægyptum, cũ ibi moreretur eſſet,

Ibant & dicati magno Serapi tibicines,qui per obliquũ calamum ad aurẽ porrectum dextram,familiarem templi deique modulum frequentabant: & pleriq;

zed by Google

rique , qui facilem ſacris viam dari prædicarent. Tunc inſluunt turbæ ſacris diuinis initiatæ , viri fœminæque omnis dignitatis , & omnis ætatis , lineæ veſtis candore puro luminoſi. illæ limpido tegmine crines madidos obuolutæ: hi capillum deraſi funditus; vertice prænitentes , magnæ religionis terrena ſidera, æreis & argenteis, immò verò aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes: & antiſtites ſacrorum proceres illi, qui cãdido lineamine cinctũ pectoralẽ aduſque veſtigia ſtrictim iniecti , potẽtiſſimorum domini proferebant inſignis exuuias. Quorum primus lucernã præmicantem porrigebat lumen, non adeò noſtris illis conſimilem, quæ veſpertinas illuminãt epulas: ſed aureum cymbium in medio ſui patore flammulam ſuſcitans largiorem. Secundus veſtitu quidem ſimilis , ſed manibus ambabus gerebat altaria. idẽ auxilia, quibus nomen dedit propriũ, deæ ſummatis auxiliaris prouidentia. Ibat tertius, attollens palmam auro ſubtiliter foliatam , necnon mercurialem etiam caduceum. Quartus æquitatis oſtendebat indicium, deformatam manũ ſiniſtram porrecta palmula, quæ genuina pigritia, nulla calliditate, nulla ſolertia prædita, videbatur æquitati magis aptior quàm dextera. idẽ gerebat & æreũ vaſculum in modum papillæ rotundatũ, de quo lacte libabat. Quintus

factus eſt Serapis omnium maximus AEgyptiorum deus. Cur autem nõ Apis poſt mortem, ſed Serapis appellatus ſit, M. Varro, Auguſt. Euſebius & Nymphodorus rationem hanc reddiderunt. nam quia arca in qua mortuus ponitur , ſoros dicitur græcè, primo Soros apis, deinde litera vna (vt fieri ſolet) commutata Serapis dictus eſt. Conſtitutum eſt etiam de illo, vt quiſquis eũ fuiſſe hominem dixiſſet, capitalem penderet pœnam. vnde in omnibus templis vbi colebantur Iſis & Serapis , erat etiam ſimulachrum quod digito labris impreſſo admonere videretur, vt ſilentiũ fieret, vtq; taceretur eos homines fuiſſe. dicebatur autẽ Harpocrates ille ſilẽtij monitor de quo M. Varro: Harpocrates digito ſignificat ſilentiũ. Pli. Iãverò Har

pocratem ſtatuaſque Ægyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt. hinc Catul. ſilentioſum atque taciturniſſimum intelligi volens, ſcitiſſimè dixit: Factum me eſſe puta Harpocratem. De hoc intellexit & Ouid. illo verſu: Quique premit vocem, digitiſque ſilentia ſuadet. Ab Auſonio dicitur ſigalion, à ſilentio, vt opinor. σιγάω enim græcè ſileo, ἡ σιγὴ ſilentium. idem M. Varro Serapin & Iſim Ægyptiorum deos eoſdem eſſe cenſet cœlum & terram, qui vt Samothracum initia docent, ſunt dei magni, multiſque nominibus nuncupantur. Apud Alexandriam templum fuit Serapidis opere fornicario conſtructum, & mira arte viſendum: in quo ſimulachrum dei ita erat vaſtum, vt dextram vnum parietem, alterum læuam perſtringeret: quod ex omnibus generibus metallorum lignorumque compoſitum ferebatur. erat etiam dolis & arte compoſita feneſtra perexigua ab ortu ſolis ita aptata, vt radius ſolaris per eam directus os & labra Serapis illuſtraret: ita vt inſpectante populo, oſculo ſalutatus Serapis videretur à ſole. Erat & aliud ibi fraudis genus huiuſmodi. ſimulachrum ſolis ex ferro fabrefactum in aere pendens viſebatur, cum in laquearibus lapis magnes ſubtiliſſimo artificio intextus vi naturali ferrum ad ſe raperet, cogeretque ſimulachrum paulatim aſſurgere, atque in ſublime ſuſtolli: quæ res inſpectores miraculo rei attonitos faciebat, atque venerabundos. Quidam Serapin Iouem putant, cuius capiti modius ſuperpoſitus, vt indicet cum menſura modóque cuncta moderari oportere. Alij genium Nili eſſe autumant, cuius Ægyptus opibus & fœcunditate paſcatur. De origine Serapidis Cor. Tacitus non parum multa. Lactantius in primo: Hic eſt Oſiris, quem Serapin & Serapidem vulgus appellat. Lactantio ſubſcribit Martianus in hymno ſic ſcribens: Te Serapin Memphis, Nilus veneratur Oſirin. Serapium & Iſium appellat Lampridius templum Serapis & Iſidis. in Alexandro Marcellinus Serapium refert eminere inter Ægypti templa, ita exornatum, vt poſt Capitolium nihil orbis terrarũ ambitioſius cernat.

auream vannum aureis congeſtam ramulis: & alius ferebat amphoram.

Per obliquum calamum.] obliquam tibiam intelligit, quam Midas in Phrygia primus inuenit: ſicuti monaulum Mercurius, & geminas tibias Marſias. Dicimus autem monaulon, ſingularis tibia & ſimplex, vnde & nomen. de qua epigrammatarius: Sæpe duas patiter, ſæpe monaulon habet. *Modulum* .] modulatum carmen. *Sacris vida.*] In pompa ſacrorum hodiéque aliquot præficiuntur, qui iubeant viam dari, vt pompa ſine offenſaculo pompabiliter

biliter procedat. Ex instituto solemni præterea præcones prædicare solebant. Hoc agite: quo verbo admonebatur, reliquis rebus posthabitis sola sacrificia curanda esse. Illud quoque obiter annotandum, placuisse maioribus loca velari qua pompa veheretur: sicut etiam apud nos conuelantur. causam refert Verrius Flaccus. scribit enim: Cum Pop. Rom. pestilentia laboraret, essetque responsum, id accidere quòd dij dispicerentur: anxiam vrbem fuisse, quia non intelligeretur oraculũ: euenisseque vt Circensium die puer de cœnaculo pompam supernè despiceret, & matri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti (quod vehiculi genus est) composita vidisset: qua re senatui nũciata, tũc placuit loca velis contegi, qua pompa vehi solet: atque ita peste sedata, puer qui ambiguitate sortis absoluerat, prætextæ gestandæ munus impetrauit. ambigui autẽ oraculi fuit in verbo Despicerentur: nam qui audit quod dij despicerentur, statim intelligit quòd dij & cæremoniæ negligerentur, haberentúrque despicatui: cum tamen oraculum quod semper flexiloquũ est & amphibolon, intelligi vellet, quòd dij despicerentur, quod nefas est, & ad pollutionem sacrorum pertinet. vnde & nostri hodiéque in pompa sacrificali pueros & puellas ex fenestris vetant despicere, hoc est, superne in locum inferiorem despectare. *Initiatæ sacris.*] inter religiosos asciti, & cultui cerimoniarum dedicati. M. Tull. auctor est, mysteria appellari initia, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitæ principia. vnde initiari est, ritu sacrorum institui, & sacris diuinis asciri. idem M. Tul. Diligentissimè (inquit) faciendum est, vt initientur eo ritu cæteri, quo Romæ initiantur. M. Varro ait, quòd initiis Cereris porci immolantur, & quòd initiis pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur. Dies initiorum dicuntur à Liuio, quibus solennia sacrificia celebrabantur, quibus nefas erat interesse non initiatos. In alio significatu notissimo initiari est inchoare & auspicari. Firmicus Maternus Ver initiatur, cum primam arietis partem sol fecerit ingressus. *Lineæ vt. causa.*] Orphei & Pythagoræ placita laneum vestimentum in rebus diuinis, vt prophanum impurúmque vituperant, cum lineum vela mentum vt purissimum mundissimúmque maximè probent, vnde non modo indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris vsurpabatur. Scribit Plin. lib. vndeuigesimo, vestes sacerdotib. Ægypti lineas gratissimas esse, eo genere lini quod xylon vocant: vnde & dicta xylina, quibus nulla sunt in candore mollitiáve præferenda. igitur cum Iliaci,

eam

id est Isidis sacerdotes linea veste propè peculiariter vterentur, à poetis perpetuo epitheto linigeri cognominantur. sic Ouid. Iuuenal. Martial. sic cæteri ore consono appellitant. Apollonio Tyaneo apud Domitianum principem inter cętera crimina, hoc quoque accusatores calumniosi obiecerunt, quòd vestitu linteo vteretur: quod crimen diluens, vt futile & nugatorium, ô diuine Pythagora (inquit) tu pro me ipso causam dicito. pro his enim in iudiciũ vocor, quorum tu inuentor, ego imitator sum. Pythagoras enim AEgyptiorum disciplinam cum primis laudans, linteis amiciri constituit, & calciamenta ex arborum corticibus fieri mandauit, vestitum impurum esse autumans, qui ex mortuina materia confectus gestaretur. ideo autem impurus ex lana vestitus AEgyptiis sacerdotibus & Pythagoræ, & mox Apollonio videbatur: quoniam ab animato decerpitur, & ex eo quidem animali quod inter cætera mitissimum est. linea verò vestis ideo pura habita est, & sacrificantibus in primis accommodata, quoniam linum ex terra oritur. Quæcunque autem ex terra nascuntur, munda & pura esse existimauerunt. Hæc & id genus alia apud Philostratum memorat Apollonius. vnde Sidonio data est occasio appellãti Apollonium inter purpuratos linteatum. Quid multa? nonne hodie quoque nostri sacerdotes linteati linigeriq; in sacrorum pompa incedere conspiciuntur? ritu opinor translato AEgyptiis sacerdotibus, de quibus hæc Herodotus; Vestibus amiciuntur lineis, circa crura fimbriatis, quas calasiras appellant; supra quas candida fuerunt amicula, tanquam supiecta. Lanæ neque in ædes factas gestantur, neque vnà cum cadauere sepeliuntur: prophanum enim est. Idem aliubi: Linea (inquit) ferunt vestimenta semper recens abluta, huic rei præcipuè vacantes, calceos papyraceos gestant. aliam vestem, aut alios calceos induere eis fas non est. à linea veste linteones dicti linteorum textores. scribit Maternus, Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Martem, quòd illa coniunctio faciet linteones aut tabernarios. Alexander Romanus imperator vestigal pulcherrimum instituit, Lampridio teste, braccharіorum linteonum & palliorum. vbi braccharij & palliones dicuntur, braccharum (quæ vestes sunt) & palliorum confectores. *Limpido.*] lucido, splendicante. Limpida stella est in secunda parte leonis, quæ in horoscopo facit reges. *Madidos.*] vnguentatos. *Crines madidos.*] vnguento delibutos. *Capillum derasi.*] Sacerdotes AEgyptiaci erant capitibus derasis, quod Plin. noster indicat, & ante Plin. Herodotus sic scripsit: Deorum sacerdotes alibi comati sunt, in AEgypto derasi. Idem refert, solitos eos totum corpus alternis

nis diebus deradere, ne inter deorum cultum quicquam pediculorum, aut alterius excrementiciæ sordis illos pollueret. Lactantius lib. 1. Institutionum, illudens sacra Isidis AEgyptia sic refert. Primò sacerdotes eius deglabra à corpore sua pectora tundunt, lamentantur, sicut ipsa cum perdidit filium fecerat. ob hoc poetæ caluos hosce sacerdotes decenter appellant. Satyrographus. Cum grege linigero circundatus, & grege caluo. Epigrammatista: Linigeri fugiunt calui, sistratáque turba. quinetiam Lampridius de imperatore Commodo scribens, sic inquit: Sacra Isidis coluit, vt & caput raderet, Anubim portaret, & omnes partes expleret. Ex hoc Isiacorum ritu videtur id quoque translatum esse, vt nostri sacerdotes comam alere prohibeantur, capite deraso: quamuis ecclesiastici scriptores hoc veluti mysticè & tropologicè interpretantur. nam Diuus Hieronymus tradit, quòd rasio capitis est temporalium omnium depositio, & quòd corona in capite designat regni cœlestis coronam. hoc idem legitur in Decretis canonicis, 12. q. 1. De caluis celebre est prouerbium apud Græcos, φάλαγρον τίλλεις, id est, caluum vellis: quod refertur ad cassos inefficacésque hominum labores. Illud attende, à nobis explicari hunc totum ceremoniarum ritum secundum mysteria AEgyptiorum: quamuis hæc res fiat Corinthi, ex formula tamen & instituto AEgyptiacæ religionis: hoc enim in primis significari voluit Lucius noster. *Vertice præmitentes.*] qui deraso capite sunt, verticem habent splendicantem. *Terrena sidera.*] Magna sacerdotum dignatio & maiestas, qui terrena sidera dici mereantur. Sacerdotes hodie mundi lumina nuncupantur. & distinctione 96. legimus, quòd aurum non tam preciosius plumbo est, quàm regia potestate altior ordo sacerdotalis. Vnde tu archepiscope ampliſſime, dici meritissimo potes terrenũ sidus, & quidem fulgentissimum: cũ in te fulgor sacerdotalis & literarum splendor eluceſcant & radient. Columella oppidò quàm eleganter terrestria sidera flores appellat, illo versu: Pingit & in varios terrestria sidera flores. *Aereis sistris.*] Suprà diximus sistra dici crepitacula, quæ agitata reddebant argutum sonum: ob hoc sonabile sistrum à poetis dictum, simulachrum Isidis cum sistro figurabatur. hinc illud satyricum: Isis & irato feriat mea lumina sistro. Sistratos Isidis sacerdotes poetæ appellant, à gestamine sistrorum: vt inquit Suidas, Ἰσιδικοὶ διὰ τὸ σείειν τὸν σεῖστρον, id est Isidis cultores sistrum quatiebant. vnde à verbo Græco σείω, quod significat quatio, inditum nomen. *Argutum tinnitum.*] stridulum sonitum, qualem scilicet reddunt æramẽta. *Antistites primarios.*] Sacerdotes intelligit, quos

protomyſtas Græco vocabulo Sidonius vocat, qui Archiſſamines quoque nominantur. Libro Codicis primo legimus, Archimandritas nominari proceres ſacerdotum, & antiſtites: qui ab eo quod ante ſtant & præpollent, nomen ſortiuntur. antiſtitium vocabulo elegantiſſimo dicitur excellentia & apex. Marcianus: Venerabili antiſtitio præminebat Athanaſia. Inter protomyſtas es tu cum primis numerandus Archiepiſcope ſacratiſſime, qui in ordine epiſcopali venerabilis maieſtatis antiſtitis præcellis, & inſtar Luciferi inter minores ſtellas eniteſcis. *Cinctum pectoralem.*] non tam cincturam, quàm veſtem, hoc in loco cinctum accipimus. nam & Porphyrius docet, cinctum tunicæ genus eſſe infra pectus aptatæ, à quo cinctutos Cetegos Horatius nominauerit. M. Varro: Cinctus (inquit) & cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Videtur autem denotare id genus veſtis ſacerdotalis, quæ ex lino poderis erat: id eſt, talaris duplici ſyndone, quam Ioſephus, Hieronymus & cæteri byſſinam vocant. Hæc adhæret corpori & ita arcta eſt, & ſtrictis manicis, vt nulla omnino in veſte ſit ruga, & vſque ad crura deſcendat. Fuit & apud antiquos veſtimenti genus nomine cingulum, pellis colubrinæ ſimilitudine, rotundum, textum, vt marſupium longius putes. Hoc baltheo lineam tunicam talarem ſupradictam ſtringunt, inter vmbilicum & pectus. *Pientiſſimorum domini.*] Lege deûm; id eſt, deorum dicit enim, proceres ſacerdotum oſtentaſſe exuuias deorum maximorum. Exuuiarum autem nomine ſymbola quædam peculiaria & geſtamina diuina, hoc in loco ſignificantur: vt lucerna, caduceus, vannus, & quæ ſtatim explicantur. *Primus lucernam.*] Religionis AEgyptiæ ſymbolum eſt lucerna, vt opinor pertinens ad Oſiridis veſtigationem, quem perditum cum luctu quærunt, mox inuentum magno gaudio proſequuntur auctores Seneca, Auguſtinus, Lactantius, & cæteri. Ob hoc videtur Seneca in lib. de Beata vita ſic ſcripſiſſe: Cum laurum linteatus ſenex, & medio lucernam die proferens, conclamat ſtatum aliquem deorum, concurritis & audiris. Apud nos hodieque in pompa ſacrorum ceroferarij conſpiciuntur, ritu propè conſimili atque germano. Tertullianus denotat hunc ritum lucernarum ſolennium, & improbat inquiens: Cur die læto nec laureis poſtes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Poteſt lucerna hæc videri ſymbolum ſolis, qui & Oſiris dicitur, cuius luce cuncta colluſtrãtur. Præterea auctor eſt Herodotus, feſtiuitatẽ ſolennẽ AEgypto celebrari, cui nomen eſt accenſio lucernarum, propterea quòd noctu ſub dio per vniuerſam AEgyptũ

lucernas accendunt, imbutas sale, & oleo plenas, cum multo elychnio, quòd tota nocte ardens perduret. Cur verò sic lucernæ accendantur ad sacra, quædam ratio commemoratur, quæ auribus prophanorum minimè intimanda sit. Ad hunc mysticum sensum referri non absurdè posset illud Persianum: Dispositum pinguem nebulã vomuere lucernæ Portantes violas. Potest hæc lucerna symbolũ videri inquisitionis Osiridis. Quid si ad Vulcanum referatur, quem inuentorem ignis primùm in Ægypto regnasse, sacerdotes affirmant? Lucernari verbum vetus est, quod significat lucernis dispositis illuminare. Hinc illud: Tecta lucernantur florentia numina sertis. *Cymbium.*] poculum, à cymba dictum, cuius effigiem repræsentat: de quo suprà *Pectore.*] Corrigo patore: etenim pator Apuleianum vocabulum, significans hiatum, apertionemque: & est orificium patens. *Vestitu similis,*] linteamine candido indutus. *Idem auxilia,*] dic, id est auxilia: est enim quoddam quasi interpretamentum, vt lector audiens altaria sacerdotis manu gestari, intelligat ea auxilia nuncupari. Cur autem ita nuncupentur, statim subiungit, ab auxilio scilicet; quod auxiliatrix dea Isis cultoribus suis præstat: itaque altaria hæc possunt videri symbola auxilij diuini. Apud Plautum loquitur in Cistellaria deus cui Auxilio est nomen. *Palmam.*] tanquam sit symbolum victoriæ, & argumentum palmiferæ regionis. scribit Plin. Dactylos palmarum honori deorum dicatos esse. *Caduceum.*] Ægyptij caduceum Mercurij sic figurant: Dracones duo masculus & fœmina coniunguntur parte media voluminis sui, nodo quem vocant Herculis: primæ partes reflexæ in circulum sunt, caudæ verò reuocantur ad capulum caducei: ornaturque alis ex eadem parte capitis nascentibus. Argumentum caducei ad genituram hominum (quæ Genesis appellatur) Ægyptij pertinere demonstrant. Plinius ideo caduceum fieri asserit, circundata effigie anguium: quia angues sunt concordissimi inter se, & complexu mutuo copulantur. vnde & caduceum signum pacis & symbolum esse voluerunt. hinc caduceatores dicti, pacis internundij. Liuio, Curtio, & cæteris. Caducifer quoque ipse Mercurius à poetis nominatur. *Deformata manu sinistra.*] Videtur discordare Lucius noster à Diodoro, qui scribit in quarto Bibliothecæ, quòd inter sacras literas Ægyptiorum deformatur manus dextra expansa, liberalitatem significans: sinistra verò compressa, tenacitatem atque auaritiam. Verùm nullum est inter scriptores super re ista dissidium, cum vtrunque fieri commodè potuerit, vt sinistra compressis digitis esset symbolum tenacitatis, eadẽ explicata palma

foret indicium æquitatis. *Genuina pigritia.* Ingenita & naturali: siniſtram enim natura in hominibus pigriorem esse, quàm dextram, sat notum, præterquàm in his qui scæuæ nominantur: tales enim agiliore sunt siniſtra, vnde & illis inditum nomen. Scæuam enim Græci siniſtram vocant. Talis vir Tiberius, quem scribit Tranquillus siniſtra manu fuisse agiliore ac validiore. Iuriſconſulti vt ad ædilitium edictum, Scæuam, hoc est hominem agilioris siniſtræ, neque morboſum neque vitioſum esse tradunt. Albertus Magnus in ſecundo de animalibus, cauſam refert siniſteritatis: Quia videlicet (inquit) iecur & cor virtutes ſuas mittant in siniſtrum latus, & à dextro remoueantur. Contingit etiam aliquando, vt quis a puero siniſtram quàm dextram frequentius exerceat, fiatque inde conſuetudo, & ex conſuetudine natura. Scripſi in Tranquilli commentariis, ambidextros dici, qui vtraque manu pariter vtantur, quos Græci amphoterodexios vocant: de quibus Plato, Ariſtoteles, Hieronymus. Sed quod ad siniſtræ manus pigritiam pertinet, quodque memoratu dignum est, comperio apud auctores, quòd annuli precioſi dextra manu exempti sunt, quæ multum negociorum gerit: & in siniſtram relegati, quæ ociosior est, ne crebro motu & officio manus dextræ precioſi lapides frangerentur. *In modum papillæ rotundatum.* } Vaſculum hoc papillæ lactanti ſimile videri poteſt indicium bouis, in quam Io reformata est, & mox facta dea Iſis, vt fabulæ ferunt. poteſt & hoc ſymbolum esse fœcunditatis Niloticæ, vt ſicut lac profuſum ex papilla ſaginat fœtum, ita aqua Nili exuberans opimat Aegyptum. Obiter annotandum, quemadmodum Helena in templo Mineruæ ſacrauit calicem ex electro, mammæ ſuæ mensura. Inclytus Vldricus Roſenſis, inter barones Boemiæ primarius, inter diſcipulos meos tranſmontanos clariſſimus, cum mecum ſemper egerit munificenter liberaliterque, nuper mihi donauit vaſculum hac figura papillæ rotundatum, argenteum quidem, ſed tam fabrè, tam eleganter deauratum, vt aureum esse videatur: quod à me ſeruatur conditum in gazophylacio, in quo propè peculiariter continentur munera, quibus me compluſculi proſecuti ſunt ob doctrinarum ingeniique (vt exiſtimãt) claritudinem: vt ego ſentio, mediocritatem. Ibidem quoq; radiat ſcyphus ille argenteus, quẽ tu ad me abhinc ſeſquiãnũ dono miſiſti Archiepiſcope munificentiſſime, qui bracteatoris opificio fabrefactus, luculenter vina facit meliora, ſubinuitatque ad bibendum. *Lacte.* } Secundum priſcorum declinationem, lacte dixit pro lac, vt ſuprà. *Vannum.* } cribrum. Poeta in Georgicis

gitis dixit, Et myſtica vannus Iacchi. vbi commentatores expoſuerunt, ideo myſticam dici, quòd Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant : & ſic homines eius myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Hinc eſt quòd dicitur Iſis, Oſiridis membra à Tiphone dilaniata, crebrò, id eſt vanno ſuperpoſuiſſe. nam idem eſt Liber pater, & Oſiris, Iſidis maritus : in cuius myſteriis vannus eſt, & nunc in pompa Iſiaca geſtabatur. Dicitur autem vannus, cribrum, ~~vannegismõ~~ vallus. inde fit verbum euannare, quod eſt vannis ſiue vallis expurgare. M. Varro in primo de re Ruſtica : Ita fit vt quod ſæ uiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream. In Varronianis codicibus mendum inoleuit, in quibus euaminatur paſſim legitur, verbo futili & nugatorio : cum euannatur legendum ſit, ſicuti nos correximus verbo latiniſſimo & Varroniano, quod à vannis inflexum eſt. Columella præcipit, frumenta vannis expurgari in area deterſa.

Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt, hic horrendum ille ſuperûm commeator & inferũ, ſtunc atra nunc aurea facie ſublimis, at tollens canis ceruices arduas Anubis, laua caduceum gerens, dextera palmã virentem quatiens, cuius veſtigium continuum ſequebatur bos in rectum leuata ſtatum, bos omniparentis deæ fœcũdum ſimulachrum, quod reſidens humeris ſuis proferebat vnus è miniſterio beato greſſu geſtuoſo. Ferebatur ab alio ciſta ſecretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis. Gerebat alius fœlices ſuo gremo ſummi ſui numinis venerandam effigiem, non pecoris, non auis, non feræ, ac ne hominis quidem ipſius conſimilem. Sed ſolerti repertum etiam ipſa nouitate, reuerendã altioris vtcunque & magno ſilentio tegendæ

Dei dignati pedibus incedere.] ioculariter dictum, & decenter. dicimus enim deos incedere pedibus humanis, quando homines in pompa ſacrificali ſuſtinent perſonas & nomina deorum. de quibus intellexit Tertullianus ſic ſcribens : Ipſos deos veſtros ſæpe noxij induunt. Mecum ego ſubinde recolens hæc inſtituta ſacrorum ethnicorum venio in eam ſententiam, vt credam pleraque omnia ad cenimo-

niam vltro citróque commeat inter ſuperos & inferos: vt poetæ canunt. & vt inquit Claudianus, Commune profundis & ſuperis numen, qui fas per limen vtrunque Solus habet, geminóque facit commercia mundo. ab Homero dicitur διάκτορος, id eſt internuncius. Macrob. ex hoc Mercurium myſticè Solem ſignificari argumentatur. nam cum ſol in inferiore hemiſphærio, id eſt, hyemali b. ſignis curſum ſuum peragit, dicitur inferorum adminiſter: cùm verò ſuperiore hemiſphærio partem zodiaci ambit æſtiuam, tunc ſuperorum nuncius exiſtimatur.

Nunc atra nunc aurea facie.] AEgyptij ſimulachrum Mercurij partim cerulea ſpecie & atra, partim aurea & clara figurãt: vt per atrum colorem commeator inferorum, per auream faciem ſuperorum nuncius declaretur. *Bos in rectum lenata ſtatum.*] Fabula notiſſima, quemadmodum Io in bouem demutata eſt, mox ex boue dea Iſis facta: vnde meritò in pompa Iſiaca bos prodibat, quæ ſymbolum quoque (vt docet ipſe Lucius) eſt deæ omnia progignentis. AEgyptus bouem vice numinis colit, quem Apim vocant, cui ſemel in anno oſtenditur fœmina bos inſignibus quibuſdam notabilis. Plinius & Solinus auctores. Fuit & in AEgypto præfectura, Bouina nuncupata, à boue cui dedicata eſt. Bouem autem colunt inter deos vtilitatis cauſa. conſtat enim (vt refert Euſebius) bouem tam partu quàm arandi opera eſſe conducibilem. Annotandum, ab eodem Euſebio tradi, papauer eſſe ſymbolum fœcunditatis. Suprà diximus, quemadmodum Apis AEgyptiorum deus maximus, poſtea dictus eſt Serapis. Scribit Suidas, ἅπαντες θεοὶ ἦσαν παρὰ Αἰγυπτίοις, σημεῖον ἔχοντες ἐπὶ τῇ οὐρᾷ καὶ γλώσσῃ, ἅλλως τε καὶ αὐτοὺς ἀπίδας. id eſt: Apides dei erant honorati apud AEgyptios, ſignum habentes in cauda & in lingua, quod declarabat eos eſſe apides, quibus inuentis, ἑορτὴν μεγάλην ἦγον, id eſt, feſtiuitatem magnam agebant. Præterea memoriæ proditum eſt à ſcriptoribus celeberrimis, deos AEgyptiorum eſſe bruta animantia, & ſingulas penè in AEgypto ciuitates. ſingulas beſtias & monſtra venerari. vnde & vrbes apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur, vt Leontopolis, Cynopolis, Lycopolis. Cur autem animalia pro diis in Aegypto colerentur, cauſas cum alij referunt, tum Diodorus in 2. Bibliothecæ. *Omnia parentis deæ.*] iunctim lego Omniparentis, ſic & poeta dixit in 6. Terræ omniparentis alumnum Cernere erat. qua enim forma omnipotens, eadem & omniparens dicitur, quaſi omnia pariens, omnia gignens. *& miniſte-*

Digitized by Google

promißionis ornatum, dextra proferẽs ſiſtrum deæ coronam, mihi etiam Hercules coronam conſequenter, quod tot ac tantis exanclatis laboribus, tot emerſis periculis deæ maxima prouidentia adluctantem mihi ſæuiſſimam fortunam ſuperarem. Nec tamen gaudio ſubitario commotus, inclementi me curſu proripui, verens ſcilicet ne repentino quadrupedis impetu religionis quietus turbaretur ordo: ſed placido ac prorſus humano gradu cunctabundus paulatim obliquato corpore, ſanè diuinitus decedente populo, ſenſim irrepo. At ſacerdos (vt reapſe cognoſcere potui) nocturni commonefactus oraculi, mirátúſque congruentiam mandati muneris, confeſtim reſtitit, & vltrò porrecta dextra, ob os ipſum meũ coronam exhibuit. Tunc ego trepidans aßiduo pulſo micanti corde, coronam quæ roſis amœnis intexta fulgurabat, auido ore ſuſceptam, cupidus cupidiſſimè deuorani: nec me fefellit cœleſte promiſſum. Protinus mihi delabitur deformis & ferina facies: ac primò quidem ſqualens pilus deſluit, ac dehinc cutis craſſa tenuatur, venter obeſus reſidet, pedum plantæ per vngulas in digitos exeunt: manus non iam pedes ſunt, ſed in erecta porrigũtur officia: ceruix procera cohibetur, os & caput rotundatur, aures enormes repetũt paruitatẽ priſtinã, dẽtes ſaxei redeũt ad humanã minutiem:

preſentiſſimã ſcirè appellat, quæ ſtatim afferunt medelam ſalutarem, & ſine dilatione perſanant.

Salutem meam gerens ſacerdos.] Coronam roſeam intelligit, qua ſalus Lucij & reformatio permittebatur. *Proferens ſiſtrum deæ.*] Hæc fuerat diuina Iſidis promiſſio, quę ſuprà ſic Lucium alloquitur: Meo monitu ſacerdos, qui in ipſo procinctu pompæ roſeam manu ſiſtro cohærentem geſtabit coronam.

Mihi hercules corona.] Senſus eſt: ſacerdos dextrã ferebat coronam Iſiacam, quæ dubio procul mihi quoque erat conueniens corona, cùm coronandus meritò forem, tanquam fortunæ victor, qui tot labores, tot ærumnas in omni vita pertuleram. coronari enim victores in ludis

nutiem:

nutiem: & quæ potißimum cruciabat antè cauda, nuſquam comparuit. populi mirantur, religioſi venerantur tam euidentem maximi numinis potentiam, & conſimilem nocturnis imaginibus magnificentiam, & facilitatem reformationis: claráque & conſona voce cœlo manus attendentes, teſtantur tam illuſtre dea beneficium.

coronis multifariis conſtat, de quibus alibi plura. *Exanclatis.*] exhauſtis, exſudatiſque. *Deæ maximæ.*] Iſidis. *Inclementi.*] immodico & ferocienti. *Cunctabundus.*] cunctanter & lento greſſu gradiens. *Decedente diuinitus pop.*]Nutu & numine deæ Iſidis commonitus omnis populus, ab aſino decedebat. dixit enim ſuprà hoc ipſo volumine, Meo iuſſu tibi conſtructi comitatus decedent populi. *Re ab ſe.*]Legendum eſt reapſe: hoc eſt, re ipſa, vt veteres dicebant, & ſuprà annotatum eſt. *Nocturni oraculi.*]Dixit ſuprà Iſis: Hoc eodem momento, quo tibi venio, ſimul quæ ſunt conſequentia ſacerdoti meo per quietem facienda præcipio. *Mandati muneris.* } à dea ſcilicet, per nocturnam quietem. *Ob os.*]ad os. *Coronam deuorani.*]Lucianus ſine vllo myſterio religioſo, ſimpliciter narrat ſe vidiſſe inter flores alios roſas promicantes: ad quas procurrens, eas deuorauerit, hoc enim vtitur verbo ῥόδα κατέπιον, roſas deuoraui. Noſter verò Lucius myſticotera quædam decentiſſimè ſapientiſſiméque præfatus ait, ſe ex manu ſacerdotis coronam roſeam deuoraſſe: eaque deuorata in priſtinum hominem fuiſſe eueſtigio reformatum. vt myſticè intelligas, coronam roſaceam eſſe ſapientiam: ad quam guſtandam quàm diu mortales non aſpirant, tam diu bruti & aſinio corio contecti torpeſcunt: mox vbi roſas carpſerunt ex manu porrigentis ſacerdotis, hoc eſt ſapientis, qui antiſtes eſt doctrinarum, qui eſurientes vltro inuitat ad guſtulum ſapientiæ dulciſſimum, illico exuunt brutale tegumentum, fiuntque humana ratione pollentes & verè homines. ipſi quoque ſacerdotalibus ſacris initiantur, terreni corporis labe purgati, vitiis exutis, nulla deinceps ſcelerum contagione polluti Deo ſeruiunt, cui conciliante virtute coniunguntur. Qua vita nihil beatius eſſe poteſt, ad quam vtinam nos quoque peruenire poſſimus: ſicut Apuleius noſter, poſt exudatos labores multiiugos, poſt exutas terrenas ſordes, aliquando fœliciſſimè peruenit. *Delabitur ferina facies.*]Cupis exuere faciem ferinam? facito vt ex animo tuo brutales ſordes, quæ interiorem hominem deformant, delabantur, curato, prouideto, vt in te nihil beluinum conſpiciatur: da ope-

ram,vt ſicuti diceris animal rationale, ita vt rationem vitæ ducem ſequaris,appetitionibus conculcatis,vt virtutis fulgore fias luminoſus. Ita pilus aſininus defluet,ita corium craſſum in cutem ſubtiliorem tenuabitur,ita obeſitas ventris cohibebitur:denique omni abolita brutali effigie, reformaberis in hominem, quem cuncti meritò mirentur, & cum veneratione ſuſcipiant. ſic homines transfigurantur in lupos,fiuntque verſipelles,quando induunt lupinam voracitatem: ſic mox ex lupis in priſtinam faciem reuertuntur, priſtinamque veſtem reſumunt, quando exutis improbis moribus,& lupina depoſita natura, ad humanos mores, & humanam rationem oculo mentis vegetiore regrediuntur, probitatem amplexantes, & virtutem quam depoſuerant reſumentes. *Cutis te.*]Sunt qui putent tenuitatem cutis& opetimenta corporum magis aut minus bruta efficere animalia,tanquam crassitudo corij in asinis & id genus cæteris obstet tenuitati ſenſus,in homine ex tenuiori cute ſubtilitas animi conſtet. *Venter obe.*]Homines minus ſolertes eſſe cenſet Plin.quibus ſit obeſiſſimus venter. hinc illud Hieronymi memoratiſſimum: Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem. *Cohibetur.*]ad humanam breuitatem redigitur. *Enormes.*] immodicæ,prægrandes,& prorſus aſininæ. *Priſtinam.*]priorem. *Ad humanam mi.*] dentes qui in aſino ingentes conſpiciebantur,tantilli facti ſunt, ad humanæ paruitatis modulum redeuntes.Scribit diuus Auguſtinus, vidiſſe ſe molarem hominis dentem tam ingentem: vt ſi ad noſtrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum ſibi videretur facere potuiſſe.à dente Plautinum verbum eſt oppidò quàm elegans,edentare malas:quòd(vt alibi annotauimus)ſignificat dentes maxillis excutere,& dentibus priuare.quod fieri ſolet in his quos pugnis contundimus, & dentilegos efficimus, edentulóſque.ſicut enim edentulus dictus à particula priuatiua, qui ſine dente eſt:ſic edentare inde quoque deflexum eſt. *Comparuit.*]apparuit,viſa eſt. *Nocturnis ima.*]prout per nocturnam viſionem ipſa dea ſacerdotibus,quę futura erant,dem ōſtrauerat. Vel hoc dicit,rem ſimillimam ſomnio hanc viſam eſſe,quæ tum vera erat. *Cælo manus.*]ait Virg. Tendóque ſupinas Ad cœlum cum voce manus. Communis mos & hominum obſeruationes affirmant,ſuperiora eſſe Deo tradita.namque habitus orantiū ſic eſt, vt manibus extenſis in cœlum precemur: & vt auctor eſt Ariſt. in 1.de Cœlo & mundo,omnes homines barbari, Græci,& quicunque putant deos eſſe,attribuunt locum ſuperiorem diis, hoc eſt,cœlum,vt immortalibus immortale conueniens:vt terra hominum eſt,ſic Dei cœlum.

At

At ego ſtupore nimio defixus, tacitus hærebam, animo meo tam repentinum, támque magnum non capiente gaudiũ: quid potiſſimum præfarer primarium? vnde nouæ vocis exordium caperem? quo ſermonem nunc renatæ linguæ fœlicius auſpicarer? quibus quantiſque verbis tantæ deæ gratias agerem? Sed ſacerdos vtcunque diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quanquam & ipſe inſigni permotus miraculo, nutu ſignificato, prius præcipit, tegendo mihi linteam dari laciniam. Namque me, cum primùm nefando tegmine deſpoliauerat aſinus, compreſſis in arctum feminibus, & ſuperſtrictis accuratè manibus, quantum nudo licebat, velamento me naturali probe muniueram. Tunc è cohorte religionis vnus, impigrè ſuperiorem exutus tunicam, ſupertexit me celerrimè. quo facto, ſacerdos vultu geniali, & Hercules perhumano, in aſpectum meum attonitus ſic affatur: Multis & variis exanclatis laboribus, magniſque fortunæ tempeſtatibus, & maximis actus procellis, ad portum quietis & aram miſericordiæ Luci tandem veniſti: nec tibi natales, ac ne dignitas quidem, vel ipſa (qua flores) vſquam doctrina profuit: ſed lubrico virentis ætatulæ, ad ſeruiles delapſus voluptates, curioſitatis improſperæ ſiniſtrum præmium reportaſti. Sed vtcunque fortunæ cæcitas, dum te peſſimis periculis

Animo capiente gaudium.] Interdum tanta eſt gaudij exuberantia, & lætitiæ cumulus, vt animus noſter incapax eius ſit: vt homo gaudens ita perturbetur, vt apud ſeipſum non ſit. ſic & Liuius: Cum vix gaudium animis caperent, diſcurſum hinc ab aliis circa tẽpla deũm, vt grates agerent. Hinc reperio apud auctores, gaudiũ ingens nõ parum multis mortem attuliſſe. ſicut gaudio obiit Philippides poeta: & mater illa viſo filio ex pugna Cannenſi præter opinionem ſuam incolumis, copia atq; magnitudine inopinati gaudij oppreſſa, exanimataque eſt. Causã refert Galenus lib. v. de accidẽti & morbo, cũr gaudio homines plurimi intereant. Quoniã (inquit) vis vitalis ex gaudio egreditur ad partes corporis exteriores, & ita cor-

pus calore vegetali destitutũ extinguitur. Addit interpres Galeni in Microtechni, ex gaudio immodico spiritum sanguinemque simul egredi ad exteriora. Ideóque extingui statim caliditatem innatam, sicut extinguitur ignis ex venti vi vehementiore.

Quid potissimum.] Oratoria diaporesis est, id est dubitatio, qua figura vritur incertus dubitãsq; quid primũ dicat, & quid potissimũ. Cõsimile est illud poeticũ: Quid primũ mediúmve canã, quo fine quiescã: Lætitia autẽ obstrepit facundiæ, & cogitatio voluptate impeditur. *Sed sacerdos.*] Lucianus aliter narrat, scribẽs spectatores hac transformatiõnis nouitate consternatos, partim censuisse, vt perinde ac magus & quoddam quasi monstrum igni cremaretur. Partim dixisse, vt ipsum prius audirent sermocinantem, & ita rem cognoscerent. Itaque scribit se cursum ad principem accessisse, illique totam rem gestã denarrasse: præterea quibus natalibus, qua patria, qua conditione natus foret, edocuisse. quo audito, præses osculo & complexu exceperit Lucianum, vtpote patris ipsius amicissimus, domum deductum hospitaliter susceperit. fuit autem Lucianus (vt

discrũciat, ad religiosam istam beatitudinem, improuida produxit malitia. Eat nũc, & summo furore sæviat, & cru delitati suæ materiam quærat aliam. Nam in eos, quorum sibi vita seruitiũ deæ nostræ maiestas vindicauit, non habet locũ casus infestus. Quid latrones, quid feræ, quid seruitium, quid asperrimorum itinerum ambages reciprocæ, quid metus mortis quotidianæ nefariæ fortunæ profuit? In tutelam iam receptus es fortunæ, sed vidẽtis: quæ suæ lucis splẽdore cæteros etiã deos illuminat. Sume iam vultũ lætiorẽ, càndido isto habitu tuo conuenientẽ: comitare pompam deæ, & sospitatricis in ouanti gradu, videãt irreligiosi, videant, & errorem suum recognoscant. En ecce pristinis ærumnis absolutus, Isidis magnæ prouidentia gaudẽs Lucius de sua fortuna triumphat. Quo tamen tutior sit atq; munitior, da nomen huic sanctæ militiæ, cuius non olim sacramento etiam rogabaris, teque iam nunc obsequio religionis nostræ dedita & ministerij iugum vbi voluntarium. Nam cum cœperis deæ seruire, tunc magis senties fructum tuæ libertatis.

Digitized by Google

ipse testatur)Patrensis,quæ ciuitas Achaiæ est,patre nomine Lucio natus, συγγραφεὺς ἱστορικὸν, καὶ ποιητὴς, καὶ μαίτης ἀγαθός. interdum Assyrium se esse commemorat, quem & Suidas Samosateum à patria nuncupat.Potuit enim fieri, vt hic ortus esset, illinc oriundus: & ita duplici patria conseretur, vt ante prodidimus. *Nefando tegmine.*] corio brutali,& tegumento asinali. *Diuino monitu.*] Dea sacerdotem visionibus nocturnis cuncta edocuerat, ad asinum nostrum pertinentia. *Compressis in artum fœminibus.*] Corrigo,compressis in arctum fœminibus.est enim sensus:cum primum despoliatus sui tegmine asinino, primam habui rationem verecundiæ. Itaque compressis strictissimè femoribus, & superconnexis manibus naturali velamento verenda coopetui, cum nudus forem,nec vllum quidem habens subligaculum.Homini autem inprimis verecundiæ ratio habenda est,vt M. Tullius Ambrosiusque præcipiunt: cuius magistra natura est, quæ docuit & suasit tegendas esse partes nostri corporis pudibundas. Proinde Cynici philosophi meritò explodantur, quibus verecundia nulla, quos palàm in propatulo non pudebat cum vxoribus concumbere auctor est Russinus in expositione symboli Apostolici, quòd non natura docuit hæc esse obscœna, sed obseruantia.ideóque scitè scribit diuus Augustin. homines statim à peccato nuditatem turpem iudicasse: vnde euestigio consutis sici foliis fecerunt sibi succinctoria genitalium,quæ & fœminalia dicuntur,à fœminibus,id est fœmoribus, coxisque velandis. De velamentis genitalium,quæ femoralia,fœminalia, braccæ, perisceli des, succincteria, campestria, subligaria, subligacula nominantur, aliubi scripsi copiosissimè, ex auctoritate ethnicorum ecclesiasticorúmque scriptorum. *Superiorem tunicam.*] In canonicis scripturis ephod Hebraicè appellatur, quod Latini interpretes interpretantur superhumerale quod Græcè dicitur ἐπωμὶς.est autem(vt docet Hieronymus) vestimentum sacerdotale lineum & simplex,& toto candore purissimum, quod super humeros venit: cui subiicitur ποδήρης, quod nos subtunicalem siue tunicam, quam subtus vestitus est, possumus interpretari. Idem Hieron. in lib. de veste sacerdotali refert, tunicam poderin,id est talarem esse lineam, duplici syndone, quam Iosephus byssinam vocat. Hæc adhæret corpori; & talis est qualis solent militantes habere lineas quas camisias vocant. *Geniali.* hilarato & gaudibundo. *Hercules.*] certè,aduerbium est asseuerantis. *Fortunæ tempestatibus.*] Oratio est sacerdotis, Apuleium iam hominem restitutum monentis, fortunæ cæcitatem nihil deinceps formidandam esse: & inuitantis ad sacramenta mili-

protomyſtas Græco vocabulo Sidonius vocat, qui Archiflamines quoque nominantur. Libro Codicis primo legimus, Archimandritas nominati proceres ſacerdotum, & antiſtites: qui ab eo quod ante ſtant & præpollent, nomen ſortiuntur. antiſtitium vocabulo elegantiſſimo dicitur excellentia & apex. Marcianus: Venerabili antiſtitio præminebat Athanaſia. Inter protomyſtas es tu cum primis numerandus Archiepiſcope ſacratiſſime, qui in ordine epiſcopali venerabilis maieſtatis antiſtitis præcellis, & inſtar Luciferi inter minores ſtellas enitescis. *Cinctum pectoralem.*] non tam cincturam, quàm veſtem, hoc in loco cinctum accipimus. nam & Porphyrius docet, cinctum tunicæ genus eſſe infra pectus aptatæ, à quo cinctutos Cetegos Horatius nominauerit. M. Varro: Cinctus (inquit) & cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Videtur autem denotare id genus veſtis ſacerdotalis, quæ ex lino poderis erat: id eſt, talaris duplici ſyndone, quam Ioſephus, Hieronymus & cæteri byſſinam vocant. Hæc adhæret corpori & ita arcta eſt, & ſtrictis manicis, vt nulla omnino in veſte ſit ruga, & vſque ad crura deſcendat. Fuit & apud antiquos veſtimenti genus nomine cingulum, pellis colubrinæ ſimilitudine, rotundum, textum, vt marſupium longius putes. Hoc baltheo lineam tunicam talarem ſupradictam ſtringunt, inter vmbilicum & pectus. *Pientiſſimorum domini.*] Lege deûm; id eſt, deorum dicit enim, proceres ſacerdotum oſtentaſſe exuuias deorum maximorum. Exuuiarum autem nomine ſymbola quædam peculiaria & geſtamina diuina, hoc in loco ſignificantur: vt lucerna, caduceus, vannus, & quæ ſtatim explicantur. *Primus lucernam.*] Religionis AEgyptiæ ſymbolum eſt lucerna, vt opinor pertinens ad Oſiridis veſtigationem, quem perditum cum luctu quærunt, mox inuentum magno gaudio proſequuntur auctores Seneca, Auguſtinus, Lactantius, & cæteri. Ob hoc videtur Seneca in lib. de Beata vita ſic ſcripſiſſe: Cum laurum lintcatus ſenex, & medio lucernam die proferens, conclamat ilatum aliquem deorum, concurritis & auditis. Apud nos hodieque in pompa ſacrorum ceroferarij conſpiciuntur, ritu propè conſimili atque germano. Tertullianus denotat hunc ritum lucernarum ſolennium, & improbat inquiens: Cur die læto nec laureis poſtes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Poteſt lucerna hæc videri ſymbolum ſolis, qui & Oſiris dicitur, cuius luce cuncta colluſtrãtur. Præterea auctor eſt Herodotus, feſtinitatẽ ſolennẽ AEgypto celebrari, cui nomen eſt accenſio lucernarum, propterea quòd noctu ſub dio per vniuerſam AEgyptũ

lucer-

lucernas accendunt, imbutas ſale, & oleo plenas, cum multo ellychnio, quòd tota nocte ardens perduret. Cur verò ſic lucernæ accendantur ad ſacra, quædam ratio commemoratur, quæ auribus prophanorum minimè intimanda ſit. Ad hunc myſticum ſenſum referri non abſurdè poſſet illud Perſianum: Diſpoſitum pinguem nebulâ vomuere lucernæ Portantes violas. Poteſt hæc lucerna ſymbolũ videri inquiſitionis Oſiridis. Quid ſi ad Vulcanum referatur, quem inuentorem ignis primùm in Ægypto regnaſſe, ſacerdotes affirmant? Lucernari verbum vetus eſt, quod ſignificat lucernis diſpoſitis illuminare. Hinc illud: Tecta lucernantur florentia numina ſertis. *Cymbium.*] poculum, à cymba dictum, cuius effigiem repræſentat: de quo ſuprà. *Pectore.*] Corrigo patore: etenim pator Apuleianum vocabulum, ſignificans hiatum, apertionemque: & eſt orificium patens. *Veſtitu ſimilis.*] lineamine candido indutus. *Idem auxilia.*] dic, id eſt auxilia: eſt enim quoddam quaſi interpretamentum, vt lector audiens altaria ſacerdotis manu geſtari, intelligat ea auxilia nuncupari. Cur autem ita nuncupentur, ſtatim ſubiungit, ab auxilio ſcilicet, quod auxiliatrix dea Iſis cultorib. ſuis præſtat: itaque altaria hæc poſſunt videri ſymbola auxilij diuini. Apud Plautum loquitur in Ciſtellaria deus cui Auxilio eſt nomen. *Palmam.*] tanquam ſit ſymbolum victoriæ, & argumentum palmiferæ regionis. ſcribit Plin. Dactylos palmarum honori deorum dicatos eſſe. *Caduceum.*] Ægyptij caduceum Mercurij ſic figurant: Dracones duo maſculus & fœmina coniunguntur parte media voluminis ſui, nodo quem vocant Herculis: primæ partes reflexæ in circulum ſunt, caudæ verò reuocantur ad capulum caducei: ornaturque alis ex eadem parte capitis naſcentibus. Argumentum caducei ad genituram hominum (quæ Geneſis appellatur) Ægyptij pertinere demonſtrant. Plinius ideo caduceum fieri aſſerit, circundata effigie anguium: quia angues ſunt concordiſſimi inter ſe, & complexu mutuo copulantur. vnde & caduceum ſignum pacis & ſymbolum eſſe voluerunt. hinc caduceatores dicti, pacis internuncij. Liuio, Curtio, & cæteris. Caducifer quoque ipſe Mercurius à poetis nominatur. *Deformata manu ſiniſtra.*] Videtur diſcordare Lucius noſter à Diodoro, qui ſcribit in quarto Bibliothecæ, quòd inter ſacras literas Ægyptiorum deformatur manus dextra expanſa, liberalitatem ſignificans: ſiniſtra verò compreſſa, tenacitatem atque auariciam. Verùm nullum eſt inter ſcriptores ſuper re iſta diſſidium, cum vtrunque fieri commodè potuerit, vt ſiniſtra compreſſis digitis eſſet ſymbolum tenacitatis, eadẽ explicata palme

foret indicium æquitatis. *Genuina pigritia.* Ingenita & naturali: siniſtram enim natura in hominibus pigriorem esse, quàm dextram, sat notum, præterquàm in his qui scæuæ nominantur: tales enim agiliore sunt siniſtra, vnde & illis inditum nomen. Scæuam enim Græci siniſtram vocant. Talis vir Tiberius, quem scribit Tranquillus siniſtra manu fuisse agiliore ac validiore. Iuriſconsulti tit. ad ædilitium edictum, Scæuam, hoc est hominem agilioris siniſtræ, neque morboſum neque vitioſum esse tradunt. Albertus Magnus in ſecundo de animalibus, cauſam refert siniſterritatis: Quia videlicet (inquit) iecur & cor virtutes ſuas mittant in siniſtrum latus, & à dextro remoueantur. Contingit etiam aliquando, vt quis a puero siniſtram quàm dextram frequentius exerceat, fiatque inde conſuetudo, & ex conſuetudine natura. Scripſi in Tranquilli commentariis, ambidextros dici, qui vtraque manu pariter vtantur, quos Græci amphoterodexios vocant: de quibus Plato, Ariſtoteles, Hieronymus. Sed quod ad siniſtræ manus pigritiam pertinet, quodque memoratu dignum est, comperio apud auctores, quòd annuli precioſi dextra manu exempti ſunt, quæ multum negociorum gerit: & in siniſtram relegati, quæ ociosior est, ne crebro motu & officio manus dextræ precioſi lapides frangerentur. *In modum papillæ rotundarum.* Vaſculum hoc papillæ lactanti ſimile videri poteſt indicium bouis, in quam Io reformata est, & mox facta dea Iſis, vt fabulæ ferunt. poteſt & hoc ſymbolum esse fœcunditatis Niloticæ, vt ſicut lac profuſum ex papilla ſaginat fœtum, ita aqua Nili exuberans opimat Aegyptum. Obiter annotandum, quemadmodum Helena in templo Mineruæ ſacrauit calicem ex electro, mammæ ſuæ menſura. Inclytus Vldricus Roſenſis, inter barones Boemiæ primarius, inter diſcipulos meos tranſmontanos clariſſimus, cum mecum ſemper egerit munificenter liberaliterque, nuper mihi donauit vaſculum hac figura papillæ rotundatum, argenteum quidem, ſed tam fabrè, tam eleganter deauratum, vt aureum esse videatur: quod à me ſeruatur conditum in gazophylacio, in quo propè peculiariter continentur munera, quibus me compluſculi proſecuti ſunt ob doctrinarum ingeniique (vt exiſtimãt) claritudinem: vt ego ſentio, mediocritatem. Ibidem quoq; radiat ſcyphus ille argenteus, quẽ tu ad me abhinc ſeſquiãnũ dono miſiſti Archiepiſcope munificentiſſime, qui bracteatoris opificio fabrefactus, luculenter vina facit meliora, ſubinuitatque ad bibendum. *Lacte.* Secundum priſcorum declinationem, lacte dixit pro lac, vt ſuprà. *Vannum.* cribrum. Poeta in Geor-

gicis

gicis dixit, Et myſtica vannus Iacchi. vbi commentatores expoſuerunt, ideo myſticam dici, quòd Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant : & ſic homines eius myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Hinc eſt quòd dicitur Iſis, Oſiridis membra à Tiphone dilaniata, crebrò, id eſt vanno ſuperpoſuiſſe. nam idem eſt Liber pater, & Oſiris, Iſidis maritus : in cuius myſteriis vannus eſt, & nunc in pompa Iſiaca geſtabatur. Dicitur autem vannus, cribrum, vallus. inde fit verbum euannare, quod eſt vannis ſiue vallis expurgare. M. Varro in primo de re Ruſtica : Ita fit vt quod ſæ uiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream. In Varronianis codicibus mendum inoleuit, in quibus euaminatur paſſim legitur, verbo futili & nugatorio : cum euannatur legendum ſit, ſicuti nos correximus verbo latiniſſimo & Varroniano, quod à vannis inflexum eſt. Columella præcipit, frumenta vannis expurgari in area deterſa.

Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt, hic horrendum ille ſuperûm commeator & inferũ, nunc atra nunc aurea facie ſublimis, at tollens canis ceruices arduas Anubis, læua caduceum gerens, dextera palmã virentem quatiens, cuius veſtigium continuum ſequebatur bos in rectum leuata ſtatum, bos omniparentis deæ fœcũdum ſimulachrum, quod reſidens humeris ſuis proferebat vnus è miniſterio beato greſſu geſtuoſo. Ferebatur ab alio ciſta ſecretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis. Gerebat alius fœlicꝭ ſuo gremio ſummi ſui numinis venerandam effigiem, non pecoris, non auis, non feræ, ac ne hominis quidem ipſius conſimilem: Sed ſolerti repertum etiam ipſa nouitate, reuerendã altioris vtique & magno ſilentio tegendæ

Dei dignati pedibus incedere.] ioculariter dictum, & decenter. dicimus enim deos incedere pedibus humanis, quando homines in pompa ſacrificali ſuſtinent perſonas & nomina deorum. de quibus intellexit Tertullianus ſic ſcribens : Ipſos deos veſtros ſæpe noxij induunt. Mecum ego ſubinde recolens hæc inſtituta ſacrorum ethnicorum venio in eam ſententiam, vt credam pleraque omnia ad cerimo-

niam vltro citróque commeat inter ſuperos & inferos: vt poetæ canunt. & vt inquit Claudianus, Commune profundis & ſuperis numen, qui fas per limen vtrunque Solus habet, geminóque facit commercia mundo. ab Homero dicitur *διάκτορος*, id eſt internuncius. Macrob. ex hoc Mercurium myſticè Solem ſignificari argumentatur. nam cum ſol in inferiore hemiſphærio, id eſt, hyemali b. ſignis curſum ſuum peragit, dicitur inferorum adminiſter: cùm verò ſuperiore hemiſphærio partem zodiaci ambit æſtiuam, tunc ſuperorum nuncius exiſtimatur.

Nunc atra nunc aurea facie.] AEgyptij ſimulachrum Mercurij partim cerulea ſpecie & atra, partim aurea & clara figurãt: vt per atrum colorem commeator inferorum, per auream faciem ſuperorum nuncius declaretur. *Bos in rectum leuata ſtatum.*] Fabula notiſſima; quemadmodum Io in bouem demutata eſt, mox ex boue dea Iſis facta: vnde meritò in pompa Iſiaca bos prodibat, quæ ſymbolum quòque (vt docet ipſe Lucius) eſt deæ omnia progignentis. AEgyptus bouem vice numinis colit, quem Apim vocant, cui ſemel in anno oſtenditur fœmina bos inſignibus quibuſdam notabilis. Plinius & Solinus auctores. Fuit & in AEgypto præfectura, Bouina nuncupata, à boue cui dedicata eſt. Bouem autem colunt inter deos vtilitatis cauſa. conſtat enim (vt refert Euſebius) bouem tam partu quàm arandi opera eſſe conducibilem. Annotandum, ab eodem Euſebio tradi, papauer eſſe ſymbolum fœcunditatis. Suprà diximus, quemadmodum Apis AEgyptiorum deus maximus, poſtea dictus eſt Serapis. Scribit Suidas, *ἄπιδες θεοὶ ἦσαν παρὰ Αἰγυπτίοις, σημεῖον ἔχοντες ἐπὶ τῆς οὐρᾶς καὶ γλώσσης, ὅπερ ὅταν εὑρεθῇ αὐτοὺς ἀπίδας.* id eſt: Apides dei erant honorati apud AEgyptios, ſignum habentes in cauda & in lingua, quod declarabat eos eſſe apides, quibus inuentis, *ἑορτὴν μεγάλην ἦγον*, id eſt, feſtiuitatem magnam agebant. Præterea memoriæ proditum eſt à ſcriptoribus celeberrimis, deos AEgyptiorum eſſe bruta animantia, & ſingulas penè in AEgypto ciuitates. ſingulas beſtias & monſtra venerari. vnde & vrbes apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur, vt Leontopolis, Cynopolis, Lycopolis. Cur autem animalia pro diis in Aegypto colerentur, cauſas cum alij referunt, tum Diodorus in 1. Bibliothecæ. *Omnia parentis deæ.*] iunctim lego Omniparentis, ſic & poeta dixit in 6. Terræ omniparentis alumnum Cernere erat. qua enim forma omnipotens, eadem & omniparens dicitur, quaſi omnia pariens, omnia gignens. *& miniſte-*

Digitized by Google

rio beato.] ex miniſtris ſacrorum, qui meritò beati dicuntur, vtpote cognatione quadam cum numine beatifico coniuncti. Mercurius cum Venere in horoſcopo, faciet baiulos ſacrorum ſimulachrorum. Idem in tertio loco cum Venere, faciet veſtitores deorum. *Greſſu geſtuoſo.*] M. Tullius & diuus Ambroſius de officiis ſcribentes, præcipiunt cauendum eſſe, ne tarditatibus vtamur ingreſſu mollioribus, vt ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur. Ex quo declaratur, fercula baiulóſque ſacrorum ſimulachrorum in pompa ſolenni incedere conſueuiſſe greſſu quodam molliſſimo, & hiſtrionico, ac prorſus pompatico. *Ciſta ſacrorum capax.*] De ciſta hac, qua ſacra opertanea occultantur, & de canephoris, id eſt baiulis ciſtæ ſacrificalis, abunde annotaui in 6. commentario: vbi ſcribit tacita ſecreta ciſtarum. illinc repete, ſi quid hic deſiderabitur. Suidas appellat κίστας ἱερὰς, id eſt ciſtas ſacras: à quibus κιστόφορος dictus ciſtifer, baiulúſque ciſtarum.

Operta.] Suprà diximus, opertanea ſacra appellari, quæ operta erant, neque expoſita oculis prophanorum. nam myſteria à Græcis dicuntur, vt interpretatur Suidas, ἀπὸ τοῦ μυεῖν τὸ στόμα, id eſt ab ore claudendo: quòd ſcilicet deceat eos qui audiunt diuinas cerimonias & religionis arcana, os obturare, nec vlli mortalium enunciare. *Summi ſui numinis.*] Videtur ſignare ſimulachrum Iſidis, quod in arcano habebatur, quod nulla animantium effigie figuratum fuiſſe demonſtrat: ſed noua quadam forma fabrefactum, tanquam deus & natura rerum parens nulla imagine mortalium effingi poſſit. Sic Quintus Curtius effigiem Iouis Ammonis vmbilico ſimilem fuiſſe tradit. ſic & Corn. Tacitus ſimulachrum Paphiæ Veneris non humana effigie fabrefactum eſſe autumat, ſed continuum orbem latiore initio tenuem in ambitum, metæ modo exurgentem ſpectari: cuius rei ratio in obſcuro ſit. Iudæi nulla omnino effigie, nullóque ſimulachro Deum colunt, qui incorporeus eſt, innominabilis, indicibilis, incomprehenſibilis. Vnde anthropomorphitæ meritò culpantur, quorum hæreſis ex eo fluxit, & nomen, quòd deum habere humana membra arbitrabantur: ignorantes, quòd deus nec membris diſtinguitur, nec corporis mole cenſetur. Verùm quando in canonicis ſcripturis membra Deo attribuuntur, id totum myſtico intellectu ad poteſtates diuinas referendum eſt. *Solerti repertum.*] Corrigo, repertu, hoc eſt, inuentu, ſiue inuentione. *Tegente.*] Purior lectio eſt, tegendæ religionis. *Vrnula faberrimè cauata.*] Opinor hanc vrnulam referri ad ſitulam, quam ſiniſtra retinens Iſis figuratur:

guratur: per quam fluentiam omnium lacunarum ostendi tradunt. Præterea capiti Serapis, cuius numen cum Isíde commune est, calathum infigunt: quasi sol sit, cuius vertex insignitus calatho, & altitudinem sideris monstrat, & potentiam capacitatis ostendit. Faberrimè autem aduerbium est, significans perfectissimè, politissimèque. Fabrè (vt inquit Placiades) perfectè dicitur. *Quam rotundo.*} Rancida grammaticorum subtilitas, quàm rotundissimo contendit esse dicendum: auctoritas eruditorum, quæ longè potentior est, grammaticalibus illis placitis posthabitis, sic dicere sæpissimè mauult. *Simulachris AEgyptiorum.*} De simulachris AEgyptiorum quæ sunt illorum sacræ literæ, suo loco mox dicemus: & dudum diximus, deos Aegyptiorum esse animalia.

Longo riuulo præminebat.] Videtur ostendere, vrnam illam fuisse nasutiorem. Etenim nasus dicitur in vasis, riuulus ille prominens, ex quo liquor egeritur. Iuuenalis: Siccabis calicem nasorum quatuor. Ab epigrammatario poeta quoque dictum est, Nasus longior ille fuit. *Dilatatione.*} Lego, dilatatione. signat enim, vrnam dilatatam fuisse ab ea parte, qui adhærebat ansa. & ita hodiéque vrnæ fictiles finguntur, vt scilicet sint orificio patentiore. *Superſedebat aſpis.*] Non temerè aspis sedens super ansam vrnæ fuisse describitur, sed ex mysteriis Aegyptiorum sumptum, quibus Isis figurabatur cinctum caput habens aspide serpente, quod & Valerius Flaccus denotat illo versu de Isíde loquens: aspide cincta comas, & ouanti persona sistro. Auctor est Herodotus, serpentes in Aegypto factos esse, nihil omnino hominibus noxios. Lego apud Amianum Marcellinum, ali in Aegypto serpentes innúmeras, quas omnis magnitudine & decore aspis facile supereminet, multæ in illis tractibus: vnde & simulachris Isidis peculiaris. Aspidum ceruices & colla intumescere, & tumore venenato exuberare, auctor est Plinius: qui aliubi tradit, aspidi vim somnificam inesse, vt percussos torpore & somno necet. Tales vocant hypnalas, à somno. Cleopatra (teste Solino) hypnalē aspidem adhibuit ad morsum, vt ita somno extingueretur. Ptyadas aspides appellant, quæ saliuas venenatas in oculos hominum expuant.

Et ecce, præſentiſſimi numinis promiſſa nobis accedũt beneficia & fata ſalutémq; ipsã meã gerens ſacerdos appropinquat ad ipſum præſcriptum diuinæ

Præſentiſſimi.] Virgilius: Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. Plinius remedia

prę ſentiſſimã ſcirè appellat, quæ ſtatim afferunt medelam ſalutarem, & ſine dilatione perſanant. *Salutem meam gerens ſacerdos.*] Coronam roſeam intelligit, qua ſalus Lucij & reformatio permittebatur. *Proferens ſiſtrum deæ.*] Hæc fuerat diuina Iſidis promiſſio, quę ſuprà ſic Lucium alloquitur: Meo monitu ſacerdos, qui in ipſo procinctu pompæ roſeam manu ſiſtro cohærentem geſtabit coronam. *Mihi hercules corona.*] Senſus eſt: ſacerdos dextrã ferebat coronam Iſiacam, quæ dubio procul mihi quoque erat conueniens corona, cùm coronandus meritò forem, tanquam fortunæ victor, qui tot labores, tot ærumnas in omni vita pertuleram. coronari enim victores in ludis

promiſſionis ornatum, dextra proferẽs ſiſtrum deæ coronam, mihi etiam Hercules coronam conſequenter, quod tot ac tantis exanclatis laboribus, tot emerſis periculis deæ maxima prouidentia adluctantem mihi ſæuiſſimam fortunam ſuperarem. Nec tamen gaudio ſubitario commotus, inclementi me curſu proripui, verens ſcilicet ne repentino quadrupedis impetu religionis quietus turbaretur ordo: ſed placido ac prorſus humano gradu cunctabundus paulatim obliquato corpore, ſanè diuinitus decedente populo, ſenſim irrepo. At ſacerdos (vtreapſe cognoſcere potui) nocturni commonefactus oraculi, miratúſque congruentiam mandati muneris, confeſtim reſtitit, & vltrò porrecta dextra, ob os ipſum meũ coronam exhibuit. Tunc ego trepidans aſſiduo pulſo micanti corde, coronam quæ roſis amœnis intexta fulgurabat, auido ore ſuſceptam, cupidus cupidiſſimè deuorani: nec me fefellit cœleſte promiſſum. Protinus mihi delabitur deformis & ferina facies: ac primò quidem ſqualens pilus defluit, ac dehinc cutis craſſa tenuatur, venter obeſus reſidet, pedum plantæ per vngulas in digitos exeunt: manus non iam pedes ſunt, ſed in erecta porrigũtur officia: cernix procera cohibetur, os & caput rotundatur, aures enormes repetũt paruitatẽ priſtinã, dẽtes ſaxei redeũt ad humanã nunutiem:

nutiem: & quæ potißimum cruciabat antè cauda, nuſquam comparuit. populi mirantur, religioſi venerantur tam euidentem maximi numinis potentiam, & conſimilem nocturnis imaginibus magnificentiam, & facilitatem reformationis: clarâque & conſona voce cœlo manus attendentes, teſtantur tam illuſtre dea beneficium.

coronis multifariis conſtat, de quibus alibi plura. *Exanclatis.*] exhauſtis, exſudatiſque. *Dea maxima.*] Iſidis. *Inclementi.*] immodico & ferocienti. *Cunctabundus.*] cunctanter & lento greſſu gradiens. *Decedente diuinitus pop.*] Nutu & numine deæ Iſidis commonitus omnis populus, ab aſino decedebat. dixit enim ſuprà hoc ipſo volumine, Meo iuſſu tibi conſtricti comitatus decedent populi. *Re ab ſe.*] Legendum eſt reapſe: hoc eſt, re ipſa, vt veteres dicebant, & ſuprà annotatum eſt. *Nocturni oraculi.*] Dixit ſuprà Iſis: Hoc eodem momento, quo tibi venio, ſimul quæ ſunt conſequentia ſacerdoti meo per quietem facienda præcipio. *Mandati muneris.*] à dea ſcilicet, per nocturnam quietem. *Ob os.*] ad os. *Coronam deuorani.*] Lucianus ſine vllo myſterio religioſo, ſimpliciter narrat ſe vidiſſe inter flores alios roſas promicantes: ad quas procurrens, eas deuorauerit, hoc enim vtitur verbo ἐξέφαγον, roſas deuoraui. Noſter verò Lucius myſticotera quædam decentiſſimè ſapientiſſiméque præfatus ait, ſe ex manu ſacerdotis coronam roſeam deuoraſſe: eaque deuorata in priſtinum hominem fuiſſe eueſtigio reformatum. vt myſticè intelligas, coronam roſaceam eſſe ſapientiam: ad quam guſtandam quàm diu mortales non aſpirant, tam diu bruti & aſinio corio contecti torpeſcunt: mox vbi roſas carpſerunt ex manu porrigentis ſacerdotis, hoc eſt ſapientis, qui antiſtes eſt doctrinarum, qui eſurientes vltro inuitat ad guſtulum ſapientiæ dulciſſimum, illico exuunt brutale tegumentum, ſiuntque humana ratione pollentes & verè homines. ipſi quoque ſacerdotalibus ſacris initiantur, terreni corporis labe purgati, vitiis exutis, nulla deinceps ſcelerum contagione polluti Deo ſeruiunt, cui conciliante virtute coniunguntur. Qua vita nihil beatius eſſe poteſt, ad quam vtinam nos quoque peruenire poſſimus: ſicut Apuleius noſter, poſt exudatos labores multiiugos, poſt exutas terrenas ſordes, aliquando fœliciſſimè peruenit. *Delabitur ferina facies.*] Cupis exuere faciem ferinam? facito vt ex animo tuo brutales ſordes, quæ interiorem hominem deformant, delabantur, curato, prouideto, vt in te nihil beluinum conſpiciatur: da ope-

ram,vt ſicuti diceris animal rationale, ita vt rationem vitæ ducem ſequaris,appetitionibus conculcatis,vt virtutis fulgore fias luminoſus. Ita pilus aſininus defluet,ita corium craſſum in cutem ſubtiliorem tenuabitur,ita obeſitas ventris cohibebitur:denique omni abolita brutali effigie, reformaberis in hominem, quem cuncti meritò mirentur, & cum veneratione ſuſcipiant. ſic homines transfigurantur in lupos,fiuntque verſipelles,quando induunt lupinam voracitatem: ſic mox ex lupis in priſtinam faciem reuertuntur, priſtinamque veſtem reſumunt, quando exutis improbis moribus,& lupina depoſita natura, ad humanos mores, & humanam rationem oculo mentis vegetiore regrediuntur, probitatem amplexantes, & virtutem quam depoſuerant reſumentes. *Cutis te.*]Sunt qui putent tenuitatem cutis& operimenta corporum magis aut minus bruta efficere animalia,tanquam crassitudo corij in aſinis & id genus cæteris obſtet tenuitati ſenſus,in homine ex tenuiori cute ſubtilitas animi conſtet. *Venter obe.*]Homines minus ſolertes eſſe cenſet Plin.quibus ſit obeſiſſimus venter. hinc illud Hieronymi memoratiſſimum: Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem. *Cohibetur.*]ad humanam breuitatem redigitur. *Enormes.*] immodicæ,prægrandes,& prorſus aſininæ. *Priſtinam.*]priorem. *Ad humanam mi.*] dentes qui in aſino ingentes conſpiciebantur,tantilli facti ſunt, ad humanæ paruitatis modulum redeuntes.Scribit diuus Auguſtinus, vidiſſe ſe molarem hominis dentem tam ingentem: vt ſi ad noſtrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum ſibi videretur facere potuiſſe.à dente Plautinum verbum eſt oppidò quàm elegans,edentare malas:quòd(vt alibi annotauimus)ſignificat dentes maxillis excutere,& dentibus priuare.quod fieri ſolet in his quos pugnis contundimus, & dentilegos efficimus, edentulóſque.ſicut enim edentulus dictus à particula priuatiua, qui ſine dente eſt:ſic edentare inde quoque deflexum eſt. *Comparuit.*]apparuit,viſa eſt. *Nocturnis ima.*]ptout per nocturnam viſionem ipſa dea ſacerdotibus,quę futura erant,dem õſtrauerat. Vel hoc dicit,rem ſimillimam ſomnio hanc viſam eſſe,quæ tum vera erat. *Cælo manus.*]ait Virg. Tendóque ſupinas Ad cœlum cum voce manus. Communis mos & hominum obſeruationes affirmant,ſuperiora eſſe Deo tradita.namque habitus orantiũ ſic eſt, vt manibus extenſis in cœlum precemur: & vt auctor eſt Ariſt. in 1.de Cœlo & mundo,omnes homines barbari, Græci,& quicunque putant deos eſſe,attribuunt locum ſuperiorem diis, hoc eſt,cœlum,vt immortalibus immortale conueniens:vt terra hominum eſt,ſic Dei cœlum.

At ego ſtupore nimio defixus, tacitus hærebam, animo meo tam repentinum, támque magnum non capiente gaudiũ: quid potißimum præfarer primarium? vnde nouæ vocis exordium caperem? quo ſermonem nunc renata lingua fœlicius auſpicarer? quibus quantiſque verbis tantæ deæ gratias agerem? Sed ſacerdos vtcunque diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quanquam & ipſe inſigni permotus miraculo, nutu ſignificato, prius præcipit, tegendo mihi linteam dari laciniam. Nam me, cum primùm nefando tegmine deſpoliauerat aſinus, compreßis in arctum feminibus, & ſuperſtrictis accuratè manibus, quantum nudo licebat, velamento me naturali probe muniueram. Tunc è cohorte religionis vnus, impigrè ſuperiorem exutus tunicam, ſuperiecit me celerrimè. quo facto, ſacerdos vultu geniali, & Hercules perhumano, in aſpectum meum attonitus ſic affatur: Multis & variis exanclatis laboribus, magniſque fortunæ tempeſtatibus, & maximis actus procellis, ad portum quietis & aram miſericordiæ Luci tandem veniſti: nec tibi natales, ac ne dignitas quidem, vel ipſa (qua flores) vſquam doctrina profuit: ſed lubrico virentis ætatulæ, ad ſeruiles delapſus voluptates, curioſitatis improſperæ ſiniſtrum præmium reportaſti. Sed vtcunque fortunæ cæcitas, dum te peßimis periculis

Animo capiente gaudium.] Interdum tanta eſt gaudij exuberantia, & lætitiæ cumulus, vt animus noſter incapax eius ſit: vt homo gaudens ita perturbetur, vt apud ſeipſum non ſit. ſic & Liuius: Cum vix gaudium animis caperent, diſcurſum hinc ab aliis circa tẽpla deûm, vt grates agerent. Hinc reperio apud auctores, gaudiũ ingens nõ parum multis mortem attuliſſe. ſicut gaudio obiit Philippides poeta: & mater illa viſo filio ex pugna Cannenſi præter opinionem ſuam incolumis, copia atq; magnitudine inopinati gaudij oppreſſa, exanimataque eſt. Causã refert Galenus lib. v. de accidẽti & morbo, cur gaudio homines plurimi intereant. quoniã (inquit) vis vitalis ex gaudio egreditur ad partes corporis exteriores, & ita cor-

pus calore vegetali destitutũ extinguitur. Addit interpres Galeni in Microtechni, ex gaudio immodico spiritum sanguinemque simul egredi ad exteriora. Ideóque extingui statim caliditatem innatam, sicut extinguitur ignis ex venti vi vehementiore.

Quid potissimum.] Oratoria diaporesis est, id est dubitatio, qua figura vritur incertus dubitãsq; quid primũ dicat, & quid potissimũ. Cõsimile est illud poeticũ: Quid primũ medijúmve canã, quo fine quiescã? Lætitia autẽ obstrepit facundiæ, & cogitatio voluptate impeditur. *Sed sacerdos.*] Lucianus aliter narrat, scribẽs spectatores hac transformationis nouitate consternatos, partim censuisse, vt perinde ac magus & quoddam quasi monstrum igni cremaretur. Partim dixisse, vt ipsum prius audirent sermocinantem, & ita rem cognoscerent. Itaque scribit se cursim ad principem accessisse, illique totam rem gestã denarrasse: præterea quibus natalibus, qua patria, qua conditione natus foret, edocuisse. quo audito, præses osculo & complexu exceperit Lucianum, vtpote patris ipsius amicissimus, domum deductum hospitaliter susceperit. fuit autem Lucianus (vt

distruciat, ad religiosam istam beatitudinem, improuida produxit malitia. Eat nũc, & summo furore sæniat, & crudelitati suæ materiam quærat aliam. Nam in eos, quorum sibi vita seruitiũ deæ nostræ maiestas vindicauit, non habet locũ casus infestus. Quid latrones, quid feræ, quid seruitium, quid asperrimorum itinerum ambages reciprocæ, quid metus mortis quotidianæ nefariæ fortunæ profuit? In tutelam iam receptus es fortunæ, sed videtis: quæ suæ lucis splẽdore cæteros etiã deos illuminat. Sume iam vultũ lætiorẽ, càndido isto habitu tuo conoruentẽ: comitare pompam deæ sospitatricis in ouanti gradu, videãt irreligiosi, videant, & errorem suum recognoscant. En ecce pristinis ærumnis absolutus, Isidis magnæ prouidentia gaudẽs Lucius de sua fortuna triumphat. Quo tamen tutior sit atq; munitior, da nomen huic sanctæ militiæ, cuius non olim sacramento etiam rogabaris, teque iam nunc obsequio religionis nostræ dedita & ministerij iugum vbi voluntarium. Nam cum cœperis deæ seruire, tunc magis senties fructum tuæ libertatis.

nouitate consternatos, partim censuisse, vt perinde ac magus & quoddam quasi monstrum igni cremaretur. Partim dixisse, vt ipsum prius audirent sermocinantem, & ita rem cognoscerent. Itaque scribit se cursim ad principem accessisse, illique totam rem gestã denarrasse: præterea quibus natalibus, qua patria, qua conditione natus foret, edocuisse. quo audito, præses osculo & complexu exceperit Lucianum, vtpote patris ipsius amicissimus, domum deductum hospitaliter susceperit. fuit autem Lucianus (vt

ipse testatur)Patrensis,quæ ciuitas Achaiæ est,patre nomine Lucio natus, *συγγραφεὺς ἱστορικὸς, καὶ πανυτὸς, καὶ μάντις ἀγαθός.* interdum Assyrium se esse commemorat, quem & Suidas Samosateum à patria nuncupat.Potuit enim fieri, vt hic ortus esset, illinc oriundus: & ita duplici patria conferetur, vt ante prodidimus. *Nefando tegmine.*] corio brutali,& tegumento asinali.*Diuino monitu.*] Dea sacerdotem visionibus nocturnis cuncta edocuerat, ad asinum nostrum pertinentia. *Compressis in artum fœminibus.*] Corrigo,compressis in arctum fœminibus.est enim sensus:cum primum despoliatus fui tegmine asinino, primam habui rationem verecundiæ. Itaque compressis strictissimè femoribus, & superconnexis manibus naturali velamento verenda cooperui, cum nudus forem,nec vllum quidem habens subligaculum.Homini autem in primis verecundiæ ratio habenda est,vt M. Tullius Ambrosiusque præcipiunt: cuius magistra natura est, quæ docuit & suasit tegendas esse partes nostri corporis pudibundas. Proinde Cynici philosophi meritò exploduntur, quibus verecundia nulla, quos palàm in propatulo non pudebat cum vxoribus concumbere auctor est Ruffinus in expositione symboli Apostolici, quòd non natura docuit hæc esse obscœna, sed obseruantia.ideóque scitè scribit diuus Augustin. homines statim à peccato nuditatem turpem iudicasse: vnde euestigio consutis sibi foliis fecerunt sibi succinctoria genitalium,quæ & fœminalia dicuntur,à fœminibus,id est fœmoribus, coxisque velandis. De velamentis genitalium,quæ femoralia,fœminalia, braccha, perisscelides, succincteria, campestria, subligaria, subligacula nominantur, aliubi scripsi copiosissimè, ex auctoritate ethnicorum ecclesiasticorúmque scriptorum. *Superiorem tunicam.*] In canonicis scripturis ephod Hebraicè appellatur, quod Latini interpretes interpretantur superhumerale quod Græcè dicitur ἐπωμὶς.est autem(vt docet Hieronymus) vestimentum sacerdotale lineum & simplex,& toto candore purissimum, quod super humeros venit: cui subiicitur χιτὼν ποδήρης, quod nos subtunicalem siue tunicam, quam subtus vestitus est, possumus interpretari. Idem Hieron. in lib. de veste sacerdotali refert, tunicam poderin,id est talarem esse lineam, duplici syndone, quam Iosephus byssinam vocat. Hæc adhæret corpori, & talis est quales solent militantes habere lineas quas camisias vocant. *Geniali.* hilarato & gaudibundo. *Hercules.*] certè,aduerbium est asseuerantis. *Fortunæ tempestatibus.*] Oratio est sacerdotis, Apuleium iam hominem restitutum monentis, fortunæ cæcitatem nihil deinceps formidandam esse: & inuitantis ad sacramenta mili-

tiæ ſacerdotalis. verba autem hæc metaphoricos dicuntur, translatione facta à maris tempeſtatibus, & procellis fluctuum, & portu nauticorum. *Ara miſericordiæ.*} Alludit ad aram, quam Athenis miſericordiæ conſecraſſe memorant Heraclidas, qui poſt obitum Herculis pulſi ab Euriſtheo, cum facilè auxilium ab Athenienſibus meruiſſent, aram Miſericordiæ dedicarunt, quæ Græco vocabulo dicitur ἐλεὸς βωμὸς. de qua Papinius libro Thebaidos nouiſſimo ſic cecinit: Vrbe fuit media, nulli conceſſa potentum Ara deûm, mitis poſuit clementia ſedem. Et miſeri fecere ſacram, ſine ſupplice nunquam Illa nouo, nulla damnauit vota repulſa, Auditi quicunque rogant, noctéſque diéſque Ire datum, & ſolis numen placare querelis. Erat hæc ara miſericordiæ, commune miſeris confugium, & aſylum quaſi quoddam calamitoſorum. olim Oreſtes matricida, cum poſt abſolutionem fureret, ad hanc aram Pilade amico trahente confugit, & reſipuit. M. Tullius aram ſociorum, portum gentium appellat, Romanum ſenatum. Idem aram legum dicit, intelligi volens tribunal prætorum. *Luci.*} Allocutio eſt per vocatiuum caſum, ad Lucium Apuleium. *Natales.*} Hæc omnia hominibus frequenter prodeſſe ſolent, vt claritudine natalium, vt dignitate, vt doctrina fiant fauorabiles, vt hiſce adminiculis contra aduerſa fulciantur: quæ ait ſacerdos nihil Lucio noſtro profuiſſe, quo minus in aſinum tranſmutatus pœnas dederit curioſitatis. *Virentis ætatulæ.*} adoleſcentiæ lubricum tam inſtabile, támque obnoxium eſt, vt qui in eo cadunt, ſaltem titubent. Quod & Paccatus panegyriſta commemorat. *Curioſitatis.*} Sæpe diximus curioſitatem eſſe infœlicem, periculorúmque germanam: quæ detrimenta ſuis amatoribus nouerit magis parturire, quàm gaudia. *Siniſtrum præmium.*} noxium: intelligit autem transfigurationem in aſinum. Scribit Trimegiſtus, quòd imagine intelligentiæ nulla vera ratione inſpecta, homines decipiuntur: quæ transformat optimum animal in naturam feræ, moréſque beſtiarum. *Improuida produxit.*} Haùd abſimile eſt illud Terentij ex Hecyra: Equidem plus boni feci hodie imprudens, quàm ſciens ante hunc diem. Itidem Plautus in Captiuis: Sæpe iam in multis locis plus inſciens quid feci, quàm prudens boni. Conſimiliter fecit fortuna in Lucium Apuleium, quod non parum multi facere noſcuntur, qui proſunt dum nolunt, imò quia nolũt: ideóque illis beneficium non debemus. ſicut Phereus deploratus à medicis, vomicæ morbo vulneratus, ab hoſte medicinam inuenit ex vulnere. nec tamen ob id hoſti debuit: quia non ſufficit profuiſſe, niſi etiam velis prodeſſe. *Non habet locum caſus.*} In hãc ſenten-

ſententiam ait Seneca,quòd vir ſapiens eſt ſupra fortunam collocatus,nec in illum fortuna habet longas manus. Ita Papinius in Siluis,laudans Pollium ſcitiſſimè inquit: Vitio ſublimior omni, Exemptus fatis,indignantémque refellis fortunam. Satyricus quoque de Democrito philoſopho loquens,in quem fortuna locum ſæuiendi non habebat,ait: Cum fortunæ ipſe minaci Mandaret laqueum, mediúmque oſtenderet vnguem. Fortuna,inquit,etiam infeſta, non habet locum ſæuiendi in eos, quos maieſtas deæ Iſidis vindicauit in ſuum mancipatum, recepítque in tutelam. De caſu Papinius: Omnia caſum Fecimus, & vires auxit fortuna nocendi. *Quid latrones, quid feræ.*] Enumerat incommoda & ærumnas, quibus Lucius noſter fuit obnoxius fortunæ fulminantis impulſu. *Fortunæ, ſed videntis.* } Fortunam cæcam, exoculatámque & brutam eſſe, ſuperius annotauimus: verum Iſis eſt fortuna videns, bona & ſalutaris, quæ præmiatrix eſt bonorum, nec malos fouet & extollit, ſicut facit fortuna cæcutiens. Vnde poſſumus accipere pro fortuna bona Iſidẽ, quę Græcè dicitur ἀγαθὴ τύχη, cum illa altera accipiatur pro mala, quam Græci κακὴ τύχη, malam fortunam vocant. vtriuſque locus eſt in cœlo. Macrobius auctor eſt in primo Saturnalium, lunam (quæ dea hic ſignatur) eſſe Tychen, id eſt fortunam, quia corporum præſul eſt, quæ fortuitorum varietate iactantur. *Deos illuminat.* } Clanculum alludere videtur ad lunæ ſplendorem, quæ in plenilunio lucidiſſima, nocturnus ſol videtur, cuncta colluſtrans. poteſt & ſymbolicos referri ad numinis maieſtatem lucidiſſimam. *Habitu congruentem.*] Sicut indutus es veſtem candidam & luminoſam, ita ſume vultum hilariorem ac ſereniorem: Habitu autem dixit datiuo caſu, ſecundum veterem conſuetudinem, qui ſenatu, victu, aſpectu, pro ſenatui, victui, aſpectui dicebant, & cætera conſimiliter: ſuper qua re ſcribunt grammatici, & caput extat apud Gellium eleganter graphicéque conſcriptum, & nos iam annotamenta confecimus. *Innouanti gradu.* } Seiunctim lego, vt duæ ſint dictiones, In ouanti, hoc eſt, gaudibundo & lætanti gradu. *Errorem ſuum recognoſcant.* } Irreligioſorum error eſt, vt aut non eſſe autument deum, aut curam non agere rerum humanarum: nec miraculum vllum fieri ex diuina prouidentia, ſed ex naturæ inſtituto. in quem errorem lapſus eſt Horatius, ſcribens: Namque deos didici ſecurum agere ævum, Nec ſi quid miri faciat natura, deos id Triſtes ex alto cœli demittere tecto. Igitur irreligioſi ſuũ errorem recognoſcunt. quã do euidenti miraculo commoniti, diuinam maieſtatem cogũtur cõfiteri. Diagoras cognominatus eſt Atheos: ex eo quòd negabat

deos esse, quem irreligiositatis meritò arcessunt. *Prudentia.*] Lego prouidentiæ, vt sit ea quam Græci θεοσέβειαν vocant, de qua M. Tullius in primo de Natura deorum: Audite non fatidicam Stoicorum Proncœam, quam latiuè licet prouidentiam dicere. *Da nomen sanctæ militiæ.*] Decens ex disciplina militari facta translatio. namque in delectu militum habendo euocabantur ad dandum nomen, & multi plerunque nomen dare recusabant: quod sæuissimè leges apud Liuium. Vbi autem nomen dederant, in militiam scribebantur: & (vt inquit Vegetius) matriculis inserti, iurabant per maiestatem Imperatoris, omnia se strenuè facturos, quæ præcepisset: nunquam desertoros militiam, nec mortem recusaturos pro Romana Republica: vnde & militiæ sacramenta dicuntur. Igitur sicut milites dant nomen in militia seculari, & sacramento astringuntur: ita qui propter militiam religiosam asscribuntur, dant nomen, & adiurati obsequio religionis dedicantur. Duplex enim militia est, secularis & cœlestis. Hinc illud Ecclesiasticum: Nemo militans Deo, negociis secularibus implicabitur. *Non olim.*] haud ita pridem. *Iugum subi.*] Translatio à iumentis, quæ iugo subeunt, & colono obsequuntur: vnde à Græcis dicta ὑπόζυγια, quasi subiugalia. Præterea iugum imponebatur matrimonio coniungendis: vnde vicus iugarius, & Iuno iuga nuncupata. Iugum quoque subeunt hostes deuicti. quod fit duabus hastis humi defixis, supérque eas vna transuersa deligata. Sed ad propositum: qui religioni dedicatur, iugum subit obedientiæ atque ministerii, vt obsequenter ministret, agatque quæcunque primarius Antistes imperauerit. Quale sit hoc iugum, nouerunt religiosi, qui sæpe ingemiscunt, & secum taciti mussitantes optant subire iugum maritale, tanquam id præ illo sit suauissimum gestatúque facillimum, cum illud suum vt ingestabile frequenter conentur excutere. est autem Subi imperatiui modi verbum, vt illud Catullianum: Rasilémque subi forent. & apud Claudianum, Primus iussa subi. Voluntarium autem meritò dixit, quoniam vltronei & volentes, nō coacti debemus iugum subire religionis. alioquī nunquam quicquam salutare fit à sacerdote, qui inuitus sactis initiatur. *Fructum libertatis.*] In hanc sententiam ait Seneca, eum maximè libertate frui, qui philosophiæ seruiat.

Fatigatos anhelitus trahens.] Intelligimus anhelationes traxisse sacerdotem, non

Ad istum modum vaticinatus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus trahens conticuit. Exin permixtus agmine religioso, procedens comitabar

sacra-

ſacrarium,totæ ciuitati notus ac conſpicuus,digitis hominum nutibúſque notabilis, omnes in me populi fabulantur. Hunc omnipotentis hodie deæ numen auguſtum reformauit ad homines:fœlix Hercules,& tibi beatus, qui vitæ ſcilicet præcedentis innocentia fidéque meruerit tam præclarum de cœlo patrocinium,vt renatus quodammodo ſtatim ſacrorum obſequio deſponderetur. Inter hæc,& feſtorum votorum tumultum, paulatim progreſſi,iã ripam maris proximamus,atq; ad ipſum illum locũ quo pridiè meus ſtabulauerat aſinus peruenimus. Ibidem ſimulachris ritè diſpoſitis,nãuem ſuberrimè factam,picturismiris Ægyptiorum circumſeptus variegatam, ſummus ſacerdos teda lucida, & ouo & ſulphure ſolenniſsimas preces de caſto præfatus ore, quàm puriſsimè purificatam,deæ nuncupauit,dedicauitq;. Huius aluei fœlicis nitens carbaſus linea votum ingeſtans progerebat.Ecce litera votum inſtaurabant, de noui commeatus proſpera nauigatione. iam malus inſurgit:pinus rotunda, ſplendore ſublimis, inſignis, carcheſio conſpicua, & puppis inaurata cheniſco,bracteis aureis veſtita fulgurabat, omniſque prorſum carina citro limpido per polita florebat. Tunc cuncti populi tam religioſi quàm prophani,vannos onuſtas aromatis & huiuſcemodi ſupplicijs certatim congerunt; & inſuper fluctus libant in-

tam ex fatigatione loquẽdi, quàm ex furore vaticino,& afflatu diuino, qui Græcè dicitur ἐνθουσιασμός. ſic apud poetas Sibyllæ deo plenæ tradunt anhelitus fatigatos. *Exin.*] exinde, deinde. *Hunc omnipotentis.*] Sermocinatio & confabulatio populi, admirantis ſubitariam ex aſino in hominẽ reformationem, ídque miraculum attribuentis maieſtati ac numini Iſidis deæ omnipotentis. *Deæ omnipotentis.*] Deus dicitur omnipotẽs, faciendo quod vult, non patiendo quod nonvult. quod ſi ei accideret, nequaquam eſſet, omnipotẽs, vnde propterea quędam non poteſt, quia omnipotens eſt: etenim mori & falli non poteſt. Auctor Auguſtinus in quinto de Ciuitate dei. *Auguſtum.*] ſanctũ & venerabile. *Et tibi beatus.*] Scri-

be, ſibi beatus: vt verba tertiæ perſonæ ſint congruentia. vel lege, Ter beatus: vt pro beatiſſimo accipiatur. dicimus enim ter fœlicem, & ter beatum, quem intelligi volumus fœliciſſimum beatiſſimúmque: à potentia ſcilicet, & vi numeri ternarij, quem Latini ternionem, Græci triada vocant. *Ripam maris.* } ἀκτὴν & impropriè videtur dixiſſe ripam maris, cum ex obſeruatione grammatica littus maris ſit, ripa verò fluuiorum: quod edocenter expreſſit Ouid. illo verſu dimidiato: Pro ripis littora pulſant. *Pridie ſtabulauerat.*] littus intelligit, & harenæ gremium propriè Cenchras: vbi laſſum corpus, cum adhuc aſinus eſſet, refouit, & ſomno dulciſſimo quieuit. *Nauem faberrimè factam.*] Luna ſuperius alloquens Lucium dixit, ſacerdotes ſibi dedicaſſe hanc nauem die feſto, cum pelagus ſedatis hybernis tempeſtatibus iam nauigabile factum eſſet. Videtur autem hæc nauis eſſe ſymbolum nauigationis deæ Iſidis. namque dies certus (reſte Lactantio) habetur in faſtis, quo Iſidis nauigium celebratur, quæ res docet non tranaſſe illam, ſed nauigaſſe, & vt auctor eſt Fulgent. in Mythologiis, nauigium Iſidis Ægyptus colit: quoniam hoc in loco nauigium Iſidis à Lucio noſtro luculentè deſcribitur. Videor facturus operæ precium. ſi quædam annotauero non indigna memoratu, ad rem nauticam pertinentia. Dromones naues ſunt frumentariæ, à celeritate nauigandi dictæ, quarum meminit Caſſiodorus in epiſtolis. Emphracta dicuntur nauigia tecta, à verbo Græco ἐμφράσσω, quod ſignificat obturo, occludoque: e diuerſo aphracta nũcupant aperta intectaque nauigia, de quibus M. Tul. in epiſtolis ad Atticum: Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Corrige mendoſum locum apud eundem in eiſdem Epiſtolis. nam vbi legitur acta Rhodiorũ, tu lege aphracta Rhodiorum, & de hoc nauigij genere dictum accipe. conſimiliter apud iuriſconſultos, tit. de exercitoria actione, maculoſa dictio in ſinceritatem redigenda eſt, & ſuo nitore illuminanda. ſic enim paſſim legitur: Quædam naues onerariæ, quædã (vt ipſi dicunt) emphatæ ſunt. Tu pro emphatę, legito emphractæ: ſignificantur enim

tritum lacte confectum, donec muneribus largis, & deuotionibus fauſtis completa nauis, abſoluta ſtrophiis anchoralibus, peculiari ſerenóque flatu pelago redderetur, quæ poſtquam curſus ſpacio proſpectum ſui nobis incertat, ſacrorum geruli ſumptis rurſum quæ quiſque detulerant, alacres ad phanum reditum capeſcunt, ſimili ritu pompæ decori.

enim naues clausæ vndique, vt docuimus, & tectæ. Plin. ait tectas naues à Thasiis inuentas esse. apud Liuium cæteróſque historicos tectæ & apertæ naues crebriter nominantur, quæ amphracta & aphracta Græcis vocabulis appellantur. *Variegatam.*] Scribe variegatam, hoc est distinctam exornatamque variis picturis. dictio est Apuleio propè peculiaris: à quo etiam dicitur variegare pro variare, & ornatus varietate distinguere. *Faberrime.*] politissimè, perfectissiméque. idem aliubi, faberrimo signaculo dixit, pro absolutissimo, perfectissimoque. *Teda, & ouo, & sulphure.*] In sacris ferè omnibus priscorum tres erant istæ purgationes. nam aut teda purgabantur, & sulphure: aut aqua abluebantur, aut aere ventilabantur. De purgatione tedæ & sulphuris meminit satyrographus illo versu: Cuperent lustrati si qua darentur Sulphura cum tedis. Plin. in 16. inter arbores quæ resinam ferunt, ponit & tedam, quam flammis ac lumini sacrorum etiam gratam esse refert. idem in 35. auctor est, sulphur habere in religionibus locum, ad expiandas suffitu domos. Ouidius triplicem purgationem signat illo versu: Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat. Ouum quoque purgationibus vsurpari solitum, testes sunt præter reliquos Iuuenalis & Ouidius. quorum alter sic scribit: Nisi se centum lustrauerit ouis. alter in libris de Arte ludens, sic canit: Et veniat quæ lustret anus, lectúmque locumque, Referat & tremula sulphur & oua manu. Lucianus in Dialogo cui titulus est περὶ πένθους ἢ πένητος, dixit περὶ τὰ καθάρσια ὠά, id est, purgationum oua: ostendens, oua esse lustralia & purgatoria. Lego apud Macrobium, quòd initiati sacris Liberi patris magna veneratione ouum colunt, mundi simulachrum vocantes. His adde, vt nihil quod equidem meminerim præterea, quod scribit Proclus nobilis Platonicus, sacerdotes in purificationibus vti solitos sulphure atque asphalto, hoc est bitumine, aqua marina aspergentes, quoniam (vt ille inquit) purificat sulphur propter odoris acumen, aqua verò marina propter igneam portionem. *Aluei.*] nauis alueum intelligit. sic & Proper. Portabat sanctos alueus ille viros. *Carbasus lintea.*] Emendo, carbasus lintea. Signantur enim vela nautica, quæ lintea sunt ex carbaso, quod genus lini tenuissimum est. Scribit Plin. carbasa primum in Hispania reperta esse, mira lini tenuitate. Porro in nauigiis sunt maiora vela, sunt & minora: alia in proris, alia in puppibus panduntur. Græci dolones vocant τὰ μικρὰ ἱστία, hoc est minuscula nauium vela, prout docent Suidas & Iulius Pollux. Hoc iccirco

transeunter annotauí, vt intelligeres illud Liuianum ex 36. volumine, dolonibus erectis altum petere intendit. item mox paulo: Polymenidas vt virtute militum superari se vidit, sublatis dolonibus effuse fugere intendit. *Ingestans.*} gestans.

Ecce literæ.} Denotat literas fuisse in carbaso intextas siue scriptas, quæ indicarent id votum esse prosperæ nauigationis & commeatus: hoc est, itus & reditus fœlicioris. nec mirum videri debet, si literis erant vela nautica inscripta: cum auctores tradant, ante vsum chartarum, voluminibus linteis fuisse scripturatum: vnde & Liuius libros linteos frequenter citat. *Malus insurgit.*} arbor nautica. Iurisconsul. ti. de verb. signi. ex sententia Labeonis tradit, malum nauis esse partem, quia pleræque naues sine malo inutiles essent: artemonem autem magis esse additamentum quàm partem nauis. In expositione artemonis cæcutiens labitur Accursius, qui exponit artemonem esse gubernáculum. Interpres quoque canonicæ scripturæ Nicol. de Lira, non minus delirat, qui in actibus Apostolorum exponens illud, Leuata artemone secundum auræ flatum trudebant ad littus: refert, artemonem dici velum paruum. Verum à vero deuius aberrat. namque artemonem, vt docet Victru. in 10. trocleam vocant nostri, quem Græci dicunt epagunta. hac autem in nauibus funes ductarij trahuntur, & armamenta explicantur: vt meritò additamentum magis quàm pars nauis esse videatur. ait idem scriptor, machinas id genus tractorias, ad onerandas & exonerandas naues esse accommodatas, fieríque his trocleis nauium subductiones. *Insignis car.*] Summa pars veli naualis carchesium nominatur, sic inferior patera, media trachelon. à similitudine carchesij nautici dictum est carchesium poculum procerum, ansatum, & circa mediam partem compressum. quod Plaut. scribit in fabula Amphitrione, pateram datam Alcumenæ à Ioue pro precio concubitus, id Pherecides scripsit fuisse aureum carchesium. Victru. carchesia versatilia appellat, indicans non tam esse vela in nauibus, quàm id quòd in mali fastigio collocatum circumagitur: à quo significatu non abhorret Apuleiana sententia. *Chenisco.*} Dictio est futilis & illiterata, dignáque quæ obelo fodiatur: itaque illa expuncta, in eius vicem subsitue Cerucho. dicitur autem nomine Græco ceruchos, cornutus: ponitúrque pro cornibus nauálibus, quæ in vtrunque veli latus diffunduntur, de quibus poeta: Cornua velatarum obuertimus antennarum. Quidam ceruchos accipiunt pro cauea illa, quæ in fastigio nauigij sustollitur effigie corniculata. Val.

Flac,

Flac. in primo Argonauticon : Temperet vt tremulos Zetes fratérque ceruchos. De ceruchis Lucan. in 10. Tranſtráque nautarum ſummîque arſere ceruchi. item in 8. Surget & inſtabit ſummis minor vrſa ceruchis. In codicibus impreſſis non ceruchi legitur, ſed cheruſci & cheruſcis. verùm etymon vocabuli exigit, vt legas Ceruchi & ceruchis : cum Cheruſci ſint populi Germaniæ, nihil ad hunc intellectum pertinentes. quibuſdam placet in Apuleio tueri lectionem vulgarem cheniſco, vt cheniſcus dicatur loculus & vas in puppe nauis, vel quòd puppis ipſa eſſet ad effigiem cheniſci inflexa, intortáque : vocabulo deducto ἀπὸ τῆς χοίνικος, id eſt à chœnice. eſt autem chœnix Græco nomine, vaſis ſiue menſuræ nomen, literatis ſat notum, qua ſeſtarij quatuor continentur. de quo eſt illud Pythagoricum ænigma, Super chœnice non ſedendum: qua ſignificatur, de craſtino cogitandum eſſe : & ocioſam deſidiam eliminandam. *Carina citro limpido.*] Actor eſt Diodorus, Seſoſtrem Aegypti regem feciſſe nauem ex cedro ducentûm octoginta cubitorum longitudine, forinſecus bracteis aureis veſtitam, intus verò deargentatam, quam dono obtulit deo qui Thebis Hecatompylis colitur. Plinius in 16. At in Aegypto (inquit) ac Syria reges inopia abietis, cedro ad claſſes feruntur vſi. De citro & citreis mehſis non pauca Plin. noſter in 13. & nos aliubi perſcripſimus. *Quàm prophani.*] Vt ſuprà diximus, religioſus & prophanus frontibus aduerſis opponuntur. qui enim religioni initiatus non eſt, prophanus nominatur. *Vannos.*] vallos, ſiue cribra. De vanno hoc eodem volumine paulo ſuprà diximus. *Aromatis.*] aromatibus. ſecundum veterum conſuetudinem, qui epigrammatis, problematis, poematis dicebant, & alia conſimilia. pro epigrammatibus, problematibus, poematibus : tanquam priſca declinatio foret hoc aromatum aromati, epigrammatum epigrammati, & cætera ſimiliter. hoc & in ſuperioribus annotatum eſt. *Suppliciis.*} nomine ſuppliciorum hoc in loco ſignificantur res ſacrificales, & ſupplicationibus deorum accommodatæ. etenim ſupplicia dicuntur ſupplicationes. Saluſtius : In ſuppliciis deorum magnifici. Tradit Seruius, quia de bonis damnatorum & ſupplicia paſſorum fiebant ſacrificia, inde dici ſupplicia pro ſupplicationibus. *Inſuper fluctus.*] ſupra fluctus libamina proiiciunt. *Intritum.*} Proſecta ſignare videtur : ſic enim dicunt exta, quæ in ſacris proſecantur, ad inſtar intriti minutatim. intrita Caroni propè peculiaris eſt, pro emplaſtro quaſi quodam ad inſectiones. hinc Plin. de Catonis emplaſtratione loquens ait : Iuſſit ita cognominari,

& illa ſua intrita oblini. idem Plin. intritam vocat materiam calcis. ab interendo intritum dicitur, & intrita. Terentius: Quod tibi intriti, exedendum eſt. *Abſoluta ſtrophiis.*] reſoluta vinculis anchorarum. ſtrophia enim vincula dicuntur, dictione Græca στρόφιον, ſed Latinis vſitatiſſima: quia ſtrophia modò pro vinculis, modò pro coronis, modò pro faſciis (quibus pectora vinciuntur) accipitur, vt ſuprà diximus, ex eodem fonte cuncta deriuata. Suidas docet ſtrophium eſſe στρογγύλον ζωνάριον, id eſt, rotundum cingulum, & coronam capitis.

Proſpectum ſui incertat.] hoc eſt, incertum facit, & dubium. Scribunt philoſophi, nihil humana acie fallacius eſſe. Remus integer in aqua fracti ſpeciem reddit, poma per vitrum aſpicientibus multo maiora ſunt, columnarum interualla porticus longiores iungunt: ſolem, qui toto orbe terrarum maior eſt, acies noſtra pedalem eſſe exiſtimat. ſcribit Macrobius in commentario in ſomnium Scipionis, aciem noſtram non excedere ſtadia centum octoginta: ad quod ſpacium cum venerit viſus, deficere incipit, & in rotunditatem currendo curuatur. *Ad phanum.*] ad deæ templum.

Venerandis penetralibus.] arcanis cerimoniis, quæ in ſanctiore ſacrario reconduntur.

Simulachra ſpirantia.] homines dicit, qui deorum imaginem repræſentantes ſpirabant. Suprà ait, Dignati humanis pedibus incedere.

Grammatea dicebant.] Græci γραμματία dicunt ſcribam, & archigrammatea principem ſcribarum. Eumenes Cardianus (Plutarcho teſte) Archigram-

At tu ad ipſum iam templum perue nimus, ſacerdos maximus, quique diuinas effigies progerebant, & qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum deæ recepti, diſponunt ritè ſimulachra ſpirantia. tunc ex his vnus quem cuncti gramma tea dicebant, pro foribus aſsiſtens, cœtu paſtophorum (quod ſacroſancti collegij nomen eſt) velutin concionem vocato, indidem de ſublimi ſuggeſtu, de libro, de literis fauſta vota præfatus, principi magno, ſenatuique & equiti, totóque Romano populo nauticis nauibus, quæque ſub imperio mundi noſtratis reguntur, renunciat ſermone ritúque Græcienſi ita, ναυῖς ἄγετε, populis miſſio. Quam vocem fœliciter cun-

Elis euenire signauit populi clamor insecutus. Exin gaudio delibuti populares, talos, verbenas, corollas ferentes, exosculatis vestigijs deæ quæ gradibus hærebat argento formata, ad suos descendunt lares. Non tamen sinebat me animus vngue latius indidem digredi, sed intentus deæ ſpecimen, pristinos casus meos recordabar. nec tamen fama volucris, pigræ pinnarum tarditate cessauerat: sed protinus in patria, deæ prouidentis adorabile beneficium, meáque ipsius fortunam memorabilem narrauerat passim. confestim denique familiares ac vernulæ, quique mihi proximo nexu sanguinis cohærebant, luctu depoſito, quem de meæ mortis falso nuncio susceperant, repentino lætali gaudio, variè quisque munerabundi, ad meum festinant illico diutinum reducémque ab inferis conſpectum: quorum deſperata ipse etiam facie recreatus, oblationes honestas æqui bonique facio: quippe cum mihi familiares, quoad cultum sumptúmque largiter succederet, deferre perſpicue curaſſent.

mateus, id est scribarum princeps vocabatur sub Alexandro Magno. multo autem apud Graios honorificentius est, quàm apud Romanos, scribæ nomen. nam apud Græcos, vt auctor est Probus AEmilius, nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco fide & industria cognita: quòd necesse est eum omnium consiliorum participem esse. apud Romanos verò mercenarij scribæ eximebantur, quos & scripturarios & librarios vocabant, qui rationes publicas scribunt, in tabulis: nunc vulgo cancellarios nominitant, qua dictione vtuntur & scriptores idonei. Flauius Vopiscus de Carino imperatore scribens inquit: Præfectum vrbi vnum ex cancellariis suis fecit, quo fœdius nec cogitari potuit aliquid, nec dici. Quicunque natus fuerit oriente hœdo, erit scriba, & obsequiis magistratuũ deputatus. Mercurius & Saturn⁹ in parte horoscopi partiliter constituti, faciũt scribas, sed lãguidos, & qui citò deficiant. In libris Regum, auricularius à secreto

dicitur archigrammateus, quem & lingua vernacula secretarium appellitant. Officium autem scribæ est inter cætera, subiicere præconi verba populo recitanda. Olim(vt auctores annotauerunt) Publius Seruilius Globulus tribunusplebis scribam subiicere verba legis Corneliæ, & præconem pronunciare passus non est. Tunc ipse Cornelius in tribunatu pro rostris codicem recitauit. Hic significat Lucius noster, scribam ipsum sine præconis ministerio præfatum esse vota fausta, prout in libro descripserat. nam de scripto & ex libello recitare dicuntur hi, qui annotata habent in libro quæcunque dicturi sunt. Quod facere solent hi, qui ediscendi laborem perferre nō possunt, & memoriæ pericula verentur. M. Tul. in oratione pro Plancio, auctor est, orationem dictam esse de scripto, propter eius magnitudinem. Augustus sermones grauiores ex libello habebat, etiam cum Liuia sua: ne plus minúsve loqueretur ex tempore. Quintil. in oratore dicit, vitiosum esse respicere ad libellum. Suidas ait, grammateæ esse notarium, & ἀπόῤῥητον, id est arcanorum participem. est autem grammatea accusatiuus Græcus, cuius rectus est grammateus, id est γραμματεύς: vt ὀρνεᾶ ὄρνεα. *Cœtu pastophorum.*] Pastophori dicuntur sacerdotes sacrosancti, Græca dictione: quasi thalamiferi, hoc est in supplicationibus pallium ferentes sacerdotale. Pastophora dicunt domicilia pastophororum, id est sacerdotum: de quibus mentionem fieri apud auctores ecclesiasticos potissimum comperio. namque in li. 1. Machabæorum scriptum est: Et viderunt sanctificationem desertam, & altare prophanatum, & portas exustas, & pastophoria diruta. Euseb. in 11. Historiæ ecclesiasticæ: Extrema tanti ambitus spacia occupant exedræ, & pastophoria. Iosephus in quinto belli Iudaici volumine, meminit pastophoriorum. Venus epitheto Græco pastophoros, quasi thalamifera nominatur. *Principi magno, senatuque.*] Expressit morem edictorum, in quibus honoris causa fœlicitatem præfari solemus principi, & senatui & populo. Liuius auctor est, morem fuisse Argiuorum, vt prætores die primo comitiorum velut honoris causa pronunciarēt, Iouem, Apollinem & Herculem: quibus vt Philippus rex adiiceretur, instituerunt, cuius nomen quia præco aliquando non adiecit, fremitus multitudinis ortus & clamor est subiicientium Philippi nomen, iubentiúmque legitimum nomen vsurpare, donec cum ingenti assensu nomen recitatum est. *Ritu Græcensi.*] more Græcanico & lingua. λαοῖς ἄρασι. Interpretamentum Græcarum dictionum est, populis missio: verba sunt, quæ Græ-

ci no-

ci noſtrique iuxta vſurpant, poſt cuncta celebrata myſteria, vt dicatur Miſſio populis, ſcilicet eſt, vel datur, vt tunc demum omnibus abire fas ſit. Vis exemplum conſimile? proximum habes. nam quotidie in myſteriis noſtris ſolet ſacerdos poſt peracta ſolennia dicere, Ite miſſa eſt: ita nunc ſcriba Græcè dixit, λαοῖς ἄφεσις ἐστι: id eſt, populis miſſio. & ita legendum eſt. Mendoſi codices non miſſio habent, ſed miſſis, quod repugnat verbo Græco atque ſententiæ. ἀφέσεια apheteria Græci dicunt carceres, vnde equi emittuntur ad curſum, Græcè dicitur θύρα ἱππικοῦ ἀγῶνος. Sunt & apheteria, auctore Suida, ὄργανα πολιορκητικὰ, id eſt inſtrumenta ad vrbes expugnandas accommodata. *Fœliciter euenire.*] Vis videre quippiam germanum conſimiléque moribus inſtitutiſque priſcorum? Scito in noſtra religione idem pollere Amen, quod hic fœliciter. nam vt aquila interpres exprimit, quod nos fideliter poſſumus dicere, id apud Hebræos ſignificat amen: quod alij fiat tranſtulerunt, quo ſignificatur, vt ea quæ ſuprà ſunt verè dicta confirmentur. Super ea re extat breuis epiſtola diui Hieronymi ad Marcellam. Scire autem debemus, apud Hebræos in fine librorum vnum ex tribus ſolere ſubnecti, vt aut Amen ſcribant, quod fideliter ſiue fiat ſignificat: aut Sela, quod transfertur ſemper: aut ſalon, quod exprimit pacem. igitur vt ſolemus nos completis opuſculis ad diſtinctionem rei alterius ſubſequentis interponere Explicit, aut Fœliciter, aut aliquid iſtiuſmodi: ita & Hebræi, vt quæ ſcripta ſunt roborentur, facere ſolent, vt dicant Amen, aut in ſempiternum, & ſcribenda commemorant, vt ponant Sela: aut tranſacta fœliciter proteſtantur, pacem in vltimo ſubnotantes. ſic & nunc ex ritu priſco fœliciter populus ſuccłamauit in fine orationis, quam de libro ſcriba pronunciauerat. *Exin.*] exinde, deinde. *Vngue latius.*] Prouerbiale eſt, ex illo Plautino, Digitum tranſuerſum, aut vnguem latum exceſſeris. *Verbenas.*] Verbenæ generali vocabulo ſunt omnes herbæ & frondes, quæ feſtæ ad aras coronandas adhibentur, quaſi herbenæ dictæ: & vt inquit Donatus, redimicula ſunt ararum. De verbenis, quæ & ſamina dicuntur, de verbenario legato, quem ad hoſtes mittebant res raptas repetitum, aliubi plura annotabimus. *Indidem.*] inde. *Intentis oculis.*] id eſt, ſpectans intentis oculis effigiem deæ. *Pinnarum tarditate.*] Famam volaticam: pingunt, & pinnatam: qua nihil velocius. quam poetæ eleganter graphicéque depingunt, & in primis noſter Maro, qui eam pedibus celerem & pernicib. alis eſſe memorat: cui quot ſunt corpore plumæ, tot vigiles oculi ſub-

ter. Tertullianus in apologetico: Cur malum, inquit, fama? quia velox, an quia plurimum mendax, serpit hæc intra duces linguarum, & aurium. Contrà Symmachus: Vera (inquit) res est famam esse velocem: sed dissentio à Mantuano, qui eam putat in malis debere numerari: nam quid hac præclarius, cum lætis nuncijs rigat aures & mentem bonorum? *Adorabile.*] adoratione venerationéque digniſſimum. Vernulæ, seruuli domestici. *Nexu sanguinis.*] Consanguineos necessarió́sque significat. *Luctu depoſito.*] luctum deponere propriè est, squalorem vestis nigræ lugubrem exuere, & omne mœroris indicium deponere, vt sæpe diximus. *Variè munerabundi.*] cum variis muneribus venientes. Munerabundus non similis donanti, sed donans & munera dans significatur. *Reducem conſpectum.*] Signatè locutus est: nam redux propriè is dicitur, qui ex insperato periculo euadens reducitur ad superos. *Deſperata facie.*] Desperauerat Lucius se deinceps vnquam visurum quempiam suorum vnde gaudium tanto maius efficiebatur, quanto erat id insperatius, & præter exspectationem. *Oblationes.*] munera, quæ illi vltro obtulerant: seruatur & hic mos hodiéque, vt necessarij offerant munera reducibus. *Æquo bonique facio.*] in bonam partem accipio prouerbiale est, de quo in primo commentario: & hæc, honesta locutio. *Ad cultum ſumptúmque.*] Denotat non solum necessaria in sumptum deportata esse à necessariis, sed ea quoque quæ ad cultum splendidiorem pertinerent, largè sumministrata.

Affatis itaque ex officio ſingulis, narratíſque meis priſtinis ærumnis, & præſentibus gaudijs, me rursum ad deæ gratiſſimum mihi refero conſpectum: ædibúſque conductis, intra conſeptum templi larem temporarium mihi conſtituto, deæ myſterijs adhuc priuatis appoſitus, contuberniſque ſacerdotum indiuiduus, & numinis magni cultor inſeparabilis. Nec fuit nox vna, vel quies aliqua, viſu deæ monitúque ieiuna: ſed crebris imperijs, ſacris ſuis me iamdudum deſtinatum. nunc ſaltem cenſebat initiari. At ego quanquam cupiens

Affatis ſingulis.] allocutis: passiua significatione posuit. vt Virgilius: Curſúſque dabit venerata ſacerdos. *Priſtinis.*] prioribus, quas sub asinali forma exanclaueram.

Intra conſeptum templi.] nomine consepti, significat totum illud sepimentum & ambitum, quo vnà cum templo ædes quoque sepiebantur

Digitized by Google

volantate præditus, tamen religiosa formidine renitebar. quod enim sedulò percontaueram, difficile religionis obsequium, & castimoniorum abstinentiam satis arduam, cautoque circumspectu vitam, quæ multis casibus subiacet, esse veniendam: hæc identidem mecum reputans, nescio quo modo, quanquam festinans differebam.

tur, Græci peribolon appellant. *Larem temporarium.*]domicilium ad tempus, non perpetuum: sic faciunt, qui in conducto habitant. *Indiuiduus.*]adhærescens,&(vt mox ait) inseparabilis. *Visu deæ ieiuna.*]inanis & vacua. Iuuenalis: En animam & mentem, cum qua dij nocte loquuntur. sic Socrates sæpenumero à dæmone suo regebatur, cuius monitis sedulò obediebat, cuius vocem auribus sæpenumero vsurpabat, cui & forma dæmonis visitata sæpe est. Pythagorici mirabantur, si quis se denegaret vnquam vidisse dæmonem. Itaque cum nihil deo similius sit & gratius, quàm vir animo perfectè bonus: credibile est, cum monitu dei & visu instrui posse & perfrui, qui bonitate fiet deo proximus, gratissimusque. *Initiari.*] religioni & mysteriis dedicari. De initiis, quæ sunt sacræ deorum, diximus suprà, quæ à Tertulliano initiationes appellantur, cum ait: Cum etiam semper impiæ initiationes arceant prophanos, & arbitris caueatur. *Religiosa formidine.* Laudabilis est illa formido, & verecunda, quam rebus religiosis adhibemus. Socrat. in Cratilo: Deos (inquit) iam mittamus, per deos obsecro: nam de his differere vereor, & vt Aristot. ac Seneca præcipiunt, nunquam nos verecundiores esse decet, quàm cum de diis agitur, ne quid temerè, ne quid impudenter, ne quid inscienter in religiosis rebus audeamus. inde etiam fit, vt intremus templa compositi, vt ad sacrificium accessuri vultũm summittamus, omni argumento modestiæ fungentes. *Percontaueram.*] interrogaueram: secundum actiuam formam, ex priscorum consuetudine dixit percontaueram, quod nos percunctatus fueram. sic recordaui dixit Quadrigarius, præstolat Turpilius, præliant Ennius: sic & Neuius percunctare actinè protulit, scribens: Si percunctassem, malum hoc me præteriisset. *Castimoniorum.*] de castimoniis antè dictum est, quibus in primis sacerdotis vita debet esse vallata, cum perpetuum & quasi peculiare epitheton sacerdotum sit, vt casti nominentur, vt sint frugalissimi, abstinentissimique. Dedicerat percunctando Lucius noster, quanta castimonia, quantáque circumspicientia & sanctitudine viuendũ esset homini religioso, &

facraria religionis ingredienti, proinde rē procraſtinabat. *Quanquam feſtinans differebam.*] Diuus Auguſtinus lib. 8. Confeſſionū, hoc idem de ſe ipſo ſcribens ait, quòd ſcilicet cum ſeruire deo diſpoſuiſſet, tamen procraſtinabat, de die in diem differebat, dicens, modò ecce modo, ſine paululum: ſed Modo & modo non habebat modum: & Sine paululum in locum ibat. duę (inquit) voluntates animum meum diſcerpebant, fiebátque rixa interior animi, vt nec plenè vellet, nec plenè nollet.

Viſus eſt mihi.] ſcilicet in ſomnis. *Summus ſacerdos.*] Græcis vocabulis dicitur archierus, protomyſtes, archimandrita. *Partes illas.*] Sicut partes obſoniorum de menſa mitti ſolent amiciſſimis: ita videbatur dormienti Lucio ſummus ſacerdos offerre plenum gremium, & partes effundere: quod ſignificabat, venturos famulos de patria cum muneribus largioribus. *Indidem.*] inde, ex Theſſalia. *Nomine Candidum.*] Somnia plerunque, vt oracula, flexuoſa ſunt, & ambigua: ſicut nunc ſomniat Lucius ad ſe venire ſeruum nomine Candidum, quo portendebatur, equum colore candidum de

Nocte quadam, plenum gremium ſuum viſus eſt mihi ſummus ſacerdos offerre. At requirenti, quid vtiq; iſtud? reſpondiſſe, partes illas de Theſſalia mihi miſſas: ſeruum etiam meum indidem ſuperueniſſe, nomine Candidum. Hanc experrectus imaginem, diu diúque apud cogitationes meas reuoluebam, quid rei portenderet, præſertim cum nullum vnquam habuiſſe me ſeruum iſto nomine nuncupatum certus eſſem: vt tamen ſeſe præſagium ſomni porrigeret, lucrum certum modis omnibus ſignificari partium oblatione credebam. Sic anxius, & in prouentum proſperiorem attonitus, templi matutinas apertiones operiebar. Ac dum valuis candentibus reductis, in diuerſum deæ venerabilem conſpectum apprecamur, & per diſpoſitas aras circumiens ſacerdos rem diuinam procurat, ſupplicamentis ſolennibus de penetrali fonte petitum ſponderon libat: rebus iam vtè conſummatis, inchoatæ lucis ſalutationibus, religioſi primam nunciantes horam perſtrepunt. Et ecce ſuperueniunt de patria, quos ibi reliqueram famuli, cum me Foris ma-

lis

lis ineapiſtrasſet erroribus, cognitis ſcilicet famulis meis, necnon & equum quoque illum meum reducentibus, quē diuerſæ diſtractum notæ dorſualis cognitione recuperauerunt. Quare ſolertiam ſommi tum mirabar, vel maximè quòd præter congruentiam lucroſæ pollicitationis, argumento ſerui Candidi, equum mihi reddidiſſet colore candidum.

Theſſalia ſuperuenturū, quem illic in hoſpitio Milonis habuerat. *Iſto nomine.*] ſcilicet Candidi. Candidum autem nomen eſſe viri proprium, & recens & vetuſtum, nemo inficiatur. *Patrium oblatione credebam.*] Corrige, partium oblatione. nam ex illa oblatione partium, quas pleno gremio viſus erat ſacerdos offerre, coniectabat lucrum certum indubitanter ſignificari. *Operiebar.*]expectabam, vt templum Iſidis matutino aperiretur. *Candentibus.*]ſplendentibus, lucentibus. *Reducta in diuerſum.*]Valuæ in diuerſum reducuntur, quando patefiunt, & in diuerſas partes reuoluuntur. *Patrium ſpondeon libat.*]Græci ſpondeon, id eſt, σπόνδειον vocant calicem & poculum libatorium atque ſacrificale. ſpondeus pes eſt metricus cunctis notus, qui conſtat ex duabus ſyllabis longis, dictus παρὰ τὸ σπένδειν, quia in ſacrificijs libantes eo vtebantur: Græci enim σπένδειν libamina appellant. Numa Pompilius hunc pedem pontificium nominauit, cum ſpondeo melo, hoc eſt, cantu patrios placaret indigetes. præterea thure incenſis altaribus, tibicen ſpondalion canere videbatur, vt duabus longis melodijs, quaſi duplicibus & ingibus vocibus proſpera deorum voluntas firmaretur. Senſus eſt: Sacerdos de ſacrario penitiore calicem libatorium exorompſit, eúmque libauit. Et ita legere malo, vt ſpondeon ſit caſus accuſatiuus, acceptáque pro vaſe, quàm quòd ſpondeo legatur ſeptimo caſu, & accipiatur pro pede & carmine ſacrificali. Suidas tradit σπόνδεια ἀγγεῖα ἐν οἷς σπένδουσι: id eſt ſpondea eſſe vaſa in quibus ſacrificant. *Conſummatis.*]peractis. *Lucis ſalutationibus.*]adorationibus matutinis incipientibus. namque ſalutationes dicuntur veneraciones deorū, & adorationes: & ſalutare deos, eſt venerari & adorare. Terentius in Phormione: At ego deos penates hinc ſalutatum domum deuortor. Exponit Donatus, ſalutatum, adoratum: quod eſt primum poſt redditam precem. Hoc idem tradit Seruius in 12. commentario. Martialis: Compreſſis natibus Iouem ſalutarat. Plautus in Curgulione: Quis hic eſt, qui operto capite Æſculapium ſalutat? Victruuius in quarto de Architectura præcipit, ſi circum-

Digitized by Google

vias publicas erunt ædificia deorum, vt ita constituantur, vt prætereuntes possint aspicere, & in conspectu salutationes facere: hoc est, vt docuimus, deos adorare & venerari. Non inelegánter & nos, quando imus auditum diuina mysteria, dicere possemus, nos facere salutationem, & Deum salutare. *Primam horam.*] Sic & nostri sacerdotes primam, tertiam, sextam, nonam horas habent sacrificiis legitimas, & deputatas. Si curiose introspexeris nouissimum hoc volumen Apuleianum, haud dubiè cognosces pleraque omnia instituta nostræ religionis sumpta esse, translataque ex cerimonia ethnicorum. *Et ecce.*] Sæpe annotauimus apud Virgilium & M. Tullium, quòd hæc particula aliquod malum repentinum insperatumque significat: hic verò & aliubi sæpe improuisum bonum denotat. *Fotis.*] ancilla Milonis, cuius amore captus, dum vult fieri bubo, demutatus est in asinum: quòd abundè in primis voluminibus explicatur. *Incapistrasset.*] illigasset, illaqueasset, irretisset. à capistro formatum verbum: Oportet, inquit Plinius, araturos boues fiscellis capistrari, ne germinum tenera præcerpant, vbi fiscellis significantur vincula illa ex funiculis texta, quibus ora boum vinciuntur inter arandum. Cato quoque fiscellas in hoc significatu nominat. *Distractum.*] id est, pluribus diuenditum, & diuersos dominos sortitum. *Notæ dorsualis.*] Designat, equum notam siue maculam in dorso habuisse, qua fiebat cognobilior. sic Bucephalus Alexandri magni impressum habuit armo taurini capitis insigne: sic & Cæsaris dictatoris equus, pedes priores similes humanis pedibus habuisse proditur à dorso dorsualis nota dicta. Solinus: Aculeatæ sunt, inquit, delphini spinæ dorsuales. Dorsualia quoque dicuntur operimenta iumentoria Iulius Capitolinus in Gallienis: Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boues cornibus auro inauratis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. *Recuperauerant.*] Tit. de rei vendicatione docent copiosissimè Iurisconsulti, non solum singulas res, sed etiam gregem posse vendicari. Quod & de armento, & de equitio, cæterisque quæ gregatim habentur, dicendum est: &, vt inquit Vlpianus, vbi probaui rem meam esse, necesse habebit possessor restituere, qui non obiecit aliquam exceptionem. *Lucrosæ pollicitationis.*} Lucrosa pollicitatio refertur ad partium oblationem, quas in somnis offerri viderat à sacerdote, quibus congruebant serui de patria venientes cum pecuniis, sicut seruo nomine Candido mirè congruebat equus colore candidus.

Idem.} Dic, inde. *Futura.*} Lego, *Quo facto idem sollicitus, sedulum colendi*

colendi frequentabam ministerium, spe futuri beneficij præsentibus pignerata. Nec minus indies mihi magis magisq; accipiendorũ sacrorũ cupido gliscebat, summisq; precibus primarium sacerdotem sæpissime conueneram, petens vt me noctis sacræ tandem arcanis initiaret. At ille, vir alioquin grauis, & sobriæ religionis obseruatione famosus, clementer ac comiter, & (vt solent parentes immaturis liberorum desiderijs modificari) meam differens instantiã, spei melioris solatijs alioquin anxium mihi permulcebat animum. Nam & diem quo quisque posset initiari, deæ nutu demonstraret, & sacerdotẽ qui sacra deberet ministrare, eiusdẽ prouidẽtia deligi: sumptus etiam cerimonijs necessarios simili præcepto destinari. Quæ cuncta nos quoque obseruabili patientia sustinere cõsebat, quippe cũ auiditati contumaciæq; summè cauere, & vtrámq; culpam vitare, ac neq; vocatus morari, nec non iussus festinare deberem, nec tamen esse quenquam de suo numero tam perditæ mentis, vel immò destinatæ mortis, qui nõ sibi quoq; seorsum iubente domina, temerariũ atque sacrilegũ audeat ministeriũ subire, noxámque letalem contrahere. Nam & iterum claustra, & salutis tutelam in deæ manu posita, ipsámq; traditionem ad instar voluntariæ mortis & precariæ salutis celebrari: quippe cum transactis vitæ temporibus, iam

futuri. spes, inquit, boni futuri fulciebatur præsentibus beneficijs, quasi pignerata. *Indies.*] quotidie, magis. *Cupido gliscebat.*] crescebat desiderium. *Famosus.*] Attende, famosum in bonam partem & cum laude dici, cum frequentius famosus dicatur infamis. Consimiliter Firmicus Maternus in 2. famosos oratores appellat famigeratos & inclytos. Pliniusquoque in epistolis, famosam causam dixit, claram & illustrem intelligi volens. Illud verò Satyrici poetæ, Famosos equitum cum dictatore magistros, legere consueui famosos, vt ad imagines famosas referatur: iuxta illud Senecæ, Non facit nobilem atrium plenum famosis imaginibus. Subscriptor quoque accedit M. Tul. qui in Pisonẽ scribens inquit:

Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem. Vſitatiſſimum autem eſt, & magis propriũ, vt piratæ, lenones, gladiatores famoſi dicantur: hoc eſt infames, & vitæ turpitudine notatiſſimi. *Immaturis deſideriis.*} Ex quotidiano negocio ducta ſententia: quotidie enim videmus parentes ire obuiam deſideriis filiorum præproperis, quadam modificatione: vt moneant quædam melius fieri, ſi differantur, quàm ſi ſtatim peragantur. ſic Latinus Virgilianus cohibet Turnum ferocientem. *Nam & diem.*} Hæc dicebantur à primario ſacerdote, ad leniendum Apuleij deſiderium: quem, vtpote feſtinantem, omnis dilatio & mora torquebat. *Vtranque culpam vitare.*] videlicet, ne nimis auidius feſtinarem, & ne vocatus nimis contumaciter temorater. *Quanquam.*] Corrige, quenquam. *Noxam lethalem.*] Implicata phraſis, hoc intellectu: Nullus eſt ſacerdotum tam temerarius, tam perditæ mentis, vt audeat ſine iuſſu deæ ſubire miniſterium ſacerdotale, & periculum mortiferum irato numine contrahere. qui enim non iubente domina vellet ſacra tractare, ſacrilegium committeret, & noxam: hoc eſt culpam exitialem contraheret, & ex culpa ſupplicium. *In deæ manu.*] Vt ante dictum eſt, hæc eadem dea eſt regina manium, quæ inferorum deplorata ſilentia nutibus diſpenſat. *Traditionem.*} Quando quiſpiam traditur in tutelam deæ, & obſequio religionis deſtinatur, ea traditio ſit quædam quaſi voluntaria mors, dum ſcilicet è vita prophana tranſitur ad religioſam: vt tunc homo renaſci videatur, ſalute data numinis præſidio. vel hoc dicit: Sacerdotes eligi ab ipſo deæ numine, eos qui iam hanc vitam peregerunt, ſúntque in confinio vitæ ac mortis conſtituti: & ita hãc quodãmodo renaſci videtur, & ſalute precario data perfrui.

in ipſo finitæ lucis limine conſtitutos, quis tamen tuto poſſint magna religionis committi ſilentia, numen deæ ſoleat elicere: & ſua prouidentia quodammodo renatos, ad nouæ reponere rurſus ſalutis curricula. Ergo igitur me quoque oportere cœleſte ſuſtinere præceptum: quanquam perſpicua euidentíque magni numinis dignatione, iamdudum fœlici miniſterio nuncupatum deſtinatúmque: nec ſecus quàm cultores cæteri, cibis prophanis ac nefariis iam tunc temperare, quo rectius ad arcana puriſſimæ religionis ſecreta peruaderem.

Lucis

Lucis lumine.] Lego, limine. sic Virgil. infantúmque animæ flentes in limine primo. *Quis.*] quibus. *Post sunt.*] Corrige, possint. *Committi silentia.*] Sæpe diximus, nulla re magis mysteria commendari quàm silentio. hinc Tertullianus: Omnibus (inquit) mysteriis silentij fides adhibetur: Samothracia & Eluſina reticentur. *Elicere.*] Legendum est Eligere, & est ordo ac sensus: Numen dèæ solet eligere constitutos in ipso lucis finitæ limine. *Ergo igitur.*] Suprà dictum, quòd veteres particulas has multiplicabant: & est archaismos figura. *Nuncupatum.*] nominatum, dicatum, promissum. Nuncupata pecunia dicitur nominata, certa, nominibus propriis pronunciata. Item vota nuncupata dicuntur, quæ magistratus, cum in prouinciam proficiscuntur: faciunt. Santra ait, nuncupata significare, quæ promissa testificata, recepta sint. *Cibis prophanis ac nefariis temperare.*] Cum vita clericorum discreta esse debeat à vita laicorum, vt Telesphorus inquit meritò sacerdotes & candidati religionis abstinere debent à cibis prophanorum, hoc est eorum qui religiosi non sunt. Apud ethnicos tostum non gustabant sacerdotes Isidis & Cybeles. esus carnium & vini potus specialiter interdicitur sacerdotibus: de quo paulo mox dicemus copiosius. Nefarij autem cibi dicuntur, quibus sacerdoti nefas est vesci. Nefarios M. Var. & Nonius sceleratos dici interpretantur, tanquam ne farre quidem vti debeant. Vnde qui indigni sunt qui viuant, nefarij vocantur. Pedianus Asconius: Nefandum (inquit) est, non fandum: Nefarium, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. Ergo nefarij, sacrilegi dicuntur, qui sacra polluunt. *Ad arcana peruadere.*] nihil sic acumen mentis operatur, quàm frugalitas in esu, & sobrietas in potu, Apollonius Tyaneus, potu aquæ dicebat ingenium vegetari, fierique purgatius atque diuinius: vt meritò sobriosus atque abstemius facilius posse videatur aspirare ad religionis arcana noscenda, quæ helluonibus vinolentisque non patent, quorum mentes quibusdam quasi adipibus inuolutæ curuantur in terram, neque cœlestia suspicere possunt.

Dixerat sacerdos: nec impatientia corrumpebatur obsequium meum. sed intentis miti quiete, & probabili taciturnitate, sedulum quot dies obibam culturæ sacrorum ministerium. nec me fefellit, nec longi temporis prolatione

Intentis.] Lego, intentus. *Probabili taciturnitate.*] silentio religioso. Qui sacris initiantur, in primis loquitari dediscunt, tacere condiscunt,

& Pythagorica ta citurnitate ſeſe religioni idoneos approbare. Orpheus ab his quos initiabat exegit, ne prophanis auribus religionis ſecreta proderentur. *Quot diei.*} quotidie,& vt veteres dicebant, quot diebus, pro ſingulis diebus: ſicut dicitur quotannis, quot menſibus. *Obibam.*} adibam, peragebam. *Prolatione.*] dilatione, procraſtinatione. *Competeret.*} quaſi dicas, compotem faceret. *Supplicamentis.*] Nomine ſupplicamentorum, non tam ſupplicationes & cerimonias intelligere videtur, quàm apparatum neceſſariũ ad cerimonias, & religionem auſpicandum. *Ipſum Mithram decernit.*} Non temerè Mithram ſacerdotem appellat, ſed myſtico intellectu, alludens videlicet ſcitè & callen-

cruciauit potentis deæ benignitas ſalutaris. Sed noctis obſcuræ non obſcuris imperijs euidenter monuit, aduemiſſe diem mihi ſemper optabilem, quo me maximi voti competeret: quantóque ſumptu deberem procurare ſupplicamentis. ipſumque Mithram illum ſuũ ſacerdotem præcipuum, diuino quodam ſtellarum conſortio (vt aiebat) mihi coniunctum, ſacrorum miniſtrum decernit. Quis & cæteris beniuolis præceptis ſummatis deæ recreatus animi, necdum ſatis luce lucida diſcuſſa quiete, protinus ad receptaculum ſacerdotis contendo, atque eum cubiculo ſuo commodum prodeuntem continuatus ſaluto. Solito conſtantius deſtinaueram iam, velut debitum ſacris obſequium flagitare. At ille ſtatim vt me conſpexit, prior: O Lucī, inquit, te fœlicem, te beatum, quẽ propitia voluntate numen auguſtũ tantopere dignatur. Et quid, inquit, iam nunc ſtas ocioſus, atq; ipſum demoraris? Adeſt tibi dies votis aſſiduis exoptatus, quo deæ multi nominis diuinis imperijs, per iſtas meas manus piiſſimis ſacrorũ arcanis inſinueris. & iniecta dextera, ſenex comiſſimus, ducit me protinus ad ipſas fores ædis ampliſſimæ, ritúq; ſolẽni apertionis celebrato miniſterio, ac matutino peracto ſacrificio, de opertis adyti profert quoſdam libros literis ignorabilib. prænotatos, partim figuris huiuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa

dioſa verba ſuo ordine nectentes : partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis , capreolatimque condenſis apicibus ac curioſitate prophanorum lectione munita , indidem mihi prædicat , quæ forent ad vſum teletæ neceſſariò præparanda.

ter ad nomen ſolis, qui Serapis & Oſiris eſt , quem Mithram Perſæ appellant. Strabo in 15. Perſę, inquit, cœlum Iouem putãt: colunt ſolem, quem Mithram vocant. Item Lunam & Venerem , & ignem & tellurem , & ventos & aquam. De hoc intellexit Papinius in Thebaidos, illo verſu: Indignata ſequi torquentem cornua Mithram. vbi Lutatius interpres inquit: Sol apud Achæmenios Titan, apud Aſſyrios Oſiris , apud Perſas (vbi in antro colitur) Mithra vocatur. Hoſtanes quoque refert, ſolem proprio nomine Mithram dici. Perſarum mos eſt, vt per mithram, id eſt, ſolem iurent. ſic apud Plutarchum Artaxerſes iurat , νὴ τὸν μίθρην. id eſt, per ſolem. Suidas inquit , μίθρην νομίζουσι εἶναι τὸν ἥλιον, ᾧ τοὺς Πέρσας θύειν πολλὰς θυσίας : id eſt , Perſæ autumant Mithram eſſe ſolem, cui multas hoſtias ſacrificant, hinc Mithriaca ſacra dicuntur Oſiridis , ſiue ſolis ſacrificia, de quibus Helius Lampridius in vita Commodi ſic ſcribit : Sacra Mithriaca homicidio vero polluit, cum illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſoleat: Scitiſſimè igitur Mithram Lucius appellat ſacerdotem primarium, quaſi ſolis lunæque antiſtitem , quorum deorum numina & ſacra inter ſe cognata ſunt , & communia. Mithrax Perſarum gemma eſt , contra ſolem variè refulgens. *Stellarum conſortio.*] Conſi nile eſt illud Perſianum : Neſcio quid certè eſt, quod me tibi temperat aſtrum. Nec abſimile illud Horatianum: Vtrunque noſtrum incredibili modo conſentit aſtrum. *Quis.*} quibus. *Summatis deæ.*] præpotentis Iſidis. Dicimus ſummates, ſummæ conditionis & potentiæ: infimates, infimo loco natos. Plautus in Sticho: Summates viri ſummi accumbent, ego infimatis infimus. *Recreatus animi.*] pro animo. ſic veteres loquebantur, vt ſuprà dictum eſt. ſic & Placcus in Argonauticis, Tandem animi incertum, dixit. & Terent. falſus animi, pro animo: vt exponit Donatus , ſcribens eſſe antiptoſin veterum , vt caſus pro caſu ponatur. *Contendo.*} pergo. *Commodum prodeuntem.*] Tunc, eo ipſo tempore, vt ſæpe iam dictum eſt.

Continuatus.] ſubſequens. *O Luci.*} Verba ſummi ſacerdotis ad Lucium Apuleium , quibus eum fœlicem appellat ,

tanquam ipſi deæ gratum, à qua dignus iudicatur religionis obſequio. *Auguſtum.*] venerabile, & ſacroſanctum. *Deæ multinominis.*] Suprà explicatum eſt, deam hanc meritò multinominem dici, quam totus veneratur orbis nominibus variis. *Piißimis.*] Si credimus M. Tullio, piiſſimus latinum non eſt: carpenti M. Antonium, tanquam parum latinè locutum, qui piiſſimum hominem dixerat. Verba Ciceronis ex 13 Antoniana hæc ſunt: Tu porrò ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in latina lingua eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Verùm poſterior ſcriptorum ætas latinitate donauit id vocabulum, quibus dictio hæc vſitatiſſima. Pientiſſimum quoque idonei auctores vſurpant. *Inſinueris.*] Quaſi per inſinuationem inferaris, admittariſque. *Comiſſimus.*] ſuauiſſimus, facilliimus, affabiliſſimuſque. *Apertionis miniſterio.*] Hodieque noſtri ſacerdotes ritu quodam ſolenni, & verbis religioſis aperiunt templi fores, matutinumque officium peragunt in eccleſia. *De operis adyti.*] Adyta ſunt ſacraria in templis, ad quæ nullus niſi ſacerdos ſummus accedit. Vnde ex Græca interpretatione nomen. nanque ἀμίεσιν ἐισπαικὸν, id eſt, particula priuatiua eſt: & ἄμι, ingredior. Virg. AEternumque adytis effert penetralibus ignem. Tale erat Hieroſolymis in templo ſacrarium ſanctitatis, quod ſancta ſanctorum vocãt, quò ſolus ſemel in anno princeps ſacerdotum ſolebat intrare, non ſine ſanguine, quem pro ſe offerret, & populi delicto. Vt refert Egeſippus lib. 5. & vt auctor eſt Ioſephus, intima templi pars inacceſſa & inuiolata & inuiſibilis omnibus habebatur, ſanctique ſanctum vocabatur. Olim Pompeius Magnus ſancta ſanctorum, non vt venerator, ſed vt prophanator intrauit. Refert Liuius, habita de Bacchanalibus quæſtione, ſenatum decreuiſſe, ne qua ſacra in operto fierent. opertanea ſacra (vt iam diximus) appellant, quæ in operto fiunt. ſecluſa quoque dicebantur, quæ Græci myſteria appellant. *Partim huiuſcemodi animalium.*] Religioſa AEgyptiorum volumina deſignat, quæ ex charta hieratica, id eſt ſacrata conficiebantur. In his literas ignorabiles perſcribebant, notis volucrum, ferarum, aliarumque rerum prænotatas, quas ſacras vocant: quas Marcellinus, Macrobius, cæterique hieroglyphicas nominari tradunt, quibus & obeliſcos inſculptos habebant. Hinc illud Plinianum ex 36. vbi de obeliſcis mentio: Etenim ſculpturæ illæ, effigieſque quas videmus, AEgyptiæ ſunt literæ. De his literis, quæ ſingulæ ſingulis nominibus ſeruiebant, &

non-

nonnunquam significabant integros sensus, Corn. Tacitus sic scribit : Primi per figuras animalium Ægypti sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur, & literarum semet inuentores perhibent : Hoc idem Lucanus eleganter expressit his versibus : Nouerat, & saxis tantum, volucrésque, feræque, Sculptaque seruabant magicas animalia linguas. Vt autem tota res planius liquescat, subiicienda sunt ex celeberrimis auctoribus exempla, qui tradunt, per vulturem in literis Ægyptiorum sacris, & consequenter ignorabilibus, naturæ vocabulum significari : quia mares nullos posse inter has alites inueniri, rationes memorant physicæ. Per figuram apis mella conficientis, designatur rex imperans cum iucunditate. Annus indicatur picto dracone, caudam suam mordente: quia in se vertit. Idem scribunt accipitrem, denotantes rem citò factam : quoniam accipiter sit inter aues velocissimus. Crocodilus malum significat : multáque consimilia, ne infinitus sim, annotata reperio, quib. nunc libros ad cerimoniarum arcana pertinentes prænotatos fuisse tradit, ne scilicet à prophanis talia nosci possent. *Compendiosa verba.*] Verba compendiosa & literæ dicuntur, quibus singulis integri sensus significantur. *Inidem.*] ex libris illis, quorum lectio erat impenetrabilis & imperuia curiositati eorum qui non forent initiati, illis enim solis erant cognobilia. *Capreolatim condensis apicibus.*] Figuras exprimit Hieraticarum literarum, quæ instar capreolorum colligatæ, implicatæque ita erant, vt curiositas irreligiosorum talem lectionem assequi nequiret. Chæremõ philosophus scripsit Hieroglyphica: adhuc Romæ consimiles literæ vsurpantur in minore obelisco, & aliæ quædam iuxta Pantheon Agrippæ. Capreolatim autem aduerbium est, quod significat implicatè & connexè: ductum à capreolis vitigineis. Nam (vt docet M. Varro) collicolus viteus intortus vt cincinnus, à capiendo ea preolus est dictus : qui se erigit ad locum capiendum, & vites implicat. vulgo hodiéque tales capreoli nominantur. *Ad visum teleta.*] Teleta Græco nomine dicitur consecratio, expiatio, sacrificium. August. in 4. de Ciuitate Dei tradit, Græcos teletas ac mysteria taciturnitate parietibúsque clausisse. Eiusdem ex volumine 10. verba hæc sunt: Hãc enim dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri. apud Platonem in 2. de repub. legimus libros circumferri Musei & Orphei, secundum quos sacra celebrant: persuadentes non priuatis solum, verùm etiam ciuitatibus, solutiones & purgationes seletum per sacrificia, cum ludorum oblectamentis fieri, & viuentu-

bus & defunctis: quas teletas, id est expiationes vocant, quæ nos ab illis quæ mala sunt liberent. De teletis, apud Platonicos philosophos frequens mentio. Scribit Porphyrius, teletis solis & lunæ animas non purgari: vt hinc ostenderet, nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Suidas docet τελέτην, hoc est teletam esse sacrificium maximum & precio sum: ex eo dictum, quòd multa in teletis absumuntur. τελεῖν enim dicunt Græci τὸ δαπανᾶν, hoc est, insumere & impendere.

Gnauiter. celeriter & strenuè.

Et protinus gnauiter, & aliquanto liberalius, partim ipse, partim per meos socios coemenda procuro. Iámque tempore (vt aiebat sacerdos) id postulante, stipatum me religiosa cohorte deducet ad proximas balneas: & prius sueto lauacro traditum, præfatus domini veniam purissimè circumroran's ablui: rursumque ad templum reductum, iam duabus diei partibus transactis, ante ipsa deæ vestigia constituit: secretóque mandatis quibusdam, quæ voce meliora sunt, illud planè cunctis arbitris præcipit, decem continuis diebus cibariam voluptatem coercerem, neque vllum animal essem, & inuinius essem. Quis venerabili continentia ritè seruatis, iam dies aderat diuino destinatus vadimonio: & sol curuatus intrabat vesperam, tum ecce confluũt vndique turbæ, sacrorum ritu vetusto variis quisq; me muneribus onerantes. Tunc semotis procul prophanis omnibus, linteo rudique me contectum amicimine, arrepta manu sacerdos deducit ad ipsius sacrarij penetralia. Quæras forsitan satis anxiè studioseque lector, quid deinde dictum, quid factum? Dicerem, si dicere liceret: cognoscere

Sueto lauacro. vt mundus puréque lautus, purissimæ religionis sacris initiaret. Græco vocabulo Nymphea appellamus lauacra, & ita Iosephus interpretatur. Suidas tradit, Nymphea dici λουτρὰ, id est, lauacra. Iulius Capitolinus in vita Gordianorum sic refert: Opera Gordiani Romæ nulla exrant, præter quædam Nymphea & balneas. vbi nymphea accipimus pro lauacris & thermis, quæ posteritatis causa à principibus extruebantur. Fœdissimè labuntur hi, & cæcutientes hallucinantur, qui existimant Nymphea apud Capitolinum si-

gnoſceres, ſi liceret audire. ſed parem noxam contraherent aures & linguæ illæ temerariæ curioſitatis. nec te tamen deſiderio, forſitan religioſo ſuſpenſum angore diutino cruciabo. Igitur audi, ſed crede quæ vera ſunt. Acceſſi confinium mortis: & calcato Proſerpinæ limine, per omnia vectus elemẽta remeaui. nocte media vidi ſolem candido coruſcantem lumine, deos inferos, & deos ſuperos. Acceſſi coram, & adoraui de proximo. Ecce tibi retuli, quæ quamuis audita, ignores tamen neceſſe eſt. ergo quod ſolum poteſt ſine piaculo ad prophanorum intelligentias enunciari, referam.

goificare cubicula nuptialia. Non enim nego νυμφεῶνος dici νύμφων ingẽs, id eſt, ſponſorũ ſacrarium: ſed hãc ſignificationem haudquaquã conuenire cum intellectu Capitolini, aſſeueranter affirmo. *Domini.*} Purior lectio eſt, deûm pro deorũ. *Circumrorans.*] Ouid. Roratis luſtrauit aquis. M. Tull. in Legibus præcipit, vt caſti diuos adeamus, & aſperſione aquæ labes eluamus: quòd & ad purificandos refertur. Ex inſtituto priſcorum, ſacrificaturus diis ſuperis, corporis ablutione purgatur: cum verò inferis litandum eſſet, ſola aſperſione vtebatur. *Conſtituit.*] ſtatuit, collocauit. *Quæ voce meliora.*] Id eſt, quæ ſileri melius eſt: & ita oſtendit, non eſſe inuulganda arcana ſacrorum. *Cunctis arbitris.*] id eſt, coram omnibus: vt cuncti audirent, ſpectaréntque. *Decem diebus.*} Superſtitio priſcorum 10 dies puros, caſtóſque dedicauit Iſiacæ religioni. Hinc illud Propertianum: Cynthia iam noctes eſt operata decem. Liuius ſcribens de matre filium initiatura Bacchanalibus, ſic refert: Decem dierum caſtimonia opus eſſe. decimo die cœnatum, deinde purè lautum in ſacrarium deducturam. idem docet, cum qui initiari volebat, per aliquot noctes ſecubuiſſe à fœminæ complexu, religionis cauſa. Ouid. quoque in ſacris Cerealibus tradit, ſecubitus vſurpari ſolitos, vt ſcilicet fœminæ ſolæ in vacuo thoro per aliquot noctes ſecubarent. Apud veteres cerimoniæ denariæ dicebantur, quibus ſacra adituris per decem continuos dies certis quibuſdam rebus carendum erat. Nunc Lucius noſter denotat, ei ieiunium indici ſolitum 10 dierum, qui ſacris Iſidis initiari vellet. ſic hodiéque noſtri ſacerdotes cibis ganeatis interdicuntur cauſa religionis: verùm cum ad diem feſtum

Digitized by Google

venerint, saturantur ad vomitum. Quorundam gulosa abstinentia est vt scilicet ab esu panis & carnium temperantes, farciantur bellariis: & maritum panem pro frumentario pane deuorantes, de ieiunio glorientur. *Essem.*] comessem, comederem. ab edo,es, inclinatum verbum. *Neque vllum animal.*] Priscis temporibus nec carnibus vescebantur, nec animalia diis immolabant, sed liba & fructus melle concinnati, cæteráque huiusmodi sacrificia pura diis offerebantur. nam vesci carnibus (vt inquit Plato lib.6. de Legibus) & deorum aras polluere sanguine, impium videbatur. & hæc fuit Orphica vita, & Pythegorica. inanimatis quippe omnibus vescebantur, & ab animalibus omnibus abstinebant. Dicæarchus Peripateticus, antiquos inquit nullum animal occidisse. Essæi Iudæorum philosophi, de quibus Hieronymus, Iosephus & Eusebius multa diligentissimè scripserunt, abstinebant tum animalibus multis, tum prorsus omni incontinentia. denique ex ipsa vita temperatissima, atque veritatis studiosissima, & deo deuotissima, inter eos multi futura præsagiebant, prophetæque nominabantur. Porphyrius Platonicus lib.4. de sacrificiis auctor est, vitam æternam contineri sanctimonia, abstinentia ab esu animalium. Sicut (inquit) magnes lapis animum quasi quandam tradit ferro quod rapit, ferrúmque natura grauissimum leue euadit, eleuatúrque spiritu magnetis: ita qui ad Deum eleuari cupit, non debet quærere nutrimentum carnium, quo saginatum corpus mentem impedit, nutritúsque diuinitate naturalius deo coniungetur quàm magneti ferrum. Sed vtinam absque cibo penitus, atque potu, agere vitam potuissemus, vt corpus cohibentes, optimis statim rebus coniungeremur: in quibus & deus existens, ita deus existit. Democharcs ait: Viuere imprudenter, intemperanter, impiè, non tam male viuere est, quàm diu mori. Si vis perfectus esse (vt verbis Hieronymi vtar) melius est saginare animam, quam corpus. Potus vini, carnísque saturitas, seminarium libidinis est. Idem Porphyrius, sed & Chæremon Stoicus, & Hieronymus noster, narrant, antiquos Ægypti sacerdotes. ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire, & carnibus & vino semper abstinuisse, qui oua quoque & lac in cibis vitauerunt: quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato. In templo Eleusinæ Cereris tria tantum præcepta de Triptolemi legibus celebrantur: honorandos parentes, venerandos deos, & carnibus non vescendum. In decretis canonicis di. 35. & in veteri testamento scriptum legimus, quòd sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum

& sice-

Dei,prohibentur vinum & siceram bibere,ne ebrietate grauentur corda eorum , vt sensus vigeat semper & tenuis sit. item 44 di.cum vinolentus esse ptohibetur , gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur:neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur , vtrumque improbatur. vnde Hieronymus:Venter,inquit, & genitalia sibimetipsis vicina sunt,vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum. sacerdoti itaque de altari viuere , non luxuriari permittitur. Comessationes & ebrietates tanquam pestiferæ abdicantur , interdicuntúrque.*Inuinius.*]Vocabulum Apuleianum, elegantissimè fictum pro abstemio,& eo qui vinum non bibit. inuinius enim dicitur quasi sine vino : vt inuius,sine via. Candidatum autem religionis inuinium,hoc est abstemium,& hydropotam , id est, aquæ potorum esse debere, sanxit vetustas , & dudum explicatimus. Apollonius Tyaneus apud Philostratum docet,se aquam semper bibisse,neglecto vino. atque potores aquæ somnum leuem capere,neque vertigines vllas pati, quibus vinolenti afficiuntur.prætetea: Anima,inquit,à vino pura facilius conspicit per somnia vaticinationem , quæ apud homines diuinissima existimatur.ob hoc dixit Sidonius Apollinaris de Tyaneo Apollonio scribens:Lege,inquit,virum à diuitibus ambitum , nec diuitias ambientem,cupidum scientiæ,continentem pecuniæ , interpulas abstemium. Error est in codicibus impressis, in quibus legitur,inter epulas astemium , cum legi debeat , inter epulas abstemium.*Quis.*]quibus. *Diuino vadi.*] sicut vadimonium prætoris est,ad quod ex iuris formula sisti debet reus:ita vadimonium dicitur diuinum,quo sisti debeat Lucius noster , post exactos 10 præscriptos abstinentiæ dies futurus in numero sacratorum.translatio est à vadimonio prætorio , de quo suprà abundè dictum est. *Curuatus.*] ad occasum flexus , & in vesperam præceps.*Semotis propha.*]sequestratis omnib. irreligiosis. Iuxta illud poeticũ : Procul ô procul este prophani,Conclamat vates,totóque absistite luco.*Contectum amici.*] Hoc quoque tempore sacerdotes nostri dum initiantur sacris religiosis, amiciuntur amicimine:hoc est,camisia siue tunica lintea. Ad ea quæ superius hoc eodem commentario copiosissimè annotauimus , de lintea veste sacerdotali , adde & hoc quod scriptum legimus in Ezechiele,cuius verba subiiciam,quæ sunt hæc:Cum ingredientur portas atrij mei interioris,vestibus lineis induentur,nec ascendet super eos quicquam laneum:quando ministrant in portis atrij interioris,intrinsecus vittæ lineæ erunt in capitib.eorum,& femoralia linea erũt in lumbis eorum.In Leuitico Moyses,eam ante

fores tabernaculi lauisset Aaron & filios eius, vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum baltheo, & induens eum tunica hiacynthina, & desuper humerale imposuit, cidari quoque texit caput. est autem Cidaris, vt Græci scriptores tradunt, tegumentum capitis, quidam ex capillis id textum autumant: nonnulli pileum regum Persarum cidarim esse dicunt. à quibusdam tiaria creditur: alij coronam, alij strophion sacerdotale esse contendunt. Nocgeum antiqui vocarunt vestimentum candidum. *Dicerem, si dicere li.*] Mos hic scriptorum fermè omnium quasi peculiaris est, vt arcana cerimoniarum nec velint nec audeant in vulgus edere, tanquam non liceat prophanis nosse mysteria deorum, in quibus nulla maior quàm fides silentij debeatur. Herodotus scribit, se in colloquio cum Ægyptiis sacerdotibus fuisse, multáq; ab his edidicisse ad rem diuinam pertinentia, quæ minimè enuncianda esse ait. Theodorus tragœdiarum poeta, cum nonnulla ex Iudaicæ scripturæ mysteriis ad fabulam quandam transferre vellet, luminibus captus est. Theopompus quoque quòd cœperat nonnulla ex lege diuina transferre in Græcam linguam, illico turbatione quadam mentis & animi perculsus est, eundem magnopere deum orans, cuius rei gratia id sibi accidisset, audiuisse fertur per somnium: quia res diuinas lenocinio inquinaret, & hominibus promulgaret. Mysteria inde dicta, suprà docuimus, quoniam scilicet oportet μυεῖν τὸ στόμα, id est, os occludere, neque inuulgare teletas, arcana sacrorum. Esseni, qui sunt philosophi Iudęorum, adiurant nouicios initiatos, nihil quicquã de mysteriis communicare cum prophanis, etiam si intentata quispiam morte compellat. in Apologia: Equidem, inquit nullo vnquam periculo compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad prophanos annunciare. *Parem noxam.*] Par esset, inquit, culpa & eorum qui audirent, & eorum qui annunciarent. *Accessi consi-mor.*] Ex hoc colligimus, hominem qui verè consecratur, fitque sacerdos, integer, sanctus, per quandam quasi mortem exuere vitam hanc irreligiosam, rapíque numinis instinctu per superna & inferna, vt ea videat & agnoscat, quæ vidit & agnouit apostolus Paulus, quæ ineffabilia sunt, nec licet homini eloqui: quæ etiam audita non intelligantur, cum sint suprà captum intellectúmque mortalium. *Proserpinæ limine.*] limen Proserpinæ ostium est mortis, & introitus inferorum. *Sine piaculo.*] sine scelere. *Prophanorum.*] eorum qui initiati non sunt.

Duodecim stolis.] Attende, hic stolas accipi pro

Mane factum est: & perfectis solennibus, processi duodecim sacratus stolis,

lis,habitu quidem religioſo ſatis , ſed effari de eo nullo vinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis vidêre præſentes plurimi. Namque in ipſo ædis ſacræ meditullio, ante deæ ſimulachrũ conſtitutum tribunal ligneum iuſſus ſuperſtiti, byſſina quidem, ſed floridè depicta veſte conſpicuus, & humeris dependebat pone tergum talorum tenus, precioſa chlamyda: quàquà tamen viſeres, colore vario circumnotatis inſignibar animalibus. hinc dracones Indici, inde grypes. Hyperborei, quos in ſpeciem pinnata alitis generat mundus alter: hanc olympiacam ſtolam ſacrati nuncupant. Ad manum dextram gerebam flammis aduſtam facem, & caput decore corona cinxerat, palmæ candidæ foliis in modũ radiorum proſiſtentibus. ſic ad inſtar ſolis exornato , & in vicem ſimulachri conſtituto , repentè velis reductis in aſpectũ populus errabat. Exhinc feſtiuiſſimum celebraui natalem ſacrorum , & ſuaues epulæ, & faceta conuiuia. Dies etiam tertius pari cerimoniarum ritu celebratus, & ientaculum religioſum , & teletæ legitima conſummatio. Paucis dehinc ibidem commoratus diebus, inexplicabili voluptate ſimulachri diuini perfruebar : irremunerabili quippe beneficio pigneratus. Sed tamẽ deæ monitu licet nõn plenè, tamen pro meo modulo ſupplicuè gratijs perſolutis, tardam ſatis domũitionem comparo, vix equidem

veſtibus ſacerdotalibus: ſicut hodie ſtolas induunt noſtri ſacerdotes, quod & orarium vocant. Hinc illud 23 di. ſcriptum eſt: Eccleſiaſtica inſtitutione præfixum nouimus, vt omnis ſacerdos cum ordinatur, orario, vtroque humero ambiatur: nec ad ſolennia ſacrificia accedat, niſi orario vtroque humero circumſeptus, ita vt de vno eodémque orario ceruicem pariter & vtrunque humerum premat. Aliàs ſtola dicitur veſtis matronalis: vnde ſtolatus pudor, prò matronalis. Valer. Max. Te cu ſtode matronalis ſtola cẽſetur. ideo autem videtur diziſſe 12. ſtolis ſe ſacratum proceſſiſſe, propter duodecim ſigna zodiaci. Namq; in myſteriis Iudaicæ cerimoniæ duodecim panes in menſa poſiti ſignificabant circulũ duodecim ſignorum,

átque annum duodecim mensibus diuisum. septem verò lucernæ, in ipso candelabro, septem planetas indicabant. In Geris literis numerus duodenarius refert ad duodecim tribus Israeliticas. & in Apocalypsi Ioannis legimus, amictos stolis albis nuncupari puros, & candore mentis immaculatos. Lego apud auctores Græcos pulcherrimum esse somnium, ferre στόλην λευκὴν, id est stolam candidam: contrà stolam purpuream portendere, longum morbum. ornari stola regia signat νόσου ἀπαλλαγὴν, id est spei solutionem. *Nullo vinculo.*]Nullum, inquit, vinculum religionis est, nullum interdictum, quod prohibeat enunciare de ipso habitu, vestitúque religioso. *Meditullio.*]in ipso medio. *Superstiti.*]steti super tribunal ex iussu sacerdotis. *Byssina veste conspicuus.*]Byssinam vestem lineam intelligit, à byssо, quod genus est lini tenuissimi, de qqo suprà diximus. Iosephus lib. 6. belli Iudaici scribit, sacerdotes ad altare, templúmque accedere solitos, omni vitio carentes, veste byssina amictos, maximè verò vino abstinentes, ac sobrios, religionis metu, ne quid res diuinas faciendo peccarent. Dicimus & byssinum absolutè pro vestimento lineo. in Apocalypsi: Erat vestitus byssino albo & mundo. Byssinum capitur à Plinio pro infectu precioso, & colore qui ex cocco tyrióque commixtus sit. *Sed floride depicta.*]Inter vestes sacerdotales priscorum est & illud velamentum, quod hiacyntho & byssо & cocco & purpura variatum, mirabili opere textum videbatur, quod elementorum causam designabat. Byssus enim terram declarat, eò quòd linum oriatur ex terra: purpura mare, eo quòd piscium sanguine coloratur. aer hiacynthi colore significatur: coccum verò erat ignis indicium. *Ponè tergum.*]post tergum. *Talorum tenus.*]vsque ad talos. Denotat autem tunicam talarẽ sacerdotalem, cui consimilis videri potest illa quam describit Iosephus libro 3. antiquitatum: Princeps sacerdotum superinduitur tunica de hiacyntho facta, quę & ipsa talaris est, quę zona constringitur, coloribus prędictis, floribus exornata, auro contexta, variata, ornatúsque in fimbriis eius est: ita vt inter duo tintinnabula malũ granatũ habeatur, itémq; inter duo mala granata tintinnabulũ. Talaris tunica greco nomine dicitur poderis, cuius mẽtio fit à Ioãne in Apocalypsi: & meminit Hieronymus, de qua sic scribit Suidas, ποδήρης ἔστι τὸ ποδῶν ἐχομένη. i. poderis tunica vsque ad pedes dimissa est. *Chlamida.*]Vt suprà, ex priscorũ cõsuetudine declinatur recto casu chlamyda, tanquã nomen sit primi ordinis: sicut & cassida à priscis dicta est cassis. *Circũnotatis animalibus.*]

abruptis ardentissimi desiderij retinacculis.

bus.] Antè dictum est, sacras Ægyptiorum literas animalibus denotari, aliarumque rerum imaginibus. *Draconet Indici.*] Denotat in veste fuisse dracones cum gryphibus intextos. Bono autem epitheto hæc distinguuntur. namque apud Indos immensi sunt dracones, cum immanibus elephantis, pari periculo in mutuam perniciem bellãtes: quorum dimicatio commoritura eleganter à Plinio est dicta: simul enim concidunt & commoriuntur. gryphes verò Hyperborei cognominantur, quantum in Hyperboreis montibus nascuntur: quos haud procul ab ipso aquilonis exortu esse produnt, eruentes ex cuniculis aurum, propter quod bellum illis assidnè est cum Arimaspis, quos vno oculo in fronte media insignes tradunt. itaque gryphibus aurum custodientibus, & Arimaspis rapientibus, atrox dimicatio. Sunt autem gryphes ex volucri genere ferarum cætera parte leones, alis & facie aquilis similes De fœlicitate Hyperboreorum fabulosis celebrata miraculis scribunt omnes, quæ gens vltra aquilonem sita fœlix annoso degit æuo. regio Africa est fœlici temperie, omni afflatu noxio carens. domus his nemora, lucique & deorum cultus. viritim, gregatimque discordia ignota, & ægritudo omnis: ibi cardines mundi esse creduntur, extremique siderum ambitus luce semestri. alij mediòs fecere eos inter vtrunque solem Antipodum occasum, exoriente nque nostrum. Ob hoc dixit Lucius noster, quòd gryphes generat mundus alter: quoniam Hyperborei ad antipodes spectare traduntur, in collimitio nostri mundi & alterius collocati. quod tamen fieri nullo modo posse, Plinius noster affirmat. *Hanc Olympiacam.*] cœlestem & diuinam, & Olympiis diis dicatam. Deos autem Olympios Iupiter appellauit illos tantum, qui sibi in gigantomachia affuerunt: vt hoc cognominis honore bonus à malo internosceretur. ipse quoque Iupiter inter cætera cognomẽta Olympius nũcupatus. De Olympiade, quæ est (vt Græci dicunt) τετραετηρὶς ἀγών, id est, quadriẽnij certamen, scribunt omnes: nihil notius. *Sacrati.*] sacerdotes. *Flammis adultam.*] ardentem larga flamma intelligit. nam & adolere significat cremare in sacris. *Exornatum,*] Lege, exornato, vt constructio congrua sit. se autem exornatum dicit ad instar solis, quia coronatus erat corona palmacea, cuius folia radios solis repræsentabant. *In vi em simulacri.*] sicut simulachra & statuæ exornatæ constituuntur in populi conspectu: ita Lucius exornatus intus, & mox tanquam simulachrum sublatis velis populo exhibetur. *Natalem sacrorum.*] Natalis sacrorum dicitur ille dies, quo quispiam consecratur, sicque sacris initiatus: quem non minus religiosè celebrare debemus, quam diem natiuitatis: quoniã

ex illo vita tantum, ex hoc verò vita religiosa & sancta producitur. Natalē autē solitū antiquitus solenniter coli, quis ignorat? quo lautiora cōuiuia & festa fiebant. quæ M. Tul. natalicia appellat, à natali celebratione natalis dici: quo & munera mittebantur: qui initiātur sacris, dicere possunt, Hic nobis natalis erit, & illud, Hæc vitę genitalis est origo. *Ientaculū religiosum.*] Quā multa (dijboni) in nostra religione cōsimilia sunt religioni Ethnicorū? quàm multi ritus prope germani? de quibus plura aliàs, quorum iam magna quoque pars superius explicata est, ex quibus & hic est. Nam quando nostri sacerdotes consecrantur (quoniam sacerdotium aliquod adipiscuntur) consueuere ientaculo non tam religioso quàm guloso accipere symmistas, id est, consacerdotes, vt auspicentur introitum sacerdotalem. *Teletæ.*] sacrificij sacerdotalis, siue expiationis, purificationisque necessariæ: de qua suprà dictum est abundè. *Inexplicabili.*] inenarrabili, & ob hoc maxima, quæ ob magnitudinem explicari verbis non posset. *Irremunerabili beneficio.*] Beneficium maximum, cumulatissimumque dicere volens, dixit decenter irremunerabile: quod scilicet tantum erat, vt nulla vnquàm remuneratione repensari posset. irremunerabile enim id est, quod ob magnitudinem remunerari non possumus, nec par pari rependere, nec vllo modo dissoluere. semper obligati, semper obnoxij. *Pigneratus.*] mancipatus, obligatus, addictus. *Supplicuè.*] suppliciter: aduerbium priscum est. *Gratis*] Lege gratiis. *Domuitionem.*} Tandem (inquit) domum in patriam ad meos redire constitui, quamuis me retinacula firmissima retentarent, quæ abrumpere difficile erat: cum à dea, deæque cultu atque conspectu ex desiderio diuelli, abducíq; nequirem. Domuitionem dicimus, quasi itionem domū, vt suprà.

Detrusis.} Lego, deterſis. id est absterſis. *Sermonem interficiens.*} ille sermonem interficit, intercipitque, qui verba promere non potest, singultu pressus, & mœrore confusus, qui impedientibus lachrymis verba singultantia devorat & absorbet.

Prouolutus denique, ante cōspectū deæ, & facie mea diu detrusis vestigiis eius lachrymis obortis, singultu crebro sermonem interficiens, & verba deuorans aio: Tu quidem sancta, & humani generis sospitatrix perpetua, sēper fouendis mortalibus munifica, dulcem matris affectionem miserorum casibus tribuis: nec dies nec quies vlla, ac ne momentum quidem tenue tuis transcurrit beneficiis ociosum, quæ mari terráque protegas

tegas homines, & depulsis vitæ procellis salutarem porrigas dextrā, qua fatorum etiam inextricabiliter cōtorta retractas licia, & fortunæ tempestates mitigas, & stellarum varios meatus cohibes. Te superi colunt, obseruant inferi: tu rotas orbē, luminas solem, regis mundū, calcas tartarum. Tibi respondent sidera, redeunt tempora, gaudent numina, seruiunt elementa: tuo nutu spirant flumina, nutriuntur nubila, germinant semina, crescunt germina: tuam maiestatem perhorrescunt aues cœlo meantes, feræ montibus errantes, solo latentes, belluæ ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis exilis ingenio, & adhibendis sacrificiis tenuis patrimonio: nec mihi vocis vbertas, ad dicenda quæ de tua maiestate sentio sufficit: nec ora mille, linguæque totidem, vel indefessi sermonis æterna series. Ergo quod solum potest religiosius quidem, sed pauper alioquin efficere, curabo: diuinos tuos vultus, numenque sanctissimum, intra pectoris mei secreta conditum perpetuò custodiens imaginabor. Ad istum modū deprecato summo numine, complexus Mithram sacerdotem, & meum iam parentem, collóque eius multis osculis inhærens, veniam postulabam, quòd deum condignè tantis beneficijs remunerari nequirem.

Tu quidem sancta Est videre in Lucio nostro orationes diuinas tā sanctè, tam grauiter, tam sententialiter cōpositas absolui, vt nihil religiosius dici quicquam possit: vt Apuleianæ precationes possint cōmodissimè aptari ad diuam Christia notū: vt quicquid hoc in loco dicitur de Luna siue Isside, idem religiosè & conducenter debeat. Virgine dici possit. Innumeri sunt hymni, precationes, orationes compositæ à doctissimis ad diuam Virginem: sed nihil est (quod bona cum venia illorum dictum sit) cum hac Apuleiana precatione comparandum, hæc doctrinæ & elegantiæ omnis est referti ssima: hac rogata dea nostra non minus placaretur, fieretque propitia, quàm omnibus

sanctorum orationibus. Specta dictiones, pensita sensus, perpende mysteria: videbis nihil quicquam absolutius posse ex-

cogitari, dignámque esse precem quæ sacris nostris inferatur, & ad exorandam Christianæ sectæ sospitatricem quotidie peculiariter adhibeatur. sed iam verba ipsa sancta & pura dispiciamus. *Matris affectionem.*] Quid maius in laudem deæ nostræ dicitur, quàm quòd materno affectu & indulgentia nos foueat; quòd benigna, mitis, indulgens, perinde ac piissima mater casibus nostris opituletur, nec benefacere vllo vnquam tempore cunctetur: cui eximia propter merita cognomen indidimus maternæ veneration is, quę Christianorum mater ac sospitatrix passim appellatur. *Fatorum retractas licia*] Dicit numen deæ posse fatalia decreta rescindere, vel saltem remorari ita vt fila Parcarum, quas inexorabiles aiunt, retractet, protogétque, sicut Ezechiæ fata in an. 15. sunt protelata prolongaráque. nomine autem fatorũ, quæ tria sunt, tres quoque Parcæ significantur, quas Plato & Plotinus filias ἀνάγκης, id est necessitatis esse dixerunt: quarum Lachesis præterita, Clotho præsentia, Atropos futura procuret; quæ sententias Iouis orthographiæ studio veritatis excipiunt, vtpote librariæ superũm, archiuíque custodes. Vel intellige, quòd numen Isidis potest in melius referre, retorquerétque fila Parcarum, vt videlicet si Parcæ dira mortalibus moliuntur, ea in fœlicitatem numinis potentia conuertantur. *Luminas solem*] Euidenter ostenditur deam hanc esse, intelligíque parentem rerum naturã, ac opificem deum summum, cuius nutu cuncta fiunt: qui principia, fines, & media rerum omnium penetrat: qui illustrat solem, rotat mundum, quem patrem & architectum huius orbis pronunciant: alioqui lunæ non conuenit, vt solem illuminare dicatur, cum ipsa à sole lumen mutuetur: nec Luna rotat orbem, sed ipsa in orbe statutis motibus rotatur. denique Lunæ maiestati ista non conueniunt, quæ hic explicantur, nisi mystico intellectu perpendantur. Itaque hæc omnia ad vltramundanum deum referenda sunt, qui genitor rerum omnium est beatificus, optimus, maximus, indicibilis, innominabilis: qui siue masculino genere siue fœminino dicatur, nihil refert: cum in rebus diuinis non sexus, sed potestatis maiestas quærenda sit. *Tibi respondent sidera.*] id est, motus siderales tibi consentiunt, atque obsequuntur. respondere enim est congruere & consentire: vnde & responsus pro conuenientia dicitur, & congruentia ac consensu. Vitruuius: Symmetrica est ex ipsius operis membris rotæ partis responsus. *Flumina.*] Speciosior lectio est flamina: vt dicat, flumina, hoc est ventos deæ nutu spirare. Non ignoro, & ex fluminibus auras spirantes sentiri, vnde Homerus & Plinius, auras antelucanas è flumine semper insalubres esse tradiderunt. De Nilo auctores

annos

annotauerunt,quòd contra fluminum naturam nullas ſpiret auras:quaſi anauros,id eſt,ſine aura ſit.

Germinant ſemina. } Quædam arbores terna germina edunt vt robur & abies & larix. ſerotino quædam germinatu florent, maturántque celeriter : vt morus , quæ nouiſſima vrbanarum germinat , nec niſi exacto frigore : ob id dicta ſapientiſſima arborum.

Aues cælo meantes. } Tres exornationes iunctim locatæ: Iſocolon , id eſt, compar: homœoteleuton, ſimiliter deſinens : homœoptoton,ſimiliter cadens:quibus ſi commodè collocata fuerint,rarentérque interſpargantur , tanquam luminibus diſtinctis illuſtrabimus orationem. *Beluæ ponto natantes.* } in ponto,hoc eſt mari,beluæ ſunt omnis generis , monſtrificæ & enormes:&, vt tradit Plinius,vulgi opinio eſt, quicquid naſcatur in parte naturæ vlla,& in mari eſſe: prætérque multa quæ nuſquam aliubi. à beluarum & multitudine & magnitudine beluoſus oceanus Horatio Flacco eleganter dictus. Inter cæteras maris beluas ſunt balenæ,piſtris,phyſeter,rotæ,orcæ.

Nec ora mille.] ſcilicet ſufficiunt.ſumptum ex poetica illa locutione:Non mihi ſi linguæ centum ſint,oráque centum, Ferrea vox.ab Homero parcius dictum, δίκα γλῶσαι, δίκα στόματα, Decem linguæ,decem ora. *Quod ſolum poteſt pauper.* }non hecatombis, non auro, non argento pauper deum colere poteſt:ſed pura mente,& corde caſto,& cogitatione indiuidua:quod ſacrificij genus & culturæ præſtaturum ſe Lucius noſter ſpondet. Etenim homines tenues vnum habent colendi dei locum , mentem ſcilicet & imaginationem,vt ſyncero animo Deum adorent , Deum imaginentur : qui verus eſt Dei cultus, legitimúmque ſacrificium. *Pectoris ſecreta.*]Conſimile eſt illud Perſianum: Compoſitum ius ſaſque animi,ſanctóſque receſſus Mentis , & incoctum generoſo pectus honeſto. *Meum iam parentem* }Meritò ſacerdotem,à quo conſecratus fuerat,parentem vocat,quaſi auctorem ſecundæ natiuitatis. vt iterum quaſi renatus fuiſſe videatur, quando ſacris initiatus eſt.præterea patrem religionis cauſa & ætatis, ſacerdotem appellare ſolemus. quinetiam præceptores hoc nomine dignamur , cum mentium parentes ſint , ſicuti patres corporum. *Quod deum.* } Legendum puto,eum: vt ad ſacerdotem referatur, cuius beneficiis remunerationem condignam negat ſe poſſe rependere.

Diu denique gratiarum gerendarũ ſermone prolixo commoratus, tandẽ di-

Gratiarum gerendarum. } Acyros loquutus vi-

Digitized by Google

detur, cum cónſue tudo quotidiani ſermonis ſit, vt gratias agendas eſſe potius quàm gerendas vſurpet. *Patrium larem.*] domicilium paternum. Contendo, pergo & progredior. *Conſtrictis ſarcinulis.*} alligatis. Moris eſt viantium, ſarcinulas alligare. Plin. in epiſtolis: Atque adeò ſarcinulas alligamus, feſtinaturi quantum itineris ratio permiſerit. *Hauſi portum.*} in portum fœliciter perueni. *Carpento.*] plauſtro. nam carpentum genus eſſe currus, ſiue vehiculi, ſat notum: & aliubi annotatum. cuius faber dicitur carpentarius. *Peruolaui.*}

gredior, & recta via patrium larem reuiſurus meum, poſt aliquantulum temporis contendo: pauciſq; poſt diebus dei potentis inſtinctu, raptim conſtrictis ſarcinulis, naue conſcenſa, Romam verſus profectionem dirigo, tutiſq; proſperitate ventorum ferentium, hauſi portum celerrimè. Ac dehinc carpento peruolaui: veſperáq;, quā dies inſequebatur iduū Decembrium, ſacroſanctam iſtam ciuitatē accedo. nec vllum tam præcipuum mihi exinde ſtudiū fuit, quàm quotidie ſupplicare ſummo numini reginæ Iſidis: quæ de templi ſitu ſumpto nomine Campenſis, ſumma cum veneratione propitiatur. Eram denique cultor aßiduus, phani quidē aduena, religionis autem indigena. Ecce tranſcurſo ſignifero circulo ſol magnus annum compleuerat, & quietem meam rurſus interpellat numinis benefici cura peruigilis: & rurſus tē leta, rurſus ſacrorum commonet. Mirabar quid rei tentaret, quid pronunciaret futurum. quidni? pleniſſimè iamdudum videbar initiatus.

Ad ſignificandā celeritatē hoc verbo vſus eſt. ſicut & M. Tull. in oratione pro Roſcio Amerino inquit: Decē horis nocturnis, ſex & 50. millia paſſuū ciſiis peruolauit. Ciſiæ (vt Ciceronianum verbum intelligas) ſunt vehicula, ſuper qua re in lib. Annotationum copioſe diligentérque perſcripſimus. *Dies iduum.*] Significat ſe pridie idus decēbris vrbē Romam, quam ſacroſanctam ciuitatē appellat, acceſſiſſe. eſt autem dies menſis xij. Sacroſancta autem ciuitas meritò Roma nominatur, cùm ob religionem, cuius cultores ſinceriſſimi Romani ſemper extitere: tum ob deos, quos dedit mortalibus. Præterea (vt inquit Plinius) numine deūm electa eſt Roma, quæ cœlum ipſum clarius faceret, Eccleſiaſtica do-

doctrina ſancta ciuitatem nuncupat Hieroſolymam. *Cõpenſis.*] Minutulus error ſyllabæ vnius, literæve, interdum magis obturbat ac remoratur commentatoris intentionem, quàm dictiones totæ inuerſæ atque præpoſteræ. qualis eſt hic locus, qui (vt verum fatear) diu me torſit, vexauitque: cum emendatio congruens non ſuppeteret, & dictio barbara illiterataque cognoſceretur. tandem re etiam atque etiam agitata, inſpecta, perpenſa, videor (vt mihi blandiar plauſibiliter) aperuiſſe verbum prorſus Apuleianum, vt ſcilicet legas Campenſis, intellectu hiſtorico, & verbo. nam in campo Martio Romæ erat templum Iſidis, vnde à loco ſumpſit nomen vt campenſis diceretur. quod autem in campo Martio templum Iſidis fuerit conſtitutum, præter alios oſtẽdit poeta Satyricus, cum ait: A Meroe portabit aquas, vt ſpargat in ædem Iſidis, antiquo quæ proxima ſurgit ouili. namque hoc verſu euidenter videtur, ædem Iſidis fuiſſe proximam ouili. ouile autem fuiſſe in campo Martio, tradunt omnes, & imprimis Strabo ſcribit lib. 5. dictatorem Syllam Marianos ad quatuor ferè milia, quia arma proiecerant, in campo Martio ad ouilia coactos, immiſſis militibus triduò iugulaſſe. Liuius quoque ouile indicat fuiſſe in campo Martio, volumine ab origine vrbis 25. Quinetiam Seruius grammaticus, ſepta & ouilia in campo Martio incluſa tabulatis tradit, quamuis parum explicatè: vt in notis Seruianis coarguimus. Lego apud Ioſephum lib. 18. Antiquitatum, templum Iſidis funditus euerſum eſſe Romæ, iubente Tiberio, ſtatuam Iſidis in Tyberim fluuium proiectam, ſacerdotes Iſiacos in cruce ſublatos, ob ſcelus quo matronam adultero tanquam deo Anubidi proſtituerant. *Phani aduena.*] templi. ſe Iſidis aduenam dicit, quia alienigena erat, nec Romæ prius fuerat. indigenam verò religionis: quia cerimonias Iſiacas optimè callebat, eaſque edidicerat ſacris initiatus. Hoc genere eloquendi eleganter vti poſſent ſacerdotes noſtri, qui ex prouinciis huc venientes ad conciliabulum ſacerdotale, ſunt quidẽ aduenæ ipſius templi ad quod veniunt, ſed religionis indigenæ, quã in proprio ſolo & aliubi didicerunt, coluerunt que. *Signifero.*] zodiaco. interdum enim notius eſt vulgatiuſque vocabulum Græcũ, quàm latinum. *Sol magnus.*] Poteſt legi magnum, iuxta illud Maronianum: Interea magnum ſol circumuertitur annum. Annus enim ſolis magnus dicitur, cõparatione lunaris anni, quí eſt mẽſtruus: De magno anno, & maximo, doctiſſimè inter cæteros auctores ſcribit Cenſorinus libro de Die natali. *Interpellat.*] interrumpit. Interpellare enim eſt, hominem aliquid dicentem aut facientem interrumpere & impedire: auctor Aſconius. Interpellatores dicti, qui moleſti ſunt. M. Tull. In ſtudiis (inquit) ſine in-

terpellatore verſor. ſignat ſe à numine deę admonitum eſſe in ſomnis, vt ſecundam teletam expiationemque ſacrorum vſurparet. *Perunigilio.*] Veteres recto caſu docebant peruigil. ſic mugilis dicitur, & mugil. *Teleta.*] expiationis ſacrificalis.

Religioſum ſcrupulum.] Scrupulus religioſus, qui anxium fecerat Lucium, erat ex eo, quod cum ſacris Iſidis pleniſſimè initiatus foret, nõ intelligebat quid ſibi vellent commonitiones nocturnæ, quibus à dea iubebatur, vt rurſus teleta expiaretur, rurſus ſacris cõſecraretur. quod, vt mox docet, erat referendum ad alteram magni Oſiridis religionem: quæ quamuis connexa ſit cum Iſiaca cerimonia, tamen teletæ diſſimilitudine diſcriminatur. Sacratorum antiſtitum, & iuris pontificij omniſque religionis peritiſſimorum.

Ad.] Lege at vt ſit particula aduerſatiua. quæ tamen ab antiquis perſcribitur. *Dominique.* Legi poteſt deúmque, pro deo

Ac dum religioſum ſcrupulum partim apud ſenſum meum diſputo, partim ſacratorum conſiliis examino, nouum mirúmque planè comperior, dea quidẽ me tantum ſacris imbutum, ad magni dei dominique ſummi parentis inuicti Oſiris necdum ſacris illuſtratũ. quanquam enim connexa (imò verò vnica) ratio numinis religioniſq; eſſet, tamen teletæ diſcrimen intereſſe maximum. Prohinc me quoque pœti magno etiam deo famulum, ſentire deberé. nec diu res in ambiguo ſtetit. Nam proxima nocte vidi quendam de ſacratis linteis inuectum, qui thyrſos & heredas, & tacenda quædam gerens ad ipſos meos lares collocaret: & occupato ſedili meo religionis amplæ denunciaret epulas. is vt agnitionem mihi ſcilicet certo aliquo ſui ſigno ſubminiſtraret, ſiniſtri pedis talo paululũ reflexo, cunctabũdo clementer incedebat veſtigio. Sublata eſt ergo poſtam manifeſtam domini voluntatẽ ambiguitatis tota caligo: & illico deæ matutinis perfectis ſalutationibus, ſummo ſtudio percunctabar ſingulos, ecqui veſtigium ſimilis vt ſomnium? nec fides abfuit. Nam de paſtophoris vnum conſpexi, ſtatim præter indicium pedis, cætero etiam ſtatu atque habitu examuſſim ne ſternæ imagini congruentem, quem A-

ſurum

finium Marcellum vocitari cognoui, postea reformationis meæ alienum nomẽ. Nec moratus, conueni protinus eum, sanè nec ipsum futuri sermonis ignarũ: quippe iamdudum consimili præcepto sacrorum ministrandorum commonefactum. Nam sibi visus est quiete proxima, dum magno deo coronas exaptat, et de eius ore quo singulorũ facta dictat, audisset, mitti sibi Madaurensem, sed admodum pauperem, cui statim sua sacra deberet ministrare. Nam & illi studiorum gloriam, & ipsi grande compendium sua comparari prouidentia.

rum. *Artio.*] Corrige, ratio. mẽda est ex transmutatione literarum, quales errores subinde scaturiunt in codicibus impressis. *Numinis Religionisque.*] AEgyptij pęræque vniuersi colunt Isidem & Osirim, quorum mysteria sunt cognata atque germana: nec immeritò, cum Isis Osiridis & soror & coniunx fuisse dicatur: quæ viro mortuo iurauit nulli se deinceps nupturã, prout Herodotus, Diodor. Eusebius, cæterique prodiderunt. & vt antè dictum est, Osirim solem, Isidim lunam esse arbitrabantur, vtrunque multinominem & omnipotentem. *Prohinc.*] proinde, ideóque. *Magno deo famulum.*] qui sacris Isidis desponsus est, idé quoque Osiridi (quem magnum deum vocat) famulari debet, & consecrari, vt numina coniunctissima adæquè colat, sitque vtriusque nominis sacerdos. *De sacratis.*] Hic distinguendum est, ne iunctim legas desacratis linteis. est enim sensus & ordo: Vide quendam de sacratis (hoc est sacerdotibus) intectum linteis, id est, veste lintea & sacerdotali amictum. *Vidi*] scilicet, secundum quietem & in somniis. *Thyrsos gerens.*] Sacerdotes Osiridis Thyrsos & hederas gestare meritò dicuntur, cum Osiris idem sit & Dionysius, siue Bacchus, quem vitis & hederæ inuentorem perhibent: vnde & viti sator dictus est. Hedera Dionysia siue Bacchica vocatur, quam lingua AEgyptia Osiridis plãtam nominant, quæ in sacris viti præfertur, ex eo quòd vitis folia amittat, illa verò perennem seruet viriditatem. Thyrsum autem dici hastam pampinis inuolutam, & hederis circunfusam, tradunt: à qua cultores Bacchi thyrsigeri dicti. Thyrso (vt eruditi autumant) Liber pater ferit non sentientes, quoniam vinũ latenter ferit cerebrum potoris. Thyrsum pro stimulo & incentiuo posuit Lucretius. *Religionis amplæ.*] religionem Isidis dicit. *Cunctabundo.*] lento & tardigrado. *Incedebat.* incedere vide-

Catulla cum. de Isidę

batur. narrat enim nocturnam visionem, perfectis salutationibus, mysteriis diuinis celebratis. Quid sit salutare deum, antè dictum est. *Et qui.*] Melius legitur Ecqui, id est, num quispiam foret vestigium similis, hoc est, habens vestigia similia illi sacerdoti, quem in somniis videram, qualemque mihi quiescenti somnium demonstrauerat. Est autem vestigium similis, archaismos vetúsque figura, pro habens similia vestigia: sic & Virg. Omnia Mercurio similis vultúmque colorémque. *Fide abfuit.*] Lego, nec fides abfuit. Potest & legi, nec is defuit: vtroque intellectu lectioneque planissima. *Pastophoris.*] Pastophoros sacerdotes sacrosanctos esse, & pastophoria sacerdotum domicilia dici, suprà explicauimus. *Praeter indicium pedis.*] claudicationem intelligit, quæ ex sinistri pedis talo inflexo faciebat tardigradum sacerdotem, tales propriè dicuntur Scauri. *Caeteros.*] Legendum est cæteris, vel cætero, vt sit sensus, conspexi vnum sacerdotem præter illud indicium pedis tortuosi, congruentem etiam in cæteris rebus & statura & habitu nocturnæ visioni. *Statu.*] statura. *Examussim.*] perfectè, diligenter, absolutè. Plaut. Examussim est optima, dicitur & ad amussim. *Asinium Marcellum.*] Lego, Asinium: siquidem Romanum nomen est Asinius, vt apud Catul. Martucine Asini manu sinistra. Non belle veteris. Celebrati sunt inter oratores Asinius Pollio, & Asinius Gallus. In patria mea gens Asiniorum fuit, olim florentissima, opulentissimáque: à qua turris in minusculo foro constructa conuisitur, quam à conditoribus in hodiernum vsque cognominant turrim Asiniorum, quæ altitudine structuræque æquilibrio est Bononiæ spectatissima. *Alienum nomen.*] Legendum putamus, Non alienum nomen. dicit enim, Asinium Marcellum habuisse nomen non alienum à sua reformatione, qua in asinum fuerat demutatus. namque inter asinum & Asinium cognatio est & proximitas. igitur congruenter illi qui asinus fuerat, per Asinium sacra ministrantur. *Commonefactum.*] sicut Isis sacerdoti suo per quietem præcepit, quæ erga Apuleium essent faciendâ: sic & Osiris sacerdotem suum pariter secundum quietem commonefecit, vt sacra sua Madaurensi Apuleio ministraret. *Magno deo.*] Osiridi. *Facta dictat.*] Elegantior lectio est Fata, vt intelligamus, fatalia mortalium decreta constitui decernique ab Osiride: tanquam causa primordialis sit, à qua cæteræ causæ dependeant. *Madaurensem.*] Lucium Apul. qui Madaurensis fuit, ex Madaura Africæ ciuitate: vt docuimus in principio commentariorum, hinc Platonicus Madaurensis dicitur à Sidonio. *Illi.*] Apuleio. *Ipsi.*] Asinio Marcello. *Magno compendio.*] lucro. compendiosum dicimus

dicimus lucrosum, sicut econtrariò dispendium damnum, & dispendiosum dãnosum. Columella: Dispendiosa cunctatio est.

Ad istum modum desponsus sacris, sumptuum tenuitate circa votum meum retardabar. Nam viriculas patrimonij, peregrinationis attriuerant impẽsæ, et erogationes vrbicæ pristinis illis prouincialibus antistabant. Plurimum ergo duricia paupertatis intercedente, quod ait vetus prouerbium, inter sacrũ & saxum positus cruciabar: nec secius tamen idẽtidem numinis premebar instantia. Iámque sæpicule non sine magna turbatione stimulatus, postremò iussus, veste ipsa mea quamuis paruula distracta, sufficientem corrasi summulam, & idipsum præceptum fuerat specialiter. An tu, inquit, si quam rem voluptati struendæ molireris, laciniis tuis nequaquam parceres? Nunc tantas cerimonias aditurus, impœnitendæ te pauperiei contaris comitem? Ergo igitur cunctis affatim præparatis, rursus decem diebus inanis contentus cibis, insuper etiam de Serapis, principalis dei, nocturnis orgijs illustratus, plena iam fiducia germanæ religionis, obsequium diuinum frequẽtabam. Quæ res summum peregrinationi meæ tribuebat solatium: nec minus etiam victum vberiorem subministrabat, quid ni? spiritu fauentis euẽtus quæsticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani. Et ecce post pauculum tẽpus tri opinatis, & vsq; quaq; mirificis imperijs domi-

Despõsus sacris.] Desponsa dicitur, quæ promissa vxor est: desponsus, qui vxorem spopondit se ducturum. qui sponderat filiam, despõsisse dicebatur: hinc & despõsus dicitur, qui promissus est sacris, & obligatus: & desponsor, qui promisit: à despõdendo nam omnia. spondere verò & despondere, à sponte inclinantur, id est voluntate. Illud obiter annotatu dignũ, quòd despondisse animum is dicitur, qui suæ spontis statuit finem, & de vita desperauit: qua elocutione vsitati sunt M. Varro, Plautus, Liuius, Seneca, totáque illa cohors scriptorum classicorũ. Elegãter quoque dixit Columella, despõderis sapientiam, pro desperaueris ad sapientiam te peruenire

ni rursus interpellor & cogor tertiâ quo que teletam suscitare. nec leui cura sollicitus, sed oppidò suspensus animi, metum ipse cogitationes exercitius, cogitabã quorsus noua hæc & inaudita se cœlestium prorigeret intẽtio: quod subsiciuã quannuis iteratæ iam traditioni remansisset, nimirum perperam, vel minus plenè consuluerunt in me sacerdos vtriq;, & Hercules iam de fide quoque eorum opinari cœptabam sequius. Quò mi cogitationis æstu fluctuantem, ad instar insania percitum, sic instruxit nocturna diuinatione clemens imago. Nihil est, inquit, quòd numerosa serie religionis, quasi quicquam sit prius omissum, terreare. quin assidua ista numinum dignatione lætum capesse gaudium, & potius exultare, futurus quod alij vel semel vix conceditur: téque isto numero meritò præsume semper beatum. Cæterùm futura tibi sacrorum traditio per necessaria est, si tecum nunc saltem reputaueris, exuuias deæ, quas in prouincia sumpsisti, in eodem phano depositas perseuerare: nec te Romæ diebus solennibus vel supplicare his, vel cum præceptum fuerit, fœlici illo amictu illustrari posse. Quod fœlix itaque ac faustum salutaréque tibi sit, animo gaudiali rursum sacris initiare, dijs magnis auctoribus.

posse. *Circa votũ.*] Corrige, contra votum. *Iuriculas patrimonij.*]Legẽdum est, viriculas, hoc est pusillas vires, à viribus *vis negatiuũ*; inflexo vocabulo. Dicim⁹ autem eleganter viriculas patrimonij, pusillum patrimonium siue facultatulam, & reculas. in Apologia scribit patrimonium à se imminutum modicè esse, partim peregrinationibus, partim liberalitatibus, dum amicis opitulatur, & magistris gratiam refert, quorum filias etiam dote auxit.

Erogationes vrbica.] Sensus est: erogationes pecuniarum, quas in vrbe Roma facere cogebar, vt sacris Osiridis consecrarer, lõgè maiores erant, quàm fuissent illæ priores prouinciales, in Achaia scilicet prouincia factæ, ad peragendam Isiacæ cerimoniæ consecrationem. Ab vrbe deriuatur vrbicus, & vrbanus: vt ab oppido, oppidic⁹ & oppidanus. prętersea vrbanicianũ vsurpari leges, & vrbicariũ, ab eadẽ origine formato

formato vocabulo. *Antiſtabant.*} præcellebant, exuperabántque Dicimus antiſtat cæteros & cæteris, ſic præſtat doctos & doctis, pro exuperat & antecellit. *Duricia paupertatis.*} Verſus apud Græcos vice prouerbij celebratus eſt, ὐδὲν πενίας βαρύτερον ὄζι φορτίον: id eſt, nullum onus paupertate durius, grauiúſque eſt. Ab eiſdem Græcis id quoque canitur, πενίαν φέρειν χὴ γῆρας ὄζι δύσκολον, id eſt, paupertatem ferre & ſenectutem difficile eſt & durum. *Inter ſacrum & ſaxum poſitus.*} Prouerbium hoc difficultatis eſt, & periculi cui conſimile eſt illud vulgi ſermone protritum, inter calces & parietem. hoc autem maxime Plautinum eſt ex Captiuis: Nunc ego inter ſacrum ſaxúmque ſto, nec quid faciam ſcio. ſumptum autem videtur à fœdere faciendo, cuius hæc erat formula. Fœcialis ſacerdos ſumpto in manu ſaxo, porcóque adhibito, poſt recitatas ex tabula leges: Audi (inquit) Iupiter, ſi illis legibus Pop. Romanus, prior defecerit publico conſilio, dolo malo, tu illo die Pop. Romanum ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantóque magis ferito, quanto magis potes, polléſque. Vbi id dixerat, porcum ſaxo ſilice percutiebat. ex hac ſolennitate fœdus grammatici dictum eſſe interpretantur, à porca fœdè & crudeliter occiſa. Igitur cum porcus ille inter ſacrum fœderis, & ſaxum fecialis ſacerdotis ſtaret periculo proximus, fœdámque mortem iamiam ſubiturus, vbi nullum erat effugium: inde factum eſt prouerbiũ de hominibus in periculo & difficultate poſitis, vt dicatur, Inter ſacrum & ſaxum poſitus eſt. Haud lõgè diſſimilis ſententia eſt παροιμία illa Græcorum τὸν ὦτον ἔχω τὸν λυκόν: Latinè dicitur, aurib. lupum teneo: cuius Terent. Suetonius, Hieronymus meminerunt. Quoniam incidimus in mentionem lapidis ſacrificalis, nõ ab re fuerit hoc potiſſimum loco annotatiũculam conficere, enarratéque quid ſit Iouem lapidem iurare. nã & apud M. Tul. quæri ſolet, quid ſignificet in epiſtolis ad Trebatium: Quomodo tibi placebit Iouem lapidem iurare. & apud Gellium: Iouem lapideum, inquit, quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum, paratus ſum ego iurare. Hoc anxiè quærẽs, legi iampridẽ, quod ad hanc rẽ facit apud Feſtũ Pompeiũ, ſcripto ré promiſcuũ, ſic tradi: Lapidẽ ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicẽtes: Si ſciẽs fallo, ita me Dieſpiter ſalua vrbe arcéq; bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Verùm cum hoc grãmatici interpretamentum non plenum eſſe mihi videretur, neq; deſiderio faceret ſatis, in euoluẽdis voluminib. incidi in Polybiũ Megalopolitanum, qui fuſius vberiúſque explicat, quid ſit Iouẽ lapidem iurare. cuius verba, vt res planius noſcatur, appoſui ex lib. 3 hiſtoriarũ, quæ ſunt hæc: In primo fœdere iuſiurandũ factũ

accipiimus,primumCarthaginienſes deos patrios iurati ſunt:deinde Romani per lapidem,ſecundum vetuſtiſſimum ritum,Martis Quiriníque numinib.additis,iuſiurandum præſtiterunt:ritus verò lapidis fuit huiuſmodi. Fœciális ſumpto in manus lapide, poſtquã de fœdere inter partes conuenerat,hæc verba dixit:Si rectè ac ſine dolo malo hoc fœdus atque hoc iuſiurandum facio, dij mihi cuncta fœlicia præſtent. ſin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnib. ſaluis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis laribus,in propriis templis,in propriis ſepulchris, ſolus ego perream, vt hic lapis è manib.meis decidet. nec plura locutus,manu lapidem deiecit.Hactenus Polybius. *Sepidè.*] Minutulus error,pro ſæpiculè:aduerbium eſt,Lucio noſtro frequens, id eſt ſæpe.*Veſte diſtracta.*]veſtib. diuenditis:Vendidi(inquit) veſtimenta mea, vt ita confecta pecunia poſſem erogationes peragere ad conſecrationem religionis Iſidis pertinentes.*Corraſi ſummulam.*] collegi confecíque ſummam pecuniæ mediocrem. ſic ſuprà:Viaticulum corraſi. Inde corrãſas pecunias,pro collectas & congregatas dixere iuriſconſulti tit. de bonis damnatorum, hiſce verbis? Plerunque inde corrosas pecunias præſides ad fiſcum tranſmiſerunt. *Laciniis nequaquam parceres.*] Proba argumentatio à maioti: ſi cauſa voluptatis implendæ homo non parcit impenſæ,& vendit veſtem: quanto id magis æquum fieri cauſa cerimoniæ adeundæ,cum diuina terrenis,cum æterna caducis, cum bona animi bonis corporis longè ſint anteponenda. *Impœnitendæ pauperiei.*]Impœnitenda eſt pauperies, quam facimus cauſa religionis.propter quam multi aurum argentumque abiecerunt,bona terrena conculcantes, vt animo beatiſſimi forent.Multi nunc ſacerdotes(de bonis loquor)cum nihil habeant, omnia tamen poſſident:iuxta Apoſtolicam ſententiam,quorum Deus diſpenſator eſt largiſſimus. Talis ergo pauperies non ſolum eſt fugienda, ſed vltro appetenda, vt Deo ditiſſimi ſimus, quibus diuitiis nullæ veriores exiſtunt. Pauperies autem accipitur & pro inopia,& pro damno.Contrà compluſculos inuenias, qui exemplum Ananiæ & Saphiræ imitentur, qui Deo mentientes,agro diuendito partem precij ante pedes Apoſtolorum poſuerunt,partem ſibi reſeruantes.Multi auro ſuffarcinati Deum ſequuntur, & foris pannoſi ac ſenti, domi aureos ventilant: non tam ſotera,hoc eſt,ſeruatorem noſtrum,quàm argentinum deũ æſculanumque pertolentes. *Comitem.*] Legitur & committere. *Affatim.*]abundè,largè,copioſe.*Inanis contentus cibis.*]Lego inanimis,hoc eſt inanimatis. Dicit enim ſe in hac quoque cerimonia auſpicanda abſtinuiſſe ab eſu animaliũ per decem dies, ſicuti &

ti & Iſiacis quoque myſteriis factitauerat. Trimegiſtus: Hoc optantes conuertimus nos ad puram & ſine animalibus cœnam. Denarias cerimonias priſci dixere (vt iam docuimus) quibus ſacra adituro decem continuis diebus, certis quibuſdam rebus & cibis erat temperandum. *De Serapis orgiis.*] de Serapi ſuprà copioſiſſimè annotauimus, quem eundem & Oſirim eſſe traduni omnes, & hic noſter euidenter oſtendit. Diodorus in primo Bibliothecæ: Oſiris tum Serapis dicitur, tum Dionyſius, tum Pluto, tum Amon, tum Iupiter. Martianus quoque in hymno ſic inquit: Et Serapim Memphis, Nilus veneratur Oſirim. illud adde, quòd Appion cognominatus Pliſtonices, ſcriptum reliquit, fuiſſe in labyrintho Ægypti coloſſeum Serapin, ex ſmaragdo nouem cubitorum. *Germanæ religionis.*] vel quod religio Oſiridis & Serapis germana, imò eadem eſt, cum idem ſit numen: vel potius, quòd cerimoniæ Iſidis & Oſiridis (vt antè dictum eſt) ſunt inter ſe cognatæ atque germanæ: ob quam cognationem fidentior obſequium diuinum capeſſebat. *Quid ni.*] cur non? interpoſitio comica, vt ſuprà. *Euentis euentus.*] Superius quoque annotatum eſt, euentum fuiſſe deum priſcorum, maximè agricolarum: quem M. Varro inuocat in primo de re Ruſtica: quoniam ſine ſucceſ. ac bono euentu fruſtratio eſt, non cultura. Praxiteles (Plin. teſte) fecit euentus ſimulachrum, quod fuit Romæ in Capitolio. *Nutrito.* } ſcilicet mihi: & ſubaudi verbum Subminiſtrabat. *Quæſticulo forenſi.* } Quæſticulus forenſis dicitur, paruum lucrum, partum ex actione cauſarum forenſium: quarum ſe actorem & patronum fuiſſe ſignificat. dicitur quæſticulus, puſillus quæſtus: vt lucellum, minutum lucrum. M. Tul. in 2. de Diuinatione: Conuenire poteſt aut fiſſum iecoris cum lucello meo, aut meus quæſtuculus cum cœlo, terra, rerúmque natura. *Sermonis Romani.*] Latini: idem enim eſt ſermo Romanus & Latinus: at (vt inquit Diomedes) Latinis eſt incorrupta loquendi obſeruatio ſecundum Romanam linguam. Patrij ſermonis egeſtas, dixit Lucretius: pro Romani, hoc eſt Latini. Aliubi fuſius latiúſque explicauimus, vernaculum ſermonem Romanorum fuiſſe Latinũ. *Imperiis domini.* } iuſſu Oſiridis. Vel lege Deũm, pro deorum: cuiuſcemodi error frequenter obrepſit. *Tertiam teletam.* } expiationem, purificationémque: vt tertiæ quoque religionis ſacris initiarer, vt ter ſacratus, ter religioni deſponſus fierem beatiſſimus, cum numerus ternarius plenè perfectus ſit, & maſculus numerus dictus. *Oppidò ſuſpenſus.* } valde ſolicitus. *Animi.* } pro animo: archaiſmos, vt ſuprà. ſic Horat. Integer eſt animi. ſic & M. T. pendeo animi. *Exercitus.*] exercitatus, & iugi cogitatione mecũ ipſe

recogitans. Aliàs exercitus dicitur contemptus, vt docet Placiades ex auctoritate Plauti, scribentis: Nos nostrámque familiam habes exercitam. *Quid subsiciuum.*]quid reliquum. Super hoc verbo, suo loco satis ac super. *Iteratæ.*]repetitæ: & hoc dicit propter sacra primò Isidis, mox Osiridis, quib. vtrisque fuerat dedicatus. Horat. Cras ingens iterabimus æquor. *Sacerdos vtrique.*]alter Isidis Mithra, alter Osiridis Asinius Marcel. *Sequius.*} in deteriorẽ partem. *Percitum.*]perculsum, commotúmque: ea fermè commotione, qua insani solent. *Nihil est, inquit.*} Verba imaginis diuinæ & propitiæ ad Lucium: quib. admonetur, vt alacri animo & fidenti & gaudibundo tertiam sacrorum traditionem suscipiat, initietúrque tertiis sacris, auctoribus diis: quod illi fœlix ac salutare futurum sit. erant autem hæc tertia sacra Isidis, scilicet Romanæ, vt scilicet ita Romæ Isidis sacris dedicaretur, sicut in prouincia Achaia fuerat dedicatus. nam cum in prouincia reliquisset amictum illum Isiacum sacerdotalem, erat opus vt alterum Romæ quoque repararet, & ita secundalsiaca cerimonia imbueretur, quoniam sine illa sacrificali veste dieb. solennibus supplicare non poterat. *Numinum dignatione.*} Quod dij dignentur te tam frequenter inuisere, quòd te peculiariter dignum iudicent suorum sacrorum initiationibus. *De isto numero.*]scilicet ternario, qui princeps est imparium, qui perfectus gignit senarium. nouenariúmque: cuius auspitio preces tertiò, ac libamina repetuntur. vt Pythagorici autumant, ternario numero omnia continentur. Græci triada vocant, cuius vim multiplicem explicat Ausonius in Grypho ternario. Libet obiter enodare nodum ex grypho Ausonij de trigono, sic scribentis: Per trinas species trigonorum linea currit Æquilatus, vel crure pari, vel nominis impar. quibus planè versibus significatur, quòd tripleuros tres habet formas dissimili positione figuratas. Nã trigonos omnis aut est isopleuros, aut isosceles, aut scalenos. Isopleuros est, tribus paribus lineis lateribusque concurrens, latinè æquilaterum dicitur: æquilatus, dixit Ausonius. Isosceles est, quod ex tribus lineis duas æquales habet, quibus quasi cruribus insistit. nostri æquicrurum vocitant: Ausonius, crure pari. Scalenos verò, omnes lineas tres inæquales habet: quod signat clausula carminis nouissima, vel nominis impar. In mentione ternarij numeri subit mentẽ prouerbium græcum, πάντα ὀκτώ: quo significatur, octonario numero cuncta cõtineri. Quidam autumant deos esse octo, omnium dominos, & cũcta continẽtes: videlicet πῦρ, ὕδωρ, γῆ, ἀήρ, σελήνη, ἥλιος, μίθρης, νύξ: id est, ignem, aquam, terram, cœlum, lunam, solem, mithram, & noctem. Vbi annotandum, mithram à sole seiungi, diuersumque

uerſúmque cenſeri deum. Alij hanc parœmiam aliunde ortam prodiderunt. *Exuuias dea.*]Intelligit Olympiacam illam ſtolam nuncupatam,quæ erat talaris byſſina floridè depicta, qua indutus inſignitúſq; celebrauit natalem ſacrorum Iſiacorum:vt proximè explicatum eſt.hanc autem veſtem exuerat depoſuerátque in templo Iſidis prouincialis in Achaia. Ideóque paranda erat Romæ altera per nouam religionis conſecrationem. *Fœlici amictu.*] Nimirum fœlix amictus eſt ille nominandus, quo ex prophanis efficimur ſacrati,ex impuris puri,ex tenebricoſis lumino ſi,& ab hac rerum terrenarum colluuione transferimur ad vitam ſinceriſſimã,& perinde beatiſſimã;qua tu Antiſtes ampliſſime illuſtratus,meritò dici beatus potes,& fœlix,cũ in te ſacerdo tali dignitati ſit literarũ doctrina cõiuncta. *Initiare.*]Ego initiatus tertiis cerimoniis:imperatiui modi eſt.*Dijs magnis.*]Oſiris,ſiue Serapis & Iſis dij magni intelliguntur,quorum auctoritate & iuſſu iubetur tertium conſecrari. Græci θεοὺς μεγάλους vocãt deos magnos,de quibus M.Varro hæc : Principes dei cælum & terrã, hi dei. Idem: qui Ægypti Serapis & Iſis, in Latio Saturnus & Ops:cœlum enim & terra (vt Samothracum initia docent) ſunt dei magni,& hi quos dixi multis nominibus. hactenus Varro.idem:Dei magni Samothraces nominantur,de quibus Satyricus: Iures licet,& Samothracum Et noſtrorum ares.Macrobius in 3. Saturnalium, non parum multa ſcripſit de diis penatibus , quos eoſdem & deos magnos & Samothracas & deos patrios eſſe celeberrimorum ſcriptorum auctoritatibus oſtendit ? ex quo liquet , verum id eſſe quod ſæpe iampridem teſtati ſumus, deum eſſe vnum,nomina multa.

Hactenus diuini ſomnij ſuada maieſtas quod vſus foret, pronunciauit. nec deinceps poſtpoſito, vel in ſupinam procraſtinationem reiecto negocio,ſtatim ſacerdoti meo relatis quæ videram, inanimæ protinus caſtimoniæ iugum ſubeo,& lege perpetua præſcriptis illis decem diebus ſpontali ſobrietate multiplicatis,inſtructũ teletæ comparo,lætior tus ex ſtudio pietatis magis quàm mẽſu ra rebus collatis,nec Hercules laborum

Suada.]Suadẽs, & (vt veteres dicebant) perſuatrix : Græci Pitho vocant perſuaden di deam quam in labris Pericliis Athenienſis ſcripſit Eupolis ſeſſitaniſſe. hanc Ennius Suadam appellauit , ſcribens Cethegum oratorem Suadæ medullam fuiſſe, ob

suam eloquentiam. Horat. suadelam vocat, illoversu: Et bene nummatum decorat Suadela, Venusque. Quintilianus rhetoricen dicere volens esse Suadæ medulam, nec tamen audens vti verbis Ennianis, dixit persuadendi opificem: quod græcè Isocrates dixerat πειθοῦς δημιουργόν. à poeta bono fames male suada decenter dicta est, quòd suadeat maleficia, & ad malum præcipitanter impellat. *In supinam procrastinationem,*] Supina procrastinatio dicitur ignava, mollis, & languida cunctatio, dilatióque: quæ dispendiosa est, & infensa magnis plerunque rebus gerendis. iuxta illud Silij: Cùm fata tenemus, Pelle moras, brevis est magni fortuna favoris. M. Tull. in 6. Philippica: Nam cũ plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. Dicimus procrastinare & re crastinare: pro differre, & in crastinum prorogare. Columella; propter quæ recrastinari non debet. *Inanimæ castimoniæ.*] Iam (inquit) redeo ad castimoniam, abstinentiámque ciborum inanimatorum: sicut iam bis antè factitauerat. Inanima castimonia dicitur, frugalitas edendi, qua ab animalibus abstinentes, cibariis vescimur anima carentibus. sicut paulo antè dixit: Inanimis contentus cibis, qui victus est Orphicus & Pythagoricus. Talis autem vitæ & castimoniæ iugum plerisque omnibus durissimũ est assue-

me sumptuúmque quicquam pœnituit. quidni? liberali domini prouidentia iam stipendiis forensibus bellalè fotum. Denique post dies admodum pauculos, deus deûm magnorum potior, & maiorũ summus, & summorum maximus, & maximorum regnator Osiris non in alienam quampiam personam reformatus, sed coram suo venerando me dignatus affamine, per quietem præcipere visus est, quam nunc incontanter gloriosa in foro redderem patrocinia, nec extimescerem maluolorum disseminationes, quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibi deseruiebat. Ac ne sacris suis gregi cætero permixtus deseruirem, in collegium me pastophororum suorum imò inter ipsos decurionum quinquennales elegit. Rursus denique, quàm raro capillo collegij vetustissimi, & sub illis Syllæ temporibus conditi munia non obumbrato vel obiecto caluicio, sed quo quo versus obuio, gaudens obibam.

Digitized by Google

est assuetis carnibus vesci, & mihi imprimis: qui malim inter creophagos quàm carpophagos annumerari. & quamuis clamet Pythagoras, Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora, diuitias alimentáque mitia tellus Suggerit, atque epulas sine cæde & sanguine præbet: tamen ego illud ecclesiasticum probo: Omnia munda mundis, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione suscipitur. Si quis mihi interdiceret esum carnium, & ad inanimos cibos relegaret, citissimè rabescerem, fierémque & ipse inanimis. Hic occurrat forsan quispiam dicens, Heus tu magister & commentator noster, hæccine tua est disciplina? sic nos instruis? Ganeo es, & lurco, & edax, & vorax? Tu nobis popinam & ganeam colendam præcipis? Nescis studium salutare fieri non posse citra frugalitatem? nescis parco victu & tenuiculo opus esse studiosis disciplinarum, quarũ tu haberis professor tam magnus, tam famigeratus? Quomodo potes corpori simul & animo vacare? Quomodo popinam simul & libros colis? Isti ego (si quis forsan id quærat) sic voce exertissima respondeo: Lautior victus ad studendum, ad philosophandum, ad bene viuendum impedimento non est, modò sit moderatus: quod olim Aristippum dixisse tradunt. Ego iuxta illud saluberrimum præceptum, edo citra satietatem, bibo citra ebrietatem, edo & bibo vt viuam (prout Socrates monet) non viuo vt edam & bibã, vt Asoti de patella proclamant. Simplex quidem cibus mihi iucundissimus est, vt pote qui homini saluberrimus esse dicatur: sed eum volo delicatiorem, nec inficior, esculentiorémque: qui nec oneret sensus, nec difficulter perficiatur. nec enim ita stomachus meus concaluit, vt etiam etuda digerere possit. in summa, non saginam, non voratrinam ex esu carnium quæro: sed bonã corporis valitudinem, & ingenij salubritatem. & profectò longe conducibilius salutariusque est modico cibo, & eo quidẽ precioso veniculas resocillare, recrearéque, quàm oleribus & pomis atque leguminibus implere ventrem ad saturitatem: quæ omnia sunt cacochyma, vt Galenus docet: & argumenta quotidiana euidenter ostendunt, quibus corpus distentum languet, & animus hebetescit. Sed cum hæc ἐκ δευτέρου ἐρχόμενα dicta sint, iam à diuerticulo in viam regrediamur, vt extrema manus diis hominibúsq; fauentibus hisce commentariis imponatur: vt tandem Lucius noster ex tenebroso lucidus factus, prouolet in publicum, & in manus tuas Antistes Maxime festinanter conueniat, quæ illum comiter, desideranter, amantérque excipient. *Spontali sobrietate multiplicantis.*] Ex præscripto legis sacerdotalis, cibaria voluptas per dies tantum decem erat coercenda, & sinceritas castimoniæ ob-

ſeruanda:tamen Lucius noſter ait ſe multiplicaſſe dies illos frugaliſſimos, & vltronea ſobrietate longe pluribus diebus quàm lex ipſa præſcribat fuiſſe abſtemium, abſtinuiſſéque à cibatu animalium eſculentiore. Quidam putant multiplicatos intelligi dies, quia iam tertia vice abſtinens ſit, & inuinius, vt ita multiplicati ter dies decem ſummam conficiant menſtruam. *Inſtructum teletæ.*] apparatum, inſtrumentúmque neceſſarium ad teletam, id eſt, purgationem & cerimoniam tertiam indipiſcendam. nomen eſt quarti ordinis *Largitus.*] largè & abundanter, media correpta pronunciandum, cum aduerbium ſit. dicitur enim largius pro largè, vt publicitùs pro publicè. Affranius: Quid iſtud eſt? quid fles? quid lachrymas largiùs proloquere? *Domini.*] Oſiridis: vel die deûm pro deorum, vt ſæpe. *Bellule fotum.*] Ordo eſt: nec me pœnituit ſumptum bellule fotum, hoc eſt, ſatis belle & eleganter ſuffarcinatum, inſtructúmque ex lucello & mercede forenſis patrimonij. Bellule aduerbium Plautinum eſt, tertio gradu diminutionis: bene, belle, bellule. *Deus maiorum ſummus.*] Deſcribitur maieſtas Dei ampliſſimi ſacratiſſimique Oſiridis, facta amplificatione per exornationem, quæ græcè climax, latine gradatio nominatur, qua repetitio cuiuſque ſuperioris verbi fit: quæ res habet leporem quendam, & elegantiam. Conſimile eſt illud: Gallus non magis pecuniarum repetundarum, quàm maieſtatis magis, quàm Plautinæ legis: neque Plautinæ legis magis, quàm omniũ legum reus inuenitur. *Affamine.*] affatu & alloquio. *Non in alienam perſonam reformatus.*] Tale eſt illud poeticum: Cum mihi ſe non ante oculis tam clara videndum Obtulit, & pura per noctẽ in luce refulſit Alma parens, confeſſa deam, qualiſque videri Cœlicolis, & quanta ſolet. Scribit Iamblichus Platonicus in libr. de Myſteriis, quòd omnes ſuperi inuocati veniunt in conſpectum: ſed alij ſub aliis formis occurrunt. Dij in aſpectum veniunt admodum ſalutares: archangeli horribiles ſimul & manſueti. Miniores angeli, Dęmones metuendi, Heroes verendi minus. deorũ pulchritudo occurrit inæſtimabilis, incomparabilis, admiranda, ſupra modum delectans. Archangelorum angelorũmque conſimilis: ſed gradatim inæqualis deorum apparentium magnitudo totum cœlum occupare videtur. Dæmonum magnitudo & forma minor, heroum rurſus auguſtior. Denique quilibet pro magnitudine potentiæ ſuæ, & imperij latitudine, magnitudinẽ formæ luciſque præfert. deorũ imagines quàm plurimo ſplendore coruſcant. Dij animas perfectiſſimè purgant, exhibent inſuper alij nobis alia. Dij præſentes dant corpori ſanitatem, virtutem animæ, menti ſinceritatem, quod in nobis eſt letiferum delent, ca-

lorem

lorem fouent,efficaciorémq; reddũt ad vitam, & harmonia intelligibili mẽti lumen offundũt.Optandum eſt ergo vt Deus pótens venerando affamine nos dignetur, veniátque in aſpectũ noſtrum inuocatus,vt tribuat bona prẹmia:ſicut Lucius noſter ait, Oſirim ſuũ ſibi apparuiſſe opitulatoré,monitorémq; vitę ſalutaris,& vt patrocinia ſuſciperet calamitoſorũ cũ homo hominum iuuandorũ cauſa natus ſit.*Recipere.*}Lego, præcipere:eſt.n.viſus præcipere & monere.*Incontanter.*] ſine cũctatione & procraſtinatione.*Deſeruiebat.*}Emendo, diſſerebat:hoc eſt,diſſeminabat: prẹmiſit.n.diſſeminationes maleuolorũ:nam rumuſculi & male dicta inuidorũ diſſerebantur,id eſt,diſſeminabantur,diuulgabant túrq; cũ glorioſa doctrina Lucij rũperentur, & hominis virtutẽ ferre non poſſent.inuidet.n.nemo niſi ſuperiori.Sentẽtia Plautina eſt:Malim mihi inuidere inimicos meos,quã me inimicis meis. *Gregi cætero permixtus.*}Voluit(inquit)Deus me eſſe inter ſuos cultores egregiũ & eximiũ:hoc eſt,è grege exemptũ, tanquã excellentiorẽ,lectiorémq;,nec dignũ gregali colluuione.*In collegiũ paſtophororũ.*]Antè dictũ eſt,paſtophoros fuiſſe venerabiliores,maioríſq; auctoritatis ſacerdotes,quorũ collegiũ erat ſacroſanctũ. Senſus eſt:Oſiris deus elegit me nõ ſolũ vt eſſem vnus in collegio paſtophororũ,verũ etiam inter ipſos decuriones,quorũ dignitas erat tẽporaria,qui per quinquenniũ præerant ipſi collegio.Nunc hodiéq; in collegiis conciliabulíſq; noſtrorũ ſacerdotũ creantur rectores generales,prẹſules,vicarij temporarij,quorũ imperium fermè triẽnale eſt:hos nũc decuriones vocat,ſicut in municipiis decuriones dicũtur ſenatores gubernatoréſq;primarij,& in militia decuriones prẹfecti turmarũ equeſtriũ.Animaduerti in libris Eſdræ paſtophoriũ propriè dici tricliniũ ſiue cœnationẽ,in qua ſacerdotes diſcumbunt.ſic.n.ſcriptũ eſt: Exurgẽs Eſdras ab antè atrium templi,abiit in paſtophorium Ionathæ, & hoſpitatus illic non guſtauit panem, nec aquam bibit, ſuper iniquitatẽ multitudinis.Item paulò antè:In paſtophorio domus Dei noſtri.vbi expoſuit commentator,paſtophorium eſſe thalamum, deputatum ad veſcendum extra atrium ſacerdotum.*Quam raro capillo.*] Legi etiam poteſt quàm raſo,vt dicat capillis bene derafis ex inſtituto ritúque cerimoniæ ſe peregiſſe munia & officia, pertinentia ad collegium paſtophororum,quod Syllanis temporibus conditũ fuiſſe deſignat.Cuius rei nulla ſanè extat hiſtoria.nec refert,neque.n.res hæc eſt digna hiſtorico ſtilo,cũ auctore Cor. Tacito ex dignitate R.P,repertũ ſit,res illuſtres ſcribẽdas annalibus mãdare:minuta verò & vilia,qualia ſunt hẹc de collegio paſto-

phorum,diurnis vrbis actis tradi. *Non obumbrato.*]Solent plerique omnes sacerdotes tiara siue pileolo capitis coronam caluiciúmque factícium obumbrare,obtegerćque.Lucius verò noster denotat,se capite aperto detectóque incedere solitum, palam ostentans derasum caput , & obuium omni ex parte exhibens, nullo galericulo nullóque pileolo obumbrans caluicium sacerdotale. per quod ostendere videtur , se simplicibus moribus & aperto pectore, puróque & (vt ita dicam) fenestrato obiisse munia religionis, citra omnem personam , seueritudinem , sanctitudinémque adumbratam : sub cuius velamento multi flagitiosi delitescunt : Suprà suo loco annotauimus (non indiligenter opinor) pertinentia ad derasum caput sacerdotis , coronámque caluitij manu factam. Illud adde , ne quid sciens prætream:in luctu & amaritudine solitos veteres,maximéque Iudæos,radere caluicium,& caput puluere cineréque turpare. hinc illud Ezechielis:Et superiacient puluerem capitibus suis , & cinere conspergentur,& radent super te caluicium , & accingentur ciliciis. Apud eundem Dominus præcipit (quod annotatu dignum scitúque est) ne sacerdotes caput suum radant : neque comam nutriant: sed tondeant. *Quoquò versus obuio.*}ex omni parte spectabili,cunctísque conspicuo caluicio. *Gaudens obibam.*}cum gaudio,cum hilaritate adibam, peragebámque munia sacerdotalia: quæ lætus obibit & plenus gaudio , quisquis fuerit sacerdos integer vitæ,scelerísque purus:cuius mens non in terris curua, sed in cœlum sublimata , nihil nisi diuinum , nisi cœleste cogitabit: qui contemplatu Dei ac diuinitatis perfruens vitam deget gaudialem , ac prorsus beatam : cuius vtinam nos aliqua ex parte participes esse possimus.

Finis Commentariorum in Apuleij Asinum aureum.

CONCLVSIO OPERIS , AD D. Petrum Archiepiscopum Colocensem,&c.

Habes Antistes maxime,cõmentarios Apuleianos Philippea incude formatos,& succisiuis lucubrationib.absolutos:qui si faciũt ad stomachũ literatoriũ,& cũprimis tuũ,si tibi probãtur,tuiq; similimis,in cœlo sum,nec opera sit iactura,benáfq;horas bene collocatas esse gaudibũdus exulto. Vale,& hoc quicquid est muneris literatorij,ea hilaritate benigne cape,qua lucubrationes id genus nostras capere cõsueuisti. Qui cũ maximis ipse studijs

dijs polleas, noſtra ſitiẽter amplecteris. Lectio. Aſini Apuleiani nimirum ſpeculum eſt rerum humanarum, iſtoque imolucro efficti noſtri mores, expreſſaque imago vitæ quotidianæ conſpicitur. Cuius finis & ſumma beatitas eſt religio, cultúſque diuina maieſtatis, vnà cum eruditione copulata connexaque. Iam vale decus Antiſtitum, & commentarios hoſce vnà cum Aſino aureo conſertos perlege: quo planè opere Lucius noſter magiam aſſerere, eámque rerum omnium potentiſſimam oſtendere, pro virili parte contendit.

AD MAX. ANTISTITEM D. PETRVM ARCHIEPISCOPVM COLOCENSEM, Philippi Beroaldi Bononiensis Epiſtola.

***

MOS fuit, antiſtes ampliſſime ſtatuas eorum publicè dicare, qui aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem meruiſſent. Summíque homines non pauci, ſimulachra corporum ſuorum in propatulo collocata conſpici voluerunt: ita nominis gloriæ conſulentes, ſibique immortalitatem prorogantes. Præclarum hoc ſanè negocium. Cuncta enim virtutis monumenta præclara eſſe cenſeo. Sed nimirum illud multo præclarius eſt, multóque perennius, ingeniorum quàm corporum effigies relinquere, animorum quàm membrorum expreſſa liniamenta nepotibus poſteriſque diſſeminare in memoriam ſempiternam. Siquidem ſtatuæ & imagines intereunt, aut vi conuulſæ, aut vetuſtatis ſitu decoloratæ: volumina verò, quæ ſunt vera ſpirantiáque hominum ſimulachra, nulla vi conelluntur, nullo ſenio obliterantur, fiúntque vetuſtate ipſa ſanctiora durabilioráque. Ego iampridem aliquot id genus effigies ſub literatoria incude procuſas, mihi ipſemet publicè poſui: quibus non minus opinor ingenij mei ſimilitudo expreſſa conſpicitur, quàm Olympionicarum ſimulachris perfecta corporum liniamenta ſpectabantur, quæ Iconica auctiores appellant. Hoc verò nouicium animi noſtri ſimulachrum vario effigiatu cultúque laborioſo perpolitum, ſub tuo nomine publicamus, tibique suncupatim dedicamus, Archiepiſcope Colocenſis: quem meritò beatum cenſemus, cuius ampliſſimæ religioni luculenta doctrina coniuncta eſt: quæ duæ ſociabili nodo connexæ, procul dubio ſunt beatitudinis effectri-

Digitized by Google

ces. Quippe religio vitiorum expultrix. Deo nos conciliat, & vinculo pulcherrimo connectit: doctrina verò virtutis indagatrix, immò ipsa virtus animos nostros exornat, excolit, venustat. Tolle ex mortalium commercio religionem atque doctrinam, quibus haud dubiè vita constat: cuncta conspicies incondita, impolita, squalentia: nec minus tenebricosa, quàm si ex mundo solem lunámque sustuleris. Pythagoras ille Philosophiæ primus nuncupator, inter plurima quæ humano generi saluberrima documenta præcipit, cum primis monet, Deum religione colendum esse, animum disciplinis excolendum. Tu perinde ac Pythagoricis dogmatis observantissimus cultor, ita religione præcellis, ita doctrina præpolles, vt nulli Antistitum clarissimorum sis secundus: agisque Archiepiscopum ex omni prorsus parte absolutissimum, in quo conspicuus Episcopalium virtutum chorus splendicat, & sacerdotalia ornamenta colluceant: Ecclesiæ columen, Euangelij tuba, & doctrinæ Christianæ promptuarium: Apostolus Paulus, in Episcopo perfectissimo desiderat sobrietatem, prudentiam, sanctitatem, continentiam, sanámque doctrinam: quæ omnia in te vno affatim cumulata conspiciuntur. Tu sobrius, tu prudens, tu moribus defecatis ornatus, tu castitate vitæ sanctissimus, frugalissimisque: doctrina verò tanta peculiariter excellis, vt non minus sis eruditione quàm Archiepiscopatu memorandus: instar Iubæ regis, quem studiorum claritate quàm regno memorabiliorem auctores clarissimi prodiderunt. Tu instar Cypriani auro argentóque suffarcinatus exiisti de AEgypto, iuxta Dominicum præceptum despoliata. Tu mellis primitias (hoc est prædulcem eloquij suauitatem) Domino obtulisti. Tu sicuti diceris, ita re ipsa es Archiepiscopus, hoc est princeps primariúsque episcoporum. Nam sicuti claritudo natalium non facit matremfamilias, sed boni mores: ita neque stemmata, neque opes, neque nobilitas dant primatum apicemque summo sacerdoti, sed religio doctrinæ copulata. Contrariò complusculi hac tempestate in ecclesia Dei visuntur, qui cùm episcopali dignitate sint summi, morum & insciliæ dehonestamento sunt infimi: quibus magna lauticiæ luxuriæque cura est, maxima virtutis incuria. In quibus Episcopi nihil quicquam cernas, præter habitum & nomen qui quid sit episcopatus ignorant, instar Phaniæ pontificis, propter rusticitatem quid esset pontificatus nescientis. Conditores ecclesiasticæ literaturæ celeberrimi prodiderunt, cæcum animal Deo offerri, quotienscunque illiteratus sacris initiatur, fitque adscripticius militiæ religiosæ. Dij boni, quot cæca animalia quotidie Deo dedicantur? quot antistites primarij, quot protomystæ, quot Episcopi cæcutientes sunt, & prorsus talpæ, hoc est indocti incultique? Lux enim sacerdotis, & cultus, doctrina est. Habent hi quidem domos exornatas, opiparam supellectilem, familiam numerosam, omnia splendentia præter ipsos dominos: qui vitijs decolorati, & labe ignorationis infecti, sunt tenebrosi,

broſi, prorſúſque ſordeſcunt. Et cum maieſtas Epiſcopalis auro comparetur, non tam fulgore auri ſplendicant, quàm plumbi liuore palleſcunt. Epiſcopus autem cum Græco vocabulo explorator ſiue ſpeculator ſignificetur, videre ſanè eſt tales Epiſcopos dignos tanto nomine, dum curioſe explorant & ſolerter ſpeculantur redditus atque vectigalia epiſcopatus: qua quidem vnica in re merentur Epiſcopi nominari, hoc eſt, exploratores diligentiſſimi, & ſpeculatores ſolertiſſimi, quos (vt ſeriò loquar, & dicam quod ſentio) non tam epiſcopos quàm pſeudoepiſcopos meritò appellaueris. Cum autem ignorantia inter religioſos (hoc maximè ſeculo) tanquam gangræna ſerpat, & perinde ac peſtilentia latè graſſetur: tu ab eius contagione longè reſiliens, munitus temetipſum alexipharmaco doctrinæ Chriſtianæ, eloquentiæque medicamento, quibus nihil poteſt eſſe potentius. Et cum aliorum animi in macie, corpora in ſagina ſint: tua mens adipibus doctrinarum ſaginata pingueſcit: qualis pinguitudo quanto uberior, tanto ſalubrior. Cæterum cum ex Apoſtolico præcepto, oporteat Epiſcopum eſſe Dei diſpenſatorem atque pediſſequum: cumque in eccleſia hoc ſit epiſcopus, quod in naui gubernator, in curru rector, in exercitu dux: tu inſtar boni patrisfamilias tota Eccleſiæ membra circumſpicis, & ne quid luxabundum ruat curioſe procurans: vt verum ſit. Qui bona fide Deum colit, eundem & diuina diligenter excolere. Inflarque boni paſtoris, eorum quibus præes commodis ſalutique ſubſeruis. Tu eccleſiæ rector, exornator, illuſtratorque exiſtis. Et ſicuti ſacrarium ſanctitudinis, ac domicilium Dei eccleſia dicitur: ita te præſide eſſe cognoſcitur. Quæ verò ad tuum ſacerdotium pertinent diuina myſteria, ea tam diligenter, tam ſanctè, tam ſolenniter celebrantur, vt omnia in his maximè caſta, ſolennia, religioſa ſint, vt ſacerdotes alii ex inſtitutis tuis religionis colendæ formulam mutuentur. Ad hæc, cum hoſpitalitas (quæ præcipua virtus eſt) Epiſcopum cumprimis exornet: domus tua patet illuſtribus humilibúſque hoſpitibus indiſcriminatim. Pauperes ad te perinde ac in aſylum ſalutis confugiunt, tuiſque erogationibus ſuſtentantur. Et profectò qui beneficus eſt in egeſtioſos, Deum promeretur: immò (vt verius loquar) Deum ipſum computat debitorem. Plautina illa ſententia. De mendico male meretur, qui ei dat quod edat aut bibat: tibi iure optimo veluti inhoſpitalis ac deteſtanda improbatur, qui probè calles humanitatis officium eſſe, neceſſitati hominis egentis ſubuenire. Quantum verò illud eſt quo præconio, qua laude memor andii, quòd militibus regiis annonam omniſariam, calceos, pilea veſtimenta largè ſuppeditas? qui oppoſiti ſunt veluti obices Turcis coercendis. ſanè decet Epiſcopum orthodoxum nulli impendio parcere, ad cohibendos hoſtes Chriſtianæ fidei ſempiternos: qui ſanguinis noſtri ſitientes, Chriſtianique nominis delendi cupiditate flagrantes, faciunt conſtanter in regionibus Pannonicis incurſiones, omnibúſque viribus expu-

guare contendunt propugnaculum in confinio Pannoniæ munitissimum cui Belgrado nomen. Verùm illic præsidium regium in procinctu semper est, ad illorum impetum retundendum, & ferociam suffrenandam. Hi autem bellatores limitanei tuis immitamentis excitantur, tua largitate fiunt in arma promptissimi: te opitulatorem, te parentem sonore ore appellitantes. inde fit, vt te non minus auxilio pollentem, quàm consilio experiantur. Cum autem summus honos sit, notum esse tantummodo amplissimis principibus: tu apud Max. pontificem Alexandrum es impetrabilis: tu maximo regum regi Mathiæ, (cuius laudes nulla ætas conticescet, qui Alexandro magno, Cæsari dictatori, Hannibali Pæno virtute imperatoria est comparandus) tam charus, tam iucundus olim fuisti, vt apud maximum regum honoratior fueris, quàm apud Scipionem Panætius, apud Alexandrum Aristander. Nec immeritò. Ille enim maximas complusculas tuo consilio, auctoritate, prudentia glorioſe confecerat: quamobrem maximis (sicut par erat) te ornamentis ornauit, & Archiepiscopatus apice meritissimo condecorauit: quem tu tamen antè meruetas, quàm acciperes. Quippe iuri præcellentes student non tam suspicere sacerdotium, quàm mereri. Verumenimuero in ætate hominum agenda (vt inquit Plautina matrona) voluptati mœror comes consequitur & serenitati tempestas est proxima. Denique nulla tranquillitas potest esse diuturna, nec vlla fere est tam solida fœlicitas, quam non fortuna turbo concutiat: quæ semper virtuti aduersatrix est, & contumax. Cuius spicula aculeata cùm alibi, tum in aula principali maximè perforant: vbi inuidi calumniatores atque malenoli criminatores dominantur, qui in cubiculo regio viperea linguas virulentas vibrant in perniciem bonorum: qui fœlicitatem inuident beatis, doctrinam eruditis: qui inuidentiæ stimulis irritati, virtutem præcellentem allatrare non cessant, omni prorsus pestilentia pestilentiores. In hoc maximi Principes (quod cum bona illorum venia dixisse fas sit) identidem peccant: vt videlicet næuo credulitatis infecti, aures nimis patulas præbeant delatoribus, quos (vt sapienter Domitianus dicere solebat) qui non castigat, irritat. Horum itaque ficte criminationes te regi Mathiæ fecere suspectum, te veluti procellæ turbulentiæ ventos regios (qui tibi spirabant secundissimi) immutarunt, in tantum, vt cymba tua retrorsum acta scopulo illideretur. Tunc fortunæ fulminantis ictu non tam extinctus quàm decoloratus, docuisti, virtutem afflari posse, extingui non posse: cuius cum proprium sit, neque rebus secundis immodicè efferri, neque aduersis immimui: tu sicuti in prosperis modestus, ita in aduersis constans, procellam illam impetu vehementiore prosilientem patienter pertulisti, virtutis adminiculo fultus, & conscientiæ immaculabili subnixus. Qui ad vnicum calamitatis leuamentum studia confugiens, id temporis maximè expertus es, literas, sicut fœlicibus in

rebus

rebus ſunt maximo ornamento, ita in calamitoſis eſſe maximo ſolatio, ſingulariq́ue perfugio: ex quo vberrimus eſt fructus, iucunditáſque ſapienti. Verùm cùm maximum hominis propugnaculum innocentia ſit, cúmque virtus concuti poſſit, extindi funditùs non queat: tu priſtino mox faſtigio reſtitutus, clarior illuſtrióreque emerſiſti: inſtar ſolis, quem nubecula obumbrauerit: qua mox diſpulſa, purior, nitidior, flagrantior emicare conſueuit. In præſentiarum in maxima es (ſicut meritò eſſe debes) exiſtimatione atque auctoritate, apud ſacratiſſimum, & omni cum honore mihi nominandum regem Vladiſlaum: quem religioſiſſimum, ſanctiſſimum, indulgentiſſimum Regum omnium, ſciunt omnes qui nouerunt: & conſtans fama, latiſſima prædicatione circumfert: qui regiis virtutib. quaſi compactus atque conglutinatus, duorum regnorum Pannoniæ & Boemiæ habenas ſapienter & ſalubriter moderatur: cui non ſecus ac Traiano alteri, cognomentum Optimi optimè congruit. Quem mihi in animo eſt aliquando reuerenter ſalutare, ſed non ſine munere carthario ſicuti Parthorum regem nemo ſine munere ſalutat. Tu apud ſummates & proceres aulicos omnis es amabilis, atque pro ea (qua plurimum polles) virtute as venerabilis. Te omnes vti parentem colunt, regiq́ue ſtatus patronum ſtrenuiſſimum cum laude ſuſcipiunt. Cæterum cum pulcherrimum ſit, vt in vita, ita in ſtudijs ſeueritatem comitatémque miſcere, & ex diſſonis facere concentum: tu auſteriorem ſpiritualis doctrinæ diſciplinam miſces lenioribus ſecularis ſapientiæ condimentis: poſt ſpicas ſalubriori meſſe collectas, racemos vindemiæ Oratoriæ ſuauiſſimos decerpis, ſine cuius ſuauiolentia doctrinæ omnes inodoratæ, inſuaues, iniucundæ ſunt, & prorſus aſpernabiles. Omnes qui iſtinc veniunt, multa de tua æquitate temperantia, integritate, doctrináque commemorant, téque præconio bonitatis extollunt. Quid memorem quàm probus, quàm ſplendidus, quàm inculpatus exiſtas in vita interiore atque domeſtica: ex qua mores perpenduntur, & interior homo diſpicitur? Cúmque ex moribus miniſtrorum domini perſæpe iudicentur, domus tua tota bene inſtituta: Famulitium, quod pro dignitate copioſum eſt, ad mores dominicos merè formatum: nihil turpe dictu factúque in domo tua neque auditur, neque cernitur. Quod ſi qui aliquando improbiores exiſtunt (difficile eſt enim, in maxima familia ad præſcriptum cunctos innocenter degere) eos tu auſteriore medicina, ſeueritatéque, non tam tetra quàm tetrica, ad frugem bonam reuocare contendis: probiores verò indulgenter amplexaris ac foues. Ita ex malis bonos, ex bonis optimos efficiens: id quod M. Antonij Imperatoris laudem plauſibiliter proditum eſt. Et cum in familia numeroſa plures habeas egregiè fideles, inter cæteros probiſſimus eſt Martinus Athadinus, quo in negociis dominicis obeundis nihil fidelius, diligentius, vigilãtius noui. Quem tu ex omnibus vnum, vtpote ſolertiorem, maximè idoneum delegiſti, cui arcana committeres, & negocia permagna con-

crederes: quem ad Pontificem Maximum nuncium renunciúmque impetrabilem es expertus. Et cum in te abundent virtutis & bonitatis exempla, iusti æquíque pertinax, religioseque institutionis seruantissimus, pensum religiosum, quod quotidianum sacerdos bonus Deo debet, suis horis absolutum incontanter reddis: in tantum dissimilis istis, quibus pro psalterio psaltria est, pro sancto breuiario scortum accubat. Et cum ex Homerica sententia turpe sit viro primario totam noctem somno consumere; tu somni parcissimus, vigilas de nocte, bonasque horas bonarum artium studijs impendens, ita vitam producis, prorogásque: vita enim vigilia est. Denique agis archiepiscopum sine superstitione religiosum, sine simulationis fuco sincerum, sine labe emaculatum, sine iactantia literatum: vt meritò vnus dici possis irreprehensibilis, quod absolutæ virtutis instar est: idque in episcopo depóscit Apostolus. Age verò illud vetus verbum quod ait, similia similibus lætari, nonne spectatissimum in te verissimumque esse constat? qui cum sis literatissimus, conuictoribus vti soles literatis, habésque in prandio & cœna eruditos fabulatores, quorum sermones conuiuales sunt tibi pro pabulo suauissimo. Qua in re mehercules, Alexandro Imperatori Romano es similimus: qui in conuiuio doctos omnes adhibebat, dicens se literatis fabulis recreari & pasci. Et profectò viro eruditissimo condimentum suauissimum est, fabulatio literata. Contrà cum inter se doctis indoctisque sit naturale dissidium, tu prophanum vulgus odisti, & indoctos eliminas. Bonos omnes inter se (vt inquit Plato) oportet amicos esse, etsi sint minus noti: quorum mores secteq; conueniunt. Tu Platonici præcepti retinentissimus, bonos omnis (hoc est, literatos) diligis ac foues. Et cum eruditis sit amicitia tua vel maximè concupiscenda: tu eruditorum beneuolentiam studiosè expetis, muneribúsque concilias. Nullus in Italia, literarum literatorúmque altrice ac parente, est studiorum claritate paulo celebrior, qui non tibi sit glutino amicitiæ copulatus. Tu me perinde ac in studijs humanitatis neque postremum, neque imi subsellij professorem: muneribus prosequutus, tu ad me crebras literas dedisti: quo (dij boni) lepore, qua verborum atque sententiarum amœnitate refertissimas, prorsus vt perfectus orator. Tu ad me veluti ad præceptorem, neque moribus, neque doctrina pœnitendum, desiisti necessarios discipulos, vt doctrinis expolirentur, & dolatorio eloquentiæ leuigarentur. inter quos eminet Michael Cheserius: quo in puero mirifica indoles virtutis apparet, & ingenij lumen eluceſſit: qui ad polien dam linguam, & capiendum facundiæ cultum est oppidò quàm docilis: haud quaquam degenerans à parête Stephano Cheserio, viro clarissimo, qui ob probitatem atque virtutem agit istic Vicepalatinum, quod nomen est præfecturæ in Pannonia honoratissimæ, tertiasque à Rege dignitatis partes gerit. Magnum hoc ego duco, quod archiepiscopo maximo, elo-

quen-

prentiſſimo, doctiſſimóque noſtra, quantulacunque eſt, doctrina non ſordet. Huiuſce autem inter nos florentis indices amicitiæ conciliator, & quaſi conglutinator fuit diſcipulus meus Philippus Cylanus, iuuenis apprimè nobilis, & impenſe doctus: qui auro Pannonio merces Latias, hoc eſt literariam ſupellectilem, qua nil precioſius, comparauit. Et hac politiori eruditione ſuffarcinatus, pigmentiſque oratoriis bene coloratus, in patriam ad ſuos nuperrimè remeauit. Et ſanè me plurimum iuuat, cum ex gymnaſio noſtro literatorio ſcholaſticos conſpicio, non ſolum ciſmontanos, verumetiam tranſmontanos, nobiles, compluſculos bene literatos prodiiſſe, quotidiéq; prodire, repurgata linguarum vitiligine, omniq; deterſa barbarie. Inter quos ad præſens eſt gemma ſcholaſticorum, & illibatus eloquentiæ candidatorum flos, Ioannes Vartibergenſis Boemus, meus (vt vulgo dicitur) compater, quem arctiſſimè diligo: quo amabilius elegantius, ſplendidius nihil quicquam reperiri poſſe contenderim. Hic me formatore ac magiſtro, tam enixè colit eloquentiam, tam diligenter indulget ſtilo Latiali (qui optimus opimuſque eſt dicendi artifex) vt ad genitales terras in patrium larem ſit elegantias Italicas haudubiè ſecum relaturus: vt Tullianis ornamentis excultus, poſſit inter ſuos non ſolum diſertus, verumetiam eloquens haberi, & doctrinæ nitidioris honeſtamento nobilitari. Ego igitur, vt hæc quæ mihi tecum fœlicibus auſpiciis exorta eſt amicitia, tam proba, tam ſancta, tam ſplendida, vulgo innoteſceret, fierétque apud poſteros quoque teſtator: Commentarios hoſce Apuleianos tibi nominatim dedicaui, Archiepiſcope Petre, inter Antiſtites primarios doctiſſime, inter doctos religioſiſſime, inter vtroſque clariſſime: quod ſanè ipſum neque minus precioſum quàm aureum, neque minus fulgens quam argenteum, tibi potiſſimum videri debet: qui optimè noſti, bona animi tanto bonis extrariis præſtare, quanto animus corpori antecellit. Quæ in Lucio noſtro ſalebroſa ante hac ſentiebantur, ea læuigare quæ obſcura, illuminare: quæ tortuoſa, corrigere connixus: non pauca quaſi aliud agens de induſtria interſerui, ad omnifariam interpretationem pertinentia, quibus veluti cõdimentis nauſeoſus laſſeſcentis comitiæ ſtomachus reficeretur, & omne quaſi faſtidium abſtergeretur. Multa medius fidius ex ſecretariis doctrinarum abdita eruere atque expromere elaboraui, vt pro viribus iuuarem ſtudioſos linguæ Latialis, prodeſſemque poſteritati. Spero haud indignos futuros commentarios, qui in bibliothecen tuam reponantur: quam libris omnigenæ doctrinæ copioſiſſimis habes inſtructiſſimam, elegantiſſimamque. Dij faxint, vt teſtes ſint mei erga te amoris & obſeruantiæ ſempiternæ, vt nomen tuum meumque iunctim latiſſimè circumferant. Mihi certè in animo eſt, in reliqua quoque Apuleiana volumina condere annotationes, ſi hæc tibi non diſplicuiſſe cognouero. Te enim iudicem tanti facio, quanti fieri debet doctiſſimus, maximus, amantiſſimus cenſor,

& in cuius nomini peculiariter dicatur. Opto, vt opus hoc muſeum tibi primatim miſſum, tuóque nomini dedicatum, omnibus probu legatur. Male literatos nihil moror. Vale decus Antiſtitum, & columen eruditorum: méque, prout cæpiſti, abſentem abſens dilige: & cum à ſeriis occupationibus fueris feriatus, hæc qualiacunque ſunt, tranſlegere non ſprenerit.

FINIS.

TOMI PRIMI VARIÆ LECTIONES.

LIB. II. AST. AVR.

PAG.225,*lin.*3,arripui,*al.*arripio, *lin.*4, lat.inuado,*al.*inuolo, *lin.*9,ſic præl.*al.*ſicque præl.

LIB. III. AST. AVR.

*pag.*226,*lin.*8,in altern.*al.*inter altern. *lin.*15,tetræ cædis perlitum cruore, *al.*ternæ cædis cruore perlitum, *lin.*22,interim,*al.* interdum.

*pag.*229,*lin.*6,ſublimo,*al.*ſublimi,*lin.*13,conceptum, *al.*conſeptum,*lin.*22,producunt,*al.*perducunt.

*pag.*233,*lin.*1,lapſa dilig. *al.*ſcrupuloſa dilig. *ibid.* cunctæ, *al.* cuncta.

*pag.*236,*lin.*29,quàm maribus quàm in aliquibus deeſt.

*pag.*237,*lin.*14,validiſſ.aggr.*al.*validiſſ.virib.aggr. *lin.*16.reflexũ,*al.*flexũ,*lin.*28,ſemper,*al.*inſuper, *lin.*30,iuſtæ vlt.*al.*iſtius vlt.

*pag.*240.*lin.*1,hic prof.*al.*hæc prof. *lin. vlt.* oleaginos,*al.*oleãgineos.

*pag.*242,*lin.*2,tal.infit.infit in aliquibus deeſt, *lin.*19,ſalt.mori, *al.*ſalt.mihi mori,*lin.*20,quæ flẽtib.*al.*quæ ſuis flet.

*pag.*243,*lin.*9,cruciandum adfig. *al.*crũci adfig. *lin.*4, form.ſimul,*al.*form.ſimilis, *lin.*12, noua offenſione,*al.*noua oſtenſione, *lin.*18,ingratus,*al.*ingratis,*lin.*31,Tunc illis,*al.*Tunc ille.

*pag.*246,*lin.*3,ſecùs,*al.*ſeciùs.

*pag.*247,*lin.*14, Ac ne iſtic,*al.*Ac ne iſtuc, *lin.*23, comitatur,*al.* comitabitur,*lin.*26,ac tibi,*al.*at tib.

*pag.*249,*lin.*6,quantumcũmque,*al.*quantúmque,*lin.*10,inquit, *al.*ait,*lin.*21,prohinc,*al.*proin,*lin. vlt.*deuotatus,*al.*denotatus.

*pag.*252,*lin.*2,ſæuitas,*al.*ſcæuitas.

pag.254,

*pag.*254,lin.4,minuta. *al.*diminuta, lin.11,profectò, profectò, alij non habent.lin.25,formæ,*al.*formulæ.

*pag.*255.lin.4,totáſque art.*al.*totiúſque art.

*pag.*256,lin.14,art.inclem.*al.*arrep.me incl.lin.23,huiuſm.rep: *al.*huius rei repul.lin.28, deſcenderem: *al.*diſcederem, lin.30, tondentem. *al.*attondentem.

*pag.*257,lin.5.ſcandulare.*al.*ſcinduláre lin. 6. perſlabili.*al.* perflatili.lin.9.commodatum.*al.*commodum.

*pag.*264,lin.1,At ego ſic lep.*al.* ac ſic lep. lin.14, cum reformatu *al.*eam reformatam.

*pag.*265,lin.15,ſolet huiuſm.*al.* ſolet ſecum huiuſm. perf. lin. 21, garrientib.*al.*gannientib.

*pag.*269,lin.3,pupulis,*al.*pupillis.

*pag.*272,lin.3,Saginer meũ,ipſa lup.*al.*Siccine me à lupis cõ?

*pag.*273,lin.2,At mihi ſcel.*al.* A me ſcel.lin. 11, mea Fotide.*al.* meæ Fotidi. lin.30, medelam ſalubrem. *al.* medela ſalubri lin.33,procuretur.*al.*proc.herbulis.Aneth.

*pag.*276,lin.20,format.*al.*reformationis.

*pag.*277,lin.1,humid.cum ocul.*al.*humid. tamen ocul. lin. 6. clamabat.*al.*clamauit.

pag. 279, lin.9,lauta. *al.* lutta. lin.29,illigatiſſ.*al.*illi gratiſſimo

*pag.*280,lin.4,Hipponæ. *al.*Eponæ.lin. 10, prolixa. *al.* prolixè nimium,& porr.lin.20,labilem.*al.*debilem.lin.22,quæritans etuere *al.*quærens inuenire lin.27.præcuſſis *al.*percuſſis.

*pag.*283,lin.5, diſcurſus *al.* occurſus lin. 7. ortus ſolis.*al.*ortiui ſolis

*pag.*284,lin.1,ſeriò.*al.*ſedulò.

*pag.*285,lin.4,turbulas.*al.*turbellas, lin.17, fluebant ad floreebant.

LIB. IIII. ASI. AVR.

*pag.*287,lin.12,leuatos.*al.*læuigatos lin.15. alioquin.*al.* alioqui.

*pag.*288.lin.5,in hortulis.*al.*in locis.

*pag.*290.lin. 6, minius col.renideb.*al.* niueus color renitebat: lin.19,diuin.guttis roris.*al.*diui roris.expuncto guttis.

*pag.*291,lin.18,abreptúmque.*al.*arreptúmque

*pag.*294,lin.2,cùm proſt.*al.*cum proſtrat.lin.3.vlulabili.*al.*ciulabili.lin.16.deuerteram.*al.*deuerteramus.

*pag.*297.lin.9.ſubſitem.*al.*ſubtilem.lin.17,cauſæ remiſſion.*al.* cauſſariam miſſionem lin.27, effunditur. *al.* offunditur ibid. in mod.mortui,*al.*in mortuum,non

*pag.*298.lin.3,etiamnum,*al.*etiam nunc.lin.5,commil. fort. *al.* comm.mei fort.lin.10,etiam,*al.*eſſet.

*pag.*299,lin.3,exolutis,*al.*diſſolutis.

*pag.*300,lin.30,irrepſiſſent,*al.*direpſiſſent.

*pag.*301,lin.1,compellant,*al.* compellabant. lin.7, tribuas,*al.* tribues,lin.12,hoſpitatores,*al.*ſoſpitatores.

*pag.*306,lin.conſederant,*al.*cubuerant.lin.11,inconditè.incondi tèalij non habent.lin.22,fecit,fecit in aliis non legitur.lin.24,oppetiſtis,*al.*appetiſtis.

*pag.*314,lin.2,concepta,*al.*contempta.lin.12,clauis,al. claui.lin. 16,leuem,*al.*lenem.lin.19,nixu *al.* niſu. lin.vlt.decurrere, *al.* decurrunt.

*pag.*316,lin.4,commiſſimus,*al.*comminiſcimus,lin.6.temerato,*al.*temperato.lin.7,abſcindimus, *al.* abſcidimus. lin. 17, querens,*al.*quæſens.

*pag.*319,lin.29,diffuſaque,al.diffiſſaque.

*pag.*321.lin.4,vbi,al.ibi.

*pag.*328,lin.8,acumine,al.ſarcimine.

*pag.*340,lin.2,ſæuus,*al.*ſcæuus.lin.13,ſepaceis,*al.*ſebaceis.

*pag.*341,lin.15.ſcenis,al.ſcemis.

*pag.*344,lin.12,& ecce & deeſt in aliis.

*pag.*345,lin.14.Patilo,*al.*paulò.lin.penult.ita,*al.*iſtas.

*pag.*347,lin.vlt.Libantes,al.libant.

*pa.*347.lin.6.cœnaſs.al.ſe cœnaſs. lin.9,cogitatione, al.reſectione.

*pa.*350,lin.12,verbiſque quæ dol. *al.*verbis quæ dol.

*pa.*351,lin.6,At.*al.*Ac.lin.21 conquierat,*al.*conniuerat.

*pa.*356,quod malum,*al.*quid,malùm,lin.11.Quod ſi peragis,*al.* Quòd ſi pergis.lin.12,faxo,*al.*facto.lin.25,mai.æt.*al.*mai.in ætate.

*pa.*357.lin.10,voti,*al.*votis.

*pa.*363,lin.21,mehercules,*al.*mea herilis.

*pa.*364,lin.3,mellitus dulcioli,*al.*mellitis dulciolis,lin.5, triſtitiæ animi,*al.*triſtitie an.longore cor.

*pa.*366,lin.17,priore,*al.*primore.

*pa.*370,lin.6,proferantur,*al*,deferuntur, *al.* deſeruntur. lin.13, nomen,*al.*numen.

*pa.*372.lin.penult.pennatum,*al.*pinnatum.

*pa.*376,lin.2,perſulcantes *al.*perſultantes.

*pa.*379,lin.7,pinnis,*al.*pennis.

LIB.

Digitized by Goo

LIB. V. ASINI AVR.

*pa.*387,lin.11,humanis,*al.*humanis manib. ſed diuinis artibus,
*pa.*391,lin.3,effigiauit,*al.*efferauit. lin. 6. diſcriminantur, *al.* diſc. Vehem.iter.lin.10,parietes,al.parietis.
*pa.*392. lin.28,corpus,*al.*corporis.
*pa.*395.lin.5,agebant,*al.*cogebantur.
*pa.*398,lin.20,blanditus,*al.*blanditiis.lin. 21, anima,*al.*anima. Vi ac p.V.vſurus,inuit.
*pa.*401.lin.5,lanoſtim,*al.* lanoſo.
pa. 402, lin.30, caluiorem.*al.*glabriorem.
*pa.*405,lin.9,modicè,*al.*medicæ.lin.11,vides,*al.*videris.
*pa.*406.lin.12,fecimus,*al.* ferimus lin.20,Sciat,*al.* ſciet.
*pa.*410.lin.9,mortalem nuntio,*al.* mortalem. Nuntio Pſyche.
*pa.*412.lin.14,eius crinibus,*al.*ſuis crin.
*pa.*414,lin.1,conſerto,*al.*conſerto.lin.10,in tantis aureis,*al.*infantis aurei,lin.17 pulcherrimè,*al.*pulcherrimo.
*pa.*416,lin.3,huius concol. *al.*huius quàm concol.lin.18,multimodis,*al.*multinodis.
*pa.*420,lin.2,marito *al.*maritum.
*pa.*421,lin.18,paulatim,*al.*paululatim.lin.22, nixu, *al.* niſu lin. 24,abſcinde.*al.*abſcinde.li.27.iſtis ſociis tecum.*al.*ocyùs tecum. lin.vlt.ipſæ,prot.*al.*ipſæ protinus,tanti.
*pa.*245.lin.15.velitatis,*al.*velitatus.
*pa.*426.lin.17.aliis.*al.*alis.lin.19,tremulæ, *al.* tremulè.ibid. inquietę,*al.*inquietè.
*pa.*429,lin.28,deuictam,*al.*deuinctam.
*pa.*431,lin.8,Dei ſcilicet,*al.*Dei ſcilicet,qui.
*pa.*432,lin.17,ſuſpiratu,*al.*ſuſpiritu.
*pa.*435,lin.17,vbi iſtud tam.*al.*ob i.t.d facinus,conf.
*pa.*437.lin.6,cecidit:int.*al.*cecidit.Int.
*pa.*439,lin.11,propter, *al.* propiter. leg. propetiter. lin. 19, me meam,*al.*me,in aliis deeſt.
*pa.*440,lin.3,habebas,*al.*habes.
*pa.*446,lin.2,quæſiere,*al.*quæſiuere.lin.6, modo pectori, *al.* meo pect.lin.7.perpetraturæ,*al.*perpetrare.
*pa.*447.lin.4.amore,*al.*amarè.

LIB. VI. ASINI AVR.

*pa.*450,lin.6.Hinc,*al.*hic.
*pa.*452.lin.3.Ain,al.Ah.lin.14,Rogo te,*al.* Per ego te frug.

Digitized by Google

pag.456,lin.12,fabrica ſtructum,*al.* fabri conſtructum,
pag.458,lin.5,quam,*al.*quæ.
pag.459,lin.1,exanclatis,*al.*exantlatis.
pag.462,lin.4,per fidem,*al.*Pſyche,nut.
pag.464,lin.6,lunæ,*al.*limæ.
pag.465,lin.6, cantitant, *al.*canticant, lin.8, prænuntiant,*al,* pronuntiant,
pag.482,lin.7,exanclata,*al.*exantlata,
pag.486,lin.vlt.tradit,*al.*tradidit,
pag.489,lin.4,populis,*al.*pupillis,
pag.491,lin.4,ſperáſque,*al.*ſperáſne.
pag.494,lin.5,magna,*al.*maga.
pag.495,lin.7, cunctata, *al.*contata, *ibid.*ad quamp.ad.in aliis deeſt.
pag.499,lin.2,ille Ditis &,*al.*ille,Ditis pater,tant,expuncto,&,
pag.503,lin.10,ſedile dedicatum, *leg.* ſedile delicatum, lin.13, Veneriam,*al.*Venream.
pag.524,lin.5,eueniunt,*al.*reueniunt,
pag.527,lin.20,&,*al.*Et.
pag.529,lin.18,captiua,*al.*captitia.
pag.530,lin.13,obligata,*al.*obliguata,
pag.532,lin.1,ſpirans,*al.*ſuſpirans.
pag.536,lin.1,tuo veritatis,*al.*tuæ verit.*leg.*tuo veritati,
pag.539,lin.7,prehenſo,*al.*prenſo,
pag.545,lin.1,omni,*al.*omnium.

Lib. VII. Asi. Aur.

Pag.550,lin.vlt.eſſet,*al.*etiam.
pag.553,lin.vlt.ore,*al.*more.
pag.565,lin.8,centuculis, *al.*centunculis. lin.9,ſemamictum, *al.*ſemiamictum lin.13,iam comm.*al.*iam fidi com.
pag.570,lin.9,ſumptis,*al.*ſpretis.
pag.571,lin.4,tabernaculam,*al.*tabernulam.
pag.576,lin.20,Nam mul,*al.*Vnam mul.
pag.577,lin.10,centuculo,*al.*centunculo.
pag.582,lin.16,quique,*al.*quiqui.
pag.590,lin.13,ſatule,*al.*ſatulle, lin.16,poſcebat,*al.*poſcebat vſus,ad.
pag.594,lin.8,*Quicuere mortui*,incluſa in aliis deſunt.
pag.602,lin.26,adoriæ,*al.*adoreæ,lin.28,ſerus,*al.*ſeçius.
pag.605,lin.7,patienter,*al.*ſatianter.

pag.606,lin.3,remulſis,*al.*remiſſis.

pag 611,lin.8,conterebam,*al.* conturbabam.

pag.615,lin.pen. Ego.*al.* Ergo

pag.620,lin.1,geſtúque.*al.* queſtúque lin.5,compauida.*al.* compauita.

pag.624,lin.10,aſperſum.*al* inſperſu.

pag.630,lin.2,retractus.*al.*extractus,ſed extremæ pœnæ lin.23, fugæ conc. *al.* fuga concitato pérque. lin. 26,& ſummo & alij non habent.lin. vlt.ignatámque.*al.*grauémque.

pag.631,lin.2,accommodabam.*al.*commodabam.lin.5,forma. *al.*fortuna.lin.12,me cognitum. *al.*me, cognito capiſtro, præb. lin.15,dominique.*al.*Deúmque.lin.16,raptatis?*al.*rapratis violenter?quid lin.20,detractatus. *al.*detractus. Et lin. 30, iniuriæ. *al.* omneis iniuriæ lin pen.circa.*al.*contra.

pag.632,lin.1,agere.*al.*egerere.lin.17,magiſtratus.*al.* magiſtratum.

pag.637,lin.2,quærebantur.*al.*quærebant.

pag.638,lin.3, deerit.*al.* deerit. Hoc ſic eſt.lin. 9,quietíque.*al.* quietíve.lin.20, miſeret. *al.* miſeretur lin.22, infirmitatémque. *al.* infirmitatem.lin.27,circa.*al.*contra.lin.32,vacare.*al.*carere.

pag.639,lin.14,aſſertis.*al.*ſubſertis. lin.16,inligans.*al.*alligans. lin.28,innixus præſ.*al.*præſidio nixus.lin. 32, Certum. *al.* Cæterum.lin.pen.interiiſſet.*al.*interiſſet.

LIB. VIII. ASINI AVR.

pag.646,lin. 7, is de cuius exilio, *al.* Is de cuius exitio. lin. 15, poſſint.*al.* poſſent. lin.16, ſtilum, *al.* ſtilos.ibid.in hiſtoriæ ſpeciem,*al.*hiſtoriæ ſpecimen.

pag.647,lin.vlt.fuit.*al.*ſimul.

pag.648,lin.10,id genus,*al.*is genere,lin.11,parentum inu.iud. *al.*parentes inuitaret; iudicio morum,lin.14,At. *al.*Ac. lin.18,facinore, *al.*facinori, lin.25, exultans,inſ. *al.*exultans inſigniter, perm.

pag.651, lin. vlt. immodici ard. *al.* immodicis ardoribus totos aduratbom.

pag.652,lin.10,poteſt.*al.*poſſet,lin.16,effectu ſpe.*al.*effectu Spectate denique.Sed.lin.18,proruperint.*al.*prorupit.38.

pag.654,lin.8,indagatur feras.*al.*indagaturus feras,ſiquid tamen lin.7,ramoſúmque.*al.*ramorúmque,den.regminib. ymbroſum, proſp. veſtigatorum obſcp. lin.11, reſidentes inuad. *al.* reſidentes, inuadere beſtias immit. lin. 13, partiti. *al.* partitæ.

Digitized by Google

lin.19,inuſitatus,*al.*inuiſitatus,lin.22,ſpumeus,*al.*ſpumans, oculis aſpectu minaci flammeus, lin.24,oris,totus, *al.*oris totus,ſine diſt.

*pag.*655,lin.7,vel arb.*al.*& arb.

*pag.*659,lin.12,ex ſum.ex, *al.*deeſt, lin.15, dentium comp.*al.* dente compulſo,lin.24,ad terrã,*al.*ad terrã.At enim furens aper, inuadens primò lacinias eius,poſt ipſum reſ.mul.den.lan.Nec.

*pag.*660, lin.4, crura, *al.* vulnera, lin. 6, demiſit lanc. *al.* lanceam immiſit,lin.10,quoque beſt.quoque,*al.*deeſt.*ibid.*tranſadijt,*al.*tranſadigit, lin.16 & dol.ſim. *al.*dolorem ſimulans,lin. 17,circumplexus,*al.*amplexatus,lin.19,officia ſolet.*al.*officia finxit,lin.22,manus ſuæ culp. *al.*culpam manus ſuæ, mentiens beſtiæ dabat,lin.31,fertur inſana voce,*al.*fertur,inſana voce caſum mariti quirititans,lin.pen.obuij dolore,*al.*obuij omnes dol.lin. vlt.cuncta vac.cuncta.*al.*deeſt.

*pag.*661,lin.2,labentique, *al.*labantíque, lin.4,reddidiſſet,*al.* reddidit,lin.5,remanſit in vita,*al.*inuita reman.in vita.

*pag.*667,lin.1,ereptis,*al.*factis,lin.11,neceſſarios,*al.*neceſſ.nuntios,ipſos den.par.extorquet tandem,iam,lin.18,hilari,*al.*hilaro, lin.19,iubebatur,*al.*videbatur.

*pag.*668,lin.3,ſe ſol,*al.*ſeſe ſol,*ibid.*Sed Thra.*al.*Thraſillus verò præceps & temerarius,priúſque, lin.7,laſſeſceret, *al.*faceſceret, lin.11.impudente,*al.*impudentiæ.

*pag.*671,lin.2, cruentam, *al.*cruenta,&, lin.6, ſi pect. & ſi pect.

*pag.*672,lin.10,genas,*al.*decoras genas contundit, lin.15,conuerberat,*al.*verberabat,lin.19,tacita,*al.*tacitè.

*pag.*675,lin.9,diuerſatur,*al.*deuerſatur,lin.17,cùm,*al.*tum,lin. 25,ingerere,*al.*inuergere.

*pag.*676,lin.21,nocti tan.*al.*tandem nocti.

*pag.*679,lin.4,ſuperſtitit ſicarium, *al.*ſuperſtitit ſicarium,En, inquit,fid.

*pag.*680,lin.9,pupula,*al.*pupillas.

*pag.*683,lin.pen.crapulam,*al.*crapula cum ſomno.

*pag.*684,lin.1,incingete,*al.*accingere,lin.3,circa mon.circa,*al.* deeſt,lin.8,capulum,cap.*al.*capulum Lepolemi propè aſſ.lin.14, in mei,in,*al.*deeſt,li.16.eſt,vt,eſt,*al.*deeſt.li.22,tranſacto, *al.*tranſadacto.lin.24,perflauit, *al.*perefflauit, lin.25,propè,*al.*properè, lin.vlt.reddidere,*al.*dedêre.

*pag.*687,lin.9,Hinc,*al.*Hic, lin.14, fugæ ſe, *al.*fugere comparant, lin.18, ſeruabat, *al.* peruolat: meo, lin.22, puellos,*al.* pullos

pullos,anſeres,hœdos.

pag.688,lin.9,etiam,*al*.verò,lin.18,ob ſerenitatem,*al*.obſeruitare,lin.29,fermè tertiam,*al*. tertiam fermè.

pag.691,lin.1,metu præd.*al*.non inſcius præd.perîc.quàm potui,tur.lin.12,dum in alt.*al*.dum altum aduſque cœlum,lin.20, ſubminiſtrabat,*al*.ſubminiſtrat,lin.30,circa nos,*al*.contra nos adit.tulerunt.

pag.692,lin.5,huiuſcemodi,*al*.cuiuſcemodi,lin.14,etiam ſpect. etiam,*al*.deeſt.

pag.695,lin.5,quam pot.*al*.qua pot.cau. clade.

pag.696,lin.1,mulierem,*al*.caput mulieris , lin.5,domini,*al*. Deûm,lin.9,ac perterritis,*al*.atque obteritis? quas.

pag.698,lin.13,inchoatum,*al*.incoactum,lin.27.adorabat,*al*.adorat.lin.pen.ſpiculæ,*al*.ſepiculæ.

pag.699,lin.3,auxilium,*al*.auum,lin.13,omnes.quidem,*al*. totos quidem miſeruit,lin.17,altè alacer,altè,*al*. deeſt,lin.19.cecidiſſet,*al*.decidiſſet,lin.23,primo,*al*.primùm, lin.25, hora,*al*.mora,lin.29,buxantúque,*al*.buxanti pal.lin.vlt. nec vſquam,*al*. nec vllam vſquam.

pag.700,lin.4,præmittebatur,*al*.præminabantur, lin.7,fuſtibus,*al*.fuſtibus? Celer.denique.

pag.703,lin.3,mihi,*al*.vbi,lin.vlt.cupio,*al*.cupido.

pag.704,lin.2,illam max.*al*.maximam illam, lin.3, diuerteramus,*al*.deuerteramus, lin.5,extrariæque,*al*.extraneæque, lin.12, circa,*al*. contra,lin.19, eius,qui eius,*al*. deeſt,lin.20,luxuriæ,*al*. vxori,lin.21,perlitum,*al*.illitum.

pa.708, lin.6, Ibi, *al*. Inibi, lin.11,vendibiliores,*al*.vendi cariores.

pa.709.lin.4,meis ætates,*al*.noſtris ætatem.lin.6,putidis, *al*.putridis,lin.8,pleniſſimè,*al*.pæniſſimè, lin.10,diſruptis, *al*.diruptis, lin.12,inſtruebat,*al*.conſtruebat,lin.18,atque adeóque, *al*. Quare vel don.lin.23.fugiens,*al*.aufugiens,lin.28,cinædum,*al*.deeſt,lin.29,ſed cin.ſed.*al*.deeſt.

pa.714,lin.2,Cappadocium, *al*.Cappadocum,lin.8,ſuis nouit. *al*.ſua nouit profeſſione, lin.20,ſed prorſus, *al*. ſed potius in aſ. lin.21,inhabitare,*al*.habitare.

pa.715,lin.1,percontaberis,*al*.periclitaberis.

pa.718,lin.14,illic,*al*.illinc,lin.16,mercato,*al*.mercatus,lin.20. rati,*al*.ratæ.

pa.723,lin.3,demenſa,*al*.de menſa.diuiſim. lin.7,me ſimul, *al*. me,ſim.d.conſpexit libenter,app.

pagin. 724, linea 3, Hic, *al*. Hæc, linea 5, incluſiati, *al*.

Digitized by Google

indufiati,lin.6,faciem,*al.*faeie,lin.7. deliti,*al.* delita, lin.9, linteis,*al.*linteis iniecti,lin.17.incitantes,*al.*incitante.

*Pag.*729, lin.1, pererratis.*al.*percurſatis, lin.5,dentíſque,*al.* Diúque,lin.7,in circ.rot.*al.*rotantes in circulum,lin.11,diſſecat, *al.*diſſicant,lin.15,prorſus quaſi,*al.*prorſus. Quaſi Deûm pr.

*Pag.*733,lin.pen.pulſam,*al.*pauſam.

*Pag.*734,lin.27,Virginibus,*al.* inguinibus.

*Pag.*737,lin. 6, importuno,*al.*inopportuno,lin.24, exortum, *al.*ortum,lin.26,priùs ſecum.*al.*ſecum priùs,lin.pen.ſtramentis, *al.*ſtrumentis.

Pag. 738, lin. 2, extremas conſ. mort. *al.* extremas conſ. mortem.

*Pag.*740, cæteri,*al.* & cæteri, lin.5, tacentis,*al.*iacentis,lin.8, planis,*al.*plenis,lin.10,vbi vir,*al.*Inibi,lin.11,& eximiæ dom.reuer.*al.*& eximiè Deûm reu. lin.14,exercitus,*al.*excitus, lin.16, conceptum,*al.*conſeptum.

*Pag.*741, lin.6.domini,*al.* Deûm, lin. 9, reſipiſcis,*al.*reſpicis.

LIB. IX. ASINI AVREI.

*Pag.*744,lin.9,ac tut.*al.*ad tut.

*Pag.*746,lin.1, aſtuto,*al.*aſtulo,lin.24,Mytilium,*al.*Mityllum ibid.Epheſtionem,*al.* Hephæſtionem,lin.29, contracta,*al.*contacta,lin.30,efferata ſimili,*al.* effe[illegible]ri iam ſim.lin.vlt.huiuſcemodi,*al.*cuiuſcemodi.

*Pag.*747,lin.9,diuertebant,*al.*deuertebant.

*Pag.*750,lin.5,altercari.*al.*altercare,lin.7, increſcente, *al.* inquieſcente,lin.10.quidam,*al.*quadam,lin.20,adlibeſcerem,*al.*allubeſcerem,lin.pen.priſtinis etiam,*al.*etiam priſt.

*Pag.*755,lin.5,diuertimus,*al.*deuertimus.

*Pag.*756,lin.1,Is,*al.*Hic.lin.11,etiam tum, *al.* etiam tunc.

Pag. 757, lin.12,per noctem,*al.* & pernox.lin.pen. ſatia, *al.* ſaucia,lin.vlt.volutatur,*al.*voluptatur.

*Pag.*760, lin.20,diſtraxit add.p.*al.* diſtraxit. Additamento pretij lætus,lin.22,tanto præſt.*al.* tanto pretio præſt.

Pag. 761,lin.6,putetis æs,*al.*putas æs,lin. 13. excalpere,*al.* exſculpere, lin.19,demonſt.d.ſ.*al.* digito demonſtrat ſuo lin.vlt. proferre,*al.*perferre.

*Pag.*764,lin.6, pro.caſ.*al.*pro deeſt, ibid. euocata, *al.* enotata, lin. 8, hic, *al.* hæc, lin. 9, * *. incluſa, *al.* ſenarij Iambici duo, lin. 25, ſorti, *al.* forti, lin. pen. corraſerant, *al.* contraſerant.

Pag.

*Pag.*766,lin.1,argentũ,*al.*argumenti,lin.13, cohibentes, eq.*al.* cohibita equ.lin.vlt.domini,*al.*Deũm.

*Pag.*767,lin.14,caliculum,*al.*centharũ,ibid.domini,*al.*Deũm, lin.17,Hæc & alias,*al.*His,& aliis ſimilibus affaniis fruſtra blatteratis,lin.28,etiam frum.*al.*frumento etiam coëm.

*Pag.*772,lin.4,lauticia,*al.*lautia.

*Pag.*774,lin.1, Hic,*al.*Hac,lin.8, indignus,*al.* indigus,lin. 18, intecti,*al.*iniecti.

*Pag.*775 ,lin.5,iumentorio,*al.*iumentario,lin.11,tuſcedinis,h. p.tuſcedinis hiulci,pectora cop.lin.17,veterno,*al.*veterna,lin.21, me tandem truſum,*al.*iam detrux.

*Pag.*781,lin.3,iſte,*al.*ille.

*pag.*782.lin.2,confluxerant fl. *al.*flag.conflux.lin.9,coniũctis, *al.*confictis,lin.29,aliquando,*al.*alioquin.

pag. 786,lin.9,Phileſiterus,adol.*al.* Phileſitærus & ſit ſemper.

*pag.*790,lin.7,Ad hæc vltima,*al.* Ad hæc,vltima piſt. lin.10, quam mem. quam, *al.*deeſt.lin.21,cuſtodelam,*al*,cuſtodiam.

*pag.*791,lin.2,inſuperabilis,*al.*Inſeperabilis.

*pag.*794,lin.5,inſtinctus,*al.*inſtrictus,lin.23,aculeum,*al.*cuneũ, lin.25,diffunderet,*al.*diffinderet.

*pag.*795,lin.20,inauditum,*al.*mandatum, lin.24, precium,*al.* præcipitium, lin.25, contingere ſal.*al.* ſaltem cont.lin.30,præmium,*al.*precium.

*pag.*800,lin.2,Interim,*al.* Interdum,lin.4,tunica,*al.* tunicam, lin.8,domini,*al.*Deũm,lin.22,interans,*al.*iterans,lin.29,prehenſus.*al.*deprehenſus,lin.31,iam,*al.* ac.

*pag.*805,lin.7,Nactam,*al.*naccam,lin.14,quidem ipſ.*al.*ipſum quidem,lin.21,admodum mul.*al.*multis admodùm,lin.22,cœna iubet par.*al.*cœnam iubet paratam,lin.25, contiugebat, *al.* contigebat.

*pag.*809,lin.8,lauti,*al.*lauati, lin.13, erat in r.erat.*al.*deeſt nóxque cumulum, lacinias circ, ſuffuſa can. lin.18, Interim,*al.*Interdum.

pag. 810 , lin.9, efflantem , *al.* reflantem, lin. 19 , cùm, *al.* tunc.

pag 815,lin.1,cœna,dep. *al.*cœnam profugerat pr. lin.4,mulier,quippini deſt.*al.*mulier.quippini ? deſt. lin.11, perhibere,*al.* præbere, lin.20,optatiſſimam,*al.* opportuniſſimam.

*pag.*816,lin.1,lenam,*al.*ſcenam,lin.25, puerum,ſequentem tamen : &

*pag.*820,lin.1,formoſiſſimus,*al.*fortiſſimus.

*pag.*823,lin.3,aſtutule,*al.*ſtultule,lin.28,poſtulantibus,*al.*clamã-

Digitized by Google

tibus,ibid.reſpondit,dom.*al.*reſpondit dominus,iam,lin.31,malum pe.*al.*maius pe.ibid.niſi,*al.* niſu.

*pag.*824,lin.9, in quod pridie.*al.* in quo pridem den.mœſta, atque cri.lin.21,facere,*al.*fecit.

*pag.*832,lin.1,qui pago,*al.*de pago,lin.3,madefactus,*al.*madeſcens,lin.5,diuerterat,*al.*deuertit,lin.19,his,poc.*al.*his in poc.

*pag.*837,lin.4,dehiſcens,*al.*dehiſcente,lin.14, Viſa eſt,*al.*Viſæ etiam interea muſtelæ,&c.attrahentes,lin.17,exiliuit,*al.*exſiluit, lin.pen. & tal.*al.*ac tal.

*pag.*840,lin.12,factio & pr.factio, *al.* deeſt,lin.vltim. tota,*al.* totum.

pag. 841 , lin. 4, vendicabat, *al.* vindicabat, lin. 20 , totam, *al.* tot.

*pag.*842,lin.6,exiccare,*al.*exicare,lin.7,paſſib.mor.alu. *al.*paſſiuis mor.annulatos,lin.16,eos,*al.*eo.

*pag.*847,lin.7, fruſtatim,*al.*ſic fruſt.lin.11, leui,*al.*læ is,lin.14, conterere,*al.*conterrere,lin.19.interiiſſet,*al.*interiit,lin.29.tranſuectum,*al.*tranſiectum,lin.31,nixus,*al.*niſus.

*pag.*848,lin.25,amplexu fort.*al.*complexu fort.arripuit,lin.27, librante,*al.*vibrato.

*pag.*849,lin.9,tremulus,*al.*ceruleus,lin.16,inſeſſo,*al.*inſcenſo.

*pag.*852,lin 5,percontatus eſt,*al.*percontatur, lin.12, perturbat, *al.*proturbat,lin.16,ægrè,*al.*Græcè,lin.18,proximam ciuit.*al.*ciuitatem proximam,lin.19,opere,*al.* operæ.

*pag.*853,lin.6,ſolet,*al.*hortulo ſolet,lin. 13, ſimulans quærere, *al.*ſimulánſque ad comm.lin.26,fruſtatim,*al.*ſua fruſt.

*pag.*858,lin.4.baculo ſe,*al.*baculóque,lin.9,iſtam tunc cladem *al.*iſtas tunc cladeſ enarrat ſuas.

*pag.*859,lin.16,nec,*al.*non.

*pag.*862,lin.4,implorãtium:at il. *al.*implorantium ad il.lin.15, emerſus,*al.*emenſis.

LIB. X. ASINI AVR.

*Pag.*865, lin.13, ſed,*al.*ſic,lin.pen.quæ,*al.*quam.

*pag.*867,lin.12,ſupergeſſerat,*al.*ſupergreſſerat.

*pag.*868,lin.pen.aliquem,*al.*aliquam.

*pag.*872,lin.1,alterius,*al.*altius,lin.2,rupit.*al.* dirupit,lin.3, aduocari, *al.*ad ſe vocari,lin.4, ne ruboris,*al.* ſcilicet ne rub.lin.6, ægrè,*al.*ægræ,lin.7,triſticia,*al.*triſtitie, lin.17,ſecius,*al.* ſequius, lin.pen.cauſam,*al.*cauſas.

*pag.*873,lin.2,ad lacrymas,*al.*adlacrymans,lin. 6, tutæ.*al.*vitæ tute, lin.10, tua cauſa pereuntis,*al.*tuæ caræ parentis,nec. lin.13,

Digitized by Google

lin.13,imaginem,*al.*imaginem in tua facie.

*pag.*875,lin.5,leniendam,*al.*leniendum,lin.6,& *al.*deeſt,lin.15, mag.& ampl.*al.*conſilio pleniore,ad.

*pag.*878,lin.2, deliberant noxij *al.*noxij delib. lin.8, continuo perd.hauſtum,*al.*continuo perd.hauſtu. qui,vbi.lin.vlt.Illius,*al.* Illicò rep.

*pag.*879,lin.12,miſſóque prot.curſ.*al.*miſítque prot.curſorem, lin.23,tamen,*al.*tam.

*pag.*882,lin.1,ex ſepultura,*al.*ſepulturæ,lin.vlt.cæde,*al.*nece.

*pag.*883,lin.9,prauis,*al.*paruis.

*pag.*884, lin. 7, introducitur,*al.*inducitur, lin.14 , inuexerit, *al.*egerit.

*pag.*885,lin.2, comperi. *al.*concepi,lin. 5,ſuſpicationibus,*al.* ſuſpicionibus.

*pag.*889.lin.vlt.æream,*al.*æneam.

*pag.*890 lin.21,me non olim,*al.*mecum olim.

*pag.*891. in.pen.alter,*al.*frater.

*pag.*893,lin.1,corripere,*al.*corripit, lin.8,affamias. *al.*affanias, lin.vlt. accerſere,*al.* arceſſere.

*pag.*894.lin.1,propter,*al.*præter,lin.10.nec,*al.* vel,lin.15,circa, *al.*contra,lin.32,illum,*al.*illud,lin.pen.efficacem,*al.*efficax.

*pag.*899,lin.12, impar,præſ.*al.*impar.præſenti gau. lin.vlt.in-ſtrictus,*al.*obſtrictus.

*pag.*900,lin.1,deportatur,*al.*portatur.

*pag.*901,lin.13 ,ſapientiſſimis,*al.* ſapidiſſimis, lin.18, domini reg.pl.*al.* dominis reg.pl.pererrantibus, var.lin.22, benivolam, *al.* benignam.

1
AO 1 146 12 19

Digitized by Google

Aol A461219

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

18h
D
20



Digitized by Google